Si pater omne, de inoff. don. 428.1
Si pater puellæ, de inoff. teſtam. 398.2
Si pater tuus de inoff. teſt. 392 1
Si paterno de neg. geſt. 258.1
Si patri tuo, de uſufr. 459.2
Si patronum, de Advoc. div. 223.1
Si patruus, communia utriuſque. 494.1
Si pecuniam, de neg. geſt. 255.2
Si per impreſſionem, de his quæ vi. 264.2
Si per vim, de his quæ vi. 261.2
Si Poſſidonium, ex quib.cauſ inf. 236.1
Si poſt, ſi adv. libert. 286.1
Si poſt depoſitam, de Aſſeſſorib. 165.2
Si poſt diviſionem, de jur. & fact. 130.1
Si poſt moram. de pet hær. 433.1
Si poſt ſententiam, ſi ſæp. in integ.reſt. 306.1
Si præſens, de Epiſc. aud. 92.2
Si pretium, de procur. 245. 2
Si probatum, comm. div. 489.2.
Si probus, ſi adv. fiſc. 295.2
Si procurator, de procur. 241.2
Si pro fundo, de tranſact. 211.1
Si propter, quib. ex cauſ. 322.1
Si putas, de pet. hær. 434.1
Si qua, fam erciſc. 479.2
Si qua, de div reſcr. 144.2
Si qua inter, de Judæis. 180 1
Si qua per calumniam de Epiſc. & Cler. 58.2
Si quæ res, ſi adverſ.don. 285.1
Si quæſtio, da ord. jud. 352.2
Si quando, de ſtatuis. 146.1
Si quando, de dilat. 358.2
Si quando liti, de inoff. teſt. 419.1
Si quas actiones de ſervit. 468.1
Si quemquam, de Epiſc & Cler. 65.2
Si Advocatorum, de poſtul. 219.1
Si qui poſthac, de off. Præf. præt. Orient. 148 1
Si quid, de off. Com regr. priv. 153.2
Si quid, ubi & apud quem. 311.1
Si quid, de reſt. mil. 316.1
Si quid pars, de ſervit. 470.2
Si quidem ex cauſa, de tranſact. 207.2
Si quis de ſtatuis. 146.1
Si quis, de defenſ.civ. 17 .1
Si quis, de advo. div. 226.1
Si quis, de his qui ven. æt. 309.1
Si quis, ubi quis de curiali. 385.2
Si quis ad declinandam, de Epiſc.& Cler. 75.2
Si quis adversùs, de precib. 136.2
Si quis adversùs, ubi cauſ. fiſc. 388.2
Si quis alterius, ubi rem act. 379.2
Si quis aſſerat, de mand. Princ. 123 2
Si quis cohortalibus, de off. rect prov. 158.1
Si quis Curialis, de Epiſc.& Cler. 52.2
Si quis ex conſenſu, de Epiſc. aud. 88. 2
Si quis filium, de inoff. teſt. 417.2
Si quis functum, de apoſtat 103.2
Si quis in ſcribendo, de Epiſc. & Cler. 77.2
Si quis in ſcribendo pact. 194.1
Si quis in hoc, de Epiſc & Cler. 51.1
Si quis in ſuo, de inoff. teſtam. 416.2
Si quis judicum, de off. Comm.ſacr. pal. 154.1
Si quis lege, de apoſtat. 102.2
Si quis major, de tranſact. 213.2
Si quis nolnnte, de neg.geſt. 259.2
Si quis non dicam, de Epiſc. & Cler. 46.2
Si quis Presbyter, de Epiſc. & Cler. 75.1
Si quis pro publicis, de off civ. jud 15 .1
Si quis rebaptizare, ne ſanct. Baptiſm. 102 1
Si quis ſciens, de rei vend. 444.1
Si quis ſuo, de inoff. teſt. 41 2
Si quis ſupee, fin. reg. 497.2
Si quos judices, de off præt. Orient. 147.1
Si res tuas, ad exibendum. 503.1
Si ſcripti, de pet. hær. 435.1
Si ſepulchrum, de relig & ſumpt. fun. 504.2
Si ſervi, de noxal. act. 500.2
Si ſervi de neg. geſt. 256 1
Si ſervus, de his qui ad Eccleſ. 113.1
Si ſervus ignorante, de nox.act. 501. 1
Si ſibi, de nox.act. ibid.
Si ſub ſpecie, de poſtul. 218.2
Si ſuper de tranſact. 200.2
Si ſuperſtite, de dol mal. 266.2
Si te, ex quib cauſ. inf. 237.1
Si tibi ſervitutem, de ſervit. 473 1
Si totos, de innoff. don. 429. 2
Si tutor, in quib.cauſ.reſt. 3 0.2
Si Valerianus, de reſtit mil. 315.2
Si vi, vel metu, de his quæ vi. 261. 1
Si vi fluminis, de relig & ſump.fun. 503.2
Si venerabilis, de Epiſc.& Cler. 53.1
Si vos paternæ, ſi minor ab hæred. 297.1
Si uſufructus, de uſufr 458.1
Si ut allegas, ſi adv. cred. 296.1
Si ut allegas, de inoff don. 426.1
Si ut proponis, de rei vend. 442.2
Sicut de ſervit. 474.2
Sicut bonis, de in jus voc. 177.1
Sicut ſacrificia de Paganis. 110.2
Singuli quique, de off div. jud. 161.1
Sive apud acta, de tranſact. 208 2
Sive pars, de dilat. 359.2
Sive pro fratre, de neg geſt. 354 2
Sive ſervum, de noxal act. 501.1

# Index Legum.


Solemnibus, de re vind. 456.1
Statuas, de relig. & sumpt. fun. 505.1
Studentibus, de off. præf urb. 150.1
Studiorum labor, de Assessorib. 163.2
Sub prætextu 1. de transact. 206.2
Sub prætextu 2 de transact. 209.1
Successionum, fin. reg. 497.2
Suggerente, de off ejus qui. 163.1
Suggestionem, de adv div. 229.2
Supervacuum de temp. in integr. 320.2
Supplicare, ut litę pend. 140.1

T

TAm dementis, de Episc. aud. 93.1
Tanta, de ver. jur enucl 127.1
Temporales quando libell. Princ. 139.2
Temporalibus, de uxorib. 318.1
Testamenti, de inoff. test. 403.2
Testamentum militis, de test. 404.1
Titulos qui, de off. Cum Orientis. 154.2
Totius minoris, de off Quæst. 151.2
Traditionibus, de pact. 189.1
Transactio, de transact 212.2
Transactione finita, de transact. 209 2
Transactione matris, de transact. 208 1
Transactionem, de transact. 212.1
Transactionis placitum, de transact. 199 2
Transigere, de transact. 205.1
Tres tantummodò, de Episc aud. 8..2
Tres tantummodò, de off. præt. 156.1
Tutori, vel curatori, de neg. gest. 159.1

V

UBi autem vis, ubi de possess. 377. 1
Ubi pactum, de transact. 213.1
Velamento, de postul. 219.1
Velut castrense, de Assessorib. 165.1
Venditiones, de his quæ vi. 264.2
Veniam, de in jus voc. 177.2
Verbis testamenti, de usufr. 459.2
Verbum, ex quib. caus inf. 238.1
Viri illustres, de off. Mag. mil. 1 1.1
Universa. de precib. 136.1
Universa, de div. rescr. 145.2
Universi, ubi caus fisc. 389.1
Universis, de precib. 138.1
Vsufructu constituto, de usufr. 460.1
Usufructu matri de usufr. 462.2
Ut in die, de fer. 362.1
Ut inter divinum, de sacros. Eccl. 38.2
Ut prophanos, de Paganis. 110.2
Ut responsum, de transact. 204.1
Utili ratione, de defens. 171.1
Uxor tua, fam. ercisc. 478.1




# INDEX QUARTUS, AUTHENTICARUM.


A

ADhæc si. 334.1
Adscriptios. 73.2

C

Cassa. 15.2
Causa quæ. 68.1
Clericus quoquè. 69.1
Credentes. 97.2

D

Decernit. 325.2
Diaconissam. 50.2

E

Episcopalis ordo. 74.2

G

Gazaros. 100.2
Generaliter. 61.2

H

Hæc usus. 33.2
Hoc jure, 248.2
Hoc jus porrectum. 25.2
Hoc sacramentum. 329.2
Hodie. 341.2

I

Idem est de Nestorianis. 100.1
In isto. 331.2
Ingressi 17.1
Interdicimus. 55.2
Item nulla. 43.2
Item prædium. 31.2
Item privilegium. 94.1
Item quæcunque. 53.1
Item sibi. 31.2
Jubemus. 335.2

L

Libellum. 355.2
Liberi. 93.2
Licentiam. 71.1
Licèt testator. 65.1

M

Multò magis. 27.2,& 57.1

N

Noviſſima. 393.2
Nullus Episcopus. 59.1
Nunc autem. 57.2

O

Offerratur. 354.2

P

Perpetua quoque. 30.2
Post jusjurandum. 342.2
Presbyteri, seu Diaconi. 50.1
Presbyterum. ibid.
Presbyteros 1. 71.2
Presbyteros 2. 78.2
Præsides gentium. 91.2
Præterea si habeat 37.2
Principales. 331.2

Q

Qua in provincia. 376.1
Quæ supplicatio. 137.1
Quas actiones 40.2
Qui rem. 32.1
Qui res. 28.2
Quibuscunque modis. 28.1
Quod fieri. 359.1

S

Sacramentum puberum. 279.
Sed Episcopalia. 70.2
Sed & permutare 31.1
Sed hodie. 61.1.& 161.1
Sed judex. 49.1
Sed neque Curialem. 46.2
Sed novo jure. 52.1
Sed si post. 401.2
Si captivi. 76.2
Si minor. 319.2
Si modò. 488.2
Si omnes. 297.2
Si qua mulier. 21.1
Si quis Episcopus 54.1
Si quis in aliquo. 176.1
Si quis litigantium. 89.2
Si quis ruinas. 29.2
Si servus. 73.2
Si verò contigerit. 344.1
Si verò Dominus. 97.1
Sicut alienatio. 27.2
Statuimus, 69.1 & 92.1

V

Verum etsi, de Episc. & Cler. 74.2
Unde & si parens. 395.1


INDEX

# INDEX QUINTUS,

## Legum, & jurium incidenter discussorum, correctorum, & conciliatorum.


L. AD instructiones, de sacros. Eccl. correcta. 34.2.3

L. inter æquitatem, de legib. & constit. & l. placuit, de judic. conciliatæ. 116.23.4.5

L. fin. de repud. hæred. dum permittit revocationem abstentionis intra triennium, non procedit in filio emancipato. 129.4

L. præscriptione 2. si contra jus, & cap. super literis, de prescript. conciliatur. 141.2

L. ex conventione, de pactis, & l. 1. sine censu, vel reliq. remissivè conciliatæ. 184.6

L. si certis annis, de pactis, & l. excepto, locati, conciliatæ 194.6.

L. si quis in conscribendo, de pact. declarata, ibid. 2. 3. 4.

L. si quis de transact. tanquam minùs religiosa & dura, non servatur in practica. 213.1.2

L. non est ignotum, quib. non objic. longi temp. præscript. & l. sancimus, in quib. caus. rest. conciliatæ. 302.15

L. ut in die, de feriis, enucleata. 262.10

L. 10. vers. nullis volumus voluptatibus occupari, de fer. enodata. 365.2

L. non quidem, de jurisd. omn. jud. explicita. 366.1.6.7.8

L. 1. de inoff. test. declarata. 390.2

L. fin. §. fin de lib. præt. explicata. 417.13

L. si quis filium, §. omne adjutorium, de inoff. test. enodata. 418.6

L. 36. de inoff. test. declarata. 424.23

L. si putes 6. de inoff. dot. ib. explicita. 434.2

L. 15. vers. duobus in solidum, de rei vend. enodata. 452.27.

L. 15. de usufr. declarata. 465.11

Ibid. vers. nisi talis exceptio usufructuario opponatur, enodatus. 466.15

L. ult. de usufr. declarata. ibid. & seq.

L. 12. de servitutib. explicita. 474.6

L. filiæ cujus famil. ercisc. declarata. 484.9

L. ult. vers. sunt omni modo, &c. Communia utriusque jun. enodata. 496.3

L. jus sepulchri, de relig. & supt. fun. declarata. 506. 3

L. jus familiarium, eod. tit. explicita. ibid.


### DIGESTORUM.


L. si servitus, de servit. urb. præd. declarata 474.7


### AUTHENTICA.


De non alienando, §. emphyteusim: collat. 2. correcta. 30.11

Sacramenta puberum, si adversùs venditionem in Gallia neglecta. 280.2


### DECRETALIUM.


C super litteris, de rescript. & l. præscriptione. 2. si contra jus, conciliantur. 141.2


COLLE

# COLLECTANEA DOCTORUM In Codicem JUSTINIANI.

## *IN SUPER SCRIPTIONEM, ET PROOEMIUM.*

### SUMMARIUM.

1 *Nomen Domini in principio cujuſque rei invocandum.*
2 *Citra divini Numinis præſidium nihil quicquam moliri poſſumus.*
3 *Initium bonum ſequitur ex invocatione divini Nominis.*
4 *Reges Catholici à Dei gratia Regna ſua provenire profitentur.*
5 *Utile quàm ſit in principio cujuſque rei invocare divinum Numen, ſeu nomen Domini.*
6 *Imperator vocatur Dominus.*
7 *Domini nomen eſt nomen ſuperioritatis, & proprium Principum.*
8 *Imperatores plures nomine Domini vocari aliis prohibuerunt.*
9 *Octavianus Auguſtus prohibuit ne Dominus appellaretur.*
10 *Dominus dicitur Hiſpanicè Señor, & Gallicè* Seigneur, *à particula* ſenior.
11 *Philippus II. pro Regnis Caſtellæ, Legionis, & Luſitaniæ legem tulit ſuper illis, qui Domini appellari poſſent.*
12 *Verbum* Don *in Hiſpania, unde originem duxerit.*
13 *Iuſtinianus cur ſic dictus, & à qua familia originem duxerit.*
14 *Anguſtus dicebatur Iuſtinianus, eo quod illi Deus omnia proſperè pollicebatur felicibus auguriis, & ſignis.*
15 *Codex cur ita dicatur.*

1 IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, &c.) Præclarè Juſtinianus *in principio hìc, & in auth. de armis, in princ. collat. 6.* nomen Domini invocavit, quia ut rectè nos hortatur Apoſt. ad Coloſſenſ. *cap. 3. Omne quodcunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jeſu Chriſti facite, gratias agentes Deo, & Patri per ipſum* in gloriam namque Dei omnia peragenda ſunt, ut idem Apoſtolus nos admonet 1. *ad Corinth. c. 10.*

2 Aliter enim citra divini Numinis præſidium nihil quicquam moliri poſſumus, quia omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, ut ait S. Jacobus *epiſt. 1.* tum etiam, quia omne cauſarum principium debet referri ad principium, quod eſt ipſius cauſa, & maximè ad principium, quod eſt prima cauſa cauſarum, ſicuteſt Deus, ut tradit Bald. *in hoc proœm. n. 1.* præſertim quia ex invocatione divini Nominis bonum ſequitur initium, melius medium, optimus finis, *§. nos igitur, in auth. quomodo oport. Epiſcop.* Gloſſ. *verbo in nomine, in authent. de hæred. & falcid.* Quamobrem prudenter Sereniſſimi Portugaliæ Reges hujus religioſæ inſtitutionis memores ſuis titulis præfigunt, *Philippus Dei gratia Rex Portugaliæ*, &c. ſui imperii gloriam omnipotenti Deo tribuentes, palam Chriſtiana pietate ab eo ſui imperii lora accipere profitentes, juxta D. Pauli teſtimonium 1. ad Corinth. 15. *Gratia Dei ſum id quod ſum.* Denique quam utile ſit in principio cujuſque rei invocare divinum Numen, ſeu nomen Domini, tradunt Conluſitanus noſter Joannes Vallenſis Peixotius *ſuper repet. Signoroli de Homodeis, ad rubr. infrà, qui admitt. n. 1.* Mozz. *de contractib. tit. quomodo contractus deficiat, n. 27. cum multis ſeqq.* Sebaſt. Medices *in tract. de definitionib. p. 1. n.* 14. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit. 4. in princip. num. 6.* Steph. Gratian. *Marchiæ deciſ. 1. à n. 1.* latè & eleganter Cald. Pereira *de emptione & vendit. c. 1. à princip. uſque ad num. 16.* reſolventes non eſſe de ſubſtantia inſtrumenti invocationem divini Nominis: & reſpondet Steph. Gratian. *d. deciſ. 1. n 9.* Juſtinianum *in præſenti, & in l. 1. de veteri jure enuol. & in l. Deo nobis, C. de Epiſcop. & Cleric.* cum ſimilibus, in quibus habetur eſſe incipiendum ab invocatione divini Nominis, procedere de conſilio, non autem de præcepto.

3 *Domini.*) Ergo Imperator vocatur Dominus, *l. proximè*, ibi, *rogo te Domine Imperator, audias me patienter, ff. de his, quæ in teſtament. delentur*, ac Bartolus Juſtinianum Imperatorem Dominum appellat *in præſenti, n. 7.* Nam hoc nomen *Domini*, eſt nomen ſuperioritatis, ut colligitur ex *auth. habita ad fin. infr. ne filius pro patre, & ex c. gravem, de exceſſib. Prælat.* & tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 1. n. 25.* ac proinde proprium eſt Principis, & Superioris, ob idque multi Imperatores hoc nomine vocari aliis prohibuerunt, & illis ſolis reſervarunt, ut ſcribit Suetonius *in* Tranquill. *in vita Octavii Auguſti cap. 50.* & hoc idem Tiberium, & Alexandrum feciſſe aſſerit Gonzal. *d. gloſſ. 1. n. 23.* licèt nonnulli alii Imperatores Romani aſpernati fuiſſent nomen *Domini*, ut refert Arnald. Pontac. *in annot. ad Euſebium Cæſar cenſem, col. mihi 566.*

9 & illud est memoriâ dignum, quod cùm quidam larvactus Octavianum Augustum Dominum appellasset, ipse hoc ægrè ferens, quasi indignatus prohibuit statim ne deinceps sic denominaretur, prout attestantur Sueton. *in ejus vita, n.* 53. S. Thom. *in opusculo de regimine Principum, c.* 13. Rendina *de majest. Princip. verbo Nemini blandum, n.* 7. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 23. *in princip.* ubi advertit in hoc Octavianum tacitè innuisse nomen illud soli Deo, qui sub ejus Imperio nasciturus erat, convenire, juxta illud Psalmi 109. *Dixit Dominus Domino meo*, &c. quod citat Gonzal. *d. gloss.* 1. *num.* 18. Dominus dicitur Hispanicè
10 *Señor*, & Gallicè *Seigneur*, à particula *Senior*, quia in
11 sacra Scriptura, & apud antiquos Romanos, Seniores dicebantur, qui gubernio addicti erant, ita Bobadil. *dict. c.* 16. *num.* 25. Sed potentissimus Philippus II. Hispaniarum Rex noster, per suam pragmaticam de urbanitate intitulatam pro Regnis Castellæ & Legionis legem tulit anno 1585. super illis qui Domini appellari
12 possent, & pro Lusitaniæ Regno aliam promulgari jussit de anno 1597. Unde autem originem duxerit verbum *Don* in Hispania, tradunt Petrus Sanchez portionarius S. Ecclesiæ Toletanæ *in triangulo theologicarum virtutum, in virtute spei, art.* 7. Gardiola *de la nobleza de España, cap.* 39. Garibai *lib.* 1. *sui Compendii historialis, c.* 2. *pag. mihi* 399. Fr. Hieron. Roman. *lib.* 4. *de Republ. gentilica. cap.* 30.

13 *Iustiniani.*) Hoc nomen à Justino Imper. ejus avunculo, à quo & adoptatus, & in Imperiis societatem adscitus fuit, habuisse referunt nonnulli juniores; sed, ut rectè Hottom. *in ejus vita* observat, maximus is est error, cùm satis ex Consularibus fastis constet illum ante adoptionem hoc nomen habuisse, Consulatumque gessisse, anno videlicet ab Urbe condita 1273. & à Christo nato 521. quod & tradit Arnald. Wion Belga Duacensis, Monachus S. Benedicti, *de antiquissima familia Anicia, §.* 8. quem tractatum ipse libro, cui titulum indidit *Lignum vitæ*, præposuit, ubi probare etiam multis nititur Justinianum (quamvis humili & obscuro genere ortum fuisse plurimi comminiscantur) ex nobilissima, & antiquissima Aniciorum familia originem duxisse: refert Richard. *in proœm. Instit. ex n.* 14.

14 *Augusti.*) Ab augurio dicitur, & fortunatum significat, cui scilicet Deus omnia prosperè pollicetur felicibus auguriis, & signis, quæ appellatio rectissimè tribuitur Principi, cujus potestati adest Deus. Et hinc anno Urbis conditæ septingentesimo duodecimo: mos Romæ repetitus uni parendi pro Rege Imperatori, vel sanctiori nomine Augusto appellato, Octavianóque ex Numacii Planci sententia Senatus cognomen hoc primùm tribuit; non tam novo (ut inquit Suetonius) quàm ampliori nomine, quasi sanctum, fortunatum, & cui prospera omnia Dii ipsi pollicerentur. Cæteri Romani Principes ab illo dicti Augusti sunt, ut tam augusto splendidóque nomine sibi adepto ad easdem egregias virtutes invitarentur, ita Ricard. *dict. proœm. num.* 32.

15 *Codicis.*) Dicitur in arboribus, & fructibus id quod à radice crassius supra terram assurgit, ex quo tabulas antiqui faciebant, hisque cera illitis stylo scribebant: unde Leo Imper. *in l.* 3. *de agent. in rebus, lib.* 11. Codices appellat tabulas continentes notitiam dignitatum, & administrationum, & sic constitutionum Imperatoriarum volumina Codices appellata sunt. Ita Calvin. *in Lexic. verbo Codex.*

---

*De novo Codice faciendo.*

SUMMARIUM.

1 *Codice uno Iustinianus collegit constitutiones tribus Codicibus, & Novellis contentas.*

2 *Constitutiones Imperatorum ad Diocletiani usque tempora in immensum excrescentes tempore Constantini Magni in duos Codices, Hermogenianum & Gregorianum collatæ sunt.*

3 *Codex Theodosianus comprehendit omnes Constantini Magni & sequentium Imperatorum constitutiones.*

4 *Iustinianus in hoc unum volumen & corpus digessit constitutiones illas in tres Codices dispersas.*

5 *Superfluum omne est à jure reprobatum.*

6 *Prioritas ex ordine scripturæ probatur.*

7 *Factum prius præsumitur in dubio, quod prius in ordine reperitur scriptum.*

8 *Instrumenta duo si reperiuntur in eodem libro, vel charta conscripta, id prius factum præsumitur, quod primò scriptum est.*

9 *De tribus veteribus Codicibus, remissivè.*

10 *Glossa est dictio Græca, & significat linguam.*

11 *Glossarum authoritas maxima est in jure.*

12 *Ordinatio Regia Lusitan. jubet recurri ad glossas Accursii, deficiente lege Regni, vel lege Imperiali.*

13 *Contrarietas nulla est legibus.*

14 *Dictio*, immò, *aliquando ponitur copulativè & ampliativè, quando scilicet adjungitur ei dictio*, etiam.

Hæc, quæ necessariò, &c.

*Imp.* IUSTINIANUS A. *ad Senatum urbis Constantinop.*

UNo Codice colligere profitetur Justinianus constitutiones, quæ tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano, atque Theodosiano, & Novellis continebantur. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. & Paul. de Castro. Vide Pichard. *in inscriptionem Institutionum*, ubi latè, & præcipuè *n.* 11. narrat quod cùm Respublica ad Cæsares translata fuisset, septima Juris Romani accessio ex Imperatorum constitutionibus fuit, quæ ab Augusto initium cœpere, quarum multitudo cùm ad Diocletiani tempora in immensum excrevisset, tempo- 2
re Constantini Magni in duos Codices collatæ sunt, quorum alter Hermogenianus, alter Gregorianus ex compositorum nominibus appellatus est; paulò post 3
Codex Theodosianus accessit, in quem Theodosii Imperatoris mandato omnes Constantini Magni, & sequentium Imperatorum Constitutiones relatæ fuerunt: hicque Romani juris progressus fuit usque ad Justinianum, hicque status eo imperante erat. Decrevit ergo is, infinitis legum commentariis, & immensæ juris civilis difficultati ex librorū ortæ multitudine remedium imponere (quod & alii jam Cæsares, Pompeius Magnus, & Julius Cæsar in animum induxerant, præstare tamen bellis impediti non potuerunt) & Indictione septima Imperii sui, anno autem Christi 531. constitutiones illas in tres Codices, Gregorianum, Hermogenianum, & 4
Theodosianum dispersas, intolerabili tamen dissimilitudine inter se pugnantes, inutilibus rejectis, superadditis necessariis unum corpus, & volumen digessit, quod suo nomine Justinianeum inscribi voluit.

In §. *Quibus*, ibi, *resecatis tam supervacuis.* Quia 5
omne superfluum est à jure reprobatum, per ea quæ adduximus *in collect. ad proœm. Decretalium, ex numero* 28.

*Primis quidem in primo loco.* &c.) Ergo prioritas ex 6
ordine scripturæ probatur, ut citata hac lege tenet Mascard. *de probat. concl.* 1171. *alias* 1176. *num.* 36. & in
dubio quod priùs in ordine reperitur scriptum, præ- 7
sumitur priùs factum, argumento *hujus legis* dicit Com. *ad l.* 50. *Tauri, num.* 40. *in med.* Unde notatur ad 8
hoc quod si reperiuntur duo instrumenta in eodem libro, vel charta conscripta, id prius factum præsumitur,

quod

quod primò conscriptum est, ut per Bart. *n.* 2. & Bald. *in præsenti*, Ludov. Peguera *dec.* 48. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1228. *alias* 1235. *n.* 12. *&* 13. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 2. *n.* 6.

9 *In tribus veteribus Codicibus.*) Vide Padil. *in l. si quæ, n.* 4. *inf. de diversis rescriptis.*

## *AD GLOSSAS.*

10 Glossa est dictio Græca, & significat linguam, & sicut lingua explicat animum alicujus, ita Glossa textus veritatem declarat, ita dixi *in meo Dictionar. Lusitanicolat. col.* 598.

11 In jure nostro est maxima glossarum authoritas, & quantum ad veritatem prævalet opinioni Doctorum, & illarum authoritas cæteros antecellit. Vide Socin. *consil.* 80. *n.* 4. *vol.* 1. qui dicit in decisionibus causarum non esse recedendum ab opinione glossæ, Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 12. *de pœna judicis, qui malè judicavit, num.* 20. *vers. & licèt similiter, pag.* 252. Barthol. Bolog. *in repet. auth. habita, C. ne filius pro patre, num.* 258. Palat. *in repet. cap. per vestras, notab.* 5. *num* 8. Aviles *ad cap.* 1. *Prætor. verbo fiel, n.* 15. *pag.* 32. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 12. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 842. *& concl.* 1138. *num.* 15. *cum seqq.* Cevall. *in præfat. commun. contra commun. ex num.* 61. ubi *n.* 67. dicit ob hanc rationem Gregorii Lopez authoritatem in interpretatione legum Partitarum tanquam illarum Glossatoris esse magni ponderis, & momenti, & semper in dubio amplectendam, & cæteris Authoribus præponendam. Cened. *ad Decretal. collect.* 18. *num* 6. *& canonic. quæstion. lib.* 1. *quæst.* 8. *n.* 19.

12 Et meritò adud Lusitanos Ordinatio Regia *lib.* 3. *tit.* 64. §. 1. jubet recurri ad Glossas Accursii deficiente lege Regni, vel lege Imperiali, de quibus plura congerit Franc. à Sousa *in repet. l. fœmina, ff. de regulis juris, p.* 1. *n.* 252.

13 In gloss. *Præterquam*, ibi, *quia nullum contrariarum in venitur*, juncta additione marginali, ibi, *contrarietas nulla est in legibus.* De quo latè dixi *in collect. proœm. Decretal. n.* 42. *cum seqq.*

In gloss. *Imò* ibi ponitur pro *&* Aliquando igitur ponitur hæc dictio, *imò*, copulativè, & ampliativè, quando scilicet adjungitur dictionis, *etiam*, ut per Cened. *sing.* 52. *n.* 5. Vulpe *de Præpos. & Adverb. signif. sub illa dict. pag.* 43. & alios quo refero *de dictionib. usufreq. dict.* 151. *n.* 4.

---

*De Justinianeo Codice confirmando.*

## SUMMARIUM.

1 *Codicem noviter factum confirmat Justinianus, & mandat ipsum publicari.*

2 *Regna gubernantur tam per justitiam, quàm per arma bellica.*

3 *Legem, vel canonem derogatum ex legitima causa, non licet ulterius allegare, & qui contrarium fecerit, in pœnam falsi incidit.*

4 *Leges abrogatæ in dubio non præsumuntur; & qui dicit contrarium, debet probare.*

5 *Lex correcta tunc potest allegari pro interpretatione juris communis, vel in argumentum, aut inductionem si lex illa sit inserta in corpore juris.*

6 *Lex ut dicatur usu contrario abrogata, quæ requirantur.*

7 *Practica & experientia in judicando requiritur ultra doctrinam & scientiam.*

8 *Advocatus junior si fuerit Doctor, debet præcedere antiquiorem Advocatum non Doctorem.*

9 *Privilegiis alicuierit, vel personæ specialiter conces-*



*sis nunquam videtur derogatum per generalem dispositionem.*

10 *Indictionibus veteres uti solebant.*

## Summa Reipubl. tuitio, &c.

*Idem Mennæ Præfecto Prætorio.*

COnfirmat Imperator Codicem noviter factum per viros de quibus in præsenti dictum est, & mandat ipsum publicari, & servari. Colligunt ex ordin. Bald. & Paul. de Castro. Vide Cardin. Cæs. Baron. *tom.* 7. *annal. Eccles. anno Christi* 529. *pag. mihi* 151. 1

*Armorum, atque legum.* &c.) notatur ad hoc quod Regna gubernantur tam per justitiam quam per arma bellica, quorum requiritur concursus, & ita adinvicem coadunantur, ut per Chastan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 7. *consid.* 8. *vers. & quia.* 2

In vers. *Hunc igitur*, ibi *falsi criminis*, &c.) Notatur ad hoc, quod derogatam legem, vel canonem ex legitima causa non licet ulteriùs allegare, & qui contrarium fecerit, in pœnam falsi incidit, ut per Jas. *in §. in personam. n.* 20. *Instit. de actionib.* Socin. *regul.* 285. Azeved. *ad l.* 4. *n.* 6. *tit.* 16. *lib.* 2. *novæ recop.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 36. *c.* 3. *sub n.* 7. Menoch. *de arbitrar. casu* 306. *n.* 25. Rebuff. *ad l.* 102. *ff. de verb. signific. pag.* 430. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *in præfat. n.* 18. *cum seqq.* Morla *in emporio juris p.* 1. *tit.* 1. *in prælud. n.* 58. Farinac. *de falsitate, & simulat. q.* 150. *n.* 79. In dubio autem non præsumuntur leges abrogatæ, & qui dicit contrarium, debet probare leges esse abrogatas; alias succumbet, ut per Mascard. *de probat. concluf.* 1268. *n.* 9. 3

Declara tamen tunc legem correctam posse allegari pro declaratione & interpretatione juris communis, vel in augmentum, aut inductionem, si lex illa sit inserta in corpore juris per text. *in c. authoritate. vers. sicut contingit, de conces. præbend. in.* 6. ubi Papa allegat in argumentum leges correctas, & notat ibi gloss. *verbo agnatus*, Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 2. §. 1. *n.* 14. *fol. mihi* 88. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell.* §15. *proœm. n.* 155. Gutier. *in auth. Sacramenta puberum, n.* 75. *C. si adversùs vendit.* Lex ut dicatur usu contrario abrogata quæ requirantur, vide Barsar. *consil.* 339. *n.* 16. *lib.* 3. Menoch. *consil.* 719. *à n.* 30. *lib.* 8. 4

*Quam experientia rerum*, &c. Notatur ad hoc, quod non doctrina tantum & scientia in Magistratibus necessaria est, nisi practicam & experientiam in judicando habeant, ut per Conrad. *in templo omnium judic. lib.* 1. *cap.* 1. *vers.* 22. *n.* 8. Rendina. *de majest. Princip. n.* 59. Aviles *ad cap.* 4. *Prætor. in verbo que les diere, n.* 11. Burg. de Paz. *l.* 2. *Tauri, n.* 65. *cum seq.* Segur. *in director. judicum. p.* 1. *c. c.* 4. latè Garc. Mastrill. *de Magistratib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 39. *cum multis seq.* 5

*Vir illustris ex magisterio*; &c.) Notatur ad hoc, quod si junior Advocatus fuerit Doctor, debet præcedere antiquiorem Advocatum non Doctorem, sumendo argumentum ab ordine litteræ, quia hic priùs nominatur Doctor, quàm Advocatus, ut per Signorol. de Homod. *cons.* 129. *col antepen.* Rebuff. *in tract. nominat. q.* 21. *n.* 3. 6

*Si quæ verò pragmaticæ*, &c.) Notatur ad hoc, quod per generalem dispositionem nunquam videtur derogatum privilegiis alicui rei, vel personæ specialiter concessis, ut per D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 1. *n.* 1. *post. med.* 7

*Septimæ indictionis*, &c.) Ergo moris fuit apud veteres indictionibus uti, easque annorum numero hi adjicere solebant, ut per Aliciat. *lib.* 8. *parerg. c.* 1. Covar. *var. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 4. *cum seqq.* ubi latè quo tempore initium habuerit indictionum usus, & de earum calculo, observatione & à qua anni parte incipiant. 8 9

11 In gloſſ. *Indefeſſo*, ibi *unde colligitur quod melius fecerunt, nam in primis horis diei, vel poſt ſomnum, quando aliquis eſt recens, melius fecit.* Vide Perez *in l. 2. gloſſ. 1. in princ. tit. 3. lib. 2. ordinam.*

---

## *De emendatione Codicis.*

### SUMMARIUM.

1 *Conſtitutiones diſperſas operâ nominatorum reviſas & emendatas in titulos congeſſit.*
2 *Res quælibet eſt ſignificanda ſuo nomine per conſequentiam litterarum, non per abbreviaturas.*
3 *Statuta adverſantia juri communi, vel ipſius derogatoria, non recipiunt interpretationem ab ipſe jure communi.*
4 *Jus Cæſareum non obligat noſtros Luſitanos ex vi ſua, ſed quatenus Regiis ordinationibus noſcitur approbatum.*
5 *Hiſpanos non obligat jus civile, niſi quatenus Regiis legibus fuerit confirmatum.*
6 *Ius Regni, jus commune apud Hiſpanos nuncupatur.*
7 *Legibus Regiis deficientibus, & conſuetudinibus provinciarum, an potius recurrendum ſit ad jus Civile, quàm ad jus Canonicum, oſtenditur.*

### Cordi nobis eſt, &c.

### *Idem Senatui urbis Conſtantinop.*

1 COnſtitutiones diſperſas & vacillantes Juſtinianus operâ nominatorum ſuprà, in ordinem juſtum & volumen unum congeri curavit, & vetus jus in 50. deciſiones, & antiquum in Digeſta, & ſuas conſtitutiones redegit, Novellas poſt Digeſta & Codicem ſparſas, reviſas, & emendatas operâ Triboniani, Dorothæi, Mennæ, & Conſtantii in titulos congeſſit, & publici juris fecit, ac Codicem hunc novum ex prioribus tribus collectum, ſub ejuſque auctoritate publicatum ex die publicationi inſerto in cauſis ſequentibus obſervandum mandavit. Vide Bald. Aloyſ. de Leo *ſuper hanc conſt. fol. mihi 2. verſo.* Sebaſt. Næv. *in ſyſtemate ſelect. ſub hac conſt.*

2 *Sine ulla ſignorum dubietate conſcribi juſſimus.*) Notatur ad hoc, quod unaquæque res eſt ſignificanda ſuo nomine per conſequentiam litterarum, non per abbreviaturas: concordant text. *in proœm. Digeſt. §. illud autem,* ibi, *ut nemo audeat eorum, qui libros ſcribunt, ſigna in his apponere, l. 1. de veteri jure enucl.* ibi; *jubemus non per ſignorum captiones, & compendioſa anigmata, auth. de teſtam. imperfecto, §. nos igitur, collat. 8.* ibi, *ſed per totas litteras declarandas,* & ibi, *non ſignis* refert Garcia *de nobilit. gloſſ. 4. n. 39.*

*Vel ex aliis conſtitutionibus, quas ante fecimus* &c.); 3
Notatur ad hoc, quod ſtatuta adverſantia juri communi, vel ipſius derogatoria, non recipiunt interpretationem ab ipſo jure communi, ut per Tiraq. *in tract. le mort. p. 2. decl. 2. n. 2.* Intelligi tamen debent ut minùs quàm poteſt, lædant jus commune, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 3. in fine, n. 2. pag. 237.* Tiraq. *de retract. lign. §. 9. gloſſ. 2. n. 55.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 278. & de arbitr. caſu 321. n. 13. & conſ. 4. num. 8. & conſ. 5. n. 3. & conſ. 88. num. 30.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 90. ex num. 4.*

*Hoc tantummodò in omnibus rebus, & judiciis & obtineat, & recitetur.*) Adverte jus Cæſareum non obligare noſtro Luſitanos ex vi ſua, ſed quatenus Regiis ordinationibus noſcitur approbatum, prout habetur *in Regia ordin. lib. 3. tit. 64. in prnc.* & per eam obſervant Regnicolæ, & præcipuè Gam. *dec. 3. n. 6. & dec. 50. num. 5. & dec. 348. in fine.* Valaſc. *conſ. 103. n. 8.* Cabed. *p. 1. dec. 211. cum ſeq.* Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 1. num. 5.* 4

Apud Hiſpanos etiam jus civile non habet legum 5
authoritatem, niſi quatenus Regiis legibus fuerit confirmatum, nec leges Pandectarum, nec Imperatorum in Regnis Caſtellæ, & Valentiæ, tanquam leges, ſed tanquam ſapientium dicta, ſunt accipiendæ; ita Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr. 11. §. his igitur, numero 3.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 12. numero 11.* Perez *in præm. ordin. quæſt. 3.* Salzed. *in pract. cap. 144. lit. C.* Flores *ad Gam. deciſ. 3. n. 6.* Morla *in emporio juris, part. 1. tit. 1. quæſt. 16. numero 13. verſ. unde apud Hiſpanos* Jus enim Regni, jus commune apud Hiſpanos nuncupatur, ex *l. 4. tit. 12. lib. 1. novæ recop.* ibi, *de los derechos communes de nueſtros Reynos.* Idem de conſtitutionibus Neapolitanis atteſtatur Afflict. *in prælud. conſtit. quæſt. 1. num. 1.* 6

Sed dubium extat, an deficientibus legibus Regiis, 7
& conſuetudinibus provinciarum, recurrendum ſit potius ad jus Civile, quàm ad jus Canonicum; in quo Ordinat. Regia Luſitan. *d. tit. 64. in princip.* inſinuat ad jus Civile eſſe recurrendum, niſi materia peccatum concernat, quia tunc ſecundùm Canones ſunt cauſæ reſolvendæ. At verò in Regnis Caſtellæ ſemper ad jus Canonicum recurrendum eſſe tenent Burg, de Paz. *l. 1. Tauri, n. 60. cum ſeq.* Perez *in d. ordin. q. 31.* Soar. de Paz. *in praxi, in princ. annot. 5. ſub n. 36.*

# COLLECTANEA DOCTORUM In Librum primum Codicis.

## *De Summa Trinitate, & Fide Catholica, & ut nemo de ea contendere audeat.*

## TITULUS PRIMUS.

### SUMMARIUM.

1 *Trinitas ſumma quid.*
2 *Rubrica unde dicatur.*
3 *Rubrica nihil aliud eſt, quàm rerum tractandarum index.*
4 *Rubricarum continuatio eſt admodum utilis, & librorum tituli ſunt congruè connectendi.*
5 *Rubricæ ad deciſiones cauſarum allegari poſſunt, ſi perfectam orationem contineant.*
6 *Argumentum valet à Rubrica, quando ſcilicet per ſe clara & ab omni parte perfacta eſt.*
7 *Rubricarum generalitas eſt reſtringenda à congeſtis in nigro.*

### *AD RUBRICAM.*

1 SUMMA Trinitas eſt fundamentum fidei Catholicæ, quam amplectitur univerſalis Eccleſia Chriſti: de hac fide diſſerere, id eſt, in dubium revocare, hic tit. vetat Scripſerunt in hanc rubr. Alban. Cyn. Salicet. Caſtrenſ. Bald. Jaſ. Alciat. Corraſ. Anton. Fontan. Signorol. de Homod. Joan. Baptiſta, Aloyſ. de Leo, Petr. Gilchen, Sebaſt. Nævius, item Jacob. Cujac. Pacius & Weſemb. *in paratitlis ſuper hunc tit.* De materia vide citatos ſub hac rubr. *in Decretalib.*

2 Rubrica eſt terra rubri coloris, qua fabri materiarii lineas ducunt. Quoniam verò librorum indices, & capita terrâ rubrâ, ſeu minio notabantur effectum eſt ut per metonymiam rubrica pro ipſis librorum, ſeu legem titulis acciperetur, quemadmodum Purpura pro Rege, ea de cauſa quia Regum eſt inſigne: ita Petr. Alphonſ. de Vaſconcellos *in harmonia rubricarum, ſub hoc tit in Decretalib. n.* 2. Et hinc Rubrica nihil aliud eſt quàm rerum tractandarum index Vigl. *in rubr. ſi certum petat. n.* 20. Cened. *canon. q.* 21. *n.* 16.

3 Rubricarum continuatio eſt admodum utilis, & librorum tituli ſunt congruè connectendi, ut per Laram *in l. ſi quis à liberis, §. ſolent, n.* 49. *cum ſeqq. ff. de liberis agnoſc.* Sebaſt. Medices *de legib. p.* 3. *q.* 7. D. Barboſ. *ad rubr. ff. ſolut matrim. p.* 1. *n.* 11.

4 Poſſunt rubricæ ad deciſiones cauſarum allegari, ſi orationem perfectam contineant, ut per Cott. *in memorab. verbo rubricæ, pag.* 740. Mich. Graſſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *de legibus, n.* 245. *pag. mihi* 232. Et ab

5 illis valet argumentum, Bart. per text. *ibi, in l.* 1. *ff. ſi certum petat.* Menoch. *conſ.* 3. *n.* 15. *& conſ.* 485. *n.* 2. 11. *&* 12. Honded. *conſ.* 10. *num.* 46. *tom.* 1. Monet. *de opt. canon. c.* 2. *n.* 4. & alii citati per me *de locis communibus argum. juris, loco* 98. *n.* 1. Quando ſcilicet per ſe claræ, 6
& ex omni parte perfectæ ſunt nec indigent aliqua ſuppletione, Alderan. Maſcard. *de gener. ſtat interp. concl.* 2. *n.* 202. *cum ſeqq.* Anton. Monach. *Florent. deciſ.* 46. *n.* 76. Fachin. *conſ.* 51. *n.* 14. *lib.* 1. Illarum ta- 7
men generalitas eſt reſtringenda à congeſtis in nigro, ſi ſequeretur abſurdum & iniquitas, ut per Triviſ. *Venetiæ dec.* 50. *n.* 13. *lib.* 2. Alderan. Maſcard. *d. concl.* 2. *n.* 206. Anton. Menoch. *Florent. dec.* 47. *n.* 40. quos refero *d. loco* 98. *n.* 4.

---

### SUMMARIUM.

1 *Fides Catholica circa Trinitatem ſervanda.*
2 *Imperatores duo ſimul, tres, vel quatuor olim fuerunt, & nunc unus primus, nunc alius ſeſe ſubſcribebat.*
3 *S. Damaſus Luſitanus in Vimaranenſi oppido natus probatur.*
4 *Parentes pulchra nomina & honeſta liberis imponere debent.*
5 *Infames ſunt omnes qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt.*
6 *Imperatorum poteſtas, & Imperialis dignitas ante Imperii tranſlationem non à Papa, ſed ab ipſo Deo, mediante jure gentium inſtituta fuit.*
7 *Statuta an & quando ligent forenſes.*
8 *Imperator an dicatur Dominus mundi.*
9 *Papa an habeat temporalem juriſdictionem.*
10 *Uſurarum ſine labe licitè exigitur id, quod creditoris verè interſit, tam ratione lucri ceſſantis, quàm damni emergentis, & quid in mutuo.*
11 *Infamia facti non repellit à teſtimonio. Intellige ut ibi.*

### L. Cunctos populos. I.

*Impp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS & THEODOSIUS AAA. *ad pop. Urbis Conſtantinop.*

FIdes Catholica circa Trinitatem eſt ſervanda ſe- 1
cundùm Apoſtolicam doctrinam, & Evangelicam diſciplinam: eam ſervantes vocantur Chriſtiani, non ſervantes dicuntur hæretici, & ut dementes & infames habentur, & à Deo, ac principe puniuntur. Colligunt ex ordinariis Bart. Alban. Cyn. Salicet. Caſtr. Jaſ. Alciat. Coraſ. Aloyſ. Leo, Bald. Petr. Gilchen. Sebaſt. Nev. & repetentes *vol.* 7. Signerol. de

Homod. Joan. Baptiſta Caccialupus, ac Petrus de Bellapertica remiſſivè, Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. totius juris Canonici & Civilis, part.* 1. & 2. Vide Mercerium 2. *opinionum, cap.* 7. & Walth. 2. *Miſcellaneorum* 3.

2 In ſuperior. ibi, *Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius*, &c. Nota quod olim duo ſimul, tres, vel quatuor Imperatores erant, & nunc unus primus, nunc alius ſeſe in ſuis litteris, ſanctionibus, & reſcriptis nominabant, & in multis legibus id factum fuiſſe comperies. videlicet *in hac lege, & in l. ſi quis, C. de apoſtatis, & in l. Iudæi, C. de Iudæis*, & alibi eo ordine, de quo in hoc textu, inverſo ita comperies, Theodoſius, Valentinianus, & Gratianus, videlicet *in l.* 2. *ff. de offic. mag. equit. & in l.* 2. *de offic. civil. jud. & in l. nobiliores, de commerc. & mercat.* ita Tiraq. *de jure primog. q.* 19. *n.* 14.

3 *Damaſum.*) Cùm Beatus Damaſus ſit luminare magnum totius Luſitaniæ, honor & decus Vimaranenſis oppidi, à quo originem duxit, neceſſarium ruputavi Auctores referre, qui cum Vimarani natum eſſe affirmant, & ita ex Hiſpanis id ipſum atteſtantur Illeſcas *in Chronica Pontific.* in vita hujus Sancti, Garibai *in compendio hiſtoriali, p.* 1. *lib.* 7. *cap.* 52. Pineda *in monarchia Eccleſ. p.* 2. *lib.* 13. *cap.* 22. Fr. Hieron Roman. *in chronica generali Hiſpaniæ, lib.* 10. *cap.* 40. Don. Maurus Ferrer. *in hiſtoria S. Iacobi lib.* 2. *cap.* 13. & probant ex noſtris Gaſpar. Barreiros *in ſua chorographia, cap. de Madrid, fol.* 54. Bernard. de Britto *in Monarchia Luſitana, p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 27. Illuſtriſſ. D. Roderic. à Cunha Archiepiſc. & Dominus Bracheræ *in hiſtoria Archiepiſcoporum ſuæ Eccleſiæ*, & colligitur ex antiquiſſimo martyrologio Placentino, ubi reperiuntur ſequentia verba, *Natale ſancti Damaſi Hiſpani Vimaranenſis.* Quamvis eum natum Matriti referunt Lucius Marin. Sicul. *lib.* 2. *rerum memorab. Hiſpaniæ, fol.* 13. Gregor. Lopez Madeira *in libro diſcurſuum montis ſancti Granatenſis c.* 36. *fol.* 147.

4 *Catholicorum nomen.*) Salicet. *in præſenti*, per hunc textum exhortatur parentes ut pulchra nomina & honeſta liberis imponant, & non turpia, quodammodo præ ſe ferunt infamiam, & ſiniſtram ſuſpicionem habent, de quo vide Doctores citato *in collect. ad c.* 1. *de depoſito n.* 1.

5 *Infamiam ſuſtinere*, &c.) Notatur ad hoc quod omnes, qui Chriſtianæ legis normam abjiciunt, ſunt infames ut per Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ.* 13. *n.* 7. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 7. *in fine*, Azeved. *l.* 1. *n.* 162. *tit.* 13 *lib.* 8. *novæ Recopil.* Vide citato per me *ad authent. Gazaros, de hæret.*

6 *Quem ex cœleſti arbitrio ſumpſerimus*, &c.) Ergo Imperatorum poteſtas à Deo proximè eſt, non à Romano Pontifice. Idem colligitur ex *l.* 1. *C. de veteri jure enucleand.* ibi, *Deo authore noſtrum gubernante imperium, quod nobis à cœleſti majeſtate traditum eſt*: & ex *l. ult. ad fin. C. de quadrien. præſcript.* ibi, *quo nutu divino imperiales ſuſcepimus inſulas*, & ex *l.* 2. *C. de offic. præfect. prætor. Afr. in princ.* ibi, *per ipſum enim jura imperii ſuſcepimus.* Et licet Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 10. *cap.* 2. *quæſt.* 1. *verſ. alia verò jura*, exiſtimaverit Imperatoris juriſdictionem, & poteſtatem eſſe ac pendere proximè à Romano Pontifice, & reſponderit ad jura in contrarium citata, & alia ſimilia, in quibus habetur imperium eſſe à Deo, intelligenda eſſe à Deo quidem, ſed non proximè. Nihilominùs tamen verius exiſtimo, imperialem dignitatem ante imperii tranſlationem non à Summo Pontifice, ſed ab ipſo Deo mediante jure gentium inſtitutam fuiſſe, poſt prædictam tamen tranſlationem à Summo Pontifice factam, ab eo inſtitutam dici, ut probavi *in collect. ad c. venerabilem* 34. *de elect. n.* 3.

7 In gloſſ. *Quos* 1. ibi, *Arg. quod ſi Bononienſis conveniatur Mutinæ, non debet judicari ſecundùm ſtatuta Mutinæ, quibus non ſubeſt*, &c. An. & quando ſtatuta ligent forenſes, vide Cevall. *communium contra communes, q.* 724.

In eadem gloſſ. ibi, *quod non omnes populos regit Imperator*, &c. An dicatur dominus mundi, vide *in collect. ad d. c. venerabilem, n.* 20. *&* 21. 8

In eadem gloſſ. ibi, *& an Papa temporalem juriſdictionem habeat?* de hoc dixi late *in tract. de officio & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 19. *cum multis ſeqq.* 9

In gloſſ. *Petrum* ibi, *ſed ut intereſſe petuntur.* Notatur ad hoc quod id quod creditoris verè interſit, tam ratione lucri ceſſantis, quàm damni emergentis, licitè ab eo exitur abſque uſurarum labe, ut per Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 18. *n.* 71. *in princip.* Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 4. *num.* 1. Cald. Pereira *de exempt. cap.* 29. *n.* 45. Negotiari enim ſolitis utroque jure intereſſe lucri ceſſantis debetur, *l.* 3. §. *fin.* ubi gloſſ. & Doctores, *ff. de eo quod certo loco, l. ſi ſterilis* 22. §. *cùm per venditorem. ff. de action. empt. l.* 3. *tit.* 11. *part.* 5. Dec. *conſ.* 39. *n.* 5. late Cagnol. *in l.* 1. *à num.* 35. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Gam. *dec.* 110. *num.* 3. *&* 5. & in cambiis indubitatum eſſe aſſerunt Navar. *in cap. naviganti, n.* 35. *de uſuris*, Rot. Genuenſ. *dec.* 86. *num.* 6. Fr. Hieron. de Luca *in tract. de cambiis, verſ. ſequitur alius, n.* 15. *tom.* 6. *tractatuum Doctor. part.* 1. Fr. Ludov. Lopez *inſtruct. negotiation. lib.* 1. *tit. de cambiis, capit.* 13. Burgos de Paz. *conſ.* 49. Et in mutuo locum habet in illis provinciis, in quibus negotiatur communiter, his concurrentibus, videlicet quod mutuatio ſit omnimoda, immediata cauſa lucri ceſſantis: & quod pecunia, quæ mutuò conceditur, certæ, aut probabili negotiationi & lucro ſubtrahatur, & denique quod lucrum impendatur, illud moderando deductis expenſis, & ratione periculi & laboris in negotiatione ſubeundi, ut colligi videtur ex P. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 316. Nav. *in Man. cap.* 17. *num.* 211. D. Barboſa *in l. de diviſione* 5. *à n.* 27. *ff. ſoluto matrim.* Fachin. *controverſ. lib.* 11. *cap.* 39. Leſſius *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 11. *à n.* 34. Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *q.* 20. *n.* 20. *cum ſeqq.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 387. *à n.* 1.

In gloſſ. *Divina*, ibi, *hic loquitur de infamia facti, quæ non repellit à teſtimonio.* Ita *gloſſ.* 3. *col.* 1. *in fin. l.* 8. *tit.* 16. *part.* 3. quod intelligendum eſt in civilibus non arduis, ſecus autem in criminalibus, ut per Hippol. *ſingul.* 109. 476. *&* 457. Crot. *de teſtibus n.* 37. *cum ſeqq.* Covar. *de ſponſal. part.* 2 *cap.* 8. §. 12. *n.* 7. Cevall. *commun. contra communes q.* 396. *per totam*, latè Farinac. *in praxi crimin. q.* 56. *n.* 100. *cum multis ſeqq.* Cald. Pereira *recept. ſentent. in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunct. p.* 2. *num.* 44. 11

## SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum nullum, nec ulla congregatio proſit hæreticis, & quidem Nicænæ Synodi articulis renitentibus.*

2 *Juſtinianum exiſtimaſſe in hac lege Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere, nonnulli falsò affirmarunt.*

3 *Iuſtinianum nonnulli retulerunt in Divorum catalogum.*

4 *Iuſtinianus à calumnia vindicatur.*

5 *Hæreticus reſcripta non impetrat.*

6 *Meretrix mulier inhoneſta expelli poteſt è vicinia: quid ſi eſſet uxorata.*

7 *Meretrici locans domum an peccet mortaliter.*

8 *Iudæi tolerantur, non verò hæretici quia fides Iudæorum habet primordium veritatis.*

## L. Nullus. II.

*Idem* A A A. *Eutropio P.P.*

1 HÆreticis, & quidem Nicænæ Sinodi articulis renitentibus, nullus locus, nulla item congregatio, nec ullum reſcriptum proſit. Et pro cultore Religionis veræ Sinodi Nicænæ, non adverſæ habendus eſt, qui trinum Deum quoad perſonas eſſentiâ unum æqualemque habet; ita ut hujus Nicænæ Fidei articulis adverſantes hæretici liminibus Eccleſiarum arceantur, nullas habent congregationes, & ob factioſos motus urbibus, & mœnibus ſint exterminandi. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 2. n. 1. ſupr. hoc. tit.*

2 Non defuerunt multi qui dicant Juſtinianum in hæreſim lapſum falſsò exiſtimaſſe in hac lege Spiritum Sanctum à ſolo Patre procedere, qui error in Græcorum mentes invaſit, & meritò ab Eccleſia improbatus eſt, ex adductis per Magiſtr. *n. 1. ſent. diſt. 11. quæſt. 1.* & *ibi* Durand. & alios citatos ab Arnald. *in rubr. de hæret. quæſt 1. n. 22.* Adducunt enim verba ibi *qui Spiritum ſanctum, quem ex ſummo rerum parente & ſperamus*, &c. ex quibus parum piè de Juſtiniano ſentiunt Zaſius *in proœm. Digeſt. in princip.* & Arnald. *n. 22.* Sed ita Juſtiniano noſtro detrahendum non eſt, cùm nonnulli in Divorum catalogum illum retulerint, ut conſtat ex Fabro *in princip. Inſtit. de action. poſt. num. 3.* & 4 Benincaſ. *ſub eodem tit. in præfat. n. 19.* Bolog. *in auth. habita C. ne filius pro patre*; nam vendicari à calumnia poteſt, quoniam licèt Spiritum ſanctum ex ſummo rerum Parente procedere aſſeruerit, non tamen ob id à Filio quoque procedere negaſſe videtur, ex traditis à D. Thom. *part. 2. q. 36. art. 2. ad. 1.* ubi aſſerit omnia attributa Patri per conſequentiam quandam neceſſariam Filio quoque tribui, qui obiter interpretatur Matthæi locum *cap. 11.* ubi Dominus teſtatur neminem noſſe Filium niſi Patrem; non negat tamen quod Filus noſcat ſeipſum, quo argumento ita adſtruit D. Thomas, & hoc magis urget: cùm ait Spiritum ſanctum à Patre procedere, non negat quod etiam à Filio procedat, quod clariùs idem S. Thom. *d. loco in reſp. ad 2. à. 2.* comprobat ſub illis verbis *à Patre procedit*, implicitè contineri, quod etiam à Filio procedat, quemadmodum in Synodo Conſtantinopolitana continebatur, ubi Filii mentio fuerat prætermiſſa, Patris tantùm adjecta, in hæc verba: *Credimus in Spiritum ſanctum ex patre procedentem* Quare ita intelligunt hanc leg. gloſſ. *verbo à Filio, in cap. unic. de Summa Trinitate, lib. 6.* Alciat. *in præſenti, verbo parente*, optimè Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 1. n. 3.*

5 *Si quid ſpeciali quolibet reſcripto*, &c.) Notatur ad hoc quod hæreticus reſcripta non impetrat, ut per Perez *l. 6. verb. hæreticus tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 699.*

6 *Qui verò non iiſdem* &c.) Per hunc textum Caſtrenſ. *n. 50.* & Blad. *n. 3.* tenent mulierem inhoneſtam & meretricem expelli poſſe ex vicinia, quorum dicta ſequuntur Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr 4. § 5. num. 57.* Rip. *in tract. de peſte, p. 1. ultimæ partis princ. tit. de remed. præſervativis contra peſtem, n. 164. verſ. nam vicinis* Ant. Gom. *l. 62. Tauri, n. 3. & tom. 3. var. c. 6. in fine*, Peguer. *deciſ. crimin. 12. per tot.* Vincent. de Franch. *deciſ. 316. in princip. p. 2.* Menoch. *de arbitr. caſ. 78. n. 9. cum ſeq. & caſu 3. 8. n. 14.* Petr. Caball. *reſolut crimin. tom. 1. caſu 184. num. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1063. n. 8.* Azeved. *ad l. 2. n. 32. tit. 10. lib. 8. novæ Recop.* Richard. *ad. §. jus naturale, num. 20. Inſtit. de jure naturali* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 35. num. 20.* Farinac. *fragment. crimin. p. 2. lit. M. num. 407.* ibi *num. 408.* declarat procedere ad inſtantiam vicinorum habitantium in ipſa vicinia, licèt domus, quas inhabitant, ſint alienæ, non autem ad inſtantiam dominorum earundem domorum, quas ipſi non inhabitant, ſed aliis locant & *in 409.* poſt Cabell. *d. caſu 183. n. 3. 4. & 9.* hoc intelligit in muliere ſoluta, non autem in muliere nupta, niſi fortè hæc meritata meretrix publicè quæſtum faceret, haberetque meritum lenonem, & infamem, aliàs enim ſi cum viro habitaverit expelli non poterit ob favorem matrimonii, Capyc *dec. 44. n. 2. d. c. 135. n. 20.*

Et an peccet mortaliter, qui meritrici, vel ſimili locaverit domum; vide Navarr. *in man. cap. 21. num. 25. verſ. tum quia licet locare, & cap. 19. n. 15. verſ. decimononò, & c. 17. n. 195. verſ. quarto.* Ludov. Bela *reſpon. caſuum conſcientiæ, p. 1. caſu 18.* Cened. *ad Decret. collect. 140. num. 5.* P. Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 500. verſ. tertia.* 7

In gloſſ. *Obſtinatioris*, ibi *ſed aliud eſt in Iudæis*, &c. Notatur ad hoc, quod tolerantur Iudæi, non verò hæretici, quia fides Judæorum habet primordium veritatis, ut per Felin. *in cap. conſulnit, verſ. ſecundò nota hoc tit.* Decian. *in tractat. crimin. lib. 5. cap. 11. num. 6.* 8

---

### SUMMARIUM.

1 *Diſputare nemini publicè licet coadunatis turbis de Fide Chriſtiana, Catholica, & orthodoxa, & num. 2.*

2 *Clerico de Fide Catholica quando liceat diſputare.*

3 *Conventicula cum ſint prohibita, præſumuntur illicita, & cum dolo.*

4 *Conventicula probanda ſunt per participes criminis, & per conjecturas, cum ſint difficilis probationis.*

5 *Nobiliores mitiùs puniuntur cum pœna corporali eſt infligenda, non verò ſi pecuniaria, & quoad forum exterius, non autem quantum ad interius.*

6 *Puniendi ſunt minus qui clam delinquunt, quàm palam delinquentes.*

## L. Nemo Clericus III.

*Imp.* MARCIANUS A. *Palladio P.P.*

DE Fide Chriſtiana, Catholica & orthodoxa nemini publicè coadunatis turbis diſputare licet. Item dubium revocanda non ſunt. Unde Clericus factioſam congregationem contra orthodoxam Religionem tentans, & miles idem committens, conſortio Clericorum ac cingulo militari reſpective ſunt privandi. Colligunt ex Ord. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc. tit.* 1

Hanc eandem concluſionem quoad primam partem tenent, & declarant S. Thom. *2. 2. quæſt 10. art. 7.* & *ibi* Caietan. Perez *ad l. 8. Ordinam pag. mihi 97.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 26 quæſt. 2.* ubi dicit quod non licet Clerico de Fide Catholica publicè diſputare, primò in dubium revocando quæ Fide créduntur; deinde coram rudi & imperita plebe, quam ad perfidiam aliquis alius conatur impellere? At verò fas eſt, addit ipſe Azor, de rebus Fidei publicè diſputare coram populo, ne Catholicorum ſilentium audaciores reddat hæreticos, & populum aſtantem in Fidei ac Religione ancipitem, & dubium confirmet; licet item publicè diſputare de Fidei coram peritis, & doctis gratiâ exercitationis, & uberiùs, ac pleniùs cognoſcendæ veritatis. 2

*Turbis coadunatis*, &c.) Notatur ad hoc quod conventicula cùm ſint prohibita, præſumuntur illicita, & cum dolo, ut per Maſcard. *de probat. concl. 430. alias 451. n. 1.* ubi *n. 2. cum ſeq.* dicit quod conventicula probanda ſunt per participes criminis, & per conjecturas, cùm ſint difficilis probationis. 3 4

*Cæteri autem* &c.) Ergo mitiùs puniuntur nobiliores, ut per Tiraquell. *nobilit. cap. 20. n. 108. & de* 5

*pœnis temperand. cap.* 31. *in princip. & num.* 10. & 27. Clard. *lib.* 5. §. *fin. q.* 60. *n.* 27. Covarr. *lib.* 2. *var. cap* 9. *n.* 3. & plures quos citat Cened. *ad Decretal. collect.* 64. *in princ.* quibus addo latè Farinac *in praxi crimin. q.* 98. *n.* 93. *cum multis sequentib.* Morlan. *in empor. juris p.* 1. *tit.* 1. *in prælud. n.* 44. D. Christoph. de Paz. *in schol. ad leges styl. l.* 43. *n.* 24. Quod verum esse intelligunt cùm pœna corporalis est infligenda, non verò si pecuniaria, quia in ista gravius punitur nobilis, per *auht. presbyteri, C. de Episcop. & cleric. & l. properandum,* §. *sin autem utraque, C. de judic.* Rursus id verum est quoad forum exterius, non autem quantum ad interius, quia quoad Deum, & in judicio animæ gravius profectò peccat nobilis, quàm ignobilis, ut probat text. optimus *in c. homo Christianus*, 40. *dist.* ubi gloss. Navar. *in cap. consideret, de pœnit. dist.* 5. *in princip. num.* 49. ubi observat nobilitatis circumstantiam esse aggravantem, non mutantem speciem peccati, ideoque necessarium non esse illam exprimere in confessione, Max. *in tract. taxæ panis, conclus.* 6. *num.* 21. Morla *d. prælud. num.* 45. Tiraq. *d. causa* 31. *n.* 37. *cum seqq.* Farinac. *d. quæst.* 98. *num.* 119.

6 In gloss. *Publicè*, ibi, *quid si in privato*, &c. Notatur ad hoc quod minus puniendi sunt, qui clam delinquunt, quàm palam delinquantes, qui propterea magis offendunt Rempubl. magisque tribuunt aliis scandalum, & magis contemnunt judicialem auctoritatem, magisque correctionem parvipendunt, & magis exhibent aliis malum exemplum; quàm qui clam delinquunt: ita Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 18. *n.* 71. *vers. secundo casu.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Regio vera à Deo dimanat.*
2 *Regis, Principisque cor in manu Dei, qui quò vult hoc inclinat.*
3 *Pax Ecclesiæ Religionis unitas.*
4 *Lex civilis, & secularis derivatur ex fontibus juris naturalis.*
5 *Nihil est quod in Principe æquè fulgeat quàm recta fides.*
6 *Romanam Ecclesiam pro capite omnium aliarum habet Justinianus, & contradicentes Symbolo Apostolico, in primis Nestorianos, pro Fidei adversariis tenet.*
7 *Tractus idem est quod terrarum plaga, aut regio.*
8 *Archimandrita Græcum nomen, Latinè dicitur Princeps ovium, vel Monachorum.*
9 *Catholica Fides ab Imperatore, & à Magistratu servanda.*
10 *Montes, & colles differunt.*
11 *Extranei non debent potiri beneficiis statutorum.*

## L. Inter claros. I V.

### JUSTINIANO, JOANNES *Episcopus Urbis Romæ.*

1 REcta fides in Principe omni lumine clarior præfulget. Et vera Religio à Deo dimanat, ac cor Regis, Principisque in manu Dei, qui quò vult hoc inclinat. Pax Ecclesiæ Religionis unitas, & Religio-
2 nem Apostolicæ doctrinæ conformem Justiniianus confirmavit. Colligunt ex Ordin. citati *ad. l.* 1. *n.* 1.
3 *sup. hoc tit.*

4 *Per me Reges regnant*, &c.) Notatur ad hoc, quod lex Civilis & Secularis derivatur ex fontibus juris naturalis; lex enim humana dependentiam habet à lege æterna, juxta auctoritatem *Proverb. cap.* 8. de qua fit mentio in præsenti, cum qua concordat alia D. Pauli *ad. Roman. cap.* 13. ibi, *non est enim potestas nisi à Deo*, desumpta ex responsione Christi Domini apud Joan. cap. 19. *Non haberes potestatem adversùs me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* Vide *l.* 7. *in fine*, ubi gloss. fin. *tit.* 1. *part.* 2. Fortun. Garc. *in tractat. de ultimo fine utriusque juris, col.* 4. Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 4. *vers. sed. attende*, Rojas *in epitom. succes. cap.* 20. *num.* 141. Morlam *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 7. *numero* 6. & 9. latè Suarez *de legibus lib.* 3. *cap.* 1. *numero* 2. & *cap.* 2. *per totum.* Marta etiam *de jurisdict. p.* 1. *cap.* 38. *per totum* & præcipuè *num.* 18. *cum seqq.*

5 *Quam recta fides in Principe*, &c.) Notatur ad hoc quod nihil est quod in Principe æquè fulgeat, quàm recta fides, ut per Hippol. *sing.* 32. *num* 29. *cum seqq. & sing.* 166. Nevizan. *cons.* 12. *num.* 28. inter consilia Brun. Bost. *in tit. de Principe. n.* 17. Aym. *de antiq. temp. p.* 1. *cap.* 2. *fol.* 13. *n.* 14. & 17. Matienz. *ad l.* 3. *gloss.* 2. *num.* 2. *tit* 10. *lib.* 5. *novæ Recopilat.* Surd. *decis.* 234. *n.* 10. Card. Cæs. Baron. *tom.* 7. *annal. Eccles. anno Christi.* 534 *pag.* 197. *cum seqq. & pag.* 201.

### §. Nos reddentes.

6 Imperator Iustinianus honorat Pontificem, & Orientales Ecclesias unit, Apostolicæque Religioni subjicit, Romanam Ecclesiam pro capite omnium aliarum habet, ac contradicentes Simbolo Apostolico, in primis Nestorianos, pro Fidei adversariis tenet. Colligunt ex Ordinar. citati *ad rubr. hujus tit.* & eleganter Cardin. Cæs. Baron. *tom.* 7. *annal. Ecclesiæ, anno Christi* 527. *pag.* 127. & *anno* 533. *pag.* 180.

7 *Ideoque omnes Sacerdotes universi Orientalis tractus.*) Id est, qui in omnibus Orientis provinciis degunt, tractus enim, idem est quod terrarum plaga, aut regio, secundùm Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lect. lib.* 1. *cap.* 87.

8 *Archimandritæ.*) Græcum nomen. Latinè dicuntur Principes ovium, vel Monachorum, vide Alciat. *libr.* 1. *prætermis. verbo Archimandrita*, Chassan. *in catalog. gloriæ mundi, part.* 4. *consid.* 32. *vers. item pater.*

### §. Liquet.

9 Christiana Fides, vera Catholica, à Christano instituta, ubique diffusa à Prophetis & Apostolis, roborata per totum orbem Sanctorum confessionibus, confirmata Patrum, & Doctorum sententiis, ab Imperatore, & pio Magistratu servanda. Colligunt ex Ordinar. citati *in rubr. hujus tit.*

10 *Effundant montes jucunditatem, & colles lætitiâ labuntur.*) Ergo inter montes & colles differentia est, ut ex hac lege nota Hieron. de Monte *de finib. regund. cap.* 24. *n.* 3.

11 *Æquum quippe est, ut qui nostris*, &c.) Notatur ad hoc quod extranei non debent potiri beneficiis statutorum, ut multis citatis ex hac lege colligit Tiraquel. *de jure primog. q.* 44. *n.* 4.

In gloss. *Colles*, ibi, *his qui inferioris vitæ sunt.* Allegat Calvin. *in Lexic. verbo colles.*

# *De ſacroſanctis Eccleſiis, & de rebus & privilegiis earum.*

## TIT. II.

### SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ acceptio.*
*Eccleſiæ diviſio, ibid.*
2 *Leges ſub hoc tit. & aliis Codicis contentæ de Eccleſiaſticis diſponentes ſunt nullæ ipſo jure.*
3 *Leges Imperatoriæ ſi jure Canonico approbentur, vel confirmentur, tunc vim & locum habent.*
4 *Leges hujus tit. non valent quoad Clericos, cùm non poſſint de illis diſponere, quamvis ſint illis favorabiles, niſi ut privilegium illis ſit favorabile.*
5 *Privilegia omnia Clericis, aut Eccleſiis in hoc tit. & ſeq. conceſſa poterunt eis adimi & immutari per eoſdem Principes laicos legiſlatores.*

1 ECCLESIA hîc ſignat templa, ſeu ædes Deo dicatas; quandoque cœlum Chriſtianorum, tuncque dividitur 1. in triumphantem, & militantem. 2. in univerſalem ſeu Catholicam, & particularem in uno aliquo loco congregatam. 3. in viſibilem, quæ eſt omnium in doctrina conſentientium; & inviſibilem, quæ ſolùm electorum. Scripſerunt in hanc rubr. Bald. Jaſon. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen, Sebaſt. Næv. & *vol.* 7. repet. Andr. de Begetris, item Cujac. Pacius, & Weſembec. *in paratitlis in hunc tit.*

2 Advertendum eſt, leges ſub hoc tit. & aliis Codicis contentas de Eccleſiaſticis diſponentes, eſſe nullas ipſo jure; emanarunt enim aliquæ ab Imperatoribus in principio naſcentis Eccleſiæ ante privilegia exemptionis ab eiſdem Imperatoribus conceſſa, & à Pontificibus confirmata, & ampliata, quo tempore hujuſmodi Clericorum bona Imperatori, & Principibus ſecularibus ſubjacebant; quæ quidem Imperatoriæ ſanctiones, expreſsè, vel ſpecialiter de Clericis, aut Eccleſiarum rebus, & bonis aliquid conſtituentes, nullius ſunt roboris & momenti, quia Imperator in Clericos & Eccleſias juriſdictionem non habet; non ad Summum Pontificem ſpectat de his quicquam ſtatuere, ut conſtat ex *cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtit.* Verùm ſi
3 hujuſmodi leges Imperatoriæ jure Canonico approbentur, vel confirmentur, vel recipiantur, tunc vim, & locum habent, non ut Imperatoriæ ſunt, ſed quatenus jure Pontificio approbantur, vel recipiuntur, Colliguntur hæc ex Abb. *in d. c. Eccleſia S. Mariæ, n.* 10. recepto ex Dec. *ibid n.* 14. Bald. *in l. jubemus nullam, n.* 3. *hoc tit.* Covarr. *pract. c.* 31. *n.* 2. *verſ. contrarium*, Fortun. Garc. *de ultimo fine juris, n.* 162. Boër. *dec.* 31. *n.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit p.* 3. *c.* 1. *n.* 11. Mex. *in tract. taxæ panis. concl.* 5. *n.* 155. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 16. *n.* 28. Sfort. *conſ.* 44. *n.* 13. *vol.* 1. Mench. *contr. uſufr. lib.* 1. *cap.* 5. *à n.* 1. Honded. *conſ.* 20. *nu.* 18. *tom.* 1. Card. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 7. *anno Chriſti* 565. *pag.* 486. Surd. *conſ.* 301. *n.* 9. Soar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 34. *per tot.* Azor. *inſtit. moral p.* 2. *lib.* 10. *c.* 7. *q.* 9. Marta. *de juriſdict. p.* 1. *caſu* 1. *n.* 21. *& caſu* 19. *n.* 2. *& caſu* 86. *num.* 10. *& caſu* 137. *n.* 6. *&* 7. Sanchez *in præcepta Decal. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 9. *à n.* 4. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 14. *n.* 26. *in fine, & n.* 29. Anton. de Souſa *in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ, diſp.* 27. *cap.* 15. *n.* 4. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 164. *n.* 12. ubi
4 ait quod leges hujus tituli non valent quoad Clericos, cùm non poſſint de illis diſponere, neque de rebus Eccleſiaſticis, quamvis ſint illis favorabiles valebunt tamen ut privilegium, ſi illis ſit favorabile: ad quod citat Bald. *in c. cum veniſſent, n.* 6. *de eo qui mitt. in poſſeſſ. & conſ.* 300. *n.* 4. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 259. *n.* 20. *lib.* 3. Avertit Mench. *in præfat. lib.* 1. *de ſucceſſion. progreſſu, num.* 154. quod omnia privilegia Clericis, aut 5
Eccleſis, Monaſteriis, ſive aliis piis cauſis quæ in *hoc tit. & ſeq.* conceſſa & comprehenſa reperiuntur, poterunt eis adimi, & immutari per eoſdem Principes laicos legiſlatores.

---

### SUMMARIUM.

1 *Teſtamento quid relinquere Concilio orthodoxo, & collegio licito hîc permittitur.*
2 *Conſtantinus Imper. hujus l. Auctor quis, remiſſivè.*
3 *Perſonis quibuſcunque licet relinquere quantas ſummas optaverint cuicunque collegio.*
4 *Eccleſiis olim non legabatur donec Conſtantinus Cæſar in hac lege permiſit.*
5 *Teſtari ad pias cauſas non poſſunt furioſus, mutus, ſurdus, pupillus, damnatus ad mortem, deportandus, & bannitus.*
6 *Concilium venerabile pro Eccleſia, ſeu loco pio accipitur in præſenti.*
7 *Communitates, ut Eccleſia, civitas, & ſimiles, hæredes inſtitui poſſunt.*
8 *Stylus liber in hac l. videtur poſitus ad ſignificandam liberam, liberalemque relinquendi Catholicis collegiis facultatem.*
9 *Inhabiles ad teſtandum non cenſentur per hanc l. habilitari ad teſtandum ad pias cauſas.*

## L. Habeat. I.

### *Impp.* CONSTANTINUS A. *ad popul.*

COncilio Orthodoxo, & collegio licito permiſſum 1
eſt teſtamento quid relinquere, ultimiſque voluntatibus defunctorum favor debetur. Colligunt ex ordinar. Salicet. Bart. Bald. Caſtrenſ. Jaſ. Cagnol. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen, remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & Caſal. *in annot. & vol.* 7. *Repet.* Andr. de Baſſatis, & noviſſimè univerſam hujus legis materiam doctiſſima illuſtravit repetitione Benedictus Ægidius Conluſitanus noſter, vir apprimè doctus & pius, necnon Hubertus Giphanius *in enarrat ad* 8. *libros Codicis ſuper hanc leg.*

In ſuperſcr. tex. ibi, *Imp. Conſtantinus.* De hoc vide 2
Card. Cæſ. Baron. *tom.* 2. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 253. *fol.* 44. Marta *de juriſdict. cap.* 1. *n.* 30. Benedict. Ægid. *in repet. hujus l. p.* 1. *in initio, n.* 2.

Teſtamenti ad pias cauſas privilegia ex hac lege 3
colligas quibuſcunque videlicet perſonis, cuicunque collegio, quantas ſummas optaverint, quo voluerit ſtylo relinquere licere, de quo vide Clar. *in §. Teſtamentum, q.* 5. *à princip.* ubi dicit, quod ante hanc legem non licebat privatis aliquid relinquere collegiis, aut locis piis: at poſt illam conditam conceſſa fuit unicuique facultas relinquendi hujuſmodi locis piis ad ſui libitum. Graſſ. *eod. verbo, q.* 17. *cum duabus ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judic. verbo hæreditas, n.* 18. Gothofred. *ad hanc leg.* Forner. *libro* 1. *ſelect. cap.* 28. Chriſtoph. de Paz. *in ſchol. ad leg. ſtyli, p.* 1. *rubr. n.* 12. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 42. *cap.* 32. *n.* 4. *in princ.* ubi pariter dicit, quod olim non legabatur Eccleſiis donec Conſtantinus 4
Cæſar in hac lege permiſit. Gabr. Pereira *de manu Regia p.* 2. *cap.* 67. *n.* 16.

*Utriuſque.*) Habilis ſcilicet ad teſtandum, ideoque 5
furioſus, mutus, ſurdus, pupillus, damnatus ad mortem deportandus & bannitus non poſſunt ad pias cauſas teſtari,

testari, ut explicat Gothofred *in præsenti*, & Pichard. *ad tit. quib. non est permissum facere testamentum*, *n.* 8. ubi ait Constantinum voluisse hic, ut his, qui aliàs testamentum facere posset, habere de cætero liberam facultatem relinquendi Ecclesiis, aut earum ministris, quod ex suis bonis optaverit: quod ante Constantini tempus non erat permissum.

5 *Venerabilique Concilio.*) Id est, Ecclesiæ, seu loco, sacro, ut per Card. Cæs. Baron. *in annot. ad Martyrolog. Romanum, die 23. Iunii*, Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lect. lib. 1. cap. 77. vers. Concilium.* Et ideo per hanc leg. tenet Molin. *de justit. tract. 2. disp. 154. nu. 1.* quod possunt communitates, ut Ecclesia, civitas, & similes, hæredes instituí.

6 *Liber sit stylus.*) Alberic. *hic* stylum pro scripta dispositione accipit; & Angel. *in §. ex non scripto, Instit. de jure natur. num. 5.* ac Salicet. *in l. 3. C. quæ sit longa consuet. num. 23.* pro ordinata capiunt dispositione; Baldus verò *in præsenti n. 1.* diversitatem constituens inter stylum & arbitrium, refert illum ad scripturam, hoc ad liberam voluntatem non scriptam, quos citat Christoph. de Paz *in schol. ad leg. stili, part. 1. rubr. num. 11. cum seqq.* ubi advertit nullo præstantiori nomine nostrum Imper. uti potuisse, ut significaret liberam, liberalemque relinquendi Catholicis Collegiis facultatem.

7 In gloss. *Habeat*, ibi, *habilis ad testandum.* Notatur ad hoc quod inhabiles ad testandum non censentur per hanc legem habilitari ad testandum ad pias causas, sed solummodo concessa facultas habilibus, ut possent relinquere Collegiis, & locis piis. Ita Clar. *in §. Testamentum, quæst. 5. n. 2. & q. 6.* etiam *n. 2.* Tiraq. *de retract. lign. § 1. glos. 7. n. 26.* Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, verbo omnium judic. pag. 575.* Pinel. *in rubr. de bonis maternis, part. 2. n. 15.* Sim. de Prætis *de interpr. ultim volunt. lib. 2. interpr. 12. dub. 2. fol. 3. num. 37. & 41.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt lib. 6. tit. 3. num. 4.* Mench. *de succeff. progreff. §. 1. num. 159.* Cras. *d. q. 17. num. 2.* Bened. Ægid. *in repet. hujus l. 1. in initio, num. 9.* Lusitan. Negreiros *in introduct. ad ultimas volunt. lib. 3. cap. 14. num. 1.* Batry *de succeff. testati, & intestati, lib. 1. tit. 4. n. 14.*

---

SUMMARIUM.

1 *Sepulturæ humanorum corporum concessa minimè censetur Apostolorum sedes.*
2 *Defunctorum corpora humari in eo loco ubi divina celebrantur officia, videbatur antiquitùs turpe & indignum.*
3 *Sepulturæ honor intra Ecclesiam Episcopis, & aliis personis insignibus deferri cœpit, & nunc consuetudine effectum, ut quibuscunque liberum jam sit.*

## L. Nemo Apostolorum. II.

*Impp.* Gratianus, Valentinianus, & Theodosius AAA.
*Pancratio P. V.*

1 Apostolorum sedes sepulturæ humanorum corporum concessa esse minimè censetur. Colligunt ex Ordin. citati *ad l. 1. n. 1. hujus tit. & tom. 7. Repet.* Signorol. de Homodeis.

2 Ex hac lege vulgò colligitur, defunctorum corpora in Ecclesia sepelienda non esse, videbatur enim antiquitùs turpe & indignum humari cadavera in eo loco ubi divina celebrantur officia. Deusque assiduè colitur. Ita Gregor. Lopez per text. *ibi in l. 1. glos. 6. tit. 11. part. 1.* Morales *in chronica generali Hispaniæ, p. 3. l. 17. cap. 7.* Cened. *ad Decretum collect. 46.* Steph. Duran. *de ritibus Eccles. lib. 1. c. 23. ex n. 1.* Ego ipse *in tract. de jure Ecclesiastico universo, lib. 2. cap. 10. num. 6.* ubi adverto quod S. Chrysostom. *homil. 66. ad populum Antiochenum*, magno honore affectum Constantinum asserit, quod pro foribus Piscatoris corpus maximi illius Imperatoris sepulturæ mandatum fuerit, 3
dictusque inde fuerit Piscatoris lanitor: & *n. 7.* quod deinde honor iste sepulturæ intra Ecclesiam Episcopis, & aliis personis insignibus deferri cœpit: & *n. 8.* quod tandem consuetudine effectum fuit, ut quod solis Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscunque sive Clericis, sive laïcis licitum & liberum jam sit.

---

SUMMARIUM.

1 *Martyres nemo distrahat, aut mercetur.*
2 *Pseudomachi Martyrum reliquias venditantes occasionem dederunt huic legi.*
3 *Reliquiæ Sanctorum vendi non possunt, nisi quando quis à prophanis hominibus emerit, ut in Ecclesiis recondantur, ut n. 4.*
5 *Sacrilegium committitur si Reliquiæ Sanctorum venales exponantur.*
6 *Reliquias Sanctorum distrahens punitur judicis arbitrio.*
7 *Lex ubi prohibet aliquid fieri, & ultrà non procedit adjiciendo pœnam, si contra factum fuerit, tunc semper imponitur pœna extraordinaria.*
8 *Venditiones reliquiarum nullæ sunt & contractus super illis celebrati nulli censentur.*

## L. Nemo Martyres. III.

*Impp.* Honor. & Theod. AA. *P. V.*

Martyres nemo distrahat, aut mercetur. Colli- 1
gunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. hujus tit.*

Vide quæ tradit eleganter Guid. Pancirol. *in the-* 2
*sauro var. lect. lib. 2. cap. 162.* ubi asserit, quod huic legi occasionem dederunt Pseudomachi Martyrum reliquias venditantes.

Ex hoc text. vulgò colligitur reliquias Sanctorum 3
vendi non posse, ut per Menoch. *de arbitr. casu 282.* Navar. *cons. 2. num. 1. de reliq. & venerat. Sanctor.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 4. tit. 5. num. 9.* Farinac. *de furtis, q. 172. num. 65. part. 1.* ubi *num. 68.* refert, quod tempore Pauli V. Pontificis Maximi dum illius esset fiscalis, quidam Joannes Angelus fuit carceratus, convictus, & confessus quod ex cœmeterio sancti Sebastiani de Urbe plures reliquias ex Sanctorum corporibus abstulit, easque etiam pecunia recepta diversis personis distraxit, quo casu sine dubio intrabat saltem propter delicti iterationem pœna mortis, & vix obtinere potuit, ut ad triremes transmitteretur.

Limita hanc resolutionem ut locum non habeat 4
quando quis prophanis hominibus emerit, ut in Ecclesiis recondantur, ita Alberic. *in præsenti, n. 2.* Farinac. *d. q. 172. n. 67.* Card. Mantic. *d. tit. 5. n. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 488. in fine.*

Advertas sacrilegium committi, si reliquiæ Sancto- 5
rum venales exponantur, ut per Navarr. *consil. 2. de reliq. & venerat. Sanctorum*, Ludovic. Peguera *crimin. dec. 24. num. 11.* Bonif. *in tract. de furto, §. alienæ rei, sub n. 26.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. c. 31. n. 38. in fine*, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 9. cap. 8. q. 7. & cap. 9. in princ.*

In gloss. *Distrahat*, ibi, *Quid ergo si contra factum fue-* 6
*rit? Resp. extra ordinem punietur.* Notatur ad hoc quod reliquias Sanctorum distrahens punitur judicis arbitrio,

7 arbitrio, ut per Menoch. *d. casu* 282. *n.* 3. & *d. casu* 488. *num.* 9. Farinac. *quæst.* 172. *nnm.* 65. Ubi enim lex prohibet aliquid fieri, & ultra non procedit adjiciendo pœnam, si contrà factum fuerit, tunc semper imponitur pœna extraordinaria: ita per hanc glossam resolvit Marant. *de ordine judic. p.* 4. *disp.* 10. *n.* & *disp.* 5. *num.* 19. Greg. & Lopez *l.* 11. *gloss.* 6. *in med. tit.* 25. *part.* 4.

8 In eadem gloss. ibi, *Nihil valet quod agitur.* Notatur ad hoc quod venditiones reliquiarum nullæ sunt, & contractus super illis celebrati nulli censentur, ut per Aym. *de antiquit. tempor. p.* 4. *n.* 14. *fol.* 166. Menoch. *dict. casu* 282. Farinac. *d. q.* 17. *n.* 65.

---

SUMMARIUM.

1 *Numerus major non debet esse in Ecclesia, quàm patiantur facultates ipsius.*
2 *Decanorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ numerus quis, remissivè.*
3 *Decani in hac lege sunt illi, qui efferendis ad Ecclesiam cadaveribus pium præstabant ministerium.*
4 *Canonicorum in Ecclesia major numerus esse non debet, quàm patiantur facultates ipsius.*
5 *Recepti ultra numerum etiam per suffragia potentium, non gaudent privilegiis eorum, qui sunt intra numerum.*
6 *Receptus simpliciter de mandato Papæ in aliqua Ecclesia, in qua est certus numerus Canonicorum, quando habeat plenum jus Canoniæ.*

## L. Non plures. IV.

*Iidem* A A. *Nicæno P.P.*

1 IN Ecclesia non debet esse major numerus quàm patiantur facultates ipsius; & si sint aliqui ultra numerum, debet expectari quod alii moriantur, & in locum eorum debent substitui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sub hoc tit.*

2 De Decanis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, eorumque certo numero non addendo, nec mutando, vide Cujac *ad tit.* 18. *de Collegiis, lib.* 11. *pag.* 1486. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 82.

3 *Nonagenti quinquaginta Decani.*) Dicuntur in hac lege illi, qui efferendis ad Ecclesiam cadaveribus pium præstabant ministerium, de quo Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 50. Guid. Pancirol. *variarum lect. lib.* 2. *cap.* 165. Calvin. *in Lexic. jurid. verbo Decanus.*

4 *Præter dictum numerum*, &c.) Ex his verbis colligit Bald. in Ecclesia non debere esse majorem numerum Canonicorum, quàm patiantur facultates ipsius, de quo vide Isidor. Moscon. *de majestate militantis Ecclesiæ, lib.* 1. *cap.* 15. *de Eccles. Cathedrali, pag.* 292. *sub lit. A*: meipsum *in tract. de Canonicis & dignit. cap.* 3. *num.* 1.

5 Et Castrens. colligit quoque receptos ultra numerum etiam per suffragia potentium, non gaudere privilegiis eorum, qui sunt intra numerum. Ad quod videas, quæ notavi *d. tract. de Canonicis, cap.* 3. *nu.* 14.

6 ubi dixi quod receptus simpliciter de mandato Papæ in aliqua Ecclesia, in qua est certus numerus Canonicorum, non illi derogando, aut non mandando recipi cum plenitudine juris Canonicalis, non habet plenum jus Canoniæ, veluti stallum in choro, vocem in Capitulo, & alias omnes prærogativas quibus cæteri Canonici gaudent.

---

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia nullum subit onus, nisi ordinarium, interdum extraordinarium, propter subitum Principis adventum.*
2 *Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ à collectis, & tributis immunes*
3 *Clerici non sunt de universitate Laicorum.*
4 *Ecclesia an teneatur ad onera realia, ostenditur.*
5 *Coloni laici Ecclesiæ, aut Clericorum, an teneantur solvere gabellas, ostenditur.*
6 *Emphyteutæ Clericorum & Ecclesiarum an sint immunes à Gabellarum, collectarum, & similium onerum impositione, ostenditur.*
7 *Clerici à collectis, & tributis immunes non sunt quando adventitia, seu repentina urget necessitas, vel collecta imponuntur, propter famem & pestem.*

## L. Placet. V.

*Iidem* AA. *Melitio P.P.*

ECclesia nullum subit onus, nisi ordinarium, interdum extraordinarium propter subitum Principis adventum. Colligunt ex Ord. citati *ad l.* 1. *hujus tit. n.* 1. & *tom.* 7. Repet. Thomas Parpalias. 1

De Ecclesiis, Clericis, & Ecclesiasticis personis à collectis, & tributis immunibus, vide *cap.* 1. *de immun. Eccles. in* 6. *l.* 51. *tit.* 6. *p.* 1. *ubi gloss.* 3. 4. & 6. & *l.* 55. *ubi gloss.* 9. *eod. tit.* & *part. l.* 3. *tit.* 3. *lib.* 1. & *l.* 2. *tit.* 4. *eod. lib.* 1. *novæ recop. l.* 11. *tit.* 1 *lib.* 1. *ordin.* ubi Perez *gloss.* 1. *pag.* 54. *col.* 1. Boer. *decis.* 21. Duen. *reg.* 100. Covar *lib.* 2. *var. c.* 10. *n.* 6. Tiraq. *in tract. cessante causa, p.* 1. *n.* 131. Azeved. *ad Curiam Pisan. lib.* 1. *c.* 21. Flores de Mena *variar. quæst. lib.* 2. *q.* 21. *num.* 174. Cardos. *in praxi judicum, & Advocat. verbo Clericus, numer.* 74. Christoph. de Paz *in schol. ad leges stili*, 212. *num.* 2. & 3. Castill. *controvers. lib.* 7. *de Tertiis, cap.* 9. *num.* 28. *cum. seqq.* Cevall. *commun. contra commun. tom.* 4. *quæst.* 899. *princip.* & præcipuè *num.* 163. nbi de intellectu. 2

*Nihil commune habent Clerici cum publicis actionibus*, &) Notatur ad hoc quod Clerici non sunt de universitate laicorum, ut per Mart. *de jurisdict. p.* 5. *casu* 1. *n.* 28. Possunt tamen in sui favorem uti privilegiis & statutis universitatum Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 8. *lit. V. conclus.* 268. *n.* 1. Alderan. Mascard. *de interpret. statut. concl.* 1. *num.* 193. Beller. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de disciplina cleric. §.* 2. *num.* 16. quos refert *de appellat. verborum utriusque juris significat. appel.* 275. 3

*Nihil præter canonicam*, &c.) Text. iste allegari solet ad difficilem illam quæstionem, an Ecclesia teneatur ad onera realia, de qua vide Kirchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 9. *pag.* 147. Henric. à Rosenth. *in synops. feud. tit. de regalibus, cap.* 5. *concl.* 80. *num.* 3. Gall. *lib.* 2. *observat.* 52. *n.* 12. Sylvan. *cons.* 32. *num.* 7. *cum. seqq. & cons.* 66. *n.* 6. Rebuff. *ad leges Galliæ, in procemio gloss.* 1. *num.* 6. Avendan. *de exequendis mand. p.* 2. *cap.* 14. *n.* 19. Azeved. *ad l.* 11. *n.* 8. *tit.* 5. *lib.* 1. *novæ recop.* Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *ordin. pag.* 55. & *seqq.* Surd. *decis.* 20. *num.* 11. & *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 29. *num.* 8. Gutier. *lib.* 1. *pract. q.* 3. *num.* 17. Cald. Pereira *de resolut emphyt. cap.* 3. *num.* 23. Flores de Mena *var. qq. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 96. & *à num.* 231. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 1. *q.* 94. Molina *de justit. tract.* 2. *disp.* 458. & *disp.* 662. *num.* 3. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *q.* 1. Cardin. Tusch. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 12. *cum seqq.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Clericus, num.* 75. Marta *de juridict. p.* 3. *casu* 11. & 12. Cabed. *Lusit. decis.* 64. *p.* 2. Soar *de defensione* 4

*Fidei Cathol. contra Anglicanæ ſectæ errores, lib.4. c.20. à n. 6.* Marcel. Megala *conſ. 61.* Theſaur. *deciſ. 234.* Grilenz. *conſ.145.* Paul. Layman *in Theologia morali lib. 4. tract. 9 cap. 6. n. 9.* Molfeſ. *in ſumma Theolog. moralis, p. 1. tract. 12. c. 22. n.268.* Bonacin. *de contractib. diſp. 1. q. 19. puncto 2. n.4. & de cenſuris in Bulla, diſp. 1. q. 19. puncto 33. §. 1, n. 17.* Duardus *in Bullam Cœnæ Domini, lib.2. can. 18.q.6. n. 6.* Anton. Diana *moral. reſolut p. 1. tract. 2, reſolut.242.* Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſolut. cap. 47. per tot.* noviſſimè Sanch. *tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 57.* Qui omnes variè reſolvunt, & diſtinguunt: ſed quæſtionem ingenuè reſolvimus poſt omnes *in tract. de jure Eccleſ. univerſo lib. 1. cap. 39 §. 5. ex n. 53.* videlicet bona ſemel à laicis etiam legitimè poſſeſſa non ſemper cum onere tributi, & vectigalis tranſire ad Eccleſiam, ſed cum diſtinctione trium ſpecierum bonorum. Prima eſt illorum, quæ habet & poſſidet Eccleſia jure ſpirituali & divino, ut dicimæ, oblationes, & hæc ſemper ac perpetuò immunia ſunt à quibuſcunque oneribus ſecularibus tam perpetuis, quàm tranſituris, quia immediatè habet à Deo, nec immiſcentur cum laicis. Secunda eſt ſpecies bonorum, quæ à privatis quidem habuit Eccleſia, ſed ad cultum divinum, & officium ſpirituale ſunt deſtinata, ut ſitus Eccleſiarum, & cœmeterium pro ſepultura, hortus juxta Eccleſiam; & ſunt hæc pariter immunia ſemper ab omnibus tributis, & oneribus, nedum publicis, & Regiis; ſed, quod magis eſt, etiam privatis & præexiſtentibus, ob eorum ſpecialem ſanctionem. Tertia eſt ſpecies bonorum, quæ poſſidet Eccleſia ſorte temporali & jure civilii, ut titulo venditionis, legati, vel alio ſimili: & in his diſtinguendum eſt inter onera impoſita de tempore, quo penes Eccleſiam bona reperiuntur, & tunc certum eſt ipſis omninò ſuffragari immunitatem; & inter onera impoſita rebus priuſquam ad Eccleſiam devenirent, & tunc ad illa tenetur Eccleſia quando copulativè hæc omnia concurrunt, quod ſcilicet onera ſint verè re alia, ipſis fundis infixa, & impoſita bonis propter bona, non autem perſonis propter bona: quod ſint perpetua, certa, & invariabilia, non autem ex aliquibus cauſis urgentibus, & illis ceſſantibus removenda. Vide alia *in collect. ad l. placet 5. ſub. de ſacroſ. Eccleſ.*

5 An autem laici coloni Eccleſiæ, aut Clericorum teneantur ſolvere gabellas, ſic diſtinguendum eſt; aut ſunt coloni perpetui, arque adſcriptitii Eccleſiæ; aut conductitii, & ad tempus; aut denique partiarii. Primi gaudent omni immunitate Eccleſiæ & Clericis conceſſa, ſecundùm Feder. de Senis *conſ. 11. num. 10.* Rip. *de peſte, tit. de remediis ad conſer. ubert. n. 128.* Theſaur. *deciſ. 116. n. 12.* Secundò minimè, nec etiam ex perſona dominorum, cùm hoc privilegium ſit perſonale, ex Berrachin. *de gabellis, p. 7. n. 16.* Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu 3. n. 62.* Tercii verò gaudent pro portione tangente ipſo, Clericos, ſecus verò pro parte fructuum hujuſmodi colonis contingentium, cùm eorum pars minimè ſit privilegiata, niſi ex hoc indirectè gravarentur Clerici, eo quod ruſtici, & coloni eorum gravantur nimis, ac proinde ſuas poſſeſſiones laborare nolunt. Ita Felin. *in cap. 2. num. 2. de foro comp.* Bertach *d.p. 7. n.13. & 15.* Benedict. Capra *reg. 96. n. 86.* Burſat. *conſ. 25. n.3. & conſ.42.n.6. vol. 1.* Theſaur. *deciſ. 116. n. 8.* Surd. *conſ. 301.num.85.* Vincent. de Anna *ſing.99.* Carol. de Graſſis *de effectu 3. num. 59 & 71.* Marta *de juriſd. p. 4. caſu 112. nu. 7. & caſu 13.* Ozaſch. *deciſ. 83.* Menoch. *d. arbitr. caſu 562. num. 54* Octavian. Glorit *reſp. 5. n.61.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. cap. 18. n. 266.* Gutier *pract. lib. 4. q. 39. num. 9.* Valaſc. *conſ. 131. num. 14. cum ſeqq.* Carot. *de locato & conducto, p. 4. tit. de collectis, ſub num. 34.* Ego ipſe *d. lib. 1. cap. 39 §. 5. n. 30.* ubi *num. 31.* aſſero ſacram Congreg. Cardinalium negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitorum, Illuſtriſſimo Lancelloto referente cenſuiſſe, colonos, aut affictuarios, vel partiarios, bonorum Eccleſiaſticorum exemptione collectarum, tam ordinariarum, quàm extraordinariarum pro portione colonica gaudere.

Sed utrùm emphyteutæ ipſorum Clericorum, & 6
Eccleſiarum hoc potiantur privilegio, immuneſque ſint à gabellarum, collectarum, & ſimilium onerum impoſitione, quæſtio eſt dubia. In qua Bart. *in l. privatæ, C. de excuſ. muner. lib. 10.* affirmat quod hujuſmodi immunitatis privilegium conceſſum Eccleſiis, & Clericis prodeſt etiam eorum emphyteutis: ſequuntur Duen. *regul. 100. ampl. 3.* Felic *de cenſib. p. 2. in præfat. num. 1.* Soar. *tom. 1. commun. opin. libr. 4. tit. 39. de vectigalib. 10. pag. 647.* Mart. *de juriſdict. p. 4. caſu 13. n. 2.* ex eo fundamento, quod emphyteuta fiſci gaudet immunitate conceſſa fiſco, *dict. l. privatæ*, Contrariam tamen ſententiam, videlicet quod hujuſmodi Eccleſiarum, & Clericorum privilegium non extendatur ad emphyteutas, nec eo potiantur ratione ſui utilis dominii, tenent Bertrand. *conſ. 4. lib. 1.* Avendan *de exequendis mand. lib. 2. cap. 14. n. 53.* Ripa *in tract. de peſte, tit. de remed. ad conſerv. ubert. n. 114. n. 118.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 17. n. 11. cum ſeqq.* Joan. Garc. *de expenſis cap. 12. n. 69. & 80.* Menoch. *de arbitr. cent. 1. caſu 170. & cent. 6. caſu 592. n. 31.* Gironda. *de privileg. & exempt. explicat. ex n. 969. cum multis ſeqq.* Quam quidem contrariam opinionem illo caſu recipiendam eſſe exiſtimo, quando penſio, quam emphyteuta præſtat Clericos domino directo, eſt minima, & non correſpondens fructibus, ſed tantum præſtatur pro recognitione: quia aliàs ſequeretur ut Eccleſia & Clerici læderentur ex eo, quia non invenirent, qui ejus prædia in emphyteuſim acciperent, aut ſi invenirent, eſſent adſtricti illa tanto minùs emphyteuticare, quantum eſt jus collectæ, ut optimè advertunt Carol. de Graſſis *d. effectu 3. n. 83.* Squillante *de privil. cleric. c. 8. n. 62.* quos refero *d. lib. 1. c. 39. §. 5. n. 62.*

*Quam adventitiæ neceſſitatis*, &c.) Notatur ad hoc 7
quod Clerici immunitate hujuſmodi non gaudent, quando adventitia, ſeu repentina urget neceſſitas, veluti ubi Princeps invaditur, ſecundùm Duen. *reg. 100. limit. 12.* & citatos à Marta *de juriſdict. p. 4. caſu 10. n. 2. cum ſeqq.* Vel quando collectæ imponuntur propter famem, & peſtem, quia eſt communis omnium utilitas, & ad Chriſtianam pietatem maximè conducens: ita Rip. *lib. 2. reſp. cap. 2. n. 8.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſ. 9. n. 53.* Menoch. *conſ. 800. num. 22.* Flores de Mena *variarum lib. 2. q. 21. n. 213.* Thom. Valaſc. *allegat juris tom. 1. allegat 47. n. 19.* quos refero *d. lib. 1. cap. 39. §. 5. n. 45.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Canones ſunt in ſeculari foro ſervandi.*
2 *Canonis vel ſtatuti interpretatione pertinet ad conditorem, ſi de ejus mente dubitetur.*
3 *Ius Canonicum apud Hiſpanos obſervandum, jure Regio illarum partium deficiente.*
4 *Actum interpretari ejus eſt, cujus eſt condere.*
5 *Eccleſia Conſtantinopolitana, Romana appellatur, & cur.*
6 *Roma duplex.*

## L. Omni innovatione. VI.

*Iidem* AA. *Philippo P.P. Illyrici.*

CAnones ſunt in ſeculari foro ſervandi, & innovata contra eos hic invalidantur. Item interpretatio canonis, vel ſtatuti, de cujus mente dubitatur, pertinet ad conditorem. Colligunt ex Ord. citati *in l. 1. hujus tit. n. 1.* 1

De

3 De jure Canonico apud Hiſpanos obſervando, jure Regio illarum partium deficiente, vide Caſtil. *in l. 1. Tauri, verbo primeramente*, Cifuentes *l. 3. Tauri, quæſt. 1. num. 3.* Perez *in proœm. Ordinam. quæſt. 3. per totam.* Aviles *ad cap. 19. Prætorum*, Paz. *in pract. in princip. annot. 5. num. 36.* V. de *ſup. in collect. ad conſt. de emendat. Codic. n. 7.*

4 *Vi ſi quid dubietatis*, &c.) Notatur ad hoc, quod interpretari actum ejus eſt, cujus eſt condere, ſeu illum facere de quo vide plures Doctores quos citavi *de Axiomat. juris uſufreq. axion. 130.*

5 *Quæ Romæ veteris prærogativa lætatur.*) Ergo Conſtantinopolitana Eccleſia Romana appellabatur, ut per Socrat. *in hiſtoria tripartita, lib. 2. cap. 9.* Sozomen. 6 *lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſt. cap. 2.* Hieron. Berucc. & Barnab. Briſſon. *de verborum ſignificat. verbo Romana autem duplex.* Calvin. *in lexi. verbo Roma duplex*, ubi ait Imperatores *in præſenti, & in l. 40. C. de Epiſcop. & cleric. & in l. ult. C. in quibus cauſis pignus*, voluiſſe Conſtantinopolim veteris, & antiquæ Romæ prærogativa lætari, Azeved. *ad Curiam Piſanam lib. 1. c. 11. lit. D.* meipſum *in tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 1. tit. 3. cap. 3. n. 4.*

---

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ, & pia loca contribuere tenentur ad refectiones pontium, & viarum, & num. 2.*

2 *Lex iſta an ſit correcta per* authent. nulla communitas, de Epiſcop. & cleric.

3 *Clerici an eo caſu, quo tenerentur ad contributionem cum cæteris civibus in pontium & viarum inſtructione, compelli poſſint per judices ſeculares, an verò Eccleſiaſticos.*

## L. Ad inſtructiones. VII.

*Idem* AA. *Aſclepiotodo P. P.*

1 ECcleſiæ, & pia loca contribuere tenentur ad refectiones pontium, & viarum. Colligunt ex Ordin. citati *ad l. 4. hujus tit. n. 1. tom. 7. Repet.* Thomas Parpalias.

2 Hanc eandem concluſionem exornant, & declarant *lex Hiſpanica 54. tit. 6. part. 1. & l. 30. titulo 32. part. 3. l. 11. tit. 2. lib. 1. novæ recop.* Bald. *conſ. 312. p. 3.* Rap. *reſp. 20.* Bertach. *in tract. de gabellis, part. 7. n. 19.* Cacheran. *dec. 68.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius. verbo & uxorem, concluſ. 5. n. 458. cum ſeqq.* Sylvan. *conſ. 32. n. 18.* Gail. *lib. 2. obſervat. 52. n. 14.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 167.* Aviles *ad cap. 23. Prætor. in gloſ. den. Orden*, Baëz *de inope dedit. cap. 17. n. 15.* Avendan. *de exequendis mand. p. 2. cap. 3. num. 8. & cap. 14. n. 19.* Pech. *de reparat. Eccleſ. cap. 22.* Alphan. *collect. 111.* Perez *l. 1. titulo 3. lib. 1. ordin. pag. 68.* Rebuff. *l. munus, ff. de verb. ſignif. pag. mihi 117.* Vivald. *in candelabro aureo, p. 2. in explicat. Bulla in Cœna Domini, caſu 5. n. 45.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. titulo 1. de ſacroſanct. Eccleſ. n. 10.* & Soar. *titulo 2. de Epiſcopis & cleric. n. 54.* Mench. *controverſ. uſufr. cap. 5. num. 4.* Mex. *in tract. taxæ panis concl. 5. num. 63.* Gautier. *pract. lib. 1. quæſt. 3. & allegat. 10. n. 2.* Toler. *in ſumma, lib. 1. c. 29.* Sahagun. *in cap. 2. de judic. num. 25. cum ſeqq.* Cevall. *commun. contra communes quæſt. 415. & tom. 4. q. 896. num. 617. cum ſeqq.* Fr. Emman. *in addit. Bullæ Cruciatæ §. 9. num. 72.* Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lectionum lib. 3. cap. 31. verſ. ultima erat indictionis ſpecies.* Henric. *in ſumma, lib. 10. cap. 15. §. 5.* Peregr. *conſil. deciſivo 12. ſub. n. 7. lib. 1.* Aldoum. *conſil. 59. n. 15.* Flores de Mena *variarum quæſtionum libro 2. quæſt. 11. num. 213. cum ſeqq.* Stephan. Quarant. *in ſumma Bullarii, verbo privilegia Regul. pag. 415. cum ſequentibus*, Azor. *inſtitutionum moralium tp. 1. lib. 5. cap. 13. quæſt. 8. & part. 2. lib. 10. cap. 7. quæſt. 9. verſ. hinc ſolvitur*, Marta *de juriſdict. par. 4. caſu. 1. num. 24. & caſu 9. per tot.* Padill. *in ſumma legum pœnal. part. 2. caſu 48. num. 12.* Molin. *de juſtit. tractat. 2. tom. 3. diſputat. 672. num. 4. & 5.* Bernard. Græv. *ad practicam Cameræ Imperial. lib. 2. concluſ. 51. num. 15.* Thom. Valaſc. *alleg. juris tom. 1. alleg. 47. n. 20.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 2. cap. 3. n. 12. cum ſeqq.* Cardoſ. *in paxi judicum & Advocat. verb. Clericis. n. 75.* Surd. *conſ. 301. à n. 1.* Fr. Ant. de Souſa *in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ, cap. 19. diſp. 92.* Bonac. *de cenſur. in Bulla Cœnæ, diſp. 1. q. 19. punct. 3. §. 2. n. 15.* Sanch. *tom. 1. conſil. moral. lib. 2. cap. 4. dub. 55.* latè Caſtil. *lib. 7. de tertiis, cap. 6. num. 21. cum multis ſeqq.* Ego ipſe *in tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib. 1. c. 39. §. 5. n. 43.* ubi cum magis communi reſolvo, Clericos obligari per ſtatuta laicorum imponentia tributa pro reparatione pontium, & viarum, quando ante exactionem præceſſit Sum. Pont. conſenſus, vel ſaltem Epiſcopi, ſi ſit tanta neceſſitas, & pietas, quod ſine periculo, aut ſcandalo ad Papam recurri non poſſit. Vide quæ dixi *ad auth. nulla communitas, de Epiſcop. & cleric.* ubi an hæc lex ſit per illam Auth. correcta.

Utrùm autem Clerici eo caſu, quo tenerentur ad contributionem cum cæteris civibus in pontium reparatione, & itinerum, viæque ante domum refectionem, compelli poſſint ad hujuſmodi præſtationes, & ſolutiones per judices ſeculares, an verò per Eccleſiaſticos, vide Greg. Lop. *l. 54. tit. 6. part. 1. & l. 1. verbo todos tit. 11. part. 2.* Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p. 12. conſil. 12.* Tiraq. *de retract. lig. §. 32. gloſ. unic. à n. 80.* Mex. *d. concl. 5. n. 23. & 70.* Addit ad Matheſil. *ſing. 110. ex n. 34.* Gutier. *pract. lib. 1. novæ Recop. ad Decretum collect. 37. num. 4.* Sanch. *d. c. 4. dub. 55. à n. 30. & conſil. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 52.*

---

SUMMARIUM.

1 *Privilegia, & exemptiones Eccleſiarum ſtrictè intelligendæ, nec in læſione ærarii, aut fiſci ad extraneos extendendæ.*

2 *Jus quod quis habet jure proprio, potentius eſto, quàm quod habet jure alieno.*

3 *Capitatio eſt tributum quod in ſingula venalium quadrupedum capita pendebatur.*

4 *Privilegii prætextu illicitum non debet committi.*

## L. Sacroſancta. VIII.

*Imp.* THEOD. AA. *Iſidoro P. P. Illirici.*

1 ECcleſiarum privilegia & exemptiones ſtrictè intelligendæ, nec in læſionem ærarii, aut fiſci ad extraneos extendendæ. Colligunt ex Ord. citati *ad l. 1. hujus tit. num. 1.*

2 Notari ſolet hic text. ad hoc, quod potentius eſt jus, quod quis habet jure proprio, quàm quod habet jure alieno, ut per Tiraq. *de jure primog. q. 40. n. 172.*

3 *Capitationis.*) Capitatio eſt tributum quod in ſingula venalium quadrupedum capita pendebatur: ita Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Capitatio 1.* & quantum emolumenti Romani ex illo ſenſerint, exponit Juſtus Lipſius *in libro de magnitudine Romana. c. 3.*

4 *Nec extraneorum gravamine*, &c.) Notatur ad hoc, quod privilegii prætextu illicitum non debet committi immò quod privilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate, ut per jura & Doctores quos citavi *de Axiomat. uſufreq. axiom. 190. n. 8.*

SUMMARIUM.

1 *Immunitas, & privilegium Ordinis causâ officii indultum ob scientiam, professionem & artem, competit iis qui artem exercent, non nomine artis nudo utuntur.*
2 *Decani qui, remissivè.*
3 *Collegiati dicuntur, quod in collegia, seu decanias essent distincti.*
4 *Privilegium si alicui concedatur ratione officii, vel exercitii, si illud non exercet, non gaudet prædicto privilegio.*
5 *Scholastici otiosi, qui non student, & scholas non frequentant, non gaudent privilegiis scholasticorum.*
6 *Primates sunt in præsenti, qui alios vel auctoritate, vel dignitate, vel ætate antecedunt.*

## L. Qui sub prætextu. IX.

*Impp.* THEODOS. & VALENTIN. AA. *Cypro P. V.*

1 IMmunitas, & privilegium Ordinis officii causâ indultum ob scientiam, professionem, & artem, competit iis, qui artem exercent, non qui nomine artis nudo utuntur. Colligunt ex Ordin. citat. *ad l. 1. hujus tit. num. 1.*

2 *Decanorum.*) Qui sint, dixi *ad l. non plures, num. 2. suprà hoc tit.*

3 *Seu collegiatorum.*) Sic dicuntur quod in collegia, seu decanias distincti essent: hi ut aliqui muneri diligentius deservirent, varia privilegia consequebantur, erantque ex ipsius urbis fæce, interque eos maximè illi numerosi, quos in Novellis Justinianus Lecticarios, seu Decanos appellat. Ad hos cura libitinæ pertinebat, id est exequias, sepulturamque defunctorum procurandi, pheretra, lecticasque ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Justinianus mille & centum ergasteria solùm illis attribuit, quæ ad majorem Ecclesiam pertinerent, immunitatéque fruerentur. Ita Alc. *lib. 1. parerg. cap. fin.* Cujac. *ad l. unic. de collegiatis, lib. 11.* Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Collegiati.*

4 *Ideoque si quis eorum*, &c.) notatur ad hoc, quod si alicui concedatur privilegium ratione officii vel exercitii, si illud non exercet, non gaudet prædicto privilegio, ut per D. Bard. *in l. 1. ff. sol. matr. part. 7. n. 61. & 62.* Garc. Gironda *de privileg. & exempt. explicat. n. 1207.*

5 Unde colligitur, quod scholastici otiosi, qui non studeant, & scholas non frequentant, non gaudent privilegiis scholasticorum, nec absentes causâ studii fructus suorum beneficiorum percipiunt, de quo vide Duen. *reg. 213.* Tiraq. *in tract. cessante causa, p. 1. n. 213.* Horat. Luc. *in tract. de priv. scholast. cap. fin. num. 3.* Rebuff. *eod. tract. privil. 31. n. 3. & privil. 101.* Mascard. *de probat. conclus. 1290. cum seqq.* Fr. Emman. *qq. Regular. tom. 1. q. 9. art. 10.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 3. cap. 2. à n. 54.* D. Barbos. *d. p. 7. n. 62.* Cald. Pereira *qq. forens. cons. 20. n. 11.*

6 *Primatum ejus*, &c.) Primates in præsenti hi sunt, qui alios vel auctoritate, vel dignitate, vel ætate anteunt, qui scilicet tenent primum locum, ut per Tiraq. *de nobilit. cap. 37. num. 36.* Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Primates*, ubi quod dicti sunt, qui & Summates, sive Optimates, id est primi in civitate.

SUMMARIUM

1 *Ecclesiæ navis non excusatur ab onere vecturæ ad publicam utilitatem spectantis.*
2 *Bona dicuntur esse de jurisdictione illius in cujus territorio sunt.*
3 *Embola quæ, & cur felix dicatur, ostenditur.*
4 *Utilitas publica Ecclesiæ favori, atque commodis est præferenda.*
5 *Princeps non solet privilegia concedere contra se.*
6 *Persona loquentis nunquam comprehenditur in privilegiis, statutis, & legibus, ut læsa censeatur.*
7 *Princeps responsum, seu rescriptum, sacrum, seu cœleste oraculum dicitur.*
8 *Pragmaticæ sanctiones dicuntur Principum rescripta, non de privatorum negotiis, sed de corporum, ordinum, & collegiorum causis è Consilii sententiâ emissa.*
9 *Prælati delictum an & quando noceat Ecclesiæ.*
10 *Princeps est quasi Deus in terris.*

## L. Jubemus. X.

*Idem* AA. *Florentino P. P.*

NAvis Ecclesiæ non excusatur ab onere vecturæ 1
ad publicam utilitatem spectantis. Colligunt ex Ord. citati *ad l. 1. n. 1. hoc tit.*

Solet hic text. allegari ad hoc quod bona dicuntur 2
esse de jurisdictione illius, in cujus territorio sunt, ut per Rebuff. *id praxi benefic. fol. 98. n. 37.* Tiraq. *de jure mariti, gloss. 8. n. 227.*

*Felicem embolam.*] Publicarum specierum, copia- 3
rumque, seu annonarum transvectionem significat, quæ quotannis ex Ægypto navibus illatæ Constantinopolim deferebantur. Ita Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Embola.* Et advertit Alciat. *hic, n. 2. & in annotat. ad tres libros Codicis, pag. 104.* appellari felicem, ab ipso Principe, qui se felicem solet appellare.

*Publicis utilitatibus*, &c.] Ergo utilitas publica Ec- 4
clesiæ favori atque commodis est præferenda, de quo vide Bursat. *cons. 16. n. 23. & seqq.* Franc. Marc. *dec. 458. n. 21 p. 1.* Ozasc. *Pedemont. decis. 108. n. 5.* Mench. *de success. progressu lib. 3. §. 21. limit. 10. n. 182.* Gaill. *lib. 2. observat. 52. n. 14. & observat. 32. n. 7.*

*Nec si cœleste*, &c.) Notatur ad hoc, quod Ponti- 5
fex, vel Princeps non solet privilegia concedere contra se, ut per Soar. qui hunc textum allegat, *de legib. lib. 8. cap. 8. n. 2.* In privilegiis enim, statutis, & legibus 6
nunquam comprehenditur persona loquentis, ut læsa censeatur, ut Per Lancel. Galiaul. *cons. 97. ex n. 29.* Alderan. Mascard. *de statut. interpr. conclus. 5. n. 176. & seqq.* & alios per me citatos *in praxi exigendi pensiones quæst. 6. n. 46.*

*Cœleste oraculum.*) Principis responsum, seu rescri- 7
ptum, sacrum, seu cœleste oraculum plerisque juris in locis dici affirmat Calvin. *in Lexic. juridic. verb. Oracula*, & hic pro privilegio Principis accipi, asserit Soar. *de legib. lib. 8. cap. 8. n. 2.*

*Pragmatica sanctio.*) De pragmaticis sanctioni- 8
bus vide Guid. Pancirol. *in thesauro veriarum lectionum, libro 1. cap. 36.* ubi ait hanc legem, dum adimit navibus Ecclesiarum privilegium non transvehendi frumentum Romam, aut Constantinopolim, vel specie etiamsi pragmatica proferatur sanctio, esse intelligendam, etiamsi habeat formam legis, & sic ex Calvin. *in Lexic. juridic. verbo Pragmaticæ sanctiones*, ubi concludit quod dicuntur Principum rescripta, non de privatorum negotiis, sed de corporum, Ordinum, & collegiorum causis è Concilii sententia emissa.

*Publicatione corrigimus.*) An & quando delictum 9
Prælati noceat Ecclesiæ? vide Afflict. *in cap. 1. §. & iterum, de capitulis Conradi, n. 1. cum seqq. lib. 3. fol. 70.* Cacheran. *Pedem decis. 138. n. 27.* Cald. Pereira *de resolut. Emphyt. cap. 10. n. 17.* Cardos. *in praxi judic. verbo Delictum, n. 32.*

In gloss. *Cœleste*, ibi, *id est, Principis, qui est quasi* 10
*Deus*

*Deus.* Vide Cardos. *in praxi judicum, verbo Rex, n.* 1. S. Thom. *de regimine Princip. cap.* 12. ibi, *Hoc igitur officium Rex suscepisse cognoscat, ut sit in regno, sicut in corpore anima, & sicut Deus in mundo.* Cœl. Rhodigin. *lib.* 14. *lect. antiq. c.* 4. ibi, *ut Regno ita demùm sibi præsidendum opinetur sicuti corpori præsidet anima, & amplius velut mundo Deus.*

SUMMARIUM.

1 *Possessiones Ecclesiasticæ non sunt immunes ab angariis, parangariis, plaustrisque ad expeditionem Cæsaris.*
2 *Opera publica debent construi sumptibus publicis illius loci, in quo fiunt.*
3 *Angaria, & parangaria quæ.*
4 *Angariarum, & parangariarum præstatio inter vectigalia, quæ Regalia dicuntur, recensentur.*
5 *Plaustra sic dicuntur, quod ex omni parte palam fit quod in eis vehitur.*
6 *Plaustra sunt vehicula quædam, quibus arma, & alia bello necessariæ species ad exercitum ducebantur.*
7 *Plaustrorum & navium præstatio inter Regalia connumerantur.*

## L. Neminem XI.

*Idem* AA. *ad Taurum P.P.*

1 Ecclesiasticæ possessiones non sunt immunes ab angariis, & parangariis, plaustrisque ad expeditionem Cæsaris. Item ad Principis expeditionem tenetur tam Ecclesia, quàm quilibet privatus. Colligunt ex Ord. citati *ad l.* 1. *supr. hoc tit. n.* 1.

2 Notat Avend. *de exequendis mandat. libro.* 2. *cap.* 13. construi sumptibus publicis illius loci, in quo fiunt.

3 *Angariis, vel parangariis.*) De angariis, & parangariis, vide Cœl. Rhodigin. *antiq. lect. lib.* 18. *cap.* 8. *in ultima edit.* Budæ *in l. eos ff. de falsis*, Anton. Augustin. *lib. singularium, ad Modestin. pag.* 316. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 157. Molin. *de justit. tract.* 2. *disput.* 661. *in fine*, optimè Guid. Pancirol. *variarum lectionum lib.* 3. *cap. fin. de angariis, & parangariis*, Garc. Mastrill. *de Magistratibus lib.* 3. *chap.* 10. *num.* 330. *cum seqq.* Henric. à Rosenth. *in synopsi & tractat. feudali, part.* 1. *cap.* 5. *conclus.* 70. & 71. Hieronym. Schurffium *consil.* 55. *cent.* 3. ubi. de Angariis ad Ecclesias, & Ecclesiæ bona pertinentibus, Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Angaria*, ubi in hac lege esse operas publicas ob negotium aliquod obortum, cui celeriter providendum est impositas. Et addit *in leg.* 2. *C. de quibus muneribus, vel præscat. lib.* 10. angerias esse equorum præstationes ad cursum publicum, & ideo (secundùm Budæ.) Angarios, & parangarios Galli *postas* vocant, quasi positos collatosque certis in locis, & semper in procinctu excubantes.

4 Angariarum & parangariarum præstatio inter vectigalia, quæ regalia dicuntur, recensentur, *cap.* 1. *quæ sint regalia in usibus feudor.* Natt. *cons.* 185. *n.* 1. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 302. *n.* 29. *vers. duodecimò*, Sixtin. *de regalib. cap.* 15. Calvin *d. verbo Angariarum & parangariarum præstatio* Garc. Mastrill. *d. cap.* 10. *n.* 319.

5 *Vel plaustris*) Sic dicuntur, quia ex omni parte palàm fit quod in eis vehitur, & sunt vehicula quædam, quibus arma, & aliæ bello necessariæ species ad exercitum ducebantur, ut per Calvin, *in diction. juridico, verbo Plaustra.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib.* 1. *cap.* 57. *in princip.* ubi dicit plaustrum esse vehiculorum spiciem, quo onera, fructus & alia vehebantur. Hujusmodi plaustorum & navium præstatio inter Regalia connumerantur, *dict. cap.* 1. Menoch. *dict. consil.* 302. *n.* 29. *vers. decimotertio.*



SUMMARIUM.

1 *Privilegia antecessorum favore Ecclesiæ successor continuat & confirmat.*
2 *Pragmaticæ sanctiones canonibus adversæ pro subreptitiis, & abrogatis habentur.*
3 *Constitutio, seu statutum de distribuendo annuatim aliquid ad pias causas jure eleemosynæ, non potest tolli per eos, qui hujusmodi constitutionem fecerunt.*
4 *Privilegia & immunitates Ecclesiarum, inconcusse debent observari.*

## L. Privilegia quæ. XII.

*Imp.* Valentin. & Marcian. AA. *Palladio P. P.*

1 Privilegia antecessorum favore Ecclesiæ successor continuat & confirmat. Pragmaticæ sanctiones canonibus adversæ pro subreptitiis, & abrogatis habentur, & constitutiones pauperibus alimenta minuentes, item salaria Ecclesiæ non promoventes, minimè observandæ. Colligunt ex Ordin. citati *ad l.* 1. *suprà hoc tit. num.* 1.

2 Allegari solet hæc lex ad hoc, quod ordinatio sive constitutio, vel consuetudo, aut statutum de distribuendo annuatim aliquid ad pias causas jure eleemosynæ, non potest tolli per eos, qui hujusmodi constitutionem, sive ordinationem fecerunt, ut per Tiraq. *de privilegiis piæ causæ privil.* 156. aliàs 159. ubi dicit hunc textum notabilem, remissivè *de retract. lign.* §. 1. *glos.* 8. *n.* 43.

3 Notatur etiam ad hoc, quod privilegia & immunitates Ecclesiarum inconcusse debent observari, ut per Perez *l.* 2 *glos. in princip. tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin.* qui hunc textum allegat.

SUMMARIUM.

1 *Statuta & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ, & privilegia Ecclesiasticarum personarum sunt nulla.*
2 *Statuta facta contra privilegia concessa Ecclesiæ universali, dicuntur esse adversùs libertatem Ecclesiasticam.*
3 *Privilegium particularis quando frangitur non dicitur violari ipsa immunitas; secus verò quando frangitur universale privilegium.*
4 *Libertatis atque immunitatis Ecclesiasticæ, quando simpliciter, & absolutè fit mentio, de libertate, atque immunitate generali est intelligendum.*
5 *Statuta & constitutiones laicorum an ligent Clericos & Ecclesiam.*
6 *Laici ex vi consuetudini jus & potestatem in Clericos habere non possunt.*

Auth. Cassa.

1 Statuta, & consuetudines contra libertatem Ecclesiæ & privilegia Ecclesiasticarum personarum sunt nulla, & contemptores privilegiorum Ecclesiasticis rebus, ac personis concessorum post annuum perseverantes spatium bonis privantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *suprà hoc tit.*

2 *Omnia statuta*, &c.) Notatur ad hoc, quod statuta facta contra privilegia concessa Ecclesiæ universali,

dicuntur esse adversùs libertatem Ecclesiasticam, non sic statuta facta adversùs privilegia concessa alicui Ecclesiæ particulari, ut post S. Anton. Caietan. & Navar. resolvit D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter, n. 22. in princip. ff. soluto matrim.* Quando frangitur privilegium particulare, non dicitur violari ipsa immunitas, secus verò quando frangitur universale privilegium. Ludovic. Correa *in repetit. cap. inter alia, de immun. Eccles. p. 4. n. 5.* Ego ipse *in tract. de jure Eccles. universo, lib. 2. c. 3. n. 218.* ubi addo quod quando fit mentio libertatis, atque immunitatis Ecclesiasticæ simpliciter, & absolutè de libertate atque immunitate generali est intelligendum.

4

5 Utrùm & quando statuta & constitutiones laicorum ligent Clericos, & Ecclesiam, dixi *in collect. ad cap. quæ in Ecclesiarum, n. 2. de constitut.*

6 *Et consuetudines.* ] Notatur ad hoc, quod laici ex vi cujuscumque consuetudinis jus & potestatem in Clericos habere non possunt, ut per Roch. *in cap. fin. n. 510. de consuet.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 34. num. 23.* Decian. *tract. crimin. lib. 4. cap. 9. à n. 20.* ubi *num. 14.* extendit etiamsi consuetudo foret præscripta tanto tempore, de cujus initio memoria non extaret, Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 3.* Cevall. *commun. contra communes, tom. 4. quæst. 896. num. 257. cum seqq.* Marta *de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 64.* Azor. *institutionum moralium parte 1. libro 5. cap. 11. vers. sed dubitari posset*, Surdus *consil. 301. num. 54. & decis. 129. num. 5.* meipsum *in collect. ad dict. cap. quæ in Ecclesiarum, n. 3. de constit. & in tract. de jure Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 190.* ubi quod non valet consuetudo in præjudicium; & contra Ecclesiam introducta. Sicut & nullius momenti erit illa, quæ inducta fuerit à laicis, ut per Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 4. tit. 7. n. 16.* ubi allegat hunc text.

---

SUMMARIUM.

1 *Personæ Ecclesiasticæ Deo dicatæ testamento quid relinquere possunt Ecclesiis, martyriis, Clericis, monachis, & pauperibus.*
2 *Monachis per hanc legem permittebatur olim testari, sed deinde prohibitum.*
3 *Diaconissa quæ.*
4 *Monachium accipitur in præsenti pro Monasterio.*

## L. Generali. XIII.

*Iidem* AA. *Palladio P. P.*

1 ECclesiasticæ personæ Deo dicatæ testamento quid relinquere possunt Ecclesiis Martyriis, Clericis, Monachis, & pauperibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. super hoc tit. n. 1.*

2 Olim per hanc legem permittebatur Monachis testari, quia bona per ingressum non transferebantur in Monasterium, sed cùm postea ea ratio correcta fuerit, nempe cùm bona ingressi transferantur in monasterium, correcta quoque fuit lex dans facultatem testandi per *auth. ingressi*, quæ statim sequitur. Ita Tiraquel. *in tract. cessante causa par. 1. n. 136.*

3 *Sive Diaconissa.* ] De illa vide quæ latè dixi *in tract. de jure Ecclesiast. universo, lib. 1. cap. 35.* & dicemus aliquid *ad auth. Diaconissam, infrà de Episc. & cleric.*

4 *Monachio*, id est, Monasterio, secundùm expositionem Guid. Pancirol. *in thesaur. variarum lection. lib. 1. cap. 77.*

---

SUMMARIUM.

1 *Monasteria ingressi dum se, & bona Deo dedicaverint testamenta condere prohibentur.*
2 *Lex ista non servatur apud Gallos, cum parentes, vel alii succedant Monachis.*
3 *Ingressi monasteria, in hoc text. dicuntur cum effectu, sequuta scilicet professione.*
4 *Conditio, si intraverit monasterium, non est impleta per ingressum ante professionem.*
5 *Novitii morientis infrà annum probationis bona non sunt monasterii: sed placet distinctio.*
6 *Dos data pro ingressu puellæ in Religionem, quæ deinde decessit intra annum probationis, revertitur ad eos, qui dotem constituerunt.*
7 *Datum monasterio pro dote, restituitur si donans non ingreditur, vel inde exeat.*
8 *Monasteria Monialium veniunt appellatione monasterii.*
9 *Monachorum appellatione veniunt Moniales quoad ea quæ sunt proportionabilia.*
10 *Dedicare se suâque Deo, importat dedicationem, quæ sit professione sequuta.*
11 *Monachus omnia quæ acquirit, monasterio acquirit.*
12 *Monasterium non succedit in Regno.*
13 *Monachus succedit in primogenitis & bonis patrimonialibus instituti.*
14 *Monachus in majoratu non succedit quando apertè apparet institutorem majoratus agnationi prospexisse.*
15 *Monasterium successionis majoratus capax est, quamvis illi annexa sit jurisdictio temporalis, dummodo per substitutum præstari possit.*
16 *Equites S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, in his majoratibus, à quorum successione Religiosi excluduntur, sunt admittendi.*
17 *Majoratus institutor an valeat Monachos, & Moniales in perpetuum excludere à majoribus successione.*
18 *Monasterium bonorum capax, & à majoratus successione aliqua via non exclusum, totam majoratus commoditatem interim dum Monachus vivit, percipere poterit; eo verò naturaliter mortuo, ad sequentem de familia majoratus transire poterit.*
19 *Majoratus successio ad sequentem devolvitur statim emissa professione à possessore in monasterio bonorum incapaci.*
20 *Feudum transit in monasterium durante vita feudetarii professi, si ejus servitium reale, aut personale sit, quod præstari possit per idoneum substitutum.*
21 *Emphyteusis an & quando transeat in monasterium, ostenditur.*
22 *Monasterium succedit in anniversariis, capellis, & patronatibus etiam per viam majoratus factis à personis particularibus, nisi expressè exclusum sit, aut fuerit bonorum incapax.*
23 *Bonorum dominium & possessio est penes ingredientem Religionem & uti accessoria ad personam ipso jure, & absque aliqua apprehensione per ingressum transeunt in monasterium.*
24 *Religiosus non solum quærit monasterio, vel Ordini quæsita post professionem, sed etiam per eam quærit ei omnia bona, quæ antea habebat, nisi de illis aliter ante professionem disposuerit.*
25 *Religiosi bona transeuntis ex una in aliam religionem studio melioris vitæ, remanent penes primum monasterium; acquisita verò post secundam professionem, ad secundum monasterium spectant.*

26 *Profeſſus in Religione incapaci, & tranſlatus ad Religionem capacem, recuperat bona poſt tranſlationem ſibi delata ad utilitatem ſecundæ Religionis capacis, non autem bona, quæ ante profeſſionem obtinebat.*

27 *Monialis tranſlata ad aliud monaſterium pœnitentiæ cauſâ, quicquid poſtea acquirit priori monaſterio acquirit.*

28 *Religioſus quando tranſfertur ad aliam Religionem, non ut ibi profiteatur, ſed quod delictorum ſuorum pœnitentiam agat, tunc uſusfructus bonorum priori monaſterio acquiſitorum eſt dandus poſteriori, dum in eo Religioſus permanſerit.*

29 *Monachus qui acquiſivit bona monaſterio ex patris hæreditate ſibi obveniente, ſi poſtea moriatur viva avia, illa non privatur legitima, & monaſterium tantùm ſuccedit in tertio, ſeu quinto.*

30 *Bona acquiſita per Monachum factum Epiſcopum, eo defuncto non ad monaſterium, ſed ad Eccleſiam, cujus eſt Epiſcopus, pertinent.*

31 *Religioſi expreſsè, vel tacitè profeſſi non debent teſtari.*

32 *Equites Hieroſolymitani non poſſunt teſtari nedum de bonis, quæ ad eos proveniunt intuitu ſuæ Religionis, ſed nec etiam de patrimonialibus.*

33 *Religioſo facto Epiſcopo integrum non eſt teſtari etiam de bonis patrimonialibus, aut propria induſtria acquiſitis, eo modo, quod id fas eſt Epiſcopis ſecularibus.*

34 *Religioſi nec ad pias cauſas teſtari valent.*

35 *Monachi propria habere non poſſunt.*

36 *Profeſſio vitiatur ex adjectione conditionis ſive pacti de retinendo, ſeu habendo proprio, utpote contra illius ſubſtantiam.*

37 *Profeſſio reſervata facultate teſtandi de patrimonio ſuo eſt valida.*

38 *Novitius, vel alius, ſi intuitu ingreſſus Religionis donationem faciat de ſuis bonis, & deinde profeſſio non emittatur, talis donatio eſt irrita & nulla.*

39 *Precaria dicitur quando quis emit ab eo, qui habet in emphyteuſim.*

40 *Livellus dicitur quando quis emit ab eo, qui habet precariam.*

41 *Uſusfructus regulariter non admittitur, nec finitur per ingreſſum Religionis, profeſſione ſequuta, ſed in monaſterium tranſit.*

42 *Filius facta à patre profeſſione uſufructu quem pater in ſuis bonis habebat, privari non debet, ſed illicò revertitur ad ipſum filium.*

## Auth. Ingreſſi.

1 MOnaſteria ingreſſi dum ſe & bona Deo dedicaverint, teſtamenta condere prohibentur. Colligunt ex Ordin. citati *ad l.* 1. *ſupra hoc tit. n.* 1. & inter Reperentes Signorol. de Homodeis. Roſel de Aretio,
2 & omnium noviſſimus Carolus de Tapia. Non ſervatur apud Gallos, cùm parentes, vel allii ſuccedant Monachis, ut per Rebuff. *ad leges Galliæ, in præm. gloſſ.* 5. *n.* 21. Garc. *reg.* 320. *n.* 5. Gothofred. *in præſenti*, ubi addit quod in Gallia Religioſi non ſuccedunt proximis, nec monaſterium eorum loco, nec poteſt ſecularis factus ſucceſſionem revocare, ſed nec Religioſos liberos patres tenentur hodie hæredes inſtituere, aut legitimam eis relinquere, Potuit enim contraria conſuetudine legitimè præſcripta derogari juri ſuccedendi in profeſſi bona, ſecùndum Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelaſiam, in princ. à n.* 220. Ale. *conſ.* 56. *n.* 6. & 9. Craſſ. §. *ſucceſſio ab inteſt. q.* 8. *n.* 3. Azor, *inſtit. mor. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 8. *q.* 1. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 14.

3 *Ingreſſi Monaſteria*) Id eſt, cum effectu, ſequuta ſcilicet profeſſione, ſecundum Gutier, *canon. libro* 2. *cap.* 1. *num.* 20. *cum ſeqq.* Pereg. *var. lib.* 6, *n.* 69. Petr. Cened. *pract. & canonic. qq. lib.* 1. *q.* 6. *n.* 17. Quamvis Luſit. Bened. Ægid. *in repet l.* 1. *ſup. hoc tit. p.* 4. §. 2. *n.* 19. & Mart. *de juriſdict. p.* 8. *caſu* 95. *n.* 8. intelligant hæc verba de primo ingreſſu.

Unde conditionem, ſi intraverit monaſterium, non 4
eſſe impletam per ingreſſum ante profeſſionem, reſolvit Sard. *dec.* 303. *per tot.* ubi *n.* 2. in hæc verba. Senatus tamen tenebat non eveniſſe conditionem ſub qua factum fuit legatum, quia durante probationis anno non videtur puella prædicta Religionem, aut monaſterium ingreſſa, cùm tunc videatur ingreſſa quando profitetur, ut præſupponit clarè Caſtrenſ. *in conſ.* 211. *n.* 1. in duobus locis *vol.* 2. Bero. *conſ.* 28. *n.* 1. & 12. *vol.* 1. ubi dicit conditionem ingreſſus Religionis non verificari niſi tempore profeſſionis, idem dicit Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 26. *n.* 6. ubi ait improprium dici ingreſſum illum, qui fit ante profeſſionem, Rimin. *in conſ.* 477. *n.* 9. & *ſeqq.* &c. Quamvis contrarium immò conditionem, ſi ingrediatur monaſterium, per ingreſſum Religionis ante factam profeſſionem verificari teneat Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ.* 35. *per tot.*

Hæc etiam bona novitii morientis infra annum pro- 5
bationis, non eſſe monaſterii, tenent Greg. Lop. *l.* 17. *verbo intrando.* 1. *part.* 6. Surd. *d. deciſ.* 303. *n.* 8. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. bona* 15. F. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 47. *art.* 12. & *q.* 80. *art.* 12. Pereg. *var. lib.* 6. *n.* 72. Andr. Fachinæ. *contr. lib.* 6. *c.* 19. adden. ad Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 48. licèt contrarium tueatur Marta *d. caſu* 95. *n.* 8. *verſ. ex quo* Sed mihi placet diſtinctio Menoch. *conſ.* 396. *à num.* 3. Vel enim quis ingreditur Religionem bonorum capacem, cui expreſsè obtulit ſe & ſua, & deinde intra annum probationis moritur, & hoc caſu bona cenſeri acquiſita monaſterio reſolvit: aut conſtat quod ingreſſus eſt animo experiendi & probandi; non autem profitendi Religionem, illique ſua obligandi, & deinde intra annum probationis deceſſit, & tunc tenet quod bona non acquirantur monaſterio, ſed revertantur atque deferantur venientibus ab inteſtato. Aut denique verè ſumus in dubio, an ſi ingreſſus animo probandi, atque experiendi, vel profitendi, & intra annum deceſſit, & tunc bona non acquirit monaſterio ſed reverti ad venientes ab inteſtato reſolvit, *& numeris ſeqq.* ad alios devenit diſtinctionis caſus.

Hinc denique provenit, ut dos data pro ingreſſu 6
puellæ in Religione, quæ deinde deceſſit intra annum probationis, revertitur ad eos, qui dotem conſtituerunt, ut per Calder. *conſ.* 9. *in tit. de Regular.* Bero. *conſ.* 28. *n.* 13. *lib.* 1. Navarr. *comm.* 2. *de regular. n.* 491. Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 7. *de jure dotium*, *n.* 110. Menoch. *conſ.* 396. *n.* 9. Reſtituitur enim datum monaſterio pro dote, ſi donans non ingreditur, vel inde 7
exeat, ut allegatis Rotæ deciſionibus firmat Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 96. *n.* 14.

*Monaſteria.*) Etiam Monachorum, quæ proprie 8
veniunt etiam appellatione monaſterii, ut per text. *in cap. monaſteria puellarum*, 28. *q.* 2. *& c. monaſteria, de vita, & honeſt. cleric.* reſolvunt Mandoſ. *in præfat. reg.* 2. *Cancel. num.* 6. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 74. *& de conſident. benefic. q.* 27. *n.* 15. quos refero *in tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignif. appell.* 155. *n.* 1. Unde etiam appellatione Monachorum veniunt Moniales, quoad ea, quæ ſunt proportionabilia, Felin. *in cap de monialibus, de ſent. excom.* Paul. Fuſc. *de viſitat. lib.* 1. *c.* 18. *num.* 26. Monach. *de arbitr. caſu* 421. *num. vult.* Flores de Mana *var. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 25.

*Se ſuaque dedicant Deo.*) Intellige de dedicatione 9
quæ fit profeſſione ſequuta. Aug. Bero. *in cap. in præſentia, num.* 553. *de probat.* Dec. *ibi, n.* 223. Nicol. de Ubald. *de ſucceſſ. ad inteſt. tit. de ſucceſſ. regul. tom.* 2. *quæſt.* 80.

*quæſt.* 80. *art.* 2. *in princ.* & hodie ex S. Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *de Regul. cap.* 16. noviſſimè cautum eſt, quod nihil expreſsè, vel cautè dari, tribuive poſſit monaſterio, ut ei ante profeſſionem acquiratur, ne hac occaſione ingreſſi recedere non audeant. Honded. *conſ.* 73. *n.* 28. *vol.* 2. Ad regulam, quod omnia, quæ acquirit Monachus, acquirit monaſterio, vide Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 5. *lit. M, concl.* 31. Garc. *regul.* 320. Azor *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 140. Perez *var. lib.* 6. *n.* 68. *cum ſeqq.* Fr. Paul. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit.* 1. *cap.* 2. *n.* 17.

12 In Regno non ſuccedere monaſterium, in confeſſo eſt apud omnes quos refero & explico *in tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib.* 8. *c.* 31. *n.* 1. ubi *n.* 2. idem dico de Ducatu, Marchionatu, & ſimilibus dignitatibus.

13 In primogeniis ex bonis patrimonialibus inſtitutis Monachus ſuccedit, ut per Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 78. *art.* 12. *col.* 2. *verſ. certum eſt*, Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 95. Carol. de Tapia *in repet. hujus text. verb. Sua, cap.* 16. *n.* 9. Velaſq. de Avendan. *l.* 40. *Tauri, gloſſ.* 4. *n.* 13. Matienz. *l.* 1. *gloſſ.* 1. *n.* 18. *tit.* 7. *lib.* 5. *novæ Recop.* Andr. Molfeſ. *ad conſuetud. Neapol. de ſucceſſ. ab inteſt. p.* 4. *q.* 65. *n.* 21. Gam. *Luſit. deciſ.* 6. *n.* 1. & *ibi* Flores *verſ. quinta concluſio eſt*, Molin. *de Juſt. tom.* 3. *diſp.* 623. Anguian. *de legib. lib.* 2. *controv.* 17. *ex n.* 5. Dom. Garc. Maſtrillo. *Siciliæ dec.* 65. *n.* 3. & *deciſ.* 153. *num* 25. Caſtil. *lib.* 3. *controv. cap* 12. *n.* 65. Sanch. *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 15. *n.* 16. meipſum *d. cap* 31. *num.* 3.

14 Et licèt id limitent communiter Doctores in majoratu, in quo agitur de conſervatione agnationis, cum præcepto, ac delatione nominis & armorum, quaſi in eo ſuccedere non poſſit Monaſterium, quia non eſt capax agnationis conſervandæ, ut per Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *ex n.* 25. Alvaradum *de conject. mente defuncti lib.* 2. *c.* 3. *n.* 9. Flores *in addit. ad Gam. d. deciſ.* 6. *verſ. quarta concluſio, & var. quæſt.* 16. *art.* 2. *num.* 3. Jacob. Cancer. *tom.* 2. *var. reſolut. cap.* 20. *tit. de legat. num.* 330. *verſ. cenſeo.* Vincent. de Franch. *dec.* 29. *num.* 7. Anton. Fab. *lib* 6. *Cod. tit.* 2. *diffinit.* 25. Perez de Lara *de anniv. & capell. lib.* 1. *cap.* 5. *n* 96. Caſtill. *lib.* 3. *controverſ. cap.* 12. *num* 54. Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 2. *clauſ.* 6. *gloſſ.* 3. *p.* 3. *nu.* 21. Sanch. *d. c.* 1. *ex n.* 19. Nihilominus tamen contrarium verius mihi videtur, niſi apertiùs appareat majoratûs inſtitutorem agnationi proſpexiſſe, ut latè probavi *d. cap.* 3. *n.* 3. & *ibi* citatis addo Cancer. *ubi ſuprà* Cabed. *deciſ.* 133. *prope fin. p.* 1. Vincent. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 345. *n.* 2. & *quæſt.* 430. *n.* 2.

15 Eodem modo reſolvi *d. cap.* 31. *à n.* 5. monaſterium ſucceſſionis majoratus capax eſſe, quamvis illi annexa ſit juriſdictio temporalis, dummodo per ſubſtitutum præſtari poſſit, niſi monaſterium per inſtituentem expreſsè à ſui majoratus ſucceſſione repellatur, vel etiam tacitè, quando ſcilicet deſcendentes ex proprio corpore procreatos, vel filios legitimos naturales ad ſui majoratus ſucceſſionem ſolùm vocavit, aut ſimiles vocationes appoſuit, ex quibus conſtet voluiſſe inſtituentem intelligere de filiis tantùm naturalibus, & per naturalem generationem procreatis.

16 In his majoratibus, à quorum ſucceſſione Religioſi excluduntur, ſunt admittendi Equites S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, quamvis enim hi quodammodo Religioſi eſſe cenſeantur, matrimonium contrahunt, filioſque legitimos procreant, bonaque patrimonialia, dignitateſque Regales, caſtra, ac oppida poſſident, & quoad hæc omnes potiùs laici quàm Religioſi cenſendi ſunt. Ita Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 98. alter Molin. *de Juſt. diſp.* 623. *n.* 5. quæ tamen recepta concluſio limitari poteſt ubi Religioſi à majoratus ſucceſſione excluſi ſunt aliqua qualitate, quæ his militibus conveniret, veluti ſi dictum fuerit ſucceſſorem majoratus debere aliqua facere, quæ propter obedientiam quam magno Magiſtro præſtant, efficere nequirent, eo enim caſu cenſetur excluſus ex præſumpta mente ac voluntate inſtitutoris, prout recenſet Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *differènt.* 3. *n.* 31. ubi refert etiam conſuluiſſe ſuper Ducatu & Statu de Cardona ad excluſionem cujuſdam Equitis Ordinis de Alcantara. In Militibus verò Hieroſolymitanis nulla eſt diſputatio, ut probant Anton. Fab. *lib.* 6. *Cod. tit. de fideicom. definit.* 33. ubi ait ita deciſum, de quo vide Henric. à Roſenth. *tract. de feudis, p.* 1. *cap.* 7. *concl.* 3. *ex n.* 9. maximè ſi diſpoſitio Religioſos excludit, quia prædicti Milites ſunt verè Religioſi, ut palam eſt. Et an valeat majoratus inſtitutor Monachos, & Moniales in perpetuum excludere à majoratus ſucceſſione, vide dicta *ad l. ult. C. de Epiſcop. & cler.* 17

Monaſterium bonorum capax, & à majoratus ſucceſſione per inſtituentem aliqua via non excluſum totam majoratus commoditatem, interim dum Monachus venit, percipere poterit, ita Ant. Gom. *l.* 40. *Tauri, n.* 66. Molin. *d. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 95. P. Molin. *d. diſp.* 623. *n.* 2. Matienz. *l.* 2. *tit.* 7. *gloſſ.* 11. *n.* 6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 78. *art.* 12. *verſ.* 4. Eo verò naturaliter mortuo, ad ſequentem de familia majoratus tranſire debet, nec perpetuò in monaſterio remanere poterit, etiamſi majoratus inſtitutor expreſſiſſet ut bona majoratus de familia nunquam egrediantur, aut quod ſemper in ſua generatione remaneant: quia non obſtantibus prædictis clauſulis, monaſterium bona majoratus & ejus commoditates percipere poteſt. Ita probavi *d. lib.* 3. *de jure Eccleſiaſt. c.* 31. *n.* 9. 18

Verùm ſi monaſterium ſit bonorum incapax, ac inſucceſſibile, dubium eſt an poſt emiſſam profeſſionem admitti debeat ſucceſſor, an verò ſit expectanda mors naturalis ipſius Monachi, quod latè diſputat Caſtil. *lib.* 3. *controv. cap.* 12. *n.* 83. & in majoratibus Hiſpaniæ pro ſucceſſore ſubſtituto tenet Sanch. *d. lib.* 8. *cap.* 15. *ex n.* 9. ubi *n.* 10. ſtatim profeſſione ſequuta ſucceſſionem majoratus ad ſequentem devolvi contendit, non aliter ac ſi naturaliter mortuus fuiſſet: vi de Joſeph. de Ruſt. *in l. cùm avus, in* 5. *cap.* 7. *per totum, ff. de condit. & demonſt.* P. Molin. *de Juſtit tom.* 3. *diſp.* 623. *n.* 1. & 2. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. tom.* 3. *c.* 481. *ex n.* 3. quamvis contrarium defendat Theſaur. *lib.* 3. *quæſt. forenſ. q.* 36. per ea quæ latè diſputavi *in lib. de vòtis Canon. dec. voto* 7. *dub.* 4. dum egi, utrum tertia pars omnium bonorum profeſſi ſpectet ad ejus matrem pro legitima à die profeſſionis, & ſic morte naturali profeſſi non expectata. 19

In feudo, cujus ſervitium reale eſt, aut perſonale, quod honeſtè per Monachum, ſeu per idoneum ſubſtitutum præſtari poſſit, tenendum eſt in monaſterium tranſire durante vita feudatarii profeſſi, ut tenent Coſt. *in cap. ſi pater, verbo ſi abſque liberis, n.* 62. *de teſtam.* Clar. *in §. feudum, q.* 78. *n.* 1. Carol. Tapia *in præſenti, verb. ſua, cap.* 14. *n.* 37. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. quæſt* 6. *n.* 2. Hieron. Roderic. *in compendio qq. Regul. reſol.* 66. *n.* 5. Flores *ad Gam. deciſ.* 6. *n.* 1. *verſ. ſecunda concluſio*, Pat. Molin. *tract.* 2. *diſp.* 140. *verſ. regulam. ſuprà ſtatutam*, Valaſc. *conſ.* 101, *n* 6. quod ampliandum eſt ut procedat etiamſi feudum vaſſallos & juriſdictionem annexam habeat. Gam. *d. deciſ. n.* 1. Menoch. *conſ.* 519. *num.* 3. Fr. Emman. *d. art.* 12. *verſ. tertiò*, Hieron. Roderic. *d. reſolut.* 66. *num.* 5. Ego ipſe *d. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 10. 20

In emphyteuſi eſt diſtinguendum inter Eccleſiaſticam, & ſæcularem, ita ut Eccleſiaſtica, durante vita Monachi in monaſterium tranſeat, niſi per Dominum intra biennium revocetur, ſecularis quoque in vita Monachi monaſterio acquiratur, neque ita per Dominum revocari poſſit; de quo tamen vide Clar. *in §. emphyteuſis, q.* 38. Advend. *in l.* 40. *Tauri gloſſ.* 4. *n.* 15. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4 *tit.* 44. *n.* 116. *pag.* 670. Valaſc. *conſ.* 101. *n.* 6. Cened. *ad Decretal. collect.* 148. *num.* 87. 21

*num.* 87. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 38. *art.* 2. *& tom.* 2. *q.* 78. *art.* 9. P. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 140. *vers. eandem regulam. & disp.* 482. Rebell., *de obligat. justit. p.* 2. *lib.* 13. *q.* 15. *à n.* 1. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 8. *q.* 4. Jacob. de Graffis *tom.* 1. *cons. lib.* 3. *tit. de jure emphyt. cons.* 1. *n.* 8.

22 In anniversariis, cappellis, & patronatibus, & meliorationibus Tertii, & Quinti, etiam per viam majoratus factis à personis particularibus succedit monasterium, nisi expressè exclusum sit, aut ex evidentibus conjecturis de exclusione appareat. Vide Perez *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 146. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 16. *art. n.* 5. Castill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 12. *n.* 56. *in fine*, citati per Cened. *ad Decretal. collect.* 5. *num.* 14. Et in fideicommissis loquuntur Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 16. *numer.* 29. Molin. *de Iustit. tom.* 3. *disp.* 62. *n.* 3. nisi monasterium fuerit bonorum incapax, quia tunc statim restituenda sunt, ubi primùm gravati professionem emiserunt, nec eorum mors naturalis expectanda est: ita Card. Mantic. *de conject. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 8. Pereg. *de fideicomm. art.* 28. *num.* 63. Honded. *cons.* 61. *n.* 37. *&* 38. *lib.* 1. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 1. *à num.* 26. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 186. *vers. Bart.* Steh. Gratian. *discept. forens. cap.* 102. *n.* 8. quicquid dicant Costa *in §. & quid si tantum, p.* 2. *num.* 12. Alex. Trentacinq. *de substitut. part.* 4. *cap.* 6. *in fine.* Matienz. *l.* 3. *glos.* 2. *n.* 3. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop.* Alex. Raudent. *de analog. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 318. *& seq.*

23 Non quod bonorum hujusmodi dominium & possessio est penes ingredientem Religionem, & uti accessoria ad personam ipso jure, & absque aliqua apprehensione per ingressum transeunt in monasterium, tam quoad proprietatem, quàm quoad possessionem, dummodo in ingressu antequam in monasterium transiret, actum non fuerit quod illi non acquirantur, ut ex aliis resolvit Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 118. *num* 32. *cum seqq.*

24 Nota etiam quod Religiosus non solùm quærit monasterio, vel Ordini quæsita post professionem, sed etiam quærit per eam ei omnia bona, quæ antea habebat, nisi de illis aliter ante professionem disposuerit: ita Nav. *commento* 2. *de Regul. n.* 5. *in fine*, ubi *n.* 6. resolvit quod religiosus, præsertim Canonicus Regularis, non simplex, sed beneficiarius, quærit suæ Ecclesiæ, vel beneficio, quod non subest monasterio suo, nec Ordini quem professus est.

25 Bona Religiosi transeuntis ex una in aliam Religionem studio melioris vitæ, remanent penes primum monasterium: acquisita verò post secundam professionem ad secundum monasterium spectant. Ita. Nav. *in cap. non dicatis.* 12. *q.* 2. *à num.* 31. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. hunc contractum, num.* 31. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *& tom.* 2. *quæst.* 5. *art.* 5. *& q.* 52. *art.* 27. *& tom.* 4. *sum. cap.* 12, *num.* 7. Card. Tusch. *tom. lit. M. concl.* 322. Ranch. *p.* 1. *dec.* 160. Thom. Trivis. *Venet. dicis.* 30. *part.* 1. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 15. *q.* 3. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 140. *vers. quando Religiosus*, Valasc. *cons.* 24. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *q.* 31. *art.* 24. Bart. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 5. *q.* 365. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 3. *c.* 13. *&* 14. Benedict. Ægid. *repet. l. Titia p.* 1. *n.* 50. *ff. de cond. & demonst.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 123. *n.* 82. Villalob. *p.* 2. *sum. tract.* 35. *diffic.* 4. *per tot* Mich. Rainoso *in observ. pract. observ.* 12. *ex n.* 11. quorum plures refero *in meo tract. de jure Eccles. universo, lib.* 1. *cap.* 92.

26 Professus autem in Religione incapaci, & translatus ad Religionem capacem, recuperat bona post trãslationem sib delata ad utilitatem secundæ Religionis capacis: ita Redoan. *de spoliis cap.* 6. *q.* 8. *numer.* 22. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 7. *cap.* 32. *n.* 22. Rota *in Romana fideicommissi*, 26. *Novembris* 1627. coram Card. Virili, Sacra Cong. Concilii *sub die* 22. *Januarii* 1628. cujus memini *d. cap.* 42. *n.* 92. Non autem bona, quæ ante professionem obtinebat. Buratt. inter ejus decisiones impressas *dec.* 576. *n.* 2. erant enim jam acquisita venientibus abintestato. S. Cong. Concil. *sub die* 17. *Junii* 1617. & dispensatio Apost. non potest retrotrahi in tertii præjudicium, Feder. de Senis *cons.* 26. *n.* 3. Buratt. *d. dec.* 576. *n.* 3.

27 Translata monialis ad alium monasterium pœnitentiæ causa, cùm non desinat esse filia prioris monasterii, quicquid postea acquirit, illi prioris monasterio acquirit, nisi translatio fuerit facta ad effectum, ut fiat filia secundi monasterii. Ita Rot. *dec.* 109. *per tot. part.* 2. *recentior.*

28 Religiosus quando transfertur ad aliam Religionem, non ut ibi profiteatur, sed quod delictorum suorum pœnitentiam agat, tunc ususfructus bonorum priori monasterio acquisitorum reddendus est posteriori, dum in illo Religiosus permanserit ne monasterio posteriori, cui deservit, & in illo inclusus est, onerosus sit; proprietas verò in priori monasterio remanebit, cum qua consolidabitur ususfructus mortuo, vel restituto Religioso, ut per Sanchez *d. lib.* 7. *capit.* 32. *num.* 46. & alios, quos refero *d. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 96. declarans id esse intelligendum de non integro eorum bonorum usufructu, sed de ea quantitate quæ ad victum, & vestitum, reliquáque illius Religionis alimenta necessaria sunt.

29 Quid si Monachus acquisivit bona monasterio ex patris hæreditate sibi obveniente, & posteà moriatur vivâ aviâ? Dic aviam non privari legitimâ, & monasterium tantùm succedere in tertio, seu quinto, de quo vide Caval. *commun. contra comm. quæst.* 806. *nu.* 36. *cum. seqq.* Valasc. *consult.* 34. *ad fin.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 128. *art.* 2.

30 Bona acquisita per Monachum factum Episcopum; eo defuncto non ad monasterium, sed ad Ecclesiam, cujus est Episcopus, partinent, etiamsi jure hæreditario, donatione, propria industria & labore ea bona post Episcopatum acquisita proponantur; & quamvis religiosus ille factus Episcopus sit ex Minorum Fratrum Ordine, is enim factus Episcopus jus succedendi parentibus; & agnatis recuperat, atque ideo ipsi mortuos succedit Ecclesia. Ita post multos à me citatos resolvi *in tract. de officio, & potest. Episcopi, q.* 3. *alleg.* 1. 4. *à num.* 18. & ibi relatis addo Fachinæ *lib.* 5. *controvers. cap.* 89.

31 *Nec ergo de his testantur.* ] Notatur ad hoc, quod Religiosi expressè vel tacitè professi non possunt testari, ut per Alphan. *collect.* 40. Grat. *reg.* 456. Graff. *§. testamentum, q.* 34. *num.* 1. Mench. *illustr. cap.* 102. *n.* 1. Spin. *in speculo testam. gloss.* 6. *rubr.* Alex. Pereg. *in comment. ad constit. cleric. Regul. p.* 2. *c.* 1. *lit. G. §.* 34. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 141. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 8. *à princip.* Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resolut.* 135. *n.* 2. plures citavi *in tract. de jure Eccles. universo, lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 205.

32 Amplia primò in Religiosis Equitibus Hierosolymitanis qui cùm sint veri Religiosi, non possunt testari nedum de bonis, quæ ad eos perveniunt intuitu sùæ Religionis, sed nec etiam de patrimonialibus. Ita Rot. *dec.* 76. *num.* 1. *p.* 2. *recentior.* Ego ipse *d. cap.* 42. *num.* 206. *& lib.* 3. *c.* 7. *num.* 35. ubi secus dico de aliis S. Jacobi, Calatravæ, & Alcantaræ, cum quibus circa vota magna ex parte dispensarum reperitur, & ideo sub alia forma profitentur, de quo etiam. *d. c.* 41. *num.* 220.

33 Amplia secundò in Religioso etiam facto Episcopo, cui integrum non est testari etiam de bonis patrimonialibus, aut propria industria acquisitis, eo modo, quod in fas est Episcopis secularibus. Ita plures, quos plana manu refert Sanchez. *d. lib.* 6. *c.* 6. *n.* 10. Hieron.

Roderic. *d. resol.* 135. *num.* 4. Gratian. *discept. forens. cap.* 363. *num.* 25. *& cap.* 880. *n.* 10. Greg. XV. *dec.* 109. *n.* 5. Gabr. Pereira *Lusit. dec.* 75. *n.* 1. Francisc. de Sousa *in libello de la obligacion con que quedan los Religiosos Obispos, ex num.* 15. Cened. *de paupert. Relig. dub.* 46. Thadd. Piso *lib.* 1. *var. resol. cap.* 8. *n.* 33. Mar. Cutell. *de donat. tom.* 1. *tract.* 2. *discurs.* 2. *p.* 3. *ex n.* 158. Ego ipse *d. tract. de jure Eccles. universo, lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 211. *& de tract. de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 114. *num.* 22.

34 Amplia tertiò, ut nec etiam ad pias causas testari valeant, etiam si testentur de superioris, Pontifice inferioris licentia; Ita Sanchez *d. cap.* 8. *ex n.* 3. Ego ipse *d. cap.* 41. *num.* 208. *&* 209. ubi *n.* 210. quod nec etiam de superiorum licentia poterunt codicillos facere, aut donationem aliquam causâ mortis, nisi quid moderatum donent.

35 *Nec domini rerum*, &c. [ Notatur ad hoc, quod Monachi propria habere non possunt, ad quod plures citavi Doctores *in collect. ad c. cum ad monasterium, in fine de statu monach.* Grat. *reg.* 320. *per totam*, ubi ampliat, & limitat diversis modis, & præcipuè *num.* 5. ex Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelasiam, dec.* 2. *in princ. n.* 293. tenet id locum non habere in Gallia, & latissimè si scire cupis, an & quando Religiosi utriusque sexus proprium habere possint, vide *in meis collect. ad Conc. Trid. sess.* 25. *de Regul. cap.* 2.

36 In gloss. *Dedicant.* ibi: *Item quid si ex pacto aliqua retinuerit? Resp. non valet pactum, sed ingressus non vitiatur.* Immò vitiatur ex tali adjectione conditionis sive pacti de retinendo, sive habendo proprio, utpote contra illius substantiam, ex adductis per F. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 17. *art.* 6. *in fine*, Fr. Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 28. *art.* 2. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 8. *q.* 21. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neap. dec.* 340. *num.* 11. *p.* 4. Barthol. de Vecchis *in praxi observanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp.* 13. *dub.* 1. *n.* 11. Bonacin. *de clausur. & pœnis eam violantibus impositis, q.* 2. *puncto* 10. *diffic.* 2. §. 1. *n.* 4. quos refero *in d. tract. de jure Eccles. universo, lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 150. ubi *n.* 151. intelligo text. *in c. ult. qui clerici, vel nov.* in contrarium allegari solitum de retentione, seu reservatione bonorum ad usum profitentium in domo propria pro suis necessitatibus: tanquam obedientiarii, & ex voluntate Prælati, & *n.* 142. hinc resolvo valere professionem quando profitens usum solum sibi reservaret pro suis necessitatibus ex Superioris licentia, ejusque nutu revocabilem, neque conditionem hoc casu rejici: & *ibi* addo reservationem aliquorum bonorum tempore professionis à Religioso factam in dubio esse hoc modo intelligendam, nempe quoad usum ex licentia Abbatis, ab ipsoque revocabilem, & *n.* 153. refero sacram
37 Cong. Concilii Trid. *sub die* 14. *Decembris* 1613. censuisse validam omninò esse professionem, reservata facultate testandi de patrimonio suo.

In ead. gloss. ibi, *Item quid si ingressus non tenet, &*
38 *in aliis contractibus inter vivos factis? Resp. nec oblatio bonorum tenet.* Hinc si novitius, vel alius intuitu ingressus Religionis donationem faciat de suis bonis, & deinde professio non emittatur, vel quia novitius ad seculum rediit, vel mortuus est ante professionem, aut illam emisit invalidam, talis donatio est irrita, & nulla. Ita Nav. *cons.* 1. *de statu Monach. in antiq.* alias *cons.* 9. *de succes. ab int. in novis*, Fr. Emman. *in sum. p.* 2. *c.* 90. *n.* 6. *& tom.* 3. *q. Regul. q.* 47. *art.* 12. Honded. *cons.* 73. *à n.* 16. *vol.* 2. Peregr. *in constit. Cleric. Regul. p.* 2. *cap.* 1. *lit. G.* §. 14. Sanch. *in præcepta Dec. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *à n.* 48. Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. lib.* 5. *q.* 186. Fr. Barthol. de Vecchis *in d. prax. disp.* 8. *dub.* 8. *n.* 3. *& dub.* 9. *n.* 5. Laurent. de Pereinis *in constit. sui Ordinis Minimor. constit.* 2. *Sixti IV. n.* 76. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 99. *n.* 11. *in fine, & in collect. ad Concil. Trid. sess.* 25. *de Regul. c.* 16. *n.* 17.

In ead. gloss. ibi, *Precaria dicitur quando quis emit* 39 *ab eo, qui habet in emphyteusim.* Vade Everard. *in topicis, cap.* 29. *ad finem*, Cald. Pereira *de resol. Emphyt. c.* 7. *n.* 39.

In ead. gloss. ibi, *Livellus quando qui emit ab eo*, 40 *qui habet precariam*, &c. Vide Afflict. *in cap.* 1. *n.* 3. *& 4. de alienat. feudi, lib.* 1. *fol.* 66. Negulant. *de pignorib. p.* 2. *memb.* 2. *n.* 51. *&* 41. Valasc. *de jure emphyt. q.* 35. Cald. Pereira *d. c.* 7. *n.* 40. Paul Comitol. *respons. moral. p.* 1. *q.* 29. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 3. *à princip.*

In eadem gloss. ibi, *usumfructum.* Adverte quod 41 regulariter ususfructus non amittitur, nec finitur per ingressum Religionis professione sequuta, sed in monasterium transit, ut penes ipsum pro vita duntaxat Monachi resideat, non in perpetuum. Ita *in præsenti* Petr. de Bellapert. *col.* 8. Cyn. *n.* 19. Odofred. *n.* 16. Bart. *n.* 42. Alberic. *n.* 23. Bald. *n.* 31. Salicet. *num.* 10. Castrens. *n.* 26. Jas. *n.* 48. & Dec. *n.* 72. Cald. Pereira *in l. si curatorem. verbo Læsis, n.* 142. *vers. immò, & in omni usufructuario*, Cov. *in cap.* 2. *n.* 8. *de testam.* Gutier. *canon lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 98. Carol. de Tapia. *in repet. hujus auth. verbo sua, cap.* 17. *à n.* 1. Cavall. *commun. contra communes, q.* 64. Anton. Gomez *l.* 40. *Tauri, n.* 76. *& l.* 48. *n.* 8. *à princ.* Hippol. *sing.* 667. Xuar. *al. leg.* 20. *n.* 20. Perez *ad tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 103. Spin. *in speculo testam. ad gloss. rub. p.* 4. *n.* 16. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 16. *art.* 5. Castill. *de usufructu, lib.* 1. *c.* 64. *n.* 3. Mart. *de jurisdict. p.* 4. *casu* 81. *num.* 6. Rebellus *de obligat. justit. p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 17. *sect.* 2. *n.* 11. P. Molin. *de justit. tom.* 1. *disp.* 9. *vers. ultimò, & disp.* 140. *vers. an verò.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 29. *num.* 7. Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *hujus tit. part.* 3. §. 2. *n.* 9. *&* 10. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *q.* 2. Galgan. *de condit. &. demonst. part.* 1. *cap.* 11. *quæs.* 18. Senchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 48. ubi intelligit quando Monachus aliter non disposuit ante professionem. Et quod pater non privetur usufructu bonorum filii ingredientis Religionem, resolvunt Gutier. *in repet.* §. *si sui, num.* 35. *Instit. de hæred. qual. & differ.* Pinel, *in l. C. de bonis mat. p.* 1. *n.* 43. Emman, Soar. *commun. verbo Religionem si pater. & tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 19. *n.* 2. Mendez de Castro *in l. cùm oportet, p.* 2. *n.* 129. *C. de bonis quæ lib.* Cald. Pereira *d. verbo læsis, n.* 143. P. Molin. *d. disp.* 140. *vers. utrum*, Thom. Valasc. *d. alleg.* 19. *n.* 108. Nec filius facta à pa- 42 tre professione usufructu, quem pater in suis bonis habebat, debet privari, sed ille illicò revertitur ad ipsum filium, secundùm Cevall. *d. q.* 64. *num.* 4. Fachin. *controv. lib.* 6. *cap.* 12. *vers. ego puto.* Castill. *d. cap.* 64. *n.* 8. *cum seqq.* Mendez de Castro *d. part.* 2. *num.* 131. Bendict. Ægid. *d.* §. 2. *n.* 11. *cum multis seqq.* quamvis usumfructum nequaquam extingui, nec diminui, sed totum pertinere ad monasterium toto paternæ vitæ tempore, post Tap. Matienz. Spin. Gutier. Molin. Azor. Less. Sayr. Rebel. & alios resolvat Sanchez *d. c.* 13. *n.* 70.

---

## SUMMARIUM.

1 *Conjuges liberis carentes per ingressum monasterii res monasterio addicunt, & testari non possunt.*

2 *Pater & mater post ingressum monasterii res de quibus ante ingressum disposuerunt, postea inter liberos, salva eorum legitima, licitè disponunt, & quomodo.*

3 *Doctores referuntur de materia hujus text. agentes.*

4 *Monasterium intrare intelligitur in præsenti, sequuta professione.*

5 *Dispositio*

5 *Diſpoſitio hujus tex. an vim ullam habeat in hac materia, oſtenditur.*

6 *Diſpoſitio hujus text. non procedit in profeſſis in Ordine ſuccedendi incapaci.*

7 *Habet locum ſi pater unicum filium habeat, vel quando liberi illi non ſunt legitimi, ut n. 8. & quando nullum filium habet, ſed alios deſcendentes, ut num. 9.*

10 *Profeſſus nequit diſponere de acquiſitis poſt profeſſionem, nec quicquam in illis habent aſcendentes, aut deſcendentes.*

11 *Bona tradita monaſterio in dotem Monialis perpetuò apud monaſterium durant, quamvis Monialis relictis aſcendentibus, aut deſcendentibus obeat.*

12 *Diviſio inter liberos, quam hæc Auth. permittit, non eſt teſtamentum, ſed diviſio quædam.*

13 *Profeſſus inter filios dividens non poteſt illis pupillariter ſubſtituere, poteſt tamen inſtituere & ſubſtituere eis invicem vulgariter.*

14 *Legitimam non poteſt minuere favor piæ cauſæ, & in ea magis favetur filiis, quàm Eccleſiæ.*

15 *Parens Monachus, qui poſt ingreſſum Monaſterii vult inter liberos teſtari, adſtrictus eſt filiis legitimam abſque diminutione relinquere.*

16 *Profeſſus ſi ſubſtantiam ſuam pro partibus æqualibus dividat inter filios, tunc monaſterio tenetur dare quantum dederit cuilibet filio; ſi verò pro partibus inæqualibus, tenetur conferre monaſterio quantum confert filio, cui plus dat.*

17 *Profeſſo patre vivente nulla bonorum diviſione facta an filii percipiant legitimam.*

18 *Pater quando ante profeſſionem diſpoſuit, non poteſt poſt profeſſionem diſponere quando teſtamentum ante profeſſionem factum manſit firmum.*

19 *Novitius, & deinde jam profeſſus, & an quando poſſit teſtamentum antea factum revocare, aut ſaltem declarare remiſſivè.*

0 *Profeſſus quando ſolos aſcendentes habet, illis debetur ſua legitima, in illaque præferuntur monaſterio.*

## Auth. Si qua mulier.

1 COnjuges liberis carentes, per ingreſſum, & dedicationem monaſteriis factam res monaſterio addicunt, & teſtari non poſſunt. Pater & mater poſt ingreſſum monaſterii res de quibus ante ingreſſum non diſpoſuerunt, poſteà inter liberos, ſalva eorum legitima licitè diſponunt, & liberis non addictas, neque relictas ad monaſterium transferunt. Pater autem Monachus omnem ſuam ſubſtantiam inter liberos ſic dividet, ut monaſterio liberorum portio & quota una remaneat: omittentes verò diviſionem, poſt ingreſſum liberi in legitima dumtaxat ſuccedunt, reliqua autem bonorum pars ad monaſterium tranſmittitur. Colligunt ex Ordin. citati *ad l. 1. ſup. hoc tit. n. 1.*

2

3 De materia hujus tex. agit *lex Hiſpanica 88. tit. 18. part. 3.* ubi *gloſſ. 2. & l. 17. tit. 1. part. 6.* ubi *gloſſ. 5. cum ſeqq.* Coſta *in cap. ſi pater, p. 2. verbo teſtatorem, n. 7. cum ſeqq. de teſtam. in 6.* Avendan. *ad l. 44. Tauri, gloſſ. 7. n. 2 & 3.* Nav. *commento 2. de Regular. n. 45. cum ſeqq.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 9. n. 55. cum ſeqq.* Azor. *inſtit. moral. lib. 12. cap. 8. quæſ. 7. & 8.* P. Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 141. verſ. in Authent.* latè & eleganter Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2 lib. 7. cap. 9. & 10.*

4 *Monaſterium intraverit.* ] Et profeſſionem fecerit, ut per Ribaden. *in lib. pro Societate Jeſu, cap. 15.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 6. quæſ. 4. in fine*, quamvis de primo ingreſſu intellexerit Marta *de juriſdict. p. 4. caſu 95. n. 9.*

5 Dubium, eſt qualiter hæc Auth. potuerit diſponere circa hanc materiam, quæ Religioſos ſpecialiter reſpicit, nec per Pontificem eſt approbata, quod movit Nav. *conſ. 2. n. 53. de Regul.* ad dicendum ejus deciſionem nullam vim habere, quod eſt multum conforme illis, quæ adduxi *ad rubr. hujus tit.* ſed occurrunt aliqui quos refert & ſequitur Azor. *d. cap. 6. quæſ. 4.* hanc Auth. vim habere non quatenus eſt diſpoſitio juris, ſed quia eſt approbata & canonizata jure Canonico *in c. ſi qua mulier, 19. q. 23.* Verùm nec ſatisfacit hæc reſponſio, quia hæc auth. eo quod fuerit per Gratianum in Decreto inſerta, juris Canonici vim obtinere non potuit; juxta ea quæ adduxi *in collect. ad præm. ejuſdem Decreti.* Quare meliùs, & convenientius eſt reſpondere hanc Auth. vim ex eo ſortiri, quod tacitè ſit à Pontificibus approbata, ut aſſerunt Mench. *controverſ. uſu ſeq. lib. 1. cap. 5. num. 1.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 4. q. 69. art. 2.* Molin. *de juſtit. diſp. 141. col. 2. hinc in Regno,* Leſſ. *eod. tract. lib. 1. cap. 41 dub. 10. n. 82.* Sanchez *d. lib 7. c. 9. n. 7.*

Non procedit hujus Auth. diſpoſitio in profeſſis in ordine ſuccedendi incapaci, ut ſunt Minores Fratres, & profeſſi ac formati coadjutores in Societate Jeſu; inter liberos enim minimè poterunt ſic diſponere, quia à die profeſſionis reputantur tanquam natutaliter mortui. Sic. Sanch. *d. c. 9. n. 2. & 3.* 6

*Liberos habent.* ] Idem ſi unicum filium habeat, quia militat eadem ratio, tunc etiam quia non eſt ſine liberis, cui unus filius, unave filia eſt, *l. non eſt ſine liberis 148. ff. de verb. ſignif.* Et ideo ſic declarant Nav. *d. commento 2. de Regul. num. 47.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 80. art. 2.* Sanchez *d. cap. 9. num. 12.* 7

Idem quoque dicendum quando liberi illi non ſunt legitimi, in locis tamen in quibus juxta eorum leges & conſuetudines filii illegitimi ſuccedunt parentibus ex teſtamento & ab inteſtato, deficiente prole legitima, integrum erit parenti habenti ſolos tales filios illegitimos hanc diviſionem inter illos facere, ſecus quando non ſunt illi hæredes neceſſarii, ut ex Nav. & Fr. Emman. reſolvit Sanchez *d. c. 9. n. 15.* ubi *n. 16.* hinc deducit, in hoc Caſtellæ Regno integrum eſſe matri profeſſæ habenti ſolos illegitimos, hanc diviſionem inter eos facere, ſive illi naturales, ſive ſpurii ſint, dummodo non ſint ex damnato concubitu geniti, aut à profeſſo, ſive à profeſſa, aut ab initiato ſacris Ordinibus habiti: at patri id non permitti, quamvis filii naturales ſint. 8

Idem etiam dicendum, ſi nullum filium habeat, ſed alios deſcendentes, ut nepotes, aut pronepotes, quia quamvis in hoc text. fiat mentio de habente liberos, illorum appellatione omnes deſcendentes comprehenduntur, ut inſinuat *d. l. Hiſpanica 17. tit. 1. part 6.* ibi, *ſi ovieſſe hijos ò otros herederos deſcendieſſen del* Sanchez *d. cap. 9. n. 13.* ubi *n. 19.* ex paritate rationis hanc auth. extendit ad aſcendentes, & *n. 17.* reſolvit hanc eandem diviſionem permitti parenti profeſſo habenti ſolos filios legitimatos, quia legitimatus filius retinet omnia ſui hæredis jura, rumpitque parentum teſtamentum, in quo præteritur. 9

*Antequam de rebus ſuis*, &c. ] Cùm acquiſita poſt profeſſionem nunquam fuerint ſua, ſed Monaſterii, ideò de illis nequit profeſſus ille diſponere, nec quicquam in illa habent aſcendentes, aut deſcendentes, ut per Nav. *commento 2. de Regul. n. 56.* Valaſc. *conſult. 24. n. 7.* Sanchez *d. cap. 9. n. 22.* ubi intelligit quando omninò fit acquiſitio poſt profeſſionem, ſicut ſi profeſſus ſuis operibus aliquid compararet, aut hæres, legatariuſve inſtitutus eſt in aliquo teſtamento, etiam ante profeſſionem, & delata eſt hæreditas poſt profeſſionem, quia hæc acquiruntur monaſterio: ſecus autem eſſet ſi profeſſus ille ſuccederet ab inteſtato alicui conſanguineo: & *n. 23.* ait bona tradita Monaſterio in dotem Monialis perpetuò apud Monaſterium durare, quamvis Monialis relictis aſcendentibus, aut deſcendentibus obeat: & *n. 24.* reſolvit remanere apud 10

Monaſte

monaſterium perpetuò, id quod pacto inito tradidit parens filio, aut monaſterio, vel deſcendens aſcendenti, aut monaſtrio, ut renuntiaret futuræ ſucceſſioni.

12 *Licet ei poſtea inter eos dividere*, &c. (Ergo diviſio inter liberos, quam hæc Auth. permittit, non eſt teſtamentum, ſed diviſio quædam, quam profeſſus ille efficit, non ut dominus, ſed ut adminiſtrator à jure conſtitutus ad hunc effectum, ut per Nav. *d. commento 2. de regul. n. 45.* Carol. de Tapia. *in auth. ingreſſi, verbo, Ideoque nec de his cap. 1. num. 10.* Fr. Emman. *tom. 2. ſum. cap. 32. n. 1.* Leſſ. *lib. 2. de Juſtit. cap. 41. dub. 10. n. 82.* quos refert & ſequitur Sanchez *d. cap. 9. n. 10.* ubi *n. 34.* quod ait profeſſus hujuſmodi inter

13 filios dividens non poteſt illis pupillariter ſubſtituere, poteſt tamen inſtituere, & ſubſtituere eis invicem vulgariter, ut per fideicommiſſum: & *num. 37.* tenet quod profeſſus hic inter filios dividens nequit filiis impuberibus aſſignare tutorem, quia non habet eos in ſua poteſtate.

14 *Legitima nulli diminuta.* (Ergo in legitima magis favetur filiis quam Eccleſiæ; illam enim non poteſt, minuere favor piæ cauſæ, ut per Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. n. 12. pag. 148.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n. 83. & n. 88. & verbo donatione largitus, n. 326. & de privil. piæ cauſ. priv. 17.*

15 Notatur ad hoc quod parens Monachus, qui poſt ingreſſum monaſterii vult inter liberos teſtari, adſtritus eſt filiis legitimam abſque diminutione relinquere, ut per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 9. n. 58.*

16 *Sed ſi omnem ſubſtantiam*, &c. Adverte quod ſi profeſſus ſubſtantiam ſuam pro partibus æqualibus dividat inter filios, tunc monaſterio tenetur dare quantum dederit cuilibet filio; ſi vero pro partibus inæqualibus, tenentur conferre monaſterio quantum confert filio, cui plus dat, ut ex Angul. *de meliorat. l. 2. gloſſ. 1. num. ult.* & aliis reſolvit Sanchez *d. cap. 9. n. 16.* ubi *num. ſeq.* id limitandum eſſe cenſet in regno Caſtellæ, ut non aſſignetur monaſterio ultra quintum bonorum, etiamſi filiis major pars relinquatur: & *n. 29.* tenet integrum eſſe perenti hujuſmodi meliorare quemcunque ex filiis in tertia bonorum parte, & ibi citatis adde Soar. *de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 16. n. 5. cum ſeqq.* & Addent. *ad Molin. d. c. 9. n. 57.*

17 *Sed ſi poſt ingreſſum*, &c.) Dum diſponitur in præſenti, obeunte patre profeſſo, nulla bonorum diviſione facta filios percepturos legitimam, videtur à contrario ſenſu probari; non percipere vivente parte, de quo an verum ſit oſtendimus *in Collect. ad cap. cum ſimus, de Regularib.* & latè tractavimus *in votis deciſivis Canon. lib. 8. vot. 7. n. 29. cum ſequentibus.*

18 In gloſſ. *Competere*, ibi, *Item quid ſi ante ingreſſum inſtituat extraneam*, &c. Vide Sanchez *d. lib. 7. c. 10. num. 7. cum ſeqq.* ubi reſolvit quod quando pater ante profeſſionem diſpoſuit, non poteſt poſt profeſſionem diſponere quando teſtamentum ante profeſſionem factum manſit firmum, quia ratio hujus Authent. ceſſat diviſione antea facta, unde infert diviſionem inter filios à profeſſo factam ante profeſſionem, poſt illam non poſſe ab illo revocari, nec etiam à monaſterio.

19 An, & quando novitius, & deinde jam profeſſus poſſit teſtamentum antea confectum revocare, aut ſaltem declarare, vide Doctores quos plena manu citavi *in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus, c. 16. n. 21. cum ſeqq.*

20 In gloſſ. *Liberos*, *in princ.* Notatur ad hoc, quod quando profeſſus ſolos aſcendentes habet, illis debetur ſua legitima, in illaque præferuntur monaſterio; quia licet hæc Authent. de ſolis deſcendentibus loquatur, ex rationis tamen paritate extendenda quoque eſt ad aſcendentes. Ita Avendan. *ad l. 6. Tauri. gloſſ. 8. num. unico, & l. 40. gloſſ. 4. n. 23.* Tapia *in auth. Ingreſſi. verbo Ideoque nec de his cap. 1. n. 9.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 1. n. 95. & 96.* Cevall. *commun. contra commun. opin. q. 806. à n. 51.* Valaſc. *conſ. 24. à n. 5.* Caſtill. *lib. 1. uſufreq. c. 65. num. 2.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 80. art. 2.* Bened. Ægid. *in repet. legis Titiæ ſi non nupſerit. 100. p. 1. n. 50. ff. de condit. & demonſtr.* Leſſ. *lib. 2. de Juſtit. c. 41. dub. 10. n. 83.* latè Sanchez *d. lib. 7. c. 9. n. 19.* ubi, *n. 20.* reſolvit filium profeſſum ſolos aſcendentes habentem non poſſe inter illos hanc diviſionem facere, quia magis proprium eſt parentum dividere inter filios, quàm è contra: & *num. 21.* ſubdit filio profeſſo mortuo, ſuperſtitibus accendentibus ſucceſſuros aſcendentes in legitimam bonorum, quæ ſecum ille in monaſterium detulerat, tenerique monaſterium illam reſtituere, & ita monaſterio ſolam partem, de quo profeſſus ille in aſcendentium præjudicium poterat diſponere remanſuram, quæ in Regno Caſtellæ eſt tertia bonorum pars, *l. 3. Tauri*, hodie *l. 1. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.*

In eadem gloſſ. ibi, *cùm monaſterium reputetur pro filia.* Vide poſita *in collect. ad cap. in præſentia, de probationib.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Res immobiles Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ regulariter alienari nequeunt.*

2 *Res Eccleſiæ cum conſenſu œconomi & clericorum ſine urgente & gravi cauſa alienari nequeunt.*

3 *Doctores referuntur de alienatione rerum Eccleſiaſticarum regulariter prohibita tractantes.*

4 *Œconomi appellantur actores, ſeu diſpenſatores Eccleſiæ, quibus ſcilicet rerum Eccleſiaſticarum gubernatio, & diſpenſatio de conſenſu Epiſcopi conceditur.*

5 *Servus adſcriptitius eſt portio fundi., & inter immobilia computatur.*

6 *Annonæ civiles ſunt certæ penſitationes, quæ militaribus, Palatiniſque officiis, & eorum qui poſſeſſiones tenebant collatione erogabantur.*

7 *Donatio omnium bonorum facta Eccleſiæ, aut aliis pio loco, valida eſt.*

8 *Redditus annui inter immobilia computantur.*

9 *Alienatio non comprehendit diviſionem, maximè illam quæ fit gratiâ uberioris culturæ, vel commodioris.*

10 *Dividua poteſt regulariter dici quælibet res de mundo.*

11 *Res, quæ aliàs non poteſt dividi, tamen poteſt dividi quoad commoditatem fructuum.*

12 *Servitutem conſtituere non poteſt qui alienare prohibetur.*

13 *Prælatus, cui eſt prohibita rerum Eccleſiæ alienatio, poteſt illas ſaltem mobiles pro remuneratione meritorum in Eccleſiam collatorum alienare.*

14 *Eccleſiæ res illicitè emens pretii ſoluti amiſſione punitur.*

15 *Prædia Eccleſiaſtica ab œconomis, aut ipſius Clericis conſtituta, & aliis conceſſa, vel vendita, Eccleſiæ cum fructibus & acceſſionibus vendicat.*

16 *Eccleſiæ bona emens ab illius adminiſtratoribus, non ſervatis ſolemnitatibus, pretium perdit.*

17 *Impenſæ factæ gratiâ fructuum fructus minuunt.*

18 *Bona Eccleſiæ alienata non ſervatis ſolemnitatibus, & ſic nulliter, debent Eccleſiæ reſtitui una cum fructibus à die alienationis.*

19 *Alienans nulliter rem Eccleſiæ poteſt talem alienationem revocare.*

20 *Error juris reſiſtentis non facit bonam fidem, itaut fructus acquirentur.*

21 *Venditionem licèt quis fecerit cum debitis ſolemnitatibus, & de illo tempore fuiſſet in bona fide, à fructuum reſtitutione an excuſetur.*

22 *Actus factus contra legem est nullus, licet lex pœnam facienti adjiciat.*

23 *Sacrilegus verè non est, qui rem Ecclesiæ alienat.*

24 *Pretium rerum Ecclesiæ distractarum quando in specie non est conversum in utilitatem Ecclesiæ, an & quando possit repeti ab œconomo, administratore, vel Prælato.*

25 *OEconomo vendens res Ecclesiasticas, ultra quod de damnis & restitutione tenetur, privandus est officio.*

26 *Verbum*, privetur, *denotat sententiam ferendam, non ipso jure.*

27 *Tabelliones super alienationibus Ecclesiasticis juri adversis instrumenta conficientes perpetuo exilio digni sunt.*

28 *Judices ad alienationes rerum Ecclesiæ vetitas, contractusque illicitos authoritatem interponentes, cum bonorum publicatione officia amittunt.*

29 *Judex & tabellio potest quis esse in minimis causis.*

30 *Lex ubi imponit pœnam, non tamen eam fisco, nec accusatori applicat, in dubio est applicanda fisco, nisi pœna esset imposita propter injuriam & delictum commissum, &c.*

31 *Ususfructus res Ecclesiasticæ constitui potest pacto expresso, ut usufructuario mortuo proprietas consolidata cum fructu ad Ecclesiam redeat.*

32 *Pactum quod res revertatur ad Ecclesiam cum melioratio-nibus, an valeat.*

33 *Possessio rei Ecclesiasticæ transferri non potest, si vendatur etiam cum authoritate administratoris non adhibita juris solemnitate, immo ipso jure traditio est nulla.*

34 *Verbum*, relinquo, *solùm convenit ultimæ voluntati, non autem donationi inter vivos.*

## L. Jubemus. XIV.

*Impp.* Leo & Anthemius AA.

*Armasio P.P.*

1 RES immobiles Ecclesiæ Constantinopolitanæ regulariter alienari nequeunt. Ecclesiis & venerabilibus locis res dicari possunt per testamenta, codicillos, nuncupationes, legata, contractusque. Item
2 alienari res Ecclesiæ cum consensu œconomi & Clericorum, sine urgente & gravi causa nequeunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg.* 1. *supra hoc tit. n.* 1. Vide Cujac. 3. *observ.* 10. & 12. *c.* 28. Pileum *q.* 2. Adde Tiraquell. *tract.* 2. *de jure const.* 3. *parte.* Oldradum *cons.* 209. Guid. Papæ *q.* 355. Alex. *cons.* 71. Aug. *cons.* 275. Roman. *cons.* 184. Jas. *in l.* 3. *ff. quod quisque jur.* Bart. *in l. is qui ff. quæ in fraud. cred.*

3 De alienatione rerum Ecclesiasticarum regulariter prohibita, vide Socin. *reg.* 168. Duen *reg.* 229. Garc. Falcon *reg.* 158. Alphan *collectan.* 492 Cujac. *lib.* 2. *observat. cap.* 19. & *lib.* 12 *cap* 28. Menoch *de arbitr. casu* 172. Xuar. *alleg.* 21. Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 17. Rebuff. *in compendio alienat. n.* 9. *cum seqq.* Nav. *in simili tract. etiam à num* 9. Guillelm. Redoan. *in tract. de non alienan. rebus Ecclesiæ, in tom.* 15. *tract. Doctorum, part.* 2. *fol.* 393. *de* Alphonsus Villagut. *rebus Ecclesiæ non ritè alienatis lib.* 1. *cap.* 3. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *titulo de rerum alienat. concl.* 1. Nicol Mozz. *de contractibus, titulo de empt. cap. de rebus quæ emi, vel vendi possunt, num.* 29. Honded. *cons* 31. & 37. *vol.* 2. Malvas. *cons.* 55. & 56. *vol.* 1. Surd. *cons.* 115. *d. num* 28. & *cons.* 248. Ioseph. Ludovic. *Perus. dec* 93. *à n.* 15. Raudens. *respons.* 17. *vol.* 1. Avendan. *de exequendis mand. c.* 4. *à num.* 33. Mascard. *de probat. concl.* 227. Sarmient *de redditib. Eccles. p.* 1 *cap.* 2. Salazar *de usu & consuet. cap.* 8. *numero* 37. *cum seqq.* Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *nap.* 52. & *pract. lib.* 2. *q.* 8. Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *cum.* 7. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 468. Anton. Fabr. *in suo Codice, lib.* 4. *tit.* 38. *definit.* 6. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tom.* 1. *tit.* 15. *de rebus Eccles. non alien.* Quarant. *in summa Bullarii verbo Alienatio rerum Ecclesiæ* Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo Alienatio rerum Ecclesiasticarum, & part.* 2. *verbo Alienatio.* Cardos. *in praxi judicum, eod. verbo, n.* 21. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 9. *de rebus Ecclesiæ quæ alienari, vel non alienari queant.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. tit. de alienat. rerum Eccles.* Card. Tusch. *tom* 1. *lit. A, conclus.* 271. Valer. Reginald. *in praxi fori Eccles. lib.* 30. *tract.* 3. *n.* 61. *cum seqq.* Bonacin. *var. tract. tit.* 2. *de alienat. bonorum Eccles.* meipsum *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 95. & *de jure Eccles. universo lib* 3. *c.* 30. & *in collect. Bullarii, verbo Alienatio, & in collectan. ad tit. de rebus Eccles. non alien. in Decretalib.*

4 *OEconomo* ] Appellantur œconomi actores, seu dispensatores Ecclesiæ, quibus scilicet rerum Ecclesiasticarum gubernatio, & dispensatio consensu Episcopi conceditur, Calvin. *Lexic. jurid. verbo, œconomi.* Alciat. *lib.* 9. *parerg. c.* 3. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 7. *q.* 21. *n.* 1. & 2.

5 *Vel mancipia.* ) Notatur ad hoc, quod servus adscriptitius est portio fundi, & inter immobilia computatur; licèt enim naturaliter sit corpus discretum à fundo, est tamen pars instrumentalis ipsius fundi, ut per Tiraq. *de retract. lig §.* 1. *gloss.* 7. *num.* 119. Connan. *comment. juris civilis lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 3. Ayor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 32. *quæst.* 4. Valasc *de jure emphyt. q.* 37. *num.* 10. & 13. De his servis adscriptitii vide dicta *ad l. quisquis* 16. *C. de Episcopis & clericis.*

6 *Annonas civiles.* ) Alio nomine panes civiles appellantur *in l. fin. §. præterea C. de jure dotium,* & sunt certæ pensitationes, quæ militaribus, palatinisque officiis, ex eorum qui possessiones tenebant, collatione erogabantur, quas Lusitano idiomate *Tenças* appellamus. V. de Aliciat. *lib.* 8. *parerg. cap.* 5. Valasc. *de jure emphyt. q.* 12. *n.* 5. & 9. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 83. *n.* 2. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q* 18. *num.* 6. & novissime *quæst. forens. in comment. ad §. sed hæc, Instit. de inofficios. testament. c.* 2. *n.* 59. latè, & eleganter Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lection. lib.* 2. *cap.* 209. Mendez à Castro *in speciali tract. de annonis civilibus,* Calvin. *in Lexic. jurid. verbo Annonæ in Codice.*

7 *Inconcussa ea omnia. &c.* ) Notatur ad hoc, quod donatio omnium bonorum facta Ecclesiæ, aut alii pio loco, valida est, ut Per Duen. *reg* 119. *limit.* 1. Tiraquell. *in tract. piæ causæ privileg.* 100. Covar. *in rubric. de testament. p.* 2. *n.* 6 Clar. §. *donatio, q.* 20. *num.* 3. Villalob. *commun. lit. D. num* 140. Viv. etiam *commun. tom.* 2. *opin.* 17. *versic. sed fallit* Anton. Gomez *l.* 96. *Tauri, num.* 6. Spin. *in speculo testament. gloss.* 11. *princip. n.* 29. *cum sequent. & gloss.* 12. *à n.* 45. Gutier. *de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 7. Anton. Gom. *Lusit. decis.* 185 *num.* 2. P. Molin. *de Iustit. tractat.* 2. *disput.* 280. *vers. nostram,* Caldas Pereira *quæst. forens. consil.* 28. *numero* 5. Card. Tasch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 648. *numero* 41. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *libro* 13. *tit.* 28. *per totum.* Rebell. *de obligat. justit. part.* 2. *libro* 18. *quæst.* 7. *num.* 5.

8 In gloss. *Annonas*, ibi, *inter immobilia computantur.* Notatur ad hoc, quod hujusmodi annonæ civiles, sive annui redditus, inter immobilia connumerantur, ut per Tiraquell. *de retract. lign. §.* 1. *gloss.* 6. *n.* 4. Covarr. *lib.* 2. *variarum, cap.* 7. *n.* 2. Menochium *cons.* 29. *num.* 10. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Contractum n.* 3. Nicol. Bellon. *cons.* 23. *n.* 9. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 6. *n.* 1. & plures quos plena manu retuli *de officio & potestate Episcop. p.* 3. *allag.* 95. *n.* 46. Mendez de Castro *de annon. num.* 34.

9 In gloss. *Dividere, in princ.* ibi, *ut vana pars semi-net uno anno, alia alio anno, divisione facta per sepes, & fossata.* Notatur ad hoc, quod alienatio non comprehendit divisionem, maximè illam, quæ fit gratiâ uberioris

uberioris culturæ, vel commodioris, ut dividendo rem per ſepes, & foſſata: ita Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c. 5. n. 14.*

10 Notatur etiam ad hoc, quod regulariter quælibet res de mundo poteſt dici dividua, cùm naturaliter poſſit per partes dividi, ut ſi dividatur fundus, vel ſimilis res immobilis, ut per Anton. Gomez *tom. 2. var. c. 10. n. 1. poſt princip.*

11 In eadem gloſſ. ibi, *vel dividit ſecundum H*, &c. Notatur ad hoc, quod res, quæ aliàs non poteſt dividi, ut quia eſt minoris 26. annis, juxta *l. inter, C. de prad. minor.* tamen poteſt dividi quod commoditatem fructuum, ut per Tiraquell. *de jure primogen. quæſt. 4. num. 53.*

12 In gloſſ. *Cedere*, ibi, *nam qui alienare prohibetur, ſervitutem conſtituere non poteſt.* Ita Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num. 85.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 10. num. 1. & 2.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 40. num. 114.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo Alienatio, num. 21.* Fuſar. *de ſubſtitut. q. 517. per tot.* ubi *num. 5.* ſubdit quod licèt prohibitus alienare non poſſit ſervitutem imponere, poterit tamen cedere, & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem, plures alios refero ego ipſe *de apell. verbor. utriuſque juris ſignif. appell. 14. num. 10.*

13 In gloſſ. *Permiſſam.* Notatur ad hoc, quod Prælatus, cui eſt prohibita rerum Eccleſiæ alienatio, poteſt illas ſaltem mobiles pro remuneratione meritorum in Eccleſiam collatorum alienare, ut per Tiraq. *in l. ſi nunquam, verbo Donatione largitus num 28. C. de revoc. donat.* Jaſ. *in l. ex hoc jure, n. 60. ff. de juſtit. & jure.* Mench. *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 5. n. 6.* Magon. *Forent. dec. 64. num. 41.* Card. Mantic, *de tacitis lib. 28. tit. 6. num. 17.* latè Camil. Borrell. *in ſum. omnium dec. tom. 1. tit. 15. à num. 12.* ubi *n. 54.* declarat procedere dummodo Prælatus remunerationis metas; & limites non excederet: refero ego ipſe *de offic. & poteſtate Epiſcopi p. 3. alleg. 95. n. 92.*

## §. Sanè ſi hæ noſtræ.

14 Illicitè res Eccleſiæ emens pretii ſoluti amiſſione
15 punitur. Et prædia Eccleſiaſtica ab œconomis, aut ipſis Clericis conſtituta, & alii conceſſa, vel ventita, Eccleſia cum fructibus, & acceſſionibus vendicat. Colligunt ex Ordinat. citati *ſuprà in l. 1. n. 1. hoc tit.*

16 *Et pretia quidem, & munera*, &c.) Notatur ad hoc quod Eccleſiæ bona emens ab illius adminiſtratoribus, non ſervatis ſolemnitatibus pretium perdit, ut per Barth. Cæpol. *in conſ. civilli 15. n. 11.* Rebuff. *in tract.*
17 *alienat. 103.* Cened. *ad Decretal. collect. 71. n. 4.* ubi ait ſe credere quod ipſe emptor poterit retinere ex ipſis fructibus impenſas ab eo factas, quia impenſæ, quæ ſunt factæ gratiâ fructuum minuunt fructus. Valaſc. *conſult. 83. ſub n. 11.* Camill. Borrell. *in ſumm. omnium deciſ. tom. 1. tit. 15. n. 94.*

18 Unde ex hoc text. vulgò colligitur, quod bona Eccleſiæ alienata non ſervatis ſolemnitatibus, & ſic nulliter debent Eccleſiæ reſtitui unà cum fructibus à die alienationis, ut *in l. Hiſpan. 7. & 10. tit. 2. lib. 1. novæ Recopil.* Bero. *in cap. ſi quis Presbyterorum. n. 14. de rebus Eccleſiæ non alienan.* Felin. *in cap. cum cauſa, n. 17. de re judic.* Curt. Sen. *conſ. 71. col. 7. n. 13.* Surd. *conſ. 115. n. 31. cum ſeqq. & dec. 45. n. 10* Redoan *de rebus Eccleſ. non alien. q. 77. c. 5. num. 2.* Perez. *l. 10. verbo Sin precio, tit. 2. lib. 1. ordin.* Tiraquell. *de jure mariti gloſ. 6. num 17. & in præfat. retract. n. 16.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 8. ferè per tot.* Hermoſilla *ad Part. 5. Gregor. Lopez part. 1. fol. 78. num 100.* Menoch. *remed. 15. recuper. n. 634.* D. Barboſa *in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 5. n. 37. & 38.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 18. ſub tit. de rebus Eccleſ. non alien.* Rot. *deciſ. 14. part. 1. diverſ. & in Placentina bonorum, Junji 1585.* coram Cardin. Blanchetto, & *in Ulyſbonen. nullitatis locationis, 1. Julii, 1593* coram Cardin. Pamphilio, & *in Neapolitana ſpolii, 31. Junii 1607.* coram Cardin. Lancelloto, & *in Placentina decimarum, Maii 1630.* coram R. P. D. Duran.

*Ab ipſis Clericis*, &c.) Notatur ad hoc, quod alienans nulliter rem Eccleſiæ, poteſt talem alienationem revocare, ut per Tiraquel. *de retract. lign. §. 26. gloſſ. 2. n. 6.* Cald. Pereira *de renovat. q. 16. n. 52.* Anton. Gomez *l. 40. Tauri, àn. 63.* citatur à Cened. *ad Decretal. collect. 71. n 2.* Molin. *de primogen. lib. 4. c. 1. à n. 18.* ubi intelligit quando nullus alius eſt, qui valet alienationem nulliter factam revocare, de quo vide latiſſimè Fuſar. *de ſubſtitut. q. 117.* ubi plures propemodum infinito s refert Doctores. 19

*Cum Fructibus.*) Ex eo, quia error juris reſiſtentis 20
non facit bonam fidem, ita ut fructus acquirantur: de
quo vide Covarr. *lib. 1. variarum, cap. 3. n. 8.* nam licèt 21
quis venditionem fecerit cum debitis ſolemnitatibus, & de illo tempore fuiſſet in bona fide, quæ excuſat à fructuum reſtitutione, ut in his terminis firmarunt Felin. *in cap. cum cauſa n. 27. verſ. procederet, de re judic.* Bero. *d. cap. ſi quis Presbyterorum, n. 41.* & alii quos cumulat Aloyſ. Ricc. *dict. deciſ 18. num. 3.* tamen ſi in aliquo, forma in alienationibus rerum Eccleſiæ obſervanda fuiſſet omiſſa, de qua emens plenam habebat notitiam, non poterit ſe à mala fide excuſare prætextu erroris facti, vel juris ambigui, ad notata per Curt. Iun. *conſ. 185. n. 5. lib. 2.* Gregor. Lopez per text. *ibi in l. 11. tit. 14. part 1.* Neguſant. jun. *conſ. 394. n. 6. cum ſeqq.* Surd. *d. conſ. 115. n. 22.* quos refert Rota *in dicta Placentina decimarum*, & in terminis Gutier. *d. lib. 3. q. 8. n. 8.*

*Quia ea quæ contra*, &c.) Notatur ad hoc, quod 22
actus factus contra legem eſt nullus, licèt lex pœnam facienti adjiciat, ut per Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. n. 38.* & etiam quod lex, ſive ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet, ut dixi *in collect. ad l. non dubium, C. de legib.*

In gloſſ. *Sacrilegæ.* Notatur ad hoc, quod ſacrilegus 23
verè non eſt, qui rem Eccleſiæ alienat, ut per Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 30. n. 24.* contra quem tamen tenet Farinac. *in praxi crimin. q. 172. n. 40.*

In gloſſ. *Acquirantur.* De meteria hujus gloſſæ, & 24
an & quando pretium rerum Eccleſiæ diſtractarum in ſpecie non eſt converſum in utilitatem Eccleſiæ poſſit repeti ab œconomo, adminiſtratore, vel Prælato vendente, Eccleſia revendicante ſuas res ſic diſtractas, etiam quod emptor fuerit bonæ fidei? vide Gutier. *pract. lib. 3. q. 8. per tot.*

## §. OEconomus.

OEconomus vendens res Eccleſiaſticas, ultra quod 25
de damnis & reſtitutione tenetur, privandus eſt officio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſupr. hoc tit. num. 1.*

In gloſſ. *Privetur*, ibi, *per ſententiam, non ipſo jure.* 26
Vide Tiraquellum *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n. 26. 32. & 177.* Bernard. *regul 178.* Flamin. Pariſ. *de conſident. q. 58. n. 36.* Melch. Phœbos *Luſitan. dec. 88. n. 12. tom. 1.* Card. Tuſch. *lit P. concl. 719. n. 8.* Joan. de Salas *de legibus quæſt. 96. tract. 14. diſp. 15. ſect. 3. ſub num. 41. & ſect. 6. ſub num. 78.* Farinac. *fragm. crimin. part. 2. verbo Lex, num. 130.* Menoch. *conſ. 67. num. 29.*

## §. His Tabellionibus.

Tabelliones ſuper alienationibus Eccleſiaſticis juri 28
adverſis inſtrumenta conficientes perpetuo exilio digni ſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. ſup. hoc tit. n. 1.*

§. His

## §. His quoque judicibus.

28 Judices ad alienationes rerum Ecclesiæ veritas, contractúsque illicitos authoritatem interponentes, cum bonorum publicatione officia amittunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. suprà hoc tit. n. 1.*

29 In gloss. *Jus gestorum*, ibi, *non iidem erant judices, & Notarii.* Notatur ad hoc, quod in minimis causis potest quis esse judex & tabellio, ut per Gasp. Valasc. *in repet. l. imperium, col 24. in 30. quæstion.* Tiraquell. *in tractat. de judicio in rebus exigend. vers. 20. num. 30.*

30 In gloss. *Bonorum omnium*, ibi, *tu dic, fisco*, &c. Notatur ad hoc, quod ubi lex imponit pœnam, non tamen eam fisco, nec accusatori applicat, in dubio est applicanda, ut per Thom. Grammat. *cons. 6. n. 10.* Montal. *in l. 3. in gloss. 1. vers. an pœnæ pecuniariæ. tit. 5. lib. 4. fori legum.* Perez *in princ. tit. 19. lib. 8. ordin. pag. 359.* ubi limitat, nisi pœna esset imposita propter injuriam, & delictum commissum contra personam particularem civiliter, nam tunc applicatur parti.

## §. Sanè ne omnis.

31 Res Ecclesiasticæ ususfructus constitui potest pacto expresso, ut usufructuario mortuo proprietas, consolidata cum fructu ad Ecclesiam redeat. Colligunt Doctores Citati *ad l. 1. sup. hoc. tit n. 1.*

32 *Et rebus immobilibus*, &c.) An veleat pactum quod res revertatur ad Ecclesiam cum melioratione bus, vide Menoch. *remed. 15. recup. n. 504.* Valasc. *de jure emphyt q. 25. n. 19.*

33 *Tanquam nullo*, &c.) Notatur ad hoc, quod si res Ecclesiæ vendatur etiam cum authoritate administratoris, non adhibita juris solemnitate, non potest transferri possessio, immò ipso jure traditio est nulla, ut per Anton. Gomez *l. 45. Tauri, n. 25. propè fin.* ubi intelligit textum loqui tantùm respectu dominii, & non respectu possessionis, quia hîc ponitnr possessio pro ipsamet re, sicuti in jure nostro multoties reperitur, ut *in l. interdum ff. de verborum significat.*

34 In gloss. *Derelinquat, fin.* ubi, *in ultima voluntate, ut innuit verbum*, relinquat, &c. Notatur ad hoc, quod verbum, *relinquo*, solùm convenit ultimæ voluntàti, non autem donationi inter vivos, ut per Tiraquel. *in l. si unquam, verbo susceperit liberos, n. 257. C. de revoc. donat.* Menoch. *cons. 344. n. 1.* & alios per me citatos *in tract. de dictionib. usufreq. dict. 347.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Res quas Ecclesiæ ad Imperatores habent pignori dari non possunt: aliæ autem ob urgens debitum si Ecclesiæ mobilia bona non sufficiunt, ad solutionem distrahi & pignorari possunt.*

2 *Immobilia Ecclesiæ in solutum non dantur, nec venduntur, nisi ordinator domus scientibus & confitentibus capitularibus & collegiis evidenter probet debitum Ecclesiæ liquidum in Ecclesiæ utilitatem conversum.*

3 *Contractus gestus cum Ecclesia non observatis solemnitatibus est nullus, Ecclesia ipsa de nullitate opponente, aliàs secus.*

4 *Ecclesia potest dicere contractum nullum ex defectu solemnitatis.*

5 *Xendochia, & similia locis sacris, & religiosis æquiparantur, illorumque fruuntur privilegiis.*

6 *Ecclesiæ res non possunt pignorari.*

7 *Solemnitas descripta in hac Auth.* hoc jus porrectum, *non est necessaria in alienatione rerum Ecclesiasticarum, nec servatur in Francia.*

8 *Delicto, perpetuò, sine præfinitione temporis accipitur, & se in infinitum extendit.*

9 *Alienatio rerum Ecclesiæ quando fit, sunt vocandi illi qui præsentes sunt, non verò absentes, nec qui non serviunt.*

10 *Electores absentes vocari non debent, sed solùm presentes.*

11 *Licitatio per viginti dies facienda in distractione bonorum Ecclesiæ, minoris, vel fisci.*

12 *Licitatione plus offerenti est res adjudicanda.*

13 *Ecclesiæ res an semper danda sit ei, qui justo plus offert.*

14 *Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi probetur ex parte mutuantis versum fuisse in ejus utilitatem, etiamsi Prælatus & Capitulum confiteantur in instrumento debiti pecuniam fuisse versam in Ecclesiæ utilitatem, ut n. 15.*

16 *Depositum & venditio rerum Ecclesiæ facta ex causa necessaria, ut valeat, debent creditores esse soliciti, & curare, quod pecunia convertatur in solutionem debiti, pro quo venditio fuerit facta.*

17 *Censualis contractus initus cum Ecclesia, illam non obligat, nisi in ejus utilitatem pretium versum esse per creditorem probetur.*

18 *Emptor rei Ecclesiæ non tenetur docere de conversione preiii in ejus commodum.*

19 *Bona immobilia Ecclesiæ ut possint distrahi, debent esse presentes duæ saltem partes ex tribus.*

20 *Major pars duarum sufficit quod consentiat in alienatione rerum Ecclesiæ.*

21 *Probatio versionis in Ecclesiæ utilitatem non solùm fieri potest per veras probationes, sed etiam per conjecturas & præsumptiones.*

22 *Bona Ecclesiæ ut alienentur, non sufficit instantem necessitatem probare, nisi utilitas probetur.*

23 *Mutuum quod non probatur versum in Ecclesiæ utilitatem, licèt non valeat in ejus præjudicium valet tamen Prælatus contrahens per se & suos hæredes ad ejus solutionem teneatur.*

24 *Probatio versionis in Ecclesiæ utilitatem non requiritur ut Episcopus seu administrator, & eorum hæredes teneantur.*

25 *Contractus mutui celebrantur Ecclesiæ nomine, tenet quoad contrahentem cum Ecclesia, si fuit servata forma.*

26 *Mutui facti tempore quando constat quod Ecclesiæ valde indigebat pecunia mutuatitia, & constat administratorem ac cepisse mutuo eam ob causam tunc conjectura fit pecuniam fuisse versam in eam causam Ecclesiæ utilem, & necessariam.*

## Auth. Hoc jus porrectum.

RES quas Ecclesiæ ab Imperatore habent, pignori 1
dari non possunt. Aliæ autem res, quas Ecclesiæ ab aliis quàm Imperatoribus acceperunt, ob urgens debitum si Ecclesiæ mobilia bona non sufficiunt, ad solutionem distrahi & pignorari possunt; immobilia 2
verò Ecclesiæ in solutum non dantur, nec venduntur, nisi ordinator domus scientibus & confitentibus capitularibus & collegis evidenter probet debitum Ecclesiæ liquidum in Ecclesiæ utilitatem conversum: ex mobilibus item fructibus solvi non posse: nec alienatio, vel in solutum datio subsistit, nisi res mediocres Ecclesiæ per viginti dies sub hasta reperiantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. sup. hoc tit. n. 1.* Vide Socin. *reg.* 548. & 600. Dec. *cons.* 36. Felin. *in cap. cùm causa, de re jud.* & Boër. *cons.* 248.

Allegari solet hic textus ad hoc, quod contractus 3
gestus cum Ecclesia non observatis solemnitatibus, est nullus, Ecclesia ipsa de nullitate opponente, aliàs secus, ut per Bonacol. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. num. 56.*

*num.* 56. *pag.* 152. & dicit Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 25. *tit.* 6. *num.* 48. & 49. quod Ecclesia potest dicere contractum nullum ex defectu solemnitatis, si ei sit utilius rerum habere, neque is, qui cum illa contraxit, potest excipere quod alienatio sit nulla.

5 *Ad omnem venerabilem locum*, &c.) Notatur ad hoc, quod Xenodochia, & similia locis sacris, & Religiosis æquiparantur, illorumque fruuntur privilegiis, ut per Menoch. *remed.* 26. *recuper. n.* 23.

6 *Ut nec res eorum pignorentur.*) Notatur ad hoc quod res Ecclesiæ non possunt pignorari, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 2. *tit.* 24. *in princip.* Mozz. *de contractib. tractat. de pignorib. & hypothec. tit. de rebus quæ pignori dari possunt, num.* 13. Rebell. *de obligat. justit. p.* 2. *lib.* 16. *quæst. unic. de obligat. contract. pignorat. num.* 4.

7 Nota quod solemnitas descripta in hac Auth. non est necessaria in alienatione rerum Ecclesiasticarum, nec servatur in Francia, ut attestatur Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloss. n.* 25.

8 *Et hoc perpetuo* Natura hujus particulæ, *perpetuò*, est ut sine præfinitione temporis accipiatur, & se in infinitum extendat, ac idem importet quod semper, & omni tempore, ut tenent Doctores propemodum infiniti, quos citavi *de dictionib. usufreq. dict.* 234. *numero* 2.

9 *Ibidem servientium*, &c.] Notatur ad hoc, quod ad alienationem rerum Ecclesiæ sunt vocandi illi qui sunt præsentes, non verò absentes, nec qui non serviunt, ut per Rebuff. *in compendio alien. n.* 76. & 77. Alexand. Trentacin. *var. lib.* 1. *tit. quod cujusque uni-*
10 *verf. nom. resol.* 2. *num.* 2. *verf quamobrem.* Et hinc notatur ad hoc, quod electores absentes vocari non debent, sed solùm præsentes, ut per Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 9. *& decis.* 288. & alios citatos per me *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 89.

11 *Per viginti dies rem Ecclesiæ*, &c.) Notatur ad hoc in distractione bonorum Ecclesiæ, minoris, vel fisci, licitationem per viginti dies faciendam esse, ut per Io. doch. *in tractat. subhastat. c.* 2. *col* 2. & 3. Menoch. *de arbitr. casu* 128. *n.* 3.

12 *Ut plus offerenti detur.* &c. Notatur ad hoc quod in licitatione plus offerenti est res adjudicanda, ut per Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap.* 14. *num.* 11. Et an semper res Ecclesiæ danda sit ei, qui justo plus of-
13 fert, vide Gutier. *pract. lib* 4. *quæst* 71. *num.* 7. ubi dicit, quod Ecclesia potest gratificare ei, qui justum pretium dat, licèt alius plus offerat. Borell. *in sum. decis. tom.* 1. *titul.* 1. *num.* 56. Aloys. Ricc. *in praxi decis.* 60.

14 *Probat in utilitatem divinæ domus*, &c.) Notatur ad hoc, quod Ecclesia non tenetur ex mutuo, nisi probetur ex parte mutuantis versum fuisse in ejus utilitatem, ut per Bart. *in præsenti, n.* 23. & Bald. *n.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind vend. part.* 2. *cap. fin. n.* 68. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 17. *n.* 3. Redoan. *de rebus Eccles. rubr. an & quando ex mutuo obligetur Ecclesia, quæst.* 4. *num.* 1. Petr. Rebuff. *de alienat. rerum Eccles. num.* 39. Menoch. *de arbitr. casu* 432. & *cons.* 73. *num.* 22. & *cons.* 936. *num.* 7. Mozz. *de contract. tit. de mutuo, cap. de personis quæ pos. mutuare, num.* 17. Mascard. *de probation. conclus.* 1160. alias 1165. *num.* 3. Joan. Matienz. *l.* 22. *gloss.* 2. *num.* 2. *tit.* 11. *lib.* 5. *novæ Recopil.* Felician. de Solis *in tractat. de censibus, lib.* 2. *cap.* 3. *num* 9. & *in append. cap.* 3. *num.* 7. *verf. fin.* Gaspar. Roderic. *de annuis redditibus lib.* 1. *quæst.* 14. *num.* 33. & 34. Avendan. *de censibus, cap.* 64. *num.* 5. Seraph. *dec.* 366. *num.* 4. Cened. *ad Decretal. collect.* 24. *num.* 1. Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de action. resol.* 1. *num.* 1. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 44. *num.* 1. & *cap.* 94. *num.* 46. & *cap.* 196. *num.* 7. & 8. Alphons. Narbona, *l.* 25. *gloss.* 10. *num.* 18. & 24. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 4. & *num.* 15. & *tit.* 13. *num.* 12. & *num.* 16. *verf. unde cum aliis.* Marcel. Cala. *de modo articulandi, & probandi. n.* 675. Matth. Coler. *de processib. execut. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 28. & 29. Fachinæ, *controverf. lib.* 2. *cap.* 77. *lit. A. & cap.* 78. *lit. D.* Marta *de jurisdict. part.* 4. *casu* 161. *num.* 4. Rot. *dec.* 301. *num.* 12. *part.* 1. *recentior.* ex Theologis P. Molin. *de justit. tract.* 2. *disp.* 300. *a num.* 2. P. Rebellus *de obligat. justit. part.* 2. *lib.* 8. *de usuris, quæst.* 2. *sect.* 3. P. Leonard. Less. *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 20. *de mutuo & usura, dub.* 2. *n.* 12. Azo. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *cap.* 3. *quæs.* 6.

Quæ quidem resolutio procedit, etiamsi speciale 15
habens mandatum, vel Prælatus & Capitulum confiteantur in instrumento debiti pecuniam fuisse versam in Ecclesiæ utilitatem, secundum Matienz. *dicta gloss.* 2. *num.* 5. Felician. de Solis *d. cap.* 3. *num.* 18. Cardin. Mantic. *d lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 14. Mascard. *de concl.* 116. *num.* 19. Matth. Coler *d. tract. part.* 2. *c.* 3. *n.* 254. *verf. idque ampliatur.*

Amplia idem esse in deposito, & in venditione re- 16
rum Ecclesiæ facta ex causa necessaria pro solvendo ære alieno; nam & tunc sicut in mutuo, creditores debent esse soliciti, & curare quod pecunia convertatur in solutionem debiti, pro quo venditio fuerit facta. Vide Covar. *d. lib.* 3. *variarum, cap.* 17. *num.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 10. & 11. Redoan. *tit. de rebus Eccles. non alienand. rubric. de causis utilitatis*, Cardin. Tuschus, *pract. conclus. lit. P. concl.* 506. *num.* 8. Stephan. Gratian. *d. cap.* 35. *num.* 24. & 31. Menoch. *cons.* 114. *num.* 8 & Surd. *dec.* 156. *num.* 9. *verf. præterea*, Narbona *dict. l.* 25. *gloss.* 10. *numer.* 18. & 24. Cardos. *in praxi jud. & aavocat. verbo depositum, num.* 9. Caroc. *de deposito part.* 2. *q.* 1. *in princip.* Molin. *dict. tract.* 2. *disp.* 525. Marta *dict. casu* 161. *num.* 5. Staphan. Gratian. *discept. forens. cap.* 196. *num.* 8. ubi ait quod contrahens cum Ecclesia in mutuo, deposito, & venditione facta pro debito Ecclesiæ, debet esse solicitus de conversione in ejus utilitatem, cùm in aliis liberetur debitor, si solvat, etsi non fuerit versum in utilitatem Ecclesiæ: & dat exemplum in drapario, qui vendens pannum Abbati pro Monachis vestiendis, potest agere contra monasterium, quamvis Abbas non converterit in illius utilitatem. Rota apud Cencium *post tract. de cens. decis.* 287. *num.* 4. Et in contractu censuali, inito 17
cum Ecclesia, nam ex eo Ecclesia non tenetur nisi in ejus utilitatem pretium versum esse per creditorem probetur, ut per Gasp. Roderic. *dict. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 35. Felician. de Solis & *de cens. lib.* 2. *c.* 2. *num.* 6. & *cap.* 3. *n.* 9. & in appendice *ejusdem cap. n.* 3. *verf. fin.* Avendan. *de cens. cap.* 64. *n.* 5. Rota apud Cencium *dict. dec.* 278. *n.* 4.

In aliis verò contractibus præter suprà traditos, & 18
in venditione rei Ecclesiæ facta propter Ecclesiæ utilitatem, quod emptor non teneatur docere de conversione pretii in ejus commodum, tenent Pinel. *in l. C. de rescind. vend. part.* 2. *cap. fin.* 70. Menoch. *cons.* 114. *n.* 9. Villalob. *in ærario commun. opin. lit. M. num.* 245. Mascard. *de probationib. concl.* 1165. *num.* 9. Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 67. *lit. I.* Marta *dicto casu* 161. *num.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 4. *nu.* 20. & 21. P. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 300. *col.* 5. *verf. cum. Innocent.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 555. *n.* 7. ubi tradit sufficere, quod recipiens confiteatur pretium in causam in decreto contentam recepisse, Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 25. *verf. sed hoc habet locum.* Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib.* 2. *tit. de actionib. resol.* 1. *n.* 12. Rebell. *d. lib.* 8. *q.* 1. *sect.* 2. *n.* 23.

In gloss. *Major*, ibi, *oportet duas partes*, &c. No- 19
tatur

tatur ad hoc, quod licèt abſentes non ſint vocandi, tamen qui ſunt præſentes, debent eſſe duæ ſaltem partes ex tribus, ut poſſint rem immobilem Eccleſiæ diſtrahere, ut per Jaſ. *conſ.* 54. *n.* 1. *lib.* 1. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 10. ubi hanc gloſſam notabilem dicit Menoch. *conſ.* 26. *num.* 2.
20 Azeved. *ad Curiam Piſinam lib* 1. *cap.* 2. *lit. D. n.* 5. *in princip.* Trentacinq. *variarum reſolutionum lib.* 1. *tit. quod cujuſque univerſ. nom. reſolut.* 1. *num.* 3. & major pars illarum duarum partium ſufficit quod conſentiat in alienatione, Capyc. *dec.* 148. *numer.* 6. Bodadil. *in ſua politica, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 181. Caſtill. *lib.* 1. *de uſufreq. cap.* 54. *num.* 17. Alexand. Trentacinq. *dict. reſol. n.* 10. Mantic. *dict. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 11.
21 In gloſſ. *Probat in utilitatem, fin.* ibi *probat ergo fortè per præſumptionem*, &c. Notatur ad hoc, quod probatio verſionis in Eccleſiæ utilitatem, non ſolùm fieri poteſt per veras probationes, veluti per viſum evidentem, aut ſimilem, juxta doctrinam Baldi *conſ.* 350. *num.* 2. *vol.* 3. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alienand. quæſt.* 3. §. *penult. num.* 2. & 4. Maſcard. *de probat. concl.* 728. *num.* 9. & *concl* 582. *num.* 5. ſecundùm antiq. impreſſ. Sed etiam per conjecturas & præſumptiones, de quibus vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt* 55. & *de arbitr. caſu* 432. *a num* 32. Redoan. *dict. quæſt.* 4. §. *verùm, cum ſeqq.* Azeved. *l.* 6. *num.* 17. *tit.* 2. *lib.* 1. *novæ recopil.* Alexand. Trentacinq. *lib.* 2. *variarum reſolutionum, tit. de minorib. reſol.* 6. *num.* 7. Maſcard. *de probat. concl* 728. & *n.* 1116. alias 1166. Hect. Felician. *de ſociet. cap.* 31. *à nu.* 29. Gaſp. Roderic. *dict. lib.* 1. *q.* 14. *num.* 31. Fachin. *lib.* 2. *controverſ. cap.* 46. Montan. *de tutel. cap.* 33. *nu.* 17. *cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 14. & 15. Rota apud Cenc. poſt tractatum. *de cenſibus, dec.* 29. *n.* 3.
22 Et adverte, quod non ſufficit inſtantem neceſſitatem probare, niſi utilitas probetur, ex Avendan. *dicto cap.* 63. *n.* 10. Fachin. *dicto lib.* 2. *cap.* 77. Maſcard. *dicta. concl.* 1166. *n.* 8. Cardin. Mantic. *dicto lib.* 8. *tit.* 15. *n.* 2. Marienz *l.* 22. *gloſſ.* 2. *n.* 7. *tit* 11. *lib.* 5. *Recopil.* licèt utilitas non duret, ſecundum Menochium *dicto caſu* 432. *n.* 41. ubi intelligit id procedere quando fuit impenſum in cauſam, quæ ſui naturâ erat perpetuò duratura, quia licèt ex eventu non perduraverit, tenebitur, Maſcard. *d. concil.* 1166. *n.* 36.
23 Et licèt mutuum, quod non probatur verſum in Eccleſiæ utilitatem, non valeat in ejus præjudicium, valeat tamen ut Prælatus contrahens per ſe, & ſuos hæredes ad ejus ſolutionem teneatur, ut per Azeved. *leg.* 6. *num* 12. *tit.* 2. *lib.* 2. *novæ recopilat.* ubi hoc ampliat, etiamſi Rector proteſtetur ſe nolle teneri ex mutuo Eccleſiæ facto, & licèt emptor rei Eccleſiæ ſit
24 malæ fidei, Rebuff. *in compendio alienat. rerum Eccleſiæ, num.* 39. *verſic. ſi tamen*, Narbona *l.* 25. *gloſſ.* 10. *n.* 14. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ Recop.* ubi hanc probationem verſionis in Eccleſiæ utilitatem non requiri, ut Epiſcopus, ſeu adminiſtrator, & eorum hæredes, teneantur, Marcel. Caſſa *in tract. de modo articulandi & probandi*
25 *num.* 665. *verſ. pro complemento*, Matth. Coler. *de proceſſib. execut. p.* 2. *c.* 3. *n.* 254. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 196. *n.* 6. ubi dicit quod contractus mutui celebratus Eccleſiæ nomine, tenet quoad contrahentem cum Eccleſia, ſi fuit ſervata forma; non tamen ut præjudicetur Eccleſiæ, ſi non doceatur verſum in ejus utilitatem, ſed ut Prælatus contrahens per ſe & ſuos hæredes teneatur.
26 In eadem gloſſ. ibi, *Secundùm Azon. valet.* Notatur ad hoc quod quando conſtat quod tempore mutui facti Eccleſia valdè indigebat pecuniâ mutuatitia, conſtat adminiſtratorem accepiſſe mutuò eam ob cauſam; nam tunc conjectura fit, pecuniam fuiſſe verſam in eam cauſam Eccleſiæ utilem, & neceſſariam, ut per Felin. *in cap. cùm cauſa, n.* 15. & 16. *de judic.* Me-



noch. *d. lib.* 4. *præſ.* 55. *n.* 5. *cum ſeqq.* & *de arbitr. caſu* 432. *num.* 34.

---

## SUMMARIUM.

1 *Alienatio damnoſa & nociva Eccleſiæ acquiſitio, prohibita cenſetur.*

2 *Eccleſia nihil poteſt acquirere ex quo ipſa oneretur ultrà quàm acceperit.*

3 *Eccleſia ſi adivit hæreditatem ſine beneficio inventarii, valet talis aditio, ſed non tenetur ultra vires hæreditatis.*

4 *Hæredes beneficium inventarii amittunt propter omiſſionem deſcriptionis omnium bonorum in inventario, niſi quando omiſſio hujuſmodi minimè fuiſſet doloſa, ut n.* 5.

## AUTH. Sicut alienatio.

UT damnoſa alienatio, ſic nociva Eccleſiæ acquiſitio prohibita cenſetur. Colligunt ex Ordinar. 1
Doctores citati *ad.* 1. *ſup. hoc tit.*

Vulgò natatur ad hoc, quod Eccleſia nihil poteſt acquirere ex quo ipſa oneretur ultrà quam accepetit, ut per Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 88. 2

Bald. in præſenti citatus à gloſſ. hic, in caſus poſitione tenet, quod ſi Eccleſia adivit hæreditatem ſine benficio inventarii, valet talis aditio, ſed non tenetur 3
ultra vires hæreditatis de quo Tiraq. *d. privil.* 88. ubi 4
reſolvit quod nulla habetur ratio beneficii inventarii, pia cauſa hærede inſtituta; hocque procedit favore piæ cauſæ, licèt in aliis propter omiſſionem deſcriptionis omnium bonorum in inventario, hæredes illius beneficium amittant, ut per Phanuc. *de inventar. n.* 51. Rimin. Jun. *conſ.* 417. *num.* 24. Menoch. *conſ.* 89 *n.* 146. Roland. *conſ.* 73 *n.* 43. *lib.* 2. Honded. *conſ* 35 5
*num.* 55. *lib.* 1. niſi quando omiſſio hujuſmodi minimè fuiſſet doloſa ſecundùm Bald. *in l. fin.* §. *cùm igitur, n.* 8. *C. de jure deliberan.* Bellon. *conſ.* 30. *num.* 6. Menoch. *conſ.* 271. *à n.* 1. Honded. *conſ.* 53. *n.* 15. & 31. *lib.* 1. Surd. *deciſ.* 222. *n.* 10. Greg. XV. *dec.* 169. *n.* 3. Rota *deciſ.* 747. *num.* 4. *p.* 2. *recentior.* & *in Romana legati*, 17. *Decembris* 1629. coram R.P.D. meo Pirovano. Dard. Cavaler. *dec.* 508. *n.* 7.

---

## SUMMARIUM.

1 *Alienatio Eccleſiaſticorum bonorum bona Deo dicata prophanans, præ cæteris caſibus prohibita eſt.*

2 *Argumentum à majori ad minus validum & receptiſſimum eſt.*

3 *Argumentum, A multò magis validum & frequentiſſimum eſt in jure.*

4 *Propter quod unumquodque tale eſt, & illud magis tale eſt.*

## AUTH. Multò magis.

ALienatio Eccleſiaſticorum bonorum bona Deo dicata prophanans præ cæteris caſibus prohibita eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *ſup. hoc tit. n.* 1. Vide Rom. *conſ.* 43. 1

Hic textus eſt multùm allegabilis ad hoc, quod à majori ad minus validum & receptiſſimum eſt argumentum, ut per Decian. *conſ.* 49. *n.* 55. *vol.* 2. & *conſ.* 22. *n.* 48. *vol* 4. ubi quod valet affirmativè, Flamin. Pariſ. *de reſig. benef. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 19. & *lib.* 5. *q.* 4. *à n.* 4. *cum ſeqq.* & *de conſident. q.* 20. *n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 2. *n.* 42. & plures citatos per me *de locis communib. arg. juris, loco* 67. *per tot* ubi *n.* 5. reſolvi procedere 2

argumentum hujuſmodi in ſtatutis, & correctoriis, & *n. 6. cum ſeqq.* limito in diſpenſationibus, privilegiis, mandatis, & juriſdictionibus.

3 Et notatur ad hoc, quod argumentum A multò magis, validum & frequentiſſimum eſt in jure, Curt. jun. *conſ.* 194. *n.* 14. *vol.* 3. Hippol. Riminald.... *conſ.* 279. *num.* 171. *vol.* 3. Intellige, ſi minus contineatur ſub eo, quod majus eſt, tanquam ſpecies. Decian. *conſ.* 65. *n.* 19. *lib.* 3. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. A. concl.* 501. *n.* 7.

4 Notatur denique ad hoc, quod propter quod unumquodque tale eſt, & illud magis tale eſt, Philoſoph. *lib.* 1. *Poſter.* Bald. *in l. petens, n.* 33. *C. de pactis,* Valenzuel. *conſ.* 4. *n.* 94. *tom.* 1.

---

SUMMARIUM.

1 *OEconomus, & hujus conjuncti res Eccleſiæ cum debita ſolemnitate licitè præ aliis non acquirunt.*

2 *OEconomis, & aliis ſimilibus adminſtratoribus rerum Eccleſiaſticarum licet eas alienando transferre in ſuos propinquos.*

3 *Epiſcopus bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim, potius in conſanguineos, quàm in extraneos alienat.*

4 *Prælatus non poteſt rem Eccleſiæ etiam ſervatis ſolemnitatibus concedere agnato ſuo in feudum, vel emphyteuſim.*

5 *Prælatus an poſſit concedere beneficia cognatis benemerentibus.*

6 *Prælatus quomodo excuſetur à ſimonia, ſi dederit famulo beneficium propter obſequium exhibitum.*

7 *Executor datus ad bona inter pauperes diſtribuenda, non poteſt ſibi tanquam, pauperi diſtribuere.*

## Auth. Quibuſcumque modis.

1 OEconomus, & hujus conjuncti res Eccleſiæ cum debita ſolemnitate alienandas licitè præ aliis non acquirunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l.* 1. *ſupr. hoc tit. n.* 1.

2 Allegari ſolet hic text. ad hoc quod in univerſum licet adminiſtratori rerum Eccleſiaſticarum alienando transferre in ſuos propinquos, ut per Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *quæſ.* 10. ubi ex Panorm. ſentit id tantùm locum habere in œconomis, & aliis ſimilibus adminiſtratoribus, non item in Præpoſitis, ſive Prælatis, & ex Sylveſt. *verbo Alienatio, quæſt.* 22. tuta credit conſcientia poſſe id etiam œconomum facere ex cauſa juſta, & debita, & citra ullum Eccleſiæ detrimentum.

3 Notatur ad hoc, quod Epiſcopus bona Eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim potius in conſanguineos, quam in extraneos alienat, ut per Burſat. *conſ.* 127. *n.* 4. & 78. *lib.* 1. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 9. *quæſt.* 17. *num.* 124. Cardoſ. *in praxi judicum & Advocat. verbo Emphyteuſis n.* 21. Fachinæ. *controv. lib.* 7. *cap.* 31. Borrell. *in ſum deciſ. tit.* 33. *n.* 133. abſolutè tamen Præfatus non poteſt rem Eccleſiæ, etiam ſervatis ſolemnitatibus concedere agnato ſuo in feudum, vel emphyteuſim, ut citato hoc textu Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 92. *n.* 2. Menoch. *conſ.* 76. *n.* 4. *cum ſequent.* Cardoſ. *dicto loco.*

5 Et an poſſit Prælatus concedere beneficia cognatis benemerentibus; vide S. Thom. 22. *q.* 63. *art.* 2. *ad* 1. *& quolib.* 4. *art.* 15. Covarr. *lib.* 1. *variarum cop.* 5. *n.* 4. Aliciat. *de præſumpt. regul.* 3. *præſumpt.* 29. Flamin. Pariſ.

6 *d. q.* 17. *num.* 124. Et quomodo à ſimonia excuſetur, ſi dederit famulo beneficium propter obſequium exhibitum; Vide Sot. *de Iuſtit. lib.* 9. *quæſt.* 7. *art.* 3. *ad* 1. Rebuff. *in praxi benefic. tit. quot modis benef. acquir. n.* 5 Navarr. *in cap. inter alia* 11. *q.* 3. *corol.* 2. *num.* 24. Fr. Emman. *in ſum. tom.* 2. *cap.* 59. *n.* 9. & 10. Sayr. *in Clavi Regia lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 9. Soar. *de Relig. lib.* 4. *de ſimonia, c.* 39. Nocol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *à num.* 117.

*Res hujuſmodi accipere*, &c.] Notatur ad hoc, quod executor datus ad bona inter pauperes diſtribuenda, non poteſt ſibi tanquam pauperi diſtribuere, de quo ego ipſe *de jure Eccleſ. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 61. 7

---

SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ res acquirens citra titulum lucrativum ob omiſſas ſolemnitates, rem cum omni incremento medii temporis reſtituit, nec Eccleſiam, ſed alienantem pro pretio & damnis obligatum habet.*

2 *Donatarius Eccleſiæ ad rei reſtitutionem cum fructibus tenetur.*

3 *Eccleſiæ rebus ſine debita ſolemnitate in emphyteuſim conceſſis emphyteuta jure cadit, datum amittit, & ad ſolutionem incontinenti tenetur, omnibuſque actionibus privatur.*

4 *Alienationis rei Eccleſiaſticæ revocatio quando ſit à bonæ fidei emptore, tunc ſit pretii reſtitutio eidem emptori ab eo qui vendidit.*

5 *Prælatus, vel hæres (ſi ille promiſit emptori evictionem) ſi non ſit ſolvendo, tunc emptor bonæ fidei recurſum habebit contra Eccleſiam, quatenus eſſet facta locupletior, & non aliter.*

6 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica nullo modo poteſt hypothecari.*

7 *Emphyteutici contractus de natura eſt, ut aliquid pro ingreſſu detur.*

8 *Emphyteuta re emphyteuticaria etiam ad dominum revertente, tenetur ad ſolutionem canonis, ſeu penſionis pro tempore futuro.*

9 *Mulier ſoluto matrimonio non tenetur ſtare contractui facto conſtante matrimonio, ſine conſenſu & authoritate mariti.*

10 *Obligari non valens, tenetur, ſive is ſit pupillus, ſive alius, quatenus locupletior factus eſt.*

11 *Verbis futuri temporis quando additur dictio,* omnimodo, *tunc eſt canon latæ ſententiæ.*

## Auth. Qui res.

1 ACquirens res Eccleſiæ citra titulum lucrativum ob omiſſas ſolemnitates, rem cum omni incremento medii temporis reſtituit, nec Eccleſiam, ſed alienationem pro pretio, & damnis obligatum habet Donatarius Eccleſiæ ad rei reſtitutionem cum fructibus tenetur. Credito pignore Eccleſiaſtico vendicare contra dantem pignus, habet regreſſum, & actionem. Eccleſiæ rebus ſine debita ſolemnitate in emphyteuſim conceſſis, emphyteuta jure cadit, datum amittit, & ad ſolutionem incontinenti tenetur, omnibuſque actionibus privatur. Colligunt Doctores citati *in l.* 1. *ſup. hoc tit. n.* 1.

*Sed adversùs eum, qui alenavit, habet.*] Notatur ad hoc, quod quando fit revocatio alienationis rei Eccleſiaſticæ à bonæ fidei emptore, tunc fit pretii reſtitutio eidem emptori ab eo qui vendidit, & ſic à Prælato, Felin *in cap. cùm cauſa, num* 27. *de ſentent. & re judicat.* & alii citati á Camill. Borrell. *in ſumma omnium deciſ.* 1. *tom.* 1. *tit.* 15. *à num.* 67. ex quo provenit ut malæ fidi poſſeſſor pretium non recuperet. Alex. *conſil.* 5. *vol.* 3. Joan. Baptiſta Coſta *de facti ſcient. & ignorant. cent.* 2. *diſt.* 22. *à num.* 17. Comill. Borrell. *dict. tit.* 15. *numero* 71. Si autem Prælatus, vel hæres (ſi ille promiſit emptori evictionem) non ſit ſolvendo, tunc emptor bonæ fidei recurſum habebit contra Eccleſiam 2 3 4 5

Eccleſiam, quatenus eſſet facta locupletior, & non aliter, ut per hunc textum tenent Aym. Cravet. *conſil.* 272. *n.* 19. Franc. Marc. *dec.* 1076. *vol.* 1. Bonacoſ. *de æquitate canon. concl.* 13. Vincent. de Franch. *Neapol. deciſ.* 296. *n.* 4. Vant. *de nullit. tit. quoties & intra quod, num.* 54. quos refert & ſequitur Camill. Borrel. *dicto tit.* 15. *num.* 70.

6 *Creditor quoque reſtituta re pignorata,*) Notatur ad hoc, quod emphyteuſis Eccleſiaſtica nullo modo poteſt hypotecari, de quo vide Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 6. *num.* 60. *cum ſeq.* ubi contrarium defendit.

7 *Nec quod dedit repetat.*] An de natura contractus emphyteutici ſit, ut aliquid pro ingreſſu detur? vide gloſſ. *verbo Emphyteuta, in cap. potuit, de locato.* Specul. *in tit. de locato, §. nunc aliqua, verſ.* 5. *num.* 5. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 10. *num.* 2. Camill. Borrel. *in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 33. *num.* 10. Rebell. *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 13. *quæſt.* 7. *num.* 5. ubi negativè reſolvit.

8 *Immò ſtatim ſolvat,* &c.) Notatur ad hoc, quod emphyteuta, re emphyteuticaria etiam ad dominum revertente, tenetur ad ſolutionem canonis, ſeu penſionis pro tempore futuro, ut per Boër. *deciſ.* 309. *num.* 1.

9 Notatur etiam ad hoc, quod mulier ſoluto matrimonio non tenetur ſtare contractui facto conſtante matrimonio ſine conſenſu, & authoritate mariti, & ſic poteſt hoc caſu venire contra factum proprium, ut per Tiraquellum *de jure mariti, gloſſ.* 8. *n.* 104.

10 In gloſſ. *Eum.* ibi, *tenetur Eccleſia, ſi locupletior eſt,* &c. Notatur quod ille, qui non poteſt obligari, tenetur tamen, ſive is ſit pupillus, ſive alius, quatenus locupletior factus eſt, ut per Tiraq. *de jure mariti. gloſſ.* 5. *num.* 132.

11 In gloſſ. *Denegandas*, ibi, *ſubaudi ipſo jure.* Notatur ad hoc, quod quando verbis futuri temporis additur dictio *omni modo*, tunc eſt canon latæ ſententiæ, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num.* 88. *C. de revocan. donat.* Roman. *ſing.* 1. *n.* 2. Matheſil. *ſing.* 111. *in princip.* Hippol. *in pract. §. aggredior, num.* 125. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *verbo, Lex, num.* 122. quos refero *de diction. uſufreq. dict.* 239. *num.* 10.

---

## SUMMARIUM.

1 *Domum ruinoſam reparationis cauſa ſub certo canone Eccleſia in emphyteuſim perpetuam concedere poteſt.*

2 *Prælatus poteſt ad meliorandum in emphyteuſim perpetuam concedere res Eccleſiæ incultas, & inutiles, modicique valoris.*

3 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica concedi ſolita, reverſa ad dominum non debet concedi pro minore penſione, ſed conceſſio facienda eſt more ſolito, ſervatis de jure ſervandis.*

4 *Emphyteuſis renovatio eſt facienda illi, qui probavit melioramenta, niſi Eccleſia velit retinere pro ſe.*

5 *Appellatio datur, ſi renovatio emphyteuſis fiat extraneo, & proximior poteſt petere ut extraneus inveſtitus removeatur.*

6 *Inveſtitura conceſſa filiis poſt lineam finitam, cenſetur renovatio, non autem nova conceſſio, etiam quod in renovatione ſit dictum*, de novo concedimus.

7 *Titulus renovationis emphyteuſis novus dici non poteſt, ſed prioris tituli conceſſi renovatio.*

8 *Emphyteuſis renovatio regulanda eſt juxta terminos inveſtituræ antiquæ.*

9 *Eccleſia non tenetur renovare emphyteuſim proximioribus hæredibus, aut deſcendentibus accipientis, finitis generationibus, ad quas conceſſa fuit, quando ipſa Eccleſia pro ſe retinere illam nollet.*

10 *Emphyteuſis in infinitum concedi poteſt, hoc eſt, pro accipiente & omnibus hæredibus ſuis.*

11 Auth. de non alienan. §. emphyteuſim, collat. 2. *corrigitur per hunc text.*

12 *Emphyteuſis ſi diminuta ſit ob cladem, ſterilitatem, vel quid ſimile, tertia tantùm pars illius eſt ſolvenda.*

---

## AUTH. Si quis ruinas.

DOmum ruinoſam reparationis cauſa ſub certo canone Eccleſia in emphyteuſim perpetuam concedere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *ſub. hoc tit. n.* 1. 1

Ex hoc text. colligitur res Eccleſiæ ruinoſas inculcatas, & inutiles, modicique valoris poſſe per Prælatum ad meliorandum in emphyteuſim concedi perpetuam, ut per Gam. *Luſit. dec.* 313. *n.* 1. Anton. Fab. *in ſuo Codice, lib.* 4. *tit.* 38. *definit* 7. *poſt med. vol.* 1. Bened. Canoph. *in repet. extravag. Ambitioſæ, fallent.* 23. 24. *&* 26. quos refert Camill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. part.* 1. *tit.* 15. *num* 528. per ea quæ tradit Afflict. *deciſ.* 109. *num.* 14. ubi Cæſ. de Urſil. *in annotat. à num.* 15. 2

*Ut penſio diminuatur*, &c.) Adverte quod emphyteuſis Eccleſiaſtica concedi ſolita reverſa ad dominium non debet concedi pro minori penſione, ſed conceſſio facienda eſt more ſolito, ſervatis de jure ſervandis, maximè ſi à principio ut ſterilis conceſſa fuiſſet, & poſtmodùm facta eſt fructuoſa, vel pretioſa, & reverſa eſt ad Eccleſiam, qua conceſſio illius cum debitis ſolemnitatibus facienda erit. Ita Benintend. *Bonon. dec.* 13. *n.* 8. Cavalc. Fiviſan. *dec.* 29. ſive 73. *num.* 58. *& dec.* 30. ſive 74. *n.* 10. *vol.* 2. 3

De renovatione emphyteuſis facienda illi, qui probavit melioramenta, vide Valaſc. *conſ.* 101. *n.* 4. Gem. *dec.* 41. *n.* 3. Cald. Pereira. *de renov. emphyt. q.* 8. *n.* 19 *& in comment. ad §. ſed hoc, Inſtit. de inoff. teſtam. cap.* 2. *num.* 82. Quando autem Eccleſiaſtica emphyteuſis eſſet finita, & Eccleſia nollet pro ſe retinere, tenebitur inveſtire proximiores: Bart. *in l.* 1. *§. permittitur, num.* 1. *ff. de aqua quotid. & æſt.* Roman. *conſ.* 22. *n.* 5. Alex. *conſ.* 80. *num* 17. *&* 20. *lib.* 1. Dec. *conſ.* 13. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 1. *lib.* 1. Verall. *deciſ.* 304. *part.* 1. Vil. Ialob. *in ærario commun. opin. verbo Emphyteuſis, à n.* 49. aliàs *à num.* 100. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 35. *num.* 1. & in noſtro Luſitaniæ Regno comprobatiſſimum dicit Gam. *d. deciſ* 41. *à princip.* & omninò vide *n.* 5. Valaſc. *conſ* 101. *n.* 157. Cabed. *part.* 1. *dec.* 203. Cald. Pereira *de renovat. q.* 8. *n.* 2. ubi *à num.* 16. hoc dictum Bartoli ampliat, etiamſi dominus directus velit emphyteuſim ad ſe reverſam ſibi & ſuis ſucceſſoribus retinere: quod etiam iterum aſſerit poſt *quæſt. forenſ. conſ.* 46. *n.* 2. *cum ſeqq.* Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 484. Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 13. *q.* 19. *per tot.* 4

Et quamvis hæc opinio procedat ex æquitate, attamen ſi Eccleſia non vult retinere pro ſe, injuriam facit proximioribus. Roman. *conſ.* 22. *num.* 5. Alex. *d. conſ.* 80. *num.* 10. *&* 20. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 29. *n.* 1. *lib.* 1. etiam fœminis, etiam quod non ſint comprehenſæ in prima inveſtitura, modò pacta primæ inveſtitnræ non alterentur, Bero. *conſ.* 98. *&* 99. *lib.* 1. Mareſcot. *variar. reſol lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 5. Rot *in Imolen. bonorum*, 18. *Iunii* 1618. coram Reverend. D. Coccino Decano: & datur appellatio, & proximior poteſt petere ut extraneus inveſtitus removeatur, Rip. *in l.* 1. *num.* 10. *ff. de privil. cred.* Alciat. *in l. ſi mihi & Titio, n.* 31. *ff. de verb. oblig.* Gozadin. *conſ.* 39. *n.* 21. Card. Mantic. *dec.* 10. *n.* 9. 5

6 Et licèt istam renovationem vocèt novam investituram Angel. Aretin. *conſ.* 41. *num.* 13. *verſ. his non obſtantibus*, tamen in puncto quod non ſolum renovata dicatur illa conceſſio, vel locatio, quæ ſemper una eſt, ut per Burr. & alios *in cap.* 1. *de precar.* ſed etiam illa, quæ jam finita eſt, & extincta, iterum eidem, aut conſorti, ſeu filiis conceditur, ut eſt text. & ibi gloſſ. *in cap.* 2. *da feudis*, & Imol. ac alii per gloſſ. *in cap. ſatis*, 14. *quæſt.* 2. *& in cap.* 2. per text. *ibi de donat.* Bero. *conſ.* 116. *num.* 21. *vol.* 1. Cald. Pereira *de renov. emphyt. q.* 2. *n.* 16. Et in terminis de inveſtitura conceſſa finis poſt lineam finitam, quod cenſeatur renovatio, non autem bona conceſſio, tenet Bart. *in l. ſi mihi & Titio, in princ. num.* 7. & ibi etiam Alex. *ff. de verb. oblig.* & quod dicatur antiqua emphyteuſis quando filiis renovatur ob lineam finitam, ſecus ob delictum, Bero. *conſ.* 122. *n.* 23. *vol.* 3. Cald *d. tract. de renovat. emphyt. cap.* 4. *num.* 18. *cum ſeqq.* Et hæc procedunt etiam quod in renovatione ſit dictum, *& de novo concedimus*; quia nihilominus non immutatur natura conceſſionis antiquæ, itaut ſemper iſta cenſeatur renovatio, non autem nova conceſſio. Caſſad. *dec.* 1. *de confirm. utili*, Alciat. *in d. l. ſi mihi & Titio num.* 27. *verſ. quod Bart. ff. de verb ſignif.* Rota *in Tuden. juriſdictionis de Tudela*, 1. *Aprilis* 1587. coram Card. Blanchetto. Et hinc ſequitur, quod titulus renovationis em-
7 phyteuſis novus dici non poteſt. ſed prioris tituli conceſſi renovatio. Curt. Sen. *conſ.* 48. *num* 46. Felin. *in cap. de cauſis, n.* 1. *de offic. deleg.* Valaſc. *de jure emphyt. q.* 11. *num.* 15. *ad fin*, Gama. *dec.* 222. *num.*7, Cald. Pereira *d. tract. de renovat. emphyt. q.* 3. *n.* 1. ubi *n.* 2. poſt
8 infinitos, quos allegat, dicit quod renovatio emphyteuſis regulanda eſt juxta terminos inveſtituræ antiquæ, de quo etiam Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 22. *tit.* 9. *n.* 6. Menoch. *conſ.* 54. *num.* 47.

9 Diximus ſuprà eo caſu teneri Eccleſiam renovare emphyteuſim proximioribus hæredibus, aut deſcendentibus accipientis, finitis generationibus, ad quas conceſſa fuit, quando ipſa Eccleſia pro ſe retinere illam nollet, quod modò declarandum eſſe exiſtimo, ne procedat in noſtro Luſitaniæ Regno, ubi ſervat praxis, quod Eccleſia etiam hoc caſu teneatur renovare, licèt in inveſtitura ſit appoſita clauſula conſueta, quod finitis generationibus liberè ad ipſum dominum, ſeu Eccleſiam cum melioramentis revertatur: ita Cald. Pereira *d. tract. de renov. quæſt.* 8. *num.* 18. quam quidem praxim juſtiſſimam minimè carere ratione atteſtatur Valaſc. *conſ.* 123. *in fine*, quod ſcilicet nocivum eſſet bono communi totius Regni pactum, quo renovatio excluditur, quia periret civilis Reſpubl. ſi domini directi, ut ſunt Magnates & Eccleſiæ, ad quas maxima pars bonorum Regni pertinet, finitas emphyteuſes ſibi poſſent retinere, cui malo concludit ſupremum Senatum occurrere voluiſſe; judicando renovationem eſſe concedendam, non obſtantibus quibuſcumque clauſulis, quamvis antiquioribus temporibus fuerit aliter judicatum, ut fatetur idem Valaſc. *de jure emphyt. q.* 25. *num.* 19. Anton. Cam. *dec.* 76. *& deciſ.* 326. *in fine.*

10 In gloſſ. *Dentur*, ibi *dic. in infinitum*. Notatur ad hoc quod concedi poteſt emphyteuſis in infinitum, hoc eſt, pro accipiente, & omnibus hæredibus ſuis, ut per Cald. Pereira *quæſt. forenſ. q.* 10. *n.* 1.

11 In eadem gloſſ, ibi, *& corrigatur illa*, de non alien. &c. Notatur ad hoc, quod *auth. de non alienan. §. emphyteuſim, collat.* 2. dum probat emphyteuſim non poſſe concedi niſi pro accipiente filio, & nepote, corrigitur per hunc text. & ſequentem probantem poſſe concedi emphyteuſim in perpetuum. intelligendo ubi intervenerint debitæ ſolemnitates, quia iis concurrentibus, valebit emphyteuſis perpetua, cùm tunc poſſint res omninò alienari, juxta reſolutionem Angeli *in §. adeò, n.* 4. *Inſtit. locati*, Alex. *conſ.* 489. *n.* 16. *lib.* 2. Socin. *conſ.* 166. *n.* 33. *lib.* 2. quos refert, & ſequitur Cald. Pereira *d. q.* 10. *n.* 3. *prope fin.*

In gloſſ. *Tertiam partem.* Notatur ad hoc, quod ſi 1
diminuta ſit emphyteuſis ob cladem, ſterilitatem, vel quid ſimile, tertia tantùm pars illius eſt ſolvenda, ut per Cald. Pereira *quæſt. forenſ. q.* 10. *n.* 9. ubi reſpondet ad Auth. ſequentem.

---

## SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ res in emphyteuſim perpetuam in præſentia Prælati, & Capituli, & omnium intereſſe habentium conſenſu datur, ut quàm minimum fieri poſſit, redditus nonniſi ultra ſextam partem minuantur.*

2 *OEconomus & gubernatores Eccleſiæ in penſione & canone Eccleſiaſticæ emphyteuſis quid congruum ſit attendere & ſpectare debent.*

3 *Remiſſio ob ſterilitatem an fiat in emphyteuſi.*

4 *Eccleſiæ res emphyteuticanda eſt cum juſta & æquali penſione ſolvenda.*

5 *Valor æſtimandus eſt ſed reſpectu fructuum magis quàm rei ipſius.*

6 *Emphyteuta Eccleſiæ, licèt non poſſit allegare ſterilitatem, tamen emphyteuta privati poteſt eam allegare.*

7 *Æſtimatio juſta rei illa dicitur, quæ ex penſionibus viginti annorum conſtituitur.*

## Auth. Perpetua quoque.

IN emphyteuſim perpetuam res Eccleſiæ in præſen- 1
tia Prælati, & Capituli, & omnium intereſſe habentium conſenſu datur hac lege, ut quàm minimum fieri poſſit, redditus non niſi ultra ſextam partem minuantur. In penſione verò & canone Eccleſiaſticæ emphyteuſis œconomus, & gubernatores Eccleſiæ quid congruum ſit attendent, & ſpectabunt, & hujuſmodi penſio non ex pretio rei in emphyteuſim datæ, ſed ex æquo & congruo uſu æſtimanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. ſup. hoc. tit. n.* 1.

*In ſextam partem* ] Non ſervatur ex conſuetudine 2
hodierna, ſecundùm Alexand. *conſ.* 29. *n.* 6. *lib.* 5.

*Aut ſi ob cladem diminuta*, &c. ] An in emphyteuſi 3
fiat remiſſio ob ſterilitatem; vide Cottam *in memor. verbo Emphyteuta* 9. Mozz. *de contract. tit. de locato cap. de accidentalibus locat. num.* 50. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 27. *n.* 7. 11. *&* 13. *& q.* 29. *n.* 24. Morla *in emporio juris. p.* 1. *tit.* 10. *q.* 1. *n.* 22. *verſ. non obſtat.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Emphyteuſis, n.* 34. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 22. D. Barboſa *in l. divortio §. fin. p.* 1. *n.* 70. *ff. ſoluto matrim.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 10. *num.* 8. *& de empt. & vendit. cap.* 1. *num.* 8.

*Res ſubtiliter æſtimanda*, &c. Notatur ad hoc, quod 4
res Eccleſiæ emphyteuticanda eſt cum juſta & æquali penſione ſolvenda, ut per Gam. *Luſit. dec.* 41. *n.* 1. Surd. *dec.* 198. *n.* 22. Fachin. *controv. lib.* 1. *c.* 89. Caſtill. *quotid. lib.* 4. *p.* 1. *c* 13. *n.* 31.

Notatur etiam ad hoc, quod valor æſtimandus eſt 5
reſpectu fructuum magis quàm rei ipſius, per ut Tiraq. *de retractu convent. §.* 24. *gloſſ.* 1. *n.* 9.

In gloſſ. *Sextam partem*, ibi, *privatus remitteret* 6
*totum.* Notatur ad hoc, quod licèt emphyteuta Eccleſiæ non poſſit allegare ſterilitatem, tamen emphyteuta Privati poteſt eam allegare, ut per Cald. Pereira *qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 8.

In gloſſ. *Juſta*, ibi, *quæ eſt collecta in viginti annis, contineat rei æſtimationem*, &c. Notatur ad hoc, quod 7
juſta rei æſtimatio illa dicitur quæ ex penſionibus viginti annorum conſtituitur, de quo vide Cæpol. *in tract.*

de

*de simul. contract n.* 32. Cov. *lib.*3.*var. c.*6.*n.*5. Joseph. Ludov. *Peruf.dec.*63.*n.*14. Pinel.*in l.* 2. C. *de rescind. vendit.part.* 3. *cap.* 4.*n.* 29. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.*6.*num.* 18. *&* 19. Menoch. *cons.* 43. *num.* 24. *&* *cons.* 35. *n.* 208. Gem. *de usuris commento* 2.§. 5. *n.*117. Surd. *de aliment.tit.*9.*q.*41. *n.* 2. Valasc. *de jure emphyt. q.* 11. *n.* 2. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Contractus* 2. Joan. Garc. *de expens. cap.* 5. *n.* 79. Cardos. *in praxi judicum, verbo Pretium, num.* 4. Molin. *de justit. tract.*2.*disp.*452.*vers. quod attinent.* Cardic. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent.lib.*4.*tit.*20.*n.*12.*& lib.*5. *tit.*2. *n.* 15. Bern. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2.*concl.* 2. *consid.*7.*requis.* 4. Cald. Pereira *quæst. forens.cap.*545. *n.* 13. *& ult. & cap.* 752. *n.* 47. & alios per me citatos *in votis decisivis canon. voto* 10. *n.* 12.

SUMMARIUM.

1 *Permutatio pro re æquali, majori, vel meliori, exposcente id Principe, aut Republ. non est Ecclesiæ prohibita.*

2 *Ecclesiæ res quæ non possunt alienari sine solemnitatibus requisitis, possunt permutari cum alio majori,meliori, vel æquali.*

3 *Ecclesia res deterior non fit quando res æquè bona permutatur.*

4 *Permutatio non prohibetur, prohibita alienatione, quando permutatio fit cum re majorem afferente utilitatem, vel commoditatem.*

## Auth. Sed & permutare.

1 PErmutatio pro re æquali majori, vel meliori, exposcente id Principe, aut Republ. non est Ecclesiæ prohibita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *sup. hoc tit. n.* 1.

2 Probat hic text. quod res Ecclesiæ, quæ non possunt alienari sine solemnitatibus requisitis, possunt permutari cum alia majori, meliori, vel æquali; quia ubi fit permutatio de alia re, quæ non sit deterior, Ecclesia damnum no patitur, ut per Curt. jun. *in tract. de feudis, p.*4.*q.* 11.*n.*11. Castr. *lib.* 1. *cons.* 270. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*5.*tit.* 4. *n.* 9. ubi *num.* 10. considerat hunc text. specialiter loqui de
3 Principe, Cald. Pereira *de extinct. emphyteusi, cap.* 5. *n.*36.*in fine*, ubi ait hujus text. decisionem procedere, quia non fit deterior res Ecclesiæ, quando res æque bona permutatur. Tiraq. *ad leges connub. glos.* 8. *n.* 63. Rebuff. *de alienat.rerum Ecclesiæ, n.*34.*&.* 69. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. rub. de causa utilit. n.* 185. Decian. *cons.* 121. *n.*56.*lib.*3. Vincent. Fusar. *de substitut. quæst.* 130.

4 Nam licèt alienationis appellatione comprehendatur permutatio latè sumpto vocabulo,ut dixi *in collect. ad l. fin* C. *de rebus alien.* Nihilominus tamen quando permutatio fit cum re majorem afferente utilitatem, vel commoditatem, non prohibetur prohibita alienatione, ut resolvunt Natta *cons.* 470. *n.* 5. Socin. jun. *cons.* 28. *num.* 8.*lib.* 2. Cephal. *cons.*719. *num.* 20. *lib.*5. Decian. *cons.*55. *dub.*2. *&* *cons.* 57. *lib.* 3. Menoch. *cons.*1141. *num.* 26. Petra *de fideicom. q.* 8. *n.* 525. *cum seqq.* Pereg. *de fideicom. art.* 40. *n.*31.*cum seqq.*Cardin. Mantic. *d. tit.*4.Redoan. *de rebus Eccles. non alien.q.*2. *cap.*4. Honded. *cons.* 58. *n.* 32. *lib.* 1. Fusar. *d. q.*530.*à num.* 4.*cum multis seqq.* ubi multipliciter limitat: ego ipse *in tract. de appellativ. verbor. utriusque juris signif. appell.* 14.*n.*7.

SUMMARIUM.

1 *Permutatio mutua Ecclesiasticorum bonorum, consensu omnium interesse habentium facta, rata est.*

2 *Permutatio inter Rectores Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis licuè fieri potest absque Sedis Apost. beneplacito,& consensu.*

## Auth. Item sibi.

MUtua Ecclesiasticorum bonorum permutatio 1
consensu omnium interesse habentium facta rata est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. supra hoc tit.n.*1.

Nota quod permutatio inter Rectores Ecclesiarum 2
de bonis Ecclesiasticis licitè fieri potest absque Sedis Apost. beneplacito, & consensu, ut per Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 47. *in* 1. *edit.*alias *resol.* 60.*in* 2.*edit.& dec.*38.*in.*1. *edit.* alias *resol.* 35. *in* 2. *edit.* meipsum *de officio, & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 95. *num.*55. *&* 56. ubi *n.* 47. assero text.*in c. casellas*, 10. *q.*2. *&* *in c.sine exceptione*, 12. *q.* 2. *Extravag. Ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien.* procedere tantum in permutationibus faciendis cum secularibus, ne bona Ecclesiæ profanis usibus applicentur;& tandem ibi refero ex Aloys. Riccio in praxi servari contrarium, hoc est assensum Apost.requiri in hujusmodi permutatione.

SUMMARIUM.

1 *Prædium inutile propter onus Fiscale Ecclesia alienare potest, debita solemnitate observata.*

2 *Prædia, quibus tributum nominatim impositum est, cum illo onere ad Ecclesiam transeunt; novum tamen tributum absque superiori observatione imponi non potest.*

3 *Utilitas sine necessitate sufficit in Ecclesia ad divisionem.*

## Auth. Item prædium.

PRædium inutile propter onus fiscale Ecclesia alie 1
nare potest debita solemnitate observata. Colligunt ex Ord. Doctores citati *in l.* 1. *sup. hoc tit.n.*1.

Collige ex text. quod prædia, quibus tributum 2
nominatim impositum est, cum illo onere ad Ecclesiam transeunt, novum tamen tributum absque superiori observatione imponi non potest, ut per Capyc. *dec.* 113. Vinc. de Franch. *Neapol. dec.* 9.*n.* 5. Palat. *in praxi Theolog. lib.* 2.*c.*2. Valasc. *de jure emphyt.q.*17.*n.*3. quos refert, & sequitur Morla *in emporio juris,p.*1.*tit.* 1. *de legibus,q.*17.*n.* 23. ubi ait ita interpretandum esse textum in præsenti, & alia ad hanc meteriam opportuna dixi *in collect.ad l. placet* 5. *sup.hoc. tit.*

*Nisi ut immunitas*, &c.) Notatur ad hoc quod in Ecclesia utilitas sine necessitate sufficit ad divisionem, ut per Sarmien. *de redditibus Eccles.p.*1.*c.*2.*n.*24.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteuta rei Ecclesiasticæ non soluta pensione per biennii spatium emphyteusi privatur.*

2 *Emphyteuta pro reddita emphyteusi deteriore expellitur; ad integram solutionem canonis cogitur, damna restituere tenetur, impensas sub prætextu meliorationum non repetit.*

3 *Emphyteusis differt à locatione.*

4 *Emphyteuta si rem emphyteuticam deteriorem fecerit, jure optimo potest expelli, sive emphyteusis*

*sit Ecclesiastica, sive privatorum, ut num. 5.*

6 *Emphyteuta rem emphyteuticam deteriorem faciens potest expelli, etiamsi pactum fuerit conventum quod ille non possit expelli.*

7 *Emphyteuta, qui arbores frugiferas cædit, expelli potest.*

8 *Usufructuarius, qui res fructuarias deterioraverit, aut virides & fructiferas arbores inciderit, expelli potest, & jus ususfructus amittit.*

9 *Colonus, & conductor si arbores frugiferas cædat, à jure suo cadit, & de damno dato tenetur.*

10 *Emphyteuta, qui malè versatur in una re ex pluribus simul sibi in emphyteusim concessis, omnibus est privandus.*

11 *Deterioratio, propter quam emphyteuta expelli potest, debet esse notabilis, perpetua, culpabilis, & fraudulenta.*

12 *Lex quando aliquid constituit, & principaliter respicit commodum privatorum, tacitam habet conditionem, si is de cujus utilitate agitur, ita velit.*

13 *Sylvam cæduam emphyteuta potest incidere, quia non intelligitur fundum facere deteriorem.*

14 *Sylva cædua illa dicitur, quæ cùm excisa est, renascitur.*

15 *Emphyteuta incidens arbores non cæduas pro reparatione fundi, seu villæ expelli non potest.*

16 *Emphyteuta succidens arbores fructiferas ad domum ædificandam, non est expellendus.*

17 *Emphyteuta incidens arbores opacas seu densas, quo fieret fundus fructuosior, expelli non potest.*

18 *Emphyteuta si loco arborum excisarum alias substituat, expelli non potest.*

19 *Emphyteuta qui extirpavit olivetum, ut vineam plantaret, non incidit in commissum.*

20 *Emphyteuta deteriorans non est expellendus, si expressè convenerit, quod non possit expelli, etiamsi rem deteriorem fecerit.*

21 *Emphyteuta canonem per biennium non solvens, à suo jure cadit in commissum.*

22 *Dominus directus potest emphyteutam per biennium pensionem non solventem expellere, & pensiones simul petere quando incepit ab expulsione.*

23 *Emphyteuta qui malè versatur in parte, & in parte melioraverit rem emphyteuticam, non potest opponere compensationem meliorationis ad excusandum se à caducitate.*

24 *Fructus perceptos post caducitatem restituit emphyteuta.*

25 *Emphyteuta qui incidit in commissum, amittit meliorationes.*

## Auth. Qui rem.

1 EMphyteuta rei Ecclesiasticæ non soluta pensione per biennii spatium, emphyteusi privatur. Idem
2 emphyteuta pro reddita emphyteusi deteriore expellitur, ad integram solutionem canonis cogitur, damna restituere tenetur, impensas sub prætextu meliorationum non repetit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. supra hoc tit. n. 1.*

3 *Conductam, vel in emphyteusim acceptam.*) Ergo emphyteusis differt à locatione, de quo vide Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 26.* Valasc. *de jure emphyt. q. 11. ad fin.* P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 445. vers. hinc oritur.* Rebell. *de oblig. justit. p. 2. lib. 9. q. 1. sect. 1. n. 4.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 1. n. 18. & quæst. forens. q. 31. n. 19.*

4 *Fecerit deteriorem.*) Notatur ad hoc quod si emphyteuta rem emphyteuticam deteriorem fecerit, jure optimo potest expelli, quia facit contra propriam naturam contractus, quæ talis est, ut qui emphyteusim suscepit, rem ipsam meliorem reddere debeat. Ita Menoch. *cons. 13. n. 4. & cons. 371. num. 30.* Joseph. Ludov. *Perus. dec. 22. & 94.* Bursat. *consil. 91. n. 4. lib. 1.* latè Corbul. *in tit. de causa privationis ob rei deteriorationem, à n. 4.* Pinel. *in l. 1. C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 1. n. 60. vers. idem. in emphyteuta,* Surd. *dec. 102. n. 7.* Fachinæ. *lib. 3. controvers. cap. 16.* Mynsing. *cent. 1. observ. 86.* Gail. *lib. 2. observ. 67. num. 7.* Cened. *ad Decretal. collect. 144. num. 23. & 24.* Valasc. *consult. 50.* D. Barbos. *in l. divortio, §. si fundum, n. 15. cum seqq. ff. soluto matrim.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 22. tit. 23.* Cardos. *in praxi judicum, verb. emphyteusis, n. 9.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 11. n. 10.* Valer, Reginard. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. num. 548.* Hermosilla *ad gloss. 1. l. 15. tit. 5. p. 5. tom. 2. fol. 79. num. 72. cum seqq.*

5 Amplia primò ut locum habet non solùm in Emphyteusi Ecclesiastica, de qua loquitur text. *in præsenti*, sed etiam privatorum, quia eadem est ratio, ut benè resolvit Cardin. Mantic. *d. tit. 29. n. 3.* ubi *n. 4.* extendit etiam ad casum quo emphyteuta rem emphyteuticam deteriorem fieri patiatur.

6 Amplia secundò ut locum habeat etiamsi pactum fuerit conventum, quod emphyteuta non possit expelli, quia tacitam habet conditionem, si ex parte sua facit quod debet, ex eodem Mantic. *d. tit. 19. n. 15.*

7 Amplia tertiò in emphyteuta, qui arbores frugiferas cædit, de quo vide Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 7. n. 18.* Pinel *in l. 1. C. de bonis matern. p. 2. n. 60.* Franc. Marc. *dec. 552.* Clar. *in §. emphyteusis, q. 26.* Navar. *in man. cap. 17. n. 193.* Rebuff. *in l. sylva cædua, ff. de verbor. signific. pag. 173.* Bursat *consil. 91. n. 1. lib. 1.* Surd. *dec. 286. n. 9.* Joan. Garcia *de expens. cap. 11. n. 14.* D. Barbos. *in l. divortio, §. si fundum, n. 15. & 16. ff. soluto matrimon.* Quarant. *in sum. Bullarii, verb. Alienatio, num. 33. pag. 25.*

8 Amplia quartò in usufructuario, qui si res fructuarias deterioraverit, aut virides, & fructiferas arbores inciderit, expelli potest, & jus ususfructus amittit, de quo Roland. *cons. 49. n. 12. & seq. lib. 2.* Tiraquell. *de retractu, tit. 2. §. 3. gloss. 1. n. 22.* Petr. Greg. *syntagm. juris part. 1. lib. 4. cap. 3. de usufructu, n. 15. & 16.* Joseph. Ludov. *Perus. dec. 22. n. 5.* Cavalcan. *dec. 32. n. 40. p. 1.* Mieres *de majoratu, p. 4. quæst. 39. num. 5.* Crass. *in §. Legatum, q. 33. in princip.* D. Barbos. *in d. §. si fundum, n. 17. & 18.* Castill. *lib. 1. de usufructu, c. 21. per tot.* & præcipuè *à n. 9.* Cald. Pereira *qq. forens. lib. 1. q. 11. n. 10.* asserens textum *in præsenti* extendendum ad usufructuarium, quia quamvis loquatur in emphyteuta, fortiori ratione procedere debet in ufufructuario cùm jus ejus debilius sit jure emphyteutæ.

9 Amplia quintò in colono, & conductore, qui si arbores frugiferas cædat, à jure suo cadit, & de damno dato tenetur, ut per Caroc. *de locato, gradu 4. accident. q. 7. n. 5. & 6.* & Menoch. *cons. 130. n. 4. & seq. & de arbitr. casu 78. n. 3.* Joseph. Ludov. *Perusina dec. 94. part. 2.* Cavalc. *decis. 44. n. 72. in princip. p. 1.* Castillo *d. lib. 1. de usufructu, cap. 21. n. 10.*

10 Amplia sextò, seu potiùs declara in emphyteuta qui malè versatur in una re ex pluribus simul sibi in emphyteusim concessis, ut omnibus privandus sit. Ita Tiraq. *de retractu lig. §. 23. gloss. 1. n. 2.* Joseph. Ludov. *Perus. dec. 22. n. 6.* Castill. *d. lib. 1. de usufructu, cap. 24. n. 24.* Rebell. *de oblig. justit. p. 2. lib. 13. q. 3. n. 4.* Martin. Monter à Cueva *causarum civilium Regni Aragoniæ, dec. 5. n. 68. & seq. & n. 74. cum seqq.* ponit rationem discriminis cur emphyteuta si malè versatur in parte, cadat in totum, & pro parte alienando cedat tantùm pro parte.

11 Advertendum tamen est, quod ad hoc quod emphyteuta, & cæteri propter rei deteriorationem, vel arborum incisionem possint expelli, & cadant à jure, &c. non sufficit quælibet deterioratio, sed necessaria est notabilis & non modica deterioratio, item perpetua, culpabilis & fraudulenta: de quo vide Jacob. Mandel.

Alba

Albo *conſ.* 55. *n.* 6. *lib.* 1. Malvaſ. *canſ.* 38. *n.* 8. *vol.* 2. Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto*, *num.* 157. Surd. *dicif.* 102. *n.* 9. Joſeph. Ludov. *dec.* 22. *n.* 21. *& dec.* 94. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. caſu* 78. *n.* 8. Gam. *dec.* 17. *n.* 1. Joan. Garc. *de expenſ. cap.* 11. *n.* 24. *in fine*, D. Barboſ. *in d. §. ſi fundum*, *num.* 20. *verſ. & tenebis menti*, Valaſc. *conſ.* 50. *num.* 6. Steph. Gratia. *diſcept. forenſ. cap.* 152. *num.* 1. Caſtil. *de cap.* 21. *n.* 18. Card. Mantic. *d. lib.* 2. *tit.* 29. *num.* 19. ubi hinc ſubdit, quod ſi emphyteuta duas tantùm arbores ſuccideric, quod non poſſit expelli, quia modicum intelligitur detrimentum: at verò ſi in inſtrumento emphyteuſis dictum ſit, quod res conceditur ad meliorandum, non ad deterioran-dum, hoc debet intelligi etiam de levi deterioratione, ne pactum ſit inutile.

12 Deinde advertendum eſt, reſolutionem ſuprà dictam cum ſuis ampliationibus procedere, ſi ipſe dominus voluerit; nam quando lex aliquid conſtituit, & principaliter reſpicit commodum privatorum, tacitam habet conditionem, ſi is, de cujus utilitate agitur, ita velit, ut per Card. Mantic. *d. lib.* 22 *tit.* 26. *n.* 17. *&* 18. ubi *n.* 22. ſubdit etiam procedere quando deterioratio facta eſt circa ipſam rem, ut eſt inciſio arborum, quæ perpetuam reſpicit utilitatem ipſius rei, aliud verò dicendum, ſi fructus tantùm reſpiciat, quia non pertinet ad perpetuam rei utilitatem, ſed ad commodum ipſius emphyteutæ.

13 Limita primò, ut non habeat locum in ſylva cædua, quam emphyteuta poteſt incidere, quia non intelligitur fundum facere deteriore: de quo vide Rebuff. *in l. ſylva cædua. ff. de verbor. ſignif.* Connan. *comment. juris civilis lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 4. *&* 5. Pinel. *in leg.* 1. *C. de bonis mat. part.* 2. *n.* 59. Mieres *de major. p.* 4. *q.* 39. *num.* 5. Craſſ. *§. legatum*, *q.* 33. *verſ. at verò quærimus*, D. Barboſ. *in d. §. ſi fundum*, *n.* 3. Gutier. *de tutel. part.* 3. *cap.* 27. *n.* 9. Card. Mantic. *d. tit.* 29. *n.* 30. ubi *num.* 31. tenet ſylvam cæduam illam dici, quæ cum exciſa ea renaſcitur. & è contra non cædua dicitur, quæ ſi fuerit exciſa, non renaſcitur. Hermoſil. *ad leges partitæ*, *tom.* 2. *fol.* 76. *n.* 73.

15 Limita ſecundò in emphyteuta, qui incidit arbores non cæduas pro reparatione fundi ſeu villæ, de quo vide Tiraq. *de retractis convent. §.* 3. *gloſſ. unica*, *n.* 29. Corbul. *in tract. de cauſis ex quibus emphyteuta jure ſuo privetur*, *cauſa* 10. *num.* 6. *cum. ſeqq.* Menoch. *conſ.* 13. *num. fin.* Malvaſ. *conſ.* 38. *n.* 5. *lib.* 1. D. Barboſ. *in d. §. ſi fundum*, *n.* 20. *& in §. ſi vir*, *à n.* 31. Card. Mantic. *d. tit.* 29. *n.* 33.

16 Limita tertiò in emphyteuta ſuccidente arbores fructiferas ad domum ædificandam, quia in eo admittitur compenſatio, ſi fecit partem ejuſdem rei meliorem, & alteram deteriorem, ut per Card. Mantic. *d. tit.* 29. *n.* 36. ſecus dicit in uſufructuario.

17 Limita quartò ſi exciſis arboribus fieret fundus fructuoſior, quàm eſſet antea, veluti ſi inciderentur arbores opacæ, vel denſæ: de quo vide Tiraq. *de retract. convent. §.* 3. *gloſſ. unic. n.* 27. *&* 28. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 5. Joan. Garc. *de expenſis cap.* 14. *n.* 11. *& cap.* 16. *n.* 41. Molin. *de Inſtit. tract.* 2. *diſp.* 457. *verſ. ex dictis.* Hermoſilla *d. tom.* 2. *fol.* 76. *n.* 75. ubi refert Bobadil. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 84. *& lib.* 5. *c.* 6. *n.* 21. *circa fin.*

18 Limita quintò, ſi loco arborum exciſarum alias ſubſtituat, de quo vide Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec.* 94. D. Barboſ. *in d. §. ſi fundum*, *n.* 18. *&* 19. Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 13. *q. n.* 1. Steph. Grat. *diſcept forenſ. c.* 21. *n.* 33.

19 Valaſc. *conſ.* 50. *n.* 7. ubi *à princ.* reſolvit non incidere in commiſſum qui extirpavit olivetum, vineamque plantavit. Hermoſil. *d. tom.* 2. *fol.* 76. *n.* 74.

20 Limita ſexrò, niſi expreſsè convenerit emphyteuta quod non poſſit expelli, etiamſi rem deteriorem fecerit, quia in iis, quæ non reſpiciunt publicam læſionem, ſed privatam utilitatem, unuſquiſque poteſt paciſci, & renuntiare favori ſuo, ut per Card. Mant. *d. tit.* 29. *n.* 37. ubi intelligit quando rem deteriorem fecerit ex culpa levi vel lata, non etiam ſi dolo verſatus fuerit.

*Aut emphyteuticum canonem per biennium non ſolverit*, &c. ] De hac materia ſatis dixi *in collect. ad c. potuit de locato*, & commodiùs tractabo *in collect. ad l.* 2. *inf. de jure emphyt.* ad quæ loca lectorem remitto. 21

*Ut temen ſolvat totius corporis penſionem.* ] Notatur ad hoc, quod dominus directus poteſt emphyteutam per biennium penſionem non ſolventem expellere, & petere penſiones quando incepit ab expulſione, ut per Clar. §. *Emphyteuſis*, *quæſt.* 10. *poſt princ.* Gig. *de penſion. q.* 73 *n.* 8. Boer. *dec.* 309. *n.* 5. Burg. *conſil.* 24. Steph. Grat. *diſcept. forenſ. cap.* 633. *n.* 38. *cum ſeqq.* Surd. *dec.* 317. *n.* 14. *& de aliment. tit.* 7. *q.* 17. *n.* 45. *cum ſeqq.* ubi dicit quod non ſunt contraria remedia, expellere emphyteutam, & petere penſionem, quia oriuntur ex diverſa cauſa, expulſio ſcilicet provenit ex mora, petitio autem penſionis deſcendit ex contractu, & ita utrumque peti poteſt, ab expulſione prius inciplendo. Cum proteſtatione autem bene poteſt initium ſumi ab executione præteritarum penſionum, ut per Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 33. *n.* 3. Camill. Borrel. *in ſum. omnium dec. tom.* 1. *tit.* 33. *n.* 46. Burat. *dec.* 624. quos refero *in praxi exigendi penſiones*, *quæſt.* 10. *n.* 3. 22

*Et id in quo rem læſit*, *reſarciat.* ] Notatur ad hoc, quod emphyteuta qui malè verſatur in parte, & in parte melioraverit rem emphyteuticam, non poteſt opponere compenſationem meliorationis ad excuſandum ſe à caducitate, ut per Jaſ. *in præſenti num.* 8. Corbul. *d. tit. de cauſis ex quibus emphyteuta jure ſuo privatur*, *cauſa* 13. *n.* 14. Card. Mantic. *d. lib.* 22. *tit.* 29. *n.* 9. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 21. *n.* 24. Caſtil. *d. lib.* 1. *de uſufructu*, *cap.* 24. *n.* 17. 23

Et fructus perceptos poſt caducitatem reſtituit emphyteuta Corbul. *d. tit. de privat. ob non ſolutum canonem ampl.* 38. *per totam*, *& ampl.* 45. *n.* 2. Mench. *uſufreq. cap.* 64. Surd. *dec.* 25. *n.* 27. Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap.* 18. *n.* 8. *&* 9. 24

*Non repetiturus*, &c.) Ergo emphyteuta, qui incidit in commiſſum, amittit meliorationc: de quod vide Sarm. *lib.* 3. *ſelect. c.* 4. *in princ.* Valaſc. *de jure emphyt.* §. 25. Richard. *in* §. *adeo*, *n.* 31. *Inſtit. locati*, Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 13. *q.* 2. *n.* 12. *in fin.* Cald. Pereira *qq. forenſ. lib.* 1. *q.* 11. *n.* 11. 25

---

## SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ res tributis de redditibus majoribus non gravandæ.*

2 *Res pleno jure ad aliquem pervenire dicitur*, *id eſt ſine diminutione*, *& cum omni integritate.*

3 *Dictio* pleno jure, *importat totalitatem.*

4 *Eccleſiæ dicuntur pleno jure ad aliquem pertinere quando utroque jure*, *id eſt in ſpiritualibus*, *& temporalibus eidem ſubjectæ ſunt.*

5 *Subſtitutio eſt directa ubi ponitur hæc dictio*, ipſo jure.

## AUTH. Hæc uſus.

FInito uſu præſtito, & conceſſo, per Eccleſias, res ad eas redibit. Res Eccleſiæ tributis ac redditibus majoribus non gravandæ, Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *ſup. hoc tit. n.* 1. 1

*Res utraque pleno jure perveniat*, &c.) Id eſt ſine diminutione, & cum omni integritate, ut per Dec. *conſ.* 494. *n.* 8. *&* 9. Martam *de clauſul. p.* 1. *clauſul.* 89. alias 93. *n.* 5. Menoch. *conſ.* 1646. *n.* 5. Catdin. Tuſc. *pract. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 331. *n.* 3. quia dictio illa *pleno jure*, importat totalitatem Menoch. *conſ.* 1. *num.* 13. *& conſ.* 87. *num.* 427. *& con.* 191. *n.* 14. itaut 2

pleno

pleno jure dicantur Eccleſiæ ad aliquem pertinere, quando utroque jure, id eſt, in ſpiritualibus, & temporalibus, eidem ſubjectæ ſunt, ut per Rebuff. *in concord. tit. forma mandati, verbo Plenum.* Card. Tuſch. *lit. P. concl.* 364. *n.* 2. Martam *d. clauſ.* 93. *n.* 6. Eraſm. à Cochier *de juriſdict. Ordin. in exemptos, p.* 5. *q.* 67. *n.* 5. meipſum *de clauſulis uſufreq. clauſ.* 101. *n.* 6.

In gloſſ. 1. ibi. *ubi ponitur hoc verbum pleno jure, quod ſubſtitutio ſit directa.* Ita Alex *conſ.* 176. *incip. Viſis narratis, n.* 7. *verſ. ſed pleno jure, lib.* 7. Mart. *p.* 3. *clauſ.* 58. *n.* 2. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 331. *n.* 3. & alii citati per me *d. clauſ.* 101. *n.* 9.

---

SUMMARIUM.

1 *Tyranni facta ſuperveniente vero & juſto Domino tolluntur.*
2 *Metropolitanæ Eccleſiæ ſuper alios Epiſcopos, quoad reſidendi & creandi jus, dignitas & libertas debetur.*
3 *Hiſtoriam, quæ dedit cauſam deciſioni hujus legis referunt Doctores citati.*
4 *Dexteræ locus dignior.*
5 *Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ primus locus poſt Romanam datus fuit.*

## L. Decernimus. XV.

*Idem* AA. *Sebaſtiano P. P.*

1 TYranni facta ſuperveniente vero & juſto Domino tolluntur, & Eccleſiis, Antiſtitibus, Sacerdotum electionibus prærogativæ Epiſcoporum in præſidendo nullam coactionem, aut ſubjectionem attrahere
2 poſſunt. Metropolitanæ Eccleſiæ ſuper alios Epiſcopos quoad reſidendi & creandi jus, dignitas & libertas debetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide Cujac. *lib.* 3. *obſ. c.* 1. *& lib.* 12. *c.* 28. & Peleum *q.* 2.

3 De hiſtoria & cauſa cur hæc lex fuerit lata, vide Card. Cæſ. Baron. *tom.* 6. *annal. Eccleſ. anno Chriſti* 472. *pag.* 325. Guid. Pancirol. *var. lection. lib.* 2. *c.* 165.

4 In gloſſ. *Reſidendi*, ibi, *quis à dextris, quis à ſiniſtris*, &c. de loco dexteræ, quod ſit dignior, dixi late *in collect. ad cap. ſolitæ, de major, & obed. n.* 7. *cum ſeqq.* & tetigi *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.* 1. *tit.* 3. *c.* 8. *n.* 62.

5 In gloſſ. *Matrem*, ibi, *Scilicet ſecundam poſt Romanam ſedem.* Notatur ad hoc, quod primus locus poſt Romanam Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ datus fuit, ut dixi *d. tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, p.* 1. *tit.* 3. *cap.* 3. *n.* 5.

---

SUMMARIUM.

1 *Donatio Eccleſiæ facta ſine inſinuatione an valeat.*
2 *Donatio ultra quingentos ſolido excepta Imperiali, prætextu piæ cauſæ abſque inſinuatione non procedit.*
3 *Donatio facta Eccleſiæ, vel ad pias cauſas, inſinuatione non eget, cujuſcumque ſit valoris.*
4 *Donati pro redemptione captivorum in quacumque quantitate, ſine ſcriptura, & inſinuatione valet.*
5 *Xenodochium dictio Græca, & ſignificat locum, in quo peregrini hoſpites, vel potius pauperes recipiuntur.*
6 *Noſocomium eſt locus conſtitutus propter pauperes ægrotantes, & languentes, in quo infirmis alimenta ſubminiſtrantur.*
7 *Orphanotrophium eſt locus in quo filii orbi, & parentibus privati nutriuntur.*
8 *Ptocotrophium dicitur locus alendis pauperibus paratus, quem communi vocabulo* Hoſpitale *vocamus.*
9 *Gerontocomium eſt locus curandis ſenibus paratus.*
10 *Brephotrophium, locus, domuſve dicitur, ubi infantes, recenteſque partus expoſiti, aut egentibus parentibus nati aluntur.*
11 *Donatio facta pauperibus etiam conſanguineis cenſetur pia, & ſic magis intuitu pietatis, quàm conſanguinitatis cauſâ facta.*
12 *Inſinuatio non exigitur in Principum donationibus.*
13 *Acta dicuntur ſcripturæ de actitatis in judicio.*
14 *Scriptura intimata, hic accipitur pro ſcriptura in actis.*
15 *Jura exorbitantia agentia de pia cauſa recipiunt extenſionem ex ſimilitudine rationis.*
16 *Donatio facta Deo, Eccleſiæ. vel piæ cauſa non valet, niſi ſit aliquis, qui nomine Dei, Eccleſiæ, vel pia cauſa eam donationem accipiat.*
17 *Donatio facta Eccleſiæ abſenti, ante acceptationem non poteſt revocari.*
18 *Donatas ii acceptatio, & ejus conſenſus requiritur in quacumque donatione facta inter vivos loco non pio, itaut nullo ejus nomine acceptante, donatio ipſa nulla ſit.*
19 *Donatarius ſi præſens ſit, & non contradicat, ſatis accommodaſſe conſenſum videtur, ut donatio valeat.*
20 *Donatarius de cujus acceptatione non conſtat, ſi reperiatur poſſidere bona in donatione comprehenſa, an ex hoc inducatur præſumptio acceptationis.*
21 *Poſſeſſio ſequuta intelligitur ſemper ex titulo præambulo donationis.*
22 *Donatio inter vivos facta abſenti, nomine ejus nemine acceptante, poterit ante acceptationem revocari.*
23 *Donatio facta abſenti, ſi nomine illius per tabellionem tanquam per publicum miniſtrum acceptato fuerit, non poteſt revocari.*

## L. Illud quod. XVI.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Mennæ P. P.*

DOnatione Eccleſiæ facta ſine inſinuatione valet: 1
& donationes collatæ in Eccleſias, Xenodochia, aliaque pia loca ad quingentos ſolidos, licèt actis publicis non ſint inſinuatæ, ſubſiſtunt. Item donatio ultra quingentos ſolidos, excepta Imperiali, pretextu 2
piæ cauſæ, abſque inſinuatione non procedit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide Peleum *q.* 31.

Licèt alias donatio excedens ſummam quingento- 3
rum aureorum ſit inſinuanda, ut probat *l. ſancimus, C. de donat.* cum concordantibus *ibi* per me citatis, ſi tamen fiat Eccleſiæ, vel ad pias cauſas, inſinuatione non eget, cujuſcumque ſit valoris, ut per hunc text. reſolvunt Duen. *reg.* 224. *fallent.* 6. Tiraquell. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 125. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 4. *nm.* 10. Aut. Fabr. *in ſuo Codice, ſub tit. de donat. definit.* 12. Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.* 1. *collect.* 177. *verſ. item donatio ad pias cauſas*, Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 279. *verſ. his tamen*, alias *num.* 3. Rebell. *de obligation. juſtit. p.* 2. *lib.* 18. *q.* 7. Sanctarell. *var. lib.* 1. *q.* 69. *num.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 11. *de donat. c.* 6. *q.* 7. Leſſ. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 12. *n.* 102. Marc. Anton. Genuenſ. *in practicab. Eccleſ. q.* 196. Cald. Pereira. *qq. forenſ. cap.* 28. *num.* 3. Mozz. *de contractib. tit. de donat. cap. de ſubſtantia, num.* 15. Matienz. *in l.* 7. *gloſ.* 6. 13. *tit.* 10. *lib.* 5. *nova Recop.* Camil. Borrel. *in ſumma deciſ. tom.* 3. *tit.* 11. *n.* 129. D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſolut. matrim. p.* 7. *n.* 41. Hermoſ. *ad leges Partitæ, tom.* 1. *pag.* 288. *n.* 2. ego ipſe *in tract. de jure Eccleſ. univ. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 22.

Unde

4 Unde donationem pro redemptione captivorum in quacumque quantitate, sine scriptura, & insinuatione valere resolvunt Tiraquell. *d. privileg.* 124. *& in legibus connub. gloss.* 8. *n.* 282. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de donat. insinuan. art.* 1. *n.* 36. Ant. Gom. *d. c.* 4. *n.* 10. Molin. *d. disput.* 289. *in princ.*

5 *Vel Xenodochium.*) Dictio Græca est, significat locum in quo peregrini hospites, vel potius pauperes recipiuntur. Calvin. *in Lex. jurid. verbo, Xenodochium.*

6 *Vel in Nosocomium.*) Locus est constitutus propter pauperes ægrotantes, languentes, in quo infirmis alimenta subministrantur: ita Calvin. *in Lex. jurid. sub illo verbo*, ubi citat textum *in præsenti*, Petr. Greg. *syntagm, juris lib.* 15. *cap.* 28. *num.* 15. Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lect. lib.* 2. *cap.* 171. ubi subdit, quod Fabiola nobilissima Romana prima Romæ nosocomia instituit, quæ à viro ob adulterium divisa, id sibi licere putans, alteri temerè nupserat: verum errore comperto, publica pœnitentia crimen diluit, ac facultatibus pauperibus applicatis, Nosocomium erixit, ex S. Hieron. narrat *epist. ad Oceanum* 30.

7 *Vel in Orphanotrophium.*) Est locus in quo filii orbi, & parentibus privati nutriuntur. Ita Calvin. *in Lex. jurid. sub hoc verbo*, ubi meminit hujus l. Petr. Greg. *d. c.* 28. *n.* 5.

8 *Vel in Ptocotrophium.*) Dicitur locus alendis pauperibus paratus quem communi vocabulo *Hospitale* vocamus. Ita Calvin. *in Lex. jurid. sub illo verbo*, Petr. Gregor. *d. c.* 28. *n.* 7. Cotta *in memorab. sub hoc verbo, pag.* 716.

9 *Gerontocomium.*) Locus curandis senibus paratus, in quo tenues homines, qui affecta ætate victum sibi suis operis parare ampliùs non poterant, recipiebantur, & ad reliquum ætatis tempus alebantur. Ita Calvin. *in suo Lexio juridico, sub hoc verbo.* Petr. Gregor. *d. c.* 28. *num.* 29.

10 *Brephotrophium.*) Locus, domusve dicitur ubi infantes, recentesque partus expositi, aut egentibus parentibus nati dabantur. Ita Calvin. *in Lex. juridico sub hoc verbo.*

11 *Vel in ipsos pauperes.*) Quamvis consanguineos, quia facta illis donatio, seu legatum censetur pium, & hoc magis intuitu pietatis, & Religionis, quam consanguinitatis causa factum, quia in dubio præsumendum est donatorem, sive testatorem, dum cogitat de sua salute, pauperi consanguineo legasse, ut animæ suæ consulat, cùm anima cunctis rebus, ac personis sit anteponenda; tum etiam, quia consanguinitatis ratio non impedit, quin possit præsumi tale legatum esse relictum est misericordia, præsertim cùm eleemosyna magis sit facienda consanguineis pauperibus, quàm aliis personis: unde talem donationem, sive legatum pium esse meritò resolvunt Jas. *cons.* 183. *col.* 2 *in princ. vers.* 6. *vol.* 1. Boër. *dec.* 94. *num.* 2. Alexand. *consil.* 158. *ad finem, volum.* 7. Tiraquell. *de privileg. piæ causæ, in præfat. num.* 15. *&* 17. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. libro* 6. *tit.* 3. *n.* 18. *&* 22. Menoch. *cons.* 167. *ferè per totum, & de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 415. *n.* 9. Ego ipse *in tract. de jure Eccles. univers. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 10. licèt contrarium tuentur plures, quos refert & sequitur Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disput.* 4. *n.* 6. *vers. hinc quando.*

12 *Excepta scilicet Imperiali donatione.*) Notatur ad hoc, quod in Principum donationibus insinuatio non exigitur, ut per Menoch. *consil.* 1. *num.* 375. ubi intelligit de quocumque Principe Imperii locum in suo dominio obtinente, Joseph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de donation. conclus.* 2. *versic. fin.*

13 In gloss. *Actorum*, ibi, *id est ad scripturarum factarum coram judice.* Notatur ad hoc, quod Acta dicuntur scripturæ de Actitatis in judicio, ut per Cardos. *in praxi judicum verbo processus, n.* 1.

14 In gloss. *Intimata*, ibi, *id est, scripta in actis*, Vide Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 77. *lit. D.*

In gloss. *Alia causa*, ibi, *nam in locis similibus præ-* 15
*dictis idem juris est.* Ergo jura exorbitantia agentia de pia causa recipiunt extensionem ex similitudine rationis: de quod vide D. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. p.* 1. *num.* 19.

In eadem gloss. ibi, *& sic intellige in pauperes præ-* 16
*sentes.* &c. Notatur ad hoc, quod donatio facta Deo, Ecclesiæ, vel piæ causæ non valet, nisi sit aliquis qui nomine Dei, Ecclesiæ, vel piæ causæ eam donationem accipiat, ut per Bart. *hic num. fin.* & Bald. *num* 2. *ad fin.* Capic. *decis.* 180. *num.* 8. Clar. *§. donatio, quæst.* 12. *n.* 6. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 58. Covarr. *part.* 3. *rubr. de testament. n.* 13. D. Barbos. *in tit. ff. soluto matrim. p.* 2. *rubr.* 11. *n.* 34. *& in l.* 1. *p.* 3. *n.* 18. Potest enim ante acceptationem revocari, nisi adsit aliquis qui pro illis stipuletur, ut expressè resolvunt Covarr. *d. n.* 15. *& lib.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 16. Surd. *cons.* 351. *num.* 29. Ant. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de verb. oblig. concl.* 1. *n.* 72. Mieres *de major. p.* 1. *quæst.* 36. *num.* 11. Azeved. *l.* 7. *num.* 20. *vers. facitque optima, & singularis, tit.* 10. *lib.* 5. *novæ Recop.* Matien. 2. *ibidem, gloss.* 2. *n.* 10. Didac. de Paz. *quæst. civili* 10. *n.* 1. Pereg. *de jure fisci lib.* 4. *c.* 7. *n.* 5. *&* 26. Cancer. *var. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 20. Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de donat. resolut.* 1. *num.* 4. Gutier. *in repet. c. quamvis pactum, in princip. n.* 55. *& cons.* 41. *n.* 5. Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 6. *n.* 16. Steph. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 575. *n.* 2. Serap. *decis.* 724. *n.* 1. *&* 8. Gam. *Lusitan. decis.* 381. *n.* 3. Rebell. *de obligat. justit. p.* 2. *lib.* 8. *q.* 3. *per tot.* Hermosill. *ad leges partitæ, tom.* 1. *fol.* 14. *verso, num.* 18. ubi *n.* 30. *cum seqq.* intelligit non procedere hanc resolutionem in donatione facta piæ causæ in Dei honorem, puta: Promitto Deo me daturum tali Hospitali, quia tunc valebit ut votum, & eo casu, quo non constat, sed est in dubio an quis voluerit, donare, quia tunc in vim voti, seu pollicitationis valet.

Contrarium tamen, imò donationem factam Ec- 17
clesiæ absenti ante acceptationem, non posse revocari, resolvunt Joseph. Ludov. *Perus. decis.* 29. *n.* 10. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 5. *§.* 7. *num.* 101. 102. *&* 108. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 15. Sanctarel. *var. resolut. quæst.* 69. *n.* 3. Ego ipse *in tract. de jure Eccles. universo, lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 39. & ista sententia est magis pia, licèt prima sit à Doctoribus magis recepta.

Acceptatio enim donatarii, & ejus consensus requi- 18
ritur in quacumque donatione facta inter vivos loco non pio, ita ut nullo ejus nomine acceptante donatio ipsa nulla sit, secundùm Covarr. *in capite Raynaldus, §.* 1. *num.* 13. *de testament.* Clar. *§ donatio, quæst.* 12. *n.* 6. Cardin. Mantic. *dict. tom.* 2. *libr.* 13. *tit.* 6. *a n.* 1. Cardos. *in praxi judicum, verbo donatio, n.* 44. *& verbo promissio, num.* 7. D. Barbos. *in l. quæ dotis. n.* 114. *ff. soluto matrimonio*, quod non solum de expressa, sed etiam de tacita acceptatione intelligendum esse existimo, per ea quæ tradunt Tiraquell. *de constit. part.* 3. *limit.* 30. *num.* 11. Mieres *de major part.* 1. *quæst.* 36. *num.* 21. *in novis*, Avendan. *ad l.* 44. *Tauri, gloss.* 9. *num.* 17. Unde si præ- 19
sens fuit donatarius, & non contradixit, satis accommodasse consensum videtur, ut donatio valeat, Covarr. *in rubr. de testament. part.* 3. *n.* 13. *vers. verum*, Clar. *in §. donatio, quæst.* 14. *n.* 5. Alvarad. *de conject. mente defuncti, lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 56. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 76. Menoch. *de præsump. lib.* 3. *præsump.* 42. *n.* 4. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. cap.* 6. *n.* 6. Anton. Thesaur. *decis.* 70. *num.* 1. Joseph. Ludov. *Perus. decis.* 9. *num.* 22. Cancer. *variar. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 28. Sanchez *d. lib.* 1. *disp.* 6. *num.* 11. Molin. *de Justit. disp.* 24. *vers. dubium deinde est si promissio*, Cardin. Mantic. *d. tit.* 6. *num.* 13. Castill. *quotid. lib.* 5. *cap.* 80. *num.* 8. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 4. *gloss.* 8. *n.* 23. *cum seqq. p.* 1. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 8. *num.* 25. *&* 26. Et an præsumatur

talis

talis donatio facta abſenti acceptata ? vide Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap.* 318. *n.* 35. ubi reſolvit quod hoc caſu ex lapſu longi temporis à morte donantis non poteſt dici acceptata per donatarium, ſed aliunde erit talis acceptatio probanda.

20 Quid ſi donatarius, de cujus acceptatione non conſtat, reperiatur poſſidere bona in donatione comprehenſa, an ex hoc inducatur præſumptio acceptationis, vide *l. Imperator, §. cum viro. ff. de legat.* 2. Socin. jun. *conſ.* 122. *lib.* 1. *& conſ.* 67. *lib.* 3. Affict. *deciſ.* 375. *n.* 8. *& deciſ.* 393. *n.* 8. Theſaur. *deciſ.* 40. *n.* 12. *verſ. ſenatus*

21 *totus*, qui omnes tenent acceptionem præſumi, & meritò, quia poſſeſſio ſubſequuta intelligitur ſemper ex titulo præambulo donationis, gloſſ. *in l. quadam mulier. ff. de rei vend.* Avend. *de exequendis mand. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 5. *verſic. incipienti*, Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 74. *n.* 11. Joan. Baptiſt. Pontan. *de ſpoliis cleric. cap.* 15. *n.* 144. *tom.* 4. Mieres *d part.* 1. *cap.* 36. *n.* 9. ubi *num.* 4. ſubdit, quod ſufficit ad irrevocabilitatem donationis.

22 Unde ſequitur, quod talis donatio inter vivos facta abſenti, nemine ejus nomine acceptante, poterit ante acceptationem revocari, ut expriſsè tenet Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 14. *num.* 13. *verſ. ego verò, & in rubr. de teſtament. p.* 3. *n.* 13. Olan. *in concord. lit. D. n.* 42. *& ſeq. & lit. P. num.* 36. Gom. *d. cap.* 4. *n.* 3. *ad fin. & cap.* 11. *num.* 18. *ad fin.* Greg. Lopez *leg.* 4. *verbo, no lo puede hazer, tit.* 4. *part.* 5. Aviles *ad capita Prætor. part.* 2. *cap.* 29. *n.* 11. Molin. *d. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 58. *& ſeq.* Mench. *de ſucceſſion. creat. lib.* 3. *§.* 21. *n.* 43. Burg. da Paz. *conſ.* 14. *n.* 20. *& conſ.* 53. *n.* 12. alter Burg. præcedentis filius *lib.* 1. *quæſt.* 10. *n.* 23. *& ſeq.* Angul. *in l.* 3. *gloſſ.* 8. *num.* 18. *tit. de las majorias, lib.* 5. *novæ Recop.* Mieres *d. p.* 1. *q.* 36. *n.* 2. *& quæſt.* 68. *n.* 1. Matienz. *d. l.* 7. *gloſſ.* 2. *num.* 15. *cum ſeqq.* Petr. Navarr. *de reſtit. p.* 4. *c.* 4. *dub.* 1. *n.* 270. *in* 2. *edit.* Avendan. *ad l.* 44. *Tauri, gloſſ.* 9. Moria *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 3. *q.* 3. *num* 7. Cancer. *var. reſol part.* 1. *cap.* 8. *de donat. n.* 24. Cevall. *commun. contra communes, q.* 54. Caſtill. *controv. lib.* 4. *c.* 37. *n.* 39. *& lib.* 5. *c.* 152. *n.* 13. Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 18. *quæſt.* 2. *n.* 7.

23 Quod limitandum eſt, ſi donatio facta abſenti nomine illius per tabellionem, tanquam per publicum, miniſtrum acceptata fuerit, quia tunc minimè poterit revocari, de quo Tiraquell. *de conſtit limit.* 30. *n.* 9. *cum ſeqq. & n.* 6. Covarr. *d. lib.* 1. *var. c.* 14. *à n.* 12. Menoch. *conſ.* 92. *n.* 65. *cum ſeqq.* Gam. *deciſ.* 383. *n.* 2. Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 264. *verſ. quando verò tabellio*, Card. Mantic. *lib.* 13. *tit.* 8. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo donatio, n.* 44. Rebell. *d. lib.* 18. *q.* 2. *n.* 6.

---

## SUMMARIUM.

1 *Eccleſiæ res mobiles alienari neqeunt.*

2 *Vaſa Eccleſiæ alienata, conflata, & in aliam formam redacta, vendicari poſſunt.*

3 *Alienatio vaſorum, & rerum ſacrarum licita eſt ob cauſam famis, & captivitatis.*

4 *Dona quæ ritè ad myſterium Dei dedicata ſunt, diſtrahi non poſſunt.*

5 *Res ſacræ, aut Religioſæ vendi non poſſunt, & eas vendentes incidunt in crimen læſæ religionis, & venditio non valet.*

6 *Res ſacræ, vaſa, & ornamenta an pro pretio locari poſſint.*

7 *Res Eccleſiæ, & alia aurea & argentea Eccleſiarum vaſa in pignus dari non poſſunt.*

8 *Res Eccleſiæ ſacras, ejuſque aurea & argentea vaſa emens, vel in pignus recipiens, pretium perdit, & tenetur eadem Eccleſiæ reſtituere unà cum fructibus.*

9 *Vaſa Eccleſiæ confracta, aut deſtructa, itaut ſacra jam non ſint, vendi poſſunt laicis.*

10 *Res ſacræ, & alia bona Eccleſiæ pro redemptione captivorum alienari poſſunt.*

11 *Libertatis cauſa, & captivorum redemptio verè eſt cauſa pia, & maximè favorabilis.*

12 *Redemptio captivorum eſt ſumma pietas, & Reipub. Chriſtianæ maximè utilis.*

13 *Alimentorum cauſa dicitur cauſa pia.*

14 *Alienandi juſtam cauſam præſtat neceſſitas fatalis.*

15 *Anima cæteris rebus anteponenda eſt.*

16 *Animarum favor publicus eſt.*

17 *Res ſacræ, ſanctæ, & religioſæ in emptorem tranſeunt cum univerſitate bonorum.*

## L. Sancimus nemini. XXI.

*Idem* A. *Demoſtheni. P. P.*

RES mobiles Eccleſiæ, utpote vaſa, & veſtes, conſimileſque, alinari nequeunt. Vaſa Eccleſiæ alienata, conflata, & in aliam formam redacta rendicari poſſunt, & repetere pretium pro his licitum eſt. Item ob cauſam famis, & captivitatis, cum animæ hominum rebus ac bonis ſint præferendæ, licita eſt valorum, & rerum ſacrarum mobilium alienatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.* Vide Ferrandum *lib.* 2. *explicationum, cap.* 1. 1 2 3

*Cæteraque donaria.*) Notatur ad hoc, quod donaquæ ritè ad myſterium Dei dedicata ſunt diſtrahi non poſſunt, quia quod ſemel Deo dedicatum eſt, ad humanos uſus transferri amplius non debet, ut per Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 11.

*Vel ad venditionem,* &c.) Notatur ad hoc, quod res ſacræ aut religioſæ vendi non poſſunt: concordant *l. ſacra loca, §. fin. ff. de rerum diviſ. l. Hiſpanica* 15. *tit* 5. *part.* 5. *& l.* 22. *tit.* 11. *eadem part.* Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 2. *tit.* 24. ubi res hujuſmodi & alia aurea, & argentea emi à quoquam prohibentur. Covar. *lib.* 2. *variarum, cap.* 16. *num.* 8. Anton Gomez *tom.* 2. *variarum. cap.* 2. *num.* 50. Viv. *commun opin.* 9. Seraph. *de privileg. jurament. privileg.* 52. *n.* 4. *cum ſeqq.* Mozz. *de contractib. tit. de empt. & vendit. cap. de rebus quæ emi & vendi poſſunt, num.* 14. Parlad. *lib.* 1. *rerum quotidianarum, cap. fin. part.* 5. *§.* 3. *num.* 26. Sigiſm. Scace. *de commerc. §.* 1. *quæſt.* 1. 556. *verſ. exemplifica tertiò cum ſequent.* ubi ſubdit hujuſmodi res vendentes incidere in crimen læſæ Religionis, venditionem non valere, Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 340. *n.* 22. Amar. Rober. *de execut. ſentent. cap.* 5. *n.* 66. Azor. *inſtitutionum moralium part.* 3. *lib.* 8. *de empt. & vendit. cap.* 5. *in princip. verſ. ſecundo res ſacræ.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convention. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 4. *cum ſeqq.* ubi ſubdit, quod ſi quis ignorans hujuſmodi res ſacras pro prophanis emerit, quamvis emptio nulla ſit, tamen ex empto actionem habet adversùs venditorem, quod ei habere non liceat, ut quod ſua intereſt conſequatur, noviſſime Hermoſilla *ad gloſſ.* 1. *l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *tom.* 2. *fol.* 72. *n.* 6. ubi addit quod eſt omni jure venditio rerum divinarum, & ſacrarum prohibita, qui emit ſimoniacus, & qui vendit Giezita dicitur, à duodus hujus ſceleris auctoribus. Simone mago, & Giezi. Utrùm autem hujuſmodi res ſacræ, vaſa & ornamenta pro pretio locari poſſint, vide Ugolin. *de ſimon. tab.* 1. *cap.* 44. *§.* 1. *n.* 3. *verſ. quoad primum caſum.* Bonac. *in ſimili tract. quæſt.* 4. *num.* 12. Fillucium *tract.* 45. *c.* 3. *q.* 12. *n.* 18. 5 6 7

*Vel pignus trahere,* &c. Notatur ad hoc, quod res Eccleſiæ, & alia aurea & argentea Eccleſiarum vaſa in pignus dari non poſſunt, Ord. Regia Luſitan. *lib.* 2. *tit.* 24. ubi parens meus Mozz. *de contractib. tractat de pignor. & hypothec. tit. de rebus, quæ pignori dari poſſunt, n.* 13. Vaſquez *in opuſcul. de pignor. cap.* 2. *§.* 2. *num.* 6. 8

*num.* 6. Fagundez *in quinque Eccles. præcepta, præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *à num.* 19. Ego ipse *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 2. *à num.* 42. *& cap.* 3. *num.* 173. Rebell. *de obligat. justit. part.* 2. *lib.* 16. *quæst. unic. de obligat. contract. pignor. num.* 4. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 8. Garc. *reg.* 158. *num.* 3. *&* 4.

8 *Nulla eis actione relinquenda*, &c.) Notatur ad hoc, quod emens, vel in pignus recipiens res Ecclesiæ sacras, ejusque aurea & argentea vasa, pretium perdit, & tenetur eadem Ecclesiæ restituere, unà cum fructibus, ut per Doctores citatos *suprà in collect. ad l. jubemus* 14. § *sanè si hæc nostra, hoc eodem tit.*

9 *Sin autem vel conflata sunt*, &c.) Notatur ad hoc, quod vasa Ecclesiæ confracta, aut destructa, & conflata, ita ut sacra jam non sint, vendi possunt laicis, ut per Molin. *d. disp.* 340. *sub numer.* 22. Azor. *d. cap.* 1. *in princip. vers. secundo.* Joan. Schneid. *ad* §. *sacra, n.* 5. *Inst. de rerum divis.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo Ecclesiæ vasa sacra*, meipsum *d. c.* 2. *n.* 48.

10 *Excepta videlicet causa captivitatis*, &c.) Notatur ad hoc, quod pro redemptione captivorum hujusmodi res sacræ, & alia bona Ecclesiæ alienari possunt, concordant *cap. aurum Ecclesia habet*, 12. *q.* 2. *& l. Hispanica* 1. *tit.* 14. *part.* 1. Covar. *d. cap.* 16. *n.* 6. 8. *&* 9. Perez *l.* 1. *col.* 12. *tit.* 2. *lib.* 1. *ordin.* Mozz. *dicto loco*, Felician. *de censib. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 7. Surd. *cons.* 367. *n.* 43. Card. Mantic. *d. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 13. Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 178. *num.* 6. Marta *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 10. *n.* 3. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 340. *sub n.* 22. Azor. *d. c.* 5. *in princip. vers. secundò.* Gutier. *lib.* 3. *pact. q.* 8. *num.* 2. *&* 3. Hermosilla *loco citato fol.* 72. *verso, n.* 13. *&* 4. Joan Garcia *reg.* 158. *n.* 5. ubi id extendit ad redimendos carceratos.

11 Libertatis enim causa, & captivorum redemptio verè est causa pia, & maximè favorabilis, ex Sarmient. *lib.* 2. *select. cap.* 7. *n.* 35. *vers. præterea*, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 108. *n.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 13. *tit.* 11. *num.* 6. Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 1. *tit. de causa pia, resolut.* 1. *num.* 4. Bened. Ægid, *in repet. l.* 1. *hoc tit. p.* 3. §. *de libertate*, latè dixi *in tractat. de jure Eccles. universo, lib.* 3. *cap.* 27. *ex num.* 13. nam redemptionem captivorum

12 esse summam pietatem, & Reipublicæ Christianæ maximè utilem, dicit Tiraquel. *ad leges connub. glos.* 6. *num.* 277.

13 *Famis.*) Ergo causa alimentorum dicitur causa pia, de quo Tiraquel. *de privileg. piæ causæ, in præfat.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 22. *& de tacitis lib.* 13. *tit.* 12. *num.* 1. Ego ipse *de locis commun. argum. juris, loco* 7. *num. ult.* à pari enim procedunt alimentorum causæ, & redemptionis captivorum Surd. *cons.* 367. *n.* 42.

14 *Nam si necessitas fuerit*, &c.) Notatur ad hoc, quod necessitas fatalis justam causam præstat alienandi, ut per Monach. *de arbitr. casu* 192. *n.* 23. *&* 24. ubi citat hanc legem.

15 *Animas hominum quibuscumque vasis*, &c.) Notatur ad hoc, quod anima cæteris rebus anteponenda est, ut per Tiraquell. *de pia causa, in præfatione, num.* 9. Mascard. *de probation. conclus.* 1171. *num.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 112. *n.* 4. *& præsumt.* 132. *num.* 5. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 1. *lit. A conclus.* 333. *num.* 1. & plures quos refero *de axiomat.*

16 *juris usufreq. axiom.* 16. *per totum.* Et favor animarum publicus est, ut dixi *in tract. de jure Ecclesiast. universo, lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 41.

17 Advertas quod licèt res sacræ, sanctæ, & religiosæ alienari non possint, in emptorem tamen transeunt cum universitate honorum, ut per Fabian. de Monte *de empt. q.* 4. *princ. n.* 44. *q.* 5. Cervantes *l.* 6. *Tauri, n.* 126. Pichard. *in* §. 1. *instit. de inutilib. stipulat. n.* 16.

## SUMMARIUM.

1 *Vasa Ecclesiæ superflua, cum scientia & consensu Prælati, & interesse habentium, ob debitum Ecclesiæ necessarium, & alio modo non liberandum, distrahi possunt.*

2 *Res Ecclesiæ mobiles sine solemnitate emens & acquirens, pretio amisso ad restitutionem tenetur.*

3 *Mobile pretiosum immobilibus æquiparatur.*

4 *Alienatio rerum Ecclesiasticarum requirit auctoritatem & licentiam Ordinarii.*

5 *Vasa Ecclesiæ confracta, aut destructa, itaut sacra jam non sint, vendi possunt laicis.*

6 *Debitum si urgeat ab ipsa Ecclesia contractum, ejus res alienari permittuntur.*

7 *Alienantes indebitè Ecclesiarum res, quas pœnas hodie incurrant, remissivè.*

8 *Calix sacer si fuerit destructus, id est fractus, & inutilis redditus ad sacrorum usus, desinit esse sacer, & æstimari ac vendi potest, à Sacerdotibus tamen.*

9 *Calix integer quando vendi possit Ecclesiæ vel etiam privato Clerico ad usum Oratorii, & servitium alterius Ecclesiæ, remissivè.*

## Auth. Præterea si habeant.

OB debitum Ecclesiæ necessarium, & alio modo non liberandum, superflua vasa cum scientia, & consensu Prælati, & interesse habentium, distrahi possunt. Item res Ecclesiæ mobiles sine solemnitate emens & acquirens, pretio amisso ad restitutionem tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *sup. hoc tit.* 1

*Ne quid immobile alienetur*, &c.) Vel mobile pretiosum, cum immobilibus æquiparetur, ut per Doctores quos citavi *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 95. *n.* 39. Filliuc. *in qq. moral. tom.* 2. *tract.* 34. *de alienat. rerum Eccles. c.* 4. *n.* 22. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 465. *n.* 4. Hermosill. *ad gloss. l. l.* 15. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 72. *verso, num.* 17. *&* 18. 2

*Gestis habitis coram eo, cujus est loci ordinatio.*) Ergo in hujusmodi rerum Ecclesiasticarum alienatione requiritur auctoritas & licentia Ordinarii, *cap. sine exceptione*, 12. *q.* 2. declarando illud prout dixi *in meis collect.* Vide quæ cumulavi *dicta alleg.* 95. *n.* 37. *cum sequenti.* Hermosilla *citato loco, n.* 52. *cum seqq.* 3

*Vel conflata cuilibet aliis vendantur.*) Notatur ad hoc quod vasa Ecclesiæ confracta, aut destructa, itaut sacra jam non sint, vendi possint laicis. Ita Albert. Brun. *in tract. de interitu & perempt. num.* 14. *&* 15. *tom.* 17. *tract. Doctorum*, Petr. Gregor. *syntag. juris lib.* 15. *c.* 7. *num.* 5. P. Molin. *de Justitia tract.* 2. *disp.* 340. *sub n.* 22. Joan Schneid. *ad* §. *sacra, n.* 5. *Instit. de rerum divis.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 8. *de empt. & vendit. cap.* 5. *in princ. vers. secundò*, Hermosilla *citato loco. fol.* 72. *verso num.* 11. Gal. *n. margarita & casuum conscientiæ, verbo Ecclesiæ vasa sacra, & verbo Sacrum.* Ego ipse *de jure Eccles. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 48. 4

*Quo magis debitum persolvatur.*) Notatur ad hoc, quod si debitum urgeat ab ipsa Ecclesia contractum ejus res alienari permittuntur, ut per Marc. Anton. Genuens. *in pract. Eccles. q.* 459. *n.* 2. quem refero ego ipse *dicta alleg.* 95. *n.* 13.

*Eisdem pœnis subjaceat*, &c.) Quas pœnas hodie incurrant indebitè alienantes Ecclesiarum res, vide *Extravagant. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.* & Concil. Trident. *sess.* 22. *de reformat. capite* 11. & quæ dixi *in collectaneis an utrumque locum.* 6

8 In gloss. *Conflata*, ibi, *quod calix fractus non sit sacer*, &c. Notatur ad hoc, quod calix sacer, si fuerit destructus, id est fractus & inutilis redditus ad sacrorum usus, desinit esse sacer, & æstimari ac vendi potest, à Sacerdotibus tamen, ut per Sylvest. *verbo benedictio*, *num.* 7. Brun. *de cæremon. lib.* 3. *cap.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *c.* 30. *n.* 41.

9 Quando autem integer cælix vendi possit Ecclesiæ, vel etiam privato Clerico ad usum Oratorii, & servitium alterius Ecclesiæ? vide Redoan. *de simon. part.* 3. *cap.* 17. *num.* 18. Ugolin. *eod. tract. tab.* 1. *cap.* 3. §. 3. *num.* 2. Rebell. *de oblig. justit. part.* 2. *lib.* 9. *q.* 18. *sect.* 4. *num.* 34. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 240. *vers. res item sacra*, Fagundez *in quinque Eccles. præcepta*, *præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 20. Suarez *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 14. meipsum *in d. tract. de jure Eccl. universo*, *libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 47. ubi resolvimus sacrilegium esse, non simoniam, vendere, vel oppignerare vasa, aut vestimenta sacra, etiam ad usus sacros, & servitium alterius Ecclesiæ; non quatenus sacra sint, sed ratione materiæ, quâ constant, propter irreverentiam quæ fit rebus sacris, dum sine necessitate venales fiunt.

---

SUMMARIUM.

1 *Ecclesiæ lucrativam descriptionem non solvunt.*
2 *Totius, & partis idem est judicium.*
3 *Doctores referuntur de materia hujus l. agentes.*
4 *Argumentum validum est de toto ad partem, quando eadem, non diversa militat ratio: & è contra à parte ad totum, num.* 5.

## L. Sancimus. XXII.

*Idem* A. *Demostheni. P. P.*

1 ECclesiæ lucrativam descriptionem non solvunt, Patres etiam religiosarum domuum immunes sunt
2 à lucrativa descriptione. Item totius & partis idem est judicium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

3 Vide de materia hujus leg. & de his lucrativis descriptionibus Cujac. *ad l. unic.* C. *de imponend. lucrat. descript.* Ferrand. *lib.* 2. *explicat. c.* 1. Franc. Gratian. *de concil. legum, lib.* 1. *c.* 1. *num.* 4.

4 *In parte autem*, &c.) Ergo à toto ad partem validum est argumentum, quando eadem, non diversa militat ratio: plures citati per me *de locis commun. argum. juris. loco* 114. sicut è contra validum est ar-
5 gumentum à parte ad totum, *ibidem loco* 71.

---

SUMMARIUM.

1 *Ecclesia, & civitas æquiparantur.*
2 *Præscriptio contra Ecclesiam, & Rempub. non currit nisi per spatium centum annorum.*
3 *Præscriptio, quæ in infinitum non currit, longissimo tempore quoad hominum vitam, & quidem spatio centum annorum includitur.*
4 *Ecclesia & civitas in rebus relictis jure hæreditario, & in legatis, donationibus, & venditionibus habent privilegium, ut non minori tempore quàm per centum annos præscriptio causari possit.*
5 *Dispositio hujus leg. non est correcta in civitate per Auth.* quas actiones, *immediatè sequentem.*
6 *Fiscus & Ecclesiæ æquiparantur.*
7 *Dominium transfertur in piam causam absque traditione.*
8 *Ista lex de omnibus agit contractibus & actionibus ex quacumque alia causa, ultra in ea contentas.*
9 *Donatio tacita, seu præsumpta facta Ecclesiæ transfert dominium ex solo titulo sine traditione.*
10 *Tractat lex ista de omnibus juribus Ecclesiarum, & piorum locorum.*
11 *Nihil speciale tribuit Ecclesiæ Romanæ, sed indistinctè loquitur de omnibus Ecclesiis.*
12 *Civitatum appellatione comprehenduntur quandoque castra, seu villæ.*
13 *Indeterminatio est reprobata à jure.*
14 *Dominium non solùm in Ecclesiam ipso jure transfertur, sed etiam personalis actio datur.*
15 *Vita hominum longissima est centum annorum, seu præsumitur quis vivere usque ad centum annos.*
16 *Ætas nonnullorum centum annos excedentium.*
17 *Homines in Suecia ad* 130. *&* 140. *annos perveniunt.*
18 *Joannes Tempes Gallus vixit* 135. *annos.*
19 *Intelligitur hæc lex agens de præscriptione centenaria.*
20 *Venditio quando est facta Ecclesiæ & alteri, ille debet præferri, cui primò res est vendita, licèt alteri qui secundo loco habuit contractum, fuisset tradita.*
21 *Possessio sine traditione non transfertur.*

## L. Ut inter Divinum. XXIII. & ult.

ECclesia, & civitas æquiparantur. Item contra 1
Ecclesiam, & Rempubl. non currit præscriptio, nisi per spatium centum annorum. Pecuniæ ad re-
demptionem captivorum legatæ, relictæ, & donatæ 2
intra spatium centum annorum contra Ecclesiam non præscribuntur. Præscriptio, quæ in infinitum non currit, longissimo tempore quoad hominum vitam, & quidem spatio centum annorum includitur. Colli- 3
gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* Vide pro intellectu hujus legis Ferrandum *lib.* 2. *cap.* 2. Cujac. *lib.* 3. *cap.* 20. *& lib.* 5. *cap.* 5. & Pileum *quæst.* 133. & post omnes de hac lege particulariter agentem Hubert. Giphanium.

Probat hæc lex, quod in rebus relictis jure hæredi- 4
tario, & in legatis, donationibus, & venditionibus, Ecclesia, & civitas habent privilegium, ut non minori tempore quàm per centum annorum curricula præscriptio causari possit. Cujus quidem legis dispositio jam hodieper *auth. quas actiones*, (quæ post hanc legem 5
sequitur) correcta est, & illa præscriptio redacta ad præscriptionem 40. annorum, secundùm Boër. *decis.* 264. *n.* 22. Odoard. Caldeira *de erroribus pragm. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.* ubi hanc partem defendit nervosè. Sed contrarium, immò quod hæc lex non sit correcta in civitate, ex Aym. Cras. Jas. & aliis resolvunt Cov. *in reg. possessor. p.* 2. §. 2. *num.* 9. Cevall. *commun. contra commun. q.* 49. *num.* 2. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. alia*, §. *eleganter*, *num.* 105. *ff. sol. matrim.* Rebell. *de obligat. justit. lib.* 1. *de prælud. quæst.* 6. *sect.* 5. *num.* 34. ubi dicit quod quamvis Ecclesia, & civitas fuerint hîc æquiparatæ quoad illud privilegium, ne adversùs eas curreret minor præscriptio quàm centenaria, Ecclesia quidem ob favorem Religionis, sive propter jus divinum, civitas verò propter favorem publicum, & prophanum, tamen per d. Authent. *quas actiones*, in qua corrigitur privilegium illud quoad Ecclesiam, ut sola Romana illo utatur, non censetur corrigi idem privilegium civitatibus concessum, cùm lex correctoria, qualis est dicta Auth. ex similitudine rationum nullam possit admittere extensionem ad alios casus. Et dicit idem D. Barbos. *in l. si constante*, *in princip. num.* 106. quod quamvis dicta Auth. *quas actiones*, corrigat illud privilegium in Ecclesia, non ob id censetur corrigere civitatibus concessum, ob diversam rationem in specie, quantumcumque similem habeat effectum.

Ad

6 Ad vulgarem hujus legis allegationem, quod scilicet fiscus & Ecclesia æquiparentur, vide Perez *l.* 10. *gloss.* 4. *per tot. tit. fin. lib.* 4. *Ordin* Gutier. *canon. lib.* 1. *quæst.* 8. *à num.* 67. Cald. Pereira *de contract. emphyt. cap.* 2. *num.* 14. Marta *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 11. *num.* 48. Sfort. *de integ. restit. q.* 3. *art.* 13. & 14. idem Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus, num* 62. Menoch. *cons.* 39. *num.* 4. meipsum *in locis communib. argum. juris, loco* 40. *num.* 4. & *loco* 49. *num.* 1.

7 Et vulgò etiam citati solet hoc, quod dominium transfertur in piam causam absque traditione, latè Garc. *reg.* 467. *num.* 1. *cum seqq.* ubi ampliat etiam in relictis universalibus favore piæ causæ, & in civitate & fisco: & *à num.* 6. limitat quando venditio celabratur cum procuratore Ecclesiæ, & in voto in Clericis, in possessione, & permutatione, Tiraq. *de privil. piæ causæ, privileg.* 107. & *in l. si unquam, verbo Donatione largitus, num.* 308. Ant. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *num.* 10. *vers. legitimo*, Surd. *de alimentis tit.* 8. *privil.* 61. *n.* 9. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 369. *num.* 7.

8 *Si quis aliquam reliquerit hæreditatem*, &c.) Nota hanc legem non solùm de legatis, & donationibus, atque venditionibus tractasse, neque de talibus casibus hic contentis, ut Bart. existimavit *in d. authent. quas actiones, num.* 1. & Cov. *in d. reg. possessor, part.* 1. §. 2. *num.* 9. sed de omnibus contractibus, & actionibus ex quacumque alia causa, ut per Pinel. *in auth. nisi tricennale, C. de bonis mat. num.* 57. *vers. infertur quinto*, Odoard. Caldeira *de erroribus pragm. lib.* 4. *cap.* 1. *ferè per totum, & in cap.* 7. *num.* 1. *in fine*, ait legata hic & donata, & vendita magis pro exemplis posita, quàm pro speciebus.

9 *Vel donationis*, &c.) Procedere dispositionem hujus l. quæ transfert rei donatæ dominium ex solo titulo sine traditione favore Ecclesiæ, in tacita donatione facta Ecclesiæ, tenent relati per Alphan. *collect.* 89. *vers. quid in donatione etacita*, Tiraq. *in l. si unquam, verb. donatione largitus, num.* 143. & 176. & *in tract. le mort, part.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. & 12. & *de jure mariti gloss.* 5. *num.* 59. Ant. Fab. *decad.* 48. *errore.* 2. Et in præsumpta donatione, Roland. *in tract. de lucro dotis, quæst.* 75. *num.* 29. Tiraq. *in l. si unquam, verbo Donatione largitus, num.* 169. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 47. *num.* 11. & *cons.* 3. *num.* 9. & *num.* 34. *col.* 2.

10 *Sive sacrosanctis Ecclesiis*, &c.) Hanc legem tractare de omnibus juribus Ecclesiarum, & piorum locorum, probat Odoard. Caldeira *d. lib* 4. *cap.* 4. *per*
11 *tot.* Et nihil speciale tribuit Ecclesiæ Romanæ, sed indistinctè loquitur de omnibus Ecclesiis, Pinel. *in d. auth. nisi, n.* 57. *vers. infertur.* 4. Odoard. Caldeira *d. lib.* 4. *cap.* 2.

12 *Necnon juri civitatum*, &c.) Castrorum etiam, seu villarum, ut per Curt. jun. *cons.* 74. *n.* 33. Ludov. Gom. *in §. rursus, n.* 18. *Instit. de action.* quos refert Cevall. *commun. contra communes q.* 4. *n.* 2.

13 *In infinitum.*) Notatur ad hoc, quod indeterminatio est reprobata à jure ut per Jas. *in l. quominus, n.* 136. *ff. de fluminib.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *c.* 1. *n.* 175. Et infinita est vitanda, Cald. Pereira *de potest. elig. cap.* 2. *n.* 18. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 600. *n.* 30. Card. Tusch. *pract. concluss. tom.* 4. *lit. l. concl.* 128. *per tot.* cum aliis per me citatis *de Axiom. juris usufreq. axiom.* 125.

14 *Non solum personales*, &c.) Ergo Ecclesiæ datur & realis & personalis actio, & ita non solùm dominium in Ecclesiam ipso jure transfertur, sed etiam personalis actio datur, ut per Sarmient. *de redditib. Eccles. p.* 3. *cap.* 2. *n.* 8. ubi *n.* 16. dicit quod hypotheca, de qua hæc lex loquitur, est utilis, non directa.

15 *Centum metas annorum*, &c.) Hæc lex communiter allegari solet ad hoc quod longissima hominum vita est centum annorum, seu quod quis præsumitur vivere usque ad centum annos. Vide Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 5. *de præscript.* 30. *ann. num.* 75. Bertrand. *consil.* 337. *incip. Ex his quæ ex parte num.* 4. *vol.* 8. Burg. de Paz. *cons.* 17. *num.* 1. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 7. *num.* 6. & *in reg. possessor, part.* 2. §. 2. *num.* 91. Pinel. *in auth. nisi, num.* 57. *C. de bonis mat.* & *in leg.* 2. *C. de rescind. vend. part.* 3. *cap.* 4. *n.* 33. ubi inquit, non probari in hoc textu quem præsumi vivere centum annos, sed posse vivere, Magon *Lucensi decis.* 44. *num.* 12. Menoch. *de præs. libr.* 6. *præs.* 44. & *de arbitr. casu* 508. Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 7. *ex num.* 22. Card. Tusch. *tom.* 8. *lit. V, concl.* 226. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disput.* 46. *num.* 1. Valenz. *cons.* 17. *num.* 52. Anton. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de præsumpt. concl.* 16. *num.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 1150. Gutier. *practic. lib.* 2. *quæst.* 7. *num.* 5. *cum seqq.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 12. *num.* 70. *cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 10. *quæst.* 5. *num.* 4. Brunor. a Sole *in locis communib. verbo Antiquum, num.* 4. Alphan. *collect.* 89. *prope fin.* Perez de Lara *de capellan. & anniversar. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 44. Valasc. *cons.* 193. Cabed. *p.* 1. *arresto* 97. Castill. *quotid. lib.* 1. *part* 1. *cap.* 13. *num* 41. ubi ait in hac lege nequaquam id probari, ad quod vulgò citari solet, videlicet juris præsumptione cujuslibet hominis vitam censeri usque ad centum annos, sed solùm ex ea probari, posse hominem usque ad centum annos vivere, sive quod longissimæ vitæ terminus hominis est meta centum annorum.

De ætate nonnullorum centum annos excedentium, vide Plin *naturalis historiæ lib.* 7. *cap.* 49. Silv. Nupt. *lib.* 2. *cap.* 11. Joan. Garc. *d. gloss.* 12. *à num.* 76. Card. Cæs. Baron. *tom.* 1. *annalium Ecclesiæ, anno Christi* 70. *pag.* 710. Joan. Boter. *p.* 2. *de la relacion univers. lib.* 1. *c. de Suecia, pag.* 46. ubi asserit ibi vivere homines 130. & 140. annos. Eduard. Non. de Leon. *in chronica Regum Portugaliæ, in vita primi Regis Alphonsi Enriquez.* ubi attestatur, Joannem Tempez Gallum vixisse 135. annos, idem asserit Petr. Marizius *in libro quem inscripsit, Dialogos de varia historia, fol.* 322. P. Maphæus *histor. Indiar. lib.* 11. *pag. mihi* 492. Fr. Henric. Monroy *in apologia contra Archiep. Tolet. p.* 1. *cap.* 36. *fol.* 181. Blas. Alvarez Mirabal *de la conservacion de la salud, cap.* 5. Martin. Delr. *disquisition. magic. lib.* 2. *quæst.* 35. Anton. de Govean. *in libro quem intitulavit, lornada de Arçobispo de Goa, lib.* 2. *cap.* 23. 16 17 18

*Hæc autem omnia observari sancimus*, &c.) Vide Cerras. *lib.* 1. *miscel. cap.* 18. Aleiat. *reg.* 1. *præs.* 44. Costa *lib.* 1. *select. cap.* 19. *n.* 1. 19

In gloss. *Moveatur.* Notatur ad hoc, quod hæc lex agens de præscriptione centenaria pro rebus venditis, donatis, & per ultimam voluntatem relictis, locum quidem habet cùm agitur contra venditorem; donatorem & hæredem delinquentis, seu adversùs illorum hæredes, secus verò si tertius rem possideat; nam hîc licèt singularis successor ab illis causam habeat, præscribit spatio triginta & quadraginta annorum adversùs civitatem, fiscum, & Principem, ut per Cravet. *de antiq. tempor. in p.* 4. §. *absolutis, n.* 47. Pereg. *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 7. Gilken. *in d. auth. quas actiones, c.* 14. *n.* 18. 20

In gloss. *In rem*, ibi, *sed tu dic*, &c. Notatur ad hoc, quod in venditione facta Ecclesiæ, & alteri, ille debet præferri, cui primò res est vendita, licèt alteri, qui secundo loco habuit contractum, fuisset tradita, ut per Ant. Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de empt.* & *vend. concl.* 2. *num.* 15. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 369. *num.* 7. 21

In ead. gloss. ibi, *nunquid possessio sine traditione transfertur, resp. non.* Ita Tiraq. *in tract. le mort, p.* 2. *declar.* 11. 22

*declar.* 11 *n.* 2. *& de jure mariti*, §. 1. *gloss.* 2. *n.* 43. *& de constituto limit.* 26. *n.* 5. Ant. Gom. *l.* 45. *Tauri*, *n.* 4. *& l.* 50. *n.* 27. Less. *de Iustit. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 3. Rebell. *de obligat. justit. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 8. *sect.* 4. *num.* 18. Valasc. *de jure emphyt. q.* 18. *n.* 34.

---

## SUMMARIUM.

1 *Præscriptio* 40. *annorum spatio currit quoad immobilia, contra alias Ecclesias præter Romanam.*

2 *Privilegium* leg. ult. sup. hoc tit. de sacrosanct. Eccles. *civitatibus concessum, an corrigatur per hunc Auth.*

3 *Tempus* 40. *annorum jam hodie sufficit, & necessariò requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam, & alia pia loca.*

4 *Ecclesiæ, tam Romanæ, quàm particularis res mobiles, & se moventes triennio præscribi possunt, sicut in aliis.*

5 *Præscriptio centenaria adversùs Ecclesiam Romanam requiritur.*

6 *Præscriptio centenaria currit adversùs fiscum Romanæ Ecclesiæ, & quadraginta annorum contra alias Ecclesias.*

7 *Præscriptio centenaria necessaria est contra Romanum Imperium.*

8 *Extensio ex majoritate rationis non conceditur in correctoriis.*

9 *Ecclesia restituitur in integrum adversùs decursum tempus.*

10 *Ecclesia potest restitui adversùs præscriptionem quadraginta annorum intra quadriennium.*

## AUTH. Quas actiones.

1 NUnc sola Romana Ecclesia in rebus præscriptione amittendis centum annorum privilegio munita, contra alias Ecclesias quoad immobilia 40. annorum spatio currit præscriptio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* Vide pro intellectu hujus Authent. Ariam Pinel. *in repet. authent. nisi triennale, C. de bon. mat.*

2 Vide quæ dixi *suprà ad l. inter divinum*, immediatè præcedentem ad illam quæstionem, an hæc Authent. corrigat dictæ legis privilegium civitatibus concessum.

3 *Quadraginta annis excluduntur.*) Notatur ad hoc, quod ad præscribendum contra Ecclesiam, & alia pia loca venerabilia, tempus quadraginta annorum hodie sufficiat, & necessariò requiratur, ut per *l. Hispan.* 26. *tit.* 29. *p.* 3. *ubi gloss.* 1. *&* 2. Balb. *de præscript. p.* 1. *quintæ princip. à princip.* Covar. *in regul. possessor, p.* 2. §. 2. *n.* 3. *vers. immò*, Padil. *in l.* 2. *num.* 45. *cum seqq. C. de servit.* Garc. *regul.* 367. ubi multipliciter declarat Marta *de jurisdict. part* 4. *cent.* 1. *casu* 48. Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib.* 2. *tit. de in integrum restit. resol.* 1. *pag.* 160. Odoard. Caldeira. *de error. pragmat. lib.* 4. *c.* 5. 6. *&* 7. plures quos citavi *in collect. ad cap. de quarta*, *num.* 4. *de præscript.* ubi assero procedere in rebus Hospitalium, & piorum locorum, qui instituuntur in pauperum usus, & etiam contra privatum, qui cum Ecclesia communem habet rem aliquam indivisibilem, & etiam in præscribendo fundo dato in dotem Ecclesiæ: & tandem resolvo ibi, hoc ipsum locum habere in Ecclesia quæ successit privato, cujus res immobilis præscribi cœperat; siquidem respectu temporis residui, quod deficit ad præscriptionem complendam, poritur Ecclesia pro rata suo privilegio quadraginta annorum, & *in collect. ad cap. ad aures* 6. *& in cap. illud* 8. *eod. tit. de præscript.* probavi Ecclesiam contra Ecclesiam præscribere annis quadraginta.

*Usucapione triennii*, &c.) Notatur ad hoc, quod res 4
mobiles, & se moventes, Ecclesiæ tam Romanæ, quàm particularis, triennio præscribi possunt. sicut in aliis, ut dixi *in collect. ad cap. cum vobis* 14. *n.* 4. *de præscript.* & *ibi* citatis adde Peregrin. *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 8. *n.* 44. Molin. *de Iustit. disp.* 98. *concluf.* 1. Lessium *de Iustit. lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 7. *num.* 22. Sanchez *in præcepta Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 90. cujus tamen contrarium probat Marta *d. casu* 48. *n.* 8. *cum seqq.* ubi *num.* 20. tenet hanc Authent. minimè ligare Ecclesiam, nisi esset recepta de jure Canonico *in d. cap. illud*, quia Ecclesia circa præscriptiones non utitur alio jure quàm Canonico.

*Sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum* 5
*spatio.*) Notatur ad hoc, quod centenaria præscriptio adversùs Ecclesiam Romanam requiritur, ut per Bernard. *reg.* 221. Garc. *reg.* 367. *num.* 4. Boër. *dec.* 264. *num.* 24. *&* 25. Bald. *d. p.* 1. *quintæ princip. à num.* 16. Covarr. *in reg. possessor p.* 2. §. 2. *num.* 3. *&* 9. Pinel. *in auth. nisi, num.* 57. *C. de bon. matern.* Surd. *decis.* 1. *n.* 2. Molin. *de Iustit. disp.* 72. *vers. secund.* meipsum *in collect. ad cap. ad audientiam* 13. *numer.* 5. *de præscriptione.*

Amplia idem in fisco Ecclesiæ, tam in rebus im- 6
mobilibus, juribus, & actionibus, sive incorporatis fisco, sive non, dummodò delatis, currit præscriptio centenaria adversùs fiscum Romanæ Ecclesiæ, & quadraginta annorum contra alias Ecclesias. Ita Bald. *d. part.* 1. *quintæ princ. num.* 5. Pereg. *de jure fisci lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 52. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 52. *num.* 5. ubi *num.* 6. subdit hodie per Bullam in Cœna Domini interrumpi omnem præscriptionem contra Romanam Ecclesiam.

Amplia etiam idem centum annorum spatium ne- 7
cessarium esse contra Romanum Imperium, ut per Alexand. *cons.* 84 *col.* 2. *vol.* 1. Brun. *cons.* 46. *n.* 6. *&* 7. Surd. *d. cons.* 1 *n.* 2.

In gloss. *Excluduntur*, ibi, *quia in ea non invenitur* 8
*correctum.*) Notatur ad hoc, quod extensio ex majoritate rationis non conceditur in correctoriis, ut per Duen. *reg.* 286. Villalob. *commun. opin. lit. E, num.* 153. Tiraquell. *de jure mariti gloss.* 2. *num.* 22. Marc. Anton. Eugen. *cons.* 49. *n.* 24. *vol.* 1. Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 17. *de legib. num.* 112. *pag.* 221. D. Barbos. *in l. si constante*, *in princip. n.* 106. *ff. soluto matrim.* Honded. *cons.* 9. *num.* 9. *cum seqq. lib.* 1. Ozasch. *Pedem. decis.* 147. *num.* 2. Farinac. *frag. crimin. p.* 1. *lit. E*, *num.* 5.

In eadem gloss. ibi, *poterit restitui*, &c. Notatur ad 9
hoc, quod Ecclesia restituitur in integrum adversùs decursum tempus, ut per Bald. *d. p.* 1. *quintæ*, *n.* 30. Boër. *decis.* 39. *n.* 3. Flamin. Paris. *d. resign. benefic. lib.* 11. *quæst.* 4. *n.* 60.

In eadem gloss. ibi, *ad quadriennium*, &c. Notatur 10
ad hoc, quod Ecclesia potest restitui adversùs præscriptionem quadraginta annorum intra quadriennium, de quo vide Covar. *in reg. possessor*, *p.* 3. §. 3. *num.* 4. Mench. *usufreq. cap.* 9. *num.* 3. Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. quæst.* 23. *de restitut.* §. 1. *num.* 7. Sfort. *de restit. quæst.* 90. *art.* 3. Fachin. *controv. lib.* 1. *cap.* 1. Cardin. Tusch. *pract. concluf. lit. R, concluf.* 297. *num.* 7.

*De Episcopis, & Clericis, & Orphanotrophis, & Xenodochis, & Brephotrophis, & Ptocotrophis & Asßetriis, & Monachis, & privilegiis eorum, & castrensi peculio & redimendis captivis: & de nuptiis Clericorum vetitis seu permißis.*

TIT. III.

SUMMARIUM.

1 *Episcopi qui sint.*
2 *Clerici qui.*
3 *Orphanotrophi qui.*
4 *Xenodochi qui.*
5 *Brephotrophi qui.*
6 *Ptocotrophi. qui.*
7 *Ascetriæ quæ.*
8 *Monachi qui.*
9 *Orphanotrophia sunt loca in quibus filii orbi, & parentibus privati nutriuntur.*
10 *Ptocotrophia sunt loca alendis pauperibus parata - quæ nos communi vocabulo Hospitalia vocamus.*

1 2 EPISCOPI sunt, quibus, totius Ecclesiæ cura incumbit. Clerici sunt Episcoporum Ecclesiæ ministri. Orphanotrophi curam habent minorum, qui parentibus orbati, & bonis destituti sunt. Similiter Xenodochi advenarum, Brephotrophi infantium, Ptocotrophi inopum curam gerunt, quasi eorum tutores, vel curatores. Ascetriæ dicuntur, quæ ut liberè Deo 5 serviant, & divinis meditationibus se perpetuò 6 exerceant, in ascetriis, id est, locis ad id destinatis 7 degunt. His similes sunt Monachi, sed in eo differunt, 8 quod in monasteriis vivunt, id est, in locis desertis, à vulgi commercio remotis: hæ omnes personæ religiosæ sunt & fruuntur variis privilegiis, & habent quasi castrense peculium, quasi cœlestes, seu religiosi milites: Curare enim pro sua pietate & religione debent; ut captivi, redimantur. Nuptias contrahere alii possunt, alii prohibentur, secundùm distinctiones quæ sub hoc titulo declarantur. Scripserunt in hanc rubricam Bart. Alb. Cyn. Barthol. de Capua, Anton. Fontan. Aloys. Leo, Perr. Gilchen, Sebast, Nævius, item Cujac. Pacius, & Wesembec. *in paratitlis*

*Episcopis.*) De officio & potestate Episcoporum integros tractatus edidere Joannes Baptachinus, & Bartholomæus Ugolinus: alium omnibus numeris absolutissimum edidi in tres partes divisum.

De promovendis Episcopis libellum promulgavit Sebastianus Medices.

De consecratione Episcopi alium in lucem edidit Stanislaus Socolovius.

De Episcoporum dignitate tractatus edidêre Troylus Malvetius & Jacobus Simanchas.

De sacra Episcoporum auctoritate Joannes Filesacus.

De statu, & munere Episcopali optimè egit Lælius Zechius.

*Barbos. Collect. in Cod. Tom. 1.*

De optimo Episcopo Per dialogos disseruit Jaonnes Baptista Signius.

De institutione Episcopi libellum imprimi fecit, qui alio nomine dicitur *Canon Episcopis*, Pertus Blesensis.

De residentia Episcoporum scripsêre Thomas Caietanus, Bartholomæus Carranza, Jacobus Naclantus, Dominicus Soto, & Ambrosius Catharinus.

De Episcopis titularibus particulariter egit Hieronymus Vielmius.

De jurisdictione Episcopi tractatum scripsit Franciscus Vargas.

De ordine, jurisdictione, & residentia Episcoporum pariter scripsit Antonius Paganus.

De jurisdictionis Episcopalis defensione libellum fecit Antonius de Prætis.

De Episcopis, & ministris Ecclesiasticis scripsit Alphonsus Madrigal.

De erectione Episcopatuum novorum in Belgio librum edidit Arnoldus Alalvensis.

De Episcopatûs apperitione breviter, sed doctè scripsit Hieronymus Regius.

Epicoporum speculum in lucem edidit Rutilius Benzonius, Epicopus Lauretanus.

De Coadjutore Episcopi scripsit Thomas Campegius *tom. 15. tract. Doctor. p. 2. pag. 539.*

De pensionibus Episcopalibus tractavit Camillus Cautius *tom. 15. tract. Doctor. 3. p. 2. pag. 534.*

De Episcopali, & Parochiali Canonia Petrus de Ubaldis *tom. 15. tract. Doctor. p. 2. pag. 198.*

De Episcopi Romani diœcesi scripsit Hironymus à Lendro junior.

De statutis Episcoporum Synodalibus tractatum in lucem edidit Henricus Bottæus.

De Episcoporum causis majoribus, & rerum Capitalium ad Papam deferendis, Lælius Jordanus.

De examine Episcoporum volumen edidit Hieronymus Venero & Leiva, Archiepiscopus Montis Regalis.

Episcopalia aphorismata breviter, sed dilucidè promulgavit Scipio de Rubeis.

Episcoporum enchiridion scripsit P. Bartolomæus Gavantus.

Episcopalem praxim in lucem edidêre Thomas Zerola, & Paulus Piasecius, & noviſſimè Mauricius Alzado.

*Clericis*) Clericalium disquisitionum partem primam edidit Joannes Maria Belletus.

De Clericorum regularium & secularium, successione ab intestato egit Nicolaus de Vbaldo. *tom. 9. tract. Doctorum, p. 1. fol. 351.*

De Clericorum instituto peculiariter tractavit Joannes Belomeque.

De Clericorum præstantia Antonius de Prætis.

De Clericorum & Sacerdotum excellentiis Dionysius Paulus Lopys.

De Clericorum vita & honestate Sebastianus Facinsa.

De Clericorum privilegiis Paulus Squillante.

*Orphanotrophis*) Hinc Orphanotrophia, loca in 9 quibus filii orbi, & parentibus privati nutriuntur, ut per Calvin. *in suo Lexic. juridico, sub hoc verbo*, Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 15. cap. 28. n. 3.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli n. 91 n. 5.*

*Ptocotrophis.*) Hinc Ptocotrophia, loca alendis pau- 10 peribus parata, quæ nos communi vocabulo Hospitalia vocamus. Vide Calvin. *in suo Lexic. juridic. sub hoc verbo.* Petr. Greg. *d.c. 18. n. 7.*

*Et Ascetriis.*) Vide *in collect. ad l. omnia privilegia 33. infr. hoc. eod. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Clerici onera extraordinaria, & hospitum receptiones non sustinent.*
2 *Famuli conductitii Clericorum nullo exemptionis gaudent privilegio, sed tantùm mancipia, aut servi, qui in eorum dominio sunt.*
3 *Milites hospitare cogi possunt Clerici, eorumque mancipia.*

## L. Juxta. I.

*Imp.* CONSTANTINUS A.

*Clericis salutem dicit.*

1 CLerici onera extraordinaria, & hospitum receptiones non sustinent. Colligunt ex Ordinar. Barr. Salicet. Alban. Cyn. Castrens. Bald. Aloys. Leo, Perr. Gilken, Sebast. Næv. remissivè Ximen. *in cord. p.* 1. *&* 2. *&* Casal. *in annot.*

*Et mancipia vestra*, &c.) ex his verbis colligunt 2 Doctores magnis communiter, famulos conductitios Clericorum nullo exemptionis gaudere privilegio, sed tantùm mancipia, aut servos, qui in eorum dominio sunt; hi enim eodem modo à tributis eximuntur, quo reliqua Clericorum bona: nam si servi Clericorum gravarentur hujusmodi tributis, ipsi Clerici, seu Ecclesia gravarentur, quia hoc in ipsorum damnum redundat, quodammodò maneret inutile, & sine effectu privilegium; & ideo sic resolvunt, & intelligunt text. *in præsenti* Thesaur. *decis.* 22. *n.* 5. *& dec.* 116. *n.* 12. Soar. *in defensione Fidei Catholicæ, contra Anglicanæ sectæ errores, lib.* 4. *cap.* 29. *n.* 12. Ego ipse *de jure Eccles. universo, lib.* 1. *c.* 39. §. 2. *n.* 59.

*Neque hospites suscipietis.*) Notatur ad hoc, quod 3 Clerici, eorumque mancipia cogi non possunt ad hospitandum milites, ut per Gregor. *l.* 51. *tit.* 6. *part.* 1. Joan. Anton. de Nigris *in Extravag. Clementis VII. de vita, & honest. cleric. num.* 131. Perez *leg.* 11. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ord. pag.* 52. *& l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *pag.* 60. *& leg.* 27. *tit.* 3. *cod. lib.* 1. *pag.* 109. Rebuff. *in tract. congruæ portionis, num.* 73. Flores de Mena *var. lib.* 2. *quæst.* 21. *n.* 207. Piatec. *in praxi Episcop. p.* 2. *c.* 4. *num* 56. *vers. neque tenentur*, Mart *de jurisdict. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 86. *n.* 9. Joan. Franc. de Ponte *de potest. Proregis, tit.* 1. §. 6. *numer.* 54. Bonacin. *de contractib. disput.* 2. *q.* 9. *puncto* 2. §. 5. Squillante *de privileg. cleric. cap.* 9. *princip.* ubi *n.* 4. post Molfes. *in sum. Theolog. moral. part.* 2. *tract.* 12. *cap.* 22. *n.* 166. resolvit, quod in Regno Neopolitano, si Clericus habitaverit in domo pro communi, & indiviso cum fratribus, & nepotibus laicis, isti laici etiam habent hanc immunitatem, ut in domo non cogantur hospitare milites, & alios officiales, ne Clericus inde sustineat incommoda; sed tenentur contribuere in pecunia. Et idem Squillante *d. loco, num.* 5. post Carol. de Grass. *de effectib. clerical. effectu* 3. *n.* 287. hoc ipsum dicendum ait, etiamsi Clericus habitaret cum patre.

In gloss. *Collationibus*, ibi, *scilicet sordidorum munerum, vel extraordinariorum.* Vide Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib.* 1. *c.* 77.

SUMMARIUM.

1 *Clericis immunes esse debent à conventionibus, injuriis, & exactionibus laicorum.*
2 *Clericis quæ consumpserunt, in usum pauperum conferent, & quæ collegerunt, pro religionis lucro æstimabunt.*
3 *Clerici, eorumque liberi, familiares, ac ministri à parangariis sunt immunes.*
4 *Fructus illos, qui ad congruam sustentationem necessarii non sunt, in pauperes & pios usus erogare debent beneficiarii.*
5 *Pauperes quibus beneficiarii fructus illos erogare debent, qui ad congruam sustentationem necessarii non sunt, illi dicuntur qui ostiatim eleemosynam quærunt, &c.*
6 *Clerici patrimonium habentes possunt illud conservare, & redditus Ecclesiasticos in usus proprios expendere.*
7 *Ergasteria sunt loca ubi aliqui operantur, seu officinæ opificum mechanicorum.*
8 *Parangariæ quæ sint, remissivè.*
9 *Uxores Clericorum, qui in minoribus constituti sunt Ordinibus, an fori privilegio gaudeant.*
10 *Concubinæ Clericorum à judice Ecclesiastico pro modo culpæ puniori possunt.*
11 *Privilegium concessum patri uti Sacerdoti, censetur etiam concessum filio procreato ex ejus uxore ante clericatum.*
12 *Clericorum privilegio gaudent eorum familiares.*
13 *Clericus in sacris fornicationem faciens committit incestum.*
14 *Privilegium immunitatis concessum Clericorum filiis, intelligitur durante vita parentum.*
15 *Privilegiæ competentia patri ratione officii, cui dignitas sit annexa, ad filios non pertinet mortuo patre.*

## L. Omnis. II.

*Impp.* CONSTANTINUS. A. & JUL. *Cæs. Felici Episc.*

CLerici immunes esse debent à conventionibus, 1 injuriis, & exactionibus laicorum Clerici quæ 2 consumpserunt in usum pauperum conferent, & quæ collegerunt, pro Religionis lucro æstimabunt. Item immunitates, & privilegia Clericorum ad horum mercimonia, & ministros, ac familiares extenduntur, ut ab extraordinariis muneribus immunes conserventur. Denique Clerici, horumque liberi, familiares, ac ministri à parangariis sunt immunes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg.* 1. *n.* 1. *hoc. tit.*

Ad superscriptionem hujus leg. vide Guid. Panci- 3 rol. *in thesauro var. lect. lib.* 2. *c.* 166. *in fine.*

*Id in usum pauperum*, &c.) Notatur ad hoc quod 4 fructus illos, qui ad congruam sustentationem necessarii non sunt, in pauperes & pios usus erogare debent beneficiarii, ut per Nav. *de redditib. quæst.* 3. *monitu* 4. Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *q.* 1. *num.* 15. Molfes. *in sum. Theolog. mor. tract.* 6. *cap.* 9. *num* 48. Joan. Valer. *de different. inter utrumque forum, verbo donatio, differ.* 7. meipsum *in tract. de jure Eccles. universo, lib.* 3. *c.* 17. *ex num.* 21. ubi *num.* 22. teneo non posse beneficiarios 5 fructus hujusmodi superfluos insumere in pauperes cujuscumque loci: & *num.* 13. quod ad hunc effectum pauperes dicuntur illi, qui ostiatim eleemosynam quærunt, & qui vitam ex suo patrimonio commodè, honestè juxta sui status conditionem traducere non possunt: & *n.* 24. quod Clerici turpiter, vel in prophanos usus expendentes fructus beneficiorum, & bona intitu Ecclesiæ quæsita, licèt graviter peccent, 6 non tamen ad restitutionem tenentur: & *num.* 26. quod Clerici patrimonium habentes possunt illud conservare, & redditus Ecclesiasticos in usus proprios expendere.

*Ex eorumdem ergasteriis.*) Sunt loca ubi aliqui ope- 7 rantur, vel secundum alios, tabernæ mercimoniis deputatæ, aut officinæ opificum mechanicorum. Ita Budæ *in linguæ Græcæ commentariis*, Ferrand. *lib.* 2. *explicat. in l. rem non novam, C. de judic. c.* 7. Calvin. *in suo Lex. jurid. sub hoc verbo.*

Ad

*Ad parangariam*, &c.) Quid sit, dixi, *suprà in collect. ad l. neminem* 11. *de sacros. Eccles.*

9 *Ut & conjugia Clericorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod uxores Clericorum, qui in minoribus constituti sunt Ordinibus, fori privilegio gaudent, ut per glos. *in cap. eos*, 31. *distinct. & in cap. Clericum*, 11. *quæst.* 1. Garc. *reg* 499. *à num.* 12. Gregor. Lopez *leg.* 32. *gloss.* 7. *tit.* 2. *part.* 3. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *num.* 53. Perez *ad l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 47. *vers. uxor verò clerici*, Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 146. Sed contrarium meritò defendo *d. tract. de jure Eccles. universo lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 62. ubi respondeo textum *in præsenti* nullum de hoc privilegio fori habere verbum, sed de privilegio immunitatis à tributis agere, *ibidem* hoc ipsum sustineo etiam in uxoribus Græcorum, & *n.* 61. resolvo concubinas Clericorum à judice
10 Ecclesiastico pro modo culpæ puniri posse, ad quod ibi plures citavi Doctores.

11 *Ac liberi*) Notatur ad hoc, quod privilegium concessum patri uti Sacerdoti, censetur etiam concessum filio procreato ex ejus uxore ante clericatum, ut per Decian. *in tract. crimin lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 49. Carol. de Grassis *de effectib. clericat. effectu* 1. *num.* 190. *& effectu* 3. *num.* 133. meipsum *d. tract. de jure Eccles. universo, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *num.* 62. *in fine*, ubi affero Sacram Congreg. *Immunitatis in una Gallien.* 18 *Martii* 1631. censuisse Clerici filium legitimum ante clericatum susceptum gaudere privilegio fori, durante vita ejus patris.

12 *Eorumque ministeria*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clericorum privilegio gaudent eorum familiares, ut per Christoph. de Paz. *ad leges styli*, 32. *à num.* 2. ubi *num.* 35. ampliat ad colonum adscriptitium, partiarium, mercenarium, & conductitium, idque ex hoc text. multis probat Aurel. Augustin. Taurel. apud me *in tract. de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 4. *num.* 3. ex illis verbis, *verùm & hominibus eorundem, qui operam in mercimoniis habent*; quia appellationem hominum hoc casu tam de jure Pandectarum, quàm Codicis continentur procuratores prædiorum, actores, clientes, custodes, coloni, & cæteri homines Clericis servientes. Et latè an id verum sit, dixi *eod. tract. c.* 39. §. 3. *n.* 55. *cum multis seqq.* ubi plures citavi Doctores, quos hîc transcribere non convenit.

13 In gloss. *Filii*, ibi, *nam post sacros Ordines essent incestuosi*. Ergo Clericus in sacris fornicationem faciens committit incestum, de quo vide Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 5. *n.* 4. *vers. in clerico autem*, Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 7. *de cleric. conjug. n.* 20. *pag.* 175. Clar. *lib.* 5. *incestus, in princip. vers. quinimò etiam, & §. fornicatio, n.* 18. Card. Peleoth. *de nothis, & spur. c.* 16. *n.* 14. Joseph. Gonzalez *var. quæst. cap.* 5. *n.* 8. Vincent. de Franch. *dec.* 27. *num.* 2. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 29. *art.* 2. Cal. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 19. *num* 51. *cum seqq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 112. *n.* 2. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 56. *numer.* 23. *cum seqq.* Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 27. *n.* 9. Bernard. Gravæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 115. *n.* 17. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *q.* 6. *vers. solvitur illa.*

14 In eadem gloss. ibi, *& vivunt patres*. Notatur ad hoc, quod privilegium immunitatis concessum Clericorum filiis, intelligitur durante vita perentum, ut per Perez *l.* 2. *tit.* 5. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 257. *in princip.* Tiraq. *in tract. cessante causa, p.* 1. *n.* 107.

15 Notatur etiam ad hoc, quod privilegia competentia patri ratione officii, cui dignitas sit annexa, ad filios non pertinent mortuo patre, ut per Tiraq. *de primog. q.* 32. *n.* 3. D. Barbos. *in l. quia tale, n.* 32. *ff. solut. matr.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Communitas, sive publica & privata persona, collectas, angarias, & exactiones non potest Ecclesiasticis imponere personis.*

2 *Collectas, vel exactiones, angarias, aut parangarias Ecclesiis piis locis, vel Ecclesiasticis personis imponere non licet.*

3 L. Ad instructiones, C. de sacros. Eccles. *est correcta per hanc Auth.*

4 *Principes non solùm Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis sed etiam omnibus piis locis, & causis exemptionem à tributis concesserunt.*

5 *Personarum Ecclesiasticarum nomine quoad forum intelliguntur omnes Ordinibus sacris initiati, item quicumque beneficium obtinent Ecclesiasticum, etiamsi sacris Ordinibus initiati non sint.*

6 *Clerici in sacris, beneficiati, seu Religiosi, accusare possunt eos, qui sibi injuriam fecerunt, coram judice Ecclesiastico, vel seculari.*

7 *Respublica & universitas potest delinquere, & ex delicto obligari.*

## AUTH. Item nulla immunitas.

NEc Communitas, multò minùs publica, & privata persona, collectas, angarias, & exactiones Ecclesiasticis imponet personis. Contra facientes, & requisitionem contemnentes, pœnæ tripli & imperialis banni subjacent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Probat hic textus collectas, vel exactiones, angarias, vel parangarias, Ecclesiis, piis locis, vel Ecclesiasticis personis imponere non licere, ut per *l. Hispan.* 15. *tit.* 6. *ubi gloss.* 3. *in princip.* Capel. Tholos. *in add. ad dec.* 347. Perez per text. *ibi in l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin.* Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 670. *n.* 1. *cum seqq. & disp.* 671. Marta *de jurisdict. p.* 4 *casu* 11. *n.* 22. Castill. *tom.* 7. *de tertiis, c.* 9. *n.* 18. *cum seqq.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.* 2. *c.* 36. *n.* 1. 2

Unde cùm per hanc legem Ecclesiæ, & Ecclesiastici facti sunt immunes ab omni onere imposito, & imponendo, & pro rebus, & possessionibus suis, per eam videtur corrigi *l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles.* ubi probatur Ecclesiam teneri conferre, & contribuere ad instructiones pontium & viarum: & hinc dicit Cacher. *dccis.* 181. *num.* 3. quod est magis communis opinio, *d. leg. ad instructiones*, esse correctam per hanc Auth. Marta tradit idem *de jurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 1. *ex n.* 24. Molin. *d. tract.* 2. *disp.* 672. *n.* 4. *ante secundam concl.* 3

*Vel aliis piis locis.*) Ergo Principes non solùm Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, sed etiam omnibus piis locis, & causis exemptionem à tributis concessisse, palam est, ut per Molin. *tract* 2. *disp.* 671. Mart. *de jurisdict. p.* 4. *casu* 14. 4

*Aut Ecclesiasticis personis.*) Nomine personarum Ecclesiasticarum in re proposita intelliguntur omnes Ordinibus sacris initiari: item quicumque beneficium obtinent Ecclesiasticum, etiamli Ordinibus sacris initiati non sint. Ita Molin. *d. disp.* 671. *n.* 4. ubi *n.* 5. disputat an idem dicendum de illis, qui prima Tonsura initiati sunt, latè ego ipse *in tract. de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39 §. 5. *n.* 23. *cum seqq.* ubi de Regularibus professis conversis, & novitiis, déque Fratribus & Sororibus tertii Ordinis S. Francisci & S. Dominici, qui habitum religiosum gestant, & in claustro vivunt; de Eremitis, qui ex quasi traditione per Episcopum alicui Ecclesiæ, vel loco sacro dicati sunt; de Militibus Religiosis in Hispania quoad fructus tantùm suarum Commendarum, & demùm de colonis partiariis, 5

& alis, de quibus egi *in collect. ad l. placet 5. de sacrosanct. Eccles.*

6 *Et requisiti ab Ecclesia*, &c.) Notatur ad hoc, quod permittit clericis in Sacris, Beneficiatis, seu Religiosis accusare posse eos qui sibi injuriam fecerunt facto, vel verbo coram judice Ecclesiastico, vel sæculari, quia hujusmodi delictum est mixti fori, ut per Clar. §. *ult. q.34.n.47.* Azeved. *l.4. n. tit. 1. lib. 4. novæ recop.* Parlad. *d. differ. 9. §. 2. n. 1.* Thom. Valasc. *alleg. juris tom. 1. alleg.54.n.2.*

7 *Triplum refundunt*, &c.) Ergo Respub. & universitas delinquere poterit, & ex delicto obligari, de quo vide Gail. *lib.2.de pace publica, c. 9* Mynsing. *cent. 84. observ.78.& 76.* Mascard. *de probat. concl. 1420.* Menoch. *de arbitr. casu 598.* Cur. Pisan. *lib.4.c. 3.* Parlad. *differ.88.§.1.* Farin. *in praxi crimin.q.14. n. 109.* optimè Anton. Gom. *var. tom. 3.c.1.n.51.vers. quinto*, ubi ait ex hoc textu colligi, quod civitas, vel universitas aliquid statuens contra libertatem Ecclesiæ, vel Ecclesiasticarum personarum, debet puniri: quod ille intelligit quando deliberato proposito, & communicato consilio civitas, vel universitas fecerit, vel jussit fieri; quia tunc videtur fecisse, & deliquisse tanquam universitas; secus verò aliàs, cùm eo casu non videatur facere, vel delinquere universitas, sed singulares personæ.

8 In gloss. *Ab Ecclesia*, ibi, *ratione ergo delicti erit laicus in foro Ecclesiæ*, &c. Hanc glossam esse valde notabilem affirmat Alber. *in præsenti*, quem refert Thom. Valasc. *d.alleg.55.n.2.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Clerici pro propriis & patrimonialibus bonis tenentur ad fiscalia, vel pro tributariis prædiis Clerici coguntur ad tributa.*

2 *Ecclesia an & quando teneatur ad onera realia, & num. 3. & 4.*

3 *Clerici possunt pro tributis, & Gabellis conveniri coram judice seculari, si contentio sit inter Clericum & conductorem tributorum.*

4 *Judices seculares, Regiaque tribunalia cognoscere possunt etiam privativè ad judices Ecclesiasticos de causis decimarum & tertiarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pont. ad Principes seculares pertinent.*

5 *Principes qui bella cum hostibus aggressi sunt ex pecuniis ab Ecclasiis, & Ecclesiasticis personis extortis, infelices successus habuerunt.*

## L. De his. III.

*Idem A. & Cæsar, ad Taurum P. P.*

1 CLerici pro propriis, & patrimonialibus bonis tenentur ad fiscalia: vel pro tributariis prædiis Clerici coguntur ad tributa. Colligunt ex ordinar. Doctores citati *ad l. 1. sup. hoc. tit.*

2 Iste textus allegari solet ad difficilem illam quæst. an & quando Ecclesia teneatur ad onera realia, bonaque semel à laïcis etiam legitimè possessa, cum onere tributi, & vectigalis transeant ad illam? Vide Doctores quos citavi *in collect.ad l.placet 5.n.4.sup.de sacrosanct. Eccles.* & eleganter tradita per me *in tract. de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 5.n. 63.* Et quamvis Imperatores hac in re laxè loquantur, & Ecclesias teneri ad hujusmodi onera indistinctè affirmare videantur, id effectum, & forsan toleratum fuit illo tempore, quo Ecclesia nondum sibi libertatem actu vendicaverat ab hujusmodi tributis, & in hoc casu dum Ecclesia solvit collectas, non solvit uti tributum, & in recognitionem dominii, vel superioritatis, quam regulariter indicat tributi exactio, ex *cap. 2. de sensib.* sed ob conditionem inhærentem rei, & inseparabilem, & quemadmodum erga privatas personas solveret census, & teneretur ad hypothecas, quæ ab ejus authoribus laïcis priùs impositæ essent, ita pari ratione tenebitur Ecclesia ad tributa, quæ vel ex pacto, vel alia ex causa & conventione Princeps, dum prædia possessa à laïcis sub ejus erant potestate, infixit iisdem prædiis, ut ex Fr. Ioanne de Neapoli resolvi *d.§.5.n.57.in fine.*

Tunc enim bona translata in Ecclesias retinent 3 onus, & obligationem solvendi tributum, si illud à Principe priùs impositum fuisset, expresso pacto inter ipsum & privatum inito, vel ex peculiari dominio illius prædii, itaut ipse in privatos transtulerit, hac sibi reservata pensione, censu, seu collecta, ut optimè advertunt Card. Alban. *in tract. de immunit. Eccles.* Gutier. *pract. lib. 1. q. 3. n. 15. vers. præterea*, Soar. *in defensione Fidei contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 4. cap. 20.n.6.q.11.cum seqq.* Secus autem si exegisset ex sola vi Regiæ potestatis & jurisdictionis; hæc enim tunc penitùs expirat, cùm bona ad Ecclesiam perveniunt, & res devenit ad statum qui incapax est illius subjectionis & tributi erga Principem laïcum, cùm aliter sit in pactis, & conventionibus per viam contractus initis, quia vis illorum transit, & continuat in quibuscumque personis quomodocumque exemptis, & privilegiatis, Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 77. de constit.* Vega *cons. 7.n.5.cum seqq.* Bellon. *cons.40. n. 4. & 5.* Festas *de collectis, p. 4. cap.2.n.31.* Alderan. Mascard. *de gener. interp. statut.concl.1. n. 100.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap.13. quæst. 1. vers. secundò sciendum est*, ubi quod ratione pacti, vel conditione adjecta in legato, sive contractu, Ecclesia tenetur ad collectas bonorum, ad quas alias non teneretur, Soar. *d. lib. 4. cap. 20. num. 6. q. 15. in fine, & 28. & num.9.* prudenter indicat, quomodo probari possit, prædia fuisse sub particulari dominio Principis, vel tributum solvi ex conventione, non autem ex solo jure universali principatûs.

Illud demùm in hac materia observandum est, Ec- 4 clesiam ad onera imposita rebus priusquam ad Ecclesiam pervenirent, solummodò teneri quando copulativè hæc omnia concurrerint, quod scilicet onera sint vera, realia, ipsis fundis infixa, & imposita bonis propter bona, non autem personis propter bona; quod etiam sint perpetua, certa, & invariabilia, non autem ex aliquibus causis urgentibus, & illis cessantibus removenda: ita Gemin. *num. 9. in cap. 1. de immun. Eccles. lib. 6.* Abb. *in cap. fin. num. 12. de vita, & honest. cleric.* plenè Barbar. *cons. 1. per tot. lib. 3.* Felin. *cons. 46. in 4. dub.* Joan. Anton. de Nigris *in repet. Extravag. unicæ, de vita, & honest. Cleric. num. 247. cum pluribus seqq.* Paul Comitol. *respons. moral. lib.1. c. 94. num.3.*

*Sed etiam pro iis prædiis*, &c.) Quia istis casibus 5 magis conveniuntur possessiones, ratione quarum solvuntur census, & tributa, quàm ipsi Clerici, & sunt onera realia prædiis imposita, & ideo ab ipsis debentur, & cum eodem onere transferuntur, per ea quæ tradunt Greg. Lop. *l. 5. tit. 6. p. 1.* Valasc. *de jure emphyteut. q. 17.n.7.* Sed melius est, & sacris Canonibus convenientius, hæc intelligere juxta distinctionem à nobis *suprà* traditam.

*Eosdem ad pensitanda fiscalia perurgere*, &c.) No- 6 tatur ad hoc, quod possunt Clerici pro tributis, & gabellis conveniri coram judice seculeri, si contentio sit inter Clericum, & conductorem hujusmodi tributorum. Ita cautum reperitur apud Lusitanos *in Ordin. Regia lib.2.tit.1. §. 19.* & apud Hispanos *leg. 46.tit. 6. part. 1. & leg.5.tit.7.part.7.l.2. tit. 2. lib. 9. novæ Recop.* quod an jure communi verum sit, vide Gironda *de gibell.part. 7. in princ.n.21.* Azeved. *ad princip. tit. 1. n.8. lib.3.novæ Recop.& l. 7. num.13.cum seqq.tit. 18. lib. 9.*

*novæ*

*nova Recop.* Bertachin. *de gabell. part.* 7. *q.* 7. *n.* 24. Ce-
7 vall. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 899. *n.* 12. Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 28. *n.* 71. Oliban. *de jure fisci cap.* 14. *n.* 20. *& cap.* 15. *n.* 14. Et hinc etiam colligunt, judices seculares, Regiáque tribunalia cognoscere posse etiam privativè ad judices Ecclesiasticos de causis decimarum, & tertiarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pontificum ad Principes sæculares, aliosque privatos pertinent, & in eorum patrimonio incorporatæ sunt. Menoch. *cons.* 756. *nu.* 16. *vol.* 8. Camill. Borrell. *de præstantia Regis Cathol. cap.* 71. *n.* 349. *& seq. & cons.* 20. *cent.* 1. Cov. *pract. cap.* 35. *n.* 2. *vers. tertiò quoties.* Lassarte *de decima vendit. c.* 19. *n.* 30. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 4. D. Barbos. *in l. Titia n.* 41. *ff. soluto matr.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 18. *n.* 148. Morla *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 2. *de jurisdict. omnium judicum, & in prælud. n.* 137. Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 1. *gloss.* 15. *p.* 2. *n.* 58. Joseph. Sesse *dec.* 162. *num.* 24. Cevall. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 807. *n.* 636. *& de cognit. per viam violentiæ part.* 2. *q.* 16. *à princip.* laudissimè his, & aliis pluribus in id relatis Doctoribus Castill. *tom.* 7. *de Tertiis, c.* 12. *per tot.* cujus fundamentis respondere nititur quædam juris allegatio á Congregatione Ecclesiastica Matriti degente de anno 1644. impressa & publicata, quam mihi dono dedit Doctor Didacus Ortiz de Salas, Canonicus Doctoralis sanctæ Ecclesiæ Conchensis, vir quidem apprimè doctus, integerrimus, ac summa virtute præditus, in qua ostendit olim Reges antequam bella aggrederentur non tributis, sed sacrificiis, & orationibus Ecclesiasticos gravasse; at post partam victoriam Ecclesiis magnificè donabant, non illis sua detrahebant, ut advertit Ferdinand. Oxea *in historia S. Iacobi, cap.* 42. *n.* 9. Ex impositione autem tributorum facta Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, etiam ex urgenti causa & necessitate, multa exorta sunt damna, ut ad oculum ostendit Petrus Blesensis Archidiaconus Baronensis in quadam epistola, quam scripsit ad Episcopum Aurelianensem, prout refert Cardin. Baron *tom.* 12. *annal. Eccles. anno* 1188. in qua illi animosè resistere suadebat cuidam tributo, quod Clericis imponendum dicebatur pro Terræ sanctæ expeditione ejus autem verba lectu dignissima sequuntur: *Quæ ratio est, ut qui pro Ecclesia pugnant, Ecclesiam spolient, quam inimicorum spoliis & donis triumphalibus ampliare debuerunt; Putantne insipientes & miseri, quod Christus qui summæ justitiæ est, velit sibi de injuriis & sacrilegio exhiberi sacrificium, aut sustineat commissa ex iis spolia prosperari? Si enim testimonio Veritatis, in ignem æternum mittitur, qui sua pauperibus non dedit; ubi quæso mittendus est, qui bona pauperum, vel Ecclesiæ rapuit; aut fraudavit? Pro his & consimilibus filiis Ephrem intendentes, & mittentes arcum conversi sunt in die belli: nunquam pauperum, nunquam Ecclesiæ spolia prosperum habuerunt eventus auspicium.* Et paulo infra: *Quid aliud à Pontificibus, vel à Clero potest, vel debet Princeps exigere, quàm ut incessanter fiat oratio ab Ecclesia ad Deum pro eo? Omnis Pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro Rege & populo: & si iratus est in eis Dominus Sacerdos medius intercedat ut in tempore iracundiæ fiat reconciliatio.* Hactenus Petrus Blesensis.

8 Infelices penè successus habuerunt Principes, qui bella, cum hostibus aggressi sunt pecuniis ab Ecclesis & Ecclesiasticis personis extortis, ut de Carolo Brabantiæ Duce narrat Bolland. illorum Principum Historiograph. *c.* 18. Omnis, inquit, favore Numinis destitutum eum, postea nunquam feliciter pugnasse cum hoste, quod eodem temporee gravissimis exactionibus Clerum oneravisset. Refert quoque Petrus Lopez de Ayala *in historia Regis Petri, anno ejus regnatus* 19. *fol.* 12. quod Maurum amiculum de morte sibi præscita consulens respondit: *Es verdad lo que te an dicho, por que tomas los algos las Iglesias, y casas, de oracion, y que te non vence consciencia.* Regina Donna Urraca filia Regis Alphonsi, cùm non posset exercitum militarem debitis sustentare alimentis, à Monachis sancti Isidori Legionensis postulavit, ut sibi de rebus & divitiis sui monasterii quicquam darent, quod cùm facere non curassent, Regina propria authoritate ea subtraxit, & nondum portam egressa media crepuit, & mortua est, acerbiori castigata supplicio; quàm quod passus fuit Eliodorus *lib.* 2. *Machab. cap.* 3. De Imperatore Friderico narrat historia, quod cùm cuidam à secretis injustè oculos extrahere jussisset, postea veritatis conscius illum in suum creavit Consiliarium & cùm in officio & munere assisteret, ut vindictam de illo jam necessitatibus oppresso sumeret consilium dedit ut pro sustinendo militari exercitu Ecclesiarum bona surriperet, quod cùm adimpleret, statim divinum non abfuit supplicium, & tandem ad extremam ruinam est deventus.

---

## SUMMARIUM.

1 *Officiales publici non adstringuntur jugio clericali dum rationibus reddendis adstricti sunt.*

2 *Clericatus assumptus in fraudem obligationis, aut pœnæ, nihil prodest.*

3 *Primipili dicti sunt olim centuriores, qui Aquilæ in legione præerant.*

4 *Administrator si ante redditas rationes ad Religionem, vel ad Ordines suscipiendos admissus fuerit, ad pristinum statum est revocandus.*

5 *Obligati ad ratiocinia non ante, sed solùm post redditas rationes ordinari possunt.*

6 *Liberorum appellatione nepotes ex filiis, ac omnes descendentes, tam masculi, quàm fœminæ comprehenduntur.*

7 *Verbis* Si proles defuerit, *vel* Si absque prole decesserit, *comprehenduntur filii, & nepotes, ac alii ulteriores descendentes.*

8 *Propinquorum appellatione continentur gnati & cognati, qui admitterentur ab intestato ad successionem de jure civili usque ad decimum gradum*

9 *Delictum clandestinum plus punitur, quàm publicum.*

## L. Officiales. IV.

### *Idem* A. *ad Taurum P. P.*

OFficiales publici non adstringuntur jugo cleri- 1
cali, dum rationibus reddendis adstricti sunt. Item 2
clericatus assumptus in fraudem obligationis, aut pœnæ, nihil prodest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

*Seu primipili.* Quia ij primi pila, id est tela defere- 3
bant, dicti sunt olim centuriores, qui Aquilæ in legione præerant, de quibus vide Cujac. & Aliciat. *ad tit. C. de primip. lib.* 12. eumdem Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 41. *in fine*, Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *n.* 7. Negusant. *de pignorib. p.* 5. *memb.* 2. *n.* 27. Capyc. *dec.* 129. *à n.* 12. Calvin. *in suo Lex jurid. verbo Primipilus*, Iust. Lips. *de militia Romana. lib.* 2. *dialog.* 8. *propè fin.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 11.

*Ad priorem conditionem retrahantur*, &c.) Notatur 4
ad hoc, quod si administrator ante redditas rationes ad Regiones, vel Ordines, suscipiendos admissus fuerit, ad pristinum statum est revocandus, ut per Escobar. *de ratiocin. c.* 4. *n.* 3. *&* 4.

*Si verò obnoxii ratiociniis*, &c.) Notatur ad hoc, 5
quod obligati ad ratiocinia, non ante, sed solùm post

redditas

redditas rationes ordinari possunt de quo vide Doctores, quos citavi *in collect. ad cap. unic. de oblig. ad ratiocin. & ad cap. unic. 53. dist. & tract. de jure Eccles. universo, lib. 1. cap. 33. n. 1, 5.* ubi ampliatur, ut ratiociniis implicati propter administrationem rerum etiam singularium personarum, non solùm, promoveri nequant, dum gerunt, exercentque officium, sed etiam expleta administratione, & officio, si de dolo in administratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota esset, vel in procinctu esset ut moveretur tunc enim ante litis exitum promoveri non potest, immò si de facto promoveretur, dignus esset depositione etiamsi postea in causa vinceret; & deinde multipliciter hæc resolutio limitatur, scilicet in eo, qui gravatus est debito fine aliqua administratione contracto, & in eo, qui rerum Ecclesiasticarum, aut miserabilium personarum, vel cujuslibet alterius piæ causæ, vel privatæ administrator fuerit; & in eo qui publicis ratiociniis adstrictus fidejussores præstiterit, & tandem in eo, qui in aliquo, licet minori, constitus Ordine, alicujus etiamsi particularis personæ tutor aut generalis quomodolibet fuerit administrator.

6 *Concedant liberis, aut si proles defuerit,* &c.) Ergo liberorum appellatione nepotes ex filiis, ac omnes descendentes, tam masculi, quam fœminæ comprehenduntur, ut per Covar. *in cap. Raynaldus. n. 3. de testam.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. à. n. 22. & præsumpt. 89. n. 74. & cons. 204. n. 50. & consil. 420. n. 26. & consil. 565. n. 8. vers. & dicendum, & consil. 764. n. 2. & consil. 867. n. 14.* Cald. Pereira. *de potest. eligend. n. 15. n. 27.* Rustic. *in l. cùm avus, lib. 6. cap. 8. n. 3 ff. de condit. & demonstrat.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 120. n. 26.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 9. n. 13.* Card Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 337. à princ.* Fusar. *de substit. q. 326. n. 1.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. q. 35. n. 17. & 18.* Rotam coram Reverendiss. Coccino *dec. 11. n. 8. & dec. 480. num. 3.* meipsum *de appellativa verbor. utriusque juris signific. appellat. 130. n. 1.* ubi *numeris seqq.* hæc resolutio multipliciter declaratur.

7 Notatur etiam ad hoc, quod verbis illis, *si proles defuerit*, vel aliis, *si absque prole decesserit*, comprehenduntur filii, & nepotes, ac alii ulteriores descendentes, ut per Boër *dec. 356. num. 1.* Card. Tusch. *pract concl. tom. 6. lit. P, concl. 907. n. 1.* meipsum *de tract. de appellativa verborum utriusque juris significat. appellat. 223. à num. 1.*

*Propinquis.*) Propinquorum appellatione continentur agnati, & cognati, qui admitterentur ab intestato ad successionem de jure civili usque ad decimum gradum, ut per Tiraquell. *de retractu lign. § 2. gloss. 9. n. 9.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 196. vers. nomine propinquorum*, Card. Tusch. *d. tom. 6. lit P, concl. 914. n. 1.* Fusar. *de substit. quæst. 367. n. 1.* meipsum *d. tract. appell. 224.*

8 In gloss. *Clandestinis*, ibi, *nota plus puniri clandestinum delictum, quàm publicum.* Vide Tiraquel. *de pœnis temper. cap. 57. à princip. & n. 4. & 5.* Bernard. Græv. *ad pract. Camer. Imper. lib. 2. concl. 110. consid. 1. num. 18.*

---

SUMMARIUM.

1 *Curialis nisi per quindecim annos in monastica steterit vita, ad Clericorum Ordinem non admittendus.*

2 *Clericus uxorem ducens Ordine Clericorum privatur.*

3 *Curiales, id est, qui propter aliquod officium Curiæ sunt adstricti, ordinari non permittuntur, sed id hodie non servatur, ut n. 4.*

4 *Clerici in minoribus Ordinibus constituti non prohibentur uxores ducere.*

## AUTH. Sed neque Curialem.

CUrialis nisi per quindecim annos in monastica 1
steterit vita, ad Clericorum Ordinem non admittentur: huic etiam accedenti ad Clericorum Ordinem quarta pars substantiæ relinquenda. Uxorem autem 2
Clericus ducens, Ordine Clericorum privatus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

*Sed neque Curialem, aut officialem Clericum fieri permittimus.*) Notatur ad hoc, quod Curiales, id est qui propter aliquod officium Curiæ sunt addicti, ordinari non permittuntur, ut per Maiol. *de irregular. lib. 2. c. 5.* Henriquez *in sum. lib. 14. cap. 5. §. 5. & in comment. lit. D,* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 47. sect. 4. num. 1.* ubi addit, Curiales, qui irregularitatem incurrunt, esse omnes, qui in quacunque seculari Curia ministri sunt in causis sanguinis, quomodocunque ad illas cooperentur, ut tabelliones, solicitatores, procuratores, & inferiores ministri, qui vel denuntiant, vel scribunt sententiam: Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 3. tract. 2. n. 64.* Campan. *in divers. juris Canonic. rub. 11. cap. 24.* D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. 1. n. 8. distinct. 51.* Bellet. *disquisit. cleric. tit. de discipl. n. cleric. §. 11. n. 6.* ubi principalem resolutionem intelligendam esse existimat de iis Curialibus, qui exercuerunt sæva, vel turpia, sive vilia, ut sunt nuncii, lictores, & id genus similia, refero ego ipse *in tract. de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 33. n. 134.* 3

Advertendum est, quod Rebuff. *Galliæ, in constitutiones Galliæ in proœm. gloss. 5. n. 26.* asserit abrogatam esse hanc authenticam prohibentem Curiales ordinari, & ejus prohibitionem hodie non tenere, subditque se vidisse duos Cancelarios Sacerdotes factos tempore sui officii: tractat id quoque Petrus de Bellapert. *quæst. 28.* 4

*In quo quis constitutus uxorem ducere non prohibetur*) Notatur ad hoc, quod non prohibetur constitutus in minoribus Ordinibus uxores ducere, quia utuntur jure suo, nec recedunt à statu perfecto, sed à statu, qui initium est, & via ad perfectum Ordinis statum; ita nullam esse culpam, initiatum minoribus Ordinibus retrocedere transeundo ad matrimonium, resolvunt Covarr. *de sponsalib. p. 2. c. 6. §. 3. n. 3. in fine*, Bonacina *de matrimonio. q. 3. puncto 9. num. 3. & 4.* Azor. *institutionum moralium p. 1. lib. 13. cap. 14. quæst. 14.* Rebell. *de obligat. justit. part. 2. lib. 4. q. 8. numer. 27.* & alii citati per me *in collectan. ad cap. seriatim, distinct. 32. à princip.* 5

---

SUMMARIUM.

1 *Virgines sacras attentans matrimonii causâ capitale meretur supplicium.*

2 *Virgines sacras violentes quas pœnas incurrant, remissivè.*

3 *Raptus pœna ordinaria intrat in raptu Monialis ex solo conatu, etiam non sequuto raptu, nedum alio effectu capulæ carnalis.*

4 *Attentatio punitur.*

5 *Monialem rapiens pœna mortis tenetur, etiam non sequuto raptu, & n. 6.*

## L. Si quis non dicam. V.

*Imp.* JOVINIANUS A. *Secundo PP.*

ATtentans sacras Virgines matrimonii causa, capitale meretur supplicium. Item in atrocioribus punitur affectus, non sequuto effectu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Ad

Ad ſuperſcript. & datam hujus legis, vide Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lectionum, libro 2. capite 167.*

2 De materia hujus legis, & de violantibus ſacras Virgines, ac de hujus criminis gravitate ſecum aliorum criminum deformitates involventis, vide ordin. Regiam Luſitan. *lib. 5. tit. 15. & l. Hiſpan. 11. tit. 13. part. 6.* ubi *gloſſ. 6.* Cardin. Cæſ. Baron. *tom. 4. annal. Eccleſ. anno Chriſti 363. pag. 118.* Cevall. *commun. contra communes, tom. 4. q. 902. n. 50.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 20. & lib. 8. n. 7. c. 11. n. 1.* latè Farinac. *in praxi crimin. q. 145. ex n. 215* & præcipuè *n. 22.* reſolvit quod raptor à pœna raptûs non excuſatur, etiam ſi mulierem rapuerit animo contrahendi cum ipſa matrimonium, ſive mulier fuerit ſecularis, ſive monialis, quia text. iſte licèt loquatur in rapiente ſacratiſſimas Virgines communiter à Doctoribus etiam intelligitur in rapiente virgines non conſecratas & idem repetit. *n. 206.*

3 *Sed attentare tantummodò*, &c.) Notatur ad hoc quod pœna ordinaria raptûs intrat in raptu Monialis ex ſolo conatu, etiam non ſequuto raptu, nedum alio effectu copulæ carnalis, ut per Bertrand. *conſ. 39. n. 5. in fine verſ. fortè vero, lib. 6.* Anton. Gomez *l. 80. Tauri, num. 41. verſ. ſed his non obſtantibus*, ubi per hunc textum quem allegat, dicit quo eo ipſo quod quis attentavit, & procuravit rapere, licèt non conſummaverit, tenetur eadem pœna, Ludov. Peguer. *deciſ. crim. 43. n. 9.* Decian. *dicto lib. 8. cap. 7. num. 34. & cap. 8. n. 7. & cap. 11. n. 2.* Baiard *ad Clar. in §. raptus, n. 23.* Menoch. *de arbitr. caſu 291. in addit. n. 35.* Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſp. 12. n. 18. in fine*, ubi loquitur, ſive raptor non potuerit, ſive noluerit, refert & ſequitur Farinac. *dicta q. 145. n. 204.* ubi *n. 206.* ſubdit in volente rapere Monialem, non ſufficere quod raptor devenerit ad actum verbi, ſed requiri, ut perveniat ad aliquem actum facti: nam Anton. Gomez *citato loco* reſpondet, non obſtare ſi dicatur quod omnis lex quæ punit affectum in delictis, non ſervatur de generali conſuetudine: quia poteſt reſponderi, quod illud eſt verum, quando non proceſſit quis ad aliquem actum facti.

4 Notatur etiam ad hoc, quod attentatio punitur, de quo vide Tiraquell. *de pœnis cap. 37. cum ſeqq.* Clar. *§. fin. q. 92.* Menoch. *de arbitr. caſu 360. num 54.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Affectus*, Sayr. *in clavi Regiæ, lib. 3. cap. 8. n. 28.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Delictum n. 55.* Molin. *de Iuſtit. tom. 4. tract. 3. diſput 105. n. 12.* Card. Tuſch. *tom. 2. lit. C. concl. 544. per totam*, Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. collect. 756. & 1895.* plures quos refero *de Axiomat. juris uſufrequent. axiomat. 17.* Vide Covar. *in Clement. ſi furioſus, parte 2. in initio, n. 6.* qui ait in hoc textu non puniri lege humana interiorem tantùm actum mentis, ſed exteriorem, nempe ipſum conatum, qui per exteriorem operationem proceſſit; & paulò infra *in verſ. contrariam*, reſolvit quod in atrocioribus criminibus punitur pœna ordinaria conatus ipſe ad aliquem proximum actum deductus. Et quamvis Farinac. *dicta quæſtione 145. num. 213.* aſſerat de generali conſuetudine cenſeri derogatum pœnæ hujus legis, prout in ſpecie tenuerunt Clar. *§. fin. quæſt. 1. num. 9. verſic. item loquendo*, Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ. 5. n. 28.* Rieron. Gabr. *conſil. 172. num. 1. & 2. lib. 1.* Joſeph. Ludov. *Lucenſi. dec. 15. num 25. in fine*, Neviz. *in ſylva nupt. part. 4. num. 46. verſic. quintò limita*, cum aliis per me citatis *d. axiom. 17. num. ult.* nihilominùs tamen idem Farinac. *ubi ſuprà, num. 214.* defendit contrarium eſſe de conſuetudine, ſpecialiter in hoc crimine raptûs Monialis: licèt cum ea non eſſet ſequuta carnalis copula.

*Capitali pœna feriatur.*) Notatur ad hoc quod rapiens Monialem pœnâ mortis tenetur, ut per Clar. *§. fornicatio, n. 17.* Padill. *in ſumma legum pœnal. part. 1. cap. 6. n. 3* Menoch. *de arbitrar. caſu 384. & caſu 389. num. 42. & caſu 502. n 41.* Marta *de juriſdict. part. 2. cap. 26. num. 7.* Farinac. *in praxi crimin. quæſt. 145. n. 215. cum ſeqq.* ubi *numeris ſeqq.* ampliat multiplicitèr, & primò etiam non ſequuto raptu, nedum non ſequuta copula carnali, & multò magis in rapiente Monialem ex cauſa contrahendi matrimonium cum ea, quia eſt caſus hujus textus, & etiam quod Monialis conſenſerit ſe rapi, qui dicitur eſſe ſub poteſtate Abbatiſſæ, & ſic non habent voluntatem, & etiam quod rapta non ſit velata.

In gloſſ. *Capitali*, ibi, *vel capite puniatur, vel civi-* 6
*tatem amittat.* Hæc gloſſa videtur tenere, quod pœna capitalis, quæ in hoc textu, non perfecto flagitio imponitur, non ſit mortis naturalis, ſed amiſſionis civitatis: quod & idem voluerunt in præſenti Cyn. *n. 3. col. 3. verſic. non obſtat ſi dicas, & verſ. octavo oppono*, Bald. *col. 2. n. 1. ad finem, in 6. oppoſ. & col. fin. num. 10.* Alber. *num 1. & 2.* Menoch. *de arbitrar. caſu 360. n. 33. cum ſeqq.* Sanchez *de matrimon. lib. 7. diſp. 12. num. 19.* Sed contrariarum, immò pœna mortis puniendum, qui non ſolùm raptam puellam carnaliter non cognovit, ſed etiam qui nec raptum perfecit; ut putâ quia aut non invenit in domo, aut alio modo raptum perficere non potuit, tenuerunt Afflict. *dec. 276. num. 2.* Anton. Gomez *l. 80. Tauri, num. 40.* immò, quod magis eſt Farinac. *q. 124. num. 34. & quæſt. 145. n. 200.* ubi ait quod licèt hic textus loquatur in raptu attentato in Virginem ſacratiſſimam, communiter tamen Doctores ibi videntur illum intelligere etiam in raptu virginum non ſacratarum, & *n. 209.* intelligit primam opinionem procedere, quod raptor mulierem non cognovit, quia noluit & forſan pœnituit; aliam verò ſecundam contrariam, quod raptor non potuit aliqua de cauſa impeditus: ad quod citat plures Doctores, vide apud illum.

---

## SUMMARIUM.

1 *Clerici tam in majoribus, quàm in minoribus Ordinibus conſtituti, à perſonalibus muneribus excuſantur.*

2 *Clerici omnes ſive in ſacris, ſive in minoribus, exempti ſunt à gabellis, exactionibus, & tributis, quamvis non haberent omnia requiſita præſcripta à Concil. Trident.*

3 *Clerici in minoribus, in Hiſpania, & Luſitania, non ſunt exempti, niſi actualiter habuerint beneficium.*

4 *Clerici conjugati etiam cum unica & virgine, non gaudent exemptione à tributis, niſi ſint Clerici orientales.*

5 *Clerici conjugati cum unica, & virgine, ſi vidui fiant mortua uxore, & ſoluto matrimonio, conſequuntur, & habent omnia privilegia, quæ Clerici in minoribus non conjugati habent.*

## L. Presbyteros VI.

### *Impp.* VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. *ad Cataphronium.*

PResbyteri, Diaconi, Exorciſtæ, Lectores, Oſtiarii, 1
Acolyti à perſonalibus muneribus excuſantur, Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 2. ſup. hoc tit.*

Collige ex textu, Clericos omnes, ſive in Sacris, 2
ſive in minoribus, exemptos eſſe a gabellis exactionibus, & tributis ut per Joſeph Ludoviſ. *tom. 3. commun. opin. tit. de gabellis, concluſ. unic. verſ. infertur,*

*pag.* 479. Alexand. Trentacinq. *qq. variarum reſolutionum, lib.* 1. *tit. de juri fiſci, reſol.* 5. *n.* 7. *cum ſeqq.* Moln. *de Iuſtit. tom.* 3. *diſp.* 671. *num.* 5. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 26. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 7. *cap.* 14. *num.* 33. *& conſil. moral. lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 49. Squillante *de privileg. clericor. cap.* 8. *n.* 7. meipſum *de officio & poteſtate Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 13. *n.* 1. Quamvis non habeant omnia requiſita præſcripta à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 6. cùm enim Concilium ibi eas conditiones ad ſolum fori privilegium retinendum poſuerit, id non eſt extendendum ut ſit neceſſarium ad retinendum cætera privilegia; privari enim privilegiis clericalibus eſt odioſum, ac proinde reſtringendum. Ita Paul. Comit. *reſponſ. moral. lib.* 6. *quæſt.* 20. Bonacina *de cenſuris in Bulla Cœnæ Domini, diſp.* 1. *quæſt.* 19. *puncto* 3. *num.* 2. Sanchez *dicto cap.* 13. *num.* 34. *& dub.* 49. *n.* 6. Navar. *de elect. fori q.* 51. *ſect.* 2. *in ult. impreſſ.* Anton. Diana. *moral. reſolut. prat.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 36. Aloyſ. Ricc. *in praxi part.* 4. *reſolut.* 458. Squillante *dicto cap.* 7. *num.* 8. *verſic. ipſe verò.* Ego ipſe *in tractat. de jure Eccleſ. univerſo lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 15. ubi *num.* 16. refero ſacram Congregationem negotiis Epiſcoporum & Regularium præpoſitam, *ſub die* 24. *Ianuarii* 1631. cenſuiſſe Ordinarium non poſſe Clericos non inſervientes Eccleſiis, immunitate à gabellis, & aliis oneribns laicalibus privare.

3 Verumtamen apud Hiſpanos per *l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *novæ Recopil.* hujuſmodi Clerici in minoribus non ſunt à prædictis exempti, ſed contribuere debent ſicut laïci, niſi actualiter habuerint beneficium Eccleſiaſticum. De cujus legis materia, & intellectu agunt Felician. *de cenſibus lib.* 2. *cap. ult. num.* 13. Bobadill. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 110. Molin *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 671. *num.* 5. Flores de Mena *variarum lib.* 2. *q.* 21. *num* 199. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 8. *& de gabell. quæſt.* 91. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 46. *num.* 16. Vaſquez *in opuſcul. de reſtit. cap.* 6. §. 1. *numer.* 33. Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *num.* 39. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 3. *cap. unic. quæſt. ult.* Nicol. Garc. *de benef. part.* 2. *cap.* 3. *a num.* 5. Diana *dict. tract.* 2. *reſol.* 35. idem quoque ſtatutum eſt apud Luſitanos per Ordin. Regiam *lib.* 2. *tit.* 11. *in. princip.* referunt Molin. *dict. diſput.* 671. *num.* 5. Valaſc. *conſ.* 131. quæ quidem Hiſpaniæ, & Luſitaniæ leges tacitam, ſeu expreſſam Apoſtolicæ Sedis diſpenſationem ſupponunt, alioquin nullitati ſubjicerentur, ut obſervavi *dicta allegat.* 13. *numer.* 4.

4 Quoad Clericos conjugatos etiam cum unica & virgine, certum eſt hujuſmodi exemptione à tributis non gaudere, ut tenet gloſſ. *verbo in cæteris*, per text. *ibi, in cap. unic. de bigam. lib.* 6. Bertachin. *de gabell. part.* 2. *num.* 17. Covarr. *pract. cap.* 31. *num.* 9. Duen. *regul.* 110. *nnm.* 10. Tapia *de jure Regni lib.* 2. *tit. de Epiſcop. & cler. num.* 30. Sanchez *dicta diſp.* 46. *n.* 16. Carol. de Graſſ. *de effectibus clerical. effectu* 3. *nu.* 44. Bellet. *diſquiſit. clerical. tit. de exempt. Cleric.* §. 6. *num.* 2. Duard. *ad Bullam in Cœna Domini, can.* 18. *quæſtione* 13. *num.* 1. Bonacina *dicta quæſt.* 19. *puncto* 3. §. 3. *num.* 3. Squillante *dicto cap.* 8. *num.* 9. ubi *n.* 10. idem reſolvit de Clericis bigamis, niſi ſint Clerici Orientales, qui Græci appellantur; hi enim hujuſmodi privilegio gaudent, cùm verè, & quoad omnia ſint Clerici & perſonæ Eccleſiaſticæ, quamvis utantur legitimo matrimonio cum nnica, & virgine contracto, ut benè reſolvunt Camill. de Curte *in diverſ. feudal. parte* 2. *cap.* 2. *num* 90. Carol. de Graſſis *de effectu* 3. *n.* 46. Molfeſ. *in Sum. Theolog. moralis, p.* 2. *tract.* 12. *c.* 22. *num.* 146. Bonacina. *d. diſp.* 1. *q.* 19. *puncto* 3. §. 3. *verſ. ſecus.*

5 Verùm ſi Clerici conjugati cum unica, & virgine vidui fiant, mortua uxore, & ſoluto matrimonio conſequuntur, & habent omnia privilegia, quæ Clerici in minoribus non conjugati habent, quia *in cap. unic. de cleric. conjugat. lib.* 6. tantùm dicitur Clericum conjugatum non gaudere aliis privilegiis, non dicitur perdere ea, ad ſignificandum non eſſe omninò deperdita, ſed tantùm ſuſpenſa dum manet matrimonium. Ita Covarr. *pract. cap.* 31. *n.* 7. *verſ.* 5. Sanchez *conſ. moral. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *dub.* 53.

---

## SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus non compellitur teſtimonium dicere, & num.* 3.

2 *Teſtes omnes poſſunt ad teſtificandum cogi, niſi expreſſè privilegiati reperiantur.*

3 *Clerici non poſſunt ad teſtificandum compelli.*

4 *Teſtes etiam privilegiati compelluntur ad teſtificandum, quando aliter veritas ſciri non poteſt.*

5 *Epiſcopi & Clerici hodie veritatem dicere, & teſtimonium ferre, ſicut laici, coguntur.*

6 *Epiſcopi, Clerici, & aliæ egregiæ perſonæ non poſſunt etiam volentes venire ad domum Iudicis, & Notarii, ad ſe examinandum.*

## L. Nec honore. VII.

*Imp.* THEODOSIUS *dixit.*

EPiſcopus non compellitur teſtimonium dicere. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *nu.* 1. *ſup. hoc tit.*

Quamvis omnes teſtes poſſint ad teſtificandum co- 2
gi, niſi expreſsè privilegiati reperiantur, Crot. *de teſtib. part.* 5. *n.* 198. *verſ. omnes illi.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *q.* 73. *n.* 57. *cum ſeqq.* Nihilominus tamen Epiſcopi non poſſunt cogi ad teſtificandum, ut per hunc text. reſolvunt Specul. *tit. de teſte*, §. *de teſtium* 3
*compulſ. n.* 1. *in fine, verſ. item Epiſcopus*, Campeg. *reg.* 154. *in princip.* Boccac. *de litter. remiſſ. cap.* 2. *num.* 27. Farinc. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 70. *num.* 79. immò & Clerici uti in hac re privilegiatis non poſſunt etiam ad teſtificandum compelli, *cap. ſtatuendum*, 2. *q.* 6. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 110. *n.* 16. Clar. *in* §. *fin. q.* 24. *verſ. ſcias* 4
*tamen*, Farinac. *d. q.* 73. *num.* 74. niſi aliter veritas haberi non poſſit ut ex Carav. *ſuper ritib. magnæ Curiæ, ritu* 87. *num.* 3. Felin. *in cap.* 1. *num.* 8. *de teſtib. cogend.* Gail. *d. obſerv.* 100. *poſt num.* 16. Farinac. *d. part.* 2. *quæſt.* 61. *num.* 93. *cum ſeq. & d. quæſt* 78. *n.* 77. quia tunc teſtes etiam privilegiati compelluntur ad teſtificandum, ex eodem Farin. *d. q.* 78. *num.* 108. ubi citat Campeg *de teſtib. reg.* 154. *verſ. fallit quia*, loquentem de Epiſcop.

Avertendum tamen eſt, quod Rebuff. *ad leges Gal-* 5
*liæ in proœm. gloſſ.* 5. *n.* 27. atteſtatur ſe non vidiſſe ſervari hanc legem, nec Auth. *ſed. judex*, quæ immediatè ſequitur, ſed hodie tam Epiſcopos, quàm Clericos veritatem dicere, & teſtimonium ferre ſicut laïcos cogi.

In gloſſ. *Flagitetur*, ibi, *ſed nec volens eſt admit-* 6
*tendus.* Collige Epiſcopum, Clericos, & alias egregias perſonas, non poſſe etiam volentes venire ad domum Judicis & Notarii ad ſe examinandum, ut per Ludov. Gomez *in cap. mulieres, ex num.* 46. *de judic.* Carav. *ſuper ritu* 142. *num.* 10. quicquid dicat Farinac. *d. q.* 78. *num.* 241.

## SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus teſtimonii ferendi cauſâ non jurat ad inſtantiam judicis ſecularis, ſed propoſitis ſacris Evangeliis admittitur ad depoſitionem.*

2 *Judex mittit Notarium ad Epiſcoporum domos, ſi eos examinari contingeret.*

3 *Epiſcopus*

5 *Episcopus, etiamsi Cardinalitia dignitate sit condecoratus, vel etiam alius Sacerdos in testem receptus jurare debet, & aliter non probat, non tactis Scripturis, sed tantummodo propositis, & inspectis sacrosanctis Evangeliis, seu tacto pectore, ut n.* 4.

5 *Juramentum an desideret tactum alicujus rei sacræ, vel Evangeliorum.*

## Auth. Sed judex.

1 AD instantiam judicis secularis ministros ad Episcopum mittentis non jurat Episcopus testimonii ferendi causâ, sed propositis sacris Evangeliis admittitur ad depositionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 3. *sup. hoc tit.*

2 *Mittat ad eos quosdam de suis ministris*, &c.) Notatur ad hoc, quod judex mittit. Notarium ad Episcoporum domos, si eos examinari contingerer, ut per Specul. *in tit. de teste, §. qualiter autem, vers. vel Episcopus*, Caravit. *super ritu magnæ Curiæ* 142. *n.* 7. ubi de Episcopo, & Cardinale, Mascard. *de probat. in præfat. n.* 42. *ad finem*, Virgil. Boccat. *in tract. de litteris remissor. c.* 2. *n.* 17. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *de testib. q.* 77. *n.* 201. ubi *num.* 213. ad Sacerdotes, & Diaconos hanc eandem extendit resolutionem, ita ut ad eos examinandos judex ad eorum domus mittere debeat Notarium.

3 *Ut propositis sacrosanctis Evangeliis*, &c.) Quamvis regula sit ut Episcopus, vel etiam alius Sacerdos in testem receptus jurare debeat, & aliter non probet; ut per Rip. *in l. admonendi, num.* 194. *vers. ampliatur etiamsi testis esset Episcopus*. Vestr. *in practica, lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 7. Viv. *opin.* 931. *num.* 4. *ad medium vers. etiamsi esset Episcopus*, quamvis Cardinalitia sit dignitate condecoratus, secundùm Viv. *d. num.* 4. *vers. immò si esset Cardinalis*, Bursat. *consil.* 192. *num.* 27. *lib.* 2. Mascard. *de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *numero* 78. *vers. nec. Cardinalis, & conclus.* 270. *num.* 4.

4 Non tamen tactis Scripturis, sed tantummodò propositis, & inspectis sacrosanctis Evangeliis seu tacto pectore, tum de jure, tum de generali consuetudine jurant. Ita per text. *in præsenti*, resolvunt Campeg. *de testib* 167. *post vers testis si non fuerit juratus, n.* 2. *& in* 8. *fallentia*, Gail. *lib.* 1. *observ.* 101. *n.* 2. *vers quomodo Episcopus*, Vestr. *d. cap.* 2. *num.* 7. & ibi Gravat. *num.* 41. Viv. *dicta opin.* 931. *num.* 14. Anton. Thesaur. *Pedem. dec.* 47. *num.* 11. & 12. Rebuff. *ad leges Galliæ in proœm. gloss.* 5. *n.* 27. ubi ait, quod in curiis Franciæ, non tactis Evangeliis, sed posita manu ad pectus jurant, & addit quod si veritatem non dicant, sunt ita perjuri ac si tetigissent Evangelia, vel aliam rem sacram Farinac *d. p.* 2. 73. *n.* 82. ubi testatur se vidisse semper in Romana Curia Episcopos & Clericos tacto pectore jurare.

5 An, & quando in juramento desideretur tactus alicujus rei sacræ, vel Evangeliorum? vide Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *de testib. n.* 314. Hippol. *singul.* 606. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 12. Christoph. de Paz. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *cap.* 1. *n.* 10. latè Farin. *d. p.* 2. *q.* 74. *n.* 20.

### SUMMARIUM.

1 *Presbyteri testimonii causa torturæ injuriam non metuunt, falsa tamen non simulabunt.*

2 *Clerici an & quando torqueri possint.*

3 *Clerici non Presbyteri pro testimonio torqueri possunt sicut alii laici.*

4 *Vestis qui verum supprimit tam falsus est, & de falso punitur quàm qui falsum asserit.*

5 *In Dignitate constituti graviùs puniuntur.*

6 *Crimen committentes in occulto, ut impunitate potiantur, graviùs sunt puniendi.*

## L. Presbyteri. VIII.

*Idem A. Paulino P. V.*

PResbyteri testimonii causa torturæ injuriam non metuunt, falsa tamen non simulabunt. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *supra hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem tenent. in præsenti Butrig. *vers. relevantur Presbyteri*, Cyn. *n.* 1. Bost. *in tit. de tortura testium post n.* 4. Caravit. *super ritu magnæ Curiæ* 87. *n.* 8. *in fine*, plures citat in idem Farinac. *in praxi crimin. part* 2. *de testibus, q.* 79. *n.* 52. ubi *n.* 59. post Bald. *hic num.* 3. *vers. vel dic*, intelligit procedere, ut scilicet Sacerdotes non torqueantur si vacillent, secus si torquerentur ad purgandam infamiam, si contingerit eos esse infames infamiâ facti, vel criminosos. An & quando Clerici torqueri possint, vide Palac. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor.* §. 37. *n.* 19. Clar. *in §. fin. q.* 25. *n.* 5. Farin. *in d. praxi crim. q.* 39. *n.* 133. 2

*Cæteri verò Clerici*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clerici non Presbyteri pro testimoniis torqueri possunt sicut alii laici, ut per Butrig. *hic vers. relevantur Presbyteri.* Cyn. *num.* 1. *vers. cæterici clerici sic & vers. quæ regula fallit*; ubi tamen isto casu videtur requirere magna indicia contra Clericum antequam torqueatur, Bald. *ante num.* 1. *vers. sed in aliis clericis*, Bost. *in tit. de tortura testium, n.* 5. Farin. *d. q.* 79. *n.* 56. ubi *num.* 58. post Albert. & Clar. tenet quod Clerici isto casu torqueri debent non à judice seculari, sed à judice Ecclesiastico. 3

*Vera suppresserint.*) Notatur ad hoc, quod tam falsus est, & de falso punitur testis, qui verum supprimit, omittitque dicere, quàm qui falsum asserit ut per Tiraquell. *de pœnis temperand. causa* 44. *num.* 15. *cum sequent.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 310. *n.* 14. Zanchin. *de hæretic. cap.* 14. *num.* 2. Pegna *in direct. Inquis. part.* 3. *ad quæst.* 73. *commento* 122. *vers. falsum autem testem*, Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 10. *rubr. qui sunt perjuri, num.* 20. Mascard. *de probat. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 5. *num.* 70. *cum seqq. & lib.* 3. *conclus.* 743. *num.* 11. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 67. *num.* 220. 4

*Multò magis*, &c.) Notatur ad hoc, quod magis puniuntur constituti in dignitate, sicuti graviùs peccant, ut per Jas. *in l.* 1. §. *qui mandatum, num.* 7. *ff. de offic. ejus.* Tiraquellus. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 117. 5

*Si in occulto inveniatur crimen.*) Ergò graviùs sunt puniendi, qui in occulto, ut impunitate potiantur, crimen committunt, ut per Tiraquell. *de pœnis temper. causa* 57. *in princip. & num.* 4. & 5. Bernard. Grævæ *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *contl.* 110. *consid.* 1. *num.* 18. 6

### SUMMARIUM.

1 *Presbyteri, seu Diaconi ob falsum in civilibus testimonium per triennium suspenduntur ab officio in causa criminali tenentur ad pœnam falsi, nudati clericatûs honore.*

2 *Clerici falsa deponentes quibus pœnis puniantur.*

3 *Clerici in minoribus pro falso testimonio in crimi. ali causâ verberibus coërceri possunt.*

## Auth. Presbyteri, seu Diaconi.

1 PResbyteri, seu Diaconi ob falsum in civilibus testimonium; per trienniun suspenduntur ab officio, in causa criminali tenentur ad pœnam falsi: nudati clericatus honore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati. *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Canonizata est hæc auth. *in cap. 3. §. Presbyteri, 5. quæst.* de quorum jurium intellectu, & alia ad materiam pœnæ Clericorum falsa deponentium, vide Crot. *de testib. num. 379, part. 9.* ubi Moncada *vers. dico ergo*, Clar. *in pract. §. falsum, vers. pœna autem Clerici*, Bernard. *in pract. cap. 92.* Pichar. Suar. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. de Episcop. & Cleric. n. 151. & 152. pag. 167.* Donel. *commentar. juris civilis lib. 25. sub tit. de testib. ad l. nullum 12. pag. mihi 201. in fine*, Ioseph. Ludov. *Lucensi dec. 15. num 11.* Farin. *in praxi. crimin. part. 2. tit. de opposit. contra dicta testium, q. 67. num. 7.*

3 *Verberibus coërceantur.*) Ergo Clerici in minoribus pro falso testimonio in criminali causa verberibus coërceri possunt, vide Hippol. *in l. ex libro, num. 2. ff. de quæst.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Diaconissa ante completum 50. ætatis annum ad officium Diaconatûs non admittenda.*

2 *Ætas quæ requiritur in eligenda in Diaconissam, ostenditur.*

## L. Nulla. IX.

### *Impp.* Valent. Theod. & Arcad. AAA. *Tatiano. P.P.*

1 EX Apostoli præcepto Diaconissa ante completum quinquagesimum ætatis annum ad officium Diaconatûs non admittenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Quamvis ætas in Diaconissarum numerum adscribendarum quadraginta annorum communiter fuerit statuta, habetur *in Auth. Diaconissam inf. hoc eod. tit.* tamen major, prout in præsenti, desiderata invenitur, quæ viduis deligendis statuta erat, utpote quia propter experientiam voluptatis majori indigerent examine, & approbatione. Ita Pamel. *in schol. 72. in lib. Tertulliani de exhortat. castitatis* Vasquez *in 3. p. tom 3. disp. 245. c. 3. n. 4.* Iul. Lavor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. c. 34. n. 31. v. atque hinc*, Guid. Pancirol. *in Thesauro var. lectionum, lib. 1. cap. 82.* Sebast. Cæs. *de Eccles. hierarchia, p. 2. disp. 9. §. 3. n. 4. & 5.* Ego ipse *in tract. de jure Eccles. universo, lib. 1. c. 36. n. 3.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Ætas ad Presbyteratum, Diaconatum, Subdiaconatum, & Episcopatum præscribitur, tam de jure hujus Auth. quàm Concilii Trid.*

## Auth. Presbyterum

1 ÆTatem præscribit Imper. ad Presbyteratum, Diaconatum, Subdiaconatum, & Episcopatum; sed textus iste non observatur, quia attento jure communi *in ult. Clem. de ætate & qual.* potest quis ad Subdiaconatum admitti in decimooctavo anno, ad Diaconatum verò in vigesimo, Sacerdos fieri si 25. attigerit annum, ut refert Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. num. 32.* Gutier. *canon lib. 1. c. 26.* Menoch. *de arbitr. casu 427. n. 15.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi part 2. alleg. 16. num 1.* Attenta verò nova dispositione Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 12.* nullus in posterum ad Subdiaconatûs ordinem ante 22. ad Diaconatum ante 23. ad Presbyteratum ante 25. ætatis suæ annum promoveri potest, & tenent Doctores per me citati *in collect. ad d. Clement. ult. n. 3. & ad Concil. Trid. in d. c. 12.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Diaconissa ante completum 40. annum non ordinanda, & n. 2*

3 *Diaconissis per benedictionem nulla Ordinis potestas conferebatur.*

4 *Diaconissatûs ad munus olim eligebantur mulieres, aut virgines, aut viduæ.*

## Auth. Diaconissam.

DIaconissa ante completum quadragesimum annum non ordinanda, & ad officium admittenda. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc. tit.* 1

*Non ordinari præcipimus*) Id est, benedici, sicut velatam, & quæ Religionis habitum assumit; per hanc enim benedictionem nulla hujusmodi Diaconissis Ordinis potestas conferebatur, ut optimè advertunt Basil. Pont. *de impedim. matrim. c. 10. vers. sed cùm in Diaconissa* Iul. Lavor. *variarum lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 24. num. 33.* Et quamvis non defuerint perversi homines, qui ex *Diaconissam* & ex *cap. Presbyter*, & ex *c. mulieres 32. dist.* deprehenderent licuisse fœminas ordinari, cùm Diaconissæ, & Presbyteræ mulieris canones illi meminerint; tamen hoc quam falsum sit, latè docent Catholici omnes, notantes fœminas ipso jure divino incapaces eorum, quæ sunt Ordinis, ut per Campan. *in divers. juris Canon. rubr. 11. c. 2. à princ.* Iul. Lavor. *dec. 4. n. 34.* & alios plures, quos refero *in tract. de jure Eccles. univers. lib. 1. c. 36. n. 6.* 2

*Quæ minor sit annis quadraginta.*) Notatur ad hoc, quod Diaconissa ante completum quadragesimum annum ordinari non potest, ut per Campan. *d. rub. 11. c. 2. num. 3. vers. primam*, meipsum *dicto cap. 36. num. 3.* ubi dixi tempus illud quadraginta annorum in virginibus, majus verò in viduis deligendis requiri, utpote quia propter experientiam voluptatis majori indigerent examine, & probatione. 3

*Aut si ad secundas pervenirent nuptias*) Notatur ad hoc, quod olim ad hoc munus Diaconissatûs eligebantur mulieres, aut virgines, aut viduæ, quæ tantùm unico contentæ fuerint toto conjugali, ut ex S. Clem. dixi *d. c. 36. n. 1.* 4

---

### SUMMARIUM.

1 *Ecclesiarum sacrilegus turbator, & invasor insultant Sacerdoti sacra exercenti, ut criminis publici reus nulla impunitatis spe gaudeat.*

2 *Effractores templorum, monasteriorum, & ædium Deo dedicatarum, quas pœnas incurrant.*

3 *Doctores referuntur de sacrilegio, ejusque distinctione agentes.*

4 *Sacrilegium committitur in personam, quando scilicet manus violentæ inferuntur in personas divino cultus dicatas.*

5 *Sacrilegium committitur, si irreverenter imagines tractentur.*

6 *Sacrilegium ratione loci multis modis committitur.*

7 *Ecclesia polluitur per effusionem sanguinis, vel seminis humani in ea contingentem.*

8 *Sacrilegium committit, qui de loco sacro aliquid sacrum abstulerit.*

9 *Sacrilegium quando committitur furripiendo sacrum de sacro, tunc intrat pœna capitalis.*

10 *Sacrilegium est crimen mixti fori.*

11 *Laicus, qui à judice Ecclesiastico de sacrilegio punitus est, potest iterum puniri à seculari.*

12 *Episcopus propter reverentiam sanctitatis debet esse benignus, & promptus ad ignoscendum.*

## L. Si quis in hoc genus. X.

*Impp.* ARCADIUS, & HONORIUS AA. *Theodoro P.P.*

1 SAcrilegus Ecclesiarum turbator, & invasor insultans Sacerdoti sacra exercenti, ut criminis publici reus nulla impunitatis spe gaudeat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* vide Menochium *tract. de arbitr. jud. lib. 2. cent. 4. casu 389. num. 3.*

2 *Ut in Ecclesias Catholicas irruens*, &c.) De effractoribus templorum, monasteriorum & ædium Deo dedicatarum, vide Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 33. cap. 14. post numer. 8.* Decian. *dict. lib. 6. cap. 24. num. 4.* ubi de occupantibus armata manu Templa, & *n. 5.* de diruentibus, & devastantibus, ac de effringentibus, & *num. 6.* de comburentibus Ecclesias, Farinac. *d. q. 172. num. 35.* ubi *num. 36.* subdit de jure Canonico ad hoc esse textum expressum *in cap. conquestus, de sentent. excommun.* ubi probatur, quod eo ipso sunt excommunicati sacrilegi, qui effringunt, spoliant Ecclesias: & addit duo esse necessaria, ut pœna illius cap. locum habeat: unum quod Ecclesia effringatur, alterum quod ex ea quid subtrahatur, ut benè post alios advertunt Salzed. *ad Bernard. d. c. 87. lit. O,* Decian. *d. lib. 6. cap. 24.* Card. Tusch. *d. concl. 6. n. 4.*

3 De sacrilegio ejusque distinctione, in personas scilicet, vel loca, vel res, vide Clar. *in pract. verbo Sacrilegium*, Grilland. *de pœn. omn. coitus, q. 1.* Boss. *in tit. de secrileg.* Didac. Quanter. *in quæst. crimin. cap. 8. rubr. de furtis, n. 17.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 33. cap. 14. de sacrileg.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 2. 48.* Decian *tract. crimin. lib. 6. cap. 15.* Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 3. cap. 1. & 5. per tot* Azor. *institutionem moralium part. 1. lib. 9. cap. 27.* Farinac. *in praxi crimin. tit. de furtis, q. 172.* Cardos. *in praxi Judicum, & advocat. verb. Sacrilegium.* Zerol. *in praxi Episcop. eod. verbo,* Card. Tusch. *tom. 7. lit. S, concl. 6.* Padil. *in sum. legum pœnal. lib. 1. cap. 32.* Marta *de jurisdict. parte 2. cap. 11.*

4 *Sacerdotibus, & ministris*, &c. (Committitur ergo sacrilegium in personas, quando scilicet manus violentæ inferuntur in personas, divino cultui dicatas, ut sunt Papa, Cardinales, & alii Clerici atque Religiosi, de quo Cardos. *dicto verbo Sacrilegium, num. 2.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 87. lit. B,* Menoch. *de arbitr. casu 289. num. 15.* & late ampliationibus, limitationibus & declarationibus explicavi *in collectan. ad caput si quis suadente, 17. q. 4. & in tract. de jure Ecclesiast. universo, lib. 1. cap. 39. §. 1.*

5 *Ipsi cultui.*) Committitur item sacrilegium si irreverenter imagines tractentur absque honore, & cultu, quem eis tribuendum definit Concil. Trident. *sess. 25. in decreto de invocat. & venerat. Sanctorum*, & variis miraculis est comprobatissimum, quæ adducit Boss. *de signis Eccles. tom. 2. lib. 5. c. 13. cum seq.* Card. Bellarmin. *tom. 1. controvers. 7. de imaginibut Sanctorum, lib. 2. c. 12.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. c. 16. n. 3.* Azor. *d. lib. 9. c. 7. quæs. 4.* Less. *d. c. 45. n. 16. cum seqq.*

6 *Locoque.*) Sacrilegium ratione loci multis modis committitur, per quos sanctitas loco debita violatur, ut est effusio sanguinis, vel seminis humani in loco sacro, per quam, locum seu Ecclesiam pollui, probat *cap. proposuisti, de consecrat. Eccles. vel Altar.* ad quod plures citavi Doctores *in collect. illius c. & de officio & potestate Episcopi part. 2. alleg. 28. ex num. 10. & in tract. de jure Eccles. universo, lib. 2. c. 4. n. 16. cum seqq.*

Ad eandem sacrilegii speciem pertinet, si quis de 8
loco sacro aliquid non sacrum abstulerit, ut probat text. *in cap. quisquis, 17. quæst. 4.* & tradunt Clar. §. *sacrilegium, num. 2.* Pert. Gregor. *Syntag. juris lib. 33. cap. 14 num. 8.* Jacob. de Graffiis *dicto c. 48. num. 4.* Decian. *d. lib. 6. cap. 30. à num. 16.* Soar. *cap. dicto lib. 3. cap. 1. & d. cap. 6. num. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 389. num. 2.* Cardos. *d. verbo Sacrilegium, num. 8.* Card. Tusch. *tom. 7. lit. S, concl. 6. in princip.* Marta *de jurisdict. p. 2. cap. 11. num. 15* Latè Farin. *in praxi crimin. q. 172. ex num. 34.* ubi *num. 14.* ait committi sacrilegium in Ecclesia non consecrata respectu loci, præcipuè si jam fuerit cœptum divina officia in ea celebrari: *& num. 34.* quod crimen sacrilegii non committitur ab eo, qui in alio loco, etiam religioso, utputa sepulchro, thesaurum invenerit, & acceperit, & *num. 45.* quod nec etiam committitur sacrilegium, nec ejus pœna locum habet quando furtum committitur in re destinata Ecclesiæ, non tamen adhuc tradita, quia nisi fuerit tradita, non potest dici sacra, & *à num 48.* latè agit, quæ dicantur loca sacra.

*Iujuriam capitali*, &c.) Intellige quando sacrile- 9
gium committitur furripiendo sacrum de sacro; tunc enim intrat pœna capitalis in proprio significatu hoc est mortis, *leg. sacrilegii capite, ff. ad leg. Iul. pecul.* Boër. *dec. 254. n. 6. vers. & hoc quando factum*, Clar. *d. §. secrilegium, num. 4. vers. dicit autem*, Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 5. num 11.* Menoch. *de abitr. casu 389. num. 2. cum seqq.* ubi videtur etiam hoc casu requirere judicium judicis, Padil. *in sum. legum pœnal. part. 1. cap. 31. à num. 2.* Cardos. *d. verbo Sacrilegium, n. 17.* Marta *d. cap. 11. num. 117.* Farinac. *d. quæst. 122. num. 22.* Maximè quando intervenit violentia & fractura, ex eodem Boër *d. dec. 254. num. 13.* vel quando furtum fuit magni valoris, vel sacrilegium est multiplicatum, & sæpius commissum; ad quod perspiciendum prudens judex omnia perscrutabitur, & juxta facti & personarum qualitatem in sacrilegio poterit minuere pœnam, vel augere usque ad mortem inclusivè, secundùm Clar. *d. §. sacrilegium. num. 4.* Ludov. Peguer. *crimin. decis. 24. num. 20. & 21.* Boss. *in tit de sacrileg. num. 6.* Decian *d. lib. 6. cap. 33. num. 5. 14. & 15.* Farinac. *d. q. 172. n. 15. seqq.* ubi *n. 33.* subdit, quod consentientes, participes, & consocii in crimine sacrilegii pari pœna puniuntur, & *n. 47.* quod in crimine sacrilegii impubes excusatur.

*Nec expectet ut Episcopus*, &c.) Notatur ad hoc, 10
quod sacrilegium est crimen mixti fori, itaut non minus, sed æquè principaliter de eo adversùs laicum cognocere possit Ecclesiasticus judex, atque secularis, & inter eos locus sit præventioni. Vide Roman. *sing. 323.* Marant. *de ordine judic. part. 6. n. 141.* Ozasc. *dec. 103. num. 7.* Vincent. de Franc. *dec. 504.* Thesaur *dec. 224.* Sazed. *ad Bernard d. Diaz cap. 78. A, vers. & inter laicos*, Decian. *d. lib. 6. c. 36. num. 7.* Soar. de Paz *in pract. tit. 2. præl. 2. n. 19.* Gutier *pract. lib. 3. q. 1. n. 13.* Cardos. *d. verbo Sacrilegium, n. 15.* D. Barbos. *in l. Titia, n. 51. ff. soluto matr.* Card. Tusch. *pract. concl. lit. S, concl. 6. n. 13.* Farin. *in praxi crimin q. 8. num. 152. & 156. & q. 172. n. 13.* Marta *d. c. 11. à princip.* Gabriel. Pereira *de manu Regia p. 2. c. 56. n. 32.*

Quæstio in hac materia difficilis est, utrùm scilicet 11
laicus, qui à judice Ecclesiastico de sacrilegio punitus est, possit iterum puniri à seculari? Negativam partem amplexa est glossa. *verbo addidimus, in cap. felicis de pœnis lib. 6.* quam sequuntur multi, de quibus Anton. Gom. *tom. 3. cap. 1. num. 40.* Et magis sequi videtur

videtur Salzed. *d. cap.* 88. *verſ. ſunt tamen*, Cardoſ. *d. verbo Sacrilegium*, *n.* 16. Sed affirmativam partem tenuerunt Doctores magis communiter reſolventes poſſe ſecularem judicem pœnis condignis punire crimen mixti fori priùs quàm Eccleſiaſticus puniat: poſt multos à ſe relatos comprobant Clar. *in* §. *fin. q.* 57. *n.* 14. Cov. *lib.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 6. Decian. *d. lib.* 2. *c.* 36. *n.* 8. D. Barboſa *in d. l. Titia*, *n.* 55. Marta *d. c.* 11. *a n.* 21. citati per Farin. *d. q.* 73. *n.* 32.

*Cui ſanctitas ignoſcendi gloriam dereliquit.*) Notatur ad hoc, quod Epiſcopus propter reverentiam ſanctitatis debet eſſe benignus, promptus ad ignoſcendum, non ſeveritate, ſed benevolentia, non verberibus, ſed verborum correptione timeri debet, de quo multa ex jure, & ſanctis Patribus cumulavi *in tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 1. *tit.* 1. *gloſſ.* 12. *per totam.*

---

SUMMARIUM.

1 *Clericum, aut Sacerdotem injuria afficiens, vel verberans, exilii pœnam ſuſtinet.*
2 *Miniſtrorum ſacrorum exercitium turbans capitis pœnam incurrit.*
3 *Litanias laici non celebrant.*
4 *Injuria facta Clerico, ac Sacerdoti, dicitur atrox.*
5 *Injuria facta Clerico cenſetur etiam facta Epiſcopo & Eccleſiæ.*

## Auth. Sed novo jure.

1 CLericum, aut Sacerdotem injuria afficiens, vel
2 verberans, exilii pœnam ſuſtinet. Turbans & prohibens exercitium miniſtrorum ſacrorum, capitis pœnam luet. Item Litaniarum turbatores, aut concuſſores non ſunt impunes. Litanias laïci non celebrent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

3 *Pro tali injuria verberatur*, &c.) Quia injuria fa-
4 cta Clerico, ac Sacerdoti dicitur atrox, ex *l. atrocem*, ibi, *cum eſſes in Sacerdotio*, *C. de injur.* cum traditis per Gregor. Lop. *l.* 62. *gloſſ.* 3. *tit.* 6. *part.* 1. Marant. *de ordine judic. part.* 6. *tit. quibus modis judicata fir. n.* 241. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 57. *num.* 8. *verſ. illud obiter.* Farin. *in praxi crimin. q.* 105. *n.* 195. Et benè Menoch. *de arbitr. caſu* 389. *num.* 15. citat textum in præſenti, & advertit ex Bald. hîc, pœnam capitis ſacrilegio indictam propter impias manus in Clericos immiſſas hodie locum habere, cum plura concurrunt, videlicet quod ſi Clericus, quod divina celebrentur quod ſit in Eccleſia, & quod divinum Officium perturbetur. Cenſetur hæc injuria facta Clerico, etiam facta Epiſcopo, & Eccleſiæ, & propterea Epiſcopus poteſt criminaliter contra injuriantem agere; ſed non poteſt remittendo hanc injuriam, remittere etiam injuriarum actionem, quæ competit Clerico nomine proprio & è contra, ut reſolvit idem Farin. *d. q.* 191. & 192.

5 Attenta ordinat. Regia Luſit. *lib.* 2. *tit.* 9. §. 1. injuria facta Clerico eſt mixti fori, dum diſponit quod Clericus pro injuria ſibi illata à ſeculari, eligere poteſt apud quem judicem malit agere, ſecularem ſcilicet, an Eccleſiaſticum, de cujus ordinat. intellectu ac materia agit Gabr. Pereira *d. tract. de manu Regia, p.* 1. *c.* 57. *ex n.* 8.

---

SUMMARIUM.

1 *Originarii loci, ubi Eccleſia ſita eſt, debent in Eccleſiis ordinari.*
2 *Ordinandorum numerus pro qualitate reddituum conſiderandus, atque taxandus eſt.*
3 *Originarius loci beneficii debet, ſi eſt idoneus, aliis extraneis præferri.*
4 *Papa in dubio intendit cuiquam providere in patria ſua.*
5 *Doctores referuntur de Clericorum capitationibus agentes.*

L. In Eccleſiis XI.

*Iidem* AA. *Eutychiano P.P.*

ORiginarii loci, ubi Eccleſia ſita eſt, debent in 1
Eccleſiis ordinari; & numerus ordinandorum 2
pro qualitate reddituum conſiderandus, atque taxandus eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 2. *ſuprà hoc tit.*

Ex hoc textu vulgò colligitur eum, qui eſt ex lo- 3
co, ſeu diœceſi beneficii, debere, ſi eſt idoneus, aliis extraneis præferri, ut per Duen. *reg.* 202. Roch. *de jurepatron. verbo Honorificum*, *q.* 18. *num.* 35. & *ſeq.* Cov. *pract. cap.* 35. *num.* 5. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſ.* 32. *num.* 32. *ſeqq. cum & num.* 72. Gutier. *conſ.* 2. *num.* 24. Azeved. *l.* 14. *num.* 3. *tit.* 13. *lib.* 1. *novæ Recop.* Burg. *l.* 3. *Tauri, part* 1. *n.* 374. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 93. *n.* 9. Cevall. *commun. contra commun. q.* 693. Nicoll. Garc. *de benef. part.* 7. *cap.* 9. *num.* 5. D. Barboſa *in l. hæres abſens*, §. *proinde*, *art. de foro ratione orig. n.* 67. *ff de judic.* Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 6. *c.* 25. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *num.* 37. & *ſeq.* Antonin. Diana. *reſol. moral. part.* 1. *tract.* 3. *reſol.* 6. plures per me citatos *in collect. ad cap. bonæ memoriæ* 4. *num.* 7. *de poſtulat. Præl. & num.* 13. aſſero quod in dubio Papa 4
intendit cuiquam providere in patria ſua, itaut ſi forenſis, vel alienigena impetret beneficium, non facta mentione de loco ſuæ originis, ſeu de ſua diœceſi, gratia eſt ſubreptitia.

*Ut propriæ capitationis onus* &c.) De Clericorum 5
capitationibus vide Mandel. *conſ.* 8. Viv. *commun. opin. n.* 105. Caſtald. *in pract. de imper. q.* 101. Eſt enim capitatio ſpecies quædam tributi, ut oſtendit Calvin. *in ſuo Lex. juridico*, *ſub hoc verbo.*

---

SUMMARIUM.

1 *Curialis etiam bonis cedendo per ordinationem impetratum civile officium non deſerit.*
2 *Laici licèt non poſſint per ſua ſtatuta diſponere in præjudicium Clericorum, poſſunt tamen per ſuum ſtatutum tollere privilegium ab ipſis conceſſum Clericis.*
3 *Clericus quod quis remaneat, non tamen gaudeat privilegiis Clericorum, ſimul ſtant.*

L. Si quis Curialis. XII.

*Iidem* AA. *Eutychiano. P.P.*

CUrialis bonis etiam cedendo per ordinationem 1
impetratam civile officium non deſerit. Colligunt ex Ordin, Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

De Curialibus egi latè *in collect. ad auth. ſed neque curialem*, *ſup. hoc tit.*

*Vlterius legem prodeſſe non patimur.*) Notatur ad 2
hoc, quod licèt laici non poſſint per ſua ſtatuta diſponere in præjudicium Clericorum; poſſunt tamen per ſuum ſtatutum tollere privilegium ab ipſis conceſſum Clericis, & ſic qui fecit legem in favorem Clericorum, poteſt illam tollere, ut per Tiraquel. *de privil. piæ cauſæ*, *privil.* 159. *prope fin.*

In gloſſ. *Revocetur*, ibi, *ſed an Clericus eſſe deſinat?* 3
*Reſp. non*, *ſed privilegio Clericorum non utetur.* Stant enim ſimul, quod quis remaneat Clericus, non tamen

men gaudeat privilegiis Clericorum, ut per Abb. *in cap.1.num.6.de vita, & honest. cleric.* Rot. *in Ferrarien si pensionis*, 22. *Martii* 1627. coram bonæ mem. Card. Virili, impressa per me *de officio & potest. Episcopi.p.2.post.alleg.49.*

SUMMARIUM.

1 *Privilegia Ecclesiarum ubi violantur, ad pœnam quinque librarum auri agere licet.*
2 *Immunitatis violatæ cognitio, & quævis quæstio superveniens, potius summorum Pontificum decretis, quàm Imperatorum legibus decidenda.*

## L. Si venerabilis. XIII.

*Iidem* AA. *Fidiano. Vicario.*

1 OB privilegia Ecclesiarum violata temeritate, aut neglecta dissimulatione, ad pœnam quinque librarum auri agere licet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.suprà hoc tit.*

2 Cùm cognitio violatæ immunitatis, & quævis quæstio super illa superveniens, potiùs summorum Pontificum decretis, quàm Imperatorum legibus decidi debeat, secundùm *gloss. ult. in cap. sicut antiquitus*, 17.*q.* 4. Remig. *de immun. reg.* 4. *n.* 2. Cov. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 2. potiùs hac in re attendere debemus ad dispositionem text. *in cap. si quis contumax*, 17. *q.* 4. ubi pro violata immunitate nongentos solidos Episcopo solvi jubetur, prout refero ego ipse *in tract. de jure Eccles. universo, lib.2.cap.3.n.161.*

SUMMARIUM.

1 *Communitas si bannita ultra annum in banno permanserit, in Imperiali simul banno esto, nec absoluta ab Ecclesia, civili liberatur banno.*
2 *Personæ appellatione non venit Communitas, Collegium, seu Universitas.*
3 *Excommunicatio incurritur ob violatam immunitatem.*
4 *Non incurritur ipso jure, sed vigore constitutionis Gregorii XIV.*
5 *Bannitus à quocumque impunè occidi potest.*
6 *A banno nemo absolvendus, nisi pacem inierit cum offenso.*

## Auth. Item quæcumque.

1 OB libertatem Ecclesiæ fractam, & violatam, si Communitas bannita ultra annum in banno permanserit, in Imperiali simul banno esto, nec absoluta ab Ecclesia, civili liberatur banno. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.suprà hoc tit.*

2 *Quæcumque communitas, vel persona.*) Ergo personæ appellatione secundùm propriam significationem non venit communitas, collegium, seu universitas, ut per Put. *dec.* 84.*n.*2.*lib.*1. ubi quod in materia strictè intelligenda, appellatione personæ non comprehenditur universitas, & corpus collegiale, Raudens. *decis.* 200. ubi quod *reg. Cancel.* 19. de idiomate dum loquitur in personis, locum non habet in Collegiis, vel in Capitulis Tiber. Decian. *resp.* 55. *num.* 24. *vol.* 1. latè Gonzal. *ad reg. Cancel. gloss.* 37. *n.* 1. *cum multis seqq.* Card. Mantic. *dec.* 110. *num.* 6. *& de tacitis & ambig. convent. lib.* 7.*tit* 14.*num.*3. Card. Tusch. *pract. concl.tom.6.lit.P,concl.* 318. *à princ.* Seraph. *dec.* 1450. *num.*3.& ad plura infero *in tract. de appell. verborum utriusque juris signific. appell.* 198. *à princ.* ubi *num.* 9. altero quod personæ appellatione largè & impropriè sumpto vocabulo, ac minùs propria significatione, continentur Universitas, Collegium, ac Communitas: & *num* 10. intelligo quando materia subjecta sit apta & proportionabilis ad comprehendendum illa, & *n.* 11. quod in materiis favorabilibus venit Collegium, & Universitas.

*Per annum in excommunicatione*, &c.) Ergo propter violatam immunitatem pœna excommunicationis incurritur, de qua *in cap. quiquis, & in cap. sicut antiquitus* 17. *q.* 4. Peguer. *in pract. crimin. cap.* 26.*sub n.* 5. *vers. præterea text.* Alexand. Ambrosin. *de immun. c.* 15. *num.* 4. Soar.*tom.*1. *de Relig. tract.* 3. *cap.* 13. *num.* 7. Gambar. *de immun. lib.*8.*cap.* 1. *n.* 11. Erasm. à Cochier *de jurisdict. Ordin. in exemptos, p.* 4. *q.* 65. *ad fin.* Felin. *de immun. num.* 312. qui jure communi attento asserunt hanc excommunicationem non incurri ipso jure, secus vigore constitutionis Gregorii XIV. 3

De insordescentibus per annum in excommunicatione, vide Doctores, quos plena manu citavi *in collect. ad Concil. Trid. sess.*25.*de reformat. cap.* 4

*Ipso jure Imperiali banno subjaceat.*) Bannitus à quocumque impunè occidi potest, ut Covar. *lib.* 2. *var. c.* 20.*n.*11. *vers. Tertiò*, ubi citat hunc text. Farinac. *in praxi crimin. q.*27.*n.*34. ubi dicit, quod quando bannitus potest immunè occidi, potest etiam impunè verberari vulnerari, & bona ei auferri. 5

*A quo nullatenus extrahatur*, &c.) Notatur ad hoc quod à banno nemo absolvendus est, nisi cum offenso pacem inierit, ut per Mynsing. *cent.* 5. *observ.* 11. Gail. *in tract. de pace publica,n.*18.*n.*6. 6

SUMMARIUM.

1 *Episcopus si quietem publicam turbaverit, depositus ad centum milliaria relegandus est.*
2 *Clerici perturbantes rempubl. & ejus pacem necnon rebelles suo Regni, vel nolentes desistere à violentiis, quas infereunt vassallis Regis, possunt à Regno expelli, & privari jure originis.*

## L. Quicunque residentibus. XIV.

*Iidem* AA. *Adriano P. P.*

1 EPiscopus quietem publicam, si turbaverit, depositus ad centum milliaria relegandus est. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.1.n.1. suprà hoc tit.*

2 Ex hoc textu vulgò colligitur, quod Clerici perturbantes Rempubl. & ejus pacem, necnon rebelles suo Regi, vel nolentes desistere à violentiis, quas privari jure originis, ut per Chassan. *in consuet. Burgund.rub.*§.5.*in gloss. s'il n'a grace, sub n.* 18. Guillelm. Benedict. *in c. Raynutius, verbo uxorem nomine Adelasiam dec.*2.*num.* 460. Carol. de Grass. *lib.* 2. *Reg. Franciæ, jure* 7. *col. pen.* Avend. *de exequend. mand. part.* 2. *c.*6.*num.*12. Salzed. *ad Bernard.in pract. cap.* 102. *litt. A,* Gregor. Lopez *l.* 57. *gloss.* 2. *vers. an autem, tit.* 6. *part.* 1. Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *num.* 33. Covarr. *pract.cap.* 35. *num.* 3. *vers. adversus* Segur. *in direct. judicum part.* 2.*c.*13. *num.* 53. Humad. *ad Gregor. Lop. l.*65.*gloss.*8. *num.*7.*tit.*5. *part.* 1. Cur. Philip. *p.* 3. §. 3. *num.* 2. Mez. *in tract. taxæ panis, conclus.* 5. *num.* 37. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 62. Cened. *ad Decretum collect.* 37. *num.* 9. *& practic. ac canon quæst. lib.* 1. *q.*45. *num.* 26. Emman. Barbosa parentem meum *in remiss. ad Ordin. Regias Lusitan. lib.* 2. *tit.* 13. *in princip.n.*4.

AUTH. Si quis Episcopus.

EPiscopus ob turbatam quietem, in certum relegatus locum sine venia recedens, ac rediens, in monasterium illius loci correctionis causâ detrudendus est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Conventicula extra Ecclesiam Religionis prætextu non admittenda.*
2 *Conventiculum appellatur congregatio plurium personarum sine legitimi superioris authoritate habita.*
3 *Conventiculum ponitur hic pro Missis, & sacris ministeriis, quæ in privatorum ædibus extra Ecclesiam prohibentur celebrari.*
4 *Congregationes quæ conventicula appellantur, regulariter prohibentur.*
5 *Confraternitatum, seu confratriarum usus omninò damnatus.*
6 *Collegia illicita quæ* Sodalitia *dicta, prohibentur.*
7 *Collegia, quæ Principis, aut Senatusconsulti authoritate approbata sunt, ab hac prohibitione generali excipiuntur*
8 *Confratriæ Religionis, & pietatis intuitu etiam institutæ, non possunt institui, nisi priùs à Principe, aut alio legitimo superiore earum statuta examinentur, & approbentur.*
9 *Argumentum à contrario sensu non semper validum est.*

## L. Conventicula. XV.

*Idem* AA. *Studio P. V.*

1 CONventicula extra Ecclesiam Religionis prætextu non admittenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Conventiculum appellatur congregatio plurium personarum sine legitimi superioris authoritate habita, ut per Decian. *tract. crimin. lib. 7. cap. 20. n. 7.* Marta *de jurisdict. p. 2. casu 23. à princ.* Calvin. *in Lexic. jurisdict. verbo Conventiculum.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 77.* ubi ait quod conventiculum
3 pro Missis & sacris ministeriis hîc ponitur, quæ in privatorum ædibus extra Ecclesiam prohibentur celebrari, *& lib. 2. c. 168.* ubi de intellectu hujus textus. Et notatur ad hoc, quod regulariter prohibentur congre-
4 gationes, quæ conventicula appellantur, ut per Menoch. *cons. 28. n. 1.* ubi *n. 18. in fine* asserit textum *in præsenti*, & jura similia non procedere in congregationibus honestis, & ad bonum finem factis.

5 Unde non defuerunt, qui confraternitatum, seu confratriarum usum omninò damnarent, ea ratione, quam ponit Budæ. *in prioribus annotat. ad Pandectas, sub tit. de offic. quæst. pag. 4.* quia potiùs epulones, seu coëpulones dici possunt, cùm plerumque more gentilium epulandi magis, quàm divini cultus gratiâ constituantur. Ideoque lege Franciæ omninò improbari hujusmodi confraternitates, referunt Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de Confratriis, in princ. à n. 10.* Duaren. *tit. de hæred. instit. c. 2. vers. alia quæstio*, quod meliùs, latéque prosequitur Petr. Greg. *de Republ. lib. 13. cap. 3. à princ.* Item legibus Castellæ, ut *in l. 3. tit. 14. lib. 8. novæ Recop.* ubi Azeved. *n. 9.* Perez *ad l. 2. tit. 11. lib. 7. Ordin.* & ex ipso jure communi confirmari videtur *in l. 1. in princip. ff. de colleg. illic.* ubi mandatis Principum præcipitur Præsidibus provinciarum, ne patiantur esse collegia illicita, quæ *sodalitia* vocat.

Verùm ab hac prohibitione generaliter excipiun- 7
tur collegia, quæ Principis, aut Senatusconsulti authoritate fuerunt approbata, *l. 3. vers. in summa, ff. de colleg. illic.* Brisson. *antiq. lib. 1. cap. 14.* Cujac. *lib. 7. obser. 5.* Nav. *cons. 3. de foro comp. à num. 3.* Petr. Gregor. *syntag. jur. lib. 15. cap. 32. num. 16.* Mynsing. *cent. 6. observ. 2.* Aviles *ad cap. 2. Prætor. verbo Confederation, à princ. & num. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 597. à princ.* Ob idque Confratriæ Religionis, & pietatis intuitu etiam institutæ non possunt institui nisi priùs à Principe, aut alio legitimo Superiore earum statuta examinentur, & approbentur, ut prudenter legibus Castellæ constitutum fuit, *d. l. 3. tit. 14. lib. 8. novæ Recop.* ubi Azeved. *à num. 22.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 35. n. 1. in fine*, Garcia *de nobil. in descript. leg. Regni, num. 13.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, l. 8. n. 21.*

In gloss. *Extra Ecclesiam*, ibi, *id est Ecclesiasticam* 8
*religionem.* Vide Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. c. 168.*

In eadem gloss. ibi, *Non enim semper valet argumen-* 9
*tum à contrario sensu* plures casus, in quibus argumentum à contrario sensu non valet, refero ego ipse *in locis communib. argum. juris, loco 27. ex num. 20. usque ad n. 40.*

SUMMARIUM.

1 *Coloni ascriptitii, vel censiti non debent transire, ac recipi in ordinem Clericorum, dominis invitis.*
2 *Censiti ac coloni dominorum consensu in Clericorum ordinem transeuntes, servitia præstabunt per substitutum.*
3 *Ascriptitii, & coloni, qui terræ colendæ perpetuò sunt ascripti, ordinari non possunt.*
4 *Per substitutum quando qui serviat, & quænam servitia præstentur per substitutos, remissivè.*
5 *Substitutus, sive vices gerens, eadem dignitate, & munere fungi dicitur, quibus fungitur ipse principalis.*
6 *Vassallus non potest servire per substitutum.*

## L. Quisquis sensibus. XVI.

*Imp.* HONOR. & THEODOS. AA. *Anthemio P. P.*

COloni ascriptitii, vel censiti, invitis dominis in 1
Clericorum ordinem transire ac recipi non debent. Item censiti ac coloni dominorum consensu in 2
Clericorum ordinem transeuntes, per substitutum servitia præstabunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

*Temperet ab omni clericatu.*) Notatur ad hoc, quod 3
ascriptii, & coloni, qui terræ colendæ perpetuò sunt ascripti, non possunt ordinari, ut per meipsum *in tract. de jure Ecclesiast. universo, lib. 1. cap. 33. num. 133.* ubi ex Suar. *tom. 5. de censur. disp. 51. sect. 5. numero 15.* assero hujusmodi servitutem, tam circa originarios, quàm ascriptitios servos jam in usu non esse: refero etiam *in collect. ad cap. quis autem leges, nu. 1. distinct. 54.*

*Quo maluerit subrogato utatur.*) Quando autem 4
quis per substitutum serviat, & quænam servitia per substitutos præstentur; vide gloss. *verbo Decoratus, in l. nullus, C. de decurion.* ubi Jacob. Rebuff. & Celsus Hug. *in addit.* Magon. *Florent. dec. 35. num. 28.* Caroc. 5
*de deposito, fol. 117. num. 43. & 45.* Substitutus, sive vicesgerens, eadem dignitate, & munere fungi dicitur, quibus fungitur ipse principalis, Menoch. *cons. 729. n. 8. & cons. 1032. n. 18.*

In gloss. *Subrogato*, ibi, *arg. quod vassallus posset ser-* 6
*vire*

*tre feudo per substitutum*, &c. Notatur ad hoc, quod vassallus per substitutum servire non potest, ut per Alexand. *cons.* 10. *lib.* 5. Craver. *cons.* 303. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 68. *num.* 9. *cum seqq. & cons.* 181. *n.* 84. *& cons.* 722. *n.* 17.

---

SUMMARIUM.

1 *Clerici non trahantur ad secularia, nec secularibus se immisceant, sed Divinis vacent, & adsint ministeriis, nisi proprias agant causas.*
2 *Clerici spectacula, comœdias, fabulas, choreas, hastiludia, & alia his similia vitare tenentur. Limita ut ibid. remissivè.*
3 *Clerici negotiis secularibus non se immisceant.*
4 *Clerici prohibentur omnes causarum actus exercere apud judicem secularem.*
5 *Clericus si pro laico comparuerit in judicio, valebit actus factus contra prohibitionem hujus legis, parte non opponente.*

## L. Placet nostræ. XVII.

*Idem* A A. *Maximo P.P.*

1 CLerici ad secularia non trahuntur, nec secularibus se immisceant, sed Divinis vacent, & adsint ministeriis, nisi proprias agant causas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 2. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 *Neque ad quodlibet publicum spectaculum*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clerici spectacula, comœdias, fabulas, choreas, & hastiludia, ac alia his similia vitare tenentur, ut per Ugolin. *de offic. & potest. Episc. c.* 13. §. 30. *n.* 3. latè meipsum. *in tract. de jure Eccles. universo lib.* 1. *c.* 30. *ex n.* 56. *usque ad n.* 63. ubi ostendit, an & quando comœdiis, & agitationibus taurorum interesse possent.

3 *Neque ad curiæ locum*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clerici negotiis secularibus se immiscere non debent, de quò dixi *ad tit. ne clerici, vel Monachi, in Decretalib.*

4 *Neque ad judicium accedendi licentiam permittimus*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clerici prohibentur omnes causarum actus exercere apud judicem secularem, ut per Martam *de jurisd. p.* 4. *cent* 2. *casu* 116. *à princ.* latè meipsum *d. tract. de jure Eccles. univers. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 85. *cum multis seqq.* Unde advocare coram judice seculari prohibentur, ut *in d. cap.* 1. *de postulând.* & *ibi in collect.* plures Doctores, ampliationes, & limitationes adduxi, quas etiam cumulavi *d. tract. de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. *ex num.* 86. *usque ad num.* 91. *& à num.* 92. resolvit cum multis, non licere Clericis qui sunt in sacris, notariatus, seu tabellionatus officium exercere, præsertim in secularibus, aut prophanis negotiis. & *ibidem numeris sequent.* idipsum multipliciter limito. Verùm si Clericus pro laico in judico
5 comparuerit, valebit actus factus contra prohibitionem hujus legis, parte non opponente, quia quotiescumque lex aliquid prohibet ratione honestatis, actus contra prohibitionem factus non est nullus, ut per Alderan. Mascard *de generali statut. interpr. conclus. num.* 50. *cum seq.* Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. L, n.* 201.

---

SUMMARIUM.

1 *Clerici variorum Ordinum, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Lectores, à ludis tabularum, aliisque illicitis, horumque aspectu, exercitio, auxilio, sub pœna suspensionis ab officio triennali abstineant.*
2 *Ludus tabularum Clericis prohibetur.*
3 *Clericis prohibitum facere ad partem cum lusore.*
4 *Pœna imposita ludenti, imponitur etiam ludo præsenti vel inspectatori.*
5 *Clericus lusor, aut ludi inspectator, in triennalem monasterii detrusionem, & in suspensionem per tantundem tempus ab Altaris ministerio condemnatus, reservato judici arbitrio dictum tempus minuendi, si dum in monasterio permanserit, se pœnitentem ostenderit.*
6 *Episcopi vocantur sanctissimi.*
7 *Schaccorum ludus Clericis permittitur.*

## Auth. Interdicimus.

CLerici variorum Ordinum, ut Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Lectores, à ludis tabularum, aliisque illicitis, horumque aspectu, exercitio, auxilioque, sub pœna suspensionis ab officio triennali abstineant. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

*Ad tabulas ludere*, &c.) Notatur ad hoc, quod ludus tabularum Clericis prohibetur, ut per Paris. de Puteo *in tract. de ludo, num.* 11. *vers. mixtus autem ludus, & num.* 39. & 40. Steph. Costa *in simili tract. de ludo, art. post num.* 33. *in fine, & num.* 34. *etiam in fine.* Petr. Greg. *syntag. juris part.* 3. *lib.* 39. *cap.* 4. *num.* 8. Azeved. *ad l.* 2. *num.* 42. *cum seqq. tit.* 7. *lib.* 8. *novæ Recopil.* Cardos. *in praxi Indicum. & Advocat. verbo ludus, num.* 2. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib.* 1. *cap.* 48. *rub. qui ludi sint permissi, vers. secunda species*, latè Farin. *in praxi crimin. q.* 109. *ex num.* 15. ubi *n.* 16. dicit, quod prohibitus censetur tabularum ludus, quia reputatur mixtus, fortunæ scilicet, & ingenii simul; fortunæ propter taxillorum factum, ingenii propter tabularum inductionem, plures Doctores refero ego ipse *in tract. de jure Eccles universo, lib.* 1. *c.* 40. *ex n.* 66. 2

*Aut aliis ludentibus participes esse.*) Notatur ad hoc, quod prohibitum est Clericis facere, prout vulgò dicitur, ad partem, vel societatem cum lusore, ut per Bernard. *in pract. c.* 70. *num.* 5. ubi Salzed. *lit. H*, ubi post Fulgos. *in præsenti* addit, quod si quis juraverit se non ludere, & det alteri pecuniam ut suo nomine ludat, à perjurio minimè excusatur, Beiard. *ad Clar.* §. *ludus, num.* 11. Bonacos. *in quæst. crimin. verbo Ludus, vers. item statuta contra lusores*, Farin. *d. q.* 109. *n.* 37. *cum seqq.* 3

*Aut inspectatores fieri.*) Notatur ad hoc, quod pœna imposita ludenti, imponitur etiam ludo præsenti, vel inspectori, ut per de Paris. de Puteo *d. tract. de ludo, post num.* 44. Caccialup. *in eod tract. num.* 9. *ante fin. & num.* 32. Stephan. Costa. *in simili tract. n.* 25. *art.* 2. *& num.* 35. *& 36. vers. ex quibus*, Capra *concil.* 86. *num.* 36. Bernard. *d. cap.* 70. *num* 5. Viv. *opin.* 408. *ex num.* 6. Hippol. *sing.* 552. Aviles *ad c.* 29. *prætor. verbo, in tableros, n.* 1. Azeved. *loco citato*, Rebell. *de obligat. justit. part* 2. *lib.* 12. *q. ult. n.* 6. Farin. *d. q.* 109. *n.* 34. 4

*Si quis autem ex his*, &c.) Notatur ad hoc, quod de jure hujus text. Clericus lusor, aut ludi inspectator in triennalem monasterii detrusionem, & in suspensionem per tantundem tempus ab Altaris ministerio condemnandus, reservato Judicis arbitrio dictum tempus minuendi, si dum in monasterio permanet, se pœnitentem ostenderit, ut per Caccialup. *d. tractat. de ludo, n.* 61. *vers. dicit etiam. tex.* Bernard. *d. c.* 70. *n.* 5. & *ibi* Salzed, *in addit. lit. G*, ubi subdit quod hæc pœna juris civilis non est approbata à jure Canonico. Menoch. *de arbitr. casu* 390. *post num.* 3. Farin. *d. quæst.* 109. *num.* 93. & 94. ubi *numeris seqq.* pœnas adducit à jure Canonico contra Clericos ludentes inflictas. 5

In gloss. *Sanctissimis Episcopis*, ibi, *quales omnes esse*

*debent*. Ergo sanctissimi vocantur Episcopi, quia maxima sanctitate præfulgere debent hi, qui velut sol quidam sanctitatis in omnes alios, & tanquam sydera quædam sanctitatis suæ radios mittere tenentur : vide Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 12. meipsum *de jure Eccles. univers. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 39.

In gloss. *Ad tabulas*, ibi, *sed quid si ad schacos, Resp. fortè secus, quia in ingenio naturali consistit, nec committitur viribus fortunæ*. Notatur ad hoc, quod schacorum ludus permissus est Clericis, ut per Capr. *concl.* 86. *num.* 5. Steph. Costa *in tract. de ludo*, *n.* 25 *in fine*, Salzed. *ad Bernard. d.c.* 70. *lit. A*, Clar. *§. ludus, num.* 5. *vers. quæro nunquid*, Guid. Pancirol. *citato loco*, Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 29. *n.* 3. *in princ. pag.* 430. Vgolin. *de officio, & potest. Episcopi, c.* 13. *§.* 25. *in princ.* Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 92. Farin. *d. q.* 109. *n.* 114. Bellet. *disquisit. cler. part.* 1. *tit. de discipl. cleric. §.* 24. *n.* 7. ubi *n.* 10. intelligit, modò ludatur causa recreationis, & non causa voluptatis, aut avaritiæ, vel cupiditatis : & *num.* 15. etiam dummodò non distrahatur à divinis propter longum tempus, quod tali ludo conteritur : refero ego ipse *d. lib.* 1. *c.* 40. *n.* 68. ubi *n.* 69. adverto, quod licet hujusmodi ludus ingenio constet, ac proinde permissus censeatur, non multum tamen litteratis hominibus convenire arbitror, eo quod mentem jam litterarum studiis fatigatam recreare magis cessatione & quiete, quàm novo meditationis labore gravare oporteat.

---

SUMMARIUM.

1 *Medici sexcenti in Alexandrina civitate judicio Antistitis eligi, ac constitui debent, & quidem in arte periti.*
2 *Parabolani qui sint.*
3 *Medici contemptim perabolani vacantur, & cur.*
4 *Medicus imperitus quis, ejusque pœna quæ.*

## L. Parabolani. XVIII.

*Iidem* AA. *Monaxio P.P.*

1 SExcenti Medici in Alexandrina civitate judicio Antistitis eligi ac constitui debent, & quidem in arte periti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *super hoc tit.* Vide ad hoc Decium *ad cap. decernimus, coll.* 4. *ext. de judic.* & Felinum *ad c.* 1. *de sum. Trinit. & fide catb.*

2 Parabolani sunt plebeii quidam famulitio Ecclesiarum, vel hospitalium deputati, & quasi adscriptitii glebæ, ut sicut illis omni vita ab agrorum cultura recedere non licebat, ita his à servitio ægrotorum, qui in nosocomiis residebant omni periculo se exponentes, adeò ut grassante peste, & ipsi raperentur. Vide Alciat. *lib.* 4. *disputt. cap.* 9. Cœl. Rhodigin. *lib.* 29. *c.* 11. Connan. *commen. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 5. Turneb. *adverss. lib.* 13. *cap.* 23. Guid. Pancirol. *var. lection. lib.* 1. *c.* 77. Calvin. *in suo Lex. jurid. sub verbo Parabolani*. Alphan. *in collect.* 949.

3 Unde Medici contemptim parabolani vocantur, eo quòd multas habent parabolas, ob id scilicet, quod ut quisque loquacior est, ita doctior Medicus vulgi sententiâ, & opinione existimatur, ut per Tiraq. *de nobilit. cap.* 31. *n.* 415. *&* 419.

4 De Medico imperito vide Gregor. Lop. *l.* 6. *tit.* 8. *part* 7. Clar. *§. homicidium*, 17. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 16. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. præterea, in verbo Medicina, pag.* 366. Menoch. *de arbitr. casu* 581. *cent.* 6. ubi resolvit, quod Medicus sua imperitia necans infirmum, punitur judicis arbitrio ; si verò dolo, vel lata culpa, punitur morte. Majori enim pœna punitur Medicus errans, quàm judex errans, ut tenet Burg. de Paz *in l. Tauri, n.* 26. quem refert Cened. *ad Decretal. collect.* 163. *n.* 9. *in fine*, ubi *n.* 10. ex Alberico dicit, medicum novum, esse pestem in Republica.

*Exceptis honoratis.*) Vide Jas. *in §. fuerat, n.* 7. *Instit. de action.* & Hippol. sing. 553.

---

SUMMARIUM.

1 *Virgines, aut fœminæ, non habitent cum clericis, præter eas, quæ ex naturæ & honestatis præsumptione non inducunt suspicionem læsæ honestatis.*
2 *Sororum consortium quatenus Clericis prohibitum.*
3 *Clerici prohibentur habitare cum mulieribus, vel mulieres in habitationes suas recipere, & retinere, concubinas habere, & cum suspectis mulieribus conversari.*
4 *Clericus intra sepia domus suæ continere potest matrem, filias susceptas ante clericatum, & sorores, seu germanas.*
5 *Præsumptio honestatis, quæ oritur ex consanguinitate, & affinitate, excludit omnes alias præsumptiones.*
6 *Præsumptio judicatur fortior, quæ est naturalis, illa verò debilior, quæ accidentalis.*
7 *Matrimonium cum sorore, lege divina, & naturali prohibitum.*
8 *Similis quis illis esse præsumitur, cum quibus illi est amicitia consuetudo, & familiaritas.*

## L. Eum qui. XIX.

*Iidem* AA. *Palladio P.V.*

CUm Clericis non habitabunt virgines, aut fœ- 1
minæ extra eas, quæ ex naturæ, & honestatis præsumptione suspicionem læsæ honestatis non inducunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

*Consortio sororis*) Quatenus ex hoc text. videtur 2
colligi sororum consortium Clericis prohiberi, illud intelligendum venit non de veris sororibus, sed illis, quas Clerici sub pietatis nominibus sorores, matres, aut filias appellabant, ut faciliùs propudia sua obtegerent. Ita Cujac. *lib.* 1. *obser.* 29. Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 135. *n.* 46. *vers. ideo in leg.*

*Extranearum sibi mulierum*, &c.) Notatur ad hoc, 3
quod Clerici prohibentur cum mulieribus habitare, vel mulieres in habitationes suas recipere, & retinere concubinas habere, & cum suspectis mulieribus conversari. Vide Crespet. *in sum. Cathol. Fidei, verbo Clericus. §. clericis mulierum contubernium, & in verbo, Mulier, in princip.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 17. *ex n.* 1. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 7. *à princ.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 26. Beller. *disquisit. cleric. tit. de discipl. cleric. §.* 25. Squillante *de obligat. cleric. p.* 8. *n.* 48. plures quos citavi *in tract. de jure Eccles. habit. cleric. & mulier. in Decretal.*

*Ut matres, filias, atque germanas*, &c.) Notatur ad 4
hoc, quod Clericus intra sepia domus suæ continere potest matrem, filias susceptas ante clericatum, & sorores, seu germanas, quia in his nihil obscœni criminis existimari fœdus naturale permittit, ut per Mascard. *de probat. concl.* 312. *num.* 8. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 17. *à princip.* ubi *num.* 6. limitat quando adesset aliqua violenta præsumptio in contrarium. & *n.* 8. pariter limitat quando nimia adesset familiaritas inter patrem, & filiam, fratrem, & sororem ; quia tunc mala insurgit præsumptio.

*In his enim*, &c.) Notatur ad hoc, quod præsumptio 5
honestatis

honeſtatis, quæ oritur, & colligitur ex conſanguinitate & affinitate, excludit & enervat omnes alias præſumptiones, ut per Anton. Gom. *l.* 80. *Tauri*, *n.* 16.

6 Notatur etiam ad hoc, quod præſumptio illa, & conjectura judicatur firmior, & potentior, quæ naturalis eſt, illa creditur debilior, quæ eſt accidentalis, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 472. *num.* 19. *cum ſeqq.*

7 *Fœdus naturale permittit.*) Notatur ad hoc quod lege divina, & naturali prohibitum eſt matrimonium cum ſorore, ut per Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 6. §. 10. *num.* Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 52. *num.* 10. *cum ſeqq.* Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 1. *lib.* 3. *quæſt* 5. *ſect.* 3. *num.* 13.

8 *Sua converſatione fecerunt.*) Notatur ad hoc, quod quis ſimilis illis eſſe præſumitur, cum quibus illi eſt amicitia, conſuetudo, familiaritas, ut per Tiraq. *ad l.* 1. *connub. gloſſ.* 1. *p.* 5. *n.* 29.

## Auth. Multò magis.

1 SOlis Cantoribus, Lectoribuſque nuptias contrahere permittitur, aliis autem omnibus penitùs interdicitur: qui ſi ad ſecundas pervenerint nuptias, nequaquam ad ſacerdotii culmen aſcendant. Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Vide dicta *in collect. ad cap. ſeriatim*, 23. *diſtinct. & ad auth. ſed neque Curialem, in fine, ſupra hoc tit.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Eccleſia, non extantibus Presbyterorum, Monachorum, & aſcetriarum, aliorumque Clericorum parentibus, liberis agnatis, ad inſtar patronorum ſuccedit ab inteſtato.*

2 *Clericus non tranſmittit ad monaſterium bona curiæ aut patrono debita, licèt parentibus careat.*

3 *Clericus ſi moriatur nullo relicto hærede teſtamentario, vel ab inteſtatato, bona ejus pertinent ad Eccleſiam cujus erat Clericus; ſi non habet Eccleſiam in titulum beneficii, ſed Altare, tunc Altare illi ſuccedit, ut n.* 4.

5 *Fiſcus non ſuccedit de jure civili, niſi defunctus deceſſerit nullo relicto conſanguineo uſque ad decimum gradum.*

6 *Eccleſia jure Canonico ſuccedit Clerico, ſi decedat ab inteſtato, nullo relicto conſanguineo uſque ab ſeptimum gradum. Intellige in Clerico ſacrorum Ordinum, vel in Clerico in minoribus beneficiato; aliis enim minorum Ordinum ſine beneficio decedentibus ſine hærede, ex teſtamento, vel ab inteſtato, uſque ad decimum gradum ſuccedit fiſcus Regius, ut num.* 7.

8 *Eccleſia ſuper bonis Clerici delinquentis ſemper præferenda eſt fiſco Imperii.*

9 *Hæres qui accomodavit tacitam fidem de reſtituendo fiſco incapaci, ſi eſt laicus, tunc bona debent applicari fiſco Regali, & ſic ſeculari: ſecus ſi hæres ſit Clericus.*

## L. Si quis Presbyter. X X.

*Impp.* Theod. & Valent. AA.
*Ad Taurum. P.P.*

1 ECcleſia, non extantibus Presbyterorum, Diaconorum, Monachorum, & aſcetriarum, aliorumq; Clericorum parentibus, liberis, agnatis, & cognatis, ad inſtar patronorum ſuccedit ab inteſtato. Item Clericus bona Curiæ, aut patrono debita, & obnoxia, licèt
2 parentibus careat, monaſterium non tranſmittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc. tit.* Vide Cujac. *ad Novel.* 131.

Ex hoc textu vulgò colligitur, quòd ſi Clericus moriatur, nullo hærede relicto teſtamentario, vel ab 3
inteſtato, bona ejus pertinent ad Eccleſiam cujus erat Clericus, ut per *l. Hiſpan.* 53. *tit.* 6. *part.* 1. ubi *gloſſ.* 2. Guillelm. Bened *in cap. Raynutius, verbo Et uxorem nomine Adelaſiam, tit. de ſucceſſ. ab inteſtat. num.* 171. Afflict. *in cap. unic.* §. *vacantia, num.* 6. *quæ ſint regalia, in feudis.* Nicol Vigel. *lib.* 3. *meth. juris civilis, cap.* 3. *regul.* 4. Boër. *deciſ.* 354. *num.* 9. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi, ſupr. de ſacroſanct. Eccleſ. verbo, ideoque nec de his, c.* 1. *num.* 57. Covarr. *variar. libro* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Burſat. *conſ.* 43. *num.* 48. Menoch. *conſ.* 69. *n.* 4. *vol.* 7. Cavalcan. *dec.* 15. *n.* 3. *lib.* 2. ubi hoc intelligit de Eccleſia loci ubi bona reperientur, Peregrin. *de jure fiſci lib* 4. *tit.* 3. *n.* 10. ubi ſubdit, quod ſi non habeat Ec- 4
cleſiam in titulum beneficii, ſed Altare, tunc Altare illi ſuccedit. Thom. Valaſc. *allegat, juris tom.* 1. *alleg.* 57. *n.* 3. ubi *n.* 4. ſubdit differentiam inter jus Civile, & Canonicum, quia de jure civili non ſuccedit fiſcus, 5
niſi ubi defunctus deceſſit nullo relicto conſanguineo uſque ad decimum gradum; & de jure Canonico ſuccedit Eccleſia Clerico, ſi decedat ab inteſtato, nullo 6
relicto conſanguineo uſque ad ſeptimum gradum, & *num.* 12. ſubdit poſt Concilium Trid. ſupradicta intel- 7
ligenda eſſe in Clerico ſacrorum Ordinum, vel in Clerico in minoribus beneficiato; aliis enim minorum Ordinum ſine beneficio decedentibus ſine hærede ex teſtamento, vel ab inteſtato uſque ad decimum gradum, ſuccedit Regius fiſcus.

Notatur etiam ad hoc, quod Eccleſia ſuper bonis 8
Clerici delinquentis ſemper præferenda eſt fiſco Imperii; ut per Tiraq. *in tract. le mort, part.* 2. *declar* 15. *num.* 6. *cum ſeqq.* Martam *de juriſdict. part* 4. *cent.* 2. *caſu* 37. *num.* 12. Franc de Barry *de ſucceſſion. teſtati,* 9
*& inteſtati, lib.* 18. *tit* 5. *num.* 8. Et hinc Anton. Gomez *l. Tauri, num.* 29. firmata hac concluſione tenet per hunc textum, quod ſi hæres, qui accommodavit tacitam fidem de reſtituendo filio incapaci, eſt laicus, tunc bona debent applicari fiſco Regali; & ſic ſeculari: ſecus verò ſi hæres, qui accommodavit tacitam fidem ſic Clericus; quia tunc debent applicari fiſco Eccleſiæ, & hoc nulla facta differentia an teſtator pater ſit laicus, vel Clericus.

*Exceptis iis facultatibus*, &c. Vide Boër. *deciſ.* 264. *num.* 7.

---

## SUMMARIUM.

1 *Monachus monaſterium ingreſſus ſua monaſterio dicat, ſalva liberorum legitima, ac integro uxoris, ac creditorum jure.*

2 *Religioſi teſtari non poſſunt.*

3 *Religioſus tempore novitiatus teſtari poteſt, etiam nulla petita à Superiore Religionis licentia.*

## Auth. Nunc autem.

MOnachus monaſterium ingreſſus ſuâ monaſterio dicat, ſalva liberorum legitima, & integro 1
uxoris, ac creditorum jure. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

Ex hoc textu vulgò colligitur, Religioſos teſtari 2
non poſſe, de quo citavi Doctores *in collect. ad auth. ingreſſi, C, de ſacroſ. Eccleſ.*

*Si priùs teſtatus non ſit*, &c.) Notatur ad hoc quod 3
Religioſus tempore novitiatûs teſtari poteſt, etiam nulla petita à Superiore Religionis licentia, ex eo quod ille novitiatûs anno durante adhuc ſui juris eſt, cum libera exeundi poteſtate. Ita Cov. *in cap.* 2. *de teſtam. num.* 5. Navar. *commento* 2. *de Regul. n.* 49. Graſſ. *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 34. *num.* 3. *in fine*, Menoch. *de*

*præſumpt.*

*præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. n. 12.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 9. n. 52.* alter Molin. Theolog. *de Iustit. tract. 2. disput. 139. num. 8. vers. his ita constitutis,* Gutier. *Canon lib. 2. cap. 1. num. 25.* Carol. de Tapia *in authent. ingressi, verbo Sua, capite 2. num. 14. in fine, & verbo Ideoque nec de his, cap. 1. num. 15.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 2. cap. 2. in fine, & capite 6. quæst. 5.* Thesaur. *lib. 3. quæstion forens. quæst. 56. n. 2.* Giovagnon. *resp. 85. num. 7. lib. 1.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 3. num. 3.* Fr. Barr. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novit. disp. 8. dub. 10. num. 1.* quorum plures, & præcipuè Molina Theolog. aiunt. d. auth. *ingressi*, & alia jura similia asserentia ingredientibus monasterium nullam ulteriùs esse facultatem testandi, intelligenda de ingressu irrevocabili ex parte ipsius ingredientis, secus autem, de revocabili tempore novitiatûs.

---

SUMMARIUM.

1 *Curialis factus legitimè Clericus, potest opera curiæ debita præstare per substitutum.*
2 *Servire quando quis possit per substitutum, remissivè.*
3 *Titulus honorarius quis sit.*
4 *Episcopus illustris dicitur, & plusquam illustris, num. 5.*

## L. Ad similitudinem. XXI.

*Iidem* A A. *Thomæ P. P.*

1 CUrialis factus legitimè Clericus, opera ac servitia curiæ debita per substitutum præstare, ac expedire potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1.*
2 *supr. hoc tit.*

Quando autem per substitutum quis servire possit, vide dicta *in collect. ad l. quisquis 16. suprà hoc eodem tit.*

3 *Honorario titulo.*) Id est sine administratione, secundùm Paul. Montan. *de tutel. & curis, cap. 7. n. 13.*

4 Ad glos. in casus positione, ibi, *Nota ex hac lege quod Episcopi æquiparantur illustribus*, &c. Quamvis Bald. *in præsenti* per hanc glos. velit Episcopum esse similem illustri personæ, non tamen est illustris, de quo latè disputat Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 28. num. 30.* Nihilominùs tamen magis communiter resolvunt Doctores, illustrem personam dici Episcopum, ut tradunt Bart. *in l. omnes populi, quæst. 4. ff. de justit & jure*, Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. E, concl. 237. num. 8.* Scipio de Rubeis *in aphorismis Episcop. verbo Dignitas, num. 3.*

5 In eadem glos. ibi, *sed Cardinales sunt illustres sine dubio.* Et plusquam illustres, qua Regibus æquiparantur, & in eis residet tota majestas Christianæ Reipubl. Duaren. *de sacr. Eccles. milit. lib. 1. cap. 13.* Decian. *cons. 8. num. 63. vol. 1.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Cardinalis 4.* Surd. *cons. 453. n. 13.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 7. quæst. 12. n. 18.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 5. num. 26.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. C, concl. 100. num. 4.* Sanctarel. *var. resol quæst. 2. num. 17.* Lotter. *de re benefic. lib. 1. quæst. 8. num. 75.* ubi dicit quod Reges locum cedunt Cardinalium collegio, refero ego ipse *de jure Eccles. universo, lib. 1. cap. 4. ex n. 9.*

---

SUMMARIUM.

1 *Actionem criminalem per calumniam movens contra Episcopum punitur triginta pondo auri.*
2 *Clericus non ambulat, neque monasterio egreditur absque licentia Episcopi.*
3 *Clericis peregrinis non creditur absque litteris, ac sigillo Episcopi.*
4 *Accusatores, aut vituperatores Episcoporum qualiter audiendi sint, remissivè.*
5 *Clericatus probatur per litteras Episcopi attestantis se contulisse Ordines illi, qui se Clericum esse asserit.*
6 *Clericis nulla pateat evagandi licentia sine commendatitiis litteris proprii Episcopi.*
7 *Homo præsumitur in dubio laicus, & non Clericus.*
8 *Causa quando dicatur civilis, quando verò criminalis, & n. 9.*
10 *Proponitur sententia Authoris.*
11 *Clericum intonsum verberans non incidit in canonem.*

## L. Si qua per calumniam. XXII.

*Iidem* AA. *Florentio. PP.*

COntra Episcopum calumniosam actionem mo- 1
vens criminalem, punitur 30. pondo auri. Clericus absque Episcopi licentia non ambulat, neque monasterio egreditur. Item Clericis peregrinis non creditur absque Episcopi litteris, ac sigillo. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Qualiter audiendi sint Episcoporum accusatores, aut 2
vituperatores, & alia in causis criminalibus Episcoporum discutienda, & agenda, dixi *de off. & potest. Episcopi p. 3. alleg. 112.*

*Litteris Episcopi*, &c. Notatur ad hoc, quod pro- 3
batur clericatus per litteras Episcopi attestantis se contulisse Ordines illi, qui se Clericum esse asserit, ut per Guid. Papæ *decis. 378. & 682. vers. item cùm aliquis*, Chassan. *in consuet. Burgund. rub. 1. §. 6. vers. sont creus, num. 12.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma litter. tonsur. num. 21. & 24.* Cov. *pract. c. 33. num. 3.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 378.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 76. num. 2.* Mascard. *de probat. concl. 303. num. 9.* Gam. *de sacram. præst. ultimo supplicio damnatis, quæst. 5. ad fin.* Surd. *cons. 396. num. 13.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 8. n. 41.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 61. num. 23.* D. Garcia Mastrillo *Siciliæ decis 113. num. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 7. cap. 1. num. 139.* Marta. *de jurisdict. part. 2. cap. 31. num. 5. cum seqq.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. allegat. 22. num. 3.* Rot. *decis. 340. num. 2. & decis. 349. n. 3. part. 1. recentissim.* alias *in posthumis Farinac. & decis. 532. num. 3. & decis. 355. num. 1. part. 2. in eisdem posthumis.*

*Cui unusquisque eorum iter faciens*, &c.) Notatur 4
ad hoc, quod Clericis sine commendatitiis litteris proprii Episcopi nulla paret licentia evagandi, ut dixi *in tract. de officio & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 21. per tot.*

*Quod si citra hanc fiduciam accesserint*, &c.) Nota- 5
tur ad hoc quod homo præsumitur in dubio laicus, & non Clericus, quia nemo nascitur Clericus, nec nobis innata est, à natura talis qualitas, sed nascitur in laicatu, ut per Mascard. *de probat. conclus. 302. n. 13. & concl. 963. n. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 76. num 1.* Decian. *in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 117.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 74. num. 9.* Farin. *dicta quæst. 8. num. 38.* D. Barbosa *in l. Titia, num. 31. ff. soluto matr.* Thom. Valasc. *dicta allegat. 32. numero 1. & 2.* ubi *num. 3.* citato hoc textu subdit, ei qui dicit se Clericum, incumbere onus probandi se esse talem.

In glos. *Auri.* Probat hæc glossa, causam dici cri- 6
minalem quando venit imponenda pœna corporalis; civilem

civilem verò quando pecuniaria, in quo communiter à Doctoribus improbatur, secundùm Decium *in rubr. de judic. lect.* 1. *num.* 94. Anton. Blanc. *in sua praxi crimin. fol.* 776. *num.*158.*vers. secunda*, aliàs *in* 5.*part. incip. Visis indiciis n.* 158. Flamin. Paris. *de resignat. benefic.lib.* 14. *quæst.*10.*n.* 46. Clar. *in* §. *fin.quæst.*1.*vers. secunda verò fuit opinio*, Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 100. *n.* 2. Cald. Pereira *quæst. forens. in comment. ad l. unicam,C.ex delict. defunct. part.* 1. *num.* 11. Vnde
9 schola Doctorum ferè omnium resolvit civile judicium esse in quo agitur ad pœnam applicandam parti; criminale verò ubi est applicanda fisco. Ita Cephal. *cons.* 141. *num.* 21. *lib.* 1. Villalob. *commun. opin. lit. C, num.* 25. Padill. *in l.transigere, C. de transact.post num.* 106. Clar §. *fin. quæst.* 5. *versic. quarta igitur*, Menoch. *de arbitr. casu* 265. *num.* 4. Cald, Pereira *d. part.* 1. *num.* 12. & alii, quos sequitur Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 110. *n.* 10. Marant *de ordine judic. part.* 4. *in princip.distinct.* 1. *num.* 2.*vers. idem si aliquis*, Peregr. *de jure fisci. lib.* 4. *tit.* 8.*num.* 6.& 8. Mascard. *de probat. concl.* 463. *num.* 1. *& concl.* 762. *num.* 9. Sigism. Scacc.
10 *de judic. lib.* 1. *c.* 5. *&* 6. Sed ego existimo criminale judicium dici illud, quando pro delicto principaliter agitur ad commodum publicum, sive pœna applicanda sit in totum parti, secundùm Camill. Borrell. *in sum. decis.tom.*2. *tit.*42. *n.* 11. Cabed. *Lusit. dec.*14.*n.*4. *part.* 1. Buccaron. *de different. intra judicia civilia, & crimin. in proœm.* 1. *n.* 4. Rot.*decis.* 19. *num.* 1. *de judic. in antiq. & decis.* 113. *n.* 2. *post tom.* 2. *consil.Farin.* sive partim parti, & partim fisco, ex Joseph. Ludov.*dec.*71. Cardos. *in praxi judicum, verbo causa* 3. Cabed. *dec.*14. *num.* 6. quos retuli, & sequutus fui *in praxi exigendi pensiones, q.* 6. *num.* 42 & 43.
11 In glos. *Putabuntur*, ibi, *& sic est argumentum, quod si quis verberaverit Clericum intonsum, non incidit in canonem*, &c. Si præter habitus, & tonsuræ dimissionem negotiis secularibus se immiscuerit, & tertiò ab Episcopo suo monitus emendare se contempserit, ut per Sayr. *de censuris lib.*3. *cap.* 27.*n.* 7. Avil. *eodem tract. part.*2. *cap.* 5. *disput.* 3. *dub.* 13. *casu* 4. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 9. *n.* 126. *cum. seqq.* Bonacina.*de legib. disput.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §.4.*n.*10. *& de censuris disput.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 4. *n.* 6.ubi subdit talem clericum non amittere privilegium Canonis per solam dimissionem habitus, & tonsuræ clericalis, nisi ter fuerit ab Episcopo suo monitus, Squillante *de privileg. cleric. cap.* 6. *nu.* 10. quos refero ego ipse *de jure Eccles. universo lib.* 1. *cap.* 39. §. 1. *n.* 11.

---

SUMMARIUM.

1 *Episcopus invitus ad judicem civilem, & militarem sine jussu Principis non trahendus: pœna autem trahentis* 20. *librarum auri, & executoris cinguli amissio.*

2 *Episcopi, eorumque causæ hodie Summo pontifici speciali reservatione immediatè subjiciuntur.*

3 *Episcoporum causæ civiles, vel criminales minores in Concilio tantùm Provinciali terminari possunt, vel à deputandis per Provinciale Concilium.*

## Auth. Nullus Episcopus.

1 Episcopus invitus ad judicem civilem, & militarem sine jussu Principis non trahendus pœna autem trahentis 20. librarum auri, & executoris cinguli amissio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *sup. hoc tit.*

2 Hodie ex nova dispositione Concilii Trid. *sess.* 13. *de reform. cap.*6. *&* 8. Episcopi, eorumque causæ summo Pontifici speciali reservatione immediatè subjiciuntur, adeò ut nec quidem citari possint ut personaliter compareant, nisi ob causam ex qua de jure deponendi, sive privandi venirent, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, sive alio quovis modo procedatur; & ex quovis delicto, etiam atrocissimo ad Romanam Curiam citari non possunt, nisi accedat specialis commissio propria manu Papæ signata, ut statuit Pius IV. *in sua constit. incip. De salute gregis*, anno ejus primo prout refert Erasm. à Cochier *de jurisdict. ordin. in exemptos p.* 1. *quæst.* 41. de quo vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 169. *num.* 15. Hieron. Venero y Leyva *de examine Episcop. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 3 *cum sequentib.* meipsum *de officio & potestate Episcopi part.* 3. *allegat.* 112. *num.* 5. *cum seqq.*

3 Civiles verò, vel criminales minores Episcoporum causæ in Concilio tantùm provinciali cognosci & terminari possunt, vel à deputandis per Concilium Provinciale. Ita Concil. Trident. *sess.* 24. *reformat. cap.* 5. *vers. minores*, Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.*7. *de Episcop. num.* 80. Hieron. Venero *d. cap.* 18. *n.* 2. Ego ipse *d. allegat.* 112. *num* 15.

---

SUMMARIUM.

1 *Memoria benemeritorum non ad instar sceleratorum abolenda.*

2 *Historia hujus text. narratur.*

3 *Memoria defuncti quando damnatur, pœnæ quæ.*

## L. Quoniam venerabilis. XXIII.

*Impp.* Valent. *&* Marcian. AA. *Palladio P.P.*

1 Memoria benemeritorum non ad instar sceleratorum abolenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Historiam hujus text. narrat Guid. Panciro. *in thesauro variarum lectionum, lib.* 2. *c.* 169. nam Valentianus Romæ, & Marcianus Constantinopoli imperantes Eutychetis Archimandritæ memoriam in hac lege damnant, & Flavianum Constantinopolis Patriarcham per injuriam condemnatum, & extinctum, auctoritate Chalcedonensis Synodi 636. Episcoporum conventu habitæ restituunt, de quo Nicephor. *lib.* 14. *cap.* 47. Itaque legendum est *Flavianus*, non *Fabianus*, ut aliàs mendosè impressum fuit.

3 *Aboleatur quidem Eutychetis damnosa memoria*) De abolenda, & damnanda hæreticorum, etiam defunctorum memoriâ latè agit Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 57. *per totum*, & præcipuè *num.* 13. citato hoc textu ait, quod quando damnatur memoria defuncti, pœnæ sunt istæ. Prima, quia damnatur, & infamis redditur memoria defuncti. Secunda, quia excommunicabitur, etiamsi sit mortuus. Tertia, quia publicabuntur bona nisi filii essent Catholici & fideles, & bona possedissent per 40. annos cum bona fide, cùm vivens reputaretur Catholicus. Quarta, quia si in loco sacro sepultus fuit, exhumatur, si ossa & cineres ejus non fuerint cum Orthodoxis commixti. Quinta, neque preces, neque oblationes pro ejus anima fient.

---

SUMMARIUM.

1 *Pauperibus relictum sub titulo relicti incertis personis non evanescit, & num.* 2.

3 *Institutio generalis pauperum, quos Titius voluerit, an sit valida.*

4 *Pauperes qui, remiſſivè.*
5 *Hæres incertus.*
*Legatarius. ibid.*

## L. Id quod pauperibus XXIV.

*Idem* AA. *Palladio P.P.*

1 PAuperibus relictum ſub titulo relicti incertis perſonis non evaneſcit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem Tiraquell. *de privileg. piæ cauſæ, privileg. 56.* Rebuff. *de privileg. ſchol. privileg. 133.* Zaſ. *lib. 1. reſp. 1. num. 45.* Covar. *in cap. indicante, n. 2. de teſtament.* Coſt. *in cap. ſi pater, p. 1. verbo pauperes, num. 13.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 22. de legatis, à num. 31.* Anton. Gomez. *l. 40. Tauri, n. 49. & tom. 2. var. cap. 11. n. 8. tom. 3. de ultim. volunt. cap. 10. n. 32.* Mench. *de ſucceſſ. §. 27. num. 42.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 4. ex n. 3.* Menoch. *conſ. 292. n. 12.* Craſſ. *in §. legatum, q. 64. num. 3. & fin.* Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 17. n. 5.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 1. collect. 226.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, & Advocat. verbo Incertitudo, n. 6.* Luſit. Negreiros *de introduct. ad ultimas volunt. lib. 2. c. 7. n. 16.* Perez de Lara *de anniverſ. & capellan. lib. 1. c. 10. num. 97. ſeqq.* Cened. *ad Decretal. collect. 91. num. 3.* Franc. de Butry *de ſucceſſ. teſtati, & inteſtati, lib. 1. tit. 4. n. 19. & 20.* Buccaron. *de different. inter judicia civilia, & crim. different. 100. n. 18.* Garc. Gironda *de privileg. & exempt. explicat. n. 1371.* ubi *n. 1503.* reſolvit pauperes conſanguineos ſemper eſſe præferendos in legato generaliter relicto. P. Molin. *de Juſtitia tract. diſput. 157. n. 8.* ubi *n. 9.* ſubdit, quod quando teſtator reliquit bona ſua pauperibus, aut ad opera pia, non exprimendo, quæ aut ubi fiant, in primis executio, & electio pertinet ad eum, quem teſtator deſignavit: quod ſi nullum ſignavit, aut ille negligens fuerit, pertinet ad Epiſcopum loci, ubi teſtator habebat domicilium.

3 Vtrùm generalis pauperum inſtitutio, quos Titius voluerit; valida ſit, partem affirmativam tenent Bart. *in l. illa inſtituto, num. 9. ff. de hæred. inſtit.* Covarr. *in cap. cùm tibi, à num. 10. de teſtament.* Tiraquell. *d. tract. de privileg. piæ cauſæ privileg. 8. in princip.* Coſta *in cap. ſi pater, verbo pauperes, n. 5. de teſtam. lib. 6.* Molina *de Juſtit. tract. 2. diſp 157. n. 8.* quæ reſolutio procedit eo caſu, quo ſola electio, vel declaratio, voluntatis committitur alterius arbitrio, juxta meam reſolutionem, quam tenui *in tractat. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib. 3. cap. 27. n. 71.*

4 Pauperes autem qui dicantur, vide *in meo tract. de appellativa verborum utriuſque juris ſignificat. appellat. 192.*

5 In gloſſ. *Conſiſtat*, ibi *Aliàs autem laicis incertis perſonis relictum non valet.* De perſona hæredis eſt text. *in l. tempus, §. quoties ff. de hæred. inſtit. & in l. hac conſultiſſima, in princ.* ubi Bald. *n. 4. qui teſtament. facere poſſ.* Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 36. n. 1.* Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. 6. ex n. 1.* Et de perſona legatarii eſt text. *in §. incertis, Inſtit. ut de legat.* Ruin. *conſil. 177. n. 3. vol. 2.* Cardin. Mantic. *dict. tractat. de conject. lib. 8. tit. 4. ex n. 1.*

---

SUMMARIUM.

1 *Reo plures habente judices, actor unum ex his poteſt eligere, & num. 5.*
2 *Clerici conventi coram ſeculari, defenſorem ac fidejuſſorem de judicio ſiſti conſtituunt œconomum.*
3 *Oeconomi, & executores Clericorum ſportularum loco duos dumtaxat conferunt ſolidos. Clerici litis ſumptus, & expenſas minores laicis ferant.*
4 *Clerici poterant olim quem mallent judicem eligere. n. 5.*
6 *Nuncius ſive commiſſione, vel licentia citare non poteſt.*
7 *Commiſſio hîc ſententia inter locutoria dicitur.*
8 *Citatio injuſſu judicis facta eſt nulla.*
9 *Clerici non caveant ſub hypotheca, & obligatione bonorum.*
10 *Ordo judicii inſpiciendus, & attendendus in reſpicientibus ordinem, & formam judiciorum, ubi fit executio.*

## L. Cum Clericis XXV.

*Imp.* MARTIANUS A. *Conſtantino P.P.*

REo plures habente judices, actor ex his unum eligere poteſt. Item Clerici conventi coram ſeculari defenſorem ac fidejuſſorem de judicio ſiſti conſtituunt œconomum, qui ad 50. libras auri intercedit. Item executores, & œconomi Clericorum ſportularum loco duos dumtaxat conferunt ſolidos, Clerici litis ſumptus, & expenſas minores laicis ferant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* 1 2 3

Adverte quod Clerici poterant olim quem mallent judicem eligere, ſcilicet aut Epiſcopum, aut Præſidem provinciæ, nec liceret eos ad alios judices trahi, de quo vide Felician. *de cenſib. tom. 2. lib. 1. c. 3. n. 14.* Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 11. n. 38.* Vide poſita *ad l. pen. C. de pactis.* 4

*Volentibus tamen actionibus*, &c.) Notatur ad hoc, quod quando reus duos, vel plures habet judices, non jurè ſpeciali, ſed communi, actor poterit ex illis unum eligere ad actionem ſuam proſequendam, ut per gloſſ. & Doctores *in l. ult. C, ubi in rem actio, leg. 32. tit. 2. p. 3.* ubi *gloſſ. 17.* latè pro hujus legis intellectu Odoard. Caldeira *de error. pragm. lib. 1. c. 2. n. 5. cum ſeqq.* Mainard. *dec. 33. lib. 3.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec. 16. n. 44.* Fontanel. *de pactis nupt. clauſ. 4. gloſſ. 15. n. 76. & 77.* Colet. *de proceſſib. execut. p. 2. cap. 1. ex n. 50.* Marant. *in l. ſi actor n. 33. ff. de procurat. & de ordine judic. part. 4. diſt. 11. n. 6.* Covar. *var. lib. 1. cap. 18. num. 6.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. temp. 1. in fine, n. 67.* Cabed. *Luſit. dec. 54. n. 2. part 1.* ubi *n. 6.* poſt ſuprà citatos reſolvit, quod quando reus ex privilegio plures judices habet, tunc demum ejuſdem rei electio eſt, & actor ſequetur forum rei, id eſt convenire reum debebit coram eo judice, quem ipſe elegerit, per gloſſ. *in auth. habita, C. ne filius pro patre.* 5

*Sententiarum tuarum authoritate pulſantur.*) Notatur ad hoc, quod Nuncius ſine commiſſione, vel licentia citare non poteſt, ut per Palat. *in repet. cap. per veſtras, notab. 1. n. 3. pag. mihi 312.* ubi dicit iſtam commiſſionem appellari in hoc textu ſententiam interlocutoriam, Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 1. verbo Sans licence, num. 2.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 11. num. 7. verſ. nec urges*, Gonzal. *ad regul. 8. Cancel. gloſſ. 47. num. 46.* & de ea debet in ſcriptis conſtare Marant. *de ordine judic. p. 6. cap. de citat. memb. 1. num. 46.* Azeved. *l. 1. n. 10. tit. 3. lib. 4. novæ Recop.* D. Barboſa *in l. 1. art. 3. n. 184. ff. de judic.* quos refert parens meus *in remiſſ. ad ordinat. Regias Luſitan. lib. 3. tit. 1. in princip. n. 2.* & requiritur ſpecialis, Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de citat. in præfat. n. 67. & art. 1.* Roder. *gloſſ. 2. n. 3.* Menchaca *uſufrequent. c. 24. num. 5. in pract. cap. 4. num. 13.* Unde citationem ſine judicis juſſu, & commiſſione, ut ſuprà factam, eſſe nullam. pro nihiloque haberi, reſolvunt Mynſing. *centur. 6. obſervat. 16. num. 3.* Soar. *in theſauro litt. C, num. 62.* Brederod. *in tract. de appellat. part. 2. tit. 22. verſ. an nuntius* 6 7 8

*nuntius*, *col.* 462. Soar. de Paz. *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *temp.* 3. *num.* 27. *cum seqq.* Mench. *usufrequent. cap.* 24. *num.* 3. D. Barbos. *in l. si quis posteaquam*, *num.* 63. *ff. de judic.*

9 *Cautionem suam*, &c.) Hanc legem quatenus jubet Clericos debere cavare sub hypotheca, & obligatione bonorum, non habere locum in Ecclesiasticis, dicit Marta *de jurisdict. part.* 4. *casu* 160. *n.* 6.

10 *Quæ ex consuetudine*, &c.) Notatur ad hoc, quod ordo judicii inspiciendus, & attendendus est in respicientibus ordinem, & formam judiciorum, ubi executio fit, ut per *l. Hispan.* 31. *tit.* 6. *lib.* 3. Ant. Gom. *l.* 64 *Tauri*, *num.* 8. Azeved. *l.* 7. *num.* 12. *tit.* 21. *lib.* 4. *novæ Recopilat.* Surdus *decis.* 13. *n.* 8.

11 In gloss. *Sententiarum*, ibi, *scilicet conventionalium, seu citationum.* Ita Palar. *loco suprà citato*, Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concluf.* 107. *num.* 19.

---

SUMMARIUM.

1 *Clericus pro rebus Ecclesiæ conventus non solvit sportulas.*
2 *Causa, in qua pecunia applicatur fisco an sit civilis.*
3 *Notarii recipientes ultra salarium taxatum puniendi sunt.*
4 *Siliqua primum, & minimum pondus apud Romanos.*

## AUTH. Sed hodie.

1 CLericus pro rebus Ecclesiæ conventus non solvit sportulas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *sup. hoc tit.*

2 *In qualibet causa criminali, vel pecuniaria.*) Ergo causa pecunaria non est criminalis, de quo tamen an verum sit, & quomodo intelligendum, vide posita *in collect. ad gloss. verbo auri*, *in l. si quis per calumniam* 22. *sup. hoc tit.* & *ibi* citatis adde Jas. *in* §. *tripli*, *n.* 39. *Instit. de action.* & Navarr. *in rubr. de judic. n.* 36. ubi dicit ex verbis hujus text. citatis non significari causam, in qua pecunia applicatur fisco, esse civilem.

3 *Amplius quatuor siliquis*, &c.) Notatur ad hoc, quod Notarii recipientes ultra salarium taxatum puniuntur, etsi recipiant ab sponte solvente, ut voluit gloss. *hic* in positione casus, Gregor. Lopez per text. *ibi leg.* 8. *gloss.* 4. *tit.* 9. *part.* 1. Siliqua erat primum & 4 minimum pondus apud Romanos, Cujac. *lib.* 16. *observat.* 23. Calvinus *in suo Lexico juridico*, *verbo siliqua.*

---

SUMMARIUM.

1 *Actor fidejussorem det de prosequenda lite, & de expensis. Hodie auditur actor prosequens litem, licèt non caveat de prosequendo, nec de solvendo expensas, nec decimam litis ibid.*
2 *Clerici actores coram judice laico non tenentur satisdare de expensis.*
3 *Stipulatione Notarii non potest alteri quæri sine cessione, nisi stipuletur aliud, quod ad suum officium pertineat.*
4 *Actor in principio litis tenetur præstare satisdationem judicialem de expensis in casu succumbentiæ.*
5 *Victus in judicio sine justa causa litigasse præsumitur.*
6 *Decima litis quid sit.*

## AUTH. Generaliter.

ACtor fidejussorem de prosequenda lite, & de ex- 1
pensis dare debet. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* asserens istam Authent. non esse hodie in usu, quia actores non præstant hanc satisdationem, de qua hic. Et dicit Rebuff. *ad leges Galliæ*, *in proœm. gloss.* 5. *num.* 37. quod hodie etiam auditur Actor prosequens litem, licèt non caveat de ea prosequenda usque ad finem, nec de solvendis expensis, nec decimam litis actor succumbens præstat: item tenet Marta *de jurisdict. p.* 4. *casu* 160. *ex n.* 1. & *n.* 17. resolvit quod Clerici actores coram judice laico non tenentur satisdare de expensis. 2

*Aut per tabularios conscribat*, &c.) Notatur ad 3
hoc, quod ex stipulatione Notarii non potest alteri quæri sine cessione, nisi stipuletur aliquid, quod ad suum officium pertineat, ut per Tiraq. *de constituto p.* 3. *limit.* 30. *num.* 9.

*Fide jussorem idoneum periculo*, &c.) Notatur ad hoc 4
quod actor in principio litis tenetur præstare satisdationem judicialem de expensis in casu succumbentiæ, ut per Marant. *de ordine judiciar. part.* 6. *memb.* 8. *n.* 16. ubi *num.* 17. resolvit, si actor dedit fidejussores de solvendis expensis in casu, quo succubuerit, & evenit quod reus fuit absolutus ab instantia judicii, & actor condemnatus ad expensas, quia instantia est perempta, non tenentur fidejussores ob eam rationem, quia non dicitur actorem succubuisse, ex quo potest iterum agere ad eandem causam.

*Et si convictus fuerit injustè movisse litem*, &c.) No- 5
tatur ad hoc, quod victus sine justa causa litigasse præsumitur, de quo vide Asin. *in praxi*, §. 32. *c.* 2. *limit.* 1. *n.* 5. *& limit.* 5. *num.* 4. Cov. *pract. cap.* 27. *n.* 3. Cevall. *commun. contra commun. q.* 539. *num.* 4. Menoch. *cons.* 100. *n.* 6. *& de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 87. *n.* 1.

*Sumptuumque nomine decimam partem*, &c.) Hæc 6
litis decima erat jus quoddam, quod olim applicabatur secundum hunc text. reo pulsato, ut advertit Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 77. *num.* 3. *in fine.* Hodie apud nostros Lusitanos est jus, quod Regi solvitur post sententiam latam, de quo litè Cabed. *Lusitan. decis.* 16. *nu.* 2. *p.* 1. Thom. Valasc. *d. alleg.* 77. *n.* 4. *cum seqq.*

*Aut si fidejussorem dare non valeat, super iisdem juratoriam*, &c.) Notatur ad hoc, quod quoties quis ex necessitate juris tenetur satisdare, & eo quod sit pauper non potest fidejussorem, aut pignora invenire, satisfaciat juratoriam cautionem præstando, ut per Jul. Clar. §. *fin. q.* 47. *vers. sed quæro quomodo*, Anton. Gom. *lib.* 3. *var. c.* 6. *numer.* 17. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo cautio*, Hippol. *in l.* 1. §. *præterea*, *n.* 115. *ff. de quæst.* Xuar. *ad leges Regni, tit. de los emplazamientos*, *in princ. num.* 4. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 18. *num.* 39. Kirchov. *tom.* 2. *commun opin. lib.* 7. *tit.* 25. *de fidejuss. num.* 19. *pag.* 374. Surd. *decis.* 141. *num.* 7. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. divortio*, §. *interdum*, *num.* 39. *ff. soluto matr.* Sanchez *de matrim. lib.* 10. *disput.* 13. *num.* 38. ubi id procedere ait, si præstans juratoriam cautionem sit vir bonæ famæ alias non esset ejus juramento fidendum.

---

SUMMARIUM.

1 *Crux, & Reliquiæ Sanctorum in ædicus sacris potius, quàm in theatris, & curiis asservari debent.*
2 *Crux respectu repræsentationis veræ Crucis, in qua D. N. Jesus Christus passus est, dicitur sacra & sancta, ac proinde inter res sacras apponenda, & veneranda.*

## L. Decernimus. XXVI.

*Imp.* LEO A. *Juliano P. P.*

1 CRux & Reliquiæ Sanctorum in ædibus ſacris potiùs quàm in theatris, & curiis aſſerventur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Vide ad hoc Card. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 2. anno Chriſti 112. pag. 38.*

2 Adverte quod Crux reſpectu repræſentationis veræ Crucis, in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus paſſus eſt, dicitur ſacra & ſancta, ac proinde inter ſacras res apponenda, & veneranda. Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 5. tit. de furto, num. 11. verſ. ſed quid dicemus de Cruce*, Clar. *in §. ſacrilegium, num. 4. ad med.* ubi ex Foller. quem allegat, refert fuiſſe Neapoli ſuſpenſum quendam Salernitanum, qui Crucem ex Eccleſia ſurripuerat, refert Ludov. Peguer. *crimin. deciſ. 24. n. 17. in fine*, & illius de veneratione plures Doctores agentes refert Cened. *ad Sextum, collect. 22. num. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Officiales, & milites elapſo officii termino ad cleritatus officia, vel ordinem aſpirare poſſunt. Intelige ut num. 2.*

3 *Otium, & quies poſt longos labores quærenda.*

## L. Quiſquis emenſis. XXVII.

*Idem* A. *Entychio P. V.*

1 OFficiales, & milites elapſo officii termino ac tempore ad clericatus officia, vel Ordinem aſpirare poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

3 *Expletiſque officiis, ſive muneribus*, &c.) Notatur ad hoc, quod officiales, & alii ratiociniis implicati explata adminiſtratione, & officio, poſſunt fieri Clerici; quod neceſſariò intelligendum venit niſi de dolo in adminiſtratione, vel redditione computorum perpetrato lis aliqua mota eſſet, vel in procinctu eſſet, ut moveretur; tunc enim ante litis exitum promoveri non poſſunt, immò ſi de facto promoverentur, digni eſſent depoſitione, etiamſi poſtea in cauſa vincerent. Ita gloſſ. *verbo obrepſit, in cap. tantis Daniel, diſtict. 71.* Maiol. *de irregular. lib. 2. cap. 11. n. 4. verſ. in privatis.* Salzed, *ad Bernard. in pract. cap. 20. num. 3.* Campan. *in diverſor. juris Canon. rubr. 11. cap. 9. num. 3.* quos refero *in tract. de jure Eccleſ. univerſo, libr. 1. c. 33. n. 131. in med.* Vide quæ dixi *in collect. ad l. officiales 4. ſup. hoc tit.*

3 *Ad quæ poſt longi laboris laſſitudinem*, &c.) Notatur ad hoc, quod poſt longos labores vita quieta eſt eligenda; nam bonorum ac prudentum ea eſt natura, & conditio, quod quieſcere, & obedire potius, quàm imperare aliis malunt, ut poſt Platonem, tradunt Simanch. *de Republ. lib. 2. cap. 8.* & Petr. Gregor. etiam *de Republ. lib. 4. cap. 5. numero 4.* Et ſunt, & fuerunt (ut inquit Cicero *lib. 1. de offic. num. 99.*) qui tranquillitatem expetentes à negotiis publicis ſe removerint, ad otiumque profugerint, in his & nobiliſſimi Philoſophi, longéque principes, & quidam homines ſeveri, & graves, neque populi, neque Principum mores ferre potuerunt, duxeruntque nonnulli in agris delactari re ſua familiari.

SUMMARIUM.

1 *Legata & inſtitutiones pauperibus, & captivis ſi debeantur, hæres, & legatarius, aut alius quilibet licitè non controvertit.*

2 *Teſtator ubi non deſignavit executorem legati, aut relicti ad pias cauſas, & redemptionem captivorum, Epiſcopus loci in quo teſtator mortuus eſt, patronus pauperum, & executor teſtamenti eſt.*

3 *Epiſcopus executor relictorum ad pias cauſas quantitatem relictorum Præſidi provinciæ denuntiabit, & poſt annum pro communitate de numero captivorum diſtribuet pretium.*

4 *Legatum pium ſi abſque expreſſione collationis ſit relictum, & patria teſtatoris non pateat, Epiſcopus loci, in quo teſtator defunctus eſt, habet legati petitionem, & executionem.*

5 *Legatum in vico relictum pauperibus, executore à teſtatore non nominato, Epiſcopus ſub quo ſitus eſt vicus, exequitur piam defuncti voluntatem.*

6 *Delatio certa favore piæ cauſæ cuilibet licita eſt, atque laudem conciliat.*

7 *Voluntates defunctorum inviolabiliter obſervari publicè intereſt.*

8 *Legatum in genere pauperibus, vel Eccleſiæ, non evaneſcit, ut incertis perſonis relictum.*

9 *Executor teſtamenti pœnali præcepto compelli poteſt ſuſceptum officium exequi.*

10 *Legatum factum pro redimendis captivis pium dicitur, & valet.*

*Quid ſi ſit in redemptionem ejus, qui ob ſcelera detinetur in vinculis, ibid.*

11 *Agens pro piis cauſis quilibet auditur de populo.*

12 *Executor poteſt agere contra hæredem, & quoſcunque alios bonorum defuncti poſſeſſores pro legato pio adimplendo.*

13 *Executor agens pro pia cauſa dicitur agere ſuo nomine.*

14 *Executor non poteſt committere poteſtatem ſuam alii.*

15 *Vr Reverendiſſimus, dicitur de Epiſcopo.*

16 *Statutum originis, atque domicilii, ejus, de cujus ſucceſſione agitur, inſpiciendum.*

17 *Legatum factum pauperibus, vel infirmis, aut aliis incertis, intelligi debet de civitate, loco vel patria teſtatoris, in qua habebat domicilium.*

18 *Eleemoſynæ deputatæ in redemptionem captivorum dantur pro captivis regni.*

19 *Legatum ubi poſt mortem hæredis factum fuerit pauperibus, an poſſit diſtribui illis pauperibus qui reperiuntur vivi ante mortem hæredis.*

20 *In redemptionem captivorum quando aliquid relinquitur non expreſſo à teſtatore per quem fieri debeat redemptio, Epiſcopus, aut ejus vicarius accipere debent quod ita legatum eſt, ad ipſoſque, & non adhæredes ſpectat implere tale legatum.*

21 *Ad Epiſcopos ſpectat adimpleri facere pias defunctorum voluntates, licèt defunctus interdixerit ne ad Epiſcopum ſpectet executio, ut num. 22. 23. 24. 25. & 26.*

27 *Executores teſtamentorum tenentur rationem reddere de geſtis.*

28 *Hærede negligente in adimplenda defuncti voluntate intra annum, executio teſtamenti devolvitur ad Epiſcopum.*

29 *Anni unius ſpatium, vel aliud à lege præfinitum executori, ut currat etiam ad effectum devolvendi ad ſuperiorem monitio eſt neceſſaria: An Unica tantùm monitio ſufficiat remiſſivè, n. 30. Et an neceſſariò ſit à judice perſonaliter facienda, num. 31. & requiratur ſpecialis, n. 32.*

33 *Annus executoribus datus an currat ignorantibus, vel à die ſcientiæ vel mortis teſtatoris.*

34 *Anno elapſo judici reddenda eſt ratio, quot captivi bonis defuncti, & quanta pecunia unuſquiſque eorum redemptus ſit.*

35 *Hæredes, aut alij executores quando ſunt in mora mandandi executioni voluntatem defuncti, ad quemvis de populo pertinet admonere Prælatos & judices ſeculares, ab eiſque exigere ut executioni mandetur.*

36 *Ad Magiſtratus etiam ſeculares ſpectat compellere ut defunctorum voluntates executioni mandentur.*

37 *Legata à manibus hæredis exigenda.*

38 *Privilegia piæ cauſæ an extendantur de ſimilibus ad ſimilia.*

39 *Expenſa in qualibet re factæ à quolibet adminiſtratore, ſive executore teſtamenti, probantur per juramentum.*

40 *Executorum, qui teſtamento dantur, duplex genus.*

41 *Epiſcopo ignoranti an currat tempus exequendi teſtamentum, ſicut executori teſtamentario, & devolvatur facultas ad Archiepiſcopum, remiſſivè.*

## L. Nulli licere. XXVIII.

*Idem &* ANTHEM. AA. *Nicoſtrato. P.P.*

1 LEgata & inſtitutiones pauperibus & captivis ſi debeantur, hæres & legatarius, aut alius quilibet
2 licitè non controvertit, ac de his diſputat. Ubi executorem legati, aut relicti ad pias cauſas, & redemptionem captivorum teſtator non deſignavit, Epiſcopus loci, in quo teſtator mortuus eſt, patronus pauperum,
3 & executor teſtamenti eſt. Item Epiſcopus executor relictorum ad pias cauſas quantitatem relictorum Præſidi provinciæ denuntiabit, & poſt annum pro quantitate ac numero captivorum diſtribuet pretium. Item
4 legatum pium ſi abſque expreſſione collationis ſit relictum, & patria teſtatoris non pateat, Epiſcopus loci in quo taſtator defunctus eſt, legati habet petitionem,
5 & executionem. Legatum in vico relictum pauperibus executore à teſtatore non nominato, Epiſcopus ſub
6 quo ſitus eſt vicus, exequitur piam defuncti voluntatem. Favore piæ cauſæ delatio certa cuilibet licita eſt, ac laudem conciliat. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* poſt omnes Hubert Giphan. particulariter egit ſuper hac lege.

7 *Diſpoſitiones pii teſtatoris infringere*, &c.) Notatur ad hoc, quod defunctorum voluntates inviolabiliter obſervari publicè intereſt, ut per Vigl. *in princip. Inſtit. quibus non eſt permiſſum fac. teſtament. munero 9.* Mench *de ſucceſſ. creat. §. 2. numero 5. & §. 3. numero 8.* Pichard. *in §. ſed cùm paulatim, num. 4. Inſtit. de teſtam.* Padil. *in ſum. legum pœnal. part. 2. caſu 25. per tot.* Nam voluntas teſtatoris in teſtamento totum facit, & omnino obſervanda eſt, ut per Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 3.* Petr. Magdalen. *de numero teſtium in teſtam. requiſ. p. 1. cap. 8. à numero 6.* Petr. Anton. de Petra *de fideicom. q. 9.* Pereg. *cod. tract. art. 1. num 1. cum ſeqq.*

8 *Aſſerendo incertum eſſe legatum*, &c.) Notatur ad hoc, quod legatum in genere pauperibns, vel Eccleſiæ, non evaneſcit, ut incertis perſonis relictum, ut per Doctores, quos plena manu citavi *ad leg. id quod pauperibus 24. ſup. hoc eod. tit.*

*Per quem deſiderat*, &c.) Notatur ad hoc, quod exe-
9 cutor teſtamenti pœnali præcepto compelli poteſt ſuſceptum officium exequi, ut per Menoch. *de arbitr. caſu 444. n. 1. cum ſeqq.*

10 *Redemptionem fieri captivorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod legatum factum pro redimendis captivis dicitur pium, & valet ſine denominatione cujuſpiam perſonæ, licèt aliàs legatum ita incertum vitiaretur, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſ. 8. num. 284. & 286.* prout etiam pium dicitur relictum pro excarcerandis carceratis. Cravet. *conſ. 3. num. 10.* Eſt enim quælibet cauſa libertatis cauſa pia. Sarmient. *lib. 2. ſelect. cap. 7. num. 35. verſ. præterea*, Alex. Trentacinq. *variar. reſol. lib. 1. tit. de pia cauſa, reſolut. 1. num. 4.* Benedict. Ægid. *in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. part. 2. §. 2. de libert.* Sed pulchrè quærit Tiraq. *d. gloſs. 8. n. 288.* an hæc procederent in redemptione ejus, qui ob ſcelera in vinculis detinetur, & poſtquam hinc inde Doctores citavit, tandem ſub diſtinctione rem componit *num. 290.* ut ſcilicet in caſu rei ſubjectæ reſtitutioni, & ſimilibus non ei ſubveniatur, qui ſua culpa incidit in eam captivitatem cum præjudicio alterius: ſecus verò dicendum putat, ſi nullum alterius verſaretur præjudicium.

*Is qui ſpecialiter deſignatus*, &c.) Notatur ad hoc, 11
quod quilibet de populo auditur agens pro piis cauſis, ut per Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ, privil. 151.* Anton. Gom. *l 36. Tauri, num. 1.* Roman. *conſ. 69. num. 4.* meipſum *in tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib. 3. cap. 27. n. 104.*

*Habeat exigendi licentiam*, &c.) Notatur ad hoc, 12
quod executor poteſt agere contra hæredem, & quoſcumque alios bonorum defuncti poſſeſſores pro legato pio adimplendo, ut per Tiraq. *in tract. le mort, p. 7. declar. 5. n. 11. & de pia cauſa privileg. 81.* Anton. Gom. *tom. 1. var. c. 12 n. 12.* Menoch. *remed. 4. adipiſc. num. 168* Capra *tom. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 21. de execut. & publicat. teſtam. n. 11. & 12. pag. 140.* Valaſc. *conſ. 68. n. 6.* Cardoſ. *in praxi Iudicum, & Advocat. verbo teſtamentum, num. 109.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 329. num. 4.* ubi *num. 25.* ſubdit, quod exe- 13
cutor agens pro pia cauſa, dicitur agere ſuo nomine, Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 248. verſ. quad ultimum, num. 10.* ubi ad quodcumque legatum pium extendit etiam pro alimentis, de quo Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 82. num. 2.*

*Pro ſua conſcientia*, &c.) Notatur ad hoc, quod exe- 14
cutor non poteſt poteſtatem ſuam alij committere, ſeu ſubſtituere alium in ſui locum, ut per Cott. *in memorab. verbo erogatorij*, Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 21. n. 31. pag. 141.* Maynard. *deciſ. 13. lib. 2.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 4. collect. 1201. verſ. 1.*

*Vir Reverendiſſimus.*) Ideſt Epiſcopus: ego ipſe 15
*dicto tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib. 1. cap. 8. num. 28.*

*Illius civitatis ex qua teſtator oritur*) Notatur ad 16
hoc, quod inſpiciendum eſt ſtatutum originis, atque domicilij ejus, de cujus ſucceſſione agimus, quoad omnia bona ubicunque ſita, ut per Tiraq. *de jure primog. 42. num. 12.*

Notatur etiam ad hoc, quod legatum factum pau- 17
peribus, vel infirmis, aut aliis incertis, intelligi debet de civitate, loco, vel patria teſtatoris, in qua domicilum habebat, ſecundùm gloſſ. *verbo pauperes, in cap. ſi pater, de teſtament. in 6.* Teraquel. *in tractat. de privileg. piæ cauſæ, privil. 56. verſ. quod intelligitur*, Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 3. n. 2.* Cov. *in cap. cùm tibi, num 14. de teſtam.* Camill. Borrell. 18
*in ſum. deciſ. tom. 3. tit. 22. de legatis, num. 54.* ubi *num. 55.* poſt Vincent. de Franchis *deciſ. 190.* & Bened. Capra *conſ. 160. num. 2.* reſolvit quod eleemoſynæ 19
deputatæ in redemptionem captivorum, dantur pro captivis hominibus Regni, & *à num. 59.* diſputat utrùm ſi poſt mortem hæredis legatum factum fuerit pauperibus, poſſit diſtributio fieri ilii pauperibus, qui reperiuntur vivi ante mortem herædis, & Gutier. *conſ. 26. num. 7.* reſolvit quod quando teſtator indiſtinctè inſtituit in genere pauperes hæredes, vel eis aliquid legavit, ſi in civitate, vel oppido ſunt plura hoſpitalia pauperum, pauperi debetur: quod ſi dubitetur de pauperiori, Epiſcopus declarat interloquendo de paupertate.

20 Notatur etiam ad hoc, quod quando aliquid relinquitur in redemptionem captivorum, si testator non expressit per quem fieri debeat redemptio, Episcopus, aut ejus vicarius accipere debet quod ita legatum est, ad ipsosque, & non ad hæredes spectat adimplere tale legatum, ut per Molin. *de justit. tract. 2. disp. 247. n. 2.*

21 *Pium defuncti propositum.* &c. ) Ergo ad Episcopos spectat adimpleri facere pias defunctorum voluntates, de quo vide Tiraq. *de pia causa privil.* 149. Gutier. *pract. lib. 1. q. 44. à princip.* Bobadill. *in sua politica, lib. 2. c. 17. n.* 104. Galgan. *de condit. & demonst. p. 2. c. 5. q. 43. n. 3. & 4.* Padil. *in sum. legum pœnal. p. 2. casu 25. num. 6.* Mart. *de jurisdict. part. 1. cap. 18.* meipsum *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 82. n. 3. cum seqq. & de jure Ecclesiastico universo lib. 3. cap. 27. n. 30. cum seqq.* Et statuit Concil. Trid. *sess. 22. de reform. c. 8.* Episcopi in casibus à jure concessis omnium piarum dispositionum sunt executores, atque omnia, quæ ad Dei cultum animarum, salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ex officio cognoscunt, & exequuntur. Cujus quidem decisionis dispositio habet locum etiamsi executores sint officiales sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à jurisdictione Ordinariorum, vel Professores in aliqua Universitate ratione litterarum conservatoriarum, quæ eximunt à jurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apost. ut refert à sacra Cong. resolutum Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. ult. in fin.*

22 Quod adeò verum est procedere sine dubio, licèt defunctus interdixerit, ne ad Episcopum executio spectet, seu devolvatur, ut expresè probat text. *in cap. tua 17. de testam.* ibi, *licèt etiam à testatoribus id contingeret interdici*, plures Doctores per me citati *d. lib. 3. c. 27. n. 41.*

23 *Sine ulla cunctatione*, &c.) Ergo statim, nullo expectato temporis spatio, potest Episcopus cogere executores legatorum piorum, ut ea adimpleant, Panorm. *in cap. si hæredes, num. 4. & 5. de testam.* ubi Cov. *n. 4. l. Hispanica 6. tit. 10. part. 6.* ubi Gregor. Lopez *in*
24 *glos. 1. & 5.* Boër. *decis. 41. n. 8.* ubi dicit quod in istis relictis ad pias causas, licèt differatur hæreditatis additio, tamen non debet differri executio, & quod minus pendentis inventarii non differt istorum pio-
25 rum executionem. Molin. *de Justit. tr. 2. disp. 251. 11.* ubi subdit, quod spatium sex mensium in legatis piis exequendis, aut anni in reliquis, intelligendum est ad effectum, ut executores puniantur pœna amissionis
26 muneris, atque exigi ab eis ratio possit, num integrè defuncti voluntatem impleverint; additque idem Molin. *citato n. 11.* executores peccare posse mortaliter, differendo absque justa causa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idque tum adversùs eos quibus bona defuncti sunt debita, contra quorum voluntatem injustè bona detinentur, eorumque usu privantur; tum etiam adversùs defunctum ipsum, quoad eleemosynas, suffragia, & alia legata pia, eorum quippe executio licèt defunctorum merita non augeat, satisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur, atque adeò in causa est, ut citiùs à Purgatorii pœnis eruantur, divinoque fruantur conspectu.

27 *Statim gestis intervenientibus*, &c. Notatur ad hoc quod testamentorum executores tenentur reddere rationem de gestis, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 1. tit. 62. §. 1. l. Hispanic. 5. tit. 10. part. 6.* Tiraq. *de jure mariti glos. 5. n. 190.* Escobar. *de ratiocin. cap. 3. n. 18.* Pichard. *in §. igitur, n. 25. Instit. de obligat. quæ ex quasi cont.* Gutier. *de tutel. p. 3. c. 1. n. 15.*

28 *Post unius verò anni spatium*, &c. Notatur ad hoc, quod hærede negligente adimplere defuncti voluntatem intra annum, executio testamenti tam ad non pias, quàm ad pias causas devolvitur ad Episcopum, ut per citatos à Cened. *ad Decretal. collect. 114. n. 1. &* alios per me relatos *de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 82. num. 15. cum seqq. & in tract. de jure Eccles. universo, lib. 3. c. 27. ex num. 30.* ubi *num. 34.* resolvo quod ut spatium unius anni, vel aliud à lege præfinitum executori currat, etiam ad effectum devolvendi 30
ad superiorem, monitio est necessaria, & *n. 35.* disputo 31
an unica tantùm monitio sufficiat, & *num. 36.* an ne- 32
cessariò sit à judice personaliter facienda, & *num. 37.* an requiratur specialis. 29

An dictus annus executoribus datus currat ignorantibus, vel à die scientiæ, vel mortis testatoris? vide 33
Graff. *lib. 2. artis execut. ultimæ vol. q. 5. num. 5.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q. 6. num. 23.* Cevall. *commun. quæst. 374.* meipsum *de alleg. 82. n. 21. cum seqq. & d. lib. 3. cap. 27. n. 38.* ubi resolvo currere à die scientiæ, & *num. 39.* quod hujusmodi annus potest à judice restringi.

*Et numerum captivorum*, &c. ) Notatur ad hoc, 34
quod anno elapso, judici ratio est reddenda quot captivi eis bonis, & quanta pecunia unusquisque eorum redemptus est, ut per *dict. l. Hispan. 5. tit. 10. p. 6.* Molin. *de Justit. tract.... disput. 247. n. 3. prope fin.*

*Qui id quocumque modo cognoverint*, &c. ) Notatur 35
ad hoc, quod quando hæredes, aut alii executores sunt in mora mandandi executioni voluntatem defuncti, ad quemvis de populo spectat admonere Prælatos, & judices seculares, ab eisque exigere, ut executioni mandetur. Ita *l. Hispan. 7. tit. 10. part. 6.* ubi Greg. Lopez. Molin. *d. disp. 150. in fine*, Covar. *in cap. si hæredes, n. 2. de testam.*

*Vel in vir. clarissim.* &c. ) Ergo ad seculares etiam 36
Magistratus spectat compellere, ut defunctorum voluntates executioni mandentur, ita ut res hæc sit mixti fori, sitque proindè locus præventioni, ut per Ordin. Reg. Lusit. *lib. 1. tit. 62. §. 4. in princ. l. Hispan. 7. tit. 10. part. 6.* ubi Gregor. Lop. Covar. *in cap. si hæredes, num. 4. de testam.* Padill. *in l. 1. num. 29. ff. de legat. 2.* Valasc. *cons. 105. num. 61.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 150. per tot.*

In gloss. *Exigendi*, ibi, *ab hærede, vel legatario.* 37
Notatur ad hoc, quod debet accipere per manus hæredis, ut per Tiraquell. *in tract. le mort, part. 7. declar. 3. num. 1.*

In gloss. *Licentiam 2.* ibi, *sed fallit si ad pias causas*, 38
&c. Notatur ad hoc, quod privilagia piæ causæ tanquam favorabilia extenduntur de similibus ad similia, ut per Tiraq. *de pia causa, privil. 161.*

In ead. gloss. ibi, *Sed an de expensis credatur sacro* 39
*Commissariorum*, &c. Notatur ad hoc, quod expensæ in qualibet re factæ à quolibet administratore, sive executore testamenti, probantur per juramentum dummodò non sint præter modum, & magni ponderis, ut per Mascard. *de prob. conclus. 617. n. 3.*

In ead. gloss. ubi, *commissarii*, &c. Vide Guid. Pan- 40
cirol. *var. lection. lib. 3. cap. 21.* ubi ait, quod duo sunt genera executorum, qui testamento dantur: primum eorum, qui nullo scripto hærede bona defuncti curare, & in certos usus convertere jubentur, & hi quod ad administrationem attinet, hæredum locum obtinent, & maximè frequentantur ubi redditus bonorum inter pauperes distribui jubentur, vocanturque commissarii à gloss. *in præsenti.*

In gloss. *Cunctatione*, ibi, *id est, sine ulla mora.* Vide 41
Galganet. *in tract. de condit. & demonstr. part. 2. cap. 5. quæst. 13. num. 5.*

In gloss. *Impleturus*, ibi, *alioquin succedit Archie-* 42
*piscopus*, &c. Disputat Boër. *dec. 39. n. 15.* an Episcopo ignoranti currat tempus exequendi testamentum, sicut executori testamentario, & devolvatur facultas ad Archiepiscopum.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus testatore invito se intromittit pro voluntatis executione.*
2 *Executores testamenti negligentes moniti privantur commodo executionis, & executio transfertur ad Episcopum.*
3 *Clausula testamenti in qua ab ejus executione, & causæ piæ ad se pertinentis excluditur Episcopus, non valet.*
4 *Testator si secundos executores constituat, interdicatque ne ad Episcopum executio devolvatur, potest nihilominus ipse exequi, vel executores compellere.*
5 *Testator si prohibeat rationem exigi ab executore à se designato, nihilominus possunt ac debent judices Ecclesiastici, & sæculares eam ab illo exigere.*
6 *Salarium non debetur culpabiliter, vel dolosè administranti.*
7 *Monitio unica sufficit ad effectum, ut data negligentia hæredis, ad Episcopum devolvatur exequendi potestas.*

## Auth. Licèt testator.

1 TEstatore invito Episcopus se intromittit pro vo-
2 luntatis executione. Item executores negligentes moniti privantur commodo executionis, & executio ad Episcopum transfertur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. n. 1. sup. hoc tit.*

3 *Interdixerit ei aliquid*, &c.) Notatur ad hoc, quod clausula testamenti in qua ab ejus executione, & causæ piæ ad se pertinentis excluditur Episcopus, non valet, & nihilominus poterit Episcopus ad executionem testamenti, & causæ piæ se intromittere, ut per Spin. *in speculo testam. gloss.* 4. *n.* 40. *cum seqq.* Garc. Gironda *de privileg. & exemptionum explicat. n.* 715.

4 Notatur etiam ad hoc, quod si testator secundos executores constituat, interdicatque ne ad Episcopum executio devolvatur, potest nihilominus ipse exequi, vel executores compellere, ut per Covarr. *in cap. tuâ, num.* 6. *de testament.* Mart. *de jurisdict. p.* 4. *casu* 88. *n.* 14. *cum seq.* Mench. *de succes. creat. lib.* 1. §. 7. *n.* 14. Galganer. *in tract. de condit. & demonstrat. p.* 2. *cap.* 5. *q.* 13. *n.* 3. meipsum *de jure Ecclesiast. universo lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 43. Unde hinc etiam per hunc text.

5 vulgò colligitur, quod si testator vulgò prohibeat rationem exigi ab executore à se designato, nihilominus possunt ac debent judices Ecclesiastici, & seculares eam ab illo exigere, quia exigere hujusmodi rationes est munus publicæ potestatis in Reipub. commune bonum introductum, quod testator non potest impedire. Ita P. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 251. *n.* 8. Ego ipse *de officio & potestate Episcopi p.* 3. *alleg.* 82. *n.* 28. *& d. lib.* 3. *cap.* 27. *n.* 42.

6 *Sed si hi qui facere jussi sunt.* &c.) Notatur ad hoc, quod salarium non debetur culpabiliter, vel dolosè administranti, ut per Bèzam *in tract. de decima tut. cap.* 3. *n.* 2. Gutierr. *de tutel. p.* 3. *cap* 14. *n.* 2.

7 *Semel, vel bis.*) Ergo unica monitio sufficit ad effectum, ut data negligentia hæredis ad Episcopum devolvatur exequendi potestas, ut per Menes. *in auth. hoc amplius, num.* 14. *vers. prima conclusio, & num.* 16. *C. de fideicommiss.* Gregor. Lopez *l.* 8. *glos.* 1. *tit.* 10. *part.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 498. *n.* 53. meipsum *d. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 35. resolvo hoc procedere quando agitur de privando hærede post annum.

*Amittunt lucrum.*) Hoc est, ipso jure, per ea quæ tradunt Tiraquell. *in l. unquam, verbo revertatur, n.* 151. *cum seqq.* Rebuff. *in l. Labeo* 14. §. *item si dominus, pag.* 102. Sayr. *in clavi Regia lib.* 1. *c.* 8. *n.* 21. Rebell. *de obligat. justit. p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 6. *n.* 37. *vers. de verbis*, Farin. *frag. crimin. p.* 2. *verbo lex, n.* 126. cum aliis per me citatis *de diction. usufreq. diction.* 30.

SUMMARIUM.

1 *Episcopus humilis, & dignus officio, absque ambitu & simoniæ crimine eligendus est.*
2 *Simoniæ crimen etiam de jure civili prohibitum.*
3 *Simoniæ crimen merè est Ecclesiasticum, & illius cognitio ad judices tantùm Ecclesiasticos spectat.*
4 *Castitas ministri Christi altaris maximè necessaria est.*
5 *Humilitas sola est officii sacerdotis erectio.*
6 *Episcopatûs muneris ratio.*

## L. Si quemquam. XXIX.

*Iidem* AA. *Armasio P. P.*

EPiscopus humilis, & dignus officio, absque am- 1
bitu, & simoniæ crimine est eligendus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

*Nemo gradum*, &c.) Per hunc text. tenet Thom. 2
Valasc. *alleg. juris tom.* 1. *alleg.* 13. *n.* 145. crimen simoniæ etiam de jure civili esse prohibitum, & ex Salic. *in præsenti*, dicit, quod mundus bene regebatur uando hæc lex servabatur.

Licèt crimen hoc publicum sit, ex Bald. & Salicet. *in præsenti*, & Tiber. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 85. *n.* 3. *& cap.* 86. *n.* 1. nihilominus tamen est merè Ecclesiasticum, & illius cognitio ad judices Ecclesiasticos tantùm spectat, secundum glos. *in cap. cùm sit generale, de foro comp.* Clar. *in* §. *simonia, n.* 7. Bonacos. *verbo simoniæ crimen, & tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 15. *n.* 4. Decian. *d. c.* 86. *n.* 4. Farin *in præxi crimin. p.* 1. *quæst.* 8. *n.* 128. Mez. *in tract. taxæ panis, concl.* 5. *n.* 9. Cur. Philip. *p.* 3. §. 2. *num.* 9. Marta *de jurisdict. p.* 2. *cap.* 37. *n.* 1. & statuit *l. Hispan.* 58. *tit.* 6. *p.* 1. ubi Gregor. Lopez *in glos.* 3. Thom. Valasc. *d. alleg.* 13. *num.* 149. & *n.* 150. subdit asserentes hoc crimen esse mixti fori, intelligendos procedere in punitione, non in cognitione. 3

*Itaque castus*, &c.) Nota quod castitas omnibus 4
perneccssaria, sed maximè ministris Christi Altaris: vide quæ cumulavi *d. tract. de offic. & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 8. *c.* 7. *cum multis seqq.*

*Et humilis nostris temporibus eligatur Episcopus.*) 5
De quo S. Gregor. *lib.* 2. *epist.* 54. ad Joannem Ravennatensem Episcopum: Sola, inquit, humilitas, ut bene nostis, est officii sacerdotalis erectio. Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori, dum nihil in Epicopali cervice splendidius fulget quàm humilitas. Et *serm.* 1. *de nativit.* Studere humilitati, quæ fundamentum est, custosque virtutum, & gratiosus omnibus & jucundus, & perpetuæ pacis socius, nullam bellorum habet materiam, &c. cum aliis per me adductis *d. tit.* 2. *glos.* 14. *n.* 8. *& cum seqq.*

*Ut quæratur cogendus*, &c.) Cùm profectò tot ac 6
tanta requirat in Episcopo Paulus Apost. 1. *ad Timoth.* 3. & muneris ejus, ac officii ratio tam multa postulet, quisque sibi meritò timere debet, ne dicam exhorrescere, cùm tantum munus assumit, quæ causa multis sanè ac magnis in Ecclesia Dei viris fuit id muneris refugiendi, quorum nemini *de officio, & potest. Episcopi, p.* 1. *tit.* 2. *glos.* 1. *n.* 14. *cum seqq. usque ad n.* 25. Sed jam abiit in desuetudinem, ut ad Episcopatum quis invitus eligatur, & hodie curritur ad Ecclesiasticas curas tanquam sine curis, contra quos Petrarcha *de remedio utriusque, fortunæ lib.* 1. *dial.* 170. sic invehitur: *O vertigo moram pessima, ad quod olim consueverant, & deberent cogi homines inde nunc retrahi non possunt.*

SUMMARIUM.

1 *Orphanotrophi cauſas agentes in judicio ex pia commiſeratione immunes ſunt à ſatiſdationibus judicialibus, & rationibus ſtrictè dandis, & ob neceſſitatem res orbatorum, quæ ſervari commodè non poſſunt, licitè diſtrahunt.*
2 *Adminiſtratores, qui tenentur reddere rationem, debent facere inventarium.*
3 *Inventarium caput omnium rationum dicitur.*
4 *Hoſpitalitii tenentur reddere rationem adminiſtrationis.*
5 *Orphanotrophium eſt locus in quo filii orbi nutriuntur.*
6 *Orphanus dicitur qui ſine patre, & matre eſt.*
7 *Hoſpitalarii officium & adminiſtrationem ad inſtar tutorum, ſeu curatorum habere dicuntur.*
8 *Tabulariі qui, & unde dicti.*
9 *Bona ad Hoſpitalia pertinentia licitè alienari non poſſunt abſque ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus requiſitis.*
10 *Hoſpitalia gaudent beneficio reſtitutionis ſi ſunt inſtituta auctoritate Epiſcopi, aliàs non.*
11 *Proponitur ſententia Authoris.*
12 *Hoſpitale etiam ſine Epiſcopi auctoritate inſtitutum pium dicitur, & religioſum, & inter pias cauſas connumerandum.*

## L. Orphanotrophos. XXX.

*Iidem* AA. *Dioſcoro P. P.*

1 ORphanotrophi cauſas in judicio ex pia commiſeratione agentes, immunes ſunt à ſatiſdationibus judicialibus, & rationibus ſtrictè dandis. Iidem ob neceſſitatem res orbatorum, quæ ſervari commodè non poſſunt, licitè, diſtrahunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Vide ad hanc leg. Joan. Bapt. Pium *annotam. cap.* 42.

2 In ſum. text. ibi, *& debent inventarium facere.* Notatur ad hoc, quod inventarium facere debent adminiſtratores, qui tenentur reddere rationem, quia dicitur inventarium caput omnium rationum, ut per
3 Boër. *deciſ.* 61. *n.* 6.

4 In eod. ſum. ibi, *adminiſtrationis rationem reddere.* Notatur ad hoc, quod Hoſpitalarii adminiſtrationis rationem reddere tenentur, ut per Gutier. *de tutel. part. 3. c. 1. n.* 17. Rebuff. *in l. boves, §. hoc ſermone, verſ. decimoſextò*, Eſcobar. *de ratiocin. c. 3. num.* 7. Regulariter enim quilibet adminiſtrator, quocumque nomine, titulo, vel cauſa adminiſtraverit, rationem adminiſtratoris reddere tenetur, de quo vide Menoch. *de arbitr. caſu* 209. Baëz *de decim. tut. cap. 2. num.* 152. & 157. latè Gutier *d. cap. 1. num.* 9. *cum ſeqq.* & Eſcobar. *d. cap. 3. per tot.*

5 *Orphanotrophos.*) Hinc Orphanotrophium dicitur locus in quo filii orbi, & parentibus privari nutriuntur, de quo dixi *ad l. illud* 16. *de ſacroſ. Eccleſ.* quia orphanus dicitur ille, qui ſine patre & matre eſt, ſecundùm Roland. *conſ.* 76. *num.* 43. *lib.* 1. Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de ſentent. proviſ. gloſſ. ult. col. 2. verſ. ſecundò orphani*, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 182. *n.* 1.

6 *Hujus inclytæ urbis.*) Ideſt, Conſtantinopolis ſecundum Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 1. c.* 8. *de epithetis.*

7 *Qui quidem pupillorum ſunt quaſi tutores*, &c.) Notatur ad hoc, quod Hoſpitalarii officium, & adminiſtrationem ad inſtar tutorum, ſeu curatorum habere dicuntur: ut per Joan. Selvam *de benefic. p. 1. qu. 3. num.* 9. Corraſ. *in ſimili tract. p. 1. c. 3. n. 1.* Rebuff. *de nominat. q. 15. n. 16.* alias 12. Quintanaduenas *Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 3. n.* 13. & alios refert Nicol. Garcia *de benefic. p. 1. cap. 3. n. 1.*

8 *Tabulariis.*) Sic dicti, quia in foro ſtationes habebant, in quibus contrahentibus inſtrumenta dictabant, & ſi ob negotiorum multitudinem ipſis vacare non poterant, aliorum vicaria opera in ſcribendis inſtrumentis utebantur, quæ cùm teſtium, ac contrahentium ſigna, & ſubſcriptiones haberent, inſtrumenta publica, ſeu forenſia vocabantur. Vide Alciat. *lib. 6. parerg. cap.* 19. Guid. Pancirol. *in Theſauro var. lection. lib. 1. cap. 26. verſ. antiqui vero tabularii.*

9 *Prius habita æſtimatione liceat eis alienationis*, &c.) Notatur ad hoc, quod bona ad Hoſpitalia pertinentia licitè alienari non poſſunt abſque ſolemnitatibus in rerum Eccleſiaſticarum alienationibus neceſſariis, ſi ipſa hoſpitalia inſtituta ſint cum Epiſcopi auctoritate, alias ſecus. Ita Anton. Gabr. *lib. 6. commun. opin. tit. de pia cauſa concl. 2. n. 9. &* 10. Maſcard. *de prob. concl.* 869. *n.* 11. Valaſc. *conſ.* 105. *n.* 34. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. H, concl.* 163. *à num.* 9. Ego ipſe *de officio & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg.* 75. *à nu.* 32. Marta *de juriſd. p. 4. caſu* 113. *n.* 24. Eandem diſtinctionem tenent 10
communiter Doctores circa beneficium reſtitutionis in integrum, dum reſolvunt illo gaudere Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate inſtituta, non autem illa, quæ abſque ea inſtituuntur. Ita Anton. Gabr. *d. tit. de pia cauſa, concl. 1. num.* 21. *& concl. 2. n.* 16. Gutier. *canon. lib. 1. cap. 35. num.* 14. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, num.* 63. Sfort. *de in integ. reſtitut. q. 3. n.* 45. Valaſc. *d. conſ.* 105. *num.* 44. Marta *d. caſu* 113. *n.* 26. contra quos omnes ego *de alleg.* 75. *num.* 42. exiſtimo verius eſſe in puncto juris omnia hoſpitalia, etiam abſque Epiſcopi auctoritate inſtituta, gaudere hujuſmodi beneficio reſtitutionis in integrum, ex eo quod non ſine violentia reſtringitur litterà hujus text. ad ea hoſpitalia, quæ cum Epiſcopi auctoritate inſtituuntur: immò æquiparatio, quam textus facit adminiſtratoris hoſpitalium, & tutoris minorum nihil commune habet cum auctoritate Epiſcopi, ſed omnibus hoſpitalibus abſque illa inſtitutis maximè convenit.

11 *Hujuſmodi autem pium atque religioſum*, &c.) Notatur ad hoc, quod hoſpitale etiam ſine Epiſcopi auctoritate inſtitutum, pium dicitur, & religioſum, ac inter pias cauſas connumerandum, de quo vide Tiraquel. *in tract. piæ cauſæ, in præf. pag. 1. verſ. item relictum hoſpitalibus*, Anton. Gabr. *d. tit. de pia cauſa, concl. 2. num. 2. verſ. contraria*, Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. cap.* 18. *num.* 228. Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 22. *& ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. part. 1. verbo hoſpitale*, §. 3. *dubit. 2.* Cevall. *commun. contra commun. tom. 2. q.* 896. *n.* 981. Flores de Mena *var. lib 2. q.* 21. *n.* 176. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſ.* 105. *n.* 38. Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 4. lit. H, concl.* 158. *concl.* 163. *num. 2. & 4. & tom. 6. lit. P, concl.* 338. Mart. *de juriſdict. p. 2. cap. 23. num.* 19. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 25. tit. 6. n.* 69. Carol. de Graſſis *de effectib. clerical. effectu 1. n.* 122. *cum ſeq.* Benedict. Ægid. *in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 1. in initio n.* 54. plures quos refero *d. alleg. 75. n. 2. & 3.*

SUMMARIUM.

1 *Clerici extra provinciam in jus trahi non debent.*
2 *Clerici extranei, non provinciales, in civitate Conſtantinop. reperti conveniuntur coram Præfecto Imperatoris.*
3 *Monachi utriuſque ſexus, & Clerici olim conveniebantur in provinciis apud Præſidem, in urbe apud præfectum prætorii, & vocati in forum compellebantur.*
4 *Monachi olim omnes propriis Epiſcopis erant ſubjecti,*

*jecti, in quorum diœcesibus sita erant manasteria.*

5 *Clericus coram suo proprio Episcopo conveniendus est, nisi accedat voluntas Episcopi: quod intellige de Clerico volente, & expresè prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquendo prorogat, ut n. 6.*

7 *Clerici exacti ut fidejussores de judicio sisti, aut judicato solvendo dent, offerendo œconomos, & cœnobiorum defensores, sufficientem cautionem præstare censentur.*

8 Pulsatus *pro* in jus vocatus *sumitur.*

9 *Executorum, & famulorum officialium quàm rapax conditio.*

10 *Clerici extranei conventi in urbe Constantinop. tenentur præstare fidejussores quibus non inventis liberatur sub promissione.*

*Vrbe inclyta, de Constantinopoli, ibid.*

11 *Fidejussorem dare obligatus magis gravatus dicitur, quàm obligatus constituere pignora seu hypothecam.*

12 *OEconomus ordinatus in causa Ecclesiæ convenien-dus est.*

13 *OEconomus quis, & quod ejus officium.*

14 *OEconomi alienantes res Ecclesiarum in casibus prohibitis, quas pœnas incurrant.*

15 *OEconomi rationem œconomiæ reddere debent coram Episcopo.*

16 *OEconomus debet constitui ab Episcopo, sed cum consensu capituli.*

17 *OEconomus Ecclesiæ, & Episcopi an debeat esse Clericus.*

18 *Capitulum alicujus Ecclesiæ si emit rem quampiam immobilem, an & quando illi debeat fieri retractus oblatio.*

19 *Sportulæ sunt solvendæ per Clericos secundùm quantitatem taxatam.*

20 *Apparitor quis sit.*

21 *Iudex dominicilii an possit per proprios nuntios, & ministros citare suos subditos existentes in territorio alieno.*

22 *Clerici etiam sub pratextu executionis immunes sint ab injuriis, convitiis, molestiis, & vexationibus executorum, sub pœna cinguli, & patrimonii amittendi.*

23 *Apparitores non debent percutere, vulnerare, nec malè tractare vinctos.*

24 *Cingulum magistratuum, militumque insigne, remissive.*

## L. Omnes qui. XXXI,

### *Iidem* AA. *Eutropio P.P.*

1 CLerici extra provinciam in jus trahendit non sunt.

2 Item Clerici extranei non provinciales, in civitate Constantinopolitana reperti coram præfecto Imperatoris conveniuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Vide ad hoc Ioan. Bapt. Pium *annot. cap.* 42. & Lapum *alleg.* 40.

3 Adverte quod olim Monachi utriusque sexus, & Clerici conveniebantur in provinciis apud Præsidem in urbe apud Præfectum Prætorii, & vocati in forum, venire compellebantur, ut per Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 14. pag.* 106. Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 21. num. 36.* vide posita *in leg. un. C. de pactis.*

4 *Monachi quoque*, &c.) Notatur ad hoc, quod olim omnes Monachi propriis Episcopis fuerunt subjecti, in quorum diœcesibus monasteria sita erant, ita ut Episcopi veluti Generales Monachorum quosdam ad professionem admittere, alios expellere potuissent, de quo est text. *in c. qui verè, 16. q. 1. c. viduitatis, 27. q. 1.* cum similibus, Concil. Tolet. IV. *c.* 50. Conc. Aurelian. *cap.* 21. Sylvest. *in summa, verbo Religio* 3. *q* 4. Nau. *in cap. non dicatis, 12. q. 1. n.* 63. *vers. ad 10 secundò*, Cabed. *diverf. juris argum. lib. 3. cap.* 18. *à princip* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art 1. & art. 3. in princip.* Jacob. de Graff. *tom. 2. consil. lib. 3. tit. de Regular. cons. 10. n. 3.* Cened. *pract. & Canon. quæst. lib. 1. q. 26. n. 1.* Campan. *in diversor. juris Canon. rubr. 12. cap. 13. n. 1.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 105. n. 1.* ubi *à n. 11.* ostendo à quo tempore Regularium monasteria à potestate Episcoporum exempta esse cœperunt.

*Sed apud suos judices ordinarios*, &c.) Notatur ad hoc, quod Clericus coram suo proprio Episcopo conveniri debet, nec illum deserere valet, aut alienum ex vi formalis consensus adire, ut per Cov. *pract. cap.* 10. *n. 5. vers. octavò*, Soar. de Paz. *in pract. tom. 2. pral. 1 n. 1. cum seqq.* D. Barbos *in l. 1. ff. de judic. art. 3. n. 179. cum seqq.* Anguian. *de legib. lib. 3. controv. 26. n.* 8. & plures quos retuli *in collect. ad cap. 2. de foro comp. num. 2.* Nisi Episcopi diœcesani voluntas accedat, sicut resolvunt plures quos similiter citavi *in collect. ad cap. significasti* 18. *eod. tit. de foro comp.* ubi specialitaris redditur ratio, quare Clericus non possit in judicem non suum consentire sine Episcopi diœcesani voluntate. 5

Intellige de Clerico volente, & expresè prorogante, non autem de illo, qui contrahendo, vel delinquendo prorogat, quia tali casu poterit absque ullo sui Episcopi consensu, & licentia prorogare jurisdictionem alieni illius loci in quo contrahit, ut in proprii terminis resolvunt Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 12. n.* 24. Francisc. Molin. *de brachio Regio cap.* 28. *n.* 14. Marta *de jurisdict. p. 2. cap. 6. n.* 46. B. nedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, tom. 4. c. 13. num. 1.* D. Barbos. *d. art. 3. n.* 222. & expressius *ad l. hæres absens, §. 1. à n.* 61. *ff. eod. tit. de judic.* latissimè ego ipse *in praxi exigendi pensiones, q. 3. à princ.* 6

### §. Præterea cùm.

Clerici exacti, ut fidejussores de judicio sisti, aut judicato solvendo dent, offerendo œconomos, & cœnobiorum defensores, sufficientem præstare cautionem censentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 7

*Contractibusve pulsantur.*) Idest, in jus vocantur, & hinc pulsatus, idest in jus vocatus, cujus verbi significatio imperantibus Diocles. & Maxim. Imperatoribus erat introducta vide Guid. Pancirol. *in thesaur. var. lection. lib. 1. cap. 77.* 8

*Executoris pertinax & avara protervitas*) Ergo executorum & famulorum officialium conditio est rapax, de quo Azeved. *ad lib. 18. numero 13. tit 9. lib. 5. novæ Recop.* optimè Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 13. num.* 33. 9

### §. In hac autem.

Clerici extranei in urbe Constantinopolitana conventi tenentur præstare fidejussores, quibus non inventis sub promissione liberentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

*Inclyta urbe*) Idest, Constantinopolitana, secundùm Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lect. libro 2. cap. 170.* 10

*Nulla præbendi fidejussores molestentur injuria*, &c.) Notatur ad hoc, quod magis gravatam illum dicimus, qui fidejussorem dare, quàm qui pignora, seu hypothecam constituere obligatus est, ut per Hering. *de fidejuss. cap. 6. n.* 141. Giurba *dec. 4. n.* 10.

*Aut vicarii fidejussoribus*, &c.) Hæc verba loquentia de vicariis fidejussoribus dandis à Clericis coram Sede Prætoriana conventis, dubia valdè esse, & non posse rectè explicari nisi referentur quæ circa hoc in Nomocanone habeatur, refert Guid. Pancirol. *in thesauro* 11

*var. lect. lib. 2. cap.* 170. quæ verborum hujuſmodi. *Epiſcopi, Clerici, & Monachi à regione in regionem non protrahantur, ſed apud provinciarum præſides conveniantur: ſin autem Conſtantinopoli inveniantur, apud ſolos Præfectos prætorio conveniantur, ubi etiam eis honor habetur, & Advocatos accipiunt. Quod ſi in provinciis de rebus privatis conveniantur, ſolos œconomos, vel Eccleſiæ defenſores dant fidejuſſores. Sin autem apud Præfectos prætorio pecuniariè conveniantur, vel pro ſe invicem fidejubent, vel ſub hypotheca præbent cautionem.*

*Quas tamen ſtipulationum*, &c.) Vide Corraſ. *lib. 1. miſcel. cap. 25. n. 4.*

## §. Hoc nihilominus.

12 OEconomus ordinatus in cauſa Eccleſiæ eſt conveniendus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 2. ſuprà hoc tit.*

13 De œconomo, & quis dicatur, & cujus ſit officium, vide Bonacoſ. *commun. opin. verbo OEconomus, & commun. opinion. lib. 1. tit. de Epiſcopis, & cleric. n.* 10. latè meipſum *in tract. de jure Eccleſ. univerſo, lib. 1. cap.* 46. *ex num* 5. ubi *num.* 8. *de officio œconomi, & num. 9. cum*

14 *ſeqq.* de œconomis alienantibus res Eccleſiarum in caſibus prohibitis, quas pœnas incurrant: & *num.* 12. quod œconomi coram Epiſcopo rationem œconomiæ

15 reddere debent. Gregor. Lopez. *l. 61. gloſſ. 1. tit. 5. p. 1.*

16 ubi per hunc textum tenet quod œconomus debet conſtitui ab Epiſcopo, ſed cum conſenſu Capituli, quando ſcilicet Prælatus vellet conſtituere œconomum generalem, qui omnia negotia gerat tam in judicio, quàm extra, quia hoc poteſt computari inter ardua;

17 & *gloſſ. 2.* diſputat, an œconomus Eccleſiæ, & Epiſcopi debeat eſſe Clericus? & concludit, quod eo caſu quo œconomus non habet juriſdictionem in Clericos, ſeu præeminentiam in rebus Eccleſiaſticis ſed tantùm ad temporalia, & bona ruralia Epiſcopatus conſtitueretur, poterit eſſe laïcus.

18 *Hunc enim ſine dubio*, &c.) Allegat Tiraq. *de retractu leg. §. 1. gloſſ. 13. n. 36. ad quæſt.* ſi Capitulum alicujus Eccleſiæ emit rem quampiam immobilem, an, & quando illi debeat fieri retractus oblatio.

## §. Executoribus.

19 Sportulæ ſunt ſolvendæ per Clericos ſecundùm quantitatem taxatam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*Verùm ſi apparitor*, &c.) Eſt magiſtratus miniſter, qui ejus juſſa exequitur, ſecundùm Calvin. *in ſuo Lex. jurid. verbo Apparitores.* Et per hujuſmodi apparito-

20 res, nuncios, ſeu juratos, & ſervientes curiarum regulariter fit citatio. Marant. *de ordine jud. part. 6. de citat à num.* 42.

21 *In provincia degentes*, &c. Vtrùm judex domicilij Poſſit per proprios nuntios & miniſtros citare ſuos ſubditos in alieno territorio exiſtentes, vide Covar. *pract. cap. 10. n. 2. verſ. ſed &* Clar. *in §. fin. q. 39. n. 3.* Marant. *d. p. 6. de citat. n.* 40. Perez *ad l. 1. verſ. quæro tertiò, tit. 2. lib. 3. Ordin.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de domicilij elect. in præfat. n.* 13. Bernard Grævæ. *ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 56.*

## §. Præterea nullus.

22 Clerici in executionibus etiam ſub prætextu officij ab injuriis, convitiis, & moleſtiis, & vexationibus executorum immunes ſint, ſub pœna cinguli, & patrimonij amittendi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

23 *Nullus executor vexare contumeliis*, &c.) Notatur ad hoc, quod apparitores non debent percutere, vulnere, nec malè tractare vinctos, ut per Pavin. *in tract. viſitat. q. 7. n.* 21. Iodoc. *in pract. crimin. cap. 15. de citat. reali. n.* 27. Boër *dec.* 170. *n. 6.* ideò ſi talia commiſerint captum, vel capiendum malè tractando, injuriando, percutiendo, vulnerando, aut occidendo, non ſolùm tenentur de injuria, de percuſſione, de vulnere, & homicidio, ut per Foller. *in pract. crimin. in verbo Notatos capiat de perſona, n. 16. fol. 36. & ibidem n. 30. verſ. multo minus. fol. 39.* Farin. *in praxi crimin. q. 32. n. 61. in fine;* ſed etiam reſiſti eis impunè poſſe affirmant Platea *in l. 2. n. 3. C. de exactor. tribut. lib.* 10. Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de literis requiſ. n.* 34. Et cuſtodes carcerum debent compelli per judices ne malè, & inhumaniter tractent incarceratos, Cardoſ. *in praxi Judicum, & advocat. verbo Cuſtos, n.* 10.

*Poſt amiſſionem cinguli.*) De cingulo magiſtratuum militumque inſigni, vide Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lectionum, lib. 1. cap. 11. per totum.* 24

---

## SUMMARIUM.

1 *Cauſa contra Monachum, aut Monialem in cœnobiis degentem apud judicem ſecularem mota, remittenda eſt ad Eccleſiaſticum competentem.*

2 *Iudex ſecularis remittens Clericum ad judicem Eccleſiaſticum, non minus præmium acquirit, quàm Sacerdos ſacrificium offerens Altari.*

3 *Epiſcopus habet poteſtatem de trudendi laicum in carcerem. Intellige ut ibi.*

4 *Iudex condemnans tres in centum ex eodem delicto unuſquiſque cenſetur condemnatus pro portione virili.*

## Auth. Cauſa quæ.

CAuſa contra Monachum, aut Monialem in cœnobiis degentem apud judicem ſecularem mota, remittenda eſt ad Eccleſiaſticum competentem, & judex ſecularis cognitionem in ſe recipiens, nec eam remittens, officium amittit, & decem auri libris mulctatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* 1 2

De pœnis judicum qui de Clericorum cauſis cognoſcunt, & illas ad Eccleſiaſticos judices non remittunt, vide Alex. de Nevo *conſ. 56. n. 14. cum ſeqq. & conſ 59. n. 12. cum ſeqq.* Alex. *conſ. 8. num. 11. cum ſeqq. vol. 1.* ubi concludit, quod judex ſecularis remittens Clericum ad judicem Eccleſiaſticum, non minus præmium acquirit, quàm Sacerdos ſacrificium offerens altari: opus miſericordiæ exercet, Deumque habet retributorem hic, & in alio ſeculo. Sigiſm. Scacc. *de judic. cauſ. civil. & crimin. lib. 1. cap. 11. n. 34. cum ſeqq.* latè Farinac. *in praxi crimin. part 1. q. 8. à princ.* & præcipuè *n.* 31. ubi ait quod judex, qui differt remittere Clericum ad Eccleſiaſticam curiam, quando ad id ex debito ſui officii tenebatur, peccat mortaliter, & tenetur ad intereſſe non ſolùm ipſius Clerici, quem non remiſit, ſed etiam Eccleſiæ & judicis Eccleſiaſtici, & poteſt excomunicari judiciaria authoritate, & Eccleſiaſticis feudis ſi quæ habet privatur, de quo vide etiam per me dicta *in collect. ad cap. 2. de foro competenti.*

*Ab ipſis ſanctiſſimis Epiſcopis* &c.) Ergo Epiſcopus habet poteſtatem detrudendi laïcum in carcerem, quod tamen Palat. *in repet. c. per veſtras, not. 2. §. 1. n. 21. verſ. adducunt, pag.* 329. intelligit in terris Imperij, ubi Imperator potuit dare Epiſcopo hanc facultatem. 3

In gloſſ. *Cum officio* ibi, *id eſt, judex in quinque, & officiales in aliis quinque.* Notatur ad hoc, quod ſi judex condamnavit ex eodem delicto tres in centum, unuſquiſque cenſetur pro virili portione condemnatus, ut per Boër. *dec.* 310. *n. 5.* 4

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Clericus in causa pecuniaria apud secularem judicem non litigat, nisi præcesserit cognitio, & remissio judicis Ecclesiasti, in criminali verò causa Clerici cognoscit judex secularis per instantian duorum mensium, non autem punit convictum antequam hunc Ecclesiasticus honore nudaverit.*

2 *Episcopus quomodo, & quando possit procedere ad depositionem, seu degradationem, remissivè.*

3 *Clericus taliter est exemptus à seculari jurisdictione, ut si contingat ipsum absolvi, talis absolutio non valet.*

4 *Iudex secularis an possit Clericos criminum reos absolvere, licèt non possit condemnare.*

AUTH. Clericus quoque.

1 CLericus in causa pecuniaria apud secularem judicem non litigat, nisi cognitio, & remissio judicis Ecclesiasti præcesserit. In criminali verò causa Clerici cognoscit judex secularis per instantiam duorum mensium, non autem punit secularis judex convictum antequam hunc Ecclesiasticus honore nudaverit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Vide dicta *in auth. causa quæ*, immediatè præcedenti.

2 *Nec tamen prius puniatur quàm per Episcopum sacerdotio spolietur.*) Episcopus ad depositionem, seu degradationem quomodo, & quando procedere possit, vide quæ latè dixi *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 110. per tot.*

3 *Episcopalis erit examinatio & castigatio.*) Notatur ad hoc, quod Clericus taliter est exemptus à seculari jurisdictione, ut si contingat ipsum non condamnari, sed absolvi, adhuc talis absolutio non valet, ut per Bald. *in præsenti, n. 12.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. q. 8. n. 46. vers. amplia 19.*

4 In gloss. *Etiamsi reus.* Probat hæc gloss. judicem secularem posse Clericos criminum reos absolvere, licèt non possit condemnare, ut per Francisc. Marc. *Delphin. dec. 514. part. 1.* Aufrer. *in tract. de potest. seculari in Ecclesiasticos reg. 4. fallent. 2.* Sed contrarium meritò defendit Marta *de jurisdict. p. 4. casu 15. per tot.* ubi *n. 13.* post Bald. dicit hanc glossam falsam, quia illa absolutio non valet ex defectu jurisdictionis, cùm sit æqualis solvendi, ligandi potestas.

SUMMARIUM.

1 *Clericus in nulla causa ad judicium seculare trahi debet, & n. 2.*

3 *Personæ Ecclesiasticæ quæ sint.*

4 *Exemptio Clericorum quoad forum est juris humani. Contrarium vide n. 5.*

*Pœna quam incurrit Clericus propter armorum prohibitorum delationem, ab eo coram Ecclesiastico judice exigenda erit, non coram seculari. n. 6.*

7 *Laïcus si convenerit Clericum coram judice seculari, causâ cadit, etiamsi clericus sit conjugatus, dummodò contraxerit cum unica, & virgine, & in habitu incesserit, n. 8.*

9 *Clericus trahens Clericum ad forum judicis secularis causâ cadit: si tamen pœnituerit ante litem contestatam, poterit evitare pœnam causæ amissionis, n. 10.*

AUTH. Statuimus.

1 CLericus in nulla causa ad judicium seculare trahi debet, & laïcus trahens Clericum ad forum seculare, ut incompetens jus suum amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup hoc tit.* Vide ad hoc Socin. *cons. 12. col. vers. solus*, & Roman. *cons. 369.*

Piè admodum Rebuff. *in proœm. ad constit. Galliæ, gloss. 5. n. 33.* ait Vtinam servaretur hæc Auth. dum statuit judices seculares judicantes personas Ecclesiasticas, tam in civili, quàm in criminali, esse privatos officio judicandi, quia omnes ferè judices essent privati dùm in perniciem animarum suarum contra Clericos decernere non verentur: refert Azeved. *l. 5. n. 7. tit. 3. lib. 1. Recop.* 2

*Ecclesiasticam personam.*) Hujusmodi sunt Regulares professi, eorumque conversi, & novitij, Moniales: Fratres & Sorores Tertij Ordinis qui habitum religiosum gestaverint, atque collegialiter vixerint; mulieres, quæ in aliquibus domibus se recludunt ut pœnitentiam agant; Milites S. Jacobi, Calatravæ, & similes; Hospitalarii, si Prælati authoritate perpetuò deputati sint ad servitium alicujus hospitalis authoritate Episcopi erecti, servientes Ecclesiæ, de quibus omnibus latè egimus *in tract. de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. à n. 40. usque ad n. 52.* 3

*Contra constitutiones Imperiales*, &c.) Ergo exemptio Clericorum quoad forum est juris humani, ut per Covar. *pract. cap. 33. n. 2. vers. contrariam*, Mench. *Illustr. cap. 22. n. 8.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 9. ex n. 1.* Cevall. *commun. contra communes, q. 550.* Cened. *ad Decretum collect. 37. n. 1. & pract. q. 4.* Morl. *in emporio juris tit. 2. q. 12.* Sesse *de inhibit. cap. 8. §. 1. ex n. 1.* Castil. *tom. 7. de tertiis, cap. 9. ex n. 14.* P. Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 31. concl. 1. & 3.* 4

Sed contrarium, immò Clericos jure divino à seculari potestate esse exemptos, tenent Gregor. Lop. *l. 1. in gloss. verbo Señalden orden. col. 3. vers. pro parte. tit. 7. part 1.* Surd. *cons. 301. n. 16. & 55.* Grilenzon. *cons. 53. 16. n.* Ambrosin. *de immun. Eccles. cap. 16. n. 4.* Savr *in clavi Regia lib. 12. cap. 8. n. 6.* Marta *de jurisdict. part. 2. cap. 5.* Anastas. Germon. *de sacror. immun. lib. 3. cap. 15. ex n. 16.* Marc. *de jurisdict. part. 4. casu 74.* Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ, Cœnæ, cap. 19. disp. 91.* Paul. Comit. *resp. moral. lib. 1. q. 62. & seqq.* Azor. *instit. moral. part 1. lib. 5. cap. 12.* Bobadil. *in sua polit. lib. 1. cap. 18. ex n. 252.* Diana *resol. moral. tit. de immun. Eccles. resol. 1.* Carol. de Grassis *de effectib. clerical. effectu 1. n. 2.* Octav. Glorit. *resp. 13 n. 4.* Filliuc. *in quæst. moral. tract. 16. cap. 11. q. 10. n. 316.* Duard. *in Bullam Cœnæ can. 15. q. 18. n. 6. cum seqq.* Bonacin. *de censuris in Bull. Cœnæ disp. 2. q. 16. sect. 1. puncto 2. n. 5.* Ludov. Correa *in repet. c. inter alia, de immun. Eccles. part. 2. n. 40.* Alzed. *in praxi Episcop. par. 2. c. 3. n. 36.* Ascan. Tambur. *de jure Abbatum tom. 1. disp. 15. q. 19. & 20.* Hieron. Roder. *in compendio quæst. Regul. resol. 63.* Sequillante *de privilegiis cleric. c. 8. à princ.* Ego ipse *in tract. de jure Eccles. univers. lib. 1. c. 39. §. 2. à princ. & §. 5. etiam à princ.* 5

*Quid si actor fecerit* &c.) Notatur ad hoc, quod pœna in quam incurrit Clericus propter armorum prohibitorum delationem, ab eo coram Ecclesiastico judice exiganda erit, non coram seculari, ut per Perez *in l. 2. gloss. 1. pag. 326. col. 2. post med. tit. 14. lib. 2. Ordin.* 6

*A suo jure cadut*, &c.) Notatur ad hoc, quod si laïcus convenerit Clericum coram judice seculari, perdit causam, ut per Roman. *cons. 369. n. 39.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 62. n. 22. cum seqq.* Marta *de jurisdict. part. 4. casu 126. n. 2.* Bernard Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 37. in princ.* & hoc procedere etiam Clerico conjugato, dummodò contraxerit cum unica, & virgine, & in habitu incesserit, ut per eumdem Marta *de casu 126. n. 3. & n. 4.* subdit commodum causæ amissæ debere alteri parti applicari, & si ambo consenserint in jurisdictionem laïcorum, tunc applicari Ecclesiæ, cui facta est injuria, atque spreta ejus jurisdictio. 7

Similiter

9 Simliter Clericus trahens Clericum ad forum judicis ſecularis perdit cauſam, ut per Doctores citatos *in collect. ad c. ſi diligenti 12. de foro compet. n. 6.*

10 Qui quidem trahens reum Clericum ad forum vetitum, poterit pœnam amiſſionis cauſæ evitare, ſi pœnituerit ante litem conteſtatam. Jofred. Balb. *dec. 219. incip. Trahens*, Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 43. de foro compet. n. 84. cum ſeqq.* Marta *d. caſu 326. num. 2.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 3.*

11 *Cadat.*) An ipſo jure, vide Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n. 186.* Monet. *de diſtrib. quotid. part. 3. q. 7. n. 19. cum ſequentib.* Rebeli *de obligat. juſtit. part. 1. lib. 1. q. 6. ſect. 5. n. 44.* meipſum *de dictionib. uſufrequent. dict. 50. num. 4.*

12 *Iuriſdictionem ſuam amittat.*) Id eſt, ipſo jure, ſecundùm Soar *de legibus lib. 5. cap. 6. n. 25.* Farinac. *fragment. crimin. part 2. verbo Lex, n. 126.* plures per me citati *de dict. uſufrequent. dict. 30.*

---

SUMMARIUM.

1 *Clerici in parentum poteſtate conſtituti lucra occaſione clericatus acquiſita ſibi habent.*

2 *Filiusfamilias effectus Clericus, ſi teſtetur ut poteſt, non valet aliquo modo diſponere de uſufructu, quem pater habebat ante clericatum filii, & n. 3.*

4 *Pater in fructibus præbendæ filii non habet uſumfructum.*

5 *Pater, vel mater ſi dedit, & conceſſit filio aliquam rem, vel fundum, ut poſſit ad illius titulum ordinari, non confertur.*

## L. Sacroſanctæ. XXXII.

*Iidem* A A. *Eutropio P. P.*

1 CLerici in parentum poteſtate conſtitui lucra occaſione clericatus acquiſita ſibi habent, ac de iis, vel per contractum inter vivos, aut prætextu ultimæ voluntatis diſponunt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 *In eodem clericatus gradu*, &c.) Notatur ad hoc, quod filiusfamilias effectus Clericus, ſi teſtetur ut poteſt, non valet aliquo modo diſponere de uſufructu, quem pater habebat ante clericatum filii, ut per Anton. Gomez *l. 48. Tauri, n. 5. & 7.* Pinel. *in l. 1. part. 1. n. 43. C. de bonis matern.* Aſcan. Clement. *de patria poteſtate, effectu 2. n. 34. verſ. 7. amplia,* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 20. n. 34.* Mendez de Caſtro *in d. l. cùm oportet, parte 4. n. 164.* Pelaëz *de major. in 2. part. q. 1. n. 45* & alios quos refert & ſequitur Gutier. *pract. lib. 2. q. 40. n. 3.* Cavalcan. *de uſufructu n. 180.* Paſchal. *in tract. de patria poteſtate, part. 1. cap. 5. n. 6. 34. & 35. fol. 34.* Vakenz. *conſ. 5. n. 27.* ubi *ex n. 28.* agit de acquiſitis à Clerico primæ tonſuræ, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 820. n. 13.* P. Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 158. ex n. 5.* Bened. Ægid. *in l. 1. part. 1. §. 7. n. 10. ad finem, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Sanchez *in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 13. n. 26.* Thom. Valaſc. *alleg. juris tom. 1. alleg. 29. n. 126.* Nam cùm per patriam poteſtatem acquiratur uſufructus adventitiorum, ſatis eſt, quod illa interveniat tempore acquiſitionis poſtquam enim ſemel eſt operata ſuum effectum, quamvis ceſſet & finiatur, non tamen extinguitur uſusfructus ſemel quæſitus, ſecundùm Molin. *de primog. lib. 2. cap. 19. n. 28. & lib. 2. cap. 9. n. 24.* Mench. *de ſucceſſ. progreſſu lib. 1. §. 1. n. 37.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 78. n. 3. & in repet. §. ſui, n. 14. & 26. Inſtit. de hæred. qual. & differ.* Surd. *conſ. 116. n. 46.* Caſtil. *lib. 1. de uſufructu, cap. 3. n. 45. cum ſeq.* quos refert & ſequitur Steph. Gratian. *d. cap. 820. n. 14.*

3 Nam de bonis filij Clerici, ſive ſint intuitu clericatus, ſive ex proprio patrimonio, ſive aliunde ab eo uti Clerico etiam primæ tonſuræ acquiſita, pater uſumfructum percipere non poteſt, ut per Xuar. *in quæſt. majoratus, n. 32. & 33.* Palat. Rub. *in repet. rub. de donation. inter virum, §. 42. n. 7. cum ſeqq.* Molin. *d. lib. 1. cap. 19. n. 25. cum ſeqq.*

*Tanquam bona propria*, &c.) Notatur ad hoc, quod 4
pater in fructibus præbendæ filij non habet uſumfructum, quia in his, quæ cohærent perſonæ filij, pater nihil juris habet, ut per Boër. *dec. 199. n. 4.*

*Numquam ad diviſionem veniant*, &c.) Textum iſtum 5
notabilem dicit Anton. Gom. *ad l. 29. Tauri, n. 21. in med.* ad hoc quod ſi pater, vel mater dedit, & conceſſit filio aliquam rem, vel fundum, ut poſſit ad illius titulum ordinari; non confertur, quia reputatur quaſi caſtrenſe, de quo vide Matienz. *l. 3. gloſſ. 2. n. 14. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* Perez *l. 4. tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 1187.* Azeved. *leg. 10. num. 29. tit. 6. lib. 5. novæ Recop.* Mendez de Caſtro *in l. cùm oportet, C. de bonis quæ lib. part. 4. n. 165.* Parlad. *differ. 150. §. 4. à n. 6.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 2. cap. 5. n. 159. cum ſeq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 18. n. 66. cum ſeqq.* Quinitanad. *Eccleſiaſt. part 2. lib. 3. ad finem*, Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Læſis, n. 103. & 132. & quæſt. forenſ. in comment. ad §. ſed. hæc, part. 2. n. 48. verſ. ex quo, Inſtit. de inoffic. teſtam.* Cevall. *commun. contra commun. q. 682.* Aloyſ. Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. dec. 594. in 1. edit aliàs reſol. 522. in 2. edit* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 159. n. 31. cum ſequent.* Campan. *in diverſ. juris Canon. rub. 8. cap. 6. num. 11.* Molin. *de legitima lib. 2. tit. 2. quæſt. 23.*

---

SUMMARIUM.

1 *Dignitas à curia liberans, cui annumeratur Epiſcopalis, filium à patria poteſtate liberat, non verò nepotem, & n. 2.*

3 *Filius Epiſcopus jura ſuitatis retinet.*

4 *Dignitas Epiſcopalis filium à patria poteſtate liberans, non eſt quoad omnes juris effectus ſed tantum quoad utiles filio Epiſcopo, & quo ad ea quæ illi ſunt favorabilia.*

5 *Filii Epiſcopi non libarantur à poteſtate patria.*

## Auth. Sed Epiſcopalis.

DIgnitas à curia liberans, cui annumeratur Epiſ- 1
copalis, à patria poteſtate filium liberat, non nepotem mortuo patre, qui dignitatem promeruit, avo autem ſuperſtite. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*Epiſcopalis dignitas ſolvit jus patriæ poteſtatis.*) Ita 2
Bernard. *reg. 285.* Covarr. *in cap. quia nos, n. 5. de teſtam.* Cott. *in memorabil. verbo Epiſcopalis dignitas*, Alphan. *collect. 446.* Gratian. *reg. 198.* Vin. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 29. de patria poteſt. n. 4 pag. 403.* Gutier. *in repet. §. ſui, n. 10. & ſequen. Inſtit. de hæredum qual.* Pinel. *in leg. 1. part. 1. n. 42. C. de bonis mater.* Aſcan. *de patria poteſt. c. fin. n. 49.* Marta. *de juriſdict. part. 4. caſu 27. n. 4.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 229. verſ. ſextus*, Rebell. *de obligat. juſtit. part. 2. lib. 1. q. 8. c. 60. verſic. octavò*, Thom. Valaſc. *allegat. juris tom. 1. alleg. 29. n. 79.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi part. 2. alleg. 1. n. 20.*

In tantum quod talis filius Epiſcopus retinet jura 3
ſuitatis, ſecundùm Gutier. *in d. §. ſui, n. 11.* Gratian. *dicta reg. 198. n. 7.* P. Molin. *d. diſp. 229. verſ. octavus*, Thom. Valaſc. *dicta alleg. 29. n. 81.*

Quæ quidem ſolutio patriæ poteſtatis per Epiſco- 4
palem dignitatem non eſt quoad omnes juris effectus, ſed tantùm quoad utiles filio Epiſcopo, & quoad ea quæ ſunt illi favorabilia, ut reſolvunt Bernard. *reg. 235. limit. 1.* Gregor. Lopez *l. 14. gloſſ. fin. tit. 18. part. 4.*

Tiraq.

Tiraq. *de nobilit. cap.* 6 .*n.* 49. & 50. & *cap.* 24.*n.*7. Alphan. *de collect.* 446. Viv *d. num.* 4. *verſ.* & *hæc omnia*, Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius*, *verbo ſi abſque liberis*, *dec.* 2. *num.* 52. *de teſtam.* Thom. Valaſc. *d. alleg.* 29. *num.* 80.

5 Et ſupradicta non procedunt in filiis Epiſcopi; ipſi enim non liberantur à patria poteſtate Bernard. *dicta reg.* 235. *limit* 2. Gratian. *d. reg.* 198. *n.* 8.

6 *Sicut & conſularis.*) Notatur ad hoc, quod patria poteſtas per dignitatem Conſulis ſolvitur, ut per Thom. Valaſc. *d. alleg.* 29.*n.*85. & Molin.*d. diſp.* 229. *verſ. octavus.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Epiſcopus, & cæteri Prælati teſtari poſſunt de bonis propriis, non contemplatione officii acquiſitis; eo verò mortuo, vel miniſtro Eccleſiæ abſque teſtamento, & ſucceſſore legitimo, Eccleſia ſuccedit.*

2 *Bona inventa penes Epiſcopum in dubio præſumuntur intuitu Epiſcopatus quæſita, interim dum aliud legitimè non probatur, niſi conſtet de tenuitate Epiſcopatus, & de bonis, ac divitiis propriis Epiſcopi, n.* 3.

4 *Epiſcopus tempore quo Epiſcopatum conſequitur, debet facere inventarium illarum rerum, quas ex patrimonio, vel alio titulo comparavit.*

5 *Epiſcopo etiam Regulari hæreditas proximi ab inteſtato decedentis competit.*

6 *Regularis ad Epiſcopatum promotus recuperare poteſt jus ſuccedendi quoad bona delata poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, in commodum tamen ſuæ Eccleſiæ reſpectu proprietatis.*

7 *Renunciatio facta à novitio profiteri volenti in Religione, an ſi poſt emiſſam validè profeſſionem efficiatur Epiſcopus, ab eo revocari poſſit, iſque legitimam vindicare.*

8 *Epiſcopus bona ſuo labore, & induſtria, quamvis ratione Ordinis acquiſita, cui vult, dare teſtamento poteſt.*

## Aut. Licentiam.

1 EPiſcopus, & cæteri Prælati teſtari poſſunt de bonis propris non contemplatione officii acquiſitis. Moriente verò Epiſcopo, aut miniſtro Eccleſiæ abſque teſtamento, & ſucceſſore legitimo, Eccleſia ſuccedit. Colligunt ex Ordin. Doctores citatis *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 *Quæcumque ante Epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe*) Ergo inventa bona penes Epiſcopum in dubio præſumuntur intuitu Epiſcopatus quæſita interim dum aliud legitimè non probatur. Ita Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom.* 1. *tit* 6. *n.* 35. Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de bonis cleric.* §. 2. *n.* 3. pelaëz *de mojoratu part.* 1. *q.* 1. *n.* 19. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 51. *n.* 23. *& præſumpt.* 53. *per tot* Cened. *ad Decretal.* 145. *n.* 2. *in med.* Ego ipſe *de officio & poteſtate Epſcopi part.* 3. *allegat.* 114. *n.*2. *cum ſeqq.* niſi conſtet de tenuitate Epiſcopatus, & de bonis, ac divitiis propriis Epiſcopi, quia tunc bona reperta præſumuntur potius quæſita ex bonis Epiſcopi, quàm Eccleſiæ. Bellet. *d. tit. de bonis cleric.* §. 6. *n.* 8. Covarr. *in cap.* 1. *n.* 10. *de teſtam.* Ego ipſe *dicta alleg.* 114. *n.* 14.

4 Quare, aut hac in re omnis dubietas tollatur, debet Epiſcopus, tempore quo Epiſcopatum conſequitur, inventarium illarum rerum facere, quas ipſe ex patrimonio, vel alio titulo comparavit. Ita Cened. *d. collect.* 145. *in princip.* Ego ipſe *d. alleg.* 114. *n.* 15.

5 *Et quæcunque poſt Epiſcopatum jure cognationis*, &c.) Epiſcopo etiam Regulari hæreditas proximi ab inteſtato decedentis competit, non obſtante generali in partem cujuſcunque hereditatis ante profeſſionrm facta renunciatione, Alexand. Trentacinq. *conſ.* 23. *vol.* 2. Nam is Regularis ad Epiſcopatum promotus recuperare poteſt jus ſuccedendi quoad bona delata poſt aſſumptionem ad Epiſcopatum, in commodum tamen ſuæ Eccleſiæ reſpectu proprietatis, *ex cap. ſtatuimus*, 18. *q.* 1. Navarr. *conſ.* 1. *n.*4. *de Regularibus, & de redditib. Eccleſ. q.* 1. *monitu* 9 *n.*1. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 59. *art.* 7. Ego ipſe *de jure Eccleſiaſt. univerſo lib.* 1. *cap.* 42.*n.*243. An autem renunciatio facta à novitio profiteri volenti in Religione, ſi poſt emiſſam validè profeſſionem efficiatur Epiſcopus, ab eo revocari valeat, legitimámque vindicare? In qua quæſt. affirmativam partem tenuerunt in puncto Molfeſ. *poſt conſuet. Neapol. conſ.* 1. *n.* 39. Paſchal. *de viribus patriæ poteſt. part.* 1. *cap.* 3. *n.*98. Aloyſ. Riccius *in praxi aurea, reſol.* 152. Marc. Anton. Genuenſ. *in pract. Eccleſ. q.* 263. Contrarium verò tenent Fab. de Anna *conſ.* 45. *per tot. vol.* 1. latè Mar. Cutel. *in tract.* 1. *de donat. contemp. matrimon. factis*, *tom.* 1. *tract.* 1. *diſcurſu* 2. *partic.* 3. *ex n.* 132. quas ad concordiam reduxi *d. lib.* 1. *c.* 42. *num.* 242.

6

7

*Cæteris rebus alio modo acquiſitis*, &c. (Non tamen 8 ſuo labore, & induſtria, quamvis ratione Ordinis, qualia ſunt quæ Epiſcopus acquiſivit quatenus Vice Rex, vel ab illis capit qui ad Ordines promoventur, ſtipendium, & illud quod Cardinales accipiunt à Romano Pontifice ratione Cardinalitii galeri, ut vocant. Ita Covar. *in cap.* 1. *de teſtam. n.* 11. Nav. *de redditibus Eccleſiaſt. q.* 1. *c.* 19. *n.* 1. Molin. *d. lib.* 2. *c.*10. *numer.*27. Craſſ. §. *teſtamentum.*, *q.* 27. *num.* 3. Ego ipſe *d. alleg.* 114. *n.* 10.

---

## SUMMARIUM.

1 *Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, licèt in patrum poteſtate ſint, de rebus, quæ inſtar peculii caſtrenſis ſunt, teſtari poſſunt.*

2 *Clerici dominium habent in redditibus ratione beneficii acquiſitis.*

3 *Bona omnia, quæ in Clericorum dominium deveniunt, eo ipſo ſortiuntur rationem bonorum quaſi caſtrenſium.*

4 *Filiusfam. Clericus de bonis ſuis teſtari poteſt. Intellige, ut n.* 5. 6. 7. & 8.

9 *Clericus quamvis Sacerdos, non liberatur à patria poteſtate.*

10 *Filiusfam. Clericus teſtamentum faciens, non poteſt præjudicare parentibus in ſua legitima.*

11 *Filius Clericus relicta patri legitima poterit diſponere de alia parte ad ſe pertinente, tam in proprietate, quàm in uſufructu.*

12 *Teſtamenta Clericorum non ſubjacent querelæ inofficioſi.*

## Auth. Presbyteros.

1 PRresbyteri Diaconi, Subdiaconi, Lectores, licèt in patrum poteſtate ſint, de rebus, quæ inſtar peculii caſtrenſis ſunt, teſtari poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 *Quomodolibet ad eorum dominium venientes.*) Ergo Clerici dominium habent in redditibus ratione beneficii acquiſiris, de quo Sarmient. *de redditib. p.* 4. *c.* 6. *n.* 2. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 14.*n.* 4. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 142. D. Barboſ. *in l. divortio, ff. ſoluto matr. part.* 1. *n.*2.59. Gutier. *pract. lib.* 2. *q.* 114. Nicol. Grac. *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *n.*5. Vaſq. *de redditib. cap.* 1. § 2. *dub.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 39. *tract.* 3. *n.*78. Leſſ. *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.*4. *dub.*6. *num.* 44. Molfeſ. *in ſum. Theolog. moral. tract.* 6. *c.*10. *n.* 42. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.* 2. *c.* 20. *n.*24. Filliuc. *in quo moral.*

*ral. tom. 3. tract. 43. c. 4. n. 6. & tract. 41. c. 6. quæst. 4.* Bonacin. *var. tract. disp. 4. de obligat. benefic. puncto 1. n. 5.* Squillante *de obligat. cleric. part. 2. n. 28.* Ego ipse *in tract. de jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 17. num. 9. cum multis seqq.*

3 *Ad similitudinem castrensium peculiorum.* ) Notatur ad hoc, quod bona omnia, quæ in Clericorum dominium deveniunt, eo ipso fortiuntur rationem bonorum quasi castrensium, ac proinde esto filii sint familias, ad eos pertinet eorum administratio, & ususfructus, possuntque de eis liberè donare, & testari, dummodo si filios legitimos habeant, illis relinquant suas legitimas portiones, minus suis ascendentibus. Ita Sylvest. *in sum. verbo Clericus 4. q. 14. num. 10.* Nav. *in man. c. 17. n. 142.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. part. 1. n. 41.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, § 4. n. 6.* Duen. *reg. 222. limit. 3.* Cov. *in c. quia nos, n. 3. de testam.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num. 282.* Avendan. *ad l. 29. Tauri gloss. 3. n. 9.* Spin. *in speculo testam. gloss. 4. rub. n. 21. & 22.* Donel. *comment. juris civilis lib. 19. c. 3. col. antepen. vers. ad superioris,* Alvar. Valasc. *cons. 87. n. 5. & cons. 108. n. 11.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Læsis, num. 103. cum seqq. & quæstion. forens. in comment. ad §. foror. n. 39. Instit de inoffic. testam.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 2. c. 23. quæst....* Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 138. n. 3. vers. licèt* ubi *n. 4.* id extendit ad Clericos in minoribus constitutos propter hanc Auth. quæ Cantores, & Lectores commemorat, & quæ de portionibus filiorum meminit propter Clericos conjugatos, credit tamen ipse Molina per contrariam consuetudinem, & propter multitudinem eorum, qui ad primam tonsuram, & minores Ordines præteritis temporibus promovebantur, id locum non habere nisi in his Clericis primæ tonsuræ, qui vel beneficium habent Ecclesiasticum, vel hodie juxta Concil. Trid. *sess. 23. c. 6. de reform.* gaudent privilegio fori, idem repetit. *disp. 231. vers. item quæst.* illum refert, & sequitur Thom. Valasc *d. alleg. 29. n. 123.* quidquid aliud teneat Parlad. *differ. 123. §. 2. n. 7.* & Mendez de Castro *ad l. cum oportet, n. 167.* & Sanch. *in præcept. Decal. lib. 7. c. 13. n. 35.*

4 *Et in his testari*, &c. ) Notatur ad hoc, quod filiusfam. Clericus potest de bonis suis testari, ut per Guil. lielm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Matrem num. 18. & 19.* Perez *ad leg. 1. vers. clericus præterea. tit. 3. lib. Ordin. pag. 112.* Petr. Gilchen. *tom. 2. comment. ad præcipuos universi Codicis lib. ad l. fin. num. 4. C. qui testam. facere pos.* Graff. *§. testamentum, q. 23. vers. pen.* Pinel. *ad l. 1. part. 1. n. 43.* Mendez de Castro *in d. l. cum oportet, part. 4. n. 162. cum seq.* Cald. Pereira *d. verbo Læsis, vers. denique; & ad princip. Instit. de inoffic. testam. 15.* Cardos. *in praxi judicum & advocat. verbo Clericus, n. 70.* Alvar. Valasc. *d. cons. 108. n. 13.* Thom. Valasc. *d. alleg. 29. n. 16.* Benedict. Ægid. *in repet. ad. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 1. §. 7. n. 10.*

Quæ quidem facultas testandi concessa filiisfam.
5 Clerici intelligitur tributa tam in bonis, quæ ipsi acquirunt intuitu Ecclesiæ, post Ordines susceptos, quàm in his, quæ ante clericatum habebant etiam ex causa adventitia, ponderando particulam illam *quomodolibet*, de qua *in hoc text.* quæ cùm sit universalis omnia comprehendit, vide Boër *dec. 76. num. 2.* Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 65.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 19. n. 26.* Thom. Valasc. *d. alleg. 29. n. 124.*

Verùm cùm in hac Auth. non de omnibus Clerici
6 bonis fiat mentio, sed de solis illis, quorum Clericus dominium acquirit ibi, *res ad eorum dominium venientes* &c. & peculii profectitii non acquiratur filiofam. domininm, ideo hæc Auth. locum habere non potest in bonis profectitiis post clericatum à filiofam. acquisitis, proinde ea omnia erunt patris quoad proprietatem, & usumfructum, ut per Cald. Pereira *d. verbo Læsi, n. 193.* Mendez de Castro *in d. l. cùm oportet, p. 4. n. 162. & seqq.* Thom. Sanch. *d. lib. 7. c. 13. num. 28.* Cæterùm cùm omnia prorsus, quæ in laico essent adventitia, si post clericatum acquirantur fiant quasi castrensia, patri nequaquam acquiritur illorum ususfructus, sed pleno jure quoad omnia acquiritur filio. Ita Cov. *in d. cap. quia nos, num. 2.* Greg. Lop. *leg. 2. verbo Adventitia, tit. 21. part. 1.* Spin. *de gloss. 4. rub. n. 21. & 22.* Azeved. *ad l. 9. num. 15. tit. 1. lib. 5. Recop.* Matienz. *l. 9. gloss. 2. n. 12. tit. eod. lib. 5.* Molin. *d. disp. 231. vers. item quasi castrensia,* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 12. c. 8. q. 9. part. 2. lib. 3. cap. 23 quæs. 9.* Less. *de Iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 3. n. 7. vers. quasi Castrense,* Bened. Ægid. *in d. l. 1. par. 1. §. 7. n. 10.* Sanch. *d. cap. 13. n. 31.*

7 Limita jam supradicta, ut non procedant ita indistinctè quoad bona ante clericatum quæsita, quia licèt de illis possit Clericus testari, hoc tamen fiet absque præjudicio ususfructus paterni, quem pater non misit per clericatum filii subsequentem, ut tenent Doctores citati *ad l. sacrosanctæ 32. sup. hoc tit.*

8 De quibus autem bonis Clerici libère disponere possint, & ad hæredes transmittere, & in quibus succedat Ecclesia, cui serviunt, id est, cujus erat beneficium, quod moriens obtinebat, latè dixi *in tract. de jure Eccles. univers. lib. 3. cap. 17. num. 50. cum multis sequentib.*

9 *Licet sub parentum potestate sint.* ) Ergo Clericus quamvis Sacerdos non liberatur à patria potestate, de quo vide Boër *dec. 121. n. 12.* Covar. *in cap. quia nos, n. 5. de testament.* Anton. Gom. *l. 48. Tauri, n. 7.* Perez *l. vers. clericus præterea, tit. 3. lib. 1. Ordinam.* Acan *de patria potest. c. 8. n. 63.* Ferdin. Pacz *de excusandis parent. n. 72.* Cald. Pereira *d. verbo Læsis, n. 150.* Gutier. *in repet. d. §. sui, num. 8.* Molin. *d. tract. 2. disp. 229. vers. sextus in med.* Alvar. Valasc. *dicto cons. 108. n. 6. cum sequentib.* Thom. Valasc. *d. alleg. 29. num. 1. & 72.* Rebell. *de oblig. justit. part. 2. lib. 1. q. 8. sect. 6. n. 60. vers. sed quid,* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 33. n. 37.* quamvis omnes Clericos, tam in majoribus, quàm in minoribus Ordinibus constitutos à patria potestate liberos esse tueatur Matta *de jurisdict. parte 4. casu 26. n. 5.*

10 *Sic tamen ut horum filii*, &c. ) Notatur ad hoc, quod filiusfamilias Clericus testamentum faciens non potest parentibus præjudicare in legitima, ut per Navar. *in man. c. 17. n. 142.* Molin. *de primogen. lib. 1. c. 19. n. 21.* alter Molin. *de Iust. disp. 138. vers. clericatus,* Cervantes *d. l. Tauri à n. 21.* Valasc. *cons. 24. n. 5 & cons. 108. n. 11.* Cardos *in praxi judicum, & Advocat. verbo Filius, n. 28. & verbo testamentum, n. 64. in fine,* Thom. Valasc *d. alleg. 29. n. 130.*

11 Relicta patri legitima poterit filius Clericus disponere de alia parte ad se pertinente, tam in proprietate, quàm in usufructu, si dispositio fiat de bonis quæsitis post clericatum: at verò si fiat de aliis bonis ante clericatum, in quibus pater usufructum habet juxta ea quæ diximus *in collect. ad l. sacrosancta 32. sup. hoc tit.* tunc de sua tertia in proprietate, & non in usufructu poterit tam in vita, quàm in morte disponere, & testari, sicut resolvunt Roias *de succes. 29. num. 23. versic. quartò ampliatur,* Avendan. *dicta l. 5. Tauri gloss. 5.* Azeved. *l. 1. n. 5. tit. 8. lib. 5. Recop.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 40. n. 3.* Nam legitima parentum sunt omnia bona filii, excepto tertio Angul., *de meliorat. l. 10. gloss. 3. n. 11.* Molin. *d. tract. 2. disp. 158. vers. de jure* & alii citati per Thom. Valasc. *de alleg. 29. n. 133.*

12 In gloss. *Ferant, fin.* ibi, *tu dic*, &c. ) Notatur ad hoc, quod Clericorum testamenta non subjacent querelæ inofficiosi testamenti, de quo vide Covarr. *in d. cap. quia nos, n. 6.* Perez *ad l. 1. col. 7. versic. aliud etiam. tit. 3. lib. 5. ordin.* Menoch. *de succes. resolut. lib. 1. c. 9. num. 85. & de succes. creat. lib. 3. §. 22. n. 37. cum seqq.* Thom. Valasc. *d. alleg. 19. n. 134. cum seq.* Xuar. *in l. quoniam in prioribus. in evidentia lib. n. 11. & 12. p. 7.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Privilegia antecessorum Imperatorum piis locis concessa, in robore suo Imperator relinquit.*
2 *Metatores qui, & unde dicti.*
3 *Asceteria idem ferè quod monasteria.*
4 *Zoticus primus Orphanotrophia instituisse fertur.*
5 *Collegia instituta pro sustentatione studentium pauperum, & aliorum egenorum, sunt loca pia, & gaudent privilegiis Ecclesiæ.*
6 *Privilegia locorum quando pereant si loca mutentur, & in aliam transferantur potestatem, remissivè.*

## L. Omnia privilegia XXXIII.

*Iidem* AA. *Dioscoro P.P.*

1 PRivilegia antecessorum Imperatorum piis locis, utpote asceteriis, monasteriis, & ptochotrophiis concessa in robore suo Imperialis Majestas relinquit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.1. n. 1. suprà hoc tit.* Vide ad hoc Cujac. *lib.1. observ.c.12.*

2 *Circa jus metatorum.*) Metatores à metando dicti sunt illi, qui præcedentes locum eligunt castris, item qui diversoriorum, & hospitiorum designant loca. Ita Calvin. *in suo Lexic. juridico verbo metatores.*

3 *Sive asceteriis.*) Sunt veluti monasteria, & ab illis in nullo differunt, nam Ascetæ, & Monachi idem sunt; hinc Ascetriæ puellæ Deo dicatæ. Vide Morales *ad S. Eulogium fol.* 20. Budæ *ad linguam Græcam, fol.* 267. Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lect. lib. 1. c.* 82. *in fine*, Calvin. *in Lexic. juridic. verbo Asceteriæ.*

4 *Zotici beatissima memoria.*) Primus orphanotrophia, in quibus parentibus orbati alerentur, Zoticus Constantinopoli instituisse fertur, ut testatur Græcum Menologium *sub die ultimo Decembris*: ita scribens, *Commemoratio sancti Zotici Orphanorum nutritoris, qui claris parentibus ortus ex urbe Roma à Constantino Magno in civitatem Constantinopolitanam cum aliis nobilibus ductus.* Martyrologium quoque Latinum, *sub eodem die*, de eo ita scribit: *Eodem die sancti Zotici Presbyteri Romani, qui Constantinopolim profectus alendorum Orphanorum curam suscepit.* De quo vide Card. Cæs. Baron. *ad Martyrol. Romanum die* 31. *Decembr. pag. mihi* 58. Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lectionum, lib.2.cap.*171. *in princ.*

De Xenodochio, nosocomio, Orphanotrophio, Ptochotrophio, Gerontocomio, & Brephotrophio, egi in collect. *ad l. illud* 16. *C. de sacrosanctis Ecclesiis.*

De hospitalibus etiam sine Episcopi auctoritate institutis, quod inter pias causas connumerentur: earumque gaudeant privilegiis, vide Doctores citatos *in collect. ad l. Orphanotrophos* 30. *in fine suprà hoc eodem tit.* Et multa privilegia concessa Ecclesiis, quæ competunt etiam hospitalibus, cumulat Aloys. Ricc. *in collect. decision part.* 3. *collect.* 648. *& part.* 4. *collect.* 1097.

5 Et nota, quod collegia instituta pro sustentatione studentium pauperum, & aliorum egenorum, sunt loca pia, & gaudent privilegiis Ecclesiæ, & si sunt instituta, seu erecta authoritate Ecclesiastica, non solùm sunt loca pia, sed etiam religiosa, ut per Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 612. ubi alleg. Azeved. *in l.* 3. *num.* 3. *tit.* 18. *lib.* 9. *novæ Recopilat.*

*Omnibus privilegiis*, &c.) De privilegiis ad instar, & ad similitudinem, an & quando aucto exemplari per novas concessiones, augeatur concessum ad instar; vel si uni concessum alteri communicetur, si prius illud augeatur, minuatur, vel revocetur, auctum etiam, diminutum, vel revocatum censeri debeat in persona illius, cui communicetur? dixi *in collect. ad cap. quod nonnulli* 25. *n.* 3. *&* 4. *de privileg.*

Quando verò privilegia locorum pereant, si loca 6
mutentur, & in aliam transferantur potestatem? vide Petr. Pech. *ad cap. decet, n.* 2. *de re judic. lib.* 6. Gail. *lib.*2. *observ.*61.

SUMMARIUM.

1 *Adscriptitii in Ordinem Clericorum recipi non debent, nec possunt absque dominorum voluntate.*
2 *Servi, nisi dominis consentientibus liberati sint, ad Ordines promoveri nequeunt.*
3 *Clerici ad instantiam laicorum coram tribunalibus laicorum non comparebunt.*

## L. Jubemus adscriptitiorum. XXXIV.

*Iidem* AA. *Sebastiano P.P.*

ADscriptitii in Ordinem Clericorum recipi non 1
debent, nec possunt absque dominorum voluntate. Servi nisi dominis consentientibus liberati sint, ad Ordines sacros promoveri ac aspirare nequeunt. 2
Item Clerici ad instantiam laicorum coram tribunalibus laicorum non comparebunt, & judex officii sui memor ad tribunal vocabit accusatos, non eorum 3
ædes ut jus dicat, adeat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. suprà hoc tit.*

Vide quæ dixi *in collect. ad leg. quisquis censibus* 19. *hoc eod. tit. de Episcop. & cleric.*

### Auth. Adscriptitios.

ADscriptitii eatenus Clerici fiunt quatenus subrogent aliam agriculturam exercentem, qui domino canonem solvat. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Vide ad hoc per me dicta *in collect. ad l. quisquis censibus* 16. *suprà hoc eod. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Servus non contradicente domino Clericus factus libertatem acquirit.*
2 *Servus ignorante domino Clericatum assumens, intra anni spatium revocari potest in servitutem.*
3 *Servus fugiens ex monasterio, in potestatem domini reddit.*
4 *Servus in quo jus pignoris habebam, si me sciente & patiente fuerit donatus Ecclesiæ, videor consentire, & n.* 5.
6 *Servus si domino sciente, & non contradicente ordinatus fuerit, eo ipso evadit liber, & ingenuus.*
7 *Servus ignorante domino ordinatus quas pœnas incurrat & qualiter reddatur domino, remissivè.*

### Auth. Si servus.

SErvus non contradicente domino Clericus factus 1
libertatem acquirit. Ignorante domino clericatum 2
assumens, intra anni spatium revocari in servitutem potest. Item fugiens ex monasterio in domini 3
redit potestatem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. suprà hoc tit.*

De servis non ordinandis latè egi *in collect. ad tit. de servis non ordinan. in Decretalib. & ad dist.* 54. *in Decreto.*

*Sciente domino, & non contradicente.*) Notatur 4
ad hoc, quod si servus in quo jus pignoris habebam, me sciente, & patiente fuerit donatus Ecclesiæ, videor

consentire, ut per Negusant. *de pignorib. in 3. membro 6. partis princ. num. 23. vers. secundò restringitur*, Mascard. *de probat. concl. 1173.* alias *1178. n. 25.* Cov. *pract. c. 15. num. 5. vers. huic verò conclusioni*, ubi dicit per hunc text. probari quod qui tacet, ac sciens non repugnat, favore Religionis consentire videtur; additque propter favorem libertatis induci, ut servus pignori datus, scientes creditore, & tacente manumissus non possit posteà per ipsum creditorem jure pignoris peti, cùm censeatur ex scientia, & patientia jus pignoris remisisse. Tiraq. *de pia causa privil. 131.* ubi tacito hoc text. tenet quod si quis præsente, & tacente creditore donaret fundum obligatum pio loco, censetur pignus remissum.

6 *Liber & ingenuus erit.*) Notatur ad hoc, quod si servus domino sciente, nec contradicente ordinatus fuerit, eo ipso evadit liber, & ingenuus, ut per Bernard. *in pract. c. 19. princ.* Valet. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 2. n. 63.* Campan. *in divers. juris Canon. rubr. 11. c. 8.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric §. 14.* nam ut dicit per hunc text. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 74. n. 1.* cùm dominus scit servum suum clericari, & non impedit, cum libertate donare præsumitur.

7 *Si verò ignorante domino*, &c.) De servo ignorante domino ordinato, quas pœnas incurrat, & qualiter domino reddatur, vide *in collect. ad cap. 2. de servis non ordin. & ad cap. si servus absente, distinct. 54.*

8 *Intra anni unius spatium*) Computandi scilicet à scientia domini, non ab ordinatione servi, ut per Sayr. *de censur. lib. 6. c. 54. n. 5.* Campan. *in divers. juris Canon. rub. 11. c. 8. n. 12.* Ludov. Miranda *in man. Præl. tom. 1. q. 17. art. 2. concl. 4. in fine*, Valet Reginald. *d. lib. 30. tract. 2. num. 63.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. n. 46.*

---

SUMMARIUM.

1 *Servi cum licentia domini Monachi fiunt, monasticam autem vitam deferentes in dominorum potestatem redeunt, & n. 2.*

3 *Servi absque licentia dominorum Religionem ingressi, possunt intra triennium repeti à dominis suis & sunt restituendi cum omnibus quæ attulerunt, fide tamen accepta de eorum impunitate.*

## L. Servis si dominorum. XXXV.

*Iidem* AA. *Sebastiano P.P.*

1 SErvi cum licentia domini Monachi fiunt, monasticam autem vitam deferentes in dominorum potestatem redeunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluf. tenent, ex hoc text. colligunt Sylvest. *in sum. verbo Religio 2. q. 3.* Lodov. Miranda *in man. Prælat. tom. 2. q. 17. art. 2. concl. 1.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 1. q. 3.* Less. *de justit. lib. 2. c. 16. sub n. 70.* Campan. *in divers. juris Canon. rub. 11. cap. 8. n. 12.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi servanda in admittendis ad Religionis statum novitiis, disp. 2. dub. 2. num. 2.*

3 Nota quod serv absque licentia dominorum Religionem ingressi, possunt intra triennium repeti à dominis suis, & sunt restituendi cum omnibus quæ attulerunt, fide tamen acceptâ e eorum impunitate, *c. si quis incognitus, 17. qu. 2.* Si verò per triennium à notitia, & scientia dominorum computandum perduraverint in monasterio, & professionem emiserint, videntibus dominis, jugum servitutis evadunt, ita Sylvest. *d. q. 3.* Ludovic. Miranda *d. q. 17. art. 2. concl. 2. & 4.* Campan. *d. c. 8. n. 12.*

## Auth. Episcopalis Ordo.

EPiscopalis Ordo à fortuna servili, non curiali liberat, & servitia per interpositam personam sunt præstanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Vide posita *ad Auth. sed Episcopalis, suprà hoc tit.*

---

SUMMARIUM.

1 *Servus transacto triennio, eoque triennio legitimè probatus per monasticam professionem, à servitute liberatur, & n. 2.*

3 *Triennium istud, à quo tempore computandum sit.*

## Auth. Verùm etsi.

SErvus transacto triennio in monasterio, & hoc triennio legitimè probatus, per monasticam professionem à servitute liberatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conlusionem tenent Sylvest. *in sum. verbo Religio 2. q. 3.* Campan. *in divers. juris Canon. rubr. 11. c. 8. ni 12.* Ludov. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 17. art. 2. concl. 2.* 2

*Per triennium.*) Computandum scilicet non à die susceptionis habitus, sed notitiæ, & scientiæ domini, ut per Campan. *d. num. 12.* Ludov. Miranda *d. art. 2. concl. 4. in fine.* 3

---

SUMMARIUM.

1 *insinuatio & publicatio testamentorum in urbe coram magistratu censuum, non coram Clericis facienda est, num 2.*

3 *Lex, vel statutum quando concedit alicui jurisdictionem cognoscendi de certis causis, tunc alii judices non poterunt de illis cognoscere, etiam virtute prorogationis inductæ de consensu partium.*

4 *Argumentum ab absurdo vitando, seu removendo valet.*

5 *Clericis probrosum esse si velint se peritos ostendere in forensibus disceptationibus.*

## L. Repetita promulgatione. XXXVI.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Archelao P.P.*

INsinuatio & publicatio testamentorum fiet in urbe coram magistratu censuum, non coram Clericis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu colligunt *l. Hispan. 5. tit. 4. lib. 5. Ordin.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 48. n. 1.* D. Barb. *in l. hæres absens, in princ. à n. 185. ff. de judic.* 2

*Ne rem attingant.*) &c. Notatur ad hoc, quod quando lex, vel statutum concedit jurisdictionem alicui ad cognoscendum de certis causis, itaut alii de cognitione illarum causarum non possent cognoscere, nec se intromittere, tunc alii judices non poterunt de illis cognoscere, etiam virtute prorogationis inductæ de consensu partium, ut per D. Barbos. *in l. 1. art. 1. n. 105. ff. de judic.* 3

*Absurdum etenim*, &c.) Nam ab absurdo vitando, seu removendo valet argumentum, de quo plures citavi Doctores *de locis communib. argumentor. juris, loco 2.* ubi dicitur locum habere etiam contra piam causam, itaut si favor animæ concurrat ex una, & absurditas intellectus, putà contrarietas, vel clusoria dispositio ex 4

altera

alteri parte, ceſſat favor cauſæ piæ, & prævalet abſurditas, ut ea tollatur.

*Si peritos ſe velint oſtendere*, &c.) Dicit hic text. Clericis eſſe probroſum ſi peritos ſe velint oſtendere forenſium diſceptationum, de quo vide Padil. *in l. 1. C. de juris, & fact. ignor. n.* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 425. *n.* 33. ubi ſimilem allegat deciſionem *in c. non magnopere, ne Clerici, vel Mon.* ſubditque Alexandrum III. loqui de Monachis clauſtralibus, qui cùm clauſtris addicti ſint, & omninò à rebus hujus ſeculi ſeparari, ſub eo prætextu quod leges civiles ediſcere vellent, clauſtro egrediebantur, & ideo intelligit ipſum Alexandrum non interdixiſſe Clericis, vel Monachis juris civilis ſtudia, ſed ſolum eos ea de cauſa egredi monaſterio, & cum laïcis converſari.

---

## SUMMARIUM.

1 *Relictum pauperibus & captivis, ſine quarta deductione, ut debitum præſtandum eſt.*

2 *Relictum captivis per teſtatorem non nominatis, diſtribuitur per Epiſcopum inter captivos illius loci ubi vixit, domicilium habuit teſtator.*

3 *Falcidia favore pauperum ac piæ cauſæ, etiam hærede non inſtituto, ceſſat.*

4 *Pauperes ſi indiſtinctè ſunt inſtituti, xeno adit hæreditatem, & in ægrotos confert relicta.*

5 *Pauperrimus is eſt qui corpore laborans, ac ægrotans victum acquirere nequit.*

6 *Xeno tam pauperum nomine adit hæreditatem, quàm agit, & licitè exigit pro pauperum alimentis.*

7 *Xenones inter plures in impetranda pecuniæ aſſignatione pauperior ditioribus præfertur.*

8 *Xenone, aut curatore à teſtatore nominatio, alius non admittitur ad curam, & diſtributionem legatorum ad pios uſus.*

9 *Relicta perſonis miſerabilibus piiſque locis onus falcidiæ non ſuſtinent.*

10 *Adminiſtratores rerum ſanctarum, commoda propria, non ſacra ſectantes, nemeſin divinam metuant.*

11 *Legatum factum pro redimendis captivis quamvis incertum, ſine denominatione cujuſpiam perſonæ valet.*

12 *Legatum pauperibus factum ſpeciali favore pietatis & religionis valet, tametſi videatur incertum.*

13 *Bona ubicumque dividi, & diſtribui inter pauperes vel pias cauſas jubentur, intelligendum eſt de pauperibus, vel piis cauſis illius loci, in quo teſtator habebat domicilium habitationis.*

14 *Alimenta quando relinquuntur perſonis non morituris, tunc debentur annuatim.*

15 *Relictis ad pias cauſas nihil detrahit Epiſcopus.*

16 *Executor particularis, & merus, nominatus ad legata pia exequenda, habet actionem adversùs hæredes, & alios quoſcumque.*

17 *Pauperum numero continetur qui licèt non ſit mendicans, tamen ſecundùm ſtatum natalium ſuorum aliqua eget ſuſtentatione.*

18 *Conſanguinitatis qualitas, non pietas conſideratur.*

19 *Falcidia non detrahitur de legato ad pias cauſas. Intellige ut ibi.*

20 *Falcidia nom deducitur ex relictis confraternitatibus, neque ex relictis Hoſpitalibus, n.* 21.

22 *Falcidiam an deducat pia cauſa contra aliam ſimiliter piam.*

23 *Trebellianica non poteſt detrahi ex relicto piæ cauſæ.*

## L. Si quis ad declinandam. XXXVII.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Joanni P. P.*

PAuperibus, & captivis relictum ſine quartæ deductione, ut debitum præſtandum eſt. Item relictum captivis per teſtatorem non nominatis, diſtribuitur per Epiſcopum inter captivos illius loci ubi vixit, & domicilium habuit teſtator, *in verſ. & ſi quidem captivos.* Item falcidia favore pauperum ac piæ cauſæ, etiam hærede non inſtituto ceſſat, *in verſ. ſi enim.* Item pauperes ſi indiſtinctè ſunt inſtituti, xeno adit hæreditatem, & in ægrotos confert relicta, adhibita diſcretione, ut illa, quoad fieri poteſt, non conſumantur, ſed ad annuos reditus redigantur, ut inde ægrotantes ſuſtentationem habeant, *in verſ. ubi autem.* Item pauperrimus is eſt, qui corpore laborans, ac ægrotans victum acquirere nequit, *in verſ. quis enim pauperior.* Item xeno, aut pauperum, ægrotorumque curator, tam pauperum nomine adit hæreditatem quàm agit, & debita licitè exigit pro pauperum alimentis, *in verſ. licentia omninò.* Item inter plures xenones pauperior in impetranda pecuniæ aſſignatione ditioribus præfertur, *in verſ. ſin autem.* Item xenone, aut curatore à teſtatore nominato, alius non admittitur ad curam & diſtributionem legatorum ad pios uſus, *in verſ. Hoc autem.* Relicta perſonis miſerabilibus, piiſque locis onus falcidiæ non ſuſtinent Adminiſtratores rerum ſanctarum commoda propria, non ſacra ſectantes, nemeſin divinam ac humanam metuant, *in verſ. ſin autem.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

*Pro redemptione captivorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod legatum factum pro redimendis captivis, quamvis incertum, ſine denominatione cujuſpiam perſonæ, valet, ut per Doctores citatos *ad l. nulli licere*, 28. *ſuprà hoc tit.* 11

*Sed & ſi pauperes*, &c.) Notatur ad hoc, quod legatum pauperibus factum, ſpeciali favore pietatis, & Religionis valet, tametſi incertum videatur, ut per Coſt. *in cap. ſi pater, part. 1. verbo Pauperes, in princ. & num. 3. cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 8. n. 93.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 125. à n. 1.* Bened. Ægid. *in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. part. 1. in initio, n. 36. col. 2.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 17. n. 5.* ubi loquitur de quolibet legato pio quibuſque incertis perſonis relicto. 12

*In qua teſtator Larem fovere*, &c.) Notatur ad hoc, quod ubicumque bona dividi, & diſtribui inter pauperes, vel pias cauſas jubentur, id eſt intelligendum de pauperibus, vel piis cauſas illius loci, in quo teſtator habeat domicilium habitationis, ut per Anton. Gom. *l. 52. Tauri, n. 3.* Cov. *in d. cap. Raynaldus, §. 3. n. 7.* Tiraquel. *de pia cauſa privil. 56.* Card. Mantic. *de conjectur. lib. 8. tit. 5. num. 2.* Et ſubdit Menoch. *de arbitr. caſu 222. n. 4.* argum. hujus text. quod ſi aliquid pauperibus relinquatur, & illius loci egeni non extiterint, tunc vicinis erogandum eſt. 13

*Sive per annuos redditus.*) Notatur ad hoc, quod quando alimenta relinquuntur perſonis non morituris, ut Hoſpitalibus, Collegiis, & ſimilibus, tunc debentur annuatim, ut poſt Bart. Angel. & alios, citato hoc text. tenent Surd. *de aliment. tit. 4. q. 17. n. 16.* 14

*Nullo penitus*, &c.) Notatur ad hoc, quod de relictis ad pias cauſas nihil detrahit Epiſcopus, ut per Tiraq. *de pia cauſa, privil. 28.* Alvar. Valaſc. *conſ. 105. num. 14.* quod ſine animo fraudandi Epiſcopum intelligit. 15

*Si enim propter hoc*, &c.) Notatur ad hoc, quod executor particularis, & merus nominatus ad legata pia exequenda, habet actionem adversùs hæredes, & alios quoſcunque, ut per Alvar. Valaſc. *conſ. 67. n. 6.* Executores enim, qui nullo ſcripto hærede bona defuncti 16

defuncti curare, & in certos usus convertere jubentur, quod ad administrationem attinet, hæredum locum obtinent, & maximè frequentatur ubi redditus bonorum inter pauperes distribui jubentur. Ita citato hoc textu dicit Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.3.cap.21.* ubi etiam subdit, quod quando aliquid piæ causæ relinquitur, semper Antistes executor esse intelligitur.

17 *Vel alia sustentatione egentibus.*) Notatur ad hoc, quod inter pauperes connumeratur, qui licèt non sit mendicans, tamen secundùm statum natalium suorum aliqua eget sustentatione, ut per Palat. *in repet. rubr. de donation.§.11.n.11. & in repet. cap. per vestras, notab. 3. §.23.* Tiraquel. *de pia causa, in præfat. n.10.& de nobilit.cap.20.n.156.* Surd. *de aliment. tit. 7.q.9. n. 27. cum sequent.* D. Barbos. *in l. 1.p.1.n. 60. ff. soluto matr.* prout verificari potest in habente plures filias nubiles, ex eod.Surd. *tit.1.q.93.n.33.*

18 Unde si testator vocavit in genere unum pauperem consanguineum, & supersint duo consanguinei, quorum alter sit pauperior, sed remotior, in gradu, alter verò non ita pauper, testatori tamen propinquior, hic secundus præferendus est, cùm in hoc casu qualitas consanguinitatis, & non pietatis considerata fuisset, ut resolvunt Peralta *in l. unum ex familia, §. si de falcidia, n. 13.ff.de leg.2.* Nicol.Garc. *de benefic.p.7. cap. 15. n. 17.* Gutier. *cons.26.* Azeved. *cons.16.à princ.*

19 *Nulla falcidia in hac parte intercedente.*) Notatur ad hoc, quod de legato facto ad pias causas non detrahitur falcidia, ut per Tiraquel, *de privileg.piæ causæ privil.26.* Capell. Tolos. *q. 83.* Cost. *in cap. si pater, verbo Trebellianicæ, à n. 13.de testam.in 6.* Cov. *in cap.Raynaldus, §.3.num.7.de testam.* Mench. *de success. progressu, tit.de fideicommiss.subst.lib. 3.§. 26. num.24,* Sim.de Prætis *de interpret. ultim.volunt.lib.4.dub.12. num. 5. & seqq.* Vincent. de Franch. *dec. 63.num.14.* Donell. *comment. juris civilis libro 8. capite 27. vers. utrùm autem,* Grass. *§. falcidia.q.3.num.5.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib.20.cap.6.in fine, & lib. 42. cap. 34.num.11.* Matheac. *de legatis lib. 4. cap. 6. num.16.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 18. à numero 2.* Marta *de jurisd.part.4. casu. 180. num.5.* Franc. de Barry *de successione testati ac intestati, lib. 15.tit.7.numero 8.* meipsum *in tract. de jure Eccles. universo, lib. 3. c. 27.* Quod quidem intelligitur procedere quando simpliciter ad usum non determinatum relictum est; nam si ad usum certum, putà ad constitutionem alicujus capellæ, tunc si detracta falcidia supersit adhuc, quod sufficiat ad illam constituendam, falcidiam permitti dicunt Mench. *dicto n.24.* Franc. de Barry *d. n.8.propè fin.*

20 Unde falcidiam non deduci ex relictis Confraternitatibus, resolvunt Mascard. *de probat. concl. 869. n. 12.* Gutier. *canonic.lib.1.cap.35 n. 12.* Flores de Mena *var. lib.2.quæst.21.n.190.* Cabed. *Lusit.dec.51.n. 2. p. 1.* Ne-

21 que ex relictis Hospitalibus, tenent Anton. Gabr. *lib.6. commun.tit.de pia causa, concl.2.n. 6.* Maynard. *dec.29. n.2.* Joseph.Ludov. *Perus. dec.30.num.8.* Aloys.Ricc. *in collect.decis.p.3.collect.648.vers. infertur. tertiò,* Valasc. *consult.105.n.39.*

22 Utrùm autem pia causa contrariam similiter deducat falcidiam? vide Tiraquel. *d.privil.26.* Cost. *d. verbo Trebellianicæ, num. 13.* Anton. Gabr. *tit. ad Trebell. concl.11.à n. 8.* Azeved. *ad l. 3. num.21.tit.3.lib.5.novæ Recop.* Peregr. *de fideicommiss.art.3.num.69.* Surd. *d. privil.18.à n.6.* Morl. *in emporio juris, p.1.tit. 5. in prælud. n.27.vers. neque* Ceval. *commun. contra commun. q. 155.* ubi negativè resolvit.

23 Similiter ex relicto piæ causæ Trebellianicam trahi non posse, tenent Covar. *in d.cap.Raynaldus, §.3.num.7.* Guid. Papæ *q. 188.* Intrigl. *de subst.cent.3. quæst. 71. n. 117.* Petr. Gregor. *d.lib.42.cap.31.n.8.* Grass. *§. Trebellianica quæst. 6.* Tepat. *var.tit.de Trebell.cap.3.* Pereg. *d. art.3.num.62. & 63.* Decian. *cons. 44. n.90.vers. non obstat etiam, vol.3.* Joan.Anton.Bellon. *cons.84. num.25. & 26.* Franc. de Barry *d. lib.15.tit.7.num.8.in princ.* ubi ampliat diversimodè, veluti si relictum fuerit in piam causam, quamvis locus non sit pius; vel si fuerit relictum pauperibus, aut Hospitali rivato, & limitat multis aliis modis, puta si relictum fuerit hospitali sine authoritate Episcopi fundato, vel si pius locus gravatus esset restituere alteri pio loco; sed contrarium hujus ultimæ limitationis sustinent Mench. *d. num. 24.* Grass. *d.q.3.n 9.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Hæres captivum testatorem non redimens, ut indignus successione, Ecclesiæ aditum ad hæreditatem parat, & num. 2. etiamsi filius in redimendo patre aptivo minimè fuisset per eum exhæredatus, n. 3.*

4 *Filius non redimens patrem è carceribus exhæredari potest, non minus ac si non redemisset ex captivitate. Excusatur tamen si pro liberatione patris carcerati pro investigatione delicti non fecerit solutionem ante prolationem sententiæ & ejus transitum in judicatum: non autem excusatur si non præstitit assistentiam, defensionem, auxilium n. 5.*

6 *Filius non redimens patrem captivum exhæredari potest si habet octodecim annos, & sit masculus; quod si fidejubeat pro patre incarcerato, tenetur, & efficaciter obligatur.*

7 *Minor si alienavit bona ad redimendum captivum, non restituitur adversùs hujusmodi alienationem.*

8 *Filius potest obligare, & vendere bona patris pro ejus redemptione.*

9 *Res alterius potest sine mandato alienari ob redemptionem, & captivus tenetur eam alienationem sine ejus mandato factam ratam habere.*

10 *Filius licèt non cogatur pro patre obligari; nec è contra fallit tamen in casu redemptionis à carcere captivitatis.*

11 *Pater de suo expendit impensas à se factas, ut filium ab hostibus redimat, etiamsi filius captus sit à Christianis.*

12 *Filio majori 18. annis qui patrem è carceribus redimere non curavit, non succurritur auxilio restitutionis adversùs amissionem paternæ successionis.*

13 *Minor 18. annis excusatur à delicto quod sit omittendo.*

## AUTH. Si captivi.

HÆres captivum testatorem non redimens, ut indignus successione Ecclesiæ aditum ad hæreditatem parat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Vide Lud. Bolog. *col.4.§.Cato. ff. de verb. oblig.n.123.& 124.* Fulgos. *cons. 21. in causa quæ vertitur.* Tiraquel. *in tract.cess. caus.in 1.part.n.25.& post.ll. connub.gloss.8.n.284.& 288.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt *l. Hispanic.6.tit.7.part.6.& l.3.tit.29.part. 2. ubi gloss. 1. & 2.* Molin. *de primog.lib.1.cap.9. num. 22.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integ.restit. p. 2. q. 82. art. 1,* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Læsis, n.10. C. de in integ. restitut.minor. & in comment. ad §.soror, n. 27. Instit. de inoffic. testam.* ubi intelligit etiamsi filius negligens in redimendo patre captivo minimè fuisset per eum exhæredatus, Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. num. 38.* ubi dicit quod quatenus in hac Auth. disponitur quod in bonis captivi non potest succedere is, qui neglexit illum à carcere vel captivitate liberare, sed successio ejus applicatur Ecclesiæ non servatur, 2 3

sed

sed ille captus eligit, cui dare sua voluerit bona, & si non dederit; proximus ei succedit, quia ipse ingratitudinem videtur remisisse, si non est in vita conquestus: quod est verum, si fuerit liberatus, & ad bona sua reversus; secus verò si mortuus fuerit in captivitate, quod tradit Perez *l. 2. in fin. tit. 12. lib. 1. Ordin. pag. 186. propè fin.* addens quod si in captivitate decedat, poterit hæc Auth. servari, & bona fisco applicari.

4 *Si captivi)* Vel in carceribus detenti, quia jura de redimendis captivis apud hostes procedunt etiam in carceratis, sive ex delicto, sive ex maleficio, cum semper sit causa pia, ut per Palat. *in repet. rub. de donat inter. §. 78. n. 30. in fine*, Rota *dec. 63. n. 5. p. 2. divers.* ubi ex hoc concludit, posse filium exhæredari si non liberaverit patrem è carceribus, prout si ex captivitate non redemisset, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 108. ex n. 5.* ubi *à n. 19.* post Rot. *d. dec. 63. ex n. 20.* subdit filium esse excusandum, si pro liberatione patris carcerati pro investigatione delicti non fecerit solutionem ante prolationem sententiæ, & ejus transitum in judicatum; non tamen excusari si non præstiterit assistentiam, defensionem, & auxilium.

6 *Excipitur minor 18. annis.)* Notatur ad hoc, quod potest exhæredari filius non redimens patrem captivum dum tamen habeat octodecim annos, & sic masculus, ut per Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 13. n. 16.* ubi subdit quod si fidejubeat pro patre incarcerato, tenetur, & efficaciter obligatur. Et Tiraq. *in tract. cessante causa, in princ. n. 25.* resolvit quod licèt minor 18. annis, qui non redemit patrem, excusetur ne privetur illius hæreditate, si factus sit major, patre semper captivo, nec postea eum redemit, certè privatur, cessante scilicet ætate minori, quæ illum excusabat, quia privilegium datum ætati non durat post eam ætatem, & idem breviter insinuat *ibidem limit. 4. n. 7.* latè Sfort. Odd. *d. p. q. 82. art. 1.* ubi *n. 8.* ampliat etiam quando pater fuit captus dum filius erat minor 18. annis, postea verò factus major perseveravit in eadem negligentia, & ingratitudine, quia neque hoc casu restituitur.

7 *Qui autem redimere studeat.* &c.) Notatur ad hoc, quod si minor alienaverit bona ad redimendum captivum, ad cujus redemptionem tenebatur; juxta hunc text. adversùs hujusmodi alienationem non restituetur, ut per Bald. Novell. *de dote. 6. part. privil. 65.* Palat. *in repet. cap. per vestras, notab. 3. §. 26. num. 6. pag. 161.* D. Barbol. *in l. 1. ff. soluto matr. part. 4. num. 128. in fine.*

8 Notatur etiam ad hoc, quod filius potest obligare, & vendere bona patris pro redemptione à sua captivitate, ut per Palat. *in repet. rubr. §. 22. n. 6.*

9 Notatur etiam ad hoc, quod sine mandato potest res alterius alienari ob redemptionem captivorum, & captivi tenentur eam alienationem sine eorum mandato factam habere ratam, ut per Tiraq. *de jure mariti gloss. 8. num. 284.*

10 Notatur etiam ad hoc, quod licèt non cogatur filius pro patre obligari, nec è contra, hoc fallit in casu redemptionis à carcere captivitatis, quo casu filius recusans privatur hæreditate, & potest exhæredari, ut per Boër. *dec. 22. ex n. 2.*

11 *Eadem pœna est parentum*, &c.) Notatur ad hoc, quod pater de suo expendit expensas à se factas, ut filium captum ab hostibus redimat, ut per Padil. *in auth. res quæ, n. 95. C. communia de legat.* ubi *n. 69. & 97.* extendit, etiamsi filius captus sit à Christianis, Joan. Garc. *de expensis cap. 4. n. 12.*

12 In gloss. *Capitulis*, ibi, *quintum quid major 10. ann. minor 25. non restituitur regulariter.*) Notatur ad hoc, quod filio majori 18. ann. qui patrem è carceribus redimere non curavit, non succurritur auxilio restitutionis adversùs amissionem paternæ successionis, ut per Boër. *dec. 93. n. 7.* gloss. *verbo Mayores, leg. 6. tit. 7. part. 6.* Parlat. *in repet. cap. per vestras, in princ. §. 26. n. 5.* latè Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Læsis num. 101. cum seqq.* ubi id favore libertatis introductum esse, & quia scilicet ad hunc casum ætas legitima fuit constituta in 18. ætatis anno.

Notatur etiam ad hoc, quod minor 18. annis excu- 13
satur à delicto quod sit omittendo, ut per Tiraq. *in tract. de pœnis temper. causa 44. num. 45.* Menoch. *consil. 102. num. 45.*

---

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, Diaconi, Presbyteri, de peculio quasi castrensi licitè testantur, salva legitima parentibus, ac liberis debita.*

2 *Episcopi ac Clerici, quatenus nunc per privilegium Summi Pontificis habeant licentiam ac potestatem testandi, remissivè.*

3 *Elogia, idest testamenta.*

## L. Cùm lege. XXXVIII.

*Idem* A. *Joanni P. P.*

EPiscopi, Diaconi, Presbyteri de peculio quasi ca- 1
strensi licitè testantur, salva legitima parentibus, ac liberis debita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.* Vide dicta *in auth. Presbyteros supra hoc eod. tit.* ubi latè de materia. Et adverte secundùm Xuar. *in l. quoniam in evidentialibus, num. 11. pag. mihi 7.* quod licèt hæc lex expresè dicat quod Clerici de peculiis quasi castrensibus possint libere testari, ita ut eorum testamenta minimè subjaceant querelæ inofficiosi testamenti; nihilominus tamen dicta Auth. *Presbyteros*, venit correctivè secundùm quosdam ad hanc legem, vel limitativè, seu declarativè secundùm alios, video quæ *ibi* diximus.

*Sancimus itaque viris Reverendissimis Episcopis*, &c.) 2
Quatenus nunc Episcopi, & Clerici per privilegium Summi Pont. habeant potestatem ac licentiam testamenti condendi, vide *in tract. de offic. & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 114. & in collect. ad cap. 1. & 2. de testam. in Decretal. b.*

*Elogia.*) Id est, testamenta, ut per Guid. Pancirol. 3
*in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 37.* ubi de multiplici elogii significatione.

---

SUMMARIUM.

1 *Clericus confessione, vel pacto renuntians foro proprio, alienum sortitur forum.*

2 *Favori suo renuntiare quilibet licitè potest.*

3 *Privilegium fori concessum Clericis, licèt attento jure Codicis non esset juris publici, sed privati; nihilominus tamen Pontifices Maximi statuerunt hujusmodi privilegium juris publici esse, & n. 4. & 5.*

## L. Si quis in conscribendo. XXXIX.

*Idem* A. *Joanni P. P.*

CLericus confessione, vel pacto renuntians foro 1
proprio, alienum sortitur forum. Item favori suo 2
quilibet licitè renuntiare potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Licèt attento jure Codicis privilegium fori Cleri- 3
cis concessum non esset juris publici, sed privati, ac proinde potuisse Clerici voluntariè adire seculares judices, prædictumque privilegium pacto remittere, ut deciditur in hac lege; nihilominùs tamen Pontifices Maximi statuerunt hujusmodi privilegium juris publici esse, utpote quia toti collegio Ecclesiastico publicè indul

indultum extitit, cui Clerici nec inviti, nec voluntarii renuntiare possunt, ut expressè probat text. *in cap. si diligenti, de foro compet.* & resolvunt Doctores per me citati *ibi n.* 2.

Sed mirè variant in explicanda ratione, quare privilegium ne Clerici ad seculare trahantur judicium juris publici dicatur, & toti Ordini concessum, cùm magis contrarium, renuntiabile videatur, si attendamus ad primævos canones, secundùm quos concessum reperitur sub ea forma, Ne Clerici Clericos ad judicia publica pertrahant, ut patet ex *cap. inolita*, 11. *q.* 1. quæ verba solùm ad invitos propriè referuntur, non ad volentes ut per text. *in l.* 1. *C. de agricol. lib.* 11. notat Roman. *consil.* 197. *n.* 5. propter quæ Cujac. *in d. cap. si diligenti, & l. jus publicum ff. de pactis*, Summos Pontifices temerè incusare ausus est. Sed minimè audiendus, quia licèt à principio privilegium Clericis sub ea forma fuerit concessum, ne ad judicia secularia trahantur, seu venire compellantur, ut in Concil. Milevit. de quo *in d. cap. inolita*, per sequentes tamen Pontifices aucta est prohibitio, & meritò constitutum, ut etiam volentes coram seculari judice se purgare, aut litigare, vel respondere non possint, ut in Concil. Carthaginen. de quo *in cap. placuit*, 11. *q.* 1. ne scilicet redundaret in opprobrium totius Ordinis, si Clerici divinis officiis dedicati per judicia secularia vagentur; atque ideo Pontifex in principio text. *in d. cap. si diligenti*, utrumque illud Concilium conjunxit, ut scilicet ostenderet priorem prohibitionem non sufficere, sed fuisse necessariam posteriorem, quæ specialiter prohibet Clericis ne in secularem judicem consentiunt, aut privilegio renuntiare valeant; & jam ex tempore, quo Clericis prohibitum est ne volentes in seculari judicio respondere possint, meritò prohibitionem non respicere intelligitur singulorum privatam utilitatem, sed potiùs legem, publicum favorem respexisse totius Ordinis.

Quare tenendum est, textum in præsenti procedere secundùm tempus antiquius, quia illa prohibitio in ipsos Clericos volentes scripta non erat, & ita non est necessarium recurrere ad intellectum eorum, qui confingunt hunc textum, & similem *in l. penult. C. de pactis* non agere de privilegio fori, & exemptionis Clericorum à foro seculari, sed de alio, quod specialiter aliquibus dabatur Clericis, ut ex pluribus judicibus, quem vellent, eligere possent, ut videtur communis ex Scribentibus in utroque loco.

---

SUMMARIUM.

1 *Episcopi, Presbyteri, Diaconi & Subdiaconi, & præcipuè Monachi licèt non sint Clerici, sunt immunes ab onere tutelæ, vel curæ, ut inhæreant divinis ministeriis.*

2 *Episcopi, & Clerici in sacris constituti immunes sunt ab onere tutelæ, ita ut nullam, vel testamentariam, vel dativam curam subire teneantur.*

3 *Religiosi non possunt esse tutores testamentarii, aut dativi.*

4 *Clerici & Monachi tantùm liberi sunt à cura & tutela, qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non vagantes.*

5 *Gratiæ causa cessante, cessat gratia.*

## L. Generaliter sancimus. XL.

*Idem A. Joanni P. P.*

1 EPiscopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & præcipuè Monachi, licèt non sint Clerici, sunt immunes ab onere tutelæ, vel curæ, ut inhæreant divinis ministeriis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

*Episcopos, necnon Presbyteros*, &c.) Notatur ad hoc, quod Episcopi, & Clerici in sacris constituti immunes sunt ab onere tutelæ, ut per *l. Hispan.* 14 *tit.* 6 *part.* 6. *ubi gloss.* 1. & 3. Guillelm. *in cap. Raynutius. verbo Et uxorem, n.* 128. Foller. *ad Marant. de ordine jud. p.* 4. *dist.* 11. *n.* 65. Bæza *de decim. tutor. cap.* 2. *n.* 3, 8. Anton. Prag. *de tutor. & curat. q.* 3. *n.* 1. Calvacan. *in eod. tract. num.* 288. Paul. Montan. *de tutel. cap.* 35. *n.* 193. Gutier. *in simili tract. part.* 1. *cap.* 1. *n.* 26. Marta *de jurisdict. part.* 4. *casu* 110. *à princip.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *allegat.* 47. *num.* 28. Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 13. Carol. de Grassis *de effectu cleric. effectu* 16. *per tot.* Ludov. Correa *in repet. cap. inter alia, de immunit. Eccles. part.* 2. *num.* 30. Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lect. lib.* 2. *cap.* 166. ubi dicit per hanc leg. fuisse ampliatam aliam incip. *Presbyteros, supra hoc tit.* & de novo præceptum, ut nullam, vel testamentariam, vel dativam curam Clerici subire cogerentur. 2

*Et præcipuè Monachos*, &c.) Notatur ad hoc, quod Religiosi non possunt esse tutores testamentarii, aut dativi, ut per *d. l. Hispan.* 14. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 2. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 22. 3

*Eos tamen Clericos*, &c.) Notatur ad hoc, quod illi tantùm Clerici & Monachi immunitatis beneficio gaudent, hoc est, liberi sunt à cura & tutela, qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non vagantes, quia ab omni ratione naturali alienum est ut ii qui præficiuntur Ecclesiarum administrationi, & curæ à suis Ecclesiis absint, sumve munus deserant, aut negligant, ut per Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 3. *in princip.* 4

*Cùm propter hoc, ipsum beneficium eis indulgeamus*, &c.) Notatur ad hoc, quod gratiæ causa cessante cessat gratia, ut per Tiraquell. *tract. cessante causa, in princ. num.* 116. Et privilegii causa cessante, cessat privilegium, *ibidem n.* 210. *& de primogen. q.* 40. *n.* 170. plures quos refero ego ipse *de Axiom. usufreq. axiomat.* 40. *n.* 4. *cum multis seqq.* ubi diversimodè amplio, & limito. 5

---

SUMMARIUM.

1 *Clerici in sacris constituti ad tutelas cognatorum susciendas præter consensum ac voluntatem non coguntur, itaut ex aliena tutela, & cura nullum sentiant præjudicium, si intra quatuor menses se excusent.*

2 *Episcopi, & Monachi tutelis non subjiciendi, Imperatore sic prohibente.*

3 *Clerici sacrorum Ordinum possunt esse tutores legitimi proximiorum consanguineorum, si intra quatuor menses declaraverint in scriptis apud competentem judicem se velle eam tutelam & curam sponte, & propria voluntate suscipere.*

4 *Episcopi & Monachi ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscumque personæ fieri possunt, nisi in tutela honoraria quam suscipere potest Episcopus & n.* 5.

6 *Tutor honorarius quis sit.*

7 *Episcopus tenetur suscipere tutelam miserabilium personarum, & eam Clerico alicui mandare.*

8 *Clerici in minoribus possunt compelli ad tutelam.*

## Auth. Presbyteros.

CLerici in sacris constituti ad tutelas cognatorum susciendas præter consensum, ac voluntatem non coguntur: itaut ex aliena tutela & cura nullum sentiant præjudicium, si intra quatuor menses se excusent. Item Episcopi & Monachi tutelis non subjiciendi 1

2 subjiciendi, Imperatore vetante. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Vide ad hoc Barr. *ad l. legitimos. §. fin. ff. de legit. tut.* Abbat. *in cap. ex parte 1. de appellat.*

3 *Jure cognationis ad tutelam, vel curam vocatos*, &c. Notatur ad hoc, quod Clerici sacrorum Ordinum possunt esse tutores legitimi proximiorum consanguineorum, si intra quatuor menses declaraverint in scriptis apud competentem judicem se velle eam tutelam & curam sponte, & propria voluntate suscipere; ut per Greg. Lopez *d. l. 14. tit. 16. part. 6.* Cavalcan. *de tutorib. cap. 88.* Anton. Prag. *eod tract. quæst. 3. num. 3.* Paul. Montan. *de curis cap. 35. reg. 1. num. 195.* Gutier. *in simili tract. part. 1. cap. 1. n. 26.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 221. vers. clerici*, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 57. num. 32.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. allegat. 47. num. 29.* Anton. de Virgilio *in tract. de legitim. persona, cap. 9. num. 19. & 20.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 110. num. 3.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplin. cleric. §. 31.* meipsum *de jur. Ecclesiast. universo lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 73.* Squillante *de privileg. clericor. cap. 14. a princ.*

4 *Episcopos autem*, &c.) Notatur ad hoc, quod Episcopi & Monachi ex nulla lege tutores, aut curatores cujuscumque personæ fieri possunt, ut expressè habetur *in d. l. Hispan. 14.* ibi, *Obispo, ni monje, ni otro Religioso no puede ser guardador de huerfano, porque esto tales han de servir a Dios en las Iglesias*, &c. In Episcopis ita resolvunt Lancell. *in templo omnium Iudicum, lib. 2. c. 5. §. 3. n. 35.* Montan. *d. c. 35. reg. 2. de excusat. tut. num. 194.* Molin. *de Iustitia, tract. 2. disp. 221. vers. Episcopus*, Gutier. *de tutel. p. 1. c. 1. num. 30.* Gilganer. *in simili tract. lib. 1. tit. 6. n. 36.* Alzedo *in praxi Episcop. p. 1. c. 12. num. 31.* Ego ipse *d. §. 5. n. 72. in fine.* In Religiosis quod nec legitimam tutelam suscipere possint, expressè tenent Molin. *d. disp. 221. vers. Religiosus tutor*, Joan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed. 72. n. 7.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 4. lib. 6. c. 14. n. 25.* ego ipse *loco proximè citato.*

5

6 Limita hanc conclusionem in tutela honoraria, quam suscipere posse Episcopum firmat Gutier *d. cap. 1. n. 30. in fine.* Dicitur autem tutor honorarius qui datur, ut pupillus sit magis honoratus ejus auctoritate & protectione; non autem, ut secularibus negotiis se immiscere debeat; putà si quis plebeius Magnatem aliquem, vel Antistitem, aut insignem Rempubl. tutorem, vel tutricem filio reliquit; quo filius magis ab omnibus coleretur, per ea quæ tradunt Baëz. *de decima tutor. cap. 6. num. 2.* Escobar. *de ratiocin. c. 28. num. 20.* Guttier. *d. p. 1. cap. 17. n. 1.* Alzed. *d. c. 12. num. 32. & 34.* Ego ipse *d. §. 5. n. 76.*

7 Limita etiam in tutela miserabilium personarum, quam Episcopus tenetur suscipere, & Clerico alicui mandare, ut probat text. *in cap. Episcopus gubernationem 88. distinct.* Guttier. *d. p. 1. cap. 1. n. 30. in fine*, prout etiam in Clericis quibuscunque firmat Natta. *d. casu 110. num. 5.* & in Monacho Rosel. *verbo tutela, n. 2.* Angel. *num. 1.* Silvest. *q. 3.* Armil. *num. 2.* quorum tamen opinionem reprobat Sanchez *d. cap. 14. num. 26.* existimans nec personarum miserabilium posse Religiosos esse tutores.

8 In gloss. 1. ibi, *Hic nota quod his scilicet tantùm, qui sunt in sacris Ordinibus constituti, datur immunitas: ergo inferioribus denegatur.* Notatur ad hoc, quod Clerici in minoribus possunt compelli ad tutelam; ut per Greg. Lopez *d. l. 14. in gloss. Missas cantandas*, Bobadil. *in sua politica, lib. 2. cap. 18. à n. 26.* Guttier. *d. cap. 1. n. 27.* Thom. Valasc. *d. alleg. 47. n. 30.*

## SUMMARIUM.

1 *Raptores Virginum Deo dicatarum capitis supplicium ferant, eorumque bona monasterio addicantur cum pleno dominio in solatium raptæ, & n. 2.*

3 *Raptorum pœna extenduntur ad comites in invasione; eorumque adjutores hospites & ministri, mortis supplicium, bonis retentis subeunt, num. 4.*

5 *Virginitas quomodo probetur, ut stuprum intelligamus attentatum.*

6 *Vidua honesta remissivè.*

7 *Honestatis qualitas, & quod vidua vivat honestè, non præsumitur, nisi ab ea probetur.*

8 *Diaconissa, remissivè.*

9 *Rapiens Monialem pœna mortis tenetur.*

10 *Raptores ubique capi possunt, & puniri, nec sunt transmittendi ad judicem loci, in quo deliquerunt, & n. 11.*

12 *Raptores, eorumque auxiliatores in flagranti crimine comperehensi possunt impunè occidi à parentibus; & consanguineis mulierum rapiendarum, vel ab earum tutoribus, & curatoribus, patronisve ac dominis. Non servatur hodie, quia possunt eos comprehendere & ducere ad judices.*

13 *Delictum an, & quando probetur per fugam.*

14 *Bona rapientis mulierem Deo dicatam applicantur illi monasterio in quo rapta illa permanebat.*

15 *Possessio Ecclesiastica nunquam dicitur vacua.*

16 *Bona rapientis Monialem fisco applicari, reservatis monasterio quibusdam emendis arbitrio judicum imponendis.*

17 *Possessio vera sine facto ipsius possessoris, seu alio corporeo actu, vel adminiculo interveniente, lege vel statuto induci, & acquiri potest.*

18 *Rapiens Monialem, seu fœminam Deo dicatam, pœna raptûs omninò punitur, etiam quod consenserit se rapi.*

19 *Rapiens Virginem Deo dicatam, ut pœna mortis puniatur, debet esse consecrata.*

## L. Raptores Virginum. XLI.

*Idem: A Hermogeni Mag. offic.*

RAptores Virginum Deo dicatarum capitis supplicium ferant, *in princip.* Fugientes verò in loco ubi capiuntur convicti legitimè, non obstante fori præscriptione, mortis supplicio afficiendi sunt, *in vers. sin autem.* Bona rapientis Monialem addicuntur monasterio cum pleno dominio in solatium raptæ, *in vers. Bona eorum autem:* Raptorum pœnæ ad comites in invasione extenduntur, *in vers. pœnas autem.* Eorum adjutores, hospites & ministri mortis supplicium bonis retentis subeunt, *in vers. Cæteros autem.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.* Vide ad hoc Guid. Papæ *dec. 355.* & Arec. *in l. 1. in princ. n. 24. vers. non constat raptores ff. de acquir. poss.* 1 2 3 4

*Virginum.*) Quomodò probetur, aliquam fœminam esse virginem, ut stuprum attentatum intelligamus? Dic juramento puellæ standum esse, vel aliis etiam modis, conjectura, indiciis, inspectione obstetricum, & aliis similibus probationibus, de quo vide Thesaur. *Pedem. dec. 3. n. 2.* Clar. *§. stuprum, num. 41. & §. fin. q. 4. num. 3. sub vers. quando vero*, Mascard. *de probat. conclus. 1313. n. 5.* Fulv. Pacian. *eod. tract. lib. 2. c. . . num. 12. & seqq.* Menoch. *de præsumt. lib. 6. præsumpt. 89. per totam*; Cardos. *in praxi Iudicum, verbo Probatio num. 9.* Farinac. *in praxi crimin. q. 147. n. 130. cum multis seqq.* ubi *n. 135.* resolvit, quod stupratæ asserenti se fuisse virginem tempore stupri, creditur, juramento præstito: & *n. 141.* quod obstetricum relationi & judicio standum: 5

nunquid puella ſit virgo, vel non, dummodò ſint honeſtæ, providæ, ac prudentes matronæ,& *n.*148.quod probatur, virginem fuiſſe defloratam, quando conſtat ejus interylam tempore ſtupri fuiſſe repertam ſanguine aſperſam, vel linteamina in quibus cubavit cum viro, ſanguinolenta. Bened. Ægid. *in tract. de jure, & privileg.honeſt.art.*4. *de virginib. n.*4. ubi ait quod mulieres, quæ adhiberi ſolent ad teſtificandum de virginitate, honeſtæ eſſe debent, & alias non admittuntur, quamvis peritæ ſint.

6 *Vel viduarum.*) De vidua honeſta vide Rebuff. *in l.inter ſtuprum.ff. de verbor.ſignif.* Pinel. *in l. ult.n.* 4. *C. de bonis mater.* Bened. Ægid. *d.tract.de jure & privileg. honeſt. art.* 5. *de viduis.* Et qualitas honeſtatis, & quod
7 vidua vivat honeſtè, non præſumitur, niſi ab ea probetur, ex tradi is per Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.*2.Roland. *conſil.*89.*n.*9. Burſar. *conſil.* 69. *num.*4. *lib.* 1. quos refert, & ſequitur Thom. Valaſc.*alleg.jur. tom.*1.*alleg.*65.*n.*27.

8 *Vel Diaconiſſarum.*) De Diaconiſſis dixi *ſuprà in collect. ad auth. Diaconiſſam, ſuprà hoc tit.*

9 *Capitis ſupplicio plectendos.* &c.) Notatur ad hoc, quod rapiens Monialem pœna mortis tenetur, ut per *Ordin. Regiam Luſitan. lib.*5.*tit.* 15. *l. Hiſpan.fin.tit.* 20. *part.*7.*ubi gloſſ.* 1 *& l.*3.*tit.* 13. *lib.* 8. *novæ Recop.* Griland. *de pœnis omnif. coitus* 3 *q.* 1. *&* 10. Octavian. *Pedem.dec.*103. Clar. §.*fornicatio, num.* 14. & ibi Baiard. *n.*17.Anton. Gom. *l.*40.*Tauri,num.*36.Bernard.*in pract. Canon. cap.*81.Menoch.*de arbitr.caſu* 389. *num.* 24.*& caſu* 502.*num.*41. Decian. *in tract crimin.lib.* 6. *cap.* 20. *n.*72.*& lib.*8.*cap.*8.*n.*7. Maſcard. *de probat. concl.*1253. *n.*7. Farinac. *in praxi crimin.q.*145.*n.* 215. ubi *numeris ſeqq.* multipliciter ampliat, etiam non ſequuto raptu, & nedum non ſequuta copula carnali, etiam quod conſenſerit ſe rapi, & etiam quod rapta non ſit velata, & etiam in rapiente ſecularem de monaſterio.

10 *Inventi fuerint*, &c.) Speciale eſt in hoc crimine, ut illud committentes ubique poſſint capi, & puniri nec ſunt tranſmitendi ad judicem loci, in quo deliquerunt, ut per Duen. *reg.*378.*limit.*6.

11 *Conſanguineis.*) Vel amicis, ad tradita per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 22. *n.* 42.

12 *Convicti interficiantur.*) Notatur ad hoc, quod raptores, eorumque auxiliatores in flagranti crimine comprehenſi, poſſunt impunè occidi à parentibus, & conſanguineis mulierum rapiendarum, vel ab earum tutoribus, & curatoribus, patroniſve ac dominis, ut per Viv. *opin.* 679. *in verbo Raptor, n.* 1. Decian.*tract. crimin.lib.*8.*cap.*8.*n.*2.*& cap.*9.*n.* 20. *cum ſeqq.* Farinac. *d.q.*145.*n.*13.*cum ſeqq.* Advertit tamen Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ.* 5. *n.* 34. quod hæc lex dum permittit licere parentibus,vel conſanguineis interficere raptores, non ſervatur, ſed quod poſſunt eos comprehendere, & ad judices ducere.

13 *Aut fuga*,&c.) An, & quando delictum per fugam probetur, vide Bernard. *reg.* 203.Duen.*reg.*389.Boër. *dec.*215.*n.*10. Clar.§.*fin.q.* 21. *num.* 12. *cum ſeq.* Covar. *lib.*1.*var.cap.*2.*n.*6.*cum ſeqq.* Hippol.*ſing.* 115. Matheſ. *ſing.*145. Jacob. Simanch. *de cathol. inſtit.cap.*16.*ex n.* 2. Anton. Gomez *tom.* 3. *var.cap.*9.*n.*11.Maſcard.*de probat.concl.*498.*n.*14.*& concl.* 819. *& concl.* 531. Seraph.*de privil.juram.privil.*6. *à princ.* Menoch. *conſ.*94. *n.* 36. *& conſ.* 100.*n.*63. *& de præſumpt.lib.*1. *præſumpt.* 89. Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Probatio,n.*17.Garc.*reg.*127.*per totam.*

14 *Bona autem eorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod bona rapientis mulierem Deo dicatam applicantur illi monaſterio,in quo rapta illa permanebat,ut per Baiard. *ad Clar. in* §. *fornicatio*, *n.* 17. Decian *in tract. crimin.lib.*8.*cap.* 11.*n.*4.*& cap.*12. *n.* 4. Padil. *dict. part.* 1. *cap.*6.*num.*4.Cardoſ. *in praxi Judicum*, *verbo Raptus*, *n.* 12.*& verbo Bona illius*, *n.*14. Farinac.*d.q.*145.*n.*10. ubi *n.* 11. poſt Decian. *d.lib.*8.*cap.* 12.*n.*9. ſubdit quod talis amiſſio bonorum non ſolùm ipſos principales raptores, ſed etiam auxiliatores afficit, eos tamen qui in ipſa rapina, & invaſione operam & opem præſtiterunt; ſecus ſi non in actu rapinæ, ſed alias ante,vel poſt, hujus criminis fuerunt conſcii, miniſtri, ſuſceptores, vel quocunque alio modo ad delictum auxilium præſtiterunt, qui non pœna amiſſionis, ſed tantùm capitis puniuntur.

*Pleno habeat dominio.*) Notatur ad hoc, quod Ec- 15
cleſiaſtica poſſeſſio nunquam dicitur vacua, quia Eccleſia ſemper poſſidere, & jus habere dicitur ut per Guid. Papæ *deciſ.* 355. *num.*4.Gig. *de penſion. quæſt.* 46. *num* 9. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 14. *q.* 6. *num.* 40. Et ſemper manet penes Eccleſiam, licèt Prælatus moriatur, quia Eccleſia nunquam moritur. Tiraquel. *de conſtituto, part.*3.*limit.* 16. *num.* 3. Avendan. *l.* 45. *Tauri, gloſſ.*6.*n.*8.Maſtril. *Siciliæ dec.* 128. *n.*15. Marta *de juriſdict.p.*4.*caſu* 16.*n.*36.

*Si autem Diaconiſſa*, &c.) Notat Rebuff. *d. gloſſ.* 5. 16
*num.* 34. non ſervari hanc legem, dum ſtatuit bona rapientis Monialem applicari illi monaſterio, in quo reſidet, ut uſumfructum Monialis quandiu vivet conſequatur, Eccleſia verò proprietatem; additque ſe vidiſſe ſervari quod bona rapientis applicentur fiſco, reſervatis monaſterio quibuſdam emendis arbitrio judicum Franciæ imponendis.

*Et plenam poſſeſſionem earundem rerum*, &c.) Nota- 17
tur ad hoc, quod vera poſſeſſio ſine facto ipſius poſſeſſoris, ſeu alio corporeo actu, vel adminiculo interveniente, lege, vel ſtatuto induci & acquiri poteſt, ut expreſsè colligitur ex hac lege, quæ hanc poſſeſſionem appellat plenam, cùm plenum id dicatur,cui nihil omnino deeſt ad perfectionem: ita Tiraquell. *in tract. le mort, part.*5.*declar.*5.*num.*6. *& part.*1. *declar.*6.*&* 7. *& part.*2.*declar.*18.*n.* 1. Guillielm. *in cap. Raynutius, verbo mortuo, el.*2.*num.* 67. *cum ſeqq. de teſtament.* Menoch. *conſ.* 302.*n.*12. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1253. *num.*7. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.*18. *n.* 38. Et talis poſſeſſio non eſt ficta, ſed vera. Gutier. *pract. lib.* 2. *quæſt.*87.*n.* 7. Et pro ea datur interdictum recuperandæ, vel adipiſcendæ poſſeſſionis, ſecundùm Anton. Gabr. *lib.* 5. *commun. tit. de acquirend. poſſeſſ. concl.* 7. Menoch. *remed.*1. *recupen. n.* 393. *cum ſeqq.* Valaſc. *de partit.cap.*6.*n.*15.

*Sive volentibus,ſive nolentibus Sanctimonialibus.*) 18
Notatur ad hoc, quod rapiens Monialem, ſeu fœminam Deo dicatam, pœnâ raptûs omnimò punitur, etiam quod conſenſerit ſe rapi, quia dicitur eſſe ſub poteſtate Abbatiſſæ, & ſic non habet voluntatem, ut per Ludov. Peguer. *crimin.deciſ.*43.*n.* 9. Farin. *in præxi crimin.q.*145.*n.*220.

In gloſſ. *Diaconiſſa*,ibi, *& ita conſecrata.*) Notatur 19
ad hoc, quod rapiens Virginem Deo dicatam, ut pœna mortis puniatur, debet eſſe conſecrata, ut per Dec. *d. lib.*8.*cap.*11.*n.*12.Farinac.*d.q.*145.*n.* 225.

---

## SUMMARIUM.

1 *Sponſus & ſponſa ſine arrharum amiſſione licitè poſſunt monaſterium ingredi, & ibi perſiſtere.*

2 *Mors civilis quando æquipararetur naturali.*

3 *Argumentum à morte civili ad naturalem an, & quando ſit validum.*

4 *Religionem ingreſſus & profeſſus, civiliter mortuus dicitur. Intellige ut ibi.*

5 *Sponſus aut ſponſa ſi ad Religionem tranſeant, eaque de cauſa non celebretur matrimonium, non amittunt arrham datam, neque tenentur publicatam reſtituere quam acceperunt.*

6 *Matrimonium copulâ conſummatum non ſolvitur per ingreſſum Religionis.*

7 *Mulier ſi poſt matrimonium copulâ conſummatum ingredi*

*ingreditur Religionem de conſenſu mariti, locus erit pacto lucrandæ dotis, ut ſi morte naturali fuiſſet ſolutum matrimonium.*

8 *Filius patre invito, retento etiam ſucceſſionis jure, monaſticæ vitæ ſe adjungere poteſt.*

9 *Filius Monachus patri inteſtato decedenti ſuccedit, non obſtante monaſtica vita.*

10 *Filiusfamilias per monachatum exit à patria poteſtate. Intelligie ut num.* 11.

12 *Filiusfam. patre invito Religionem poteſt ingredi.*

13 *Pater non poteſt exhæredare filium, eo quod illo invito fuerit ingreſſus monaſterium.*

14 *Monachus per profeſſionem non amittit jura ſuitatis & agnationis: Intellige, ut ibi.*

15 *Statutum excludens Monachos à ſucceſſione, eſt iniquum, & irritum ac quodammodo contra libertatem Eccleſiaſticam, poterit tamen majoratus inſtitutor Moniales, & Monaſteria excludere à ſucceſſione in perpetuum. n.* 16.

17 *Teſtator ſi reliquit fideicommiſſum ad favorem filiorum ſi filii ſint ingreſſi monaſterium ſucceſſionis capax monaſterium admittitur.*

18 *Suitatis jura non competunt Monacho ſed monaſterio immediatè in quod per profeſſionem tranſlata ſunt.*

19 *Ingratitudo præterita, cujus cauſa filius profitens exhæredari poterat, non deletur per Religionis profeſſionem.*

20 *Bona monaſterio quæſita per ingreſſum non revocantur, licèt ingreſſi ad ſeculærem remeaverint vitam.*

21 *Judæus ſervum Chriſtianum invitum in ſervitio non detinet.*

22 *Judæi ſervos à profeſſione Catholicæ fidei non impedient & profeſſurus ſervus Catholicam fidem miſſo Judæi miniſterio liber fit.*

23 *Servi Judæorum per acceſſum ad fidem Catholicam libertatem nacti, poſtquam Judæi domini ad Catholicam profeſſionem acceſſerunt, non incidunt in priſtinam ſervitutem.*

24 *Privilegia piorum locorum & religioſorum violantes, tam pecunia, quam capitis pœna affici poſſunt.*

25 *Judæus ſi Chriſtianum mancipium poſſidet mancipium illud manet liberum, idemque de Mahometanis, qui tunc temporis nec paganorum, nec hæreticorum nomine comprehendebantur.*

26 *Judæus, vel paganus, vel hæreticus, ſi ſervum Chriſtianum quocunque titulo poſſideat, eo ipſo ſervus ille libertatem conſequitur.*

## L. Deo nobis. XLII. & ult.

*Idem A. Joanni. P.P.*

1 SPonſus, & ſponſa ſine arrharum amiſſionem licitè monaſterium ingredi poſſunt, & ibi perſiſtere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Adde his Lap. *allegat.* 109. *in quæſt. propoſ. & ſequent.* Rom. *ſingul.* 37. Tiraquell *in tractat. le mort,* 2. *part. decl.* 14. *in fine* Doctores *ad repet. l. Gallus,* §. *& quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.* ubi Fortun. Garſ. *num.* 55. Tiraq. *de utroque retract. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 8. *num.* 29.

2 Vulgò allegari ſolet hic text. ad hoc quod mors civilis æquiparatur naturali, quod aſſumptum intelligunt nonnulli habere locum in caſibus à jure expreſſis; hi rectiùs tenent tunc mortem civilem æquiparari naturali, quando operatur omnes effectus quoad omnia, quos naturalis produceret, de quo vide Sebaſt. Medices *tract. de morte, à n.* 22. *ad* 28. *pag.* 154. *& ſequent.* Gallin. *de verborum ſignific. lib.* 4. *cap.* 20. *à n.* 3. Carol. Tap. *in authent. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. verbo ſua. cap.* 17. Aloyſ. Ricc, *in collect. deciſ. collect.* 531. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 5. *lit. M, concl.* 394. Farinac. *fragm. crimin. prax.* 2. *lit. M, n.* 364. *cum ſeqq.* Caſtill. *controverſ. tom.* 3. *cap.* 12. *à princip.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 430. *à n.* 15. Rot. *deciſ.* 543. *part.* 1. *recentior.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 63. Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 14. *conſider.* 1. D. Barboſ. *in l.* 2. *part.* 1. *n.* 1. 154. *ff. ſoluto matrim.* plures, quos refero *in tract. de appellativa verborum utriuſque juris ſignific. appell.* 156. ubi multipliciter declararur.

3 An, & quodo validum ſit argumentum à morte civili ad naturalem, latè dixi *de locis communibus argument. juris, loco* 74

4 *Et à ſeculari converſatione recedere,* &c. Notatur ad hoc, quod Religionem ingreſſus & profeſſus dicitur civiliter mortuus, per Peregr. *de jure fiſci lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 12. Card. Tuſch. *d. lit. M, concl.* 391. *per tot.* D. Barboſ. *in rub. ff. ſolute matr. part.* 2. *n.* 76. ubi rationem reddit, quia per obedientiam propriam mactat voluntatem, & illam à ſe tollit, & ttansfert in Deum, vel ejus miniſtrum, & abrenuntiat ſeculo, totaliter ſe Dei ſervitio mancipando, & aſſumendo ſtatum perfectionis. Intellige quoad poſſeſſionem propriæ voluntatis, & bonorum temporalium, ſecus verò quoad petdenda naturalia, licèt ea contemnere debeat, ſecundùm Barthol. de Vecchis. *in praxi obſervanda in admittendis ad Religionis ſtatum novit. diſput.* 13. *dub.* 9. *num.* 3. quem refero *d. loco* 74. *n.* 3.

5 *Sponſus quidem omnia quæ arrharum nomine,* &c.) Notatur ad hoc, quod ſi ſponſus, aut ſponſa ad Religionem tranſeant, eáque de cauſa matrimonium non celebretur, non amittunt artham datam, neque tenentur duplicatam reſtituere quam acceperant, ut per Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 431. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 36. *n.* 4. *& lib.* 6. *diſp.* 21. *n.* 4. Rebell. *de obligat. juſtitiæ p.* 2. *lib.* 4. *q.* 8. *ſect.* 6. *n.* 35.

6 *Nam & maritis, & uxoribus,* &c.) Ex hoc text, videtur probari matrimonium copulâ conſummatum per ingreſſum Religionis ſolvi, ut per Paul. Caſtr. *hic n.* 2. quod eſt contra veram & Catholicam doctrinam, de qua *in collect. ad cap. ex publico, de converſ. conjug.* & per Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 13. Nam text. *in præſenti,* & alius ſimilis *in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.* §. *ſponſalibus, collat.* 9. correcti ſunt per jus Canonicum, ut conſtat expreſsè *ex cap. ſunt quidam,* 27. *quæſt.* 2. & in materia matrimoniali jus civile cedit Canonico. Vel etiam poſſunt intelligi prædictæ leges civiles, ut matrimonium copulâ conſummatum per ingreſſum Religionis non ſolvatur quoad vinculum, ſed tantùm quoad torum, & mutuam cohabitationem, obſervata diſtinctione *cap. cùm ſit, & eap. uxoratus, de converſ. conjug.* quo ſenſu prædictas leges civiles accipit Gloſſ. *in cap.* 2. *de converſ. conjug.* Panor. *conſ.* 1. *col. fin. lib.* 1. Sot. *in* 4. *diſtinct.* 27. *quæſt.* 1. *art* 4. *col.* 4. *verſ. ad primum,* quos refert D. Barboſ. *in rub ff. ſoluto matrimonio, part.* 2. *n.* 73. *in fine, &* 74. *& in l.* 2. *in princ. part.* 1. *n.* 154. *eodem tit.* ubi ait quod magis communis intellectus hujus text. eſt, ut reſtringatur ad terminos juris Canonici, ſcilicet quando conſummato matrimonio conjux ingreditur Religionem de conſenſu alterius, & vide Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 28. *cap.* 10. *num.* 24. *in fine.*

*Vel ex pacto per caſum mortis exigere.*) Notatur ad hoc, quod ſi poſt matrimonium copula conſummatum mulier ingrediatur Religionem de conſenſu mariti, locus erit pacto lucrandæ dotis, ac ſi morte naturali fuiſſet ſolutum matrimonium, ut per Roman. *in l. ſi cum dotem, in princip. n.* 15. *ff. ſoluto matrim.* D. Barboſ. *in d. l.* 2. *in princip. part.* 1. *n.* 154. ubi dicit hanc reſolutionem eſſe intelligendam ſano modo, ſcilicet quando conſummato matrimonio conjux ingreditur Religionem de conſenſu alterius; additque quod quatenus

tenus pertinet ad matrimonium, & usum illius, eundem operatur effectum mors civilis procedens ab ingressu Religionis, quem operatur mors naturalis, cum non possint invicem cohabitare, nec conjungi, aut uti aliis matrimonii effectibus.

## §. Hoc etiam cognitum.

8 Filius patre invito, retento etiam successionis jure,
9 monasticæ vitæ se adjungere potest. Filius Monachus patri intestato decedenti succedit, non obstante monastica vita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Vide ad hoc Gomezium *tom. var. resol. cap. 5.* Raynaldum Corsum. *lib. 2. indag. cap. 23.* Boërium *q. 34.* Lapum *alleg. 106.*

10 *Si quis in parentum potestate constitutus*, &c.) Nota quod filiusfamil. per monachatum exit à patria potestate, ut per Xuar. *l. 9. tit. 11. de los pleitos num. 26. lib. 1. legum fori*, Covar. *in cap. quia nos, nu. 5. de testam.* Ant. Gom. *l. 48. Tauri, num. 7. in fine*, Navarr. *commento 3. de Regul. n. 41.* Pinel. *in l. 1. n. 46. C. de bonis matern.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 140. vers. utrum autem*, Cost. *in cap. si pater. p. 2. verbo testatore mortuo, n. 11. de testam. lib. 6.* Sanchez *in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 5. cap. 7. num. 29.* meipsum *de jure Eccles. universo lib. 1. cap. 42. num 201.*

11 Hoc autem intelligitur in iis solùm, in quibus utile esset ipsi filio liberari patria potestate, secus in iis, in quibus id esset in ejus damnum: ita Xuar. Nav. & Covart. *citatis locis*, Ascan. *de patria potestate cap. ult. n. 76.* Anton. Gomez. *tom. 1. variar. cap. 9 num. 10. & 13.* Molin *de primogen. lib. 1. cap. 8. n. 75.* Gutier. *cons. 28. num. 5. & in repet. §. sui, num. 33. Instit. de hæred. qualit.* Bened. Pinel *lib. 2. select. cap. 19. n. 11.* Sanchez *dict. cap. 5. n. 30.* Ego ipse *dicto n. 201.*

12 *Non liceat parentibus eosdem*, &c.) Notatur ad hoc quod filiusfam. patre invito Religionem ingredi potest, & in illa etiam patre dissentiente permanere, ut per Ascan. Clement. *de patria potest. cap. 5. effectu 6. à num 24. usque ad n. 29.* Paul Montan. *de tutel. & curis cap. 37. n. 56.*

13 *Propter hanc tantummodò causam, quasi ingratum*, &c.) Notatur ad hoc quod pater non potest filium exhæredare, eo quòd illo invito fuerit ingressus monasterium, ut per Xuar. *alleg. 15. n. 4. vers. quintò*, Costa *in l. Gallus, § & quid si tantum, p. 5. n. 195.* Vide *infrà ad gloss verbo quasi.*

14 *Ad successionem vocentur*) Ergo Monachus per professionem non amittit jura suitatis & agnationis, sed succedit tanquam suus hæres, & transmittit ad monasterium jura suitatis, sicut transmitteret ad alios hærades, ut per Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 8 n. 19. & in l. si unquam, verbo susceperis liberos, n. 42.* Anton. Gomez. *tom. 1. cap. 3. n. 20. ad fin. & cap. 9. num. 10.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelasiam, tit. de succes. ab intest. n. 214.* Bonacos. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 33. num. 22. pag. 165.* Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 1. num. 38.* D. Barbos. *in l. si cum dotem, in princ. n. 45. cum seqq. ff. soluto matrim. & in l. hæres absens, §. ult. num. 221. de judic.* Azor. *institutionum moral. part. 2. lib. 2. cap. 22. quæst. 4.* Molin. *de Instit. tractat. 2. disput. 179. vers. observandum*, Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. allegat. 29. n. 112.* Sanchez *in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. c. 12. n. 5. cum seqq.* ubi *n. 6.* intelligit in monasterio habente bona in communi, quia cùm in monasterio iis carente, ac proindè incapaci succedendi, reputetur professus tanquam mortuus quoad omnia successionis jura, non retinet jus suitatis, quales sunt Fratres Minores, & similes, qui non faciunt in successione patrem, nec inter hæredes numerantur, ex Surd. *de aliment. tit. 3. quæst. 1. num. 44.* & ideo qui decedit cum filio de hoc Ordine, dicitur decedere sine liberis, ex Bart. *in l. fin. num. 2. C. quomodo, & quibus quarta pars, lib. 10.* Viv. *tom. 2. commun. opin. tit. de instit. & substit. num. 158. pag. 82. n. 7.* dummodo Monachus ille vivat; nam ubi primùm ante delatam sibi parentum hæreditatem obii, cessat prorsus jus monasterii, quia cùm jus succedendi non competat nisi post ejus obitum, cui succedendum est, professus nequit hoc jus in monasterium transferre, sed solam spem, quæ evanescit, ubi primùm professus ille desinit esse filius illius monasterii, & *num. 9.* quod monasterium in iis, quæ sibi acquiruntur, vel in quæ ex Monachi persona succedit, illis actionibus agere potest, quæ professo ante ingressum competebant, quippe in omnia ejus jura succedit, & *num. 10.* quod si pater filium Monachum non instituat, rumpi potest testamentum, tanquam filio præterito; & *num. 14.* quod potest contraria consuetudine legitimè præscripta derogari huic juri succedendi in professi bona, & sic derogatum est apud Gallos, ut omnia professi bona pertineant ad propinquiores consanguineos, nisi ipse aliter disposuisset, de quo dixi *in collect. ad auth. ingressi, in princ. supr. de sacrosanct. Eccles.*

Advertas, quod statutum excludens Monachos à 15
successione, est iniquum, & irritum, ac quodammodo contra libertatem Ecclesiasticam, de quo vide Tiraquel. *de jure primog. q. 43. n. 12. & in tract. le mort. p. 2. decl. 15. n. 16.* Covar. *in cap. quamvis pactum. p. 3. §. 2. n. 4. vers. illud sanè* Burs at. *cons. 351. num. 69. lib. 2.* Houded. *cons 11. n. 14. lib. 2.* Menoch. *cons 199. num. 22. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 24.* Læl. Zech. *de Repub. Eccles. tit. de Regularib. cap. 3. num. 14. appel. 21.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 77. art. 2.* Sanchez *d. lib. 7. cap. 12. num. 18.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 25. per tot.*

Poterit tamen majoratûs institutor Monachos, Mo- 16
niales, & monasteria à successione in perpetuum excludere, quia ejus intentio est posteritati & familiæ suæ consulere, non verò aliquem ab ingressu Religionis divertere: quod si fortè eveniat, id enim contingit præter animum & mentem testatoris, qui ob causam sic non disposuit, videat Covar. *var. lib. 1. c. 19. num. 11.* Pelaëz *de majoratu part. 2. quæst. 3. à n. 1.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 1. cum seqq.* Alvar. *de conject. mente defuncti lib. 2. cap. 3. n. 3.* Spin. *in speculo testam. gloss. 12. n. 33. vers. in tertio vero casu*, Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 29. & lib. 11. tit. 7. num. 4.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 12. num. 54. & cap. 10. à n. 81. & c. 11. num. 16.* alter Molin. Theolog. *de Iustit. tract. 1. disp. 207. ad fin. in solut. ad 1. & tom. 3. disp. 613. num. 12. & disp. 623. n. 2. vers. quando autem*, Gutier. *canon 2. p. cap. 25. n. 5.* Flores *ad Gam. decis. 6. concl. 6. vers. nisi fundator contrarium velit, & var. lib. 1. q. 16. art. 2. n. 5. & 7.* Cabed. *Lusit. decis. 133. n. 6. p. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 1. disp. 34. num. 11.* Castill. *quotid. lib. 3. c. 12. n. 36. cum seqq.*

Si testator reliquit fideicommissum ad favorem 17
filiorum, si filii sint ingressi monasterium successionis capax, monasterium admittetur: ita per hunc textum resolvunt Covar. *lib. 3. var. cap. 19. à n. 6.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 7. in fine*, Fusar. *de substit. q. 313. à princ.* ubi *n. 2.* limitat quando testator fecit fideicommissum, ut bona conservarentur in agnatione.

Ad illud quod suprà diximus ex text. Monachos 18
tanquam suos hæredes succedere in omnem parentum substantiam, non obstante monastica professione pro nunc addo jura hæc suitatis non competere Monacho, sed monasterio immediatè, in quod per professionem translata sunt, & sic nulla opus esse Monachi aditione ad hæreditatem acquirendam. Ita Covarr. *in c. 1. n. 21. de testament.* Vincent. de Franch. *Neapolit. decis. 40. num 2.* Spin. *in speculo testament. gloss. 12. princ. num. 17. cum seqq.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib 6. tit. 15. de instit. num. 172. cap. 83.* Gam. *decis. 308.* Menoch. *remed. 4.*

ad

*adipiſc. n.* 294. Carol. Tapia *in auth. ingreſſi, verbo ipſo ingreſſu, in princip. n.* 94. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 2. *q.* 77. *art.* 2. Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l.* 6. *n.* 17. latè Sanchez *in præcepta Decalog. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 12. *à n.* 35. ubi *n.* 40. reſolvit integrum eſſe monaſterio adire hæreditatem Monacho delatam, quantumcumque Monachus ignoret, aut contradicat aut repudiet, & *n.* 42. tenet integrum eſſe Abbati repudiare hæreditatem Monacho delatam ipſo invito, & *n.* 43. firmant Monacho facto amente ante hæreditatis delationem, poſſe monaſterium eam delatam adire & *n.* 47. reſolvit mortuo monacho poſt delatam, nondum tamen aditam hæreditatem, eſſe integrum monaſterio illam adire, atque ita excludit ſubſtitutum, & alios hæredes.

19 In gloſſ. *Quaſi ingratum*, ibi, *ſed quid ſi ante ingreſſum ingratitudinis cauſam commiſit*, &c.) Notatur ad hoc, quod per Religionis profeſſionem deletur ingratitudo præterita, cujus cauſa filius profitens exhæredari poterat, ut per Hippol. *ſing.* 413. *n.* 6. *& in rubr. de fidejuſſor. n.* 116. Covar. *in cap. Raynutius, in princ. n.* 20. *de teſtam.* Coſt. *in. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, p.* 3. *n.* 195. *cum ſeq.* Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ privil.* 30. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 1. *n.* 50. *cum ſeq.* Laurent. de Palatio *in tract. de ſtatuto excluſ. fœmin. n.* 108. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 176. *dub. ult.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 77. *art.* 2. *&* 78. *art.* 12. *verſ. nec minus*, Cardoſ *in praxi Iudicum & Advocat. verbo pater, n.* 13. Marta *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 26. *n.* 18. *&* 19. Campan. *in diverſ. juris, Canon. rub.* 12. *c.* 10. *n.* 5. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 5. *cap.* 5. *à n.* 32. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini lib.* 2. *can.* 15. *q.* 17. *n.* 7. Merlin. *de legitima lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 7. *n.* 3. meipſum *in tract. de jure Eccleſ. lib.* 1. *c.* 42. *n.* 203. *&* 204.

### §. Hujus autem.

20 Bona monaſterio quæſita per ingreſſum non revocantur, licèt ingreſſi ad ſecularem remeaverint vitam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide poſita *in collect. ad auth. ingreſſi, C. de ſacroſanct. Eccleſ. verſ. bona religioſi.*

### §. Ita diſpoſitis.

21 Judæus ſervum Chriſtianum invitum in ſervitio non detiner. Judæi ſervos à profeſſione Catholicæ
22 Fidei non impedient, & profeſſurus ſervus Catholicam Fidem miſſo Judæi miniſterio liber fit. Item ſer-
23 vi Judæorum per acceſſum ad Fidem Catholicam libertatem nacti, poſtquam Judæi domini ad Catholicam profeſſionem acceſſerunt, non incidunt in priſtinam ſervitutem. Denique privilegia piorum loco-
42 rum & religioſorum violantes, tam pecunia, quàm capitis pœna affici poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

25 *Repetita lege jubemus.*) Id eſt *in l. unica, infr. ne Chriſtian. mancip.* Sicut docet Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 39. *verſ. quintus*, ubi ex noſtro textu colligit, quod ſi Judæus Chriſtianum mancipium poſſideat, mancipium illud manet liberum, & addit idem hodie dicendum de Mahometanis, qui tunc temporis nec paganorum, nec hæreticorum nomine comprehendebantur.

Ex quo infertur Chriſtiana mancipia eorum, qui in Tribunali S. Inquiſitionis de crimine hæreſeos, aut apoſtaſiæ à Fide damnantur, libera manere, ſicuti reſolvunt Alphonſ. à Caſtro *libr.* 2. *de juſta hæret. punit. c.* 7. Jacob Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 61. *à num.* 8. Franciſ. peña *ad* 3. *prat. direct. Inquiſ. q.* 119. *comm.* 168. quos refert & ſequitur Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 50. *per tot.* ubi affirmat ita eſſe uſu receptum in Regno Caſtellæ.

*In præſenti autem hoc amplius*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi Judæus, vel paganus, vel hæreticus ſervum jam Chriſtianum quocumque titulo poſſideat, eo ipſo ſervus ille libertatem conſequitur, nullo perſoluto pretio: quod ſi poſſideat ſervum nondum Chriſtianum, & ſervus ille Baptiſmum ſuſcipere voluerit, eo ipſo quod Chriſtianus fuerit effectus, conſequitur ſimiliter libertatem, & eſto dominus poſtea fidem etiam ſuſcipiat, non propterea ſervus ille amittit ſuam libertatem. Vide Rebell. *de obligat. juſtit. part.* 1. *lib.* 1. *q.* 13. *à n.* 2. Molin. *d. tract.* 2. *diſput.* 39. *v. quartus eſt, & in v. quinto, in fine*, ſubdit ſupradicta locum non ratò habere in iis infidelibus Indiæ Orientalis, qui ditioni Chriſtianorum ſunt ſubjecti.

## *De Epiſcopali audientia, & diverſis capitulis, quæ ad jus, curamque & reverentiam pertinent Pontificalem.*

## TIT. IV.

NOn dixi, de Epiſcopali *juriſdictione*, quoniam Epiſcopi non habent juriſdictionem, ſed tantùm notionem, *l. Epiſcopale, infr. hoc tit.* Scripſerunt in hanc rubr. Salicet. Cyn. Caſtrenſ. Bald. Angel. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

### SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi quondam modum, & quantitatem rerum juſto pretio emendarum & vendendarum ſtatuebant.*
2 *Reſpublica ſi annonæ inopiâ gravetur, cogi poſſunt habentes frumentum, & alias merces neceſſarias hominum alimentis, juſto pretio à judice taxato vendere, etſi res venales non expoſuerint, nec publicè venditioni obtulerint, ut n.* 3. *amplia ut n.* 4.
5 *Pretium juſtum & legitimum quod ſit, & num.* 6.
7 *Eleemoſyna, ejuſque obligatio, virtus & effectus, remiſſivè; & utrùm quis compelli poſſit ad eleemoſynam, num.* 8.
9 *Eleemoſynam in caſu neceſſitatis eſſe de præcepto.*
10 *De Hoſpitalitate quid ſit.*
11 *Annonæ victualia juſto pretio vendi facere, ne pauperes fame pereant, pertinet ad Epiſcopos.*

### L. Negotiatores. I.

*Impp.* VALENTIN. *&* VALENS. AA. *ad Julianum Comitem Orientis.*

EPiſcopi quondam modum, quantitatem rerum 1
juſto pretio emendarum & vendendarum ſtatuebant. Colligunt ex Ordin. Salicet. Bart. Alban. Cyn. Caſtrenſ. Bald. Angel. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord.* & Caſal. *in annot.*

Advertit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 2. *cap.* 172. hanc legem haud dubiè eſſe partem *l.* 1. *C. de commerc. & mercat.* ut ex *l.* 5. C. *Theodoſ. de luſtr. collat.* apparet. Itaque eas depravarunt, qui diverſis Principibus eas adſcribunt, & diverſis annis, diebuſque conditas volunt, 15. enim Kal. non Martias, ſed Maias, utraque, ſeu eadem lex ſcripta fuit; nam 14. Kal. Martias defuncto Iloviniano, nondum decleratus

Imperator

Imperator Valentinianus poſtridie hanc legem condere non potuit. Minus Valens ejus auctor haberi potuit, qui Kal. Apriles à fratre Imperator eſt renuntiatus. Et deinde declarat quid utraque lex diſponat, adeò enim tam in Codice Theodoſiano, quàm Juſtiniani hæc jura ſunt corrupta, ut vix aliquis inde ſenſus elici poſſit.

2 *Ne modum mercandi videatur excedere.*) Notatur ad hoc, quod ob publicam utilitatem & neceſſitatem ſi Reſpubl. annonæ inopia gravetur, cogi poſſunt habentes frumentum, & alias merces neceſſarias hominum alimentis juſto pretio à judice taxato vendere, etſi res venales non expoſuerint, nec publicè venditioni obtulerint, ita Bart, *in præſenti*, Fabian. de Monte *de empt. & vend. q.* 3. *princ. n.* 39. *in* 3. *fallent.* Capel. Tolol *deciſ.* 447. Peguer. *diciſ* 88. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 3. Ant. Gem. *tom.* 2. *var. cap* 2. *n.* 52. *verſ. ſecundus caſus eſt*, Perez *conſ.* 2. *col. antepen. verſ. iſte tamen tertius, tit. fin. lib.* 2. *Ordin.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 1. *n.* 64. Matienz. *l.* 6. *gloſſ.* 2. *n.* 41. *tit.* 11. *lib.* 5. *novæ Recop. & l.* 1. *gloſ.* 9. *tit.* 25. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 77. *num* 6. *& tit.* 8. *q.* 94. *n.* 4. *&* 5. Franc. Viv. *deciſ.* 28. *num.* 7. *lib.* 1. Avendan. *de exequend. mand. cap.* 19. *n.* 33. Aviles *ad cap.* 17. *Præt. num.* 6. Azeved. *l.* 1. *num.* 21. *cum ſeq. tit.* 25. *lib.* 5. *novæ. Recopilat.* Bobadil. *in ſua politic. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. *&* 15. 4. *n.* 86. Jacob. Cancer. *variarum reſolut. p.* 1. *cap.* 13. *de empt. & vend. num.* 77. Cardin. Tuſch. *pract. concl. lit. V, concl.* 59. *num.* 7. *&* 8. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 9. *de contrahend. empt. quæſt.* 1. *n.* 4. *&* 5. Valaſc. *conſ.* 22. *num.* 2. Vincent. de Franch. *deciſ.* 9. Maſtrill. *Siciliæ deciſ.* 17. *n.* 1. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 149. *num.* 40. *&* 41. Joan. Bapt. Valent. *conſil.* 18. *n.* 1. *&* 2. Alvarez. *de privileg. pauper. p.* 1. *q.* 24. ubi probat tempore penuriæ compelli poſſe divites ad vendendum comeſtibilia.

3 Quod quidem procedit non ſolùm in victualibus, ſed etiam in mercibus ad veſtitum pertinentibus, quia hæc ſunt neceſſaria ad hominum vitam, Bald. *in præſenti, num.* 3. Strach. *de mercat. in* 4. *par. tit. mercat. in quibus caſibus poſſ. exerc. num.* 51. Aviles *ad cap.* 17. *præt. verbo à razonables pretios, n.* 5. Petr. Caball *reſol. crimin. cent.* 1. *caſu* 9. *n.* 3. *&* 4. Surd *d. tit* 8. *q.* 48. *n.* 8. Et habere locum non ſolùm in laicis, ſed etiam in Eccleſiis, Clericis, & aliis Eccleſiaſticis perſonis quacunque dignitate fulgentibus, probat *l.* 1. *tit.* 25. *l.* 5. *Recopil.* & reſolvunt Gregor. Lopez *l.* 54. *gloſſ.* 1. *tit.* 6. *part.* 1. Perez. *l.* 12. *gloſſ.* 1. *ſuper verbo, pero ſi accedere ſer. tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin.* Azeved. *d. l.* 1. *n.* 19. Mex. *d. concl.* 3. *n.* 1. Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 6. *n.* 3. Cavalcan. *parte* 2. *deciſ.* 37. *num.* 67. 68. *&* 69. *& num.* 76. *&* 77. Gutier. *lib.* 1. *pract. quæſt.* 13. Menoch. *conſ.* 137. *à num.* 9. ubi de Epiſcopo, *& conſ.* 100. *n* 22. *cum multis ſeqq.* Bobadil. *d. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. Cabal. *d. caſu* 9. *n.* 6. *cum ſeqq.* Steph. Gratia. *d. cap.* 149. *num.* 43 Ignat. del Villar. *in ſylva reſponſor. lib.* 1. *reſp.* 5. *p.* 3. *n.* 14. *cum ſeqq.* ubi multipliciter ampliat, & limitat, Maſtrill. *d. deciſ.* 17. *num.* 23. *&* 35. Alvarez *dicta quæſt.* 24. *num.* 5.

4 Solet etiam allegari hic text. ad hoc quod ſi qui res propria ad victum, & veſtitum hominum pertinentes venditioni expoſuit, etiam ceſſante inopia, poteſt cogi ad earum venditionem; nam æquum eſt & Reipubl. conveniens, quod publicus venditor cogatur vendere res juſto pretio à judice taxato: per Covar. *lib.* 3. *rariar. c.* 14. *n.* 1. Aviles *dict. cap.* 17. *gloſſ. à razonables pretios, n.* 1. Perez *l.* 2. *verſ. terius caſus, pag.* 434. *tit.* 23. *lib.* 2. *Ordin.* Morl. *d. tit.* 9. *q.* 1. *n.* 13. Surd. *conſ.* 205. *n.* 6. ubi etiam quod dominus poſtquam res expoſuit venditioni, non poteſt pœnitere, & eas à vendendo retrahere, & *n.* 27. & 28. intelligit procedere quando res venditioni expoſita eſſet de his, quæ ſpectant ad victum, & ſuſtentationem hominum, ſecus verò ſi de his non eſſet, niſi juſta cauſa adeſſet mutandi propoſitum, quia tunc etiamſi res expoſita venditioni ſpectaret ad victum, adhuc poſſet pœnitere juſta enim cauſa reputatur ſi velit rem pro ſuo uſu retinere, de quo etiam Gratian. *dicto cap.* 149. *num.* 28. Quotieſcumque enim lex permittit rem ob publicam utilitatem, vel neceſſitatem auferri, hoc intelligi debet juſto pretio ſoluto, & non aliter, *Hiſpan.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. *l.* 31. *tit.* 24. *part.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. part.* 1. *rub. cap.* 2. *à n.* 14. Salzed *ad Bernard. reg.* 209. *verſ. tertio amplia*, Mieres *de majoratu*, *p.* 4. *q.* 1. *n.* 116. Menoch *conſ.* 137. *n.* 1. *cum ſeqq.*

Juſtum & legitimum pretium eſt quod à Principe 5
lege, Republica, vel à judice taxatur, ſecundum Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vend. part.* 3. *cap. fin. n.* 45. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 5. *verſ. vel ita accipiendum eſt*, Perez *l.* 2. *verſ. prior pars, tit.* 23. *lib.* 2. *Ordin.* Matienz. *l.* 1. *g. of.* 2. *n.* 9. *tit.* 11. *lib.* 5. *novæ Recopil.* Gemin. *commento* 1. *de uſuris,* §. 8. *n.* 169. *&com.* 2. §. 5. *n.* 159. Maſcard. *de probat. concl.* 443. *n.* 10. *& concl.* 641. *n. fin. & concl.* 1396. alias 1403. *n.* 39. Avendan. *de cenſib. c.* 27. *&* 28. Felician. *in ſimili tract. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 15. *verſ. quarto poteſt, & lib.* 2. *c.* 1. *n.* 2. *&* 12. *verſ. legitimum vero*, Cabeb. *Luſit. deciſ.* 92. *p.* 2. Jacob. de Graffiis *tom.* 1. *conſil. tit. de empt. lib.* 3 *conſ. unico, n.* 4. Valaſc. *conſ.* 43, *n.* 12. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 5. *de contrah. empt. q.* 6. *n.* 4. Gaſp. Roderic. *de annuis redditibus lib.* 1. *q.* 115. *in fine.* Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 347. *per tot.* Sigiſm. Scacc. *de commerc. & camb.* §. 1. *quæſt.* 7. *part.* 3. *ampl.* 10. *n.* 63. *in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. tom.* 2. *lib.* 25. *n.* 188.

Prout etiam juſtum rei pretium cenſetur illud pro 6
quo vendi poteſt in foro, per ea quæ tradunt Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſ.* 18. *n.* 1. Covar. *d. c.* 3. *n.* 4. *in fine.* Pinel. *d. p.* 3. *c. fin. n.* 17. Germin *de commento* 1. §. 8. *n.* 167. Menoch. *conſ* 137. *n.* 4. Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 4. *n.* 26. Perez *l. tit.* 23. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 426. Maſcard. *de probat. concl.* 1402. *n.* 35. Mich. Salon. *in* 2. 2. *D. Thomæ, tom.* 2. *quæſt.* 77. *art.* 1. *controv,* 3. Donel. *ad l.* 2. *num.* 3. *C. de reſcind. vendit pag.* 322. Mol. *d. q.* 6. *n.* 4. Maſtrill. *Siciliæ deciſ.* 17. *n.* 16. Jacob de Graffiis *d. conſ. unico, n.* 2. *&* 3. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 20. *n.* 8.

*Quibus verus cultus eſt adjuvare pauperes.* De elee- 7
moſyna, ejuſque obligatione, virtute, & effectibus vide Doctores per me citatos *ad c. placet, diſtinct.* 86. quibus addo Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 6. *princ. n.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 90. Azor. *inſt. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 4. *n.* 237. *cum ſeqq.*

Utrùm autem poſſit aliquis compelli ad eleemo- 8
ſynam, vide Cov. *lib.* 3. *var. c.* 14. *n.* 5. Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 46. *& de pœnis temper. cauſa* 44. *n.* 10. Mex. *in tract. taxæ panis, concl.* 1. *n.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 3. *q.* 3. *n.* 27. Azor. *d. lib.* 12. *c.* 13. *q.* 3. Valer. Reginald. *d. lib.* 4. *n.* 237. *cum ſeqq.* Mart. *d. juriſd. part.* 4. *caſu* 163. *n.* 13. ubi quod eleemoſyna in caſu neceſſitatis eſt de præcepto Quod ad hoſpitalitatem, Vide Tiraq. *d. cauſa* 41. *n.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 6. *princ. n.* 8. Corduba de Laura *in l. ſi quis à liberis* §. *& ſi impubes n.* 37. Menoch. *de arbitr. caſu* 182. *n.* 43.

*Provideant Epiſcopi.*) Ad eos enim pertinet annonæ 11
victualia juſto pretio vendi facere, ne pauperes fame pereant, Cardin. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 4. *num.* 12. *& tit.* 20. *d. num.* 13. *cum ſeqq.* Mart. *de juriſd. part.* 4. *caſu* 1. *cum* 50. & compellere ſubditos ad eleemoſynam, Tiraquel. *de pia cauſa, priril.* 149. Cov. *lib.* 3. *variarum, cap.* 14. *num.* 5. Fr. Gabr. del Toro *in libro quem inſcripſit, Theſauro de la miſericordia, cap.* 50.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Apellans ante sententiam frustrandi judicii causâ, mulctandus; & Clerici mulcta non infertur fisco, sed distribuitur inter pauperes.*
2 *Appellare non licet ante sententiam definitivam.*
3 *Commissio extorta ante sententiam gravaminis nulla est.*
4 *Pœna temerè appellantium, & quomodo puniantur, remissivè.*
5 *Appellatio frivola quæ, remissivè; & n. 6.*
7 *Appellare non potest qui non est gravatus.*
8 *Libra quando ut pondus auri, vel argenti inducitur, erit referenda in tot argenteos denarios, vel reos numos, quot Romana lege, Regia, vel provinciali duodecim uncis auri, vel argenti percutiuntur.*
9 *Lex prohibita cùm imponit pœnam extrinsecam, si fiat contra prohibitionem, an censeatur actum contra prohibitionem annullare, remissivè.*

## L. Si Clericus ante. II.

*Iidem* AA. *ad Claudium P. P.*

1 APpellans ante sententiam, frustrandi judicii causâ, mulctandus, & Clerici mulcta non infertur fisco, sed distribuitur inter pauperes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. p. 1. sup. hoc tit.* Vide Cujac. *lib. obs. 12. c. 6.*

2 *Ante definitivam sententiam*, &c.) Notatur ad hoc, quod ante sententiam definitivam appellare non licet,
3 ut per *l. Hispan. 13. tit. 23. part. 3. ubi gloss.* Unde commissio extorta ante sententiam gravaminis est nulla, ut censuit Rot. *in Romana pecuniaria de Ruspolis*, 10. *Maii* 1589. coram Card. Platto, impressa per Marchesan. *p. 3. § 2. pag. 43.* ibi: Prima causa non placuit Dominis quia cùm commissio, cujus vigore inhibitio emanavit, fuerit extorta anteaquam per Auditorem Cameræ fuisset gravamen diffinitivè illatum, clarum est eam fuisse nullam, & nullam tribuisse jurisdictionem, *l. fin. de usu cap.* gloss. *in cap. 2. de appell.* Ægid. *dec.* 100. Rot. *decis. 2. de except. in novis*, & propterea hujusmodi inhibitio non causat attentata, Rot. *decis. 75. de appell. in antiq.* Felin. *in cap. ex tenore, n. 2. de rescript. & decis.* 239. & licèt regulariter soleat dici inhibitionem Rotalem, sive justam, sive injustam esse timendam, attamen in casu isto de stylo Rotæ licitè inhibitio sperni potest. Hactenus Rota. Et quod commissio appellationis expedita ante appellationem interpositam non tribuit jurisdictionem, tradit Lancel. *de attent. p. 2. cap. 20. limit. 22. n.* 1. quem refert & sequitur Rot. *decis.* 789. *n.* 1. *part.* 1. *recentis.* aliàs *tom.* 1. *in posthumis Farin.* ubi *n.* 4. id limitatur existente clausula, *quam, & quas*, &c. quæ comprehendit causam appellationis, & etiam alias causas movendas, & futuras circa idem negotium, itaut impetrans possit specificare causas, quas vult: & ego vidi in tribunali Nunciaturæ Hispaniarum hanc decisionem allegari ad sustinendam commissionem impetratam tempore, quo adhuc non fuerat lata sententia, nec interposita appellatio ab aliquo gravamine: propter quod non semel dubitavi, an illa clausula vim & effectum prædictum haberet, eo quòd cùm sit accessoria ad gravamen narratum, de quo tunc temporis non constabat, necesse est ut dicamus, eo non existente uti principali, dictam clausulam velut accessoriam annullari, juxta ea quæ resolvi *in praxi exigendi pensiones, q. 1. ex n.* 30. omnes enim clausulæ appositæ in concessione subreptitia, sunt quoque subreptitiæ, & nullum producunt effectum, Dec. *resp.* 23. *n.* 47. *vol.* 1. Rainoso *observ.* 45. *n.* 30.

De pœna temerè appellantium, & quomodo puniantur, vide Marant. *de ordin. judic. p. 6. tit. de appellat. n.* 335. Roland. *cons.* 72. *n.* 26. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 445. Et quæ dicatur appellatio frivola, tradit Scacc. *de appellat. q.* 2. *n.* 48. ubi asserit appellationem frivolam dici illam, quæ interponitur sine legitima causa, ut quando quis non gravatus appellat, *& q.* 5. *à n.* 94. *cum seqq.* resolvit quod is, qui non est gravatus, non potest appellare. 4 5 6 7

*Quinquaginta librarum argenti.*) Notat Covar. *in tract. veterum collatio numismatum, c.* 3. §. 4. *n.* 1. quod quando libra, ut pondus auri, vel argenti inducitur, erit referenda in tot argenteos denarios, vel aureos numos, quot Romana lege, Regia, vel provinciali duodecim unciis auri, vel argenti percutiuntur. Argenti etiam libra quælibet duodecim unciarum æstimatur nonaginta sex numis argenteis Regalibus justissimi ponderis, nempe drachmalibus, aut centum ex his, qui publica & Regia percussi auctoritate commutationibus expenduntur. Adde Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Libra argenti*, ubi ait quinque solidos illam constituere. 8

*Cogatur expendere.*) Allegat Tiraquel. *de nobil. cap.* 7. *n.* 78. ad illam quæst. Utrùm cùm lex prohibitiva imponit pœnam extrinsecam, si fiat contra prohibitionem, censeatur actum contra prohibitionem annullare, de qua vide posita *in collect. ad l. non dubium, inf. de legibus.* 9

In gloss. 1. ibi, *quia cui plus committitur, ab eo plus exigitur.* Refert Bobadil. *in sua politica, lib. 5. cap. 1. n.* 78. *in gloss. lit. E.*

SUMMARIUM.

1 *Carcerati circa Paschatis festum relaxandi, etiam quod agatur de pœna corporali, nisi crimen gravissimum sit, ut n. 7. & an isto casu liberi dimittantur, an verò cum fidejussore ut revertantur, ostenditur. num. 8.*
2 *Festorum, & feriarum intuitu turbantes quietem, & gaudia atque lætitiam ex feriis habere sperantes, non fruuntur relaxatione ob ferias indulta.*
3 *Privilegiis & favore indigni sunt malefici.*
4 *Sacrilegi, adulteri, scortatores, incestum committentes, raptores, & sepulchrorum violatores feriarum quiete sunt indigni.*
5 *Feriarum favore impunitatis spe non gaudeant venefici, adulteri parricidæ, rei majestatis, sed promeritas patiantur pœnas.*
6 *Criminum remissio non frequentanda, sed semel remissa perniciosè iterata vindictam publicam provocat.*
9 *Pœna sacrilegii est capitalis, eo quòd hoc inter capitalia delicta numeratur.*
10 *Malefici nullis gaudent privilegiis, omnique favore sunt indigni.*
11 *Tortura ad investigationem enormium delictorum adhiberi potest etiam diebus paschalibus.*
12 *Delicti reiteratio gratiam impedit.*
13 *Venia Principis impetrata, non facta mentione de iterato crimine, nulla est.*

## L. Nemo deinceps. III.

*Impp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Neotherio P. P.*

1 CArcerati circa Paschatis festum relaxandi, *in princ.*
2 Festorum, & feriarum intuitu turbantes quietem, & gaudia atque lætitiam ex feriis habere sperantes, non fruuntur relaxione ob ferias indulta. Item privilegiis & favore malefici indigni sunt, *in vers. sed ab* 3

4 *his*, Sacrilegi, adulteri, ſcortatores, inceſtum committentes, raptores, & ſepulchrorum violatores, feriarum quiete ſunt indigni, nec relaxandi feriarum favore, *in* 5 *verſ. quis enim.* Feriarum favore impunitatis ſpe non gaudeant venefici, adulteri, parricidæ, rei majeſtatis, ſed promeritas patiantur pœnas, *in verſ. patiantur.* 6 Criminum remiſſio non frequentanda, ſed ſemel remiſſa perniciosè iterata vindictam publicam provocat, *in §. his ergo.* Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

7 *Ubi primùm dies paſchalis extiterit*, &c.) Notatur ad hoc, quod in die Paſchatis relaxantur carcerati, etiam quod agatur de pœna corporali, niſi crimen graviſſimum ſit, ut per Jaſ. *in §. bonæ fidei* 28. *n.* 38. *Inſtit. de action.* Azeved. *l. 1. n.* 51. *cum ſeqq. tit. lib.* 8. *novæ Recop.* Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p. 5. §.* 6. *num.* 8. optime Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 107. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 44. *num.* 12. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæſt.* 33. *n.* 77.

8 Sed an iſto caſu carcerati liberi dimittantur, an verò cum fidejuſſore revertantur, non bene conſtat; nam Boſſ. *in tit. de carc. fidejuſſ. commit. n.* 27. & Clar. *in §. fin. q.* 46. *verſ. ſolent etiam* quos refert & ſequitur Menoch. *de arbitr. caſu.* 303. *num.* 38. reſolvunt illo tempore relaxari carceratos ſub fidejuſſione; & addit Farin. *d. n.* 77. Romæ ſervari, quod omnes detenti pro cauſa civili in iis diebus laxentur cum cautione ſub pœna debiti de ſe repræſentando in iiſdem carceribus poſt feſta, à quindecim ſcutis ſuprà: à quindecim verò ſecutis infrà, facta obligatione per eos, & interim nec etiam poſſunt exequi alia mandata contra debitores: detenti verò pro cauſa criminali, ſi delictum non eſt atrox, vel ſi indicia non ſunt gravia, relaxantur ſub fidejuſſore de ſe repræſentando poſt eadem feſta, vel de habenda domo pro carcere, aut aliàs arbitrio Dominorum viſitatorum carcerum, qui iis temporibus omnia prudenter inſpiciunt, & piiſſimè agunt.

9 *Quis enim ſacrilego*, &c.) Ex hoc text. colligit Boër. *dec.* 254. *n.* 5. quod pœna ſacrilegii eſt capitalis, eo quod hoc inter capitalia delicta numeratur.

10 *Nullam accipiat*, &c.) Notatur ad hoc, quod malefici nullis gaudent privilegiis, omnique favore ſunt indigni, ut per Horat. Luc. *de privileg. ſchol. privil.* 64. *fol.* 370.

11 *Patiatur tormenta*, &c.) Notatur ad hoc, quod in diebus etiam paſchalibus poteſt adhiberi tortura ad inveſtigationem enormium delictorum, ut per Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 49. *n.* 27. ubi hunc text. appellat omnium Codicis elegantiſſimum.

12 *Quod fecit, ſemper expectet.*) Vide Chaſſan. *in conſuet. Burg. rubr.* 1. *§. en droict, n.* 1. Hippol. *ſing.* 270. & 454.

13 *Ut remiſſionem veniæ crimina niſi ſemel commiſſa non habeant.*) De hoc vide Palat. *in repet. cap. per veſtras, not. ab.* 4. *in princ. num.* 11. *pag.* 216. Clar. *in §. fin. q.* 59. *num.* 9. Bald. *in l. tranſigere, num.* 69. *cum ſeqq. C. de tranſact.* Nav. *conſ.* 1. *n.* 53. *de conſtit.* Menoch. *de arbitr. caſu* 203. *num.* 32. Vincent de Franch. *deciſ.* 230. *n.* 3. & 6. Perez *leg.* 2. *tit.* 11. *lib.* 1. *Ordinam pag.* 176. Gutier. *canon. lib.* 2. *cap.* 15. Cald. Pereira *in leg. ſi curatorem, verbo vel adverſarii dolo, num.* 51. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 22. *num.* 2. Quia reiteratio delicti impedit gratiam. Boër. *deciſ.* 217. *num.* 22. Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 2. *in fin.* Azeved. *leg.* 2. *num.* 13. & 16. *tit.* 25. *lib.* 8. *novæ Recop.* Carol. de Graſſis *de excep. exc.* 14. *n.* 47. Muta *ſuper conſuet. Panorm. cap.* 9. *n.* 33.

14 Et venia principis impetrata non facta mentione de iterato crimine, nulla eſt, de quo Tiraq. *loco proximè citato.* Padil. *in d. l. tranſigere. num.* 63. Sebaſt. Menices *de regulis juris reg.* 3. *num.* 54. Plaz. *in epitome delict.* 38. *n.* 4. Joan. Arn. *ſing.* 11. Joan. Anton. Trigoſ. *ſing.* 31. Joan. Vincent. de Anna *ſing.* 239. Vincent. de Franc. *deciſ.* 330. *num.* 3. Maſcard. *de probat. conc.* 838. *num.* 8. Mandel. *conſ.* 723. *vol.* 4. Carol. de Graſſis *d. excep.* 14. *à num.* 51. Cened. *ad Decretal. collect.* 44. *num.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 6. *num.* 46. Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 7. *lit. S, concl.* 730. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *cap.* 3. *n.* 28. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 60. & *cap.* 13. *num.* 38. *verſ. item adde*, ubi tenet quod ſi delictum ſit qualificatum, putà factum proditoriè, vel cum igne, vel ſagitta, remiſſio generalis, vel particularis non prodeſt delinquenti, niſi expreſſa mentio fiat de illa qualitate, latè Garc. Maſtril. *de indulgent. general. cap.* 28. *per tot.*

## L. Tres tantummodo. IV.

*Imperator.*

TRes Prætores in urbe Conſtantinopolitana ſingulis annis ad diſceptationem, & retractationem cauſarum olim conſtituti fuerunt. Colligunt. ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc eod. tit.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Mimæ habitum Monialium non induent impunè.*
2 *Meretrices veſtibus honeſtarum non ſe ornent.*
3 *Mimæ quæ ſint.*
4 *Meretrices publicæ quæ.*
5 *Meretrices an cogi poſſint habitum portare diſtinctum, aut aliud ſignum, oſtenditur.*
6 *Mulierem viri veſte, aut virum fœmineæ, deambulare prohibetur.*
7 *Mimi & hiſtriones veſte religioſa utentes ad vitaperioſa peccant mortaliter.*

## L. Mimæ. V.

*Impp.* THEOD. ARC. & HONOR. AAA. *Rufino P. P.*

MImæ habitum Monialium non induent impunè, 1
& meretrices veſtibus honeſtarum non ſe ornent 2
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſup. hoc tit.*

*Mimæ.*) Latinè effictrix dicitur: quæ vel intra, vel 3
extra ſcenam geſticulationes exercet, imitatur dicta, factáque ac mores hominum, ac naturas cum laſcivia, ut per Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Mimi*, eleganter, ut ſolet, D. Laurentius Ramirez de Prado, vir in omni ſcientiarum genere apprimè verſatus, *ad Martial. lib.* 2. *epig.* 41.

*Quæ ludibrio corporis ſui quæſtum faciunt.*) Quæ 4
autem ſint publicæ meretrices, vide Matheſil. *de ſucceſſion. ab inteſt. memb.* 2. *art.* 1. *num.* 3. Joan. Bapt. *in l. ſi qua illuſtris, num* 70. *C. ad Orfician.* Covar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 8. 11. *n.* 5. *verſ. meretrix autem*, Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu* 123. *n.* 6. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 135. *n.* 8. ubi reſolvit quod meretrix illa dicitur, quæ paſſim, & palam omnibus patet, & cujus turpitudo eſt publicè venalis, ſive in lupanari, ſive in alio loco, ſive cum quæſtu, vel ſine quæſtu, pudori ſuo non parcens palàm ſe proſtituat, de quo latè Bened. Ægid. *in tract. de jure & privileg. honeſtat. art.* 9. *de meretrice à princip.*

*Habitum earum virginum*, &c.) Notatur ad hoc, 5
quod poſſunt cogi meretrices portare habitum aliquem diſtinctum, aut aliud ſignum, ut per Bald. *in præſenti*, Bermon. *de publicis concubin rub. de ſtupro, n.* 32. Petr. Gregor. *ſyntag. juris lib.* 10. *cap.* 2. *n.* 38. Menoch. *de arbitr. caſu* 535. *n.* 18. Sed meritò ab horum opinione diſſentit Bened. Ægid. *d. art.* 9. *de meretrice, num.* 15.

tenens

tenent de jure non probari, ut cogi poſſint meritrices certum aliquod ſignum portare, quo ab honeſtis mulieribus diſcernantur; additque hanc legem, ex qua Bald. & cæteri poſt illum citati contrarium annotarunt, illud probare; planè enim loqui ait in mimis, & meretricibus portantibus habitum virginum Deo dedicatarum, quo illis uti prohibetur ibi; non tamen jubetur, ut certum aliquem ferant habitum, quo ab aliis honeſtis mulieribus diſcernantur, quinimò prohibito illo; qui peculiaris eſt virginum, quæ Deo dedicatæ ſunt, alii omnes permiſſi cenſentur, juxta reg. *l. cum Prætor, in princ. ff. de judic.*

6 Notatur etiam ad hoc, quod prohibitum eſt mulierem viri veſte, aut virum fœminea deambulare, ut per *l. Hiſpan. 36. tit. 7. part. 2.* Tiraquell *in leg. 3. connub. gloſ. 1. part. 3. n. 58.* Bobadill. *in ſua politica, lib. 1. cap. 13. n. 24.*

Unde colligit Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 77.*
7 *art. 7.* quod mimi & hiſtriones veſte religioſa utentes ad vituperioſa, peccant mortaliter.

---

SUMMARIUM.

1 *Archigerontes Diœcetaſque ergaſiotanorum nonniſi Chriſtianos dirigi præcipitur.*
2 *Archigerontes, & diœcetæ, qui, & num. 3.*
4 *Judex poſt ſententiam diffinitivam latam contra rem, debet ei mittere Sacerdotem, vel Religioſum, ut confiteatur peccata ſua, & dare ſibi aliquod tempus ut poſſit providere ea, quæ ad conſcientiam & animam ſuam faciunt.*

L. Archigerontes. VI.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Gennadio P.P. Auguſtali.*

1 ARchigerontes, Diœcetaſque ergaſiotanorum non niſi Chriſtianos dirigi præcipitur in hoc text. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc titulo.*

2 Qui fuerint, non benè conſtat inter ſcribentes; quidam enim, ex quorum numero eſt Accurſius, Archipresbyteros, aut Epiſcopos, vel minores Sacerdotes interpretantur, qui damnatorum in metalla confitentium peccata audiebant: quod quàtu erroneum ſit, nemo eſt qui non intelligat; neque enim auditum eſt, Archigerontes, Præſules, aut Sacerdotes appellari. Alii de iis, qui menſam Principis, aut alia alia negotia procurant, inteligi opinantur; ſed nullibi (quod ſciam) hi Archigerontes vocantur, qui Latinè ſenum principes interpretantur. Vide Alciat. *lib. 3. diſpunct. cap. 18.* Cujac. *lib. 23. obſervat. 3.* Calvin. *in Lex. jurid. verbo Archigerontes* ubi ait leviſſima mutatione adhibita locum ſic corrigendum, *Archigerontes, & diœcetæ ergaſticorum non niſi Chriſtiani*, &c.

6 Verùm Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 173.* tenet veriſimilius intelligi ſenes, qui Gynæciis præerant, ubi veſtes Principis, & lintea texebant de quibus *in tit. de murilegulis, gynæciariis, lib. 11.* His enim obſervandam mulierum pudicitiam præficiebantur ſenes, Archigerontes vocati, & diœcetæ, id eſt, adminiſtratores, ſcilicet purpuræ, lanæ, lini, & hujuſmodi rerum, quas in cubiculis fœminæ operabantur, quarum erant præfecti illi, qui Archigerontes nominabantur, quos lex iſta præcipit ut Chriſtiani eſſent, & idem de diœcetis, qui eas res tractabant.

4 Allegari ſolet hic text. ad hoc quod judex poſt ſententiam diffinitivam latam contra reum, debet ei mittere Sacerdotem, vel Religioſum, ut confiteatur peccata ſua, & dare ſibi aliquod tempus, vel ſpatium ut poſſit providere ea, quæ ad conſcientiam, & animam ſuam faciunt, ut per Bald. Paul. de Caſtro, & communiter Doctores *in præſenti.* Ant. Gom. *tom. 3. var. cap. ult. n. 6.* Clar. *in § fin. q. 97. n. 4.*

---

SUMMARIUM.

1 *Damnatos ad ſupplicium nemo eripiet è manibus & vinculis executorum, ſub pœna 20. auri marcarum.*
2 *Monachi captivos liberantes, ſi per ordinarios Epiſcopos non puniuntur, Epiſcopi de culpa tenentur.*
3 *Monachi pro condemnatis ad mortem ſi tempora ſuffragantur, appellationem interponere poſſunt.*
4 *Addicti, de ultimo ſupplicio damnatis.*
5 *Clericos in his, quæ concernunt utilitatem publicam, comprehendi.*
6 *Synoditæ qui ſint.*
7 *Iudici, aut ejus executoribus reſiſtere minimè licitum. Limita quando judex procederet jus ordine non ſervato, n. 8. aut quando judex voluiſſet exequi ſententiam nullam, n. 9. aut quando officiales, & executores excederent modum ſuæ executionis, num. 10. vel quando judex de facto vellet ſuam exequi ſententiam, n. 11.*
13 *Captum eripiens è manibus familiæ, qui jam confeſſus, convictus, aut condemnatus eſt, vel ducitur ad ſupplicium, puniri debet, & tenetur crimine læſæ majeſtatis, niſi eximat de manibus familiæ eum, qui injuſtè, & indebitè captus eſt, & multò magis ſi injuſtè damnatus ducitur ad ſupplicium: tunc enim eximens nulla pœna tenetur.*
13 *Primates qui ſint.*
14 *Appellatio interponenda pro reo condamnato poteſt fieri per Procuratorem. Imò pro criminaliter condamnato in cauſa criminali non ſolùm admittitur Procurator, ſed etiam unuſquiſque extraneus, n. 15. Amplia etiam, ut non ſolum laicus, ſed etiam Clericus poſſit pro condemnato capitaliter appellare, n. 16.*

L. Addictos. VII.

*Iidem* AA. *Rufino P.P.*

DAmnatos ad ſupplicium nemo eripiet è manibus 1
& vinculis executorum ſub pœna triginta auri 2
marcarum, *in princip.* Monachi captivos liberantes ſi per ordinarios Epiſcopos non puniuntur, Epiſcopi de culpa tenentur, *in verſ. Ad Epiſcoporum.* Monachi 3
pro condemnatis ad mortem, ſi tempora ſuffragantur, appellationem interponere poſſunt, *in verſ. quibus* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Vide ad hoc Ægid. Buſſium *tit. de captura num. 15.*

*Addictos.*) Dicuntur ultimo ſupplicio damnati, ſe- 4
cundùm Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Addicti*, Cott. *in memorab. verbo Addictio.* Et particula illa *ad dictos*, intelligitur de addictione, quæ fit per ſententiam condemnantem, non verò per executionem facti, non obſtantibus nonnullis verbis hujus l. quæ facti executionem denotare videntur, ibi. *ſed & reos ad locum pœnæ*, &c. quia reſponderi oportet, verba ultima hujus l. ibi, *ſi tempora ſuffragantur*, eſſe referenda ad principium legis, in quo agitur de condemnatione per ſententiam, non verò referenda eſſe ad ampliationem, quia conſtat ex principiis juris, tempora non ſuffragari, ut appelatio interponi poſſit poſtquam ſententia in rem judicatam tranſivit, qualis eſt illa per quam fit executio actualis, & reus deducitur ad locum pœnæ.

*Nulli Clericorum*, &c.) Allegat Perez *tit. 2. in princ.* 5

*cap. lib. 8. Ordinam. pag. 33.* ad hoc quod in his, quæ concernunt utilitatem publicam, comprehenduntur Clererici.

6 *Etiam quos ſynoditas vocant.)* Synoditas exiſtimat Accurſ. eſſe Prælatos qui Synodo, & Congregationi præſunt, ſed vocabulum hujuſmodi in hoc ſenſu nullibi reperiri exiſtimat Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap.* 174. ubi cenſet ſynoditas eſſe Clericos ſimul canentes.

7 *Per vim atque uſurpationem vindicare.)* Notatur ad hoc, quod judici, aut ejus executoribus reſiſtere minimè, licèt, ut per Soc. *reg.* 442. Bernard. *reg.* 382. *in*
8 *princip.* Duen. *reg.* 193. *in* 4. *limit.* Plaza *in epitom. delict. c. c.* 28. *poſt n.* 9. Gratian. *reg.* 406. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 32. *n.* 86. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 88. limi-
9 tat quando judex ipſe, vel ejus officiales & executo-
10 res injuſtè agunt, vel exequuntur, vel ageretur de damno irreparabili, & *n.* 97. limitat etiam quando judex procederet juris ordine non ſervato, & *n.* 100. pa-
11 riter limitat quando judex voluiſſet exequi ſententiam nullam, & *n.* 101. idem dicit quando officiales & executores excederent modum ſuæ executionis, *n.* 108. hoc ipſum affirmat, ſi interpoſita & pendente appellatione (in caſu tamen in quo de jure illa recipi debebat) judex de facto vellet ſuam exequi ſententiam, quia tunc pariter & de facto poſſet ei reſiſti tanquam ſine juriſdictione, & inique agenti.

Allegari etiam ſolet ad hoc, quod eripiens captum è manibus familiæ, qui jam confeſſus, convictus, aut condamnatus eſt, vel ducitur ad ſupplicium, puniri debet, & tenetur crimine læſæ majeſtatis, de quo vide Duen. 281. Marant. *diſp. 1. num.* 11. Clar. *in pract. §. fin. q.* 68. *verſ. eximens de manibus juſtitiæ condem-*
12 *natum.* Decian *in tract. crimin. tom. 2. lib 7. c. 11. n. 27. &* 32. Farin. *in praxi crimin. q.* 32. *n.* 2. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 66. limitat non procedere in eximente de manibus familliæ eum, qui injuſtè, & indebitè captus eſt, & multò magis ſi injuſtè damnatus ducitur ad ſupplicium; tunc enim eximens nulla pœna tenetur, quia talis ereptio licita eſt.

13 *Et primates.* (De primatibus officiorum loquitur hæc lex, & dicuntur hi, qui tenent primum locum ut per Tiraq. *de nobilit. c.* 37. *n.* 36.

14 *Quibus in cauſa criminali* &c.) Notatur ad hoc, quod appellatio interponenda pro reo condemnato poteſt fieri per Procuratorem, ut per Anton Gom. *tom. 3. var. cap.* 1. *n.* 15. Mench. *illuſtr. controverſ. c.* 41. *n.* 9.

15 Immò pro criminaliter condemnato in cauſa capitali non ſolùm admittitur Procurator, ſed etiam unuſquiſque extraneus, & non conjunctus ſine mandato ad appellandum, & etiam eo invito, ut citato hoc textu reſolvunt Bernard. *in pract. cap.* 144. *n.* 4. ubi Salzed. *lit. B*, Ant. Gom. *d. tom. 3. cap.* 13. *num.* 31. *verſ. item etiam. el* 1. Clar. *§. fin. quæſt.* 94. *poſt num. verſ. regulariter autem* ubi Bajard. Dec. *in tract. crimin. lib. 2. c. 6. n.* 17. Mench. *uſufrequent. cap.* 39. *ex n.* 1. Ruginel. *de appell. §. 2. c. 1. num.* 53. *cum ſeqq.* Sigiſm. Scacc. *de*
16 *appellat. quæſt. 5. num.* 43. *cum multis ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. q.* 101. *n.* 23. *cum ſeqq.* ubi etiam præcipuè duo ultimo loco citati ampliant, ut non ſolùm quiſquis laicus, ſed etiam Clericus poſſit pro condemnato capitaliter appellare, qui quidem non ſolùm ad appellandum ſine mandato, & invito condemnato admittuntur, ſed etiam ad proſequendam appellationem.

SUMMARUM.

1 *Prorogantes juriſdictionem Epiſcopi tenentur ejus judicio ſtare. Item in Epiſcopum non ſubditi, ut arbitrum compromittere poſſunt, & tales compromittentes ſi ſunt præſentes, ſtare laudo tenentur, num. 2.*

3 *Secularis poteſt prorogare judicis ſecularis juriſdictionem. At aliter obſervatur in Regno Portugaliæ & Regno Franciæ, n.* 4.

5 *Prorogationi non datur locus in criminalibus.*

## L. Si quis ex conſenſu. VIII.

*Idem* AA. *Eutychiano P.P.*

PRrorogantes juriſdictionem Epiſcopi tenentur ejus 1
judicio ſtare. Item in Epiſcopum non ſubditi, ut in arbitrum compromittere poſſunt, & tales compromittentes ſi ſunt præſentes, ſtare laudo tenentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Vide ad hoc Bened. Capra *in regulis, in tract. de prorogationibus poſt concl.* 153.

*Non vetabuntur.)* Notatur ad hoc, quod ſecularis 2
poteſt prorogare judicis ſecularis juriſdictionem, ut per *l. Hiſpan.* 49. *tit. 6. part. 1. ubi gloſſ. 5.* Boër *dec.* 69. *n.* 4. *&* 5. Azeved. *l. 11. n. 16. tit. 1. lib. 4. novæ Recop.* Octavian. *deciſ.* 78. *n.* 2. Ant. Natta *conſ.* 413. *n.* 4. *lib.* 2. D. Barboſ. *in l. 1. art. 3. n.* 133. *ff. de judic.* Card. Cæſ. Baron. *tom. 5. annal. Eccleſ. anno Chriſti* 398. *pag.* 46. plures per me citati *in collectan. ad cap. ſignificaſti, de foro comp. n.* 5.

Verùm licèt hæc attento jure veriſſima ſint, nihi- 3
lominus tamen in Regno Portugaliæ per *Ordinat. Regiam. lib 2. tit. 1. §.* 14. & apud Hiſpanos per *l. 11. tit. 1. lib. 4. Ordin.* prohibitum eſt pœnis adjectis ne laici prorogent juriſdictionem judicis Eccleſiaſtici, quod etiam ex conſuetudine generali, obſervari in Regno Franciæ aſſerunt Aufrer. *de poteſt. Eccleſiæ ſuper laicos, q.* 31. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem, dec. 2. n.* 53. Et idem etiam obſervari in Regno Navarræ teſtatur Nav. *conſ.* 31. *n.* 4. *de ſent. excom.*

De harum legum, & conſuetudinis validitate vide 4
ultra ſuprà citatos Segur. *ad l. 1. §. ſi vir. uxori, n.* 138. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Fortun. *de ultimo ſine, illat.* 20. Pinel. *ad l. 1. C. de reſc. vend. p. 3. cap. 1. num.* 11. Ant. Gom. *var. tom. 2. cap.* 14. *num.* 22. Perez *ad l. 6. tit. 1. lib. 3. Ordinam.* Cov. *in cap. quamvis pactum. p. 1. §. 3. nu.* 22. *de pactis lib. 6.* Gutier. *in auth. ſacramenta puber. C. de in interg. reſtit. min. num.* 151. Joſeph. Seſſe *in tractat. de inhibit. cap. 9. §. 3.* Padill. *in ſum. leg. pœnal. cap. 9. §. 3.* Marta *de juriſd. p. 4. cent. 1. caſu* 92. D. Barb. *d. art. 3. n.* 139.

*In civili dumtaxat negotio.)* Ergo videtur probari, in 5
criminalibus locum non eſſe prorogationi, de quo vide Morlam. *in emporio juris, p. 1. tit. 2. q. 21. n.* 15. D. Barboſ. *in l. 1. art. 4. n. 4. ff. de judic.* at *n.* 6. contrarium reſpondet, *& num.* 11. ait ideo præſupponi in hoc text. de cauſa criminali etiam virtute prorogationis Epiſcopum cognoſcere non poſſe, quia cùm in ſubditos non poſſet cognoſcere de criminibus, *cap. in Archiepiſcopatu, de raptorib.* neque in prorogantes ea uti poteſt cognitione, quia regula eſt judicem prorogatum non alia juriſdictione uti in prorogantes, quàm poſſet exercere in ſubditos.

SUMMARIUM.

1 *Appellare non licet ab Epiſcopi per prorogationem electi judicio, & ſententia, & n.* 2. *Contrarium vide num.* 3.

4 *Proponitur D. Barboſæ ſententia.*

5 *Judex prorogatus non poteſt ſuam ſententiam exequi ſed executio debet fieri per ordinarium competentem.*

6 *Appellare etiam non licet à præfecti prætorio ſententia.*

## L. Episcopale. IX.

*Impp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Theodoro P. P.*

1 AB Episcopi per prorogationem electi judicio, & sententia illicita est appellatio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hinc eandem conclus. declarant Grammat. *decis. 9.* latè & eleganter D. Barbos. *in l. 1. art. 5. n. 15. cum multis seqq. ff. de judic.* D. Matta *de jurisdict. p. 1 c. 50. n. 19. & p. 2. c. 29. n. 14.* ubi ex Guid. Pap. *sing. 77.* asserit hunc text. loqui de Episcopo judicante ut arbitrio, & sic per jurisdictionem prorogatam, non autem ordinariam, Nicel. *in tract. de concordia, gloss. concor. 6. fallent. 21. n. 62. fol. 193.* Ruginel. *in tract. de appellat. §. 2. cap. 1. n. 31. vers. non appellatur*, Sigism. Scacc. *in simili tract. q. 16. limit. 18.*

3 Verùm obstat text. *in auth. si quis litigantium*, quæ immediatè sequitur, ubi habetur, quod veri subditi à sententia Episcopi appellare possunt: ergo idem dicendum in prorogantibus ejus jurisdictionem, semper enim partes prorogantes videntur respexisse ad qualitatem judicis, cujus prorogarunt jurisdictionem, ut ex hoc text. Colligunt Bart. & Paul. *n. 2. hic* Roman. *sing. 11.* Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 23. à num. 7.* ita ut si ab eo, cujus jurisdictio prorogata est, non possit appellari, ita nec ab hac sententia lata in causa prorogata, ut per Anton. de Matthæis *in tract. prorogationis fori, cap. 67. post princ.* Anton. Gam. *Lusit. decis. 222. num. 21. in princip.* Quapropter Doctores varias excogitarunt solutiones. Quoniam enim existimarunt speciale esse in laicis prorogantibus jurisdictionem Episcopi Ecclesiastici, ut ab ejus sententia appellare non possint, quantumcumque veri subditi ab ejus sententia appellare valerent, ut tenent Alberic. *n. 10.* Paul. Castrens. *num. 5.* & Jacobin. *num. 12. in l. 1. ff. de jud.* & alii citati per Marant. *de ordine judic. part. 2. ultimæ partis, num. 245.* Sed hæc communis responsio admitti non debet, quia non assignatur congrua hujus specialitatis ratio, & specialia non sunt facilè admittenda.

4 Quare doctissimus D. Barbos. *in d. l. 1. art. ult. n. 21.* reprobata aliorum sententia aliter atque aliter sentientium, tandem ait quod tempore, quo fuit condita hæc lex, veri subditi non poterant appellare ab Episcopi sententia, quod clarè ex eo apperet, quia jure Authenticorum *in d. authent. si quis litigantium*, quæ immediatè sequitur, novè inductum fuit, ut veri subditi à sententia Episcopi appellare possent, & ideo nihil mirum si hæc lex probet etiam prorogantes non posse appellare ab Episcopi sententia; cæterùm cùm id hodie mutatum sit quoad veros subditos, per *d. auth. si quis litigantium*, pariter & debet videri mutatum quoad prorogantes Episcopi jurisdictionem, & hanc dicit responsionem veram idem D. Barbosa *ibidem, num. 22.* quia correcta ratione legis, & ipsa lex censetur correcta: & *num. 23. & 24.* hinc refert, quod prout etiam stante dispositione hujus legis, Clerici prorogantes jurisdictionem Episcopi poterant nihilominus ab ejus sententia appellare, quia dispositio secularis, de qua in præsenti, non poterat Clericos ligare ita à fortiori idem poterant olim facere laici prorogantes jurisdictionem Episcopi, quia hodie hæc lex generaliter correcta est.

5 *Per judicium quoque officia*, &c.) Notatur ad hoc, quod judex prorogatus non potest suam sententiam exequi, sed executio debet fieri per ordinarium competentem, ut per Curt. jun. *in leg. cum quædam puella 19. in 5. notab. num. 17. de jurisd. omn. judic.* Palat. *in repet. cap. per vestras, notab. 2. §. 1. n. 8. & 9. pag. 326.* Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 12. n. 19.* Cov. *pract. cap. 10. n. 1.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 66. n. 4.* ubi *n. 5.* subdit quod jurisdictio prorogata detrahit jurisdictioni ordinariæ, ac proinde tanquam odiosa debet strictè interpretari. Ex hoc textu colligit Boër. *dec. 363. n. 3.* Episcopos licèt diœcesim habeant, non posse sententias suas exequi, sed judices seculares, de quo quàm falsum, & à veritate alienum sit, probavi *de officio, & potest. Episcopi part. 1. alleg. 107. num. 4. & in tract. de jure Eccles. univers. lib. 1. cap. 39. §. 4. ex num. 49.*

6 In gloss. *Vestris*, ibi, *Præfectis prætoriis loquitur, à quorum sententiis non appellatur.* Notatur ad hoc, quod à Præfecti prætorio sententia non appellatur, ut per Cantiunc. *in tract. de officio judic. lib. 2. cap. 4. sub num. 5. tom. 3. tract. Doctor. part. 1. fol. 81.* Petr. Gregor. *de appellat. lib. 3. cap. 12. num. 1.* Ruginel. *in simili tract. §. 2. cap. 2. num. 35. vers. a sententia præfecti prætorio*, Farin. *in praxi crimin. q. 101. limit. 14. n. 72.* Sigism. Scac. *in tract. de appellat. quæst. 16. limit. 9. num. 1.* ubi *num. 2.* declarat quod sententia Præfecti prætorio habet executionem media cautione, & *n. 3.* asserit quod hodie Imperator non habet in Curia Præfectum prætorio.

---

### SUMMARIUM.

1 *Appellari potest ab Episcopo cognoscente ex prorogatione, si feratur sententia confirmatoria.*

2 *Appellare licet, ab Episcopo ut delegato ad delegantem.*

3 *Sententia prima si fuit expressè confirmata per judicem appellationis, executio spectat ad ipsum judicem appellationis.*

4 *Appellatur ab Episcopo delegato à domino temporali, ad ipsum dominum delegantem.*

## AUTH. Si quis litigantium.

AB Episcopo cognoscente ex prorogatione potest appellari, semel tantùm si feratur sententia confirmatoria. 1 2

Ab Episcopo ut delegato ad delegantem licita est appellatio. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. supra n. 1. hoc tit.* Vide dicta in l. præcedenti, quæ videbatur contrariari huic textui; nam ibi de earum egi concordia.

*Et executioni propriæ tradat*, &c.) Notatur ad hoc quod si prima sententia fuit expressè confirmata per judicem appellationis, executio spectat ad ipsum judicem appellationis, ut per Bernard. & ibi Salzed. *reg. 676.* Marant. *de ordine judic. part. 6. in 3. actu princ. num. 6.* Vincent. de Franc. *dec. 335.* Flamin. Carthar. *dec. 10.* Mynsing. *cent. 4. observ. 94.* Muscatel. *in praxi lib. 2. q. 3. gloss. reformando, n. 10.* latè Gutier. *practic. lib. 1. q. 97. per tot.* Roland. *cons. 37. n. 1. lib. 1.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 8. n. 1. prope fin.* Gevall. *commun. contra commun. q. 617. per tot.* ubi *num. 9.* attestatur esse communem practicam, quod quotiescumque confirmatur sententia, emittatur ejus executio ad judicem ordinarium, qui illam protulit: at verò si sententia revocetur, judex appellationis exequetur suam sententiam, sive ex eisdem actis processus, sive ex novis probationibus revocatur. Farin. *in praxi crimin. q. 34. n. 113. cum seq.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 978. n. 22.* 3

*Si tamen ex Imperiali jussione*, &c.) Notatur ad hoc quod ab Episcopo delegato à domino temporali appellatur ad ipsum dominum delegantem, ut per Franch. *in rub. de appellat. n. 37. vers. tertiò quæritur, & n. 39. vers. tertiò infertur, & in cap. Romana 3. §. debet sub num. 2. eod. tit. in 6.* Greg. Tholos. *de appellat. lib. 4. c. 5. num. 3. vers. potest.* Sigism. Scacc. *in simili tract. q. 8. num. 93.* 4

SUMMARIUM.

1 *Carcerati ſi culpa judicis Dominicis diebus non interrogati patiantur inediam, & ſqualorem per commentarienſis ſævitiam, judices ad 20. libras auri tenentur cum diſcrimine officiorum.*
2 *Cuſtodes carcerum non debent malè tractare incarceratos.*
3 *Libella quid ſit.*
4 *Commentarienſes qui.*
5 *Libra auri, remiſſivè.*

## L. Judices Dominicis. X.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Cæciliano P. P.*

1 CArcerati ſi culpa judicis Dominicis diebus non interrogati patiantur inediam, & ſqualorem per commentarienſis ſævitiam, judices ad 20. libras auri tenentur cum diſcrimine officiorum. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſuprà hoc tit.*

2 Allegari vulgò ſolet hic tex. ad hoc, quod cuſtodes carcerum non debent malè & inhumaniter tractare incarceratos, nec permittere quod aliqua moleſtia, vel injuria eis irrogetur, & ne alimenta reliqua neceſſaria illis deficiant. Ita *l. Hiſpan. 11. titul. 29. p. 7. & l. 2. & 6. tit. 24. lib. 4. novæ Recop.* Additio *ad Capell. deciſ. 100.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. c. 3. §. 2. n. 17. pag. 135.* Valaſc. *conſ. ult. 1. n. 8.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verb. cuſtos, n. 10.* Tallada *de carcere cap. 7.* eleganter Bobadil. *in ſua politica lib. 3. c. 15. n. 120. cum ſeqq.* Cardin. Cæſ. Baron. *tom. 5. annal. Eccleſ. anno Chriſti 409. pag. 210.*

3 *Libellis duadus.*) Libella eſt dimidia chœnicis pars, & jubet hæc lex duas libellas, ideſt, chœnicem victualis ſubſtantiæ cuſtodi præſtari: ita Alciat. *lib. 1. pareng. c. 17.* Forcatul. *in pen. juris, cap. 23.* Calvin. *in Lex. jurid. verbo libella.* Rebuff. *in comment. 166. ff. de verb. ſign. pag. 510. verſ. non tamen*, Valaſc. *de jure emphyt. q. 35. n. 11.*

4 *Commentarienſes.* Vocabantur hi, ad quos receptatum perſonarum cuſtodia, obſervatióque pertinebat, quia comitari debent illum, quem cuſtodiunt, vel meliùs quod in commentarios nomina eorum, qui carcere continentur, referunt. Ita Calvin. *in ſuo Lex. jurid. verbo Commentarienſes.*

5 *Mulcta judicibus viginti librarum auri.*) de his libris auri vide poſita *ad l. 2. prope fin. ſub hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Libri improbatæ fidei volente Epiſcopo ſunt comburendi, & perſeverantes in errore deportandi.*
2 *Mathematicorum ratio, remiſſivè.*
3 *Aſtrologiæ judiciariæ, & diſciplinarum divinatoriarum ſtudium, perniciosiſſimum in Eccleſia Dei.*
4 *Aſtrologorum judiciariorum pœna quæ.*
5 *Libri de ſuperſtitioſis artibus concremandi ſunt.*

## L. Mathematicos. XI.

*Iidem* AA. *Cæciliano P. P.*

1 LIbri improbatæ fidei volente Epiſcopo ſunt comburendi & perſeverantes in errore deportandi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 De Mathematicis, & aliis, qui vanam & falſam ſyderum & aſtrorum ſcientiam profeſſi ex motu ſyderum & aſtrorum prædicebant futura fortuita, aut præſentia & præterita penitus hominibus occulta, vide Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 9. c. 13. quæſt. 1.* Martin. Delr. *magic. diſquiſ. lib. 4. cap. 4. quæſt. 1. pag. 295.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 3. cap. 14. n. 5.* ubi quod Mathematici fuerunt urbe pulſi. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 17. n. 172.*

Aſtrologiæ judiciariæ & diſciplinarum divinatoriarum ſtudium perniciosiſſimum in Eccleſia Dei, illud profitentes, præterquam circa artem medicam, navigationem, & agriculturam, aliqua de futuris contingentibus vaticinari præſumentes, ab Ordinariis puniuntur, & hujuſmodi Aſtrologiæ judiciariæ libros ſicut & geomantiæ, chiromantiæ, piromantiæ, onomantiæ, gilantiæ, & negromantiæ ſecum retinentes, ac legentes ab Inquiſitoribus puniri poſſunt. Sixtus V. *conſt. 17. incip. Cœli & terræ, Nonis Januarii 1585.* 3

Aſtrologi judiciarii, qui de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſt. ſeu vita Romani Pont. aut ejus conſanguineorum judicia faciunt, ſeu facta in poſterum penes ſe retinent, vel alicui oſtendunt, aut verbis tractant, incurrunt pœnas nedum excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ſed etiam ut læſæ majeſtatis rei ultimi ſupplicii, ac confiſcationis omnium bonorum ſuorum, & privationis beneficiorum ac officiorum, ſi Clerici fuerint, &c. Urbanus VIII. *conſt. 4.* aliàs 113. *incip. Inſcrutabilis, Kal. Aprilis 1631.* 4

*Incendio concrematis.*) Notatur ad hoc, quod libri de ſuperſtitioſis artibus ſunt concremandi, ut per Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 2. de ſuperſtit. cap. 15. n. 16.* 5

SUMMARIUM.

1 *Epiſcopi ab injuriis defendere debent redeuntes ex captivitate.*
2 *Abſentes captivitatis causâ juvandi, & reſtituendi, remiſſivè.*

## L. Chriſtianos. XII.

*Iidem* AA. *Theodoro P. P.*

1 EPiſcopi injuriis defendere debent redeuntes ex captivitate. Colliguht ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 De abſentibus captivitatis cauſa juvandis, & reſtituendis, vide Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſtitut. p. 1. q. 8. art. 6. ex n. 44.*

SUMMARIUM.

1 *Pater leno ob proſtitutionem filiæ Patriam Poteſtatem amittit ad filiæ imploratione.*
2 *Lenocinium, & ejus pœnæ, remiſſivè.*
3 *Pater, vel dominus qui proſtituit filias, vel ancillas, aut illis neceſſitatem peccandi impoſuit, earum poteſtate privatur.*

## L. ſi lenones. XIII.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA.

1 PAter leno ob proſtitutionem filiæ patriam poteſtatem amittit ad filiæ imploratione. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad leg. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

2 *Lenones.*) De Lenocinio, & ejus pœnis, vide *l. Hiſpan. 7. tit. 17. part. 7. & l. 2. tit. 22. eadem parte 7. l. 2. verſ. mandam. tit. 4. lib. 8. Ordin.* Ordinat. Reg. Luſitan. *lib. 5. tit. 32.* Anton. Gom. *in l. 1. Tauri, num. 74.*

cum

*cum seqq.* Jodoch. *in praxi crimin. cap.* 91. Ludov. Peguer. *decis. crimin.* 15. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 69. *n.* 14. Bonacos. & Soar. *commun. opin. verbo Lenones*, Petr. Greg. *syntag. juris*, *lib.* 36. *cap.* 11. Menoch. *de arbitr. casu* 134. 224. & 534. Petr. Caball. *resol. crimin. casu* 171. Farin. *in praxi crimin. q.* 144. *per tot.* Perez *d. l.* 2. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordinam gloss.* 4 *per. totam*, Azeved. *l.* 4. *n.* 5. *tit.* 11. *lib.* 8. *novæ recop.* Padil. *in sum. legum pœn. part.* 1. *cap.* 10. D. Barbos. *in l.* 2. *part.* 1. *n.* 101. *cum multis seqq. & in l. viro à n.* 11. *ff. soluto matrim.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom.* 1. *allegat.* 12. *num.* 98. *cum multis seqq.* Benedict. Ægid. *in tract. de jure & privil. honest. art.* 6. *n.* 22.

3 Vulgò allegatur hic textus ad hoc; quod pater vel dominus qui prostituit filias, vel ancillas, aut illis necessitatem peccandi imposuit, earum potestate privetur, ut per Perez *dicta gloss.* 4. *propè fin. vers. item etiam, pag.* 277. *in princ.* Gregor. Lopez *per text.* ibi *in l.* 4. *tit.* 22. *part.* 4. Ludov. Peguer. *d. dec.* 15. *num.* 10. *vers. atque in patre, vel domino*, Petr. Greg. *dicto lib* 36. *cap.* 11. *num.* 5. Ferinac. *in praxi crimin. q.* 144. *num.* 16. Pichard. *in* §. *sed & major*, *num.* 4. & 8. *Instit. de his, qui sunt sui, vel alieni juris*, Connan. *comment. lib.* 2. *c.* 22. *num.* 3. ubi quid si non imponant peccandi necessitatem, sed exemplo suo invitent ad turpitudinem? Molina *de Justit. tract.* 2. *disput.* 39. *vers. tertius*, & *disp.* 229. *num.* 14. Cardos. *in praxi Iudicum*, *verbo Lenocinium*, *num.* 6. Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure*, *ff. de justit. & jure*, *part.* 1. *in initio*, *num.* 25. ubi ampliat etsi pater, vel dominus non publicè, nec passim, sed uni tantùm prostituat, Thom. Valasc *d. alleg.* 13. *à num.* 116. ubi ait esse casum specialem in quo filia emancipatur, & ancilla à dominica potestate liberatur, novissimè Hermosilla *in addit. ad Gregor. Lop. in gloss.* 6. *n.* 1. *l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *fol.* 17. *verso* Surdus *de aliment. tit.* 8. *privil.* 65. *n.* 44. ubi *n.* 48. subdit quod, qui patria privatur potestate, eo quod filiam induxerit ad peccandum, non eam recuperat, licèt redeat ad honestam vitam.

## L. Decernimus. XIV.

*Imp.* Martian. A. *Constantino P.P.*

IN urbe Constantinopolitana judex Clericorum erat Archiepiscopus, vel Præfectus ab authore elect. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

## L. Nemo. XV.

*Impp.* Leo, & Anthemius AA. *Nicostrato P.P.*

ADvocatus, qui non est verus Christianus, ad publicum exercitium acdvocandi non est admittendus. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.* Vide Cordos. Cæs. Baron. *tom.* 6. *annal. Eccles. an Christi* 468. *pag.* 215.

### SUMMARIUM.

1 *Nuptiarum legitimarum impedimentum stans à principio imputatur scienti, & non ignoranti.*
2 *Uxor scire præsumitur quicquid scit vir.*
3 *Ignorantia præsumitur, nisi scientia probetur. Intellige ut ibi.*
4 *Ignorantia non præsumitur, sed scientia illius facti; quod denuntiatum fuit domi ejus, qui ignorantiam allegat.*

## L. Si legibus. XVI.

*Idem* AA. *Erythrio. P.P.*

IMpedimentum nuptiarum legitimarum stans á principio imputatur scienti, & non ignoranti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.* 1

*Si quidem probatum fuerit ante datas*, &c.) Notatur ad hoc, quod uxor scire præsumitur quicquid scit vir, ut per Tiraquell. *l.* 12. *connub. in princ. n.* 1. Joan. Bap. Costa *in tract. de facti scientia & ignorant. inspect.* 73. ubi ex Bursat. *cons.* 147. *n.* 72. *lib.* 2. declarat non procedere in uxore absente, vel infirma, Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *verbo Ignorantia*, *n.* 185. 2

In gloss. *Probatum fuerit*, ibi; *nam præsumitur ignorantia, nisi probetur scientia.* Intellige regulariter in dubio quando ignorantia est facti alieni, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *n.* 51. *cum seqq.* Socin. *reg.* 176. *in princ.* Mascard. *de probat. concl.* 879. *n.* 1. & 2. & *conclus.* 880. *n.* 3. & plures, quos refert & sequitur Farinac. *dicto verbo, Ignorantia*, *n.* 91. ubi *numeris seqq.* multipliciter declarat. 3

In eadem gloss. ibi, *item ei quod dicit*, &c.) Notatur ad hoc, quod ignorantia non præsumitur, sed scientia illius facti, quod denuntiatum fuit domi ejus, qui ignorantiam allegat, Socin. *reg.* 176. *in* 3. *fallent.* Tiraq. *de retract. lign.* §. 9. *gloss.* 2. *n.* 40. &. 41. ubi dicit per hanc gloss. quod ex citatione domi facta præsumitur domesticos & familiares id denuntiasse citato, Menoch. *d. præsumpt.* 23. *n.* 71. Seraph. *de privil. juram. privil.* 4. *n.* 34. ubi *n.* 139. *cum seqq.* resolvit quod ignorantia citationis domi factæ non præsumitur, Farin. *d. verbo Ignorantia*, *n.* 110. 4

## L. Jubemus. XVII.

*Imp.* Anastasius A. *Eustachio P.P.*

DEfensores civitatem Orthodoxæ fidei professores eligendi sunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. C. *hoc tit.* Vide Card. Cæs. Baron. *tom.* 6. *annal. Eccles. anno Christi* 505. *pag.* 435. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 28. *n.* 4. *in fine.*

### SUMMARIUM.

1 *Defensores civitatum per habitatores bonæ opinionis, consentiente & suffragante simul loci Episcopo, eligendi sunt ad officia.*
2 *Defensoris officium sub pœna quinque librarum auri nemo declinat.*
3 *Defensor civitatis in domo publica per actuarium acta ad suum officium pertinentia custodiat.*
4 *Defensores ex civitatum nobilioribus habitatoribus eligi debent.*
5 *Villani, & plebeii, non à villa, sed potius à vilitate dicuntur.*
6 *Nobiles qui in urbe morantur, in majori pretio habentur.*
7 *Nobiles præferendi sunt in assequendis magistratibus.*
8 *Defensores civitatum ex ditioribus, & nobilioribus civitatum eligebantur.*
9 *Defensores civitatum, sive correctores, non privata hospitia, sed publicam habitationem perquirere debent.*

## Auth. Præsides gentium.

DEfensores civitatũ per habitatores bonæ opinionis, consentiente, & suffragante simul loci Episcopo eligendi sunt ad officia, *in princ.* Defensoris officium 1

2 ficium ſub pœna quinque librarum auri nemo declinat, verùm ſoluta pœna illum invitus ſuſcipit, & poſt
3 acceptum officium teſtamenta ad ſe recipit, illáque cuſtodit, *in verſ. & nulli liceat.* Defenſor civitatis in domo publica per actuarium acta ad ſuum officinm pertinentia cuſtodiat, *in verſ. præterea habeas.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

4 De defenſoribus civitatum plura tradit Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 18. c. 18. per tot.* ubi *n. 3.* ex hoc text. colligit quod defenſores civitatum ex nobilioribus habitatoribus eligi debent, neque licitum eſt municipibus munus impoſitum repudiare, quacumque præemineant dignitate, ſecundùm videlicèt circulum idoneorum.

5 *Homines non viliſſimos, ſed nobiliores.*) Ergo homines villani, hoc eſt, plebeii, non à villa, ſed potiùs à vilitate, tanquam ſcilicet viles dicuntur, ut per Tiraq. *de nobilit. cap. 2. n. 62.*

6 *Sed nobiliores civitatum habitatores.*) Ergo in Majori pretio habentur nobiles qui in urbe morantur, ut per Tiraquell. *eod. tract. d. cap. 2. n. 55.*

7 Notatur etiam ad hoc, quod nobiles ſunt præferendi in aſſequendis magiſtratibus, ut per Tiraquell. *de tract. de nobilit. cap. 20. n. 1. & 2.*

8 Notatur etiam ad hoc, quod defenſores civitatum ex ditioribus, & nobilioribus civitatum eligebantur, ut per D. Barb. *in l. 2. §. fin. n. 75. ff. de judic.*

9 *Habeat publicam habitationem,* &c.) Notatur ad hoc, quod defenſores civitatum, ſive correctores privata hoſpitia, ſeu domus occupare non debent, ſed publicam habitationem perquirere & inhabitare tenentur, ut per Azeved. *l. 8. n. 4. tit. 6. lib. 3. novæ Recop.* & alios quos refert & ſequitur Bobadil. *in ſua politica, lib. 3. c. 1. num. 20.*

---

SUMMARIUM.

1 *Præſides civitatum damnatos de hæreſi per Eccleſiam exterminabunt.*

2 *Hæreticorum conſortia urbe ableganda, & hæreticos non caſtigantium Principum ditiones in prædam primo occupanti concedendæ.*

AUTH. STATUIMUS.

1 PRæſides civitatum damnatos de hæreſi per Eccleſiam exterminabunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 De hæreticorum conſortiis urbe ablegandis, & de hæretic. non caſtigantium Principum ditionibus in prædam primo occupanti concedendis, vide P. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 33. cap. 9. n. 1. & 2.*

3 *Et tunc irritas decernimus.*) Id eſt, ipſo jure, ut citato hoc textu probat Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur n. 47. C. de revocand. donat.* Farinac. *fragm. crim. part. 1. lit. L, verbo Lex, n. 96.* cum aliis per me citatis *in tract. de dictionib. uſufreq. dict. 118. n. 7.*

---

SUMMARIUM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ magiſtratui metu ejuſdem officii opponi non poteſt, tutò coram Epiſcopo objici poteſt.*

2 *Exceptio dotis non numeratæ, quæ ad interrumpendam præſcriptionem magiſtratui metu officji non poteſt objici, coram Epiſcopo loci tutò eidem objicitur.*

3 *Magiſtratus major licèt non poſſit in ea civitate, in qua eſt magiſtratus, conveniri, tamen citatio facta ad domicilium originis valet, & ſufficiens eſt ad interrumpendum curſum præſcriptionis.*

4 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennium opponendi, vel proponendi querelam licentia datur. Idem eſt de exceptione non numeratæ dotis, num. 5.*

L. Si præſens. XVIII.

*Imp.* JUSTINIAN. A. *Memnæ. P.P.*

EXceptio non numeratæ pecuniæ quæ magiſtratui 1
metu ejuſdem officii oponi non poteſt, tutò coram 2
Epiſcopo objici poteſt, *in princ.* Exceptio dotis non numeratæ, quæ ad interrumpendam præſcriptionem magiſtratui metu officji non poteſt objici, coram Epiſcopo loci tutò eidem objicitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*Alios judices adire,* &c.) Notatur ad hoc, quod licèt magiſtratus major non poſſit in ea civitate, in qua 3
eſt magiſtratus, conveniri, tamen citatio facta ad domicilium originis valet, & ſufficiens eſt ad interrumpendum curſum præſcriptionis, ut per Boër. *dec. 11.*

*Exceptionem hujuſmodi,* &c.) Notatur ad hoc, quod 4
datur licentia opponendi intra biennium exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel proponendi querelam, ut per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 18. tit. 2. n. 14.* ubi *n. 31.* id intelligit ut habeat locum niſi reus onus probandi ſuſcipiat, quod & firmarunt Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 145. n. 13.* Steph. Gratian. *Marchiæ dec. 164. n. 9. 10. & 11.* Anton. Fab. *in ſuo Cod. tit. de non num. pecun. defin. 1.* Ceval. *commun. contra commun. q. 38. & 39.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſol. lib. 3. tit. de ſolut. reſol. 20. n. 30. verſic. ſecunda eſt opinio,* Richard. *in princ. Inſtit. de liter. oblig. n. 12. & 15.* Rota Genuenſ. *dec. 26. à n. 1.*

*Quod etiam in exceptione non numeratæ dotis.*) In- 5
tellige ſive dotem promiſerit mulier, ſive alius quicumq; ut per D. Barb. *in l. 1. ff. ſoluto matr. p. 6. n. 49.*

---

SUMMARIUM.

1 *Infantes expoſitos tollentes, & educantes, propter alimenta non acquirunt jus dominicæ poteſtatis.*

2 *Infantis expoſiti educatio non tribuit jus ſuccedendi infanti, nec id ſucceſſoribus legitimis aufert.*

L. Memini licere. XIX.

*Idem* A. *Demoſtheni P. P.*

EXpoſitos infantes tollentes, & educantes, propter 1
alimenta non acquirunt jus dominicæ poteſtatis. Item educatio infantis expoſiti nutrienti infanti non tribuit ſuccedendi jus, nec hoc legitimis ſucceſſoribus aufert. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

De infantibus expoſitis multa dixi *ad tit. de infantib.* 2
*& languidis expoſ. in Decretal b. & ad tit. infrà de infantib. expoſitis.*

---

SUMMARIUM.

1 *Curator in teſtamento furioſi nominatus præ aliis confirmatione dignus eſt, ſi ſatisdationem præſtet, & inventarium conficiat.*

2 *Furioſo ex teſtamento curatorem non habenti, & agnatis, cognatiſque carenti, Præſes cum Epiſcopo curatorem aſſignat idoneum, & hunc ad ſatisdandum admonet.*

3 *Curator furioſo datus juramentum de utiliter rebus furioſi agendis præſtare debent, inventariumque bonorum publicè ſcribere, & pro ſua adminiſtratione bona propria ſpecialiter obligare, & hypothecæ ſupponere. Liberabitur tamen à prædicto onere, ſi*

notoriè

*notoriè si dives, & sufficiet repromittere cum hypotheca bonorum, n. 4.*

5 *Tutor si non obliget expressè bona, non tamen nulla erit tutela, nisi ex speciali aliqua ratione interfit minoris habere quoque hypothecam expressam ultra tacitam.*

## L. De creationibus. X X.

*Idem* A. *Juliano. P.P.*

1 CUrator in testamento furiosi nominatus præ aliis confirmatione dignus est si satisdationem præstet,
2 & inventarium conficiat. Item furioso ex testamento curatorem non habenti, & agnatis, cognatisque carenti Præses cum Episcopo curatorem assignat idoneum, & hunc ad satisdandum admoneat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

3 *Tactis sacrosanctis Scripturis*, &c. Notatur ad hoc quod curator furioso datus juramentum de utiliter rebus furiosi agendis præstare debet, inventariumque bonorum publicè scribere, & pro sua administratione bona propria specialiter obligare, & hypothecæ supponere, ut per *l. Hispan. 94. tit. 18. part. 3. ubi glos. 5. & l. 9. & ult. tit. 16. part. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 150. n. 25. & 26.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 223. n. 8. & 9.* Paul. Montan. *de tutel. cap. 32. reg. 2.*

4 *Ita ut si quidem curator*, &c.) Notatur ad hoc, quod ubi quis tenetur satisdare, & sic dare fidejussores, vel pignora, si notoriè sit dives, liberabitur à prædicto onere, & sufficiet repromittere cum hypotheca bonorum, ut per Socin. *reg. 43. in fine*, Alex. *consil. 37. n. 15. lib. 2.* Octavian. *Pedem. dec. 70. n. 6.* Viv. *lib. 2. commun. opin. 117.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 51. à n. 39.* D. Barb. *in l. divortio, §. interdum, n. 32. ff. soluto matrim.* ubi contrariis respondet. Cardos. *in praxi Iudicum, & Advocat. verbo Fidejussor, n. 29.* ubi tenet quod possidens bona immobilia idonea ad debitum persolvendum, fidejussorem dare non tenetur, quando de dilapidatione bonorum nulla suspicio est.

5 Et advertit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 28. n. 3. cum seqq.* quod si tutor non obliget expressè bona non tamen ideo erit nulla tutela, nisi ex speciali aliqua ratione interfit minoris habere quoque hypothecam expressam ultra tacitam, & addit textum in præsenti asserentem tutorem debere expressè obligare bona; intelligendum esse quando interesset minoris habere expressam hypothecam, & ad hoc citat Surd. *de alim. tit. 9. q. 44. n. 50. & 51.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Liberi furiosi & dementis nuptias legitimè contrahunt, & dotes ac donationes propter nuptias intercedentibus curatoribus constituunt.*
2 *Demens à furioso distinguitur.*
3 *Dos ut constituatur, conditio mulieris, quæ matrimonio collocatur, perpendi debit.*
4 *Inter Nobiles alii sunt nobiliores.*
5 *Pauper tabellioni nihil dare tenetur.*
6 *Notario non debetur salarium pro instrumento facto pauperi.*

## L. Tam dementis. X X I.

*Iidem* A. *Juliano P.P.*

LIberi furiosi & dementis nuptias legitimè contrahunt, & dotes ac donationes propter nuptias intercedentibus curatoribus constituunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

*Tam dementes, quàm furiosi.*) Ergo demens distinguitur à furioso, de quo vide Boër *dec. 23. n. 42.* Duen. *reg. 259. vers. ampliat. 9.*

*Tam opinione*, &c.) Notatur ad hoc, quod ad dotem constituendam conditio mulieris, quæ matrimonio collocatur, perpendi debet, ut per *l. Hispan. ubi gloss. 4. tit. 11. part 4.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 12. tit. 21. n. 4. vers. tertiò.* Et dicit Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 176.* per hunc textum, quod pater non tenetur dotare filiam, quæ indigno nupsit: indignum autem, sive indignam, vocat illam, cui sine dedecore considerata qualitate natalium utriusque, nubere non potest. 3

*Quis ex genere eorum nobiliores.*) Ergo alii inter nobiles sunt nobiliores ut per Tiraquellum *de nobilit. c. 37. n. 69. & cap. 20. n. 25.* 4

In gloss. *Prægravetur, fin.* ibi, *nihil dabit tabellioni.* Notatur ad hoc, quod pauper tabellioni nihil dare tenetur, & Notarius non debet pro instrumento pro paupere confecto salutarium recipere. Gregor. *in leg. 6. gloss. 3. tit. 22. p. 3.* Gerard. *sing. 73. n. 4. & 7.* Quesada *diverf. quæst. cap. 31. n. 26. vers. cùm autem*, Perez *l. 2. tit. 5. lib. 2. ordin. pag. 435. in fine, vers. decimotertiò*, Covarr. *pract. c. 6. n. 4.* Gigas *de pension. q. 80. n. 40.* Tiraq. *de nobilit. q. 19. n. 41.* Bobadill. *in sua politica, lib. 3. cap. 14. n. 18.* Cornel. Benincas. *de paupert. spec. 1. in judic. n. 14.* Gaspar. Baëz *de decima tutor. cap. 2. n. 31. & c. 10. n. 13.* Sebast. Medic. *de casib. fortuit. part. 2. q. 4. n. 11.* Franc. Viv. *dec. 159. n. 4.* Roland. à Valle *consil. 87. n. 30. cum seqq.* petr. Buiz Maur. *Lituan. decis. 4. n. 294. cum seqq.* Vincent. Caroc. *de locato q. 8. tit. de fructib. & lit. expens. n. 12. fol. 24.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 66. n. 76.* unde posse judicem ad quem Notarium judicis à quo compellere, ut stante paupertate appellantis det copiam processus sine salario, resolvunt Nevizan. *consil. 44. n. 13.* Gravat. *ad Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. de dolo, & contumac. lit. I, verbo Paupertas, n. 33.* Marches. *de commissionib. p. 2. de commiss. advocat. causarum, §. 2. n. 20.* & est statutum per *l. Hispan. 2. tit. 18. lib. 4. novæ Recopilat.* ibi, *y el Escrivano sea apremiado de le dar el processo de pleito sin deneros.* 5 6

## Auth. Liberi.

LIberi si parentes furiosos negligunt, nec eosdem curant, successione indignos se reddunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad. l. 1. n. 1. suprà hoc. tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text, desumunt *l. Hispan. 5. & 11. tit. 7. part. 6. ubi gloss. 9.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem, decis. 5. n. 259.* Pereg. *de jure fisci lib. 4. tit. 3. de bonis vacant. n. 17.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 176. vers. duodecima est.* 2

## L. Sancimus. XXII. & ult.

*Idem* A. *eidem P.P*

ADversario absente, aut furioso, libelli porrectio facta coram Præside, Episcopo interrumpit præscriptionem. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* Vide posita *in l. infrà de annal. except.* 1

# *De Hæreticis, & Manichæis, & Samaritis.*

## TIT. V.

### SUMMARIUM.

1 *Hæretici qui sint.*
2 *Hæresis omnis constat ex veris, & falsis dogmatibus.*
3 *Samarita*

3 *Samaritæ qui, eorumque secta quæ, & unde constet, num. 5.*
4 *Manichæi qui eorumque secta unde, & quæ.*

1 HÆretici sunt, qui veram Religionem non omninò abolent, sed polluunt falsis dogmatibus permixtis. Omnis enim hæresis constat ex veris & falsis dogmatibus. Quare Samaritæ Judæis hæ-
2 retici fuerunt, Manichæi Christianis; horum facta cons-
3 tat ex Christianissimo, sed Christum negant esse verum
4 hominem. Illorum secta constat ex Judaismo, & Paganismo. Scripserunt in hanc rubr. Aloys. de Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac. Wesembec. Et advertit Surd. *consil.* 386. *n.* 3. quod leges hujus tit. quatenus hæreticos prosequuntur, approbatæ sunt à jure Canonico, & servari debent.

De materia vide Doctores quos plena manu citavi *ad rubr. de hæret. in Decretal.*

---

SUMMARIUM.

1 *Privilegiis ob veram confessionem indultis non fruuntur, qui adversari veræ confessioni deprehenduntur.*
2 *Hereticus privatur omni privilegio quod contemplatione Religionis Christianæ habuerit.*
3 *Auxilium legis frustrà invocat qui committit in eam.*
4 *Privilegium meretur admittere, qui permissa sibi abutitur potestate.*

## L. Privilegia. I.

*Imppp.* CONSTANTIN. CONSTANTIUS, & CONSTANS AAA. *ad Gracil. P.V.*

1 PRivilegiis ob veram confessionem indultis non fruuntur isti, qui adversari veræ confessioni deprehenduntur. Colligunt ex Ordin. Bart. Alban. Salicet. Aloys. de Leo, Sebast. Næv. remissivè Ximen. *in concor. p.* 1. & 2. & Casal. *in annot.*

2 Vulgò allegatur hic text. ad hoc, quod hæreticus privatur omni privilegio quod contemplatione Religionis Christianæ habuerit, ut per Petr Gregor. *syntagm. juris lib.* 33. *cap.* 8. *n.* 8. *vers. in primis*, Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 43. *sub n.* 8. Farinac *in tract. de hæresi, q.* 189. § 4. *n.* 55. Cardos. *in praxi judicum. & Advocat. verbo Hæreticus, n.* 11. Auxilium enim legis
3 frustrà invocat, qui committit in legem, ut per citatos *in meo tract. de Axiom. juris usufrequent. axiom.* 136. *n.* 21. & privilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, *axiom.* 190. *n.* 8.

---

SUMMARIUM.

1 *Mulier hæretico jns tacitæ hypothecæ, & ut præferatur aliis creditoribus, amittit, & n.* 2.
3 *Mulieres hæreticæ non habent tacitam hypothecam, quam aliàs haberent, si essent Catholicæ.*
4 *Mater hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam, licèt aliàs dotare non teneretur.*
5 *Mulieribus hæreticis pro aliis fidejubentibus denegatur beneficium Senatusconsulti Velleiani, quod aliàs non denegatur beneficium Senatusconsulti, Valleiani quod aliàs non denegaretur.*
6 *Uxor hæretica non gaudet privilegiis concessis mulieribus dotatis.*

## AUTH. Item privilegium.

HÆretica mulier jus tacitæ hypothecæ, & ut præferatur aliis creditoribus, amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *in* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Palat *in repet. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.* 35. *n.* 3. Negusant. *de pignorib. p.* 2. *membr.* 4. *n.* 68. *& part.* 5. *membr.* 1. *n.* 15. Padil. *in l. fin. n.* 6. *C. de jur. & facti ignor.* Petr. Gregor. *syntag. juris lib.* 33. *c.* 8. *n.* 8. *v. mulier hæretica*, Joan. à Rojas *sing. n.* 35. *n.* 3. ubi benè 3
dicit quod mulieres hæreticæ non habent tacitam hypothecam, quam alias haberent si essent Catholicæ, & 4
*sing.* 129. *n.* 4. quod mater hæretica tenetur dotare filiam orthodoxam, licèt aliàs dotare non teneretur, & *sing. n.* 136. *n.* 2. ubi quod mulieribus hæreticis pro aliis 5
fidejubentibus denegatur beneficium Senatusconsulti Velleiani, quod aliàs non denegaretur, & *sing.* 214. 6
ubi pariter dixit quod uxor hæretica non gaudet privilegiis concessis mulieribus dotatis, de quibus *in l.* 1. *& in l. assiduis, C. qui potiores in pignore hab.* refert, & sequitur Farin. *in tract. de hæresi, q.* 189. §. 4. 45.

---

SUMMARIUM.

1 *Hæreses legibus divinis, atque Imperialibus adversæ conquiescant, nec patronos, ministrosque habeant.*
2 *Hæretici indigni judicum tolerantiâ, & conniventiâ.*
3 *Hæreticus quis sit.*
4 *De hæresi quis levi argumento convincitur.*
5 *Denarius falsus non est denarius.*

## L. Omnes vetitæ. II.

*Imppp.* GRATIAN. VALENT. & THEODO. AAA. *ad Hesperidum P.P.*

HÆreses legibus divinis, atque Imperialibus ad- 1
versæ conquiescant, nec patronos, ministrosque habent. Hæretici sunt indigni judicum tolerantia & 2
conniventia. Hæreticus dicitur qui convictus est quod 3
deviat per leve argumentum à tramite Catholicæ Religionis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. n.* 1. *suprà hoc tit.* De hoc textu meminit Card. Biron. *annal. Eccles. tom.* 4. *anno Christi* 379. *pag.* 300.

*Qui vel levi argumento*, &c.) Notatur ad hoc, quod 4
levi argumento quis convincitur de hæresi, ut per Palat. *in alleg. in materia hæresis*, §. 2. *n.* 4. ubi declarat quoad hoc ut contra aliquem suspectum de crimine procedatur ad inquisitionem, vel purgationem, vel pœnam corporalem, vel temporalem imponendam: deinde secundùm alios intelligit de levi argumento, id est, quod de facili potest probari.

In glos. *Habent*, ibi *falsus denarius, non est denarius.* 5
Vide Tiraq. *de jure mariti gloss.* 8. *n.* 234. *& de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 20. *n.* 11. *& seqq.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem*, §. 70. *n.* 31. Menoch. *de success. creat.* §. 17. *n.* 65. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de litter. oblig. art.* 1. *gloss.* 9. *n.* 16.

---

SUMMARIUM.

1 *Hæretici loca ad conventicula publica, multo minus privata non habeant, & talia Ecclesiæ vindicent.*
2 *Litanias aliáque exercitia hæreticis Præsides sub commination mulctæ centum librarum auri non concedant.*
3 *Hæreticorum conventicula inhibenda sunt.*
4 *Diaconica, seu Decanica quæ sint.*

## L. Cuncti hæretici. III.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Clearcho P.P.*

HÆretici loca ad conventicula publica, multò minus privata non habeant, & talia Ecclesiæ vindicent.

cant. Litanias aliáque exercitia hæreticis Præſides ſub
2 comminatione mulctæ centum librarum auri non concedant. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

3 Ex hoc textu colligit Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 33. *cap.* 9. *n.* 1. hæreticorum conventicula inhibenda eſſe, quæ ſi facta comprobentur, loca fiſco adjudicanda, ſeu proſcribenda, ſi domini permiſerint ibi ea fieri, vel ſi inſciis dominis conductores conventiculis loca præbuerint, mulctis caſtigandi. Idem ſancitum eſt *l. Hiſpan.* 5. *tit.* 26. *part.* 7.

4 *Sive Diaconica appellentur, vel etiam Decanica.*) Sunt loca publica, quæ tamen non ſunt carceres, licèt in ea quandoque rei conjiciantur cuſtodiæ causâ, cùm & haberi in eis Conventus ſoleant, & recondi res pretioſæ. Ita Calvin. *in Lexic. juris, verbo Decanica.*

*Centum librarum auri.*) De illis vide quæ dixi *in collect. ad l.* 2. *propè fin. ſuprà de Epiſc. audient.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Manichæi, & Donatiſtæ commodis legum, ac ſtatutorum ſunt indigni, & eos quilibet accuſat, ſuntque indigni ſucceſſionibus aliiſque civilibus commodis.*

2 *Hæreticis interdicta donatio, emptio, venditio, ſucceſſio iſtorum. Item memoria ad inſtar reorum læſæ majeſtatis humanæ damnata, niſi pœniteant.*

3 *Hæreticorum ſervi licitè dominos deſerunt, & veram ſequuntur Eccleſiam.*

4 *Manichæi eorumque origio, ſecta, & errores, remiſſivè.*

5 *Hæreſis crimen eſt publicum.*

6 *In hæreſi, & aliis criminibus, exceptis omnes admittuntur ad accuſationem, exceptis inimicis, & ſuſpectis, & conſpiratoribus.*

7 *Hæreſis ob crimen bona omnia confiſcantur.*

8 *Bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, & ſe moventia, immobilia, nomina debitorum, jura & actiones.*

9 *Hæreticus privatur ſucceſſione hæreditatis alicujus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*

10 *Hæreticus non eſt capax ſucceſſionis etiam ex teſtamento militis nec in credentibus, receptatoribus, defenſoribus, & fautoribus hæreticorum, & in apoſtatis, n.* 11.

12 *Filius etiam propter hæreſim exhæredari potoſt. Amplia etiam in hæretico pœnitente, & reconciliato num.* 13.

14 *Hæreditas delata hæretico ex teſtamento, vel ab inteſtato, cujus ipſe propter hæreſim incapax eſt defertur proximioribus venientibus ab inteſtato, non autem fiſco.*

15 *Hæreticus de lata hæreſi convictus nullo pacto donare, ſive alienare poteſt bona ſua: & ſi donaverit, ſeu alienaverit, talis donatio, ſeu alienatio minimè valet.*

16 *Bona hæreticorum poſt crimen hæreſis incurſum diſtracta vendicantur à fiſco, etiam nullo reſtituto pretio emptori, ſeu poſſeſſori eorum, &c.*

17 *Fiſcus non tenetur reſtituere melioramenta facta per emptorem in bonis hæretici, quin pariter revocare poteſt omnes fructus perceptos ab emptore bonorum hæretici, n.* 18. *etiam quod alienata bona tranſiverint per plures manus, n.* 19. *limita in bonis alienatis per hæreticum ex cauſa neceſſaria, n.* 20.

21 *Hæreticus non poteſt contrahere.*

22 *Hæretico mortuo, contra illum inquiri, & procedi poteſt ad damnandam ejus memoriam. Amplia ut quando defuncti hæretici memoria damnatur, tunc ejus pœna ſit etiam infamiæ, excommunicationis & denegationis ſepulturæ, n.* 23. *procedique poſſit contra defunctum hæreticum ad damnandum ejus memoriam, etiam quod dum viveret eſſet bona fawæ, nec aliàs de hæreſi infamatus, n.* 24.

25 *Hæretici defuncti memoria ut damnari poſſit, debet de illius hæreſi conſtare plenè & concludenter. Secus in defentoribus, fautoribus, & receptatoribus hæreticorum, quorum poſt mortem memoria non damnatur, n.* 26.

27 *Hæretici defuncti memoria quando damnanda eſt, citandi ſunt filii, & hæredes ad ſuſcipiendam ejus defenſionem, & quicumque admittuntur ad illum defendendum.*

28 *Hæreticus teſtari nequit, & ſi teſtatur, ejus teſtamentum eſt nullum, niſi teſtamentum factum ſit ante ſententiam declaratoriam, tunc ipſo jure non eſt nullum, ſed bene per ſubſecutam ſententiam, n.* 29.

30 *Hæretici non poſſunt teſtari etiam ad pias cauſas; nec teſtamentum ab hæretico factum convalidatur per ſubſecutam pœnitentiam, num.* 31.

32 *Filii Catholici non privantur hæreditate patris propter paternam hæreſim.*

33 *Hæreticis pœnitentibus parcitur.*

34 *Hæreticus pœnitens qui dicatur.*

35 *Hæreſiarchæ, dogmatiſtæ, & magiſtri errorum ſi verè pœnitentes ſint, admittuntur ad miſericordiam. Idem de apoſtata, n.* 36. *Etſi hæreticus etiam in mortis articulo pœniteat, errorémque ſuum abneget, n.* 37. *Declara ut num.* 38. *&* 39. *De relapſo quid, num.* 40.

41 *Hæreticos receptans punitur eadem pœna, quâ ipſe receptatus hæreticus puniendus eſt. At verius eſt eos non puniri eadem pœna, ſed arbitraria, & extraordinaria, n.* 42.

43 *Servi hæreticorum fiunt liberi & non confiſcantur ſi fuerint Chriſtiani, ſeu Catholici.*

44 *Hæretici defuncti memoria damnari poteſt infra quinquennium. & non poſtea.*

45 *Apoſtatæ defuncti memoria poſt ejus mortem damnatur, non verò ultra quinquennium, n.* 46.

## L. Manichæos.

*Iidem, &* THEODOS. AAA. *ad Senatorem P. V.*

MAnichæi, & Donatiſtæ commodis legum ac ſta- 1
tutorum ſunt indigni, & eos quilibet accuſat, ſuntque indigni ſucceſſionibus, aliiſque civilibus commodis Hæreticis interdicta eſt donatio, emptio, venditio, ſucceſſio iſtorum. Item memoria ad inſtar reo- 2
rum læſæ majeſtatis humanæ damnata, niſi pœniteant. Hæreticorum ſervi licirè dominos deſerunt, & veram ſequuntur Eccleſiam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide ad hoc Cujac. *tib.* 12. 3
*obſ. cap.* 30.

De Manichæis, eorumque origine, ſecta & erroribus 4
vide Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 2. *cap.* 175. *in fine, pag.* 357.

*Volumus eſſe publicum crimen.*) Notatur ad hoc, 5
quod hæreſis crimen eſt publicum, ut per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *in princ.* Cald. Pereira *conſ.* 13. *n.* 7. Et quæ ſint publica crimina, vide Soar. de Pez *in praxi, tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. *n.* 45. Molin. *de Juſtit. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 44. *n.* 1. Leſſ. *de Juſtit. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 30. *dub.* 3. *n.* 16. Cald. Pereira *ad l. unic. C. ex delictis defunct. p.* 2. *num.* 1. *&* 2.

Unde in hæreſi, & aliis criminibus publicis omnes 6
ad accuſationem admittuntur, exceptis inimicis, ſuſpectis, & conſpiratoribus, de quo vide Maſcard. *de probat. concl.* 857. *n.* 40. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 2. *q.* 15. *art.* 2. Martin. Delr. *diſquiſ. magicar. lib.* 5. *q.* 2. *pag.* 439. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regular tit.* 6. *cap.* 10. *n.* 40.

*Quos bonorum etiam omnium publicatione perſequimur.*) Notatur ad hoc, quod propter crimen hæreſis 7
bona omnia confiſcantur, ut per Zanchin, *de hæreticis, cap.* 25.

*cap.25. & ſeq.* Decian. *in tract. crimin. lib.4.cap. 57.n.23. verſ. tertia,* quia publicantur bona. Menoch. *de arbitr. caſu 374.n.3. & de præſumpt.lib. 5. præſ.* 47. Petr.Greg. *ſyntag. juris lib. 33. c. 9. n.1.* Peña *in addit ad direct. inquiſit.p.3. q. 109.commen.158. verſ. nec refert.* D. Barboſ. *in l. 1 ff. ſoluto matr. p. 4. n. 82. cum ſeqq.* Farin. *in tract. de hæreſi q.* 10. §. 1. *n.* 1. *cum multis ſeqq.* Vide poſita in collect *d. cap. vergentis, de hæret. in Decretal. & ad cap. cùm ſecundùm, eod. tit. in 6.*

8 Bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, ſe moventia, immobilia nomina debitorum, jura, & actiones, ut dixi & latè declaravi *in tract. de appellat. verborum utriuſque juris ſignificat. appell.* 35. *n.* 1. *cum ſeqq.*

9 *Ipſos volumus amoveri ab omni liberalitate*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus privatur ſucceſſione hæreditatis alicujus, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut per Simanch. *de Cathol. inſtit. tit* 46. *rub. de pœnis, n.* 55. *& in enchirid. violatæ Relig. tit.67.etiam de pœnis, num.* 3. Carrer. *in tract. de hæret. n.* 151. Rojas *ſing.* 79. *num.*1. Petr. Gregor .*d. lib.* 33. *cap.* 8. *num.*10. Decian. *lib.* 5. *cap.*44.*num.* 17. *in princip. verſ.extende,* Cald.Pereira *poſt quæſt. forenſes conſ.* 13. *n.* 8. *in medio.* Molin. *de Juſt. tract.* 2. *diſp.* 154. *verſ. jure communi.* latè Farin.

10 *de hæreſi q.*190. §.7. *n.*94. *cum.multis ſeqq.* ubi *num.* 95. ampliat ut hæreticus non ſit capax ſucceſſionis, etiam

11 ex teſtamento militis, & *n.*97. *&*98. ampliat etiam in credentibus acceptoribus, defenſoribus, & fautoribus

12 hæreticorum, & in apoſtatis, & *n.* 99. reſolvit,ut filius

13 etiam propter hæreſim exhæredari poſſit, & *n.* 101. ampliat etiam in hæretico pœnitenti, & reconciliato:

14 & *n.* 162. tenet hæreditatem delatam hæretico ex teſtamento, vel ab inteſtato, cujus ipſe propter hæreſim, incapax eſt deferri proximioribus venientibus ab inteſtato, non autem fiſco.

15 *Præterea non donandi*,) Notatur ad hoc, quod hæreticus de hæreſi couvictus nullo pacto poteſt donare, ſive alienare bona ſua, & ſi donaverit, ſeu alienaverit, talis donatio, ſeu alenatio minimè valet, ut per Læl. Zech. *in ſum p.* 1. *tit. de Fide, rubr. dæ hæreſi, tit.* 11. *n.* 16. *verſ. ampliatur ut procedat*, Zanchin. *de hæret. cap.*27. *n.*1. *cum ſeqq.* Rojas *ſing.* 185.*n.* 4. Azor. *inſtit. moral. part.*1. *lib.*5. *cap.*7. *quæſt.*7. *verſ. quoad ſecundum* Sanch *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 48.

16 Farin. *in tract. de hæreſi,q.*190. §. 5. *n.* 70. *cum ſeqq.* ubi *num.* 76. *cum ſeqq.* reſolvit, bona hæreticorum poſt crimen hæreſis incurſum diſtracta, vendicari à fiſco, etiam nullo reſtituto pretio emptori, ſeu poſſeſſori eorum, niſi pretium bonorum ipſius hæretici, vel aliquid loco pretii reperiretur inter bona confiſcata dicti

17 hæretici, & ſic in utilitatem verſum eſſet, & *n.* 79.

18 quod neque fiſcus tenetur reſtituere melioramenta facta per emptorem in bonis hæretici,& *n.*80. quod pariter à

19 fiſco revocari poſſunt omnes fructus percepti ab empto-

20 re bonorum hæretici,& *numero* 81.etiam quod alienata bona tranſiverint per plures manus, & *n.* 87. cum pluribus, quos citat, limitat in bonis alienatis per hæreticum ex cauſa neceſſaria, utputà pro victu, pro veſtitu, & pro medicinis,quia talis alienatio non poterit per fiſcum revocari.

21 *Non poſtremò contrahendi*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus non poteſt contrahere, ut per Carrer. *d.*151. Petr.Gregor. *d.lib.* 33. *cap.* 8.*n.* 10.Pancian.*conſ.* 19. *n.* 1. *cum ſeqq.* Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 48. Farin. 190. §. 5. *n.*65.ubi. *n.*72. dicit quod requiritur in propoſito hæreticum eſſe convictum.

22 *In mortem quoque inquiſitio extendatur*, &c.) Notatur ad hoc, quod etiam poſt mortem contra hæreticum inquiri,& procedi poteſt ad damnandam ejus memoriam ut per Carrer.*de hæret.n.*138. Joan.à Rojas *ſing.*139. *num.* 9. Clar. *in pract. verbo hæreſis num.* 19. Didac. Quanter, *in quæſt. crimin. rub. de hæret. cap.* 1. *n.* 7. Ludov.à Paramo *de origine S.Inquiſit. lib.3.q.4. num.77. cum ſeqq.* Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 4. *de accuſat. num.* 5. *& tit.* 18.*rub.de defunctis, n.*1. *cum ſeqq.* latè Farin.*in tract. de hæreſi, q.* 197.§. 4. *n.*86. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 9. ampliat ut quando defuncti hæretici memoria damnatur, tunc ejus pœna ſit etiam infamiæ, excommunicationis, & denegationis ſepulturæ, cùm propterea oſſa exhumentur ſi ab aliis diſcerni poſſint, & *n.* 98. tenet procedi poſſe contra defunctum hæreticum ad damnandum ejus memoriam, etiam quod dum viveret eſſet bonæ famæ, nec aliàs de hæreſi infamatus & *n.* 103. quod ut defuncti hæretici memoria damnari poſſit, debet de illius hæreſi conſtare plenè & concludenter, & *n.* 104. limitat in defenſoribus, fautoribus, & receptoribus hæreticorum, quorum poſt mortem memoria non damnatur, & *n.* 106. *cum ſeqq.* aſſerit quod quando defuncti hæretici memoria damnanda eſt, citandi ſunt filii & hæredes ad ſuſcipiendam ejus defenſionem, & quicunque admittuntur ad illum defendendum. 23 24 25 26 27

*Ergo & ſuprema illius ſcriptura*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus non poteſt teſtari, & ſi teſtatur, ejus teſtamentum eſt nullum,ut per Simanch. *de cathol. inſtit. tit.*46. *rub.de pœnis, num.* 55. Petr. Greg. *d.lib.* 33. *cap.*8.*n.* 10. Rojas *ſing.*61. *n.* 2.Burſat. *conſ.* 14. *n.*1.*lib.*1. Sanch. *d. lib.*2. *cap.* 24. *n.* 1. *cum ſeqq.*ubi tamen ſubdit teſtamentum factum ab hæretico ante ſententiam declaratoriam non eſſe ipſo jure nullum, ſed bene per ſubſequutam ſententiam, latè Farin. *de hæreſi, q.* 190. §. 6. *c.* 89. ubi *n.* 92. tenet quod hæretici non poſſunt teſtari etiam ad pias cauſas, & *n.* 93. quod teſtamentum ab hæretico factum non convalidatur per ſubſequutam pœnitentiam. 28 29 30 31

*Sed nec filios hæredes eis exiſtere*, &c.) Notatur ad hoc, quod propter paternam hæreſim filii Catholici non privantur hæreditate patris, ut per Roland. *conſ.*8. *à n.* 36.*lib.* 3. Clar.*in pract.*§.*fin. q.*78. *n.*4.*verſ.apoſtata punitur*, Carrer. *in tract. de hæret. n.* 140.Zanchin.*eod. tract. cap.*25. *n.* 4.*verſ.& certè*,Decian. *lib.*4.*cap.*72.*n.*7. *verſ. publicantur tamen bona*, Menoch *de arbitr. caſu* 546. *n.* 10. Surd *conſ.* 386. *n.* 11. peña *in direct. Inquiſ. p.*3. *q.* 109. *commento* 158. *verſ. caterùm.* Sed quod hæreticorum filii, etiam orthodoxi privantur hæreditate paterna, niſi fuerint Manichæi, de quibus loquitur iſte tex. tenent Decian. *lib.* 5. *cap.*26. *n.* 3. Sanchez *d. lib.*2. *c.*29. *n.*9.Farin. *d. tract. de hæreſi, q.* 191. §. 1.*n.*29. *cum ſeqq.* ubi declarat multipliciter. 32

*Delicti enim veniam pœnitentibus damus.*) Notatur ad hoc, quod pœnitentibus hæreticis parcitur, ut per Paul. § Griland.*in tract.de hæret. q.* 5. *n.* 1.Carrer. *in eod. tract. n.* 133. *poſt med. verſ. nam etiam in tali crimine*, Simanch *de cathol. inſtit. tit.* 47. *rubr. de pœnitentib. & converſis, ex n.* 1. *& in enchirid. tit.* 58. *etiam de pœnit. num.*1. Joan.Rojas *in tract. de hæretic. p.* 2. *num.*189. *& ſing.*1. *n.*14.*& ſing.* 254. *n.*2.Menoch. *de arbitr.caſu* 373. *n.* 1. *&* 2. Boër *deciſ.* 341. *num.* 1. Decian. *lib.* 5. *cap.*20. *num.* 50. *& cap.* 38.*n.* 5. Ludov. à Paramo *de origine S. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 9.*à n.*51. Paul.Comitol. *reſponſ.moral. lib.* 4.*q.* 1. latè Farin. *in tract. de hæreſi, q.*193. §. 1.*n.*2. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 4. ſubdit quod pœnitens hæreticus dicitur ille, qui aliquando errorem in mente habuit, illumque verbis, aut facto oſtendit, poſtmodùm tamen ad ſe reverſus, ſanioríque conſilio edoctus, ab errore corde reſilivit, & opere illum abjuravit, & *n.* 5. ampliat ut etiam ad miſericordiam admittantur hæreſiarchæ, dogmatiſtæ, & magiſtri errorum, ſi verè pœnitentes ſint, & *n.* 14. extendit ad apoſtatam, qui ſi pœnitens fuerit, ad miſericordiam recipitur, ſicut recipitur hæreticus pœnitens, & *n.* 20. ampliat etiamſi in mortis articulo hæreticus pœniteat, errorémque ſuum abneget, & *n.* 27. declarat debere ſponte redire ad Fidem, ſecus ſi non ſponte,ſed metu mortis, & *n.*30 limitat ut parcendus non ſit, nec ad miſericordiam recipiendus ille, qui non puro corde, ſed per fraudem, 33 34 35 36 37 38 39

40 & ſimulatè ad Fidem redit, & *num.* 32. limitat etiam in relapſo.

41 *In eos etiam authoritatis*, &c.) Notatur ad hoc, quod receptatus hæreticus punitur eadem pœna, qua ipſe receptans hæreticos puniendus eſt, ut per Carret. *in tract. de hæret. in* 165. *verſ. non jure communi.* At verius eſt eos non puniri eadem pœna, ut per Decian. *lib.* 5. *cap.* 18. *verſ.* 29. *& c.* 51. *n.* 65. ſed arbitraria, & extraordinaria pœna: Simanch *de cathol. inſtit. tit.* 15. *de credentib. n.* 15. *& in enchirid. tit.* 16. *rubr. de receptator. n.* 2. Menoch. *de arbitr. caſu* 548. *n.* 6. Farinac. *d. tract. de hæreſi, q.* 182. §. 9. *n.* 138. *cum ſeqq.*

42

43 *Servos inſuper extra noxam.* &c.) Notatur ad hoc, quod ſervi hæreticorum fiunt liberi, & non confiſcantur ſi fuerint Chriſtiani, ſeu Catholici, ut per Simanch. *de Cathol. cap.* 48. *num.* 28. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 7. Molin. *de juſtitia tract.* 2. *diſp.* 40. Rebell. *de oblig. juſtit. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 13. *n.* 2. *cum ſeqq.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 24. *cum ſeqq.*

44 In gloſſ. *Subire*, ibi, *uſque ad quinquennium*, &c.) Ergo memoria defuncti hæretici poteſt damnari infra quinquennium, & non poſtea, de quo vide Hippol. *ſing.* 307. Roman. *ſing.* 431. Duen. *reg.* 173. Zanchin. *de hæretic. cap.* 24. *n.* 5. Balb. *de præſcript. part.* 2. *in* 5. *part. primæ partis q.* 1. *n.* 4. Joan. à Rojas *in tract. de hæret. p.* 2. *num.* 193. *cum ſeqq. & ſing.* 50. Cov. *in reg. poſſeſſor. p.* 2. §. 2. *n.* 6. Clar. §. *fin. q.* 51. *n.* 14. Buël. *deciſ.* 264. *n.* 18. *&* 19. Anton. Gom. *tom.* 3. *var cap.* 1. *n.* 81. Peña *ad direct. Inquiſ. p.* 3. *commento* 42. *verſ. his ita poſitis*, Ludov. à Paramo *de origine S. Inquiſitionis, lib.* 3. *q.* 4. *rub. de forma & ordine judic. n.* 83. Jacob. de Graff. *in deciſ. aureis lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 12. *verſ. & hæc intellige*, Pereg. *de jure fiſci lib.* 6. *tit.* 8. *num.* 38. Decian. *lib.* 5. *cap.* 44. *à n.* 1. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp* 73. *verſ. quarta concluſio* Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. C. ex delictis def. p.* 2. *n.* 18. Azor. *inſtit. moral. p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *verſ. nihilominus tamen*, Sanch. *d. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 38. *cum ſeqq.* Farin. *in tract. de hæreſi q. ult. quæ eſt* 197. §. 4. *n.* 132. *cum ſeqq.*

45 In eadem gloſſ. ibi, *ſic & in apoſtatis*, &c. Notatur ad hoc, quod ſicut hæretici defuncti memoria damnatur, ita etiam memoria defuncti apoſtatæ poſt ejus mortem damnatur, ut per Farin. *d. tract. de hæretic. q.* 46 173. §. 4. *n.* 40. Et quod apoſtatæ memoria non poſſit damnari ultra quinquennium. ex hac gloſſ. colligunt Petr. Gregor. *d. lib.* 33. *cap.* 18. Maſcard. *de probat. concl.* 112. *n.* 30. Menoch. *de arbitr. caſu* 546. *num.* 14. Farin. *d. q.* 197. *n.* 114.

## Auth. Si verò Dominus.

1 TEmporalibus Dominis negligentibus in extirpandis hæreticis, Catholici hæreticorum bona licitè occupant poſt annum à die factæ monitionis, ſoluto jure directi domini, ſi fuerint fuedatarij. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem reſolutionem ex hoc text. deſumunt Repert. Inquiſit. *verbo Dominus caſtri, verſ. primò cum ſeqq.* Simanch. *de Catholicis inſtit. tit.* 23. *rub. de dominis temporal. ex n.* 1. *& in enchirid. tit.* 21. *rub. de princ. n.* 4. *&* 5. Carrer *in tract. de hæret. n.* 175. *verſ. item punitur dominus* Petr. Gregor. *d. lib.* 53. *c.* 9. *n.* 2. Decian *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 51. *n.* 11. Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 10. *num.* 10. *verſ. nec ſolum.* latè Farin. *in tract. de hæreſi, q.* 182. §. 2. *ex n.* 15. *cum multis ſeqq.*

*Salvo jure domini principalis.* &c. Vide Valaſc. *de jure emphyt. q.* 13. *n.* 3.

---

## SUMMARIUM.

1 *Hæreticorum receptatores, fautores, & defenſores, impunitatis ſpe nullo modo gaudent ſed excommunicatos foventes famam, officia, & jus teſtandi amittunt.*

2 *Contractus & obligationes cum hæreticis initæ evaneſcunt quoad jus hæreticorum.*

3 *Hæreticus judex & receptator hæreticorum nulliter judicat ob hæreſim.*

4 *Advocati & Tabelliones ob hæreſim facultatem patrocinandi, & inſtrumenta conficiendi amittunt.*

5 *Hæreticorum defenſores excommunicati, ſi in excommunicatione per annum inſorduerint, ipſo jure facti ſunt infames, nec ad publica officia admittuntur.*

6 *Hæreticorum fautores, defenſores, credentes, receptatores ad teſtimonium admittendi non ſunt.*

7 *Hæreticorum fautores, defenſores, credentes, & receptatores ſunt inteſtabiles, nec capaces ſucceſſionis hæreditatis; tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato. n.* 8.

9 *Hæretici eorumque fautores, & receptatores non poſſunt agere, ſed conveniri. Non poſſunt eſſe Judices, n.* 10. *nec Advocati. n.* 11.

12 *Hæretici ſunt incapaces gradûs Doctoratûs.*

13 *Hæreticus hæreticorumque fautor, defenſor, credens, & receptator Notarius eſſe non poteſt, & ideo inſtrumenta per eum confecta non valent.*

---

## Auth. Credentes

1 REceptatores, fautores, & defenſores hæreticorum impunitatis ſpe nullo modo gaudent, ſed excommunicatos foventes famam, officia, jus teſtandi amittunt. Item contractus, & obligationes cum hæreticis 2 initæ evaneſcunt quoad jus hæreticorum. Hæreticus judex & receptator hæreticorum nulliter judicat ob hæreſim. Advocati & Tabelliones ob hæreſim facultatem patrocinandi, & inſtrumenta conficiendi amittunt 3 Colligunt ex Ordin. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 4

*Intra annum, ex tunc ipſo jure ſit infamis.*) Notatur 5 ad hoc, quod ſi defenſores hæreticorum excommunicati in excommunicatione per annum inſorduerint, ipſo jure ſunt facti infames, nec ad publica officia admittuntur, ut per Farin. *in tract. de hæreſi, q.* 182. §. 3. *n.* 39. 6 *&* §. 4. *n.* 59. *&* 60. ubi declarat, Sanchez *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 1

*Neque ad teſtimonium admittatur*) Notatur ad hoc, 7 quod fautores, defenſores credentes, & receptatores hæreticorum ad teſtimonium admittendi non ſunt, ut per Gondiſalv. *d. q.* 56. *ſub n.* 1. Dec. *d. cap.* 51. *ſub n.* 79. Farinac. *dicta q.* 182. *n.* 47.

*Sit etiam inteſtabilis*, &c.) Notatur ad hoc, quod 8 fautores, defenſores, credentes, receptatores hæreticorum ſunt inteſtabiles, ut per Gondiſalv *in tract. de hæret. q.* 15. *ſub n.* 1. Repert. Inquiſ. *verbo Credentes, verſ. quæ pœnæ*, Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 79. Farina. *d. tract. de hæreſi, q.* 181. *n.* 45.

*Nec ad hæreditatis ſucceſſionem accedat.*) Notatur 9 ad hoc, quod fautores, defenſores, credentes & receptatores hæreticorum non ſunt capaces ſucceſſionis hæreditatis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut per Zanchin. *de hæretic. cap.* 17. *n.* 2. *in fine* Gondiſalv. *eod. tract q.* 16. *ſub n.* 1. Decian. *d. lib.* 51. *ſub n.* 79. Farin. *d. q.* 182. *n.* 46.

*Nullus præterea ei ſuper quocumque*, &c.) Notatur 10 ad hoc, quod hæretici eorumque fautores; & receptatores non poſſint agere, ſed conveniri, ut per Carrer. *in tract. de hæretic. n.* 151. Simanch. *de cathol. inſtit. tit.* 46. *rub. de pœnis, n.* 57. Burſat. *conſ.* 14. *n.* 1. *cum ſeqq.* Farin. *d. tract. de hæretic. q.* 189. §. 4. *n.* 48.

*Quod ſi fortè judex extiterit*) Notatur ad hoc, quod 11 hæretici, hæreticorumque fautores, defenſores, credentes, & receptatores, Judices eſſe non poſſunt, ut per Joan. à Rojas *ſing.* 20. ubi quod hæreticus nec etiam poteſt eſſe arbiter, aut arbitrator, & *ſing.* 88. ubi quod judicium

dicium agitatum coram judice hæretico est nullum, & *sing. 119. & n. 178.* ubi ampliat etiam quod hæreticus communi opinione reputetur fidelis, Simanch. *de cathol. instit. tit. 46. rubr. de pœnis, à n. 58.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. n. 3.* ubi propterea quod sententia à judice hæretico lata est nulla, refert Farin. *d. tract. de hæret. q. 189. §. 4. n. 39.*

11 *Si verò fuerit Advocatus*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus, hæreticorumque fautor, defensor, credens, & receptator, non potest esse Advocatus, ut per Simanch. *d. tit. 46. rubr. de pœnis num. 61.* Carrer. *d. tract. de hæret. num. 51.* Joan. à Rojas *sing. 105.* ubi subdit quod hæretici sunt incapaces gradus Doctoratûs, Decian. *d. lib. 5. cap. 43. n. 4. & cap. 51. sub n. 97.* Farin. *d. q. 189. n. 52.*

12 *Si tabellio instrumenta*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus, hæreticorumque fautor, defensor, credens, & receptator, Notarius esse non potest, & ideo instrumenta per eum confecta non valent, ut per Carrer. *d. n. 151.* Rojas *sing. 69. & 119.* Simanch. *d. tit. 46. n. 61.* Decian. *d. lib. 5. cap. 43. n. 5. & cap. 51. sub n. 79.* Sigism. Scacc. *de judic. caus. civil. crimin. & hæret. cap. 98. n. 19.* Farinac. *d. q. 189. n. 50.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Arriani, & alis in hac lege expressi hæretici in foro Romano domicilia habere non possunt.*
2 *Manichæi civitatibus & domicilii juribus indigni sunt.*
3 *Leges contra Arrianos, & consimiles latæ non ut abolitæ habendæ, sed adhuc in odium istorum observandæ sunt.*
4 *Hæreticorum genera quot in hac lege, unde sic dicti & eorum sectæ & errores remissivè.*
5 *Hæretici impœnitentes pœna mortis puniuntur, imò & pœna ignis illis infligitur ex generali consuetudine. n. 6. & vivi comburuntur, ibid.*
7 *Lex scripta semper loquitur, & est in viridi observantia.*
8 *Hæreticus est incapax dominationis inter vivos.*
9 *Hereticus ubicunque puniri potest, nec fiet remissio.*
10 *Nobiliores mitiùs puniuntur.*

## L. Arriani. V.

*Imp.* THEODOS. A. & VALENT. *Cæs. Florentino P.P.*

1 ARriani & alii in hac lege expressi hæretici in foro Romano domicilia habere non possunt. Ma-
2 nichæi civitatibus, & domicilii juribus indigni sunt.
3 Leges contra Arrianos, & consimiles latæ, non ut abolitæ habendæ, sed adhuc in odium istorum observandæ sunt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

4 Hæreticorum genera quot in hac lege numerentur, & unde sic dicti, & eorum sectas & errores exprimit Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. c. 175. per tot.*

5 *Et ultimo supplicio tradendis*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæretici impœnitentes pœna mortis puniuntur, ut per *l. Hispan. 2. tit. 26. part. 7. ubi gloss. 9.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 2. n. 1. vers. item. el. 1.* Covar. *var. lib. 2. cap. 10. n. 10. in princ.* Petr. Gregor. *syntag. juris lib. 33. cap. 8. n. 20.* Menoch. *de arbitr. casu 374. n. 1.* Farin. *in tract. de hæretic. q. 189. §. 2. n. 3.*

6 Immò & pœna ignis illis infligitur, ex generali consuetudine, ut testantur Anton. Gom. & Covar. *dictis locis*, Menoch. *casu 374. de arbitr.* Rojas *sing. 91.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 42. n. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 13. vers. ultima pœna hereticorum est.* Cald. Pereira *post q. forens. in comment. ad l. unic. C. ex delicto defunct. part. 5. n. 6.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 16. vers. quoad ignis pœnam;* & vivi comburuntur, Simanch. *de cathol. instit. tit. 45. rub. de pœnis, n. 49. & in enchirid. tit. 67. n. 11.* Rojas *in tract. de hæret. part. 2. num. 360. cum seqq.* Baiard. *ad Clar. §. hæresis, n. 15.* Farinac. *d. q. 189. n. 4. & 5.* Perez. *l. 3. tit. 4. lib. 8. Ordin.*

*Semper viridi observantia valituris.*) Notatur ad 7
hoc, quod lex scripta semper loquitur, & est in viridi observantia, ut per Xuar. *in proœm. legum fori, n. 3.* Tiraq. *in l. boves, §. hoc sermone, limit. 9. n. 2.* Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. n. 3.* Gut. *pract. lib. 3. q. 17. n. 147.* Bernard. Grævæ *ad pract. Cameræ Imprerialis, lib. 2. concl. 60. coroll. 2. n. 3.*

*Sive de donationibus*, &c.) Notatur ad hoc quod 8
hæreticus est incapax donationis inter vivos, ut per Quemada *in suis qq. fiscal. q. 18.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 8. q. 1. & lib. 8. cap. 12. q. 8.* Farin. *d. tract. de hæretic. q. 190. §. 7. num. 96.* ubi resolvunt res illi donatas non ad fiscum pertinere, sed donati reddendas esse, quamvis Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 14. n. 36.* dixerit hæretico donata post sententiam fisco acquiri.

*Vel conniventes convenerint*, &c.) Notatur ad hoc, 9
quod hæreticus potest ubicunque puniri, nec fiet remissio, ut per Decian. *in tract. crimin. lib. 4. cap. 19. n. 23.* Daen. *reg. 378. num. fin.* Azeved. *l. 1. n. 41. tit. 16. lib. 8. novæ Recop.*

*Vel exilium, si sit ingenuus.*) Ergo mitiùs puniuntur 10
nobiliore, de quo Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. n. 106.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Nestorii portentosum dogma propagantes, & hoc sequentes, legum domicilii jure sunt indigni in Imperio Romano.*
2 *Nestorianorum libri indigni luce, & lectione, concremandi sunt.*
3 *Nestoriani cœtus non habeant sub pœna publicationis bonorum.*
4 *Nestoriani, & Porphyriani eorumque sectæ, & errores, remissivè.*
5 *Hæreticorum libros nemo penes se retinere potest, nedum eos legere aut rescribere, sed statim eos comburere tenetur.*
6 *Merces Apothecariorum, & aliorum, si sint corruptæ, publicè concremari possunt.*

## L. Damnato. VI.

*Idem* A A. *Leonium P.V.*

NEstorij portentosum dogma propagantes, & hoc 1
sequentes, legum & domicilii jure sunt indigni in Imperio Romano. Impii Nestorianorum libri indigni luce, & lectione, concremandi sunt. Nestoriani cœtus 2 3
non habeant sub pœna publicationis bonorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

De Nestorianis, & Porphyrianis, eorumque sectis, 4
& erroribus latè Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib. 2. cap. 176.* & aliqua penes Petr. Gregor. *syntag. juris lib. 33. cap. 8. n. 21.* ubi dicit Nestorium habuisse linguam vermibus corrosam, & ita cum ingenti dolore expirasse, dicentem se ad majores vocari pœnas.

*Nec verò impios libros*, &c.) Notatur ad hoc, quod 5
nemo penes se retinere potest hæreticorum libros, nedum eos legere, aut rescribere, sed statim eos comburere tenetur, aliàs enim de hæresi suspectus redderetur, ut per Simanch. *de cathol. instit. tit. 39. de libris, num. 1. cum seqq. & enchirid. tit. 3. §. num. 5.* Albertin. *de agnoscend. assertion. q. 28. n. 5.* Petr. Gregor *ubi sup. lib. 34. cap. 1. num. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 374. num. 12.*

Gratian.

Gratian. *reg.* 55. *n.*31. Azor. *inſtit.moral.p.*1.*lib.*8.*c.*16. *q.* 9. citatos per Cened. *Decretal. collect.*8. *n.* 1. Farin. *in tract. de hæret. q.* 180. §. *n.* 1. *cum ſeqq.* Maſcard. *de probat.concl.*745.*n.*10.*& concl.*862.

6 Hinc argumento hujus text. colligit Avendan. *de exequendis mandat.p.*1. *cap.*19. *n.* 30. *verſ.ſecundò infertur*, quod merces Apothecariorum & aliorum, ſi ſint corruptæ, poſſunt publicè concremari.

## L. Curiales omnium. VII.

*Iidem* AA. *Florentino P. P.*

1 POena nulli tribuat immunitatem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

---

SUMMARIUM.

1 *Eutychetis ſectæ inhærentes in Imperio Romano domicilia & ſedes non habeant.*
2 *Apollinaris ſectam ſequentes pœnas in alios hæreticos ſtatutas non diſſimiles patiantur.*
3 *Apollinariſtæ, & Eutychiani indigni nomine Sacerdotum, iiſdemque domicilia & patrocinia ſunt deneganda, &c.*
4 *Rectores & moderatores provinciarum & civitatum negligentes in imponendo pœnas ſtatutas hæreticis, denarum librarum auri pœna mulctentur, & inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtineant.*
5 *Magiſtratus ex ſola omiſſione & negligentia non comprehendendi hæreticos, cenſeri eorum fautores.*
6 *Magiſtratus non infeſtantes, nec perſequentes hæreticos, puniuntur ut fautores.*

## L. Quicumque in hac urbe. VIII.

*Impp.* VALENT. *&* MARTIAN. AA. *Palladio P. P.*

1 EUtychetis ſectæ inhærentes in Imperio Romano
2 domicilia & ſedes non habeant. Sectam Apollinaris ſequentes, pœnas in alios hæreticos ſtatutas non diſſimiles patiantur. Apollinariſtæ & Eutychiani in-
3 digni ſunt nomine Sacerdotum, iiſdemque domicilia & patrocinia ſunt deneganda; & monaſteriis, Eccleſiis, conventiculis diurnis ac nocturnis carere, poſſeſſioneſque alienas vitare debent; militia illis interdicenda, nec domicilium in patria, aut alibi concedendum, quibus interdicta etiam ſunt diſputationum exercitia, & illis pœna ultimi ſupplicii imponitur, & eorum libri ac chartæ flammis comburi jubentur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1. *ſup.hoc tit.*

Totam hujus legis hiſtoriam, quæ impiam Apollinaris,& Eutychetis ſectam improbat,narrat Guid. Pancirol. *in theſauro variar.lect.lib.*2.*cap.*177.*per tot.*

4 *Quod ſi fecerint*, &c.) Notatur ad hoc, quod Rectores & moderatores provinciarum & civitatum negligentes in imponendo pœnas ſtatutas hæreticis, denarum librarum auri pœna mulctentur, & inſuper etiam exiſtimationis ſuæ periculum ſuſtineant, ut per Si-
5 manch. *de cathol. inſtitut.tit.*15. *de credentib. n.* 13. ubi generaliter dixit, Magiſtratus ex ſola omiſſione & negligentia non comprehendendi hæreticos, cenſeri
6 eorum fautores, Paña *ad direct. Inquiſit. p.* 2. *q.* 53. *comment.* 78. *lit. E, verſ.qua verò pœna.* Decian.*in tract. crimin. lib.* 5.*cap.*51.*n.*33.ubi quod Magiſtratus non infeſtantes, & non perſequentes hæreticos puniuntur ut fautores, Sanchez, *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.*2. *cap.* 10. *n.* 12. *cum ſequent.* ubi de Inquiſitoribus, & aliis miniſtris S. Officii, necnon etiam terrarum gubernatoribus negligentibus capere hæreticos, & eos reſpectivè punire, an & quando ſint excommunicati.



*Militari cingulo ſoluti*, &c.) Ergo hæreticus miles eſſe non poteſt, ut per Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 43. *n.* 4. *in fine*, Farin. *in tract. de hæreſ.q.*189.§.4. *num.*53.

---

SUMMARIUM.

1 *Liberi orthodoxi ſuccedunt parentibus, & alimenta,dotem donationeſque propter nuptias conſequuntur.*
2 *Filii orthodoxi propter paternam hæreſim non privantur hæreditate paterna.*
3 *In Dote congrua conſtituenda conſiderandæ ſunt facultates ejus, qui tenetur dotare.*
4 *Mater hæretica cogitur dotare filias Catholicas.*
5 *Bona hæreticorum hodie confiſcantur, neque liberis Catholicis reſervantur.*
6 *Mulieri in hæreſi lapſæ, & ab Eccleſia receptæ cum detruſione in carcerem, maritus alimenta præſtare non cogitur.*

## L. Cognovimus. IX.

*Imp.* JUSTIN. A. *Demoſtheni P. P.*

LIberi orthodoxi ſuccedunt parentibus, & alimen- 1
ta, dotem, donationeſque propter nuptias conſequuntnr. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.*1.*ſup.hoc tit.*

Ex hoc text.vulgò colligitur, filios orthodoxos pro- 2
pter paternam hæreſim non privari hæreditate paterna de quo an verum ſit attento jure Civili, & quid de jure Canonico, vide Farin. *in tract. de hæreſi,q.*191.§. 1. *num.* 29. *cum ſeqq.* Et an poſſit filio orthodoxo aſſignari legitima vivente patre hæretico, per hunc text. ſaltem jure Civili attento, affirmativè reſpondent Joan. à Rojas *ſing.* 95. Surd.*conſ.*386.*num.* 13.Farin. *in praxi crimin.q.*24.*num.*44. *& d. tract.de hæreſi, q.* 591. *num.*3.*&* 4.

*Secundùm vim patrimonii*, &c.) Notatur ad hoc, 3
quod id conſtituenda congrua dote, conſiderandæ ſunt facultates ejus qui tenetur dotare, ut per Card.Mantic. *de tacit. & ambig. convention.tom.* 1. *lib.* 12. *tit.* 21. *n.* 4.

*Sed & dotes pro filiabus*, &c.) Notatur ad hoc,quod 4
mater hæretica cogitur dotare filias Catholicas, ut per Palat. *in rep. rubr. de donat. inter virum,* §.21.*n.*5.Padil. *in auth. res quæ, n.* 61. *C. commun. de legat.* Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis,* §. *ſi mater, num.* 16. Sed quic- 5
quid ſit de jure antiquo, hodie certum eſt bona hæretici confiſcari, neque liberis Catholicis reſervari, per *auth. Gazaros, hoc eod. tit.* & eſſe communem ac receptam ſententiam poſt Ripam, Palat. Simanch. & alios dicit D. Barboſ. *in l.* 1.*ff.ſoluto matrim.p.*4. *num.* 83. *&* 6
*n.* 85. reſolvit quod mulieri hæreſim lapſæ,& ab Eccleſia receptæ cum detruſione in perpetuum carcerem, non cogitur maritus alimenta præſtare.

---

SUMMARIUM.

1 *Inter Liberos ſi aliqui ſint orthodoxi, aliqui non, ad orthodoxos devolvitur ſucceſſio, & qui non admittitur ad partem, minimè conſtituit partem, num.*2.
3 *Hæreticorum filii tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato poſſunt ſuccedere aſcendentibus Catholicis, vel etiam quibuſcumque conſanguineis, aut extraneis.*
4 *Reſtitutus & indultatus ex gratia Principis ad bona, non recuperat fructus interim perceptos. Non procedit in reſtituto per viam juſtitiæ, ſeu per viam reformationis, n.* 5. *Nec in reſtituto pleniſſimè, perinde ac ſi condemnatus non fuiſſet, n.* 6.

7 *Ecclesia præfertur fisco seculari in bonis confiscatis propter crimen hæresis.*

## Auth. Idem est de Nestorianis.

1 INter liberos si aliqui sint orthodoxi, aliqui non, ad
2 orthodoxos devolvitur successio. Qui ex delicto non admittitur ad partem, minimè constituit partem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. . sup. hoc tit.*

3 *His solis testamento*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticorum filii, tam ex testamento, quàm ab intestato possunt succedere ascendentibus Catholicis, vel etiam quibuscumque consanguineis, aut extraneis, ut per Azeved. *leg. 3. n. 3. tit. 3. lib. 8. novæ Recopilat.* Molin. *de Justit. tom. 3. disp. 658. n. 19. & 25.* Sanch. *in præcepta Decal. tom. 1. lib. 2. c. 29. n. 13.*

4 *Sed absque ratione fructuum & administratione*, &c.) Notatur ad hoc, quod restitutus & indultatus ex gratia Principis ad bona, non recuperat fructus interim perceptos, ut per Crot. *cons. 137. n. 9.* Roman. *sing. 549.* Alphan. *collect. 307.* Anton. 9. Trig. *sing. 119.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 6. num. 140.* Boër. *decis. 98. n. 5.* Roland. *cons. 45. n. 8. vol. 4.* Tiraq. *in l. si unquam, verbo Revertatur, n. 276. C. de revoc. donat.* Greg. Lop. *leg. 2. glos. 5. post princ. tit. 32. part. 7.* Sarmient. *select. lib. 5. in l. Gallus, §. & quid si tantum, num. 66. ff. de liber. & posth.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 13. n. 38. vers. item adde, & l. 1. Tauri, in fine, vers. unum tamen est*, Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. sed utrum, n. 9. cum seqq. ff. de liber. agnosc.* Cov. *lib. 2. var. c. 3. n. 15. in fin.* Bonacos. *commun. crimin. verbo gratia, seu remissio delicti, col. 3.* Emman. Costa *in d. §. & quid si tantum, p. 2. n. 74.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo bannitus, n. 14. & quæst. legal. q. 19. n. 67. vers. adverte tamen*, Clar. *in §. fin. quæst. 59. n. 7.* ubi Bajard. *num. 66.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. tit. de abolitionib. num. 66.* Dec. *in tract. crimin. lib. 3. tit. de abolitionib. n. 60.* Sfort. *de restit. in integ. q. 99. art. 14. num. 123.* Pereg. *de jure fisci lib. 5. tit. 2. num. 61.* Joan. Garc. *de nobilitate glos. 6. §. 1. n. 46.* late Gutier. *pract. lib. 4. q. 69. n. 2. cum sequent.* & præcipuè *n. 10.* ubi quod hîc fit restitutio ex gratia, non verò ex justitia, Carol. Tapia *in rubr. de constit. Princip. cap. 3. num. 29.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 5. q. 1. n. 38.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 3. collect. 567.* Cevall. *commun. contra communes, q. 536. num. 19.* Vincent. de Anna *in cap. 9. n. 226. & 227. de vassall. decrepit. ætat.* Farin. *in praxi crimin. q. 6. n. 44. vers. horum tamen*, Mastrill. *Siciliæ decis. 33. n. 3.* Cabed. *Lusit. decis. 192. n. 1. part. 1.*

5 Hæc resolutio, quæ singulariter probatur ex hoc text. limitatur primò ut non procedat in restituto per viam justitiæ, seu per viam reformationis, Crot. *in d. §. & quid si tantum, n. 121. in fine*, & Galiaul. *n. 67. in fine*, ac Fortun. Garc. *num. 253.* Cov. *d. lib. 1. var. cap. 3. num. 15. in fine*, Cordub. de Lara *in d. l. si quis à liberis, §. sed utrum, num 10. ff. de liber. agnosc.* Sfort. *d. quæst. 99. art. 14. num. 131.* Farinac. *d. q. 6. n. 44.* Gutier. *d. lib. 4. pract. q. 69. n. 10.* Carol. Tapia *in dicta rub. de constit. Princip. cap. 3. n. 38.*

6 Limita secundò, ut non procedat in plenissimè restituto, perinde ac si condemnatus non fuisset: taliter enim restitutus recuperat etiam fructus perceptos, ut per Bonacos. *commun. crimin. in verbo gratia principis facta bannito*, Bursat. *cons. 54. n. 13. lib. 1.* Sfort. *d. q. 99. art. 14. n. 130.*

7 *Ab Ecclesia intra annum admittatur.*) Ergo Ecclesia præfertur fisco seculari in bonis confiscatis propter crimen hæresis, de quo vide Martam *de jurisdict. p. 4. casu 137. n. 12.*

### SUMMARIUM.

1 *Filii hæreticorum non succedunt parentibus, & n. 2.*
3 *Gazari, Patareni, Leonistæ, &c. eorumque sectæ, & errores, remissivè.*
4 *Hæretici propter hæresim incurrunt infamiam, & si fuerint nobiles, ut viles ac plebii puniendi sunt. Amplia quod ob solam hæresis suspicionem quis infamis est, nisi ab ea se purgaverit, n. 5.*
6 *Hæretici tanquam infames repelluntur ab omnibus honoribus, & dignitatibus, intellige ut n. 7.*
8 *Hæretici non possunt exercere aliqua officia publica, & censentur excluſi ab omni legitimo actu, n. 9.*

## Auth. Gazaros.

FIlii hæreticorum non succedunt parentibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc tex. desumunt Ord. Regia Lusitan. *lib. 5. tit. 1. in fine principii, l. Hispan. 7. tit. 7. part. 6. ubi gloss. 2.* Perez *l. 1. gloss. 6. pag. 21. col. 2. tit. 1. lib. 1. Ordinam. & l. 3. gloss. 1. pag. 136. col. 2. tit. 4. lib. 8. etiam Ordin.* Azeved. *l. 1. n. 160. cum seqq. & a n. 216. tit. 3. lib. 8. novæ Recop.* Duen. *reg. 345. vers. limita secundò*, Gratian. *reg. 55. n. 26.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 45. n. 3.* D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. n. 4. n. 83.* Farin. *in praxi crimin. q. 24. n. 44.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. alleg. 13. n. 18.* Sanchez *in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 29. n. 9.* Vide posita *ad l. Manichæos, & l. cognovimus. sup. hoc tit.* 2

*Gazaros, Patarenos, Leonistas*, &c.) De his hæreticis, eorumque sectis, & erroribus agit latè Guid. Pancirol. *in thesauro var. lection. lib. 2. cap. 178. per tot.* ubi *in principio* advertit Fridericum II. hanc constitutionem edidisse *anno 1219.* quo ab Honorio III. Romæ est coronatus, unde ipsi ille Summus Pontifex subscripsit, ut apparet ex hujus constitutionis contextu, quam postea Gregorius IX. ampliando laudavit *in cap. excommunicamus, il 2. de hæret.* 3

*Perpetua damnatus infamia.*) Notatur ad hoc, quod hæretici propter hæresim incurrunt infamiam, & si fuerint nobiles, ut viles ac plebeii puniendi sunt, ut per Simanch. *in enchirid. viol. Relig. tit. 67. rubr. de pœnis n. 5. & 6.* Zanch. *in tract. de hæret. cap. 18. num. 3.* Joan. à Rojas *sing. 81.* Did. Quanter. *in quæst. crimin. rubr. de hæretic. cap. 1. num. 9.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 3. in fine vers. item sunt infames*, & *n. 12.* ampliat quod ob solam hæresis suspicionem, nisi quis ab ea se purgaverit, infamis est, latè Farin. *de hæresi, q. 189 §. 4. n. 40. cum seqq.* 4 5

Unde hæretici tanquam infames repelluntur ab omnibus honoribus, & dignitatibus, ut resolvunt Joan. à Rojas *sing. 81.* Didac. Quanter. *in quæst. crimin. tit. de hæret. cap. 1. num. 10.* ubi declarat hoc procedere in vero hæretico, secus in suspecto tantùm, Decian. *d. 7. lib. 5. cap. 43. n. 8.* Farin. *d. q. 189. n. 43.* ubi *n. 44.* resolvit propterea non posse hæreticos exercere aliqua officia publica, & *num. 46.* quod censentur privati & excluſi ab omni legitimo actu. 6 7 8

*Cum longè gravius sit æternam, quàm temporalem offendere Majestatem.* Vide Cald. Pereira *quæst. forens. in commentar. ad l. unic. C. ex delict. defunct. p. 5. n. 3.* 9

### SUMMARIUM.

1 *Hæretici in testes contra Christianos non admittendi, & n. 3. item neque Judæi, & n. 4.*
2 *Manichæis, Barboritis, & paganis testimonia, & conversationes cum Christianis interdicuntur.*

5 *Neophytus*

5 *Neophytus contra Christianum non admittitur in testem.*

6 *Judæus contra Judæum non prohibetur esse testis.*

7 *Samaritæ, remissivè.*

8 *Hæretici testimonium non repellitur in extrajudicialibus.*

9 *Hæretici testes adhiberi possunt in contractibus & ultimis voluntatibus. Intellige quando alii inveniri non possunt ubi contractus celebratur, vel testamentum, ut ibi. Non possunt tamem admitti de jure Canonico, ibid.*

10 *Probationum copia coangustanda non est.*

11 *Testimonium criminosi recipiendum, quando in causa alii testes deficiunt, maximè ubi res sua natura difficilis probationis est.*

12 *Hæreticus in testem productus ab hæretico contra Christianum, non probat, etiam ad favorem Christiani. Contrarium vide n. 13.*

14 *Testis hæreticus probat de consensu partium.*

## L. Quoniam multi judices. X.

*Idem A. Joanni P. P.*

1 HÆretici ut testes contra Christianos non admittendi, item neque Judæi; Manichæis autem, Barbaris, & paganis testimonia & conversationes cum Christianis interdicuntur. Denique ne probationum facultas coangustetur, hi qui testimonium non ferunt in ultimis voluntatibus, & contractibus ad testimonia admittantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 *Sanctimus contra Orthodoxos quidem litigantes*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus contra Christianum à testimonio repellitur, l. *Hispan. 8. tit. 16. p. 3. ubi gloss. 21.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 46. n. 41. & in enchirid. viol. Relig. tit. 35. de testib. n. 21.* Zanchin. *in tract. de hæretic. cap. 13. n. 2.* Joan. Rojas *sing. 75. num. 1. sing. 84. etiam num. 1. & sing. 189. etiam n. 1.* Bursat. *cons. 14. nn. 1.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 16.* Peña *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 68. comment. 117. vers. nec novo jure Civili.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 43. n. 2.* Farin. *in pract. crimin. q. 56. n. 296. & in tract. de hæresi q. 188. §. 7. n. 1. cum seqq.* ubi ampliat. in dubio in Fide, & in apostata.

3 *Nec iis etiam, qui judaicam superstitionem*, &c.) Notatur ad hoc, quod Judæus contra Christianum non admittitur in testem, ut per Alphan. *collect. 466.* Joan. Roias *sing. 75. n. 1.* Penam *ad director. Inquis. part. 2. commento 13. ad cap. contra Christianos, de hæretic. in 6. lit. A, vers. 1.* Lud. Paramus *de origine S. Inquisitionis lib. 3. q. 9. n. 103.* Farinac. *d. q. 108. n. 121.* ubi *n. 222.* ampliat ut idem sit in neophyto.

4 *Inter se autem*, &c.) Notatur ad hoc, quod contra Judæum Judæus non prohiberur esse testis, ut per Franc. Peñam *loco proximè citato vers. ad hæc fol. mihi 114.* Farin. *d. q. 188. n. 123.*

5 *Samaritæ.*) De his vide Card. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom. 7. anno Christi 530. pag. 156.*

6 *Aliis verò hæreticis tanummodo judicialia*, &c.) Ergo in extrajudicialibus hæretici testimonium non repellitur, ut tenent omnes in hac lege, prout eos refert Farinac. *d. q. 188. n. 118. dimit. 2.*

7 *Cæterum testamentaria testimonia eorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæretici in contractibus, & in ultimis voluntatibus testes adhiberi possunt, ut per Carrer. *in tract. de hæret. n. 143.* Joan. Roias *sing. 75. n. 2.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 15.* Decian. *d. tit. 5. cap. n. 21. vers. item possunt.* Farinac. *de testib. q. 56. n. 221. cum seqq. & in tract. de hæresi, q. 288. n. 129.* ubi *n. 130.* declarat tunc demùm posse hæreticos esse testes in contractibus, & ultimis voluntatibus, quando in loco ubi celebratur contractus, vel testamentum non invenitur alius quàm hæreticus, & *n. 131.* resolvit de jure Canonico testes hæreticos non admitti, etiam in contractibus, & ultimis voluntatibus, cùm sint excommunicati, ac propterea cum illis prohibita omnis conversatio.

8 *Ne probationum facultas angustetur.*) Notatur ad hoc, quod probationum copia non est coangustanda, ut per Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 7. num. 36.* Burg. de Paz, *quæst. civili 2. n. 35.* Surd. *decis. 153. n. 25. & decis. 277. n. 9.* Thom. Valasc. *allegat. juris tom. 1. alleg. 72. n. 108.* Anguian. *de legib. 3. controv. 18.*

9 Unde colligunt Doctores, testimonium criminosi esse recipiendum quando in causa alii testes deficiunt, maximè ubi res sua natura difficilis probationis est, de quo Alex. *cons. 64. vol. 1.* Roland. *cons. 23. n. 26. lib. 1.* Masc. *de prob. concl. 465. n. 9. cum seqq. & n. 13.*

10 In gloss. *Contra Orthodoxos*, ibi, *sed nec pro eis*, &c. Notatur, ad hoc, quod hæreticus in testem productus ab hæretico contra Christianum non probat etiam ad favorem Christiani, ut per Burrig. *in præsenti, post n. 19.* Sed contrarium per text. *in cap. si hæreticus, vers. sin autem 2. q. 7.* videntur tenere Carrer. *in tract. de hæret. num. 143.* Joan. Rojas *sing. 198. n. 2.* Farin. *d. q. 188. §. 7. n. 118. & 129.* ubi *n. 120.* dicit hanc disputationem jam cessare, quia non datur casus in quo hæreticus possit admitti in testem.

11 In eadem gloss. *sed an pars orthodoxa*, &c.) Notatur ad hoc, quod testis hæreticus probat de consensu partium, quia potest Christianus de consensu partium renuntiare, ut per Simanch. *de cathol. instit. tit. 64. de testib. n. 43.* Peñam *ad direct. Inquisit. p. 3. q. 68. comment. 117. vers. placet tamen.* Farin. *dict. q. 188. §. 7. n. 132.*

### SUMMARIUM.

1 *Hæreticus ex militari testamento nil institutionis legativè, aut fideicommissi titulo acquirit, & accipit.*

2 *Hæreticus non est capax successionis etiam ex testamento militis.*

## L. Divinam. XI. & ult.

*Idem A. eidem. P. P.*

1 HÆreticus ex militari testamento nil institutionis legativè, aut fideicommissi titulo acquirit, & accipit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *Etiam in ultimis militum voluntatibus*, &c.) Notatur ad hoc, quod hæreticus non est capax successionis etiam ex testamento militis, ut per *l. Hispan. tit. 3. part. 6.* Greg. Lopez *l. 4. gloss. 6. tit. 26. part. 7.* Carrer. *in tract. de hæret. n. 151.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 11.* Dec. *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. n. 17. vers. nec etiam ex testamento militis.* Card. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom. 7. anno Christi 531. pag. 170.* Molin *de Justit. tract. 2. disp. 154. vers. de jure communi.* Farin. *in tractat. de hæresi q. 199. §. 7. n. 95.*

## *Ne sanctum Baptisma iteretur.*

## T I T. VI.

DAmnatur secta, sive hæresis Anabaptistarum. Scripserunt in hanc rubricam Aloys. Leo. Sebast. Nævius, item Cujac. Pac. & Wesembec.

De materia vide *l. Hisp. 9. tit. 4. part. 4.* Angl. *in floribus Theolog. quæstionum 41. de essentialib. Baptismi.*

*art.* 7. Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 15. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. Joan. Nicol. Arelat. *in tract. de hæret. notab.* 39. *n.* 1. *pag.* 219. Padill. *in sum. legum pœnal. part.* 2. *casu* 32. Henriq. *in sum. lib.* 2. *c.* 31.

SUMMARIUM.

1 *Antistes baptizatum iterum baptizans, ut indignus sacerdotium amittit.*
2 *Rebaptizati & rebaptizantes scienter, irregularitatis labe afficiuntur.*

## L. Antistitem. I.

*Impp.* VALENT. VALENS & GRATIAN. AAA. *ad Florianum Vicarium Asiæ.*

1 ANtistes semel baptizatum iterum baptizans, ut indignus sacerdotium amittit. Colligunt ex Ord. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Aloys. Leo, remissivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. Alciat. *lib.* 2. *præsumpt.* 4. & Casal. *in annot.*

2 *Sacerdotio indignum esse censemus.*) Notatur ad hoc, quod scienter rebaptizati & rebaptizantes irregularitatis labe afficiuntur, ut per Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico, lib.* 2. *c.* 14. *requis.* 9. Covarr. *in Clem. furiosus. p.* 1. *in initio, num.* 8. Henriq. *in sum. lib.* 14. *de impedim. irreg ul. c.* 4. §. 5. Salzed. *ad Bernard. c.* 15. *lit. B, in princ.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo sacramentum Baptismi, n.* 30. & *verbo irregularitas, n.* 17. Padill. *in sum. legum pœnal. parte* 2. *casu* 32. *num.* 3. *l. Hispan.* 9. *tit.* 4. *part.* 1. *ubi gloss. fin. & l.* 4. *tit.* 3. *part.* 7. *ubi gloss.* 6.

SUMMARIUM.

1 *Rebaptizans, & rebaptizatus scienter, dum capax criminis sit per ætatem, capitali supplicio puniendi sunt. Jure Pontificio & Cæsareo maximis pœnis puniuntur, n.* 2.

## L. Si quis rebaptizare. II.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio P. P.*

2 SCienter rebaptizans, & rebaptizatus, dum capax criminis sit per ætatem, capitali supplicio puniendi sunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Nota quod maximis pœnis jure Pontificio & Cæsareo puniuntur, qui rebaptizant, & rebaptizantur, ut attestatur Covarr. *in Clem. si furiosus, p.* 1. *in initio, n.* 8. Henriq. *in sum. lib.* 2. *c.* 31. §. 1. ubi *in comment. lit. C.* allegat hanc legem, in qua dicit imponi pœnam capitis rebaptizanti, quod etiam dicit Petr. Gregor. *lib.* 33. *c.* 8. *n.* 17.

SUMMARIUM.

1 *Ingenuos, aut servos legitimè baptizatos nullus impunè quoquo titulo ad se pertractos rebaptizabit.*
2 *Ingenuum rebaptizans testamenti factionem amittit.*
3 *Baptismo iterato se subjiciens, nec factum deferens, testamenti factionem amittit, cum mulcta decem librarum auri.*
4 *Rebaptizantes, & rebaptizatos, judices pœna legibus expressa vindicabunt, aut ob dissimulationem patientur id quod aliis concesserunt, & n.* 5.
5 *Judex qui in causis criminalibus minorem pœnam imponit, quam de jure imponere debebat, puniri debet eadem pœna, qua reus puniendus erat, n.* 7.

## L. Nulli. III. & ult.

*Impp.* VALENT. & THEOD. AA. *Florentio P. P.*

INgenuos, aut servos legitimè baptizatos nullus impunè quoquo titulo ad se pertractos rebaptizabit. 1
Item ingenuum rebaptizans testamenti factionem amittit. 2
Eandem patitur pœnam Baptismo iterato se subjiciens, nec factum deferens, cum mulcta decem auri librarum. 3
Denique rebaptizantes & rebaptizatos judices pœna legibus expressa vindicabunt, aut ob dissimulationem patientur id, quod aliis concesserunt. 4
Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *nu.* 1. *sup. hoc tit.*

*Ac decem librarum auri.*) De his libris vide posita *in collect. ad l.* 2. *prope fin. C. de Episc. audient.* 5

*Nulli judicum liceat delatum ad se crimen minori, aut nulli coercitioni mandare.*) Vide Avil. *ad c.* 2. *Prætor gloss. en justicia, n.* 7. & 8. Marant. *de ordine judic. p.* 6. *num.* 191. Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *n.* 26. *cum seqq.* Perez *l.* 1. *prope fin. vers. utrum autem si judex, tit.* 1. *lib.* 8. *Ord. pag.* 4. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *c.* 1. *n.* 49. 6

*Quod aliis dissimulando concesserit.*) Notatur ad hoc quod judex qui in causis criminalibus minorem pœnam imponit, quam de jure imponere debebat, puniri debet eadem pœna, qua erat puniendus reus, ut per Clar. *in pract. §. fin. q.* 85. *n.* 10. *vers. caveant tamen*, ubi ex Andr. Isern. refert quod Rex Carolus Primus fecit quendam judicem furca suspendi, ex eo quod quendam reum, qui erat condemnandus amputatione capitis, condemnavit tantùm in amputationem manus. Tiraq. *de pœn. temper. in præfat. n.* 9. & citat plures Doctores & Roman. *sing.* 77. *incip. Veni*, Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 6. *num.* 9. 7

## De Apostatis.

### TIT. VII.

APostatæ sunt qui à Christiana religione minimè defecerunt, ut Julianus Imp. qui hanc causam Apostata cognominatus est. Scripserunt in hanc rubr. Leo, Sebast. Nav. item Cujac. Pac. & Wesemb. 1

De materia vide Doctores quos citavi *ad rubr. de Apostatis, in Decretalib.*

SUMMARIUM.

1 *Christianus ad Judæos se convertens confiscatione bonorum punitur, & n.* 2.
3 *Apostata fidei quis sit.*
4 *Apostata punitur eisdem pœnis, quibus punitur hæreticus.*
5 *In Apostasiæ crimine, sicut in crimine hæresis, confiscantur bona.*
6 *Apostatarum bona feudalia confiscantur.*
7 *Subditi & vassalli apostatæ fidei, liberi fiunt ab ejus dominio, & juramento fidelitatis.*
8 *Apostatarum bona confiscantur ipso jure.*

## L. Si quis lege. I.

*Impp.* CONSTANTIUS A. & JULIANUS *Cæsar. ad Thalassium P. P.*

CHristianus ad Judæos se convertens confiscationem bonorum punitur. Colligunt ex Ord. Alban. 1

Cyn.

Cyn. Salicet. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.* 33. *c.* 8. *n.* 17.

3 *Et ex Chriſtiano Judæus effectus*, &c.) Notatur ad hoc, quod apoſtata Fidei eſt ille, qui in totum recedit à Fide Chriſti, ut ſi Chriſtianus efficitur Judæus, vel Turca, ita Clar. *in pract. §. fin. q.* 78. *n.* 4. *verſ. apoſtata punitur*, Paul. Grilland. *in tract. de hæret. quæſt.* 2. *n.* 8. Joan. à Rojas *in tract. de hæret. part.* 1. *n.* 448. Umbert. Locat. *in judic. inquiſ. verbo Apoſtata*, *n.* 4. Simanch. *de cathol. inſtitut. tit.* 39. *Mahumetanis*, *n.* 6. *& in enchirid. violatæ Relig. tit.* 18. *etiam de Magumetanis*, *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 546. *n.* 3. Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 71. *n.* 4. *& cap.* 72. *n.* 1. Barthol. Ugolin. *in tract. de cenſur. Pontifici reſerv. part.* 2. *in gloſſ. & à Chriſtiana Fide apoſtata*, *in princ. n.* 3. *&* 4. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. A*, *concl* 424. *n.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 17. *tract.* 1. *c.* 5. *n.* 72. *cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decal. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 16. Farin. *in tract. de hæreſi*, *q.* 183. *§.* 2. *n.* 13. *cum*
4 *multis ſeqq.* ubi *n.* 15. quod apoſtata punitur eiſdem pœnis, quibus punitur hæreticus, de quo etiam Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. in comment. ad l. unic. C. ex delictis defunctor. p.* 5. *n.* 14.

5 *Facultates ejuſdem*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſicut in crimine hæreſis, ita & in crimine apoſtaſiæ bona confiſcantur, ut per Clar. *in pract. §. fin. q.* 78. *n.* 4. *verſ. apoſtata punitur*, Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 33. *cap.* 8. *n.* 17. Card. Tuſch *pract. concluſ. lit. A. concl.* 524. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. caſu* 546. *n.* 10. Dec. *in tract.*
6 *crimin. lib.* 5. *cap.* 72. *n.* 7. *verſ. publicantur tamen bona*
7 *apoſtatarum*. Farin. *d. tract. de hæreſi*, *quæſt.* 183. *§.* 4. *n.* 35. *&* 8 *n.* 36. ait quod apoſtatarum bona feudalia confiſcantur, & *n.* 37. quod ſubditi & vaſſalli apoſtatæ Fidei liberi fiunt ab ejus dominio, & juramento fidelitatis, & *n.* 39. quod apoſtatarum bona non confiſcantur ipſo jure.

---

SUMMARIUM.

1 *Apoſtaſiæ criminis accuſatio per quinquennium, mortuo etiam apoſtata, licita eſt.*
2 *Apoſtata à Fide teſtari non poteſt.*
3 *Hæretici defuncti, vel apoſtatæ memoria, an & quando damnari poſt quinquennium poſſit, remiſſivè.*
4 *Apoſtata dum vivit accuſatio perpetuò durat, poſt obitum verò tantùm ad quinquennium.*
5 *Crimen hæreſis, & læſæ majeſtatis etiam poſt mortem objici poteſt.*

## L. Si quis functum. I I.

*Imppp.* GRATIAN. VALENT. *&* THEOD. AAA. *ad Hypatium. P. P.*

1 APoſtaſiæ criminis accuſatio per quinquennium, mortuo etiam apoſtata licita eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *p.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 *Teſtari minimè potuiſſe*, &c.) Notatut ad hoc, quod apoſtata à Fide teſtari non poteſt, ut per Repert. Inquiſ. *in verbo apoſtaſia*, *verſ. ſed apoſtatæ alieni ſunt à teſtamentis*, Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.* 33. *cap.* 8. *num.* 17. Menoch. *de arbitr. caſu* 546. *n.* 14. Farin. *in tract. de hæreſi*, *q.* 183. *§.* 4. *n.* 48.

3 *Intra jur. quinquennium*, &c.) An & quando memoria defuncti hæretici, vel apoſtatæ damnari poſt quinquennium poſſit, vide poſita ad gloſſ. *verbo ſubire*, *in l. Manichæos* 4. *de hæretic.*

Et advertas quod Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 10. *num.* 29. dicit quod dum vivit apoſtata, accuſatio perpetuò durat, poſt obitum verò durat qu inquennium tantùm. Et quod crimen hæreſis, & læſæ majeſtatis 5 etiam poſt mortem objici poſſit tenent Menoch. *conſ.* 99. *n.* 162. Cardoſ. *in praxi judicum*, *verbo delictum. n.* 34. Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. p.* 5. *num.* 2. *&* 3.

---

SUMMARIUM.

1 *Apoſtatæ, & rebaptizati inſtar infamium à teſtimoniis civilibus arcentur, & indigni ſunt ſucceſſionibus, aliiſque commodis: qualitatem ac ſtatum amittunt, eorumque memoria damnationem meretur.*
2 *Apoſtatis lapſis, & errantibus ſubveniendum.*
3 *Baptiſma prophanantibus nullo remedio ſuccurrendum eſt.*
4 *Apoſtata à ferendo teſtimonio repellitur.*
5 *Apoſtata eſt incapax ſibi delatæ hæreditatis, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato.*
6 *Apoſtatæ non ſunt expellendi ex civitate, ſicut hæretici: ſed contrarium verius, n.* 7.
8 *Apoſtata pœnitens minimè eſt audiendus, nec à pœna pro eo crimine irroganda ullatenus excuſandus. Controvertitur, n.* 9.

## L. Hi qui. I I I.

*Imppp.* THEOD. VALENT. *&* ARCAD. AAA. *Flaviano. P. P.*

APoſtatæ, & rebaptizati inſtar infamium à teſti- 1
moniis, & conſortiis civilibus arcentur, & indigni ſunt ſucceſſionibus, aliiſque commodis: qualitatem ac ſtatum amittunt, eorumque memoria damnationem meretur. Item apoſtatis lapſis & errantibus 2
ſubveniendum; ſanctum Baptiſma prophanantibus 3
nullo remedio ſuccurrendum eſt. Collligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *ſupra hoc tit.*

*A teſtimoniis alieni teſtamenti*, &c.) Notatur ad 4
hoc, quod apoſtata repellitur à ferendo teſtimonio, Menoch *de arbitr. caſu* 546. *num.* 12. Dec. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 73. *n.* 7. Farin. *in tract. de hæreſi*, *q.* 183. *§.* 4. *num.* 46.

*Nulli in hæreditate ſuccedat*, &c.) Notatur ad hoc, 5
quod apoſtata eſt incapax hæreditatis ſibi delatæ, tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato, ut per Menoch *d. caſu* 546. *n.* 11. Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.* 33. *c.* 8. *n.* 17. Farin. *d. q.* 183. *§.* 4. *n.* 49.

*Quos etiam præciperemus procul abiici*, &c.) Nota- 6
tur ad hoc, quod Apoſtatæ non ſunt expellendi ex civitate, ſicut hæretici, ut per Salicet. Azor. & Hoſt. quos refert. Farin. *dict. q.* 183. *§.* 4. *n.* 50. ſed *n.* 51. contrarium verius affirmat ex eo, quia ſi hæretici, qui non in totum à Fide deviant, expelluntur, multò magis expelli debent apoſtatæ Fdei, qui in totum à Fide recedunt, & magis delinquunt.

Hunc text. vidi allegari ad hoc, quod excommuni- 7
catio in foro ſeculari ſicut in Eccleſiaſtico proponi poteſt penes Roman. *ſing.* 685. Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 281.

*Sed nec unquam in ſtatum priſtinum*, &c.) Notatur 8
ad hoc, quod apoſtata pœnitens minimè audiendus nec à pœna pro eo crimine irroganda ullatenus excuſandus, ut per Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. comment. ad l. unic. C. ex delicto defunct. n.* 14. *in fine*, Ant. Gam. *in tract. de ſacramentis præſtan. ultimo ſuppl. damnat. q.* 1. *n.* 10.

Sed an de jure Canonico id obtineat locum, inter 9
Doctores eſt controverſum; nam Villadieg. *in tract. de hæret. q.* 20. *n.* 1. *&* 3. tenet quod non, quia ut ibi numeris precedentibus docui, hæretici ad fidem reverſi ſunt audiendi, & apoſtaſia diverſam criminis

ſpeciem non conſtituit, & hic quod in hæreſis crimine ſtatutum eſt pœnitentes reos fore audiendos; ſanè in apoſtatis obſervari debet: ſequuntur Cald. Pereira *d. p. 5. n. 14. in princip.* ubi reſpondet ad hunc text. nihil obſtare quoniam res iſta merè Eccleſiaſtica, ſpiritualis eſt ab omni imperio, & poteſtate ſeculari immunis & exempta, ac proinde dicit hujuſmodi legem *part. 7.* Simanch. *de cathol inſtit. tit. 7. n. 1.* Caſtro *de juſta hæret. punit. lib. 1. cap. 23.* D. Barboſa *in l. Titia 35. ff. ſoluto matrimon. n. 55.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 21. quæſt. 9.* Quamvis Gama *d. n. 10.* exiſtimaverit diſpoſitionem hujus legis procedere quoad pœnam temporalem, ad quam evitandam dicit non ſufficere pœnitentiam ipſius apoſtatæ, non verò quoad ſpiritualem, cùm textus hic negare non potuerit his etiam relapſis, ſi pœniterent, danda eſſe ſacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ.

## SUMMARIUM.

1 *Apoſtaſiæ crimen ut publicum, perpetuam in vita apoſtatæ admittit accuſationem.*
2 *Apoſtatæ donandi & teſtandi licentiam, facultatemque amittunt.*
3 *Venditiones contra legis prohibitionem, & in legis fraudem apoſtatis interdictæ, & apoſtatarum ſucceſſoribus ab inteſtato ſimulatè emptæ, & venditæ ceduntur.*
4 *Apoſtaſiæ crimine poſt mortem detecto licitum eſt agere, & cognatis orthodoxis apoſtatæ ſua bona vendicare.*
5 *Sacrificia ſacrilega ſub Chriſtiano nomine amantes, & eorum exercitia curantes, inteſtabiles ſe reddunt, horumque teſtamentis reſciſſis, hæreditates iſtorum ab inteſtato deferuntur.*
6 *Apoſtaſiæ crimen non præſcribitur.*
7 *Apoſtatæ fidei teſtari nequit.*
8 *Apoſtata fidei non poteſt donare, vendere, aut alienare.*
9 *Apoſtatæ defuncti memoria quando damnatur, illius bona non confiſcantur.*
10 *Apoſtaſiæ crimen more delinquentis non extinguitur.*
11 *Alienata ab hæretico per fiſcum revocari poſſunt.*

## L. Apoſtatarum N.

*Impp.* Theod. & Valent. AA. *Baſſo. P.P.*

1 CRimen apoſtaſiæ publicum, perpetuam in vita
2 apoſtatæ admittit accuſationem. Apoſtatæ donandi & teſtandi licentiam facultatemque amittunt. Contra legis prohibitionem, & in legis fraudem venditiones apoſtatis ſunt interdictæ, & apoſtatarum ſucceſſoribus ab inteſtato ſimulatè empta & venditæ ceduntur. Apoſtaſiæ crimine poſt mortem detecto licitum eſt
4 agere, & cognatis orthodoxis Apoſtatæ ſua bona vendicare. Sub Chriſtiano nomine ſacrificia ſacrilega amantes, & eorum exercitia curantes inteſtabiles ſe reddunt, horumque taſtamentis reſciſſis, hæreditates
5 iſtorum ab inteſtato deferuntur. Colligunt ex Ord.
3 Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

6 *Et nullis finita temporibus* &c.) Notatur ad hoc, quod Apoſtaſiæ crimen non præſcribitur, ut per Dec. *in tract. crimin. lib. 5. c. 76. n. 2.* Farin. *d. q. 183. n. 91.*

7 *Ne poſtquam à Fide deviaverint, teſtandi*, &c.) Notatur ad hoc, quod apoſtata Fidei non poteſt teſtari; vide poſita *in collect. ad l. 2. ſup. hoc tit.*

8 *Aut donandi quidpiam*, &c.) Notatur ad hoc, quod apoſtata Fidei non poteſt donare, vendere, nec alienare ut per Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 17.* Farin. *d. q. 183. q. 4. n. 47.*

9 *Totumque ab inteſtato*, &c.) Notatur ad hoc, quod apoſtatæ defuncti memoria quando damnatur, illius bona non confiſcantur, ut per gloſſ. *hoc verbo deferatur*, Jacob. Butrig. *in fine verſ. & ejus bona*, Salicet. *poſt n. 1. in præſent.* & alios quos refert Farin. *in tract. de hæreſi, quæſt. 183. §. 4. n. 41.* ubi ſubdit horum opinionem teneri dari non eſſe, cùm hodie de jure Canonico, quo in hac parte jus civile correctum eſt, apoſtatarum bona quandocumque confiſcantur, nedum in præjudicium proximorum agnatorum, ſed etiam in judicium propriorum filiorum.

10 *Quorum etiam poſt mortem*, &c.) Notatur ad hoc, quod apoſtaſiæ crimen morte delinquentis non extinguitur, ut per Cald. Pereira *in l. unic. C. ex delicto defunct. p. 5. n. 14. pag. 223.*

11 *Ut donationibus, teſtamentiſque reſciſſis*, &c.) Notatur ad hoc, quod alienata ab hæretico per fiſcum, revocari poſſunt, ut Zanchin *de hæret. c. 27. n. 2. in fine.* Ant. Gom. *var. tom. 3. c. 2. n. 2.* Dec. *in tract. crim. lib. 5. cap. 44. n. 4.* Azor. *inſtit moral. p. 1. lib. 8. c. 12. quæſt. 6.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 2. n. 31.* Pacian. *conſ. 19. n. 2. cum ſeqq.* Farin. *d. tract. de hæreſi, q. 190. §. 5. n. 71.*

## SUMMARIUM.

1 *Servum, aut ingenuum cogens, aut malitioſe ad apoſtaſiam ſeducens, vitam, ac bona amittit, & num. 2.*
3 *Chriſtiano perſuadens ut à fide diſcedat, capite, & confiſcatione bonorum punitur, & n. 4. & 5.*
6 *Facta per importunam perſuaſionem dicuntur fieri propè violenter.*

## L. Eum qui ſervum. V.

*Iidem* AA. *Florentio P.P.*

1 SErvum, aut ingenuum cogens, aut malitioſè ad apoſtaſiam ſeducens, vitam, ac bona amittit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. colligunt *lex Hiſp. 2. tit. 24. part. 7. ubi gloſſ. 2.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 33. cap. 8. n. 17. in fine*, Dec. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 74. n. 2.* Hippol. Riminald. *conſ. crim. diverſ. 83. n. 4. lib. 2.* ubi dicit perſuadentem Chriſtiano, ut à Fide diſcedat, capite, & confiſcatione bonorum puniri, Marta *de*
3 *juriſdict. p. 1. cap. 14. n. 15.* ubi pariter aſſerit, quod qui
4 aliquem coëgerit, aut perſuaſerit apoſtatare, rerum ſuarum dominium amittit, & plectitur capite, Farinac. *in*
5 *tract. de hæreſi q. 183. §. 2. n. 21.* ubi *in §. 6. n. 86.* reſolvit pari modo capite puniri illum qui perſuaſerit, ſicut qui & coëgerit apoſtatare à fide.

6 *Invitum, ſeu ſuaſione*, &c.) Ergo facta per importunam perſuaſionem, dicuntur fieri propè violenter, ut per Salicet. *præſenti*, quem refert Caſtill. *lib. 3. quotid. c. 1. n. 112.* Ego ipſe *in votis deciſivis Canon. tom. 1. voto 1. num. 30. cum ſeqq.*

## L. Eos qui VI. & ult.

*Impp.* Valent. & Martian. AA. *Palladio P.P.*

1 MOnachi ad Euthychetis, & Apollinaris hære-
2 ſim deficientes, pœnas adverſus hæreticos conſtitutas ferant, & ex Imperii Romani limitibus expellantur. Colliguntex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Vide Card. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. anno Chriſti 450. pag. 88. in fine.*

Nemo

*Nemini licere ſignum Salvatoris Chriſti humi, vel in ſilice, ſeu marmore, aut inſculpere, aut pingere.*

## Tit. VIII.

Hic titulus non omninò vetat ſignum Chriſti ſculpi, aut pingi, ſed prohibet ne quis humi pingat, vel in ſilice, aut marmore humi poſitis inſculpat. Scripſerunt in hanc rubr. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec. Vide ad hoc Walther *lib. 2. miſcel.* Pechium *in præf. de ſacroſ. & cathol. Eccleſ. reparat. n. 3.* Quod autem hic titulus non obſervetur in Gallia, tradit Bugnon. *in legib. abrog.*

SUMMARIUM.

1 *Signum Salvatoris marmoribus humi poſitis inſculpere, & appingere prohibetur, & n. 2. 3. & 4.*
5 *Culpa morte punitur.*
6 *Imagines Salvatoris noſtri, vel Sanctorum fœdans & ſpurcans, vel feriens temerario & ſacrilego auſu, pœna mortis puniendus eſt.*

### L. Cùm ſit nobis unic.

*Impp.* Theod. & Valent. AA. *Eudoxio P.P.*

1 Signum Salvatoris marmoribus humi poſitis inſculpere & appingere eſt prohibitum. Colligunt Ord. Bart. Alb. Cyn. Salic. Butrig. Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen *in concordant. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 5. tit. 18. part. 7. gloſſ. 1.* Gregorium Lopez *l. 4. tit. 1. lib. 1. Ordin.* ubi Perez, *& l. 3. tit. 1. lib. 1. novæ Recop.* ubi Azeved. In quibus legibus ſub certis pœnis

3 prohibetur, ne ullus ſignum Crucis, Sancti, Sanctæve humi, vel alio in loco, ubi conculcari poſſit apponat, & ſi quid taliter factum ſit, deleatur: Chaſſan. *in Catalogo gloriæ mundi, part. 1. conſid. 98.* Navar. *conſ. 3. n. 1. de reliq. & vener. Sanctor.* ubi per hunc text. conſuluit, Synodum Provincialem, vel Epiſcopalem

4 poſſe ſtatuere, ne ſignum Crucis pingatur vel ſculpatur in re aliqua humi jacente, Petr. Pech. *de reparat. Eccleſ. in præfat. n. 3.* Menoch. *de arbitr. caſu 376. n. 2.* Steph. Durant. *de ritibus Eccleſ. lib. 1. c. 6. n. 9.* Cardin. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 5. anno Chriſti 427. pag. 382.* Padil. *in ſum. legum pœnal. p. 2. c. 1.*

5 In gloſſ. *Graviſſima*, ibi, *ſcilicet pœna mortis, quæ eſt graviſſima.* Ergo morte punitur culpa: de quo Tiraq. *de pœn. temper. cauſa 14. num. 5.* Menoch. *d. caſu 376. num. 4.*

6 Imagines Salvatoris noſtri, vel Sanctorum fœdans, & ſpurcans, vel feriens temerario & ſacrilego auſu, pœna mortis puniendus eſt, vide Boër. *deciſ. 301. n. 18.* Caſan. *conſ. 1. in 5. præſuppoſito,* Menoch. *d. caſu 376.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 68. n. 19.* Azeved. *d. l. 3. n. 6.* Padil. *in d. cap. 1. n. 2.*

## De Judæis, & Cœlicolis.

## Tit. IX.

SUMMMAIUM.

1 *Judæi qui ſint.*
2 *Cœlicolæ qui.*

Judæi ſunt, qui vetus fœdus malè in eo quod ad Chriſtum pertinet, intellectum amplectuntur, novum autem omninò reſpuunt. Cœlicolæ qui cœleſtia corpora adorant. Scripſerunt in hanc rubr. Aloyſ. Leo Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

### L. Quod. Cornelia. I.

Antonin. A. *Claudio Triphonino.*

COllegio Judæorum legari non poteſt. Colligunt ex Ordin. Bart. Alban. Salicet. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & Caſal. *in annot.*

Hanc eadem concluſ. ex hoc text. deſumunt Cujac. *lib. 7. obſervat. 30.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. de diſp. 154. n. 1. in princ.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 42. c. 33. n. 1.* Dec. ubi *tract. crimin. lib. 5. c. 13. n. 19.* ubi reſolvit Judæos nil poſſe capere ex teſtamento Chriſtiani, additque hanc legem locum habere non modò quando relinqueretur Collegio, ſive ſectæ Judæorum ſed quando etiam uni tantùm ex eis.

SUMMARIUM.

1 *Judæi converſos ad Chriſtianam fidem lædentes, & atrocibus in ujuriis afficientes, ignis ſupplicium promerentur, & n. 2. & 3.*
4 *Majores, de Rabinis.*
5 *Furoris ſignum eſt lapides privatim & publicè furioſorum more projicere.*

### L. Judæis. II.

*Imp.* Constantin. A. *ad Evagr. P.P.*

JUdæi converſos ad Chriſtianam Fidem lædentes, & atrocibus injuriis afficientes, ignis ſupplicium promerentur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt. *l. Hiſpan. 6. tit. 24. part. 7.* Cardin. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti 327. pag. 284.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 12. n. 10.* ubi ait quod Judæi puniuntur flammis, ſi auſi fuerint ſaxis, vel aliis corporalibus injuriis converſum ad Fidem ex Judaïſmo perſequi Azor. *inſtitut. moral. p. 1. lib. 8. c. 22. q. 11.*

*Et majoribus eorum.*) Id eſt Rabinis, ut explicat Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. n. 4.*

*Saxis, aut alio furoris genere*, &c.) Ergo furoris ſignum eſt lapides privatim, & publicè furioſorum more projicere, ut Per Xuar. *allegat. 1. n. 6.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 5. num. 12.* Maſcard. *de probat. concluſ. 826. n. 32.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 1. n. 48.*

SUMMARIUM.

1 *Christiani in Synagogas Judæorum irruere non debent, & n. 2.*
3 *Judæi suis titulis utuntur.*

## L. In Synagoga III.

*Impp.* VALENTIN. *&* VALENS AA. *Remigio magistro officiorum.*

1 CHristiani in Synagogas Judæorum irruere non debent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad *l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 4. *tit.* 24. *part.* 7. *ubi gloſs. ult.* Card. Cæſ, Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 3. *anno Chriſti* 327. *pag.* 284.

3 *Judaicæ legis*, &c.) Ergo Judæi ſuis titulis utuntur ut per Tiraquell. *de primogen. q.* 66 .*n.* 22. Surd .*deciſ.* 133. *per tot.*

## L. Juſſio. IV.

*Imppp.* GRATIAN. VALENT. *&* THEOD. AAA. *Hypatio P.P.*

1 IUdæi ad curialia munera ampliùs non ſunt admittendi. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hac lege deſumit. *l. Hiſpan.* 3. *tit.* 24. *part.* 7.

SUMMARIUM.

1 *Judæus ſub metu capitalis ſupplicii Chriſtianæ mulieri, vel mulier Chriſtiana Judæo matrimonialiter ſe copulare non poteſt, & n.* 2.
3 *Chriſtiani per matrimonium ſe conjungentes cum Judæis de jure Canonico, & in foro pœnitentiæ puniuntur pœnitentia ſeptennali, in foro autem contentioſo puniuntur pœna excommunicationis.*
4 *Libri ſuſcepti ex matrimonio Chriſtiani cum Judæa non reputantur legitimi: ſed inceſtuoſi, ita quod à patre alendi non ſint, & ſucceſſionis incapaces reputentur.*
5 *Judæus extra matrimonium cognoſcens Chriſtianam, non pœna mortis, ſed alia mitiori plectendus eſt arbitrio judicis. Amplia in Judæo carnaliter cognoſcente mulierem inhoneſtam, & meretricem, n.* 6.

## L. Ne quis. V.

*Imppp.* VALENT. THEOD. *&* ARCAD. AAA. *Cynægio P.P.*

1 IUdæus ſub metu capitalis ſupplicii Chriſtianæ mulieri, vel mulier Chriſtiana Judæo matrimonialiter ſe copulare non poteſt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 9. *tit.* 24. *part.* 7. *ubi gloſs.* 1. Alciat. *lib.* 7. *pareng. cap.* 23. Covar. *de ſponſalib. p.* 2. *c.* 6. §. 11. *n.* 3. Marquard. *de Jud. part.* 2. *c.* 3. *n.* 15. Hippol. Riminald. *in l. imperium. n.* 58. *ff. de juriſdict. omnium judic.* Roland. *conſil.* 35. *n.* 4. *vol.* 2. Ant. Gom. *l.* 80. *Tauri, n.* 26. Menoch. *de arbitr. caſu* 290. *n.* 2. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 12. *n.* 23. *& cap.* 16. *n.* 3. Bermond. *de publicis concub. ſub tit. de adulter. n.* 1. Mozz. *de contract. tit. de matrim. cap. qui poſſunt contrahere matrim. n.* 25. Molin. *de juſtit. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 104. *n.* 6. Padil. *in ſum. legum pœnal. part.* 2. *cuſu* 6. *n.* 1. plures per Farin. *in praxi crimin. q.* 139. *à n.* 136. ubi *n.* 140. ſubdit non mirum tam gravem pœnam in iſto caſu imponi, cùm talis commixtio ſit gravior, & deterioris conditionis quàm adulterium, & inceſtus, & quàm cum propria conſanguinea coire.

De jure autem Canonico, & in foro pœnitentiæ 3
Chriſtiani ſic per matrimonium ſe conjungentes cum Judæis, puniuntur pœnitentia ſeptennali, de qua *in cap. hoc ipſum n.* 32. *q.* 2. in foro autem contentioſo 4
puniuntur pœna excommunicationis, ut per Griland. *de pœn. omnif. coitus, q.* 12. *n.* 1. *&* 2. Menoch. *d. caſu* 290. *num* 6. *in fin.* Farin. *d. q.* 139. *n.* 41. ubi *n.* 42. ex Griland. *cit. loc. n.* 3. *&* 4. reſolvit, quod ſi ex hoc matrimnio, fuerint ſuſcepti liberi, illi quidem non reputantur legitimi, ſed inceſtuoſi, ita quod à patre alendi non ſint, & omnis ſucceſſionis incapaces reputentur. 5

Extra autem figuram matrimonii Judæus carnaliter cognoſcens Chriſtianam, non pœna mortis, ſed alia mitiori plectendus eſt arbitrio judicis, de quo vide Villalob. *commun. opin. lit. I. n.* 118. Marquard. *de jud. p.* 2. *cap.* 3. *n.* 1. *cum ſeqq.* Viv. *opin.* 391. *n.* 1. Clar. §. *fornicatio, n.* 20. Menoch. *d. caſu* 290. *n.* 9. *cum ſeqq.* Dec. *in tract. crim. lib.* 5. *c.* 12. *n.* 20. *verſ. attamen communis*, Card. Tuſch. *pract. concl. verbo Judæus, concl.* 373. *n.* 7. *cum ſeqq. & a n.* 32. Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. I, n.* 665. & latiſſimè *d. q.* 139. *n.* 2. *cum multis ſeqq.* ampliat in Judæo Carnaliter cognoſcente mulierem inhoneſtam, & meretircem.

SUMMARIUM.

1 *Nuptiæ inter Chriſtianos prohibitæ, etiam Judæis interdictæ ſunt, lege Judæorum ceſſante.*
2 *Judæi ſi haberent duas uxores, punirentur ſicut Chriſtiani, qui in id crimen incurriſſent. Fallit niſi primam repudiaſſent, quod facere licet Judæis ex lege Moyſis, n.* 3.
4 *Uxores duas qui duxerit, pœna capitis puniendus eſt.*
5 *Judæis plures uxores uno tempore habere interdicitur.*

## L. Nemo Judæorum. VI.

*Imppp.* THEOD. ARCAD. *&* HONOR. AAA. *Infantio Comiti Orient.*

NUptiæ inter Chriſtianos prohibitæ, Judæis interdictæ ſunt, lege Judæorum ceſſante. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.*

Uulgò citatur hic text, ad hoc, quod Judæi ſi ha- 1
berent duas uxores, punirentur ſicut Chriſtiani, qui in id crimen incurriſſent, ut per Decian. *in tractat. crim. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 13. ubi ſubdit id fallere niſi primam re- 2
pudiaſſent, quod facere licet Judæis ex lege Moyſi. Et Tiraquell. *in l.* 7. *connub. gloſs.* 1. *p.* 7. *n.* 24. citato hoc 3
text. aſſerit pœna capitis puniri illum, qui duas duxerit uxores. Additque Menoch. *de arbitr. caſu* 420. *num.* 94. Imperatores in præſenti interdixiſſe Judæis plures uxores uno tempore habere, & ait declaraſſe Bald. *in* 4
*conſil.* 428. inquiſitio prædicta, *col.* 2. *verſ. hoc præmiſſo, lib.* 5. non procedere in Judæo, qui juxta ritum ſuum primam repudiavit, & ſecundam duxit. Nam 5
licèt Chriſtianus non poſſit habere duas uxores viventes, poteſt tamen Judæus repudiata prima aliam ſuperinducere, neque ideo punietur, ſecundùm Tiraq. *de jur. primog. q.* 66. *ſub. n.* 25. Decian. *in tract. crim. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 7. *poſt med.* Marquard. *de Judæ. part.* 2. *c.* 4. *num.* 10. *& cap.* 8. *num.* 4. Farin. *fragment. p.* 2. *lit. I, num.* 652.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Judæi habent ea, quæ sunt civium Romanorum, & coram judice Christiano litigare tenentur.*
2 *Judæi ad causas cinacæremonias, ac ritus eorum judices non habent Hebræos.*
3 *Judæi legibus Romanorum ligantur, & propterea jure communi utuntur, judicanturque & puniuntur secundùm Imperialia, & civilia jura. Intellige ut n. 4.*

## L. Judæi. VII.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Eutychiano P. P.*

1 JUdæi habent ea, quæ sunt civium Romanorum: & coram judice Christiano litigare tenentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 *In iis causis, quæ tam ad superstitionem eorum*, &c.) Ergo Judæi ad causas cinacæremonias, ac ritus eorum judices non habent Hebræos, de quo vide Marquard. *de Judæis part. 2. cap. 6. à num. 15.* Decian. *d. lib. 5. cap. 14. num. 4.*

3 *Omnesque Romanis legibus*, &c. Notatur ad hoc, quod Judæi legibus Romanorum ligantur, & propterea jure communi utuntur, judicanturque & puniuntur secundùm Imperialia, & civilia jura, ut per *l. Hispan. 16. tit. 1. part. 1. ubi glos. 6. & l. 5. tit. 24. p. 7. ubi gloss. 2.* Alphan. *collect. 58.* Xuar. *in l. post rem judicatam notab. 8. n. 3.* Maranr. *de ordine judic. dist. 2. n. 49.* Brun. *de cess. bonor. quæst. 36. sub num. 3. in 4. quæst. princ.*

4 Marquar. *de Jud. p. 2. cap. 1. n. 1.* ubi ampliat textum in præsenti, ut intelligatur tam in his, quæ respiciunt ordinem judiciarium, quàm in concernentibus decisionem causarum. Menoch. *remed. 9. recuper. n. 289.* Viv. *commun. opin. 392. n. 2.* Dec. *tract. crim. lib. 5. cap. 14. num. 5.* Tiraquell. *de jure primog. q. 66. n. 1. cum seqq.* Card. Tusch. *pract. concl. verbo Judæus, concl. 369. n. 5. 11. 30. & 33.* Mascard. *de probat. concl. 191. num. 8.* Surd. *decis. 133.* Mart. *de jurisdict. p. 4. casu 166. n. 4.* Farinac. *frag. crim. p. 2. lit. I, num. 621. cum seqq.* ubi *num. 623.* dicit quod ligantur etiam statutis, & consuetudinibus illius civitatis in qua morantur, & cujus subditi dicuntur.

SUMMARIUM.

1 *Judæi non possunt cogi ad vendendum aliter ac Christiani, & cuique res suæ committendæ.*
2 *Magistratus constituentes Christianis pretia rerum vendendarum, Judæis eadem assignabunt.*
3 *Bonis Judæorum non debent Christiani statuere pretia.*
4 *Proceres, de Rabinis.*

## L. Nemo exterus. VIII.

*Iidem* AA. *ad Judæos.*

1 JUdæi non possunt cogi aliter ad vendendum, quàm Christiani, & cuique res suæ committendæ. Item Magistratus constituentes Christianis pretia rerum
2 vendendarum, Judæis eadem assignabunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

3 Ex hoc text. Colligit Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 11. n. 7. vers. & ideo*, quod bonis Judæorum non debent Christiani pretia statuere.

4 *Procereſque vestros.*) Id est, Rabinos, secundum Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 14. n. 4.*

## L. Quicumque ex Judæis. IX.

*Iidem* AA. & THEOD. A *Eutychiano. P. P.*

JUdæi Curiæ obnoxii comprobati, Curiæ sunt man- 1
cipandi. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Judæi celebrantes sua solemnia in contemptum Christianæ fidei, nihil agent: & ni permissis illicita sectantes, perdunt privilegia, n. 2.*
3 *Textus dubius elucidatur.*
4 *Judæi delinquentes puniendi sunt, si Crucis signo utantur, & illud immisceant in locis, solemnitatibus, & superstitionibus eorum.*
5 *Judæis permittitur servare eorum ritus, modò non in vilipendium Christianæ Reipubl.*

## L. Judæos. X.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio P. P.*

JUdæi celebrantes sua solemnia in contemptum 1
Christianæ Fidei, nihil agent. Item in permissis illi- 2
cita sectantes privilegia perdunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

Dubia videtur hujus text. dispositio, quatenus Ju- 3
dæos inter festivitatis suæ solemnia ad pœnæ quandam recordationem incendere prohibet, sed quidnam incendere prohibeantur, non apparet, ideò Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. c. 79.* historiam narrat de Aman. Regis Assueri Præfecto, cujus Aman effigiem cùm Judæi ob pœnæ olim ei illatæ memoriam, crucifixam Honorii & Theodosii temporibus se incendere simularent, in Christianæ Religionis contemptum multa impiè committebant. Et asserit Decian. *in tract. crim. lib. 3. c. 18. n. 5.* Judæos pro desolatione Ecclesiæ, & Christianorum orare in festo Mardochæi, quod celebrant 15. Kalend. Martii, conterunt enim ollas in Synagogis, dicentestSicut contritus est Aman. sic conteratur velociter Regnum Christianorum.

*Et sanctæ Crucis ad simulatam speciem*, &c) Notatur 4
ad hoc, quod Judæi ut delinquentes puniendi sunt, si Crucis signo utantur, & illud immisceant in locis, solemnitatibus, & superstitionibus eorum, ut per Decian. *d. lib. 5. c. 12. n. 18. in fine.*

*Sed ritus suos*, &c.) Notatur ad hoc, quod Judæis 5
permittitur servare eorum ritus, modò non sint in vilipendium Christianæ Reipubl. ut per Dec. *tract. crimin. lib. 5. c. 11. n. 3.* Ergo videntur in suis legibus relinquendi, nec legibus Romanorum ligari: de quo tamen vide Doctores citatos *ad l. Judæi 7. sup. hoc tit.*

## L. Cœlicolarum. XI.

*Iidem* AA. *Jovio. P. P.*

CŒlicolæ nisi ad sanam redeant confessionem, in- 1
star hæreticorum puniuntur. Item ædificia Cœlicolis non relinquenda, sed ab Ecclesia vindicanda sunt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

## L. Die Sabbati. XII.

*Iidem* AA. *Jovio P. P. post alia.*

IN diebus Sabbati Judæi alios non conveniunt, nec 1
conveniendi sunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *lex Hispan. 5. tit. 14. p. 7. ubi gloss. 1. Seraph. de privileg. juram. privileg. 123. n. 1. Card. Cæs. Baron. annal. Eccles. tom. 3. anno Christi 327. pag. 282. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 11. n. 7. in fine.*

## SUMMARIUM.

1 *Judæos invadere eorumque bona occupare non licet.*
2 *Judæi privilegiis domicilii, & conversationis cum Christianis modestè absque insolentia fruantur.*
3 *Judæi in civitatibus tolerari possunt cum eorum ritibus, & Synagogis.*
4 *Privatus sibi jus docere non potest.*
5 *Judæi committentes homicidium puniuntur sicut Christiani.*
6 *Privatus potest injuriam sibi factam ulcisci propria auctoritate, quoties ei permissum non est, nec suppetit facultas vocandi offensorem ad judicium, & num. 7.*

### L. Nullus tanquam. XIII.

*Iidem AA. Philipo P. P. per Illyricum.*

1 JUdæos invadere, eorumque bona occupare non licet. Vicissim Judæi privilegiis domicilii, & conver-
2 sationis cum Christianis modestè absque insolentia fruantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

3 *Non passim eorum Synagogæ*, &c.) Notatur ad hoc quod Judæi in civitatibus tolerari possunt cum eorum ritibus, & Synagogis, ut per Farinac. *fragment. crim. p. 2. lit. I. num. 613.*

4 *Ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.*) Notatur ad hoc quod privatus sibi jus dicere non potest, ut per *l. Hispan. 14. tit. 14. part. 5. ubi gloss. 3.* Rom. *cons. 169.* Bart. *in l. generali, n. 9. C. de decur. lib. 10.* Duen. *reg. 67.* Cev. *commun. contra comm. q. 906. n. 47. tom. 4.*

5 *Ne Judæi forsitan*, &c. Notatur ad hoc, quod Judæi committentes homicidium puniuntur, sicut quilibet Christiani, ut per Dec. *in tract. crimin. lib. 4. c. 10. n. 24.*

6 In gloss. *Ultionem, fin.* ibi, *resp. secundum Joan*, &c. Notatur ad hoc, quod privatus potest injuriam sibi factam ulcisci propria auctoritate, quoties ei permissum non est, nec suppetit facultas vocandi offensorem ad judicium, ut per judicem is cogatur injuriam compensare, & satisfacere injuriam passo; Palat. *in repet. cap. per vestras not. 1. in princ. n. 14.* Covar. *in reg. peccatum, p. 2. §. 9. n. 3.*

7 Notatur etiam ad hoc, quod quis potest rem suam propria auctoritate capere, quando aliter per judicem illam consequi non potest, ut pet Valasc. *cons. 173. n. 13.*

## SUMMARIUM.

1 *Judæus actor, vel reus forum & judicem sequitur Christianum, & n. 2. & 3.*
4 *Seniores Judæorum, de Rabinis, & judicibus, n. 5.*

### L. Si qua inter. XIV.

*Iidem AA. Aureliano P. P.*

1 JUdæus actor, vel reus forum & judicem sequitur Christianum. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hac lege desumit Dec.
3 *in tract. crim. lib. 5. c. 14. n. 3.* ubi subdit quod judices ordinarii Christiani judicant etiam inter ipsos Judæos & tunc tenentur judicare secundùm eorum leges, non autem secundùm nostras.

*Non à senioribus Judæorum.* Id est, Rabinis, secundùm Decian. *d. lib. 5. cap. 14. n. 4.* Vel Judicibus, qui Seniores nominabantur, habetur enim *Dan. 13.* Judæos sibi constituisse duos senes judices, ut per Tiraq. *de jure primog. in præfat. n. 174.* 4

### L. Judæi, & bonorum. XV.

*Iidem AA. Æsclepiodoto.*

BOna Judæi Christianum circumcidentis sunt pu- 1
blicanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. nu. 1. supra hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit 2
Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 12. n. 11.* & Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 22. q. 11.*

## SUMMARIUM.

1 *Primates Judæorum canonem imperiali fisco debitum colligent, & eundem persolvent.*
2 *Primates synedriorum Judæorum exigunt à singulis, quod olim eorum Patriarchæ auri coronarii nomine solvere consueverant.*
3 *Primates Judæorum, de Rabinis.*
4 *Palestinæ duæ, superior scil. & inferior.*
5 *Synedrium quid sit.*
6 *Canon anniversarius, remissivè.*
7 *Judæi solvunt magnas collectas Principibus, ut inhabitare permittantur terras Christianorum.*

### L. Judæorum. XVI.

*Impp. Theod. & Valent. AA. Joanni Comiti sacrarum largitionum.*

JUdæorum primates canonem imperiali fisco debi- 1
tum colligent, & eundem persolvunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Præcipit Theodosius ut Primates synedriorum Ju- 2
dæorum exigant à singulis, quod olim eorum Patriarchæ auri coronarii nomine solvere consueverant, erant hæ binæ drachmæ, quas Judæi templo Hierosolymorum inferre solebant, eas eversis Hierosolymis Vaspasianus Capitolio Romæ, fortè ad alendos Jovis Sacerdotes, vel sarcienda ejus templi tecta, pendi juffit. Hanc pecuniam Capitolio ademptam Theodosius fisco suo vendicavit: dicit autem coronarii nomine Patriarchæ solvi solitam, quia Summo Sacerdoti, quem Patriarcham appellant pro ejus corona pendi consuevit. Ita Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. c. 180.* Vide Card. Cæs. Bar. *annal. Eccles. tom. 5. anno Christi 399. pag. 73.*

*Judæorum primates.*) Id est, Rabini, secundùm De- 3
cian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 14. n. 4.*

*In utriusque Palestinæ*, &c.) Utramque in hac lege 4
Theodosius Palæstinam nominat, quia tunc erant duæ tantùm, prima, superior; & secunda, seu inferior. Ita Guid. Pancirol. *d. c. 180. in fine.*

*Synedriis dominantur.*) Synedrium verò erat Con- 5
cilium Judæorum, Latinè confessus dicitur, ex 72. senioribus ac magistris constans: horum summa erat auctoritas, legem enim interpretabantur & Prophetas, de Regibus etiam judicabant, ut per Guid. Pancirol. *d. c. 180. vers. hanc pecuniam.* Alciat. *lib. 5. prætermiss. verbo synedria* Calvin. *in Lexic. jurid. eod. verbo.*

*Anniversariorum canonem.*) Vide Alciat. *lib. 6. pa-* 6
*rerg. c. 4.*

*Nostris largitionibus inferatur.*) Notatur ad hoc, 7
quod Judæi solvunt magnas collectas Principibus ut inhabitare permittantur terras Christianorum, ut per Cæpol. *cons. 74. n. 7. vers. præterea lex jussit.* Decian. *d. lib. 5. c. 14. n. 11.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Judæi contra Christianos officia, honoresque publicos impetrare, ac exercere non debent.*
2 *Synagogæ Judæorum ruinosæ per tolerantiam conservandæ, & fulciendæ sunt, non autem de novo merentur fabricari.*
3 *Judæi dignitates ac honores, novasque Synagogarum fabricas contra Imperiales sanctiones impetrantes in pœnam 50. librarum incidunt, aliquando publicationem bonorum, sanguinisque pœnam luunt.*
4 *Judæi apud Christianos honorem, dignitatem, vel administrationem aliquam habere non possunt. Intellige de dignitatibus publicis, non autem privatis, num. 5. & 6.*
7 *Judæi novas Synagogas fabricare prohibentur, & sine licentia facere attentantes, pœna librarum 50. auri puniuntur, vel publicantur eorum bona, & etiam aliquando pœna sanguinis plectuntur.*
8 *Synagoga nova non dicitur fabricari si quis Judæus in domo sua locum habeat solitarium, in quo teneat libros & lampades suas accensas, & ipse cum aliis Judæis ibi oret.*
9 *Judæi licèt non possint de novo facere Synagogam, tamen illis antiquam reædificare permittitur.*

L. Hac valitura XVII. & ult.

*Iidem* AA. *Florentino P. P.*

1 JUdæi contra Christianos officia, honoresque pu-
2 blicos impetrare, ac exercere non debent. Item Synagogæ Judæorum ruinosæ per tolerantiam conser-
3 vandæ, & fulciendæ sunt, non autem de novo fabricam merentur. Denique Judæi dignitates, ac honores, novasque Synagogarum fabricas contra Imperiales sanctiones impetrantes, in pœnam 50. auri librarum incidunt, aliquando publicationem bonorum, sanguinisque pœnam luunt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

4 *Quibus omnes administrationes*, &c.) Notatur ad hoc, quod Judæi apud Christianos honorem, dignitatem, vel administrationem aliquam habere non possunt, ut per *l. Hispan. tit. 24. part. 7. ubi gloss. 3. & l. 4. tit. 26. part. 7. item l. 4. tit. 3. lib. 8. Ord.* ubi Perez *gloss. 1. col. 2. in med.* Tiraq. *de nobil. c. 29. n. 13. & de jure primog. q. 66. n. 42.* ubi *n. 43.* intelligit de dignitatibus pu-
5 blicis, non autem privatis. Cov. *in clem. si furiosus, p.*
6 *1. §. 2. n. 7.* ubi subdit procedere hanc legem non tantùm jure ordinario, sed & delegationis ratione, ut nec ex commissione tanquam delegatus alterius possit Judæus apud Christianos officia publica exercere, Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Judæus, n. 4. in fine*, Azor. *instit. moral. p. 1 lib. 8. c. 12. q. 10.*

7 *Illud etiam pari consideratione*, &c.) Notatur ad hoc, quod Judæi novas Synagogas fabricare prohibentur, & sine licentia facere attentantes, pœna librarum 50. auri puniuntur, vel publicantur eorum bona, & etiam aliquando pœna sanguinis plectuntur, ut per *l. Hisp. tit. 24. part. 7. ubi gloss. 1.* Azeved. *in rubr. tit. 2. n. 9. ad fin. & n. 10. lib. 8. novæ Recop. & in l. 1. n. 23. tit. 3.*
8 *eod. lib. 8.* Dec. *dicto lib. 5. tract. crim. c. 12. n. 14.* ubi addit non dici fabricari Synagogam novam, si quis Judæus, in domo sua locum solitarium habeat, in quo teneat libros & lampades suas accensas, & ipse cum aliis Judæis ibi oret.

9 *Fulciendi veteres permissa licentia.* &c.) Ergo licèt Judæi non possint de novo facere Synagogam, illis antiquam reædificare permittitur, ut per Ant. Gom. *l. 45. Tauri, n. 15.* & citatos per me *in collect. ad cap. consuluit, hoc tit. in Decretal.*

Barbosæ Collect. in Cod. Tom. I.

*Ne Christianum mancipium hæreticus, vel Judæus, vel paganus habeat, vel possideat, vel circumcidat.*

TIT. X.

GAvetur ne hæreticus, vel Judæus, vel pa- 1
ganus servum Christianum habeat, vel possideat. Deinde plectitur Judæus, vel hæreticus, &c. qui Christianum mancipium, aut alterius sectæ circunciderit. Scripserunt in hanc rubr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. Cujac. Pac. Wesemb.

SUMMARIUM.

1 *Judæus servum Christianum non habebit, & ob hujus circumcisionem ultra servi amissionem capitale supplicium non evadet, & n. 2.*
3 *Judæo nec servi æstimatio solvenda est.*
4 *Judæi si Christianum teneant mancipium, servus ille liber confestim sit, nullo dato pretio.*
5 *Pœna Judæi Christianum circumcidentis, remissivè.*
6 *Pœna capitalis in dubio intelligi debet de perpetuo exilio.*

L. Judæus. Unic.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Monaxio P. P.*

JUdæus servum Christianum non habebit, & ob hu- 1
jus circumcisionem ultra servi amissionem capitale supplicium non evadet. Colligunt ex Ordinar. Bart. Alban. Cyn. Aloys. Leo Sebast. Næv. remissivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & Casal. *in annot.*

Hanc eandem conclusionem ex hac lege desumunt 2
*l. Hispan. 6. tit. 13. part. 3. ubi gloss. 5. & lex 1. tit. 22. part. 3. ubi etiam gloss. 5. & l. 8. tit. 21. part. 4. ubi gloss. 1. & 2. & l. 22. tit. 11. part. 5. & l. 13. tit. 9. part. 6. ubi gloss. 10. & l. 10. tit 24. part. 7. ubi gloss. 1. & 2. l. 1. tit. 1. lib. 4. for. leg.* ubi Montalv. *& l. 13. tit. 3. lib. 8.* 3
*Ordin.* ubi Perez *gloss. 1.* Menoch. *remed. 9. recup. n. 285. cum seq.* ubi *n. 292.* resolvit Judæo nec servi æstimationem solvendam esse, Mozz. *de contractib. tit. quomodo contractus deficiat, n. 24.* Decian. *in tract. crim. lib. 5. cap. 12. n. 30.* ubi dicit quod Judæi Christianum teneant mancipium, servus ille liber confestim fit, nullo dato pretio, Petr. Greg. *syntag. juris lib. 14. c. 1. n. 20.* 4
Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo servitus, n. 59* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 39. vers. quintus.*

*Et is circumdiberit*, &c.) De pœna Judæi Christia- 5
num circumcidentis, vide Decian. *in tract. crim. lib. 5. c. 12. n. 11.* Padil. *in sum. legum pœnal. p. 2. casu 57. n. 4.*

In gloss. *Capitali, fin*, idest, *perpetuo exilio*, &c. 6
Notatur ad hoc, quod pœna capitalis in dubio intelligi debet de perpetuo exilio, ut per Bernard. *reg. 541.* Duen. *reg. 363. in 9. limit.* Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 1. n. 3.* Boër. *dec. 254. n. 10.* Stranch. *de mercat. p. 4. n. 18.* Afflict. *dec. 404. n. 14. vers. quarta difficultas*, ubi Cæs. de Ursill. *in addit. n. 16.* Alphan. *Collect. 421.* Clar. *in pract. §. fin. q. 67. in prin.* Franc. Marc. *decis. 913. num. 5. in fine*, Padil. *in l. si transigere, n. 33. C. de transactio.* Chærian. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 34. de verb. signif. n. 327. pag. 582.* Soar. *cod. tom. 2. lib. 9. tit. 30. de pœnis, n. 34. pag. 545.* Menoch. *de arbitr. casu 316. n. 10. & de præsumpt. lib. 5. præs. 49. n. 3.* Anchar. Regien

jun. *p.* 2. *q.* 30. *n.* 7. *& ſeq.* Mich. Graſſ. *commun.opin. cap.* 6. *q.* 2. Flamin. Carthat. *in tract. de exequut. ſent. capto bannito, cap. fin. n.* 295. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin.q.*19.*n.* 3. Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. in comment. ad l.unic.C. ex delicto defunctor. p.*2. *n.*42.

## *De Paganis, & ſacrificulis; & templis eorum.*

## TIT. XI.

### SUMMARIUM.

1 *Pagani qui, & unde dicti, & num.* 2.

1 PAGANI ſunt, quos Judæi Ethnicos, ſeu Gentiles appellabant, id eſt, ſimulachrorum,& dæmonum cultores, ſic accipiuntur in præſenti.Scripſerunt in hanc rubr. Sebaſt.Næv.item Cujac.Pac.& Weſemb.

2 De materia vide Doctores citatos *in collect. ad rubr. hujus tit. in Decretalib.* Et apud Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 2. *c.* 181. Quidam nomen Paganis, à pago, quod villam ſignificat, deduci exiſtimant, alii verò, quos ipſe ſequitur, Roman. in Tribus quatuor, quas antiqui Pagos vocabant, diviſam fuiſſe aſſerunt: qui ergo domi relinquebantur, à pagis dicebantur pagani, ad eorum qui ad bellum exibant, differentiam. Horum paganorum exemplo à Fide noſtra alienos Paganos appellari exiſtimat Pancirol. *dicto loco*, tanquam ſub Chriſto non militantes,cui addicti ſimul cum Chriſto militare dicuntur: unde Eccleſia militans appellatur.

### SUMMARIUM.

1 *Templa Paganis claudenda ſunt, ut delinquendi anſa hiſce præcidatur, & n.* 2.
3 *Templa idolorum claudi, & impia ſacrificia ceſſare juſſum.*
4 *Judex qui non vindicat delicta, eadem pœna tenetur, qua delinquentes puniri debuerant.*

### L. Placuit. I.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Taurum P.P.*

1 TEmpla Paganis claudenda ſunt, ut delinquendi anſa hiſce præcidatur. Colligunt ex Ord.Bart. Alban. Cyn. Salicet. Sebaſt. Næv. Ximen. Tolet. *in concord.part.*1.*&* 2. & Caſal. *in annot.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Greg. Lop. *l.*16.*in gloſſ.*6.*verb. de crencia, in fine tit.* 16. *part.*1.*& in l.*2.*gloſſ.*3.*col.* 16. *in med. tit.* 23. *part.* 2. Dec. *in tract. crim.lib.*5. *c.* 10. *n.* 27. Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.*2.*c.* 181. *verſ. Conſtantius*, ubi ait quod Conſtantius ad abolendam impietatem ſacrificia prohibuit, & templa claudi juſſit, non evertit; ſequentes verò Principes ſacrificia prohibuerunt.

*Et acceſſu vetito*, &c.) Conſtantius in præſenti 3 idolorum Templa claudi, & impia ſacrificia ceſſare juſſit, ut tradit Niceph. *lib.* 9. *hiſtoriæ Eccl. c.* 25. ibi. Primus Conſtantius ſacrificare dæmonibus prorſus prohibuit, aras autem eorum ſuſtulit,mandato illo promulgato, ut Deorum fana clauſa eſſent, ne ab aliquo adiri poſſent: idem filii ejus fecere, ſed Theodoſius legem tulit, ut Deorum fana diruerentur,refert Azor. *inſt.moral.p.*1.*lib.*8.*c.*23.*q.*17.

4 *Facultates etiam*, &c.) Notatur ad hoc, quod judex qui non vindicat delicta eadem pœna tenetur, qua delinquentes ipſi puniri debuerant, ut per Tiraquell. *de pœnis temper.in præfat.n.*9.*&* 10.

### SUMMARIUM.

1 *Sacrificuli ex inſpectione jecoris, extorumque præſagientes eventura, non impunes ſunt.*
2 *Veritatem rerum futurarum illicitis mediis explorantes acerbiſſimorum ſupliciorum cruciatus merentur.*

### L. Ne quis mortalium. II.

*Imppp.* THEOD. GRATIAN. & VALENT. AAA. *Cynegio P. P.*

SAcrificuli ex inſpectione jecoris, extorumque præ- 1
ſagientes eventura, non impunes ſunt. Veritatem 2
rerum futurarum illicitis mediis explorantes, acerbiſſimorum ſuppliciorum cruciatus merentur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

*Acerbioris etenim*, &c.) Id eſt, Crucis, ut ex Iſidoro Iſſamone interpretatur Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.*2.*cap.*181.*verſ.Conſtantius.*

### SUMMARIUM.

1 *Ornamenta publicorum operum deſtruenda non ſunt, & num.* 2.
3 *Adverſarius ſi retinet inſtrumentum, quod credo & dico falſum, poſſum ipſum vi eripere, & dilaniare.*

### L. Sicut ſacrificia. III.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Macrobio, & Præliano.*

PUblicorum operum ornamenta non ſunt deſtruen- 1
da, & contra illa legis prætextus, ac chartæ allegatio nihil valet. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.*1.*ſup.hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit 2
Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 2. *c.* 181. *verſ. Conſtantius.*

*Abreptæ hujuſmodi chartæ ex eorum manibus*, &c.) 3
Notatur ad hoc, quod ſi adverſarius retinet inſtrumentum, quod credo & dico falſum, poſſum ipſum vi eripere, & dilaniare, ſi eo contra me uti velit, ut per Boër. *dec.*292.*n.*7.*verſ.& nota.* Et advertit Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ.* 1.*n.* 48. quod ſi quis detineat rem meam, & ſit potens, & ego auctoritate judiciali non valeam eam recuperare,poſſum jure poli aliam æquivalentem furari, vel auctoritate propria aliam apprehendere citra ſcandalum & perturbationem.

### L. Ut prophanos. IV.

*Iidem* AA. & THEOD. A. *Apollodoro. Proconſuli Africæ.*

COnventus civium, horúmque lætitias, ac faſta 1
pulica nemo impediat. Colligunt ex Ord.Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

### L. Omnia loca. V.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Populo Carthaginenſi.*

PRinceps poteſt publica loca donare, & dona iſtiuſ- 1
modi perpetuò apud donatarium permanebunt. Colligunt ex Ord. citati *ad l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

Vide poſita *in collect. ad cap.intellecto* 33.*n.*2.*de jurejur.in Decretalib.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Christiani sub prætextu purioris Religionis Judæos pacificos nullis contumeliis, aut injuriis lacessant.*
2 *Judæos quietè viventes ex lascivia turbantes, eorumque bona diripientes, cum ablata re duplum restituant.*
3 *Rectores provinciarum turbas convenientes ad Judæorum vexationes maturè non impedientes, impunes non manent.*
4 *Judæi & Pagani bonis suis sine causa privari non possunt.*
5 *Bellum adversùs infideles ex eo solùm quod infideles sint, etiam auctoritate Imperatoris, vel Papæ justè indici non potest.*

## L. Christianis. VI.

*Iidem* AA. *Asclepiodoto P.P.*

1 CHristiani sub prætextu purioris Religionis Judæos pacificos nullis contumeliis, aut injuriis la-
2 cessant. Judæos quietè viventes ex lascivia turbantes, eorumque bona diripientes, cum ablata re duplum re-
3 stituant. Rectores provinciarum turbas convenientes ad Judæorum vexationes, & afflictiones maturè non impedientes, nec odiosas turbationes, impunes non manent. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Hujus l. meminit Card. Cæs. Baron. *annal. Ecclesiæ tom. 5. anno Christi 399. pag. 68.*

4 *Vel eorum bona diripuerunt*, &c.) Notatur ad hoc, quod Judæi & Pagani bonis suis sine causa privari non possunt, neque in persona offendi, ut per *l. Hispan. 1. in fine, tit. 25. part. 7. ubi gloss. 3.* Paris. *cons. 2. n. 14. vol. 4.* Socin. *consil. 63. n. 11. cum seqq. vol. 1.* Ludov. Gom. *in §. ex maleficiis, n. 33. Instit. de action.* Menoch. *remed. 9. recup. n. 334. & seq.* ubi ait quod hæc lex non providet circa restitutionem possessionum, sed tantùm punit Christianos occupantes, seu rapientes bona Judæorum, quam intelligit quoad sola bona mobilia, Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 11. n. 7. in fine.*

5 Hinc etiam Covar *in reg. possessor, p. 2. §. 10. n. 1. in fine*, ponderat hunc text. ad hoc, quod bellum adversùs infideles ex eo solùm quod infideles sint, etiam auctoritate Imperatoris, vel Papæ justè indici non potest, de quo vide per me latè tradita *de officio & potestate Episcopi, p. 1. tit. 3. cap. 2. n. 38. cum seqq.*

6 *In duplum quæ rapuerint*, &c.) Ergo pro hac rapina agitur ad duplum, ut per Gregor. Lop. *l. 3. verbo contrestanto, tit. 13. part. 7.* Perez *l. 1. gloss. 1. post princ. tit. 16. lib. 8. Ordin.*

SUMMARIUM.

1 *Delubra Imperiali auctoritate clausa semel, venerandi, adorandique prætextu privatus non referet.*
2 *Simulachris nefandis, execrandisque divinus honor non reddendus.*
3 *Delubra semel clausa referans, & vetita Religionis exercitia cum publico scandalo renovans, confiscationes bonorum, & ultimum supplicium non evitabit.*
4 *Conscii simulachrorum abrogatorum reparationis cum auctoribus abrogata simulachra contra prohibitionem reducentibus eandem cum ipsis pœnam luerunt.*
5 *Rectores Provinciæ negligentes post crimen idololatriæ delatum in puniendo 50. auri libras, judices cum officio totidem fisco inferre tenentur.*

## L. Nemo venerandi. VII.

*Impp.* VALENT. *&* MART. AA. *Palladio P.P.*

DElubra Imperiali auctoritate clausa semel, vene- 1
randi, adorandique prætextu privatus non refe-
ret. Nefandis, execrandisque simulachris divinus ho- 2
nor non reddendus. Delubra semel clausa referans, & 3
vetita Religionis exercitia cum publico scandalo re-
novans, confiscationes bonorum, & ultimum sup-
plicium non evitabit. Conscii simulachrorum abrogato- 4
rum reparationis, cum auctoribus abrogata simulachra
contra prohibitionem reducentibus, eandem cum ipsis 1
pœnam ferunt. Denique Rectores Provinciæ negli- 5
gentes post crimen idololatriæ delatum in puniendo,
50. auri libras judices cum officio totidem fisco in-
ferre tenentur.

Plura circa dispositа in hac lege tradit *l. 1. Hispan. vers. pero en las villas, tit. 25. part. 7.* Card. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom. 6. anno Christi 468. pag. 215.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 181. in fine.* 2

SUMMARIUM.

1 *Domus in qua Paganica fiunt sacrificia, sacro ærario addicenda.*
2 *Sinentes in domibus Paganica exercitia haberi, si nobiles sunt domini domuum, cum bonis dignitatem amittunt; viliores post cruciatus corporis passos in metallum damnandi.*
3 *Militia non est dignitas.*
4 *Nobiles mitiùs puniuntur, quàm plebeii.*

## L. Nemo ea quæ sæpiùs. VIII. & ult.

*Impp.* LEO, *&* ANTHEMIUS AA. *Dioscoro P.P.*

DOmus in qua Paganica fiunt sacrificia, sacro 1
ærario addicenda. Sinentes in domibus Paganica 2
exercitia haberi, si nobiles, aut milites sunt domini do-
muum, cum bonis dignitatem amittunt, viliores autem
post cruciatus corporis passos in metallum damnandi.
Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 3

*Dignitatis, vel militiæ.*) Ergo militia non est dignitas, de quo Tiraq. *de nobilit. cap. 8. n. 8.*

*Privatæ verò conditionis*, &c.) Ergo mitiùs puniun- 4
tur nobiles, quàm plebeii, de quo vide Doctores per
me citatos *in collect. ad l. 3. C. de summa Trinit.* ubi
multipliciter declaro.

# *De his, qui ad Ecclesias confugiunt.*

## TIT. XII.

IN quibusdam codicibus additur, *& ne* 1
*quis ab Ecclesia extrahatur.* Hoc quoque
titulo Ecclesiæ vocantur sacræ ædes, *supr.*
*tit. 2.* Scripserunt in hanc rubr. Aloys.
Leo. Sebast. Nav. item Cujac. Pac. & Wesemb.

De materia vide Doctores, quos plena manu citavi 3
*in collect. ad rubr. de immunit. Eccles. in Decretalib. & in*
*tract. meo de jure Ecclesiast. universo, lib. 3. c. de immunit.*
*Ecclesiarum.*

SUMMARIUM.

1 *Judæi confugientes ad Ecclesias, non citiùs speratam immunitatem consequuntur, quàm si debita uni-*

*verſa ſolverint, aut criminis ſuſpicione ſe purgaverint.*

2 *Judæi Eccleſiaſtica immunitate indigni. Contrarium num.* 3. *Declara ut n.* 4. *Opinio verior quæ, n.* 5.

6 *Debitis fatigati non gaudent immunitate Eccleſiaſtica.*

7 *Uſus frequentioris gratiâ dicta non reſtringunt diſpoſitionem.*

## L. Judæi. I.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Archelao P. A.*

1 JUdæi ad Eccleſias confugientes non citiùs ſperatam immunitatem conſequuntur, quàm ſi debita univerſa ſolverint, aut criminis ſuſpicione ſe purgaverint. Colligunt ex Ordinar. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & Caſal. *in annot.*

2 Per hunc text. juncta gloſſ. tenent Doctores, Judæos indignos eſſe Eccleſiaſtica immunitate, ex eo quod ſunt perfidiſſimi Chriſtiani nominis hoſtes, & Eccleſia non debet præſtare patrocinium illis, qui ſemper nituntur eam impugnare. Ita Covar. *variar. lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 11. Gig. *in tract. de crimine læſæ majeſt. lib.* 3. *tit. de plurib. & diverſ. quæſt. quæſt.* 3. *in fine*, *n.* 18. Marquard. *de Jud. part.* 1. *cap.* 8. Boër. *deciſ.* 110. *num.* 4. ubi dicit, quod licèt aliqui ex Dominis Conſilii Burdegal. vellent contrarium tenere, tamen hæc opinio in illo Senatu prævaluit. Card. Tuſch. *practic. concluſ. verbo Eccleſia, concluſ.* 10. *n.* 17. latè Farinac. *de immunitate, n.* 72. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 81. ampliat etiam quod Judæus dicat ſe velle baptizari. Clar. §. *fin. quæſt.* 30. *verſ. præterea quæro*, Petr. Greg. *ſyntagm. juris part.* 3. *lib.* 33. *cap.* 22. *n.* 1. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 26. *n.* 2. ubi dicit non obſtare hanc legem quæ videtur à contrario ſenſu innuere, quod ſi non ſimularet Judæus, ſed verè, & abſque fraude vellet fieri Chriſtianus, quod deberet eſſe tutus: quia immò hæc lex præſumit quod ſimulatè id faciat, quia quomodo poſſet probari quod non fictè faceret? certè hoc probari non poſſet, quia in illa Eccleſia poſſet etiam ſe baptizari facere, & poſtea redire ad Judaiſmum, & ideo lex iſta ſtatim quod Judæus ex aliquo delicto, vel propter debita, & æs alienum aufugit in Eccleſiam, præſumitur juris præſumptione quod ſimulatè, non contrito corde hoc faciat, ideo non vult eum eſſe tutum: Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæſt.* 28. *n.* 68. *& de immunit. n.* 84. *&* 84. poſt Soar. *loco infrà citando, n.* 11. *&* 12. advertit quod hæc præſumptio eſt juris, non verò juris & de jure, itaut ſi Judæus ante commiſſum delictum & conceptum judicis timorem converſionis ſuæ voluntatis ſigna oſtenderit, tunc ſi poſtea commiſſo delicto ad Eccleſiam confugiat, & petat Baptiſmum, illum non ſimulatè petere præſumitur.

3 Contrarium verò, immò Judæum, ſive alium infidelem ad Eccleſiam confugientem gaudere ejus immunitate, per gloſſ. *verbo Extrahendus, in cap. inter alia, de immunitate Eccleſ.* tenent *ibi* Joan. Andr. *n.* 8. Hoſtienſ. *n.* 1. *in verbo. ab Eccleſia*, Silveſt. *in ſum. verbo immunitas* 3. *n.* 2. *verſ. primus Judæus.* Hippol. de Marſil. *in l. unic. n.* 114. *C. de raptu virg.* Tiraq. *de jure primogen. quæſt.* 65. *n.* 8. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *tract.* 2. *cap.* 10. *n.* 9. *&* 11. *verſ. ideoque probabiliorem*, Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 269. Mar. Ital. *de immunitate Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3. Anton. Ricciul *de jure perſon. extra gremium Eccleſ. exiſtent. lib.* 2. *cap.* 12. *per tot.* & ſecundùm hanc ſententiam cenſuit ſacra Congregat. juriſdictionalibus controverſiis præpoſita de menſe Februarii 1631. cujus deciſionem oculatus teſtis ergo vidi.

4 Alii mediam inter utramque opinionem eligentes viam, reſolvunt Judæum, vel alium infidelem ad Eccleſiam confugientes illius immunitate gaudere, ſi priuſquam ab illa egrediatur Baptiſmum petat, & accipiat. Ita Ordin. Regia Luſitan. *lib.* 2. *tit.* 5. §. 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 51. Soar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *n.* 106. Joan. Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part.* 1. *cap.* 13. *n.* 30. Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Eccleſia, n.* 81. Portel. *in dubiis Regular. verbo Eccleſiæ immunitas, n.* 10. Duard. *in Bullam Cœnæ Domini, lib.* 1. *can.* 15. *q.* 16. *n.* 15. Gabr. Pereira *de manu Regia part.* 2. *cap.* 50. Ant. Diana *moralium reſolut. tract.* 1. *reſol.* 22. Fagundez *in quinque Eccleſiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 49. Ludov. Correa. *in repetit. cap. inter alia, part.* 3. *num.* 3. *de immunitate Eccleſ.*

Ex his opinionibus ſecunda videtur in praxi magis 5
vera & ſequenda, propter auctoritatem ſacræ Congregationis. De hæreticis verò, & à Fide apoſtatis nulla eſt dubitatio, quia cùm in ipſam Eccleſiam delinquere dicantur, & proditores Dei ſint, ejus immunitate minimè gaudere poſſe reſolvunt per me citati *in d. tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 45.

*Quàm debita univerſa reddiderint*, &c.) Ergo de- 6
bitis fatigati immunitate Eccleſiaſtica non gaudent, de quo tamen vide Remig. *de immunit. fallent.* 27. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, ſub eodem tit. art.* 1. *gloſſ.* 2. Anaſtaſ. Germ. *de ſacrorum immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *à n.* 109. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotidianarum, cap. fin. part.* 5. §. 6. *num.* 2. Decian. *dict. lib.* 6. *cap.* 28. *num.* 34. Soar. de Paz *cap.* 3. §. 3. *à num.* 150. Gutier. *in l. nemo poteſt, n.* 183. *verſ. ſed contrariam ff. de legat.* 1. *& pract. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 13. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 62. *lit. C*, Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Eccleſia, num.* 86. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *q.* 9. *poſt verſ. item dubia quæſtionis eſt*, Alex. Ambroſin. *in tract. de immunitate Eccleſ. c.* 13. *n.* 1. *cum ſeqq.* Mar. Itala *d. lib.* 1. *cap.* 5. Gambac. *de immunitate Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 3. Farinac. *in ſimili tract. n.* 57. *cum multis ſeqq.* Ludov. Correa *in d. repetit. cap. inter alia, p.* 3. *n.* 10. Fagundez *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 53. meipſum *d. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. *in fine*, ubi refero ſacram Congregar. negotiis Epiſcoporum, & Regularium præpoſitam, cenſuiſſe immunitate Eccleſiaſtica gaudere pro debito civili ad Eccleſiam confugientem, & *n.* 47. plures citavi Doctores diſputantes an eadem immunitate gaudeant debitores falliti, ſeu decocti.

In gloſſ. 1. ibi, *Sed iſta verba denotant frequentiam.* 7
Notatur ad hoc, quod ea, quæ dictæ ſunt gratiâ frequentioris uſus, non reſtringunt diſpoſitionem, ut per Jaſ. *in l.* 1. *n.* 14. *ff. de teſtament.* Rebuff. *in tract. nominat quæſt.* 14. *n.* 20. *& in comment. ad l.* 31. *ff. de verborum ſignificat. pag.* 193. Hippol. Riminald. *in princip. Inſtitut. de donation. n.* 311. Octavian. *Pedem. deciſ.* 45. *n.* 114. Menoch. *remed.* 8. *recuper. n.* 98. *& conſil.* 106. *n.* 248. Azeved. *ad l.* 2. *à princip. tit* 13. *lib.* 8. *novæ Recop.* Surd. *deciſ.* 19. *n.* 3. D. Barboſ. *in l. cùm prætor, in princip. n.* 51. *ff. de judic.* Valaſc. *conſ.* 8. *n.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 14. *n.* 16.

---

## SUMMARIUM.

1 *Invitus nemo ex Eccleſiæ extrahendus, & n.* 2.

3 *Extrahentes confugientes ad Eccleſiam quas pœnas incurrant, & n.* 4.

5 *Homicida non gaudet immunitate Eccleſiæ de jure civili, ſecus de jure canonico, n.* 6.

7 *Raptores virginum, & adulteri non gaudent Eccleſiaſtica immunitate.*

8 *Confugiens ad Eccleſiam pro quocunque gravi & atroci crimine, inde extrahi poteſt. Contrarium de jure Canonico, n.* 9.

## L. Fideli. I I.

*Impp.* HONOR. *&* THEODOS. AA. *Jovino. P.P.*

1 INvitus ex Eccleſia nemo extrahendus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Vide ad hoc Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 42.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hac lege deſumunt Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 30. in princ.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 17. num. 1.* Card. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 5. anno Chriſti 397. pag. 32. & annot. 407. pag. 199.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 33. c. 21. n. 3. & 4.* Villagut. *de extenſione legum, cap. fin. n. 4. & 5.* Decian. *in tract. crimin. lib. 6. c. 25. n. 1. verſ. & eſt regula certa, & conſ. 80. n. 5. cum ſeqq. lib. 3.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. verbo Eccleſia, concluſ. 10. n. 1.* Galganet. *de jure publico lib. 3. tit. 69. n. 7.* Farinac. *in praxi crim. p. 1. q. 28. n. 1. cum ſeq. & de immunit. n. 6. cum multis ſeqq.* Bonac. *de cenſur. extra Bullam diſp. 2. q. 1. punct. 16. §. 3. n. 10.* Ego ipſe *in tract. de jure Eccleſ. univerſo, lib. 2. cap. 3. num. 50. cum ſeqq.*

3 *Ut ſi quiſquam contra hanc legem*, &c.) Notatur ad hoc, quod extrahentes confugientes ad Eccleſiam, pœnas in hoc text. incurrant, etiam effectu non ſequuto, & ſic non extracto confugiente, cùm iſto caſu ſufficiat ſola extrahendi attentatio, ut per Farin. *in tract. de immun. Eccleſ. n. 322.*

4 *Sciat ſe majeſtatis crimine eſſe retinendum.*) Notatur ad hoc, quod extrahentes ad Eccleſiam confugientes puniuntur pœnâ ultimi ſupplicii, & læſæ majeſtatis crimine tenentur, ut Petr. Greg. *d. lib. 33. cap. 11. n. 2.* Ludov. Peguera *in ſua pract. crim. c. 26. n. 5. verſ. item & l. 2.* Card. Tuſch. *d. verbo Eccleſia, concl. 8. n. 2. & 4.* Anaſtaſ. Germ. *de ſacrorum immun. lib. 2. c. 16. n. 6.* Alex. Ambroſin. *de immun. & libert. Eccleſ. cap. 1. n. 2. & cap. 15. n. 5. & 6.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 9. n. 11.* Farin. *d. tract. de immunit. n. 309.*

5 In gloſſ. *Abducere*, ibi, *præter homicidas)* Notatur ad hoc, quod de jure civili homicida ad Eccleſiam confugiens, illius non gaudet immunitate: vide Boër. *deciſ. 109. n. 1.* Covar. *lib. 2. var. cap. 20. n. 7. verſ. 9.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 9. cap. 9. verſ. quod verò* Farinac. *d. tract. de immunit. n. 107. & 108.* ubi de jure Canonico contrarium eſſe tenendum aſſerunt.

6 In eadem gloſſ. ibi, *adulteros*, vide Remig. *in tract. de immunit. fallent 3. veſ. ſextò ampliatur, n. 8.* Perez *l. 1. tit. 15. lib 8. Ordin. pag. 290.* & videas *infrà.*

7 In eadem gloſſ. ibi *& virginum raptores.* Notatur ad hoc, quod raptores virginum, & adulteri non gaudent Eccleſiaſtica immunitate, ut per Boër *d. dec. 9. n. 1.* Petr. Greg. *d. lib. 33. c. 22. §. ſed & tertiò*, Decian *in tract. crim. lib. 6. cap. 28. n. 20.* ubi hanc ſententiam probat, & ſervandam eſſe dicit in terris Imperii, quando raptus commiſſus fuit præcedentibus inſidiis, & malis artibus. Verùm Farinac *d. tract. de immunit. n. 87.* advertit id de jure Canonico eſſe correctum, cui ſtandum potius eſt in hac parte, quàm juri Cæſareo.

8 In eadem gloſſ. ibi, *hodie idem*, &c. Notatur ad hoc, quod pro quocumque gravi & atroci crimine confugiens ad Eccleſiam poſſit inde extrahi, ut per Bellapert. Salicet. Cyn. Odofred. & alios *in præſenti*, Decian. *d. lib. 6. cap. 28. n. 20. in fine.* Verùm de jure Canonico ex text. *in cap. inter alia, de immunit. Eccleſ.* confugientes ad Eccleſiam illius immunitate gaudent, & non poſſunt ab ea extrahi inviti pro quocumque crimine, etiam enormi & graviſſimo, niſi tantùm in caſibus à jure expreſſis. Ita Gutier. *pract. lib. 3. q. 1. n. 3. & q. 4. num. 12.* Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immunit. lib. 3. cap. 16. n. 54. in fine*, Farinac. *d. q. 28. n. 15. & d. tract. de immunit. Eccleſ. n. 85.*



SUMMMAIUM.

1 *Servus armatus in Eccleſiam irruens Eccleſiæ immunitate non gaudet, & licitè ab Eccleſia poteſt extrahi.*

2 *Servus armatus in Eccleſia domino reſiſtens quibuſcunque mediis, tam vivus, vulneratus, quàm mortuus extrahi poteſt.*

## L. Si Servus. III.

*Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *Imperio P.P.*

SErvus armatus in Eccleſiam irruens Eccleſiæ immunitate non gaudet, & licitè ab Eccleſia extrahi poteſt. Item ſervus armatus in Eccleſia domino reſiſtens, quibuſcunque mediis, tam vivus, vulneratus, quàm mortuus extrahi poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Decian. *in tract. crimin. lib. 6. cap. 26. n. 9. verſ. verùm ſi ſervus*, Covar. *lib. 2. var. c. 20. n. 14. verſ. his ſuffragatur.* Soar. *de Religion. tom. 1. lib. 3. tract. 2. cap. 10. n. 2. poſt med. verſ. additur verò*, optimè Farinac. *in tract. de immun. 72.* eleganter Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 182.* ubi tradit quid moverit Theodoſium juniorem ad ſtatuendum in hac lege ut nullus ſervis armatis & confugientibus ſecurus aditus ſit, & hiſtoriam narrat ex Socrate *lib. 7. c. 33. Cujuſdam*, inquit, *præpotentis viri octoginta ſervi genere barbari cùm immanem heri ſui feritatem experti, eam ferre non poſſent, ad Eccleſiam confugerunt, atque gladiis cincti ad altare proſilierunt: rogati ut abirent, obſequi nullo modo volebant, ſed ſacris myſteriis obeundis erant impedimento: quin etiam dies complures ſtrictos tenuere gladios parati ad quemcunque obtruncandum, qui illos adiret. Itaque uno Clerico interfecto, altero vulnerato, ad extremum ſibi ipſis necem conſcivere.* Et ideo Theodoſius ad annum ſalutis 431. ſanxit hic, ut ſervi cum armis ad Eccleſiam confugientes poſſent extrahi. 2

*Nulla erit ejus noxa*, &c.) Hanc occaſionem arripuerunt Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 45.* Covar. *lib. 3. var. cap. ult. n. 14.* Menoch. *remed. 8. recup. n. 40.* ad aſſerendum hanc legem eſſe admodum iniquam, & advertit qui ultimo loco citatur, idem ſenſiſſe S. Chryſoſt. contra Eutropium Conſtantii Imperatoris Eunuchum, cujus ſuaſionibus lex illa fuit promulgata.

SUMMARIUM.

1 *Seditiones, conclamationes, tumultus, item & conventicula contra quietem Eccleſiæ ceſſabunt.*

2 *Conventicula, pro congregationibus factis repentè, & ſine Prælato.*

3 *Offerendi timens ab alio, implorare poteſt officium judicis, ut illum compellat ſibi præſtare cautionem de non offendendo.*

## L. Denunciamus. IV.

*Imp.* MARTIANUS. A. *ad populum.*

SEditiones, conclamationes, tumultus, item conventicula contra quietem Eccleſiæ ceſſabunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Vide Card. Baron. *tom. 6. annal. Eccleſ. anno Chriſti 451. pag. 100.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 19. n. 51.* ubi textum intelligit quando à principio facta eſt congregatio, ut Eccleſia occupetur, Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 1. cap. 168. in medio*, ubi conven- 2

ticula hic accipienda asserit pro congregationibus factis repentè, & sine Præsule.

3 *Et legitimum præstare præsidium.*) Notatur ad hoc, quod quando aliquis timet offendi ab alio, potest implorare officium judicis, ut illum cõpellet sibi præstare idoneam cautionem & securitatem de non offendendo, ut per Hipol. Rimin. *in l.* 1. §. *præterea, n.* 45. *ff. de qq.* Ant. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 6. *n.* 16. Herculan. *in tract. de caut. de non offendendo, cap.* 3. *n.* 1. Petr. à Plaza *in epitom. delict. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 1. Vulpe *in tract. de pace, q.* 35. *n.* 1. Andr. Gail. *de pace publica lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 1. *cum seqq.* latè Farin. *in praxi crimin. q* 107. *n.* 14. ubi *n.* 15. tenet quod si judex requisitus ab eo; qui timet se offendi, non coëgerit eum, de quo timetur, ad præstandam hanc cautionem, dicitur injustitiam facere, & in syndicatu tenetur de omni scandalo, & damno sequuto, & *num.* 18. quod debet præcedere partis citatio, & causæ cognitio & *n.* 23. quod judex non potest cogere unam solam partem ad præstandum cautionem quando altera pars etiam justè timens petit sibi recaveri: & à *n.* 23. latè disputatur an & in quando cautio de non offendendo sit præstanda cum fide jussione, vel sine.

---

SUMMARIUM.

1 *Confugientes ad Ecclesiam fidei orthodoxæ, expelli ex ea inviti non possunt.*

2 *Sacrilegi, & violatores quietis Ecclesiasticæ non gaudent privilegio immunitatis, & pro cognitione, & effectu tales violatores ultimum supplicium sentient.*

3 *Refugæ Ecclesiarum victu ac vestibus non sunt spoliandi. Possunt in Ecclesiis Judicibus respondere, & se legitimè defendere, n.* 4.

5 *Latitans in finibus Ecclesiæ per œconomum, aut defensorem ad instantiam laici Judicis offerendus, & præsentandus Judici laico.*

6 *Ab Ecclesia nemo extrahendus.*

7 *Clerici & laici immunitate Ecclesiastica gaudeant.*

8 *Pœna mortis afficiendi sunt illi, qui non modò re ipsa fugientem ad Ecclesiam ex ea extraxerunt, sed & qui extrahere cogitaverunt.*

9 *Extrahens confugientem ad Ecclesiam pœnæ ultimi supplicii punitur.*

10 *Confugiens non solum ad Ecclesiam, sed etiam ad fines Ecclesiæ, illius immunitate gaudet, & invitus inde extrahi non potest.*

11 *Confugientes ad Ecclesiam, nec directè, nec indirectè inde extrahi possunt, ac propterea illis nec alimenta, nec quiescendi commoditas negari potest.*

12 *Citatio an possit fieri in Ecclesia.*

13 *Citatus in Ecclesia latitans, per se, vel Procuratorem comparere potest, & contra latitantem primum decretum decernitur.*

14 *Bona latitantis in Ecclesia extra illam sita, item occultata judex secularis excutere, & ad commodum publicarum, privatarumque rationum distribuere potest.*

15 *Debitorum fugitivorum res in Ecclesia, & hujus limitibus occultatæ, per œconomum, & defensorem ad solutionem debitorum Ecclesiæ fisci, privatorumque creditorum sunt inquirendæ, & invemæ exhibendæ.*

16 *Antistes ob suspicionem justam allegatam custodientem res fugitivi occultatas in præjudicium creditorum, sub jurisjurandi religione interrogare potest Clericum de rebus custoditis.*

17 *Privilegium reis, debitoribus, refugis ad Ecclesiam, competens, ad fidejussores, mandatores, familiares sociosque pertinet &c.*

18 *Servi, coloni adscriptitii cum rebus subtractis ad Ecclesiam confugientes immunitatem impetrant.*

19 *Defensor & œconomus Ecclesiarum Judices refugarum Ecclesiasticorum post traditos refugas instruant, ut æquitatem convenientem in executione adhibeant.*

20 *Bona quæ in Ecclesia posita sunt, per vim inde auferri non possunt.*

21 *Debitor ad Ecclesiam confugiens pro debito etiam publico, & Reipubl. capi non potest.*

22 *Servum ad Ecclesiam confugientem potest dominus petere sibi restitui.*

23 *Confugienti ad Ecclesiam ab eadem Ecclesia præstari alimenta debent, si ipse confugiens non habet unde se alat.*

24 *Alimentarius non debet esse otiosus, sed tenetur operari ad commodum ejus, qui præstat alimenta.*

25 *Judicibus secularibus, & magistratibus delinquentes in Ecclesia perquierere prohibitum.*

26 *Decretum quo quis alimenta decrevit, dicitur sententia interlocutoria.*

## L. Præsenti lege. V.

*Imp.* Leo A. *Erythrio P.P.*

COnfugientes ad Ecclesiam Fidei orthodoxæ expelli, aut trahi ex ea inviti non possunt. 1
Sacrilegi, & violatores quietis Ecclesiasticæ privilegio immunitatis non gaudent, & pro cognitione, & effectu tales violatores ultimum supplicium sentient Refugæ Ecclesiarum victu ac vestibus non spoliandi, nec privandi. Iidem in Ecclesiis Judicibus respondere, & se 3
defendere legitimè possunt. Latitans in finibus Ec- 4
clesiæ, per œconomum, aut defensorem, ad instantiam 5
laici Judicis offerendus, & præsentandus judici laico. Colligunt Ordinar. Doctores citati *ad. l.* 1. *num.* 1. *supra hoc tit.* Vide Corras. *lib.* 5. *miscell. cab.* 23. Jas. *in l. vinum* 6. *ff. si certum petatur.* & vide Boër. *dec.* 109. *cum sequent.* Guid. Pap. *q.* 125. Alciat *de præsumpt. regul.* 3. *præsumpt.* 33.

Leo Imperator hanc legem condidit, qua statuitur 6
ut nemo ab Ecclesia extraheretur invitus, exemplo Ardaburii, qui infensum sibi Joannem in Marcelli cœnobio latitantem missis militibus extrahere conabatur, cum splendidissima Crux igne circundata erupit, & ignea fulgura in milites contorsit, eosque fugere coëgit. Rei miraculo tertius Imperator ita sanxit, sicut historiam narrant Surius *die* 2. *Decembris*, Card. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom.* 6. *anno Christi* 466. *pag.* 207. Guid. Pancirol. *in thesauro. var. lect. lib.* 2. *cap.* 183.

*Cujuscunque conditiones*, &c.) Utrùm Clerici & laici 7
gaudeant immunitate Ecclesiastica, dixit latè *in collect. ad cap... de immunit. Eccles. in Decretal. & in tract. de jure Eccles. univers. lib.* 2. *cap.* 3. *à n.* 235.

*De sacrosanctis Ecclesiis*, &c.) Licet interdictæ, vel 8
pollutæ, aut nondum consecratæ, aut etiam dirutæ & destructæ, si adsit refectionis spes, ut latè dixit *in collect. ad cap... de immun. Eccles. in Decretal. & d. lib.* 2. *cap.* 2. *à n.* 59.

*Aut nuda saltem cogitatione*, &c.) Notatur ad hoc, 9
quod pœna mortis afficiendi sunt illi, qui non modò re ipsa fugientem ad Ecclesiam ex ea extraxerunt, sed & qui extrahere cogitaverunt, quem casum specialem esse favore Ecclesiæ ex Baldo, Corras. & Covar. dicit Menoch, *de arbitr. casu* 360. *n.* 68. subdit tamen quod licèt hic text. consideratè videatur solam nudam cogitationem, tamen credit verius unà cum Gloss. exponendum, nuda cogitatione & tractatu sequuto, ita quod actus aliquis extrinsecus factus sit, Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *c.* 27. *n.* 5. ubi *n.* 6. ob id forsan dicit patria esse quod quis extrahat, vel quod obsideat confugientem in ipsam Ecclesiam, & ei prohibeat præstari alimenta, vel compedibus, aut vinculis detineat in ipsa Ecclesia, ne aufugiat, Farin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 28. *n.* 4. *& d. tract. de immunit.*

*immunit. Eccleſ. n.* 322. ubi *n.* 323. poſt Alex. Ambroſin. *in tract. de immun c.* 15. *n.* 6. & Mat. Ital. *cod. tract. lib.* 1. *cap.* 6. § 2. *à n.* 54. & alios declarat ut ſola cogitatio ad tractatum, ſeu alium extrinſecum actum non perducta minimè ſufficiat ad incurrendam pœnam hujus legis.

10 *Capitalis & ultimi ſupplicii*, &c.) Notatur ad hoc, quod extrahens confugientem ad Eccleſiam, pœna ultimi ſupplicii punitur, ad quod plures citati Doctores *in collect. ad l.* 2. *ſup. hoc tit.*

11 *Eorumque finibus*, &c.) Notatur ad hoc, quod confugiens non ſolùm ad Eccleſiam, ſed etiam ad fines Eccleſiæ illius immunitate gaudet, & invitus inde extrahi non poteſt, ut per Farin. *dicto tract. de immun. n.* 283. ubi *n.* 284. *cum ſeqq. per cap. ſicut antiquitus*, 17. *q.* tenet confines Eccleſiæ eſſe intra triginta paſſus, ſi Eccleſia non fuerit Cathedralis; ſi verò fuerit major & Cathedralis, intra 40. paſſus, & quod iſti 30 aut 40. paſſus incipiunt à foribus Eccleſiæ: & tandem *n.* 294. aſſerit hoc de conſuetudine non obſervari.

12 *Nec in ipſis Eccleſiis*, &) Notatur ad hoc, quod ad Eccleſiam confugientes nec directè, nec indirectè inde extrahi poſſunt, ac propterea illis nec alimenta, nec quieſcendi commoditas negari poteſt, ut per Anaſtaſ. Germon. *de ſacrorum immun. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 94. Azeved. *l.* 3. *n.* 21. *ad fin. tit.* 1. *lib.* 1. *novæ Recop.* Villag. *de extenſ. legum, cap. fin. n.* 4. *in fine.* Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 17. *verſ.* 1. Anton Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 10. *n.* 1. *verſ. adde*, Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 17. *n.* 3. Decian *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 6. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 4. Farinac, *in praxi crimin. q.* 28. *n.* 9. *& d. tract. de immunit. num.* 295.

13 *Et ſe in ſacris locis offerant quærentibus conveniendo*, &c.) Ergo citatio poteſt fieri in Eccleſia, de quo, & an verum ſit, vide Valaſc. *conſult.* 81. *per tot.* Tiraquell. *de retract. lig. in fine*, *n.* 81. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 1. *collect.* 109. *verſ. ſed num. poſſit*, Azeved. *ad Curiam Piſan. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 4. *lit. E* Ludov. Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. Eccleſ. part.* 2. *n.* 27. Donat. Anton. de Marinis *quotid. reſol. cap.* 44. *n.* 3.

## §. Cùm autem monitus.

14 Citatus in Eccleſia latitans, per ſe, vel Procuratorem comparere poteſt, & contra latitantem primum decre-
15 tum decernitur. Bona latitantis in Eccleſia extra illam ſita, item occultata judex ſecularis excutere, & ad commodum publicarum, privatarumque rationum diſtri-
16 buere poteſt. Debitorum fugitivorum res in Eccleſia, & hujus limitibus occultatæ, per œconomum, & defenſorem ad ſolutionem debitorum Eccleſiæ, fiſci, privatorumque creditorum ſunt inquirendæ, & inventæ exhi-
17 bendæ. Antiſtes ob uſpicionem juſtam allegatam cuſtodientem res fugitivi occultatas in præjudicium creditorum, ſub juris jurandi religione interrogare poteſt
18 Clericum de rebus cuſtoditis. Privilegium reis, debitoribus, refugis ad Eccleſiam comperens, ad fidejuſſores, mandatores, familiares, ſocioſque pertinet, cum onere excuſſionis, exhibitionis, inquiſitionis, diſtractioniſque
19 bonorum. Servi, coloni adſcriptitii cum rebus ſubtractis ad Eccleſiam confugientes immunitatem impetrant, cum rebus autem ſubtractis, interceſſione Antiſtitis, ne propter alimenta Eccleſiæ oneri ſint, reſtituuntur Dominis. Denique defenſor & œconomus Eccleſia-
20 rum Judices refugarum Eccleſiaſticorum poſt traditos & exhibitos refugas inſtruant, ut æquitatem convenientem in executione adhibeant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

21 *Sanè ſi intra fines* &c.) Adverte quod bona, quæ in Eccleſia poſita ſunt, per vim inde auferri non poſſunt, Angel. *in ſum. verbo Immunitas*, *n.* 10. Farin. *d. tract. de immun. n.* 55. Ego *d. tract. de jure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 55.

22 *Vt eorum quoque bonis publica debita*, &c.) Notatur ad hoc, quod debitor ad Eccleſiam confugiens pro debito etiam publico & Reipubl. capi non poteſt, ut per Farin. *d. tract. de immunit. Eccleſ. n.* 57. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 61.

*Si verò ſervus fuerit*, &c.) Notatur ad hoc, quod 23 ſervum ad Eccleſiam confugientem poteſt dominus petere ſibi reſtitui recepto juramento ab ipſo domino, vel ſi judici videbitur, recepta ſecuritate de illum non offendendo, ut per Anaſt. Germon. *d. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 55. Dec. *dicto lib.* 6. *cap.* 26. *n.* 9. *in princip.* Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 9. *quæſ.* 9. *in fine, verſ. quid dicendum de ſervo*, Soar. *dicto lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 2. Farin. *d. tract. de immunit. num.* 73.

*Et ipſi per incommodum Eccleſiæ egerint*, &c.) 24 Notatur ad hoc, quod ad Eccleſiam confugienti ab eadem Eccleſia alimenta præſtari debent, ſi ipſe confugiens aliunde non habeat unde ſe alat, utpura de ſuo proprio, vel à conſanguineis vel amicis, ut per Boër. *dec.* 303. *n.* 3. Decian. *dicto lib.* 8. *c.* 29. *num.* 3. Azor. *inſtit. moral.* & Villag. ac alios, quos refert Farin. *d. tract. de immunit. n.* 96.

Nec alimentarius debet eſſe otioſus, ſed tenetur ope 25 rari ad commodum ejus qui præſtat alimenta, ut per Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 29. *n.* 1.

*Inter hæc autem quæ ſedulò*, &c.) Notatur ad hoc 26 quod ſecularibus judicibus, & magiſtratibus prohibitum eſt delinquentes in Eccleſia perquirere, ut per Franc. Marc. *dec.* 113. *p.* 1. Farin. *d. tract. de immun. n.* 127.

In gloſſ. *Admodum*, *in fine*, ibi, *præterea hæc non eſt diffinitiva, ſed interlocutoria*. Notatur ad hoc, quod decretum quo quis alimenta decernit, dicitur ſententia interlocutoria, ut per Rom. *ſing.* 602. Marant. *de ordine judic. part.* 6. *actu* 2. *tit. & demùm fertur appellat. n.* 9.

# *De his, qui in Eccleſiis manumittuntur.*

## TIT. XIII.

ETIAM hic Eccleſiæ pro templis, ſeu ſacris ædibus accipiuntur. Scripſerunt in hanc rubr. Aloyſ. Leo, item Cujac. Pac. & Weſemb.

---

### SUMMARIUM.

1 *Domini ſervos ſuos manumittere poterant in Eccleſia, & n.* 2.
3 *Contractus fieri poſſunt in Eccleſia.*
4 *Antiſtitibus, pro Antiſtite.*

## L. Jamdudum. I.

*Imp.* CONSTANT. A. *ad Protogenem Epiſc.*

IN Eccleſia domini ſervos ſuos manumittere pote- 1
rant. Colligunt ex Ordin. Bart. Alban. Cyn. Salic. Gothofred. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv.

Hanc eadem concluſionem ex hoc text. deſumunt, 2 & declarant Connan. *lib.* 2. *comment. juris, cap.* 4. *n.* 21. Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 10. Cardin. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſ. tom.* 3. *anno Chriſti* 316. *pag.* 126. ubi etiam de antiquitate, & intelligentia hujus tit. Pichard. *ad §. manumiſſi, num.* 3. *Inſtit. de libertin.*

*Ut in Eccleſia* &c.) Ergo contractus in Eccleſia 3 fieri poſſunt ut per Armil. *in ſum. verb. Immunitas*, Ludov. Correa *in repet. cap. inter alia, de immun. Eccleſ. p.* 2. *n.* 27. meipſum *in tract. de jure Eccleſ. univerſo, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 12. *cum ſeqq.*

In gloſſ. *Antiſtitibus*, ibi, *id eſt, Antiſtite*, *plurale* 4

*pro ſingulari.* Vide Coſtam. *in cap. ſi pater, verbo Si abſque liberis, n. 26. de teſtam. in 6.*

SUMMARIUM.

1 *Libertas ſervis coram Antiſtite data in Eccleſia, æquipollet libertati quam civitas Romana dabat, & num. 2.*

3 *Libertate donati in Eccleſia, Sacrdotibus teſtibus, cives Romani fiebant.*

## L. Quid religioſa. II. & ult.

*Idem* A. *Oſio.*

LIbertas ſervis coram Antiſtite in Eccleſia data, æquipollet libertati, quam civitas Romana dabat: Collgunt ex Ordin. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc.tit.*

Hanc eandem concluſ. deſumunt ex hoc text. Connan. *comment. juris civilis lib. 2. cap. 4. n. 11.* Card. Cæſ. Baron. *annal. Eccleſiæ tom. 3. anno Chriſti 316. pag. 126.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 14. cap. 5. n. 10. ubi ex Nicephor. lib. 7. hiſtor. Eccleſ. cap. 46.* & Sozom. *hiſtor. trip. lib. 1. cap. 9.* ait quod ex lege Conſtantini libertate donati Sacerdotibus teſtibus in Eccleſia, cives Romani fiebant.

## *De legibus, & conſtitutionibus Principum, & edictis.*

## TIT. XIV.

DE legibus vide *ff. lib. 1. tit 3.* de conſtitutionibus & edictis *lib. 1. tit. 4.* Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Bald. Caſtrenſ. Alciat. Sichard. Alex. Duaren. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Wſembec.

De tit. integros tractatus edidêre Antonius Auguſt. Sebaſt. Medices, Ludovicus Carbo, Durandus de S. Porciano, Joannes Salas, Alexander Turrianus, Franciſcus Suarez, Chriſtophorus Anguianus. & Martinus Bonacina.

De poteſtate legis pœnalis Alphonſus à Caſtro.

De legibus connubialibus. Andreas Tiraquellus.

De poteſtate legis humanæ, præſertim Eccleſiaſticæ, Gregorius de Valentia.

De lege Salica Joannes Pyrrhus.

De legis potentia Conſtantius Rogerius *tom. 1. tract. Doctorum, fol. 395.*

De legum interpretatione Stephan. de Federicis *d. tom. 1. fol. 208.*

De legibus duodecim tabularum Franciſcus Balduin. *d. tom. 1. fol. 225.* Jacobus Revardus *eod. tom. 1. fol. 224.* Ludovicus Carondas *fol. 267.* Martinus Schicuardus.

De materia vide Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verb. lex,* Morlam. *in empor. juris civilis, p. 1. tit. de legib.* Camill. Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 13. de legib. conſtitutionibus Principum, edictis, & pragmaticis,* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. tit. de legib. & conſtit.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 6.* Ariſmin. Tepar. *var. ſent. tit. 41. de legib. & conſtit. Principum,* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. L, n. 1. cum multis ſeqq.* Nicol. Serar. *tom. 2. opuſcul. Theol. in diſp. de legib.* Lorca *in 12. tom. 2. tract. de legib.* Becan. *in ſum, Theolog. p. 2. tract. 3.* Malder. *in 1. 2. D. Thom. q. 96. art. 6.* ubi Granado *controv. 7. tract. 3.* Layman. *in Tholog. moral. tract. 4.* Anton. Diana *reſol. moral. p. 1. tit. de legibus.*

SUMMARIUM.

1 *Æquitatem contra legem ſcriptam ſolus Princeps mitigando jus ſcriptum attendit in interpretatione legum.*

2 *Contrarietas l. inter æquitatem, de legib. & conſtit. & l. placuit, de jud. diluitur, & n. 3. 4. 5.*

## L. Inter æquitatem. I.

*Imp.* CONSTANTINUS A. *Baſſo. P.V.*

ÆQuitatem contra legem ſcriptam ſolus Princeps 1
mitigando jus ſcriptum attendit in interpretatione legum. Colligunt ex Ordinar. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Bald. Conſtrenſ. Odofred Alber. Bellapert. Jacob. Batrig Fulgoſ. Jaſ. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Nævius, poſt omnes Hubert. Giphan. remiſſivè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* & Caſal. *in annot.*

Quædam contrarietas videtur extare inter hanc le- 2
gem, & *l. placuit, infr. de judic.* in qua diluenda plura conſumunt ſeſe inaniter torquentes tam Theologiæ, quàm Juriſprudentiæ Doctores, ut videre eſt apud Duaren. *in tit. de judic. cap. de variis judic. præcept. pag. mihi 186. poſt med.* Albert. Bolognet. *tract. de lege, jure & æquit. cap. 5.* Cujac. *lib. 7. obſerv. 18. & de feudis lib. 2. tit. 1. pag. 1838.* Donell. *comment. juris lit. 26. cap. 2. propè fin.* Mendoza *de pactis lib. 1. c. 3. n. 9.* Morlam *in emporio juris part. 1. tit. de legib. q. 11.* Nicol. de Paſſeribus á Genoa *in concil. cunct. legum. pag. 699.* Anguian. *de leg. lib. 1. contr. 8.* Soar. *in ſimli tract. lib. 6. c. 8. n. 14.*

In hac lege Conſtantinus Imper. & Licinius dicunt 3
quod inter æquitatem & jus intrepoſitam interpretationem illis ſolis & oportet & licet inſpicere, ex quo probatur jus ſcriptum neceſſariò eſſe ſervandum, nec judices poſſe æquitatem ſequi temperato rigore ſine Principis licentia. At verò idem Conſtantinus *in l. placuit, infrà, judic.* ita ait: *Placuit in omnibus rebus præcipuam eſſe juſtitiæ, æquitatiſque ſcriptæ, quam. ſcriptis juris rationem,* ex qua videtur clarè conſtare æquitatem ſcriptam eſſe poſſe, & præferendam ſemper eſſe rigori.

Primo loco Accurſ. Bart. Bald. Alex. Jaſ. & cæteri in 4
dictis juribus, & alii, quos refert, ſed non ſequitur Morla *dicta q. 11. n. 7.* confingunt falsò duplicem æquitatem, ſcriptam, & non ſcriptam; & de ſcripta dicunt intelligendum textum in præſenti, & de non ſcripta *d. l. placuit,* quod non poteſt defendi: nam æquitas, ut dicit Mendoz *loco citato*, cùm ſcribitur, vel promulgatur, æquitas eſſe deſinit, & jus incipit eſſe legitimum, ut conſtat ex definitione Ariſtotelis dicentis eſſe juſtum præter legem.

Secundo loco Perez *in proœm. ad leges ordin. q. 2.* 5
Morla *d. quæſt. 11. num. 20. cum ſeqq.* dicunt textum in præſenti intelligendum eſſe, cùm mens, & intentio legis dubia eſt & incerta, & meritò ignoratur an oporteat ſtrictum jus æquitate temperari, quia ex verbali obſervatione nihil injuſti natura, aut abſurdi naſcitur, quia tunc ſoli Principi, cujus fuit condere, licebit eam legem interpretari, ſicut & ad Principem ſolum ſpectat legem duram corrigere & coarctare, non verò ſubdito id licet, *l. proſpexit, ff. qui & à quibus.* At verò *dict. l. placuit*, ut proinde æquitas rigori à quolibet præferenda ſit, procedit quando mens legis eſt certa, tunc enim licebit & judici, & alteri ſubdito extendere & limitare verba ac diſpoſitionem legis æquitate ſuadente, omiſſa ſcriptura & verbi ſignificatione, quod eleganter confirmat Ferdinand. de Mendoza *citato loco, verſ. dicas,* & Cujac. *ad l. 7. ff. de juſtit. & jur. col. 2. pag. 129.* ubi expreſsè dicit hanc legem eſſe intelligendam de jure obſcuro; nam ſi ſit apertum jus ſcriptum & clarum, etiamſi evidens æquitas refragetur, ſequimur

potius

potius duritiem juris ſcripti, quàm benignitatem æqui & boni *ad l. proſpexit.*

SUMMARIUM.

1 *Conceſſum alicui ex gratia, vel privilegio, jus univerſale non inducit.*
2 *Relatio ſimulata ad impediendum privilegii effectum, ipſo jure nulla eſt.*
3 *Reſcripta Principum impetrans, aſtutè, falsò, & ſubreptitiè conſequens eadem, fructum nullum ſentire debet, nec impunis manet.*
4 *Lex à privilegio diſtinguitur.*
5 *Privilegium vim legis habet inter illas perſonas, ut non faciat jus generale.*
6 *Privilegium, conſuetudo, aut ſtatutum non ſunt abſurdè interpretanda.*
7 *Subreptio vitians impetrationes ac reſcripta, remiſſivè.*

## L. Quæ ex relationibus. II.

*Impp.* THEOD. A. *&* VALENT. *Cæſar ad Senatum.*

1 COnceſſum alicui ex gratia, vel privilegio jus univerſale non inducit. Item relatio ſimulata ad
2 impediendum privilegii effectum ipſo jure nulla eſt. Reſcripta Principum impetrans, aſtutè, falsò, & ſubreptitiè conſequens eadem, fructum nullum ſentire debet,
3 nec impunis manet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*In commune*, &c. In hoc diſtinguitur lex à privile-
4 gio, quia illius conditio eſt ordinari in bonum commune, & reſpicere publicam utilitatem, hujus verò natura eſt bonum privatum reſpicere, ita Anguian. *de leg. lib. 2. controv. 1. n. 40. & lib. 3. controv. 1.*

5 *His damtaxat*, &c.) Notatur ad hoc, quod privilegium habet vim legis inter illas perſonas, non ut faciat jus generale, ut per Gregor. Lop. *l. 28. gloſſ. 1. verbo deximos, tit. 18. part. 3.*

6 Notatur etiam ad hoc, quod privilegium, conſuetudo, aut ſtatutum non ſunt abſurdè interpretanda, ut per Boër. *dec. 130. n. 3.*

*Notam infamiæ*, &c.) Per ſententiam ſcilicet, non ipſo jure, ut per Gregor. Lop. *l. 27. gloſſ. ult. verbo Por malo, e por infamador, tit. 18. part. 3.*

7 *Per ſubreptionem*, &c.) De ſubreptione vitiante impetrationes, ac reſcripta, vide Menoch. *de arbitr. caſu 202.* Baptiſt. Leonel. *in ſpeciali tract. de ſubreptione reſcripti*, Alex. Trentacinq. *ver. reſol. lib. 1. tit. de reſcript. reſol. 5.* Sanchez *de matrim. lib. 8. diſp. 21.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 7. lit S, concl. 722. cum ſeqq.* meipſum *in collect. ad cap. ſuper litteris 20. de reſcript. in Decretalib.*

SUMMARIUM.

1 *Leges generales cuncti attendere, & obſervare tenentur.*
2 *Interlocutiones Imperiales extra caſum ſpecificum vim legis generalis contra reſcripta privatis conceſſa non habent.*
3 *Leges omnes æqualiter ligant, & ab omnibus debent obſervari.*

## L. Leges ut generales. III.

*Iidem* AA. *ad Senatum.*

LEges generales cuncti attendere, & obſervare tenentur, illæque per edicti nuncupationem, & pragmaticam ſanctionem ad omnes judices, & populos diriguntur, aut per extenſionem demandatam generales cenſentur. Interlocutiones verò Imperiales extra ca- 2
ſum ſpecificum vim legis generalis contra reſcripta privatis conceſſa non habent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*Ab omnibus æqualiter in poſterum obſerventur.*) No- 3
tatur ad hoc, quod leges omnes æqualiter ligant, & ab omnibus debent obſervari, de quo vide poſita *in collect. ad c. 6. n. 2. cum ſeqq. de conſtit.*

SUMMARIUM.

1 *Princeps legibus ſe ſubmittit, iiſque paret. & n. 2. Declara ut n. 3.*
4 *Princeps an poſſit uti poteſtate abſoluta, remiſſivè.*

## L. Digna vox. IV.

*Iidem* AA. *ad Voluſianum P.P.*

PRinceps ſubmittit ſe legibus, & legibus paret. Col- 1
ligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc concluſ. ex hoc text. deſumunt, reſolvuntque 2
ex jure & æquitate naturali ac divina, Principem teneri in conſcientia leges ſuas ſervare, non vi coactiva, ſed directiva, S. Thom. 1. 2. *q. 96. art. 5. ad 3.* Sot. *de Juſtit. lib. 1. q. 6. art. 7. concl. 3.* Corraſ. *lib. 2. miſcel. cap. 25.* Conan. *comment. juris civilis lib. 1. c. 8. n. 3. & lib. 9. cap. 7. n. 8.* Marc. Mantua *ſing. 11.* Cujac. *lib. 5. obſerv. 30.* Cov. *in c. alma mater., p. 1. §. 1. n. 3. &* 4. Navar. *in cap. ſi quando, de reſcript. except. 8. n. 12. & 13. & in apolog. de reditib. q. n. 32. & in rubr. de judic. n. 100.* Anaſtaſ. Germon. *lib. 1. animadverſ. cap. 1.* Menoch. *contr. illuſtr. lib. 1. cap. 1. & c. 2. n. 1. & c. 26. n. 13. & uſufreq. lib. 1. cap. 1. num. 29.* Bellug. *in ſpeculo Princip. rubr. 11. §. reſtat, n. 1.* Mex. *in tract. tax. panis, concl. 5. n. 52.* Treutler. *in diſp. 1. theſi. 6. fol. 7.* Menoch. *de arbitr. q. 7. n. 70. & conſ. 331. n. 64. & conſ. 138. n. 16. &* 17. *& conſ. 158. n. 25.* Budæ. *in annot. ad Pandectas, ad l. Princeps ff. de legib.* Fortun. Garc. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. n. 194. ff. de liber. & poſth.* Hippol. Rimin. *in l. 1. n. 167. ff. quod quiſque juris,* Conan. *comment. juris civilis lib. 1. cap. 16.* Matienz. *lib. 3. gloſſ. 2. ex n. 1. tit. 10. lib. 5. novæ Recop.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec. 72. n. 26.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Princeps, n. 10.* Ferdinand. Mendoza *de pact. lib. 1. c. 5. n. 33.* Seraph. *de privil. juram. privil. 146. n. 1.* Surd. *de aliment tit. 1. q. 1. n. 10. cum ſeqq.* Joan. Andr. Georg. *alleg. ſive quæſt. feudali 54. n. 5. cum ſeqq. & q. 55.* Philip. Paſchal. *de viribus patriæ poteſt. part. 1. c. 1. n. 90.* Flamin. Paril. *de reſign. benefic. lib. 3. q. 1. n. 16. cum ſeqq.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 10. n. 51.* Morla *in emporio juris p. 1. tit. 1. q. 1. per tot.* Mendez de Cabedo *diverſ. juris argum. lib. 3. c. 1. ſub n. 3.* Anton. Merenda *controv. juris lib. 2. c. 14. pag. 195.* Ignat. del Villar. *in ſylva reſponſor. reſp. 8. n. 15. &* 23. Simanch. *de Repub. lib. 4. cap. 15.* Camill. Borrell. *de præſtantia Regis Cathol. cap. 31. n. 38.* Maſtril. *de magiſtratib. tom. 1. lib. 3. c. 3. à n. 70.* Franc. de Alpharo *de officio fiſcalis gloſſ. 34. n. 10. &* 11. Georg. de Cabedo *Luſit. dec. 78. p. 2.* Andr. Fachin. *controv. juris lib. 1. c. 2. per tot.* Joſeph. Gonzal. *var. cap. 1. n. 11. &* 12. Paul. Chriſtin. *dec. 9. per tot. lib. 1.* Joan. de Balboa *in cap. 1. de probat ex n. 19.* Ceval. *en el arte Real, cap. 13.* Sebaſt. Medices *in cap. erit autem lex, dict. 4. ex n. 34. & de leg. q. 3. p. 4.* Greg. de Valent. *tom. 2. comment. Theolog. diſp. 7. q. 5. art. 4.* Sayr. *in clavi. Regia lib. 3. c. 4. ex n. 3.* Joan. Pineda *in Job, tom. 2. c. 34. verſ. 18. pag. 637.* Nicol. Serrarius *tom. 2. opuſculor. theologicor. diſp. de legibus, art. 52. p. 40.* Azor. *inſtit. moral. part. 1. lib. 5. c. 11. à princ.* Leſſ. *de Juſtit. lib. 2. c. 35. dub. 5. ex n. 33.* Mader. *in 1. 2. S. Thomæ, q. 96. art. 5. col. 1. pag. 405.* ubi Granado

nado *controv. 7. tract. 3. part. 1. disp. 7. sect. 1.* Layman. *in Theolog. moral. tract. 4. c. 9.* Becan. *in sum. Theologiæ, p. 2. tract. 3. c. 6. q. 12.* Joan. de la Cruz *in relect. Conscientiæ, in proœm. dub. 3. concl. 2.* Lorca *in 1. 2. tom. 2. tract. de legib. disp. 26. membr. 3.* Valer. Regin. *1. in praxi fori pœnit. tom. 1. lib. 2. c. 17. n. 167. & 168.* Franc. Soar. *de leg. lib. 3. c. 35. per tot.* D. Roder. à Cunha *in comment. ad c. 2. dist. 9.* Mar. Cutell. *de donat. tract. 1. disp. 2. p. 6. n. 13.* Anton. Diana *resol. moral. p. 1. tit. de leg. resol. 10.*

3 Qui ferè omnes intelligunt textum aliàs in contrarium adduci solitum *in l. Princeps ff. de legibus*, de vi coactiva quia nemo potest Reges, & Principes ad legum observantiam cogere. At. verò legem in præsenti cum similibus, quæ statuunt Principes legibus suis vivere debere, & dignam vocem esse majestate regnantis legibus alligatum se Principem profiteri, procedere aiunt in vi directivâ, quæ ita ad legum observantiam dirigit Reges & Principes sicut privatos, vide apud illos. Et ideo non est secundùm nonnullos specialiter referenda *d. l. Princeps.* ad legem Juliam & Papiam, ut sit sensus, legibus Caducariis, Julia scilicet, & Papia Principem esse solutum, prout existimarunt Morla *d. p. 1. num. 13. & 14.* Joan. de Balboa *in dicto cap. 1. de probat. n. 21.* Christianæ. *dicta dec. 9. n. 13.*

4 Hinc plures ex supradictis Doctoribus disputant an possit Princeps uti absoluta potestate, de quo vide Duen. *reg. 43. vers. quintò fallit.* Covar. *lib. 3. variarum, cap. 6. n. 8.* Pinel. *in rubr. C. de bonis mater. n. 24.* Mench. *illustr. cap. 5. n. 17. & usufreq. cap. 1. n. 4.* Azeved. *ad l. 1. num. 25. tit. 1. lib. 4. novæ Recop.* Morla *in emporio juris part. 1. tit. 1. q. 65. n. 7.* Peregr. *de jure fisci lib. 1. tit. fin. n. 65.* Henriq. *in sum. lib. 14. cap. 17. §. 5. lit. Z,* Sanchez *de matrim. lib. 2. dis. 15. n. 3.* Marta *de jurisd. part. 4. casu 195. n. 12. cum seqq.* faciunt posita *in collect. ad c. 2. de præbend. lib. 9.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Verba legis ad opprimendam, & evertendam legis mentem detorquens, in legem committit.*

2 *Pœnas legales non evadit qui contra juris sententiam sæva prærogativa verborum fraudulenter excusat.*

3 *Contractus, conventiones pactaque dum legibus adversantur, pro nullis habenda.*

4 *Interpretationes legibus adversæ ut prohibitæ ac omissæ per Imperatores vitandæ sunt, expressa quasi ex legis voluntate colligenda.*

5 *Lege interdicente quæ fiunt, cassa atque irrita sunt.*

6 *Contra legem facere vel facere in fraudem legis paria sunt ad effectum incurrendi pœnas legales.*

7 *Regula*, Is in legem delinquit, qui verba legis amplectens, contra legis nititur voluntatem & intentionem, *declaratur.*

8 *Pœnæ quæ non debeantur in foro conscientiæ.*

9 *Pœna an debeatur quæ promittitur in contractibus nullis.*

10 *Lex, seu statutum aliquid fieri prohibens reddit actum contra factum nullum, etiam quod eadem lex sive statutum post prohibitionem actum expressè annullet. Declara ut n. 11.*

12 *Lex, seu statutum prohibens actum alterius, quando procedit imponendo pœnam, an tunc speciali pœna per legem imposita faciat cessare actûs nullitatem, remissivè.*

13 *Lex omnis habet tacitam clausulam decreti irritantis circa actum contrarium.*

14 *Lex, aut statutum si aliquid prohibeat, actus contra prohibitionem factus non solùm est nullus & inutilis sed etiam habetur pro non facto, & sic ipso jure nullus est.*

15 *Lex, vel statutum si aliquid fieri prohibeat, non solum est nullus actus principalis factus contra prohibitionem legis, sed etiam accessorius, & sic quod inde secutum est.*

16 *Juramentum præstitum super actu nullo contra prohibitionem legis non valet.*

17 *Mens magis attendenda quàm verba.*

18 *Fidejussio præstita super contractu nullo, & contra prohibitionem legis imito, nulla & invalida est.*

19 *Lex sive statutum si aliquid prohibet; tunc demùm quod contra prohibitionem factum est, remanet ullum, etiam quod expressè actus non annulletur quando prohibitio facta à lege, seu statuto est perpetua.*

---

## L. Non dubium. V.

*Iidem* AA. *Florentio P. P.*

VErba legis ad opprimendam & evertendam legis mentem detorquens, in legem committit. 1 Pœnas legales non evadit qui contra juris sententiam sævâ pætogativâ verborum fraudulenter excusat. 2 Contractus, conventiones, pactaque dum legibus adversantur pro nullis habenda. 3 Interpretationes legibus adversæ ut prohibitæ ac omissæ per Imperatorem vitandæ sunt. 4 Expressa quasi ex legis voluntate colligenda. Denique interdicente lege quæ fiunt, cassa atque irrita sunt. 5 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & post omnes Hubert. Giphan. specialiter egit *super hanc l.*

*Non dubium est in legem committere*, &c.) Notatur 6 ad hoc, quod paria sunt ad effectum incurrendi pœnas legales, facere contra legem, vel facere in fraudem legis, ut per Soar. *de leg. lib. 5. cap. 28. n. 2. cum seqq.* Joan. de Salas *in simili tract. q. 96. tract. 14. dist. 16. sect. 8. n. 14.* Farin. ubi *fragment. crimin. part. 2. L. n. 172. cum seq.* ubi *n. 174.* notat tres terminos in hac materia, videlicet facere contra legem, committere in legem, & demùm facere fraudem legi. Primus est quando quis facit de directo contra verba & mentem legis: Tertius quando quis non venit contra verba legis, sed contra mentem: Secundus verò est terminus generalis ad duos prædictos speciales terminos; sive enim directè quis faciat contra legem, sive faciat contra solam mentem legis, utroque casu dicitur committere in legem.

*Contra legis nititur voluntatem.*) Vulgarem regulam 7 ex hac lege desumptam, scilicet, *is in legem delinquit qui verba legis amplectens contra legis nititur voluntatem, & intentionem* explicat & declarat Sanchez *in præcepta Decalog. tom. . lib. 1. cap. 14. n. 4.* ut intelligatur de voluntate intrinseca, legis, qua intendit obligare ad aliquid tanquam ad materiam præcepti, non autem de voluntate, & intentione legis, qua intendit aliquid ut materiæ illius præceptæ finem, qui dicitur extrinsecus legis finis, & hoc idem optimè explicat ex D. Thom. *tom. 2. q. 100. art. 9. ad 2.* & aliis in locis, dicente intentionem Legislatoris esse duplicem, alteram de qua intendit præceptum inducere, alteram aut ad quam intendit per præceptum inducere, & primam solam cadere sub præcepto: nec omnis fraus legi facta est illicita, sed illa sola, quâ meteria lege precepta violatur. Unde omnes illæ cautelæ, quæ à Jurisperitis inveniuntur, ut violantes extrinsecam legis intentionem non fiant materiæ legis transgressores, licitæ sunt, prout etiam implens præceptum ob finem malum, verè id adimplet, licèt contra legis intentionem agat, ut videre est in eo, qui semel in die jejunii comedit, curans ita stomachum cibis replere, ut nil prorsus famis patiatur; nam iste verè implet præceptum, quamvis legis intentionem, quæ est fame aliqua carnem macerare, defraudet.

*Nec pœnas legibus insertas evitabit.*) Quas in foro 8 conscientiæ non deberi resolvunt Garc. *reg. 294.* Cevall. *commun. contra commun. q. 687.* Steph. Gratian. *discept.*

*diſcept. forenſ. c.* 52. *n.* 4. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *qu.* 1. P. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 95. *n.* 15. & 16. latè Cened. *pract. & canon. qu... lib.* 1. *q.* 19. *à princ.* ubi *n.* 3. hinc reſolvit non teneri quemquam in conſcientia manifeſtare rem propriam in commiſſum incidiſſe, nec pœnam conventionalem ſolvere, ſi non petatur, & *n.* 7. quod executor intra annum teſtatoris voluntatem non adimplens, etiamſi per conſtitutionem ſit privatus emolumento, & officio, non tenetur in conſcientia dictas pœnas adversùs ſeipſum exequi, & *n.* 9. dicit, quod pœna impoſita à teſtatore ipſi legatario debet in foro in conſcientiæ, nulla expectata judicis declaratione, aut ſententia, & *n.* 10. quod pœna, quæ nullum judicis actum exigit, habet ſuum effectum in foro conſcientiæ ante ullam judicis ſententiam.

9 *Nullum enim pactum*, &c.) Utrum in contractibus nullis pœna quæ promittitur, debeatur? vide gloſſ. receptam *verbo Fabiana, in l. ſi patronus, ff. ſi quid in fraudem patron.* Tiraquel. *de conſtit. p.* 2. *limit* 7. *n.* 28. & de jure mariti *gloſſ.* 5. *n.* 110. Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri*, *n.* 15. & *l.* 45. *n.* 3. Pinel. *in l.* 2. C. *de reſcind. vend. part.* 1. *c.* 2. *n.* 26. Covar. *in cap. quamvis pactum*, *part* 2. *c.* 4. *n.* 4. Gutier. *in l. nemo poteſt*, *n.* 40. *ff. de leg.* 1. *& de jur. confirmat. part.* 1. *c.* 36. *n.* 6. Matienz. *l.* 2. *gloſſ.* 5. *n.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* Cardoſo *in praxi judicum & Advocat. verbo Pœna n.* 25. Valaſc. *conſ.* 75. *n.* 2. *Surd. dec.* 7. *n.* 29. Reinoſo *obſerv.* 45. *n.* 25. meipſum *in praxi exigendi penſiones*, *q.* 1. *à n.* 31.

10 *Qui contrahunt lege contrahere prohibentes*, &c.) Notatur ad hoc, quod lex, ſeu ſtatutum aliquid fieri prohibens, reddit actum contrà factum nullum, etiam eadem lex, ſive ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet, ut præter ordinarios notant Alphan. *collect.* 17. Joan. Garcian. *reg.* 14. Gregor. Lopez *l.* 28. *in gloſſ. verbo Contrà*, *tit.* 11. *p.* 5. Mench. *uſufreq. c.* 10. *n.* 5. *cum ſeqq.* Vant. *de nullit. tit quot & quibus modis nullitas in judicio propon. n.* 52. Redoan. *de rebus Eccleſ. non alien. q.* 12. *n.* 14. *fol.* 459. Virgil. Boccac. *in conſtit. Piceni. gloſſ.* 6. *n.* 110. latè Mendoz. *de pact. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 39. 40. Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli l.* 200. *n.* 81. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem*, *verbo Minoribus*, *n.* 5. *C. de in integr. reſtit. minor.* Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 29. *n.* 20. *& de leg. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 1. *&* 2. *&* *c.* 27. *n.* 2. *&* *c.* 28. *à princ.* Anguian. *eodem tract. lib.* 3. *contr.* 5. *n.* 10. *& controv.* 7. *n.* 21. Joan. de Salas *in ſimili tr. q.* 96. *tr.* 14. *diſp.* 15. *ſect.* 8. *n.* 16. Farin. *d. lit. L. n.* 170.

11 Hæc concluſio venit declaranda ut procedat, quando prohibitio facta à lege ſeu ſtatuto eſt perpetua, ſecus in prohibitione facta ex cauſa non perpetua, ut per Vant. *d. n.* 52. *verſ. idem foret.* Soar. *d. lib.* 5. *cap.* 25. *n.* 7. *cum ſeqq.* Salas *d. ſect.* 8. *n.* 19. Farin. *d. lit. L. n.* 191. Sed an, & quando lex, ſeu ſtatutum prohibens actum

12 alterius procedit imponendo pœnam, tunc ſpeciali pœna per legem impoſita, faciat ceſſare actûs nullitatem? vide Vant. *ubi ſup. n.* 54. Tiraq. *in leges connub. gl.* 4. *n.* 5. ubi quod quando lex loquitur per verba *non poſſit*, tunc actus eſt nullus, quamvis poſt prohibitionem imponat pœnam, Redoan. *d. q.* 22. *in. princ. n.* 12. ubi tenet per prohibitionem legis actum remanere nullum, etiam quod lex pœnam adjiciat. Virgil. Boccac. *de gloſſ.* 6. *n.* 107. *in fine, verſ. quarto caſu, & n.* 108. *&* 109. *cum multis ſeqq.* & præcipuè *n.* 166. ubi quod per appoſitionem pœnæ contra facienti cenſetur forma inducta, & conſequenter pœnæ adjectio non tollit nullitatem actûs, Soar. *d. lib.* 5. *c.* 25. *n.* 4. *cum ſeqq. & c.* 28. *n.* 19. Alderan. Maſcard. *de generali ſtatut. interpret. concl.* 9. *n.* 38. *cum ſeqq.* Salas *ad ſect.* 8. *n.* 17. *&* 18. Farin. *d. lit. L, n.* 195. ubi *n.* 196. intelligit principalem concluſ. ſuprà ex hac leg. deſumptam, ut procedat quando eadem lex, ſeu ſtatutum prohibitivè diſponit, & ſic quando reſiſtit actui, & *n.* 201. limitat ubi lex aliquid prohibet ratione honeſtatis, quia tunc actus contra prohibitionem factus non eſt nullus.

*prohibuiſſe ſufficiat*) Notatur ad hoc quod omnis 13
lex habet tacitam clauſulam decreti irritantis circa actum contrarium, ut per Anguian. *de leg. lib.* 3. *contr.* 6. *num.* 10.

*Non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habeantur.*) 14
Notatur ad hoc, quod ſi lex, aut ſtatutum aliquid prohibeat, actus contra prohibitionem factus non ſolùm eſt & nullus inutilis, ſed etiam habetur pro non facto, & ſic ipſo jure nullus eſt: Vant. *d. tit. quot & quibus modis nullitas in judicio proponatur*, *n.* 52. *ad fin.* Vigil. Boccac. *in conſtit. Piceni*, *gloſſ.* 6. *num.* 116. Soar. *de leg. lib.* 5. *c.* 28. *per tot.* Joan. de Salas *eod. tract. q.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 16. *ſect.* 8. *n.* 28. *cum ſeqq.*

*Sed & ſi quid fuerit*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi 15
lex vel ſtatutum aliquid fieri prohibeat, non ſolùm eſt nullus actus principalis factus contra prohibitionem legis, ſed etiam acceſſorius & ſic quod inde ſubſequutum eſt, ut per Alder. Maſcard. *de generali ſtat. interp. concl.* 9. *n.* 34. *in* 9. *ampliat.* Farin. *d. lit. L, n.* 176.

*Nec ſacramentum*,) &c. Notatur ad hoc, quod non 16
valet juramentum præſtitum ſuper actu nullo contra prohibitionem legis, de quod vide Riminald. *n.* §. 1. *n* 276. *Inſtit. de donat.* Corraſ. *in l. qui, liberos, n.* 20. *ff. de ritu nupt.* Greg. Lopez *l. fin. verbo Que la fizo in fine*, *tit.* 1. *part.* 6. Petr. greg. *ſyntagm, juris p.* 3. *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 4. Fortun. Garc. *de ultimo fine illat.* 19. *n.* 212. Gutier *in auth. ſacramenta puberum*, *n.* 125. Mench. *de ſucceſſ. creat.* §. 5. *n.* 3. *&* §. 26. *n.* 43. D. Barbol. *in l.* 1. *p.* 5. *n.* 74. *ff. ſoluto matrim.* Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 149. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *à n.* 3. Sanchez. *de ſpnatrim. lib.* 4. *diſp.* 20. *n.* 2. *cùm ſeqq.* in terminis Farin. *d. lit. L, n.* 177. *cum ſeqq.*

In gloſſ. *Amplexus*, ibi *ſic ergo non licet mentem* 17
*offendere*, &c.) Notatur ad hoc, quod mens magis debet attendi quàm verba, quia mens potentior eſt verbis, de quo vide poſita *in tract. de Axiom. uſufreq. axiom.* 148. *per tot.* ubi multipiciter amplio.

In gloſſ. *Ob id*, ibi *ut fidejuſſor*, &c.) Notatur ad 18
hoc, quod fidejuſſio præſtita ſuper contractu nullo & contra prohibitionem legis inito, nulla & invalida, eſt, ut per Bellapert. *in præſenti*, *in fine*, & Bart. *poſt n.* 28. Farin. *d. lit. n.* 179.

In eadem gloſſ. ibi, *dic quod in perpetuò prohibitis* 19
*loquatur.*) Notatur ad hoc, quod lex, ſive ſtatutum, ſi aliquid prohibet, tunc demùm quod contra prohibitionem factum eſt, remanet nullum, etiam quod expreſsè actus non annulletur, quando prohibitio facta à lege, ſeu ſtatuto eſt perpetua, ut dixi *ſuprà num...*

---

SUMMARIUM.

1 *Favore privatorum introducta, in eorundem odia retorqueri iniquum ac improbum eſt*, & *n.* 2.

3 *Privilegii etymon.*

## L. Quod favore. VI.

*Iidem* AA. *Florentino P. P.*

FAvore privatorum introducta in eorumdem odia 1
retorqueri iniquum ac imporbum eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt Boër *dec.* 48. *n.* 11. Thom. de Thomaſ. *in floribus legum*, *nec* 243. ubi ait procedere, niſi aliquis in legem ipſam peccaverit, *& reg.* 158. ubi intelligit, niſi ſua culpa retorqueatur, Tiraq. *in tract. le mort, part.* 7. *à princ. de jure mariti gloſſ.* 8. *n.* 117. Surd. *dec.* 195. *n.* 5. Monet. *in tract. de opt. canonica, c.* 3. *n.* 142. Card. Mantic. *de tac. & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 12. *n.* 27. Octav. Glorit. *reſp.* 1. *part.* 3. *num.* 39. Seraph. *de privil. juram. privil.* 107. *n.* 10.

In

3 In gloss. unic. ibi, *privilegium, id est, privata lex.* Ita Sebast. Medices *tom. 1. de leg. & statut. p. 4. q. 33. & de definit. q. 17.* Henric. de Caniz *in sum. juris Canon. lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum*, Petr. Greg. *de juris arte cap. 7. n. 14.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 7.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. gloss. 35. n. 5. cum seqq.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 5. c. 22.*

## L. Leges & constitutiones. VII.

*Iidem* AA. *Cyro P.P. & Consuli designato.*

1 LEges de futuris, non de præteritis, nisi hoc specialiter exprimatur, disponunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem exornant Doctores plena manu per me citati *in collect. ad c. 2. constit. in Decretalib.* quod concordat cum hac lege, ubi latissimè declaravi materiam.

---

### SUMMARIUM.

1 *In casu lege expressa non deciso recurrendum ad Principis & hujus palatii consilium, & inde responsum petendum.*

2 *Leges posteriores sine forma solemni promulgatæ, priores non tollunt, & quæ cum Imperiali consilio ordinatæ sunt, ad Imperii beatitudinem, & gloriam legislatoris redundant, n. 3.*

4 *Res in suo Regno statuta concedat cum deliberatione procerum suorum populorum, & suorum senatorum.*

5 *Papa in decidendis causis Fidei, aliisque arduis, solet requirere consilium Cardinalium.*

6 *Proceres, de nobilibus non vulgaribus, sed inter cæteros eminentibus; item de ordinariis consularibus, aut Præfectoriis, seu Proconsulibus, aliisve Prætoriis.*

7 *Ad legis substantiam an requiratur quod sit scripta, vel non.*

8 *In legibus condendis accedant suffragia Senatus, & publicatio, eo tamen cauto, ut auctoritate Principis firmentur.*

9 *Clausula derogatoria appositæ, leges posteà factæ hac forma non servata, non minorem vim habent, etiamsi in eis de hac lege nulla fiat mentio.*

## L. Humanum esse. VIII.

*Iidem* AA. *ad Senatum.*

1 IN casu lege expressa non deciso recurrendum ad Principis & hujus palatii consilium, & inde responsum petendum. Item leges posteriore sine forma solemni promulgatæ, priores non tollunt. Et quæ cum Imperiali consilio ordinatæ sunt, ad Imperii beatitudi-
2 nem, & gloriam legislatoris redundat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.* Vide Sarmientum *lib. 3. select. c. 14.*

3 *Id ab omnibus antea tam proceribus*, &c.) Notatur ad hoc, quod Rex debet in suo Regno statuta condere cum deliberatione procerum suorum populorum, &
4 suorum senatorum. *l. Hispan. 9. tit. 1. p. 1.* ibi, *que las fagan con consejo de omes sabidores, e entendidos, e leales, y sin codicia, l. 8. tit 1. lib. 2. Recop.* ubi Azeved. *& l. 2. tit. 7. lib. 6. etiam Recop.* Ord. Reg. Lusit. *lib. 2. tit. 3. in princ.* ibi, *con acordo de alguns de su consejo e desembargo.* Tiraq. *de nobil. c. 20. n. 26.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Rex, n. 5.* ubi subdit de consuetudine non observari quod Reges cum deliberatione senatorum, & procerum suorum Regnorum condant, sed illas per se condunt, & publicari faciunt, Morla *in emporio juris, tom. 1. p. 1. tit. 1. q. 3. n. 9.* ubi dicit quod procedit de honestate quod Imperator faciat legem de consilio suorum procerum. Aviles *ad capita Prætorum, in proœm. gloss. ordenanzas, fol. 17. vers.* Burg. de Paz *in proœm. legum Tauri, n. 297. cum seq. & à n. 442.* Azeved. *ad l. fin. n. 1. tit. lib. 2. novæ Recop.* ubi ait dispositi orem hujus text. procedere de voluntate Regis, & de consilio, verò ex necessitate, qua Rex ipse solus & legem condere, & revocare potest, absque procerum, & Doctorum consilio, Valasc. *cons. 148. n. 35.* ubi idem ferè tenet, dum inquit quod ut Rex legem condat, hodie necesse non habet proceres, & sapientes Regni ad eam faciendam convocare; subditque hanc legem procedere tantùm de consilio & de honestate, non verò de necessitate. Castill. *in proœm. legum Tauri, in gloss. verbo De mi consejo*, Azeved. *in Curia Pisan. lib. 1. c. 11. N*, Cevall. *commun. q. 645. in princ.* Mart. *de jurisd. p. 1. c. 37. n. 1.* Garc. Mastrill. *de magistrat. tom. 1. lib. 3. c. 3. n. 52.*

Sic similiter in decidendis causis Fidei aliisque ar- 5
duis, solet Papa Cardinalium consilium requirere, passim enim videmus in rescriptis apponi clausulam *De S. R. E. Cardinalium consilio* ut advertunt Doctores *in rubr. de constit.* ubi Dec. *n. 20.* Ripa *n. 14.* & Bero. *n. 42.* Cardin. Paleoth. *de consult. sacris consistor p. 1. q. 3. art. 2. cum seqq.* Sed. consilium hujusmodi non de necessitate, sed de decentia requiri, asserunt Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p. 3. consid. 47.* Marc. Anton. Cuch. *instit. majorum lib. 2. tit. 2. de Summo Pont. n. 59.* Cardin. Jacobat. *de Concil. lib. 7. art. 5.* Mascard. *de probat. concl. 262. num. 56.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. n. 124. & lib. 7. q. 5. n. 14.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 48. §. 3. num. 53.* Cevall. *commun. contra commun. q. 645. n. 3.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 20. num. 18.* Morla *in emporio juris part. 1. tit. 1. de leg. q. 3. n. 12. cum seqq.* Soar. *de leg. lib. 4. c. 3. num. 13.* quo um plerique advertunt clausulam illam, *de fratrum nostrorum consilio*, decentiæ magis esse, quàm necessitatis quod etiam tenet Cevall. *commun. d. q. 645. n. 5.*

*Proceribus.*) Dicuntur nobiles non vulgares, sed 6
inter cæteros eminentes, secundùm Tiraq. *de nobilit. c. 37. num. 37.* Et ordinarios Consulares, aut Præfectorios, seu Procónsules, aliósve Prætorios esse tradit Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 8. prope fin.*

*Legem dictari*) Ergo de substantia legis est quod 7
si scripta, de quo tamen vide Selv. *de benefic. part. 3. q. 22. n. 2.* Greg. Lop. *l. 4. verbo Ley, tit. part. 4.* Bellug *in speculo Principum, rubr. 47. §. sciendum, ex n. 9. vers. & primò*, Fulc. *de visitat. lib. 1. c. 33. ex n. 8.* Mich. Añmon. *de vanitate ovilis & pastor. c. 28. n. 6. in fine* Menoch. *de arbitr. casu 420. n. 25. cum seqq.* Morla *in emporio juris, p. 1. tit. 1. q. 4. per tot.* Cened. *ad Decretum collect. 1. n. 4.* Mastrill. *de Magistrat. tom. 1. lib. 3. cap. 3. n. 95. cum seqq.* Flamin. Paris. *de resignat. lib. 10. q. 1. n. 5.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 2. q. 4.* Soar. *de leg. lib. 1. cap. 11. num. 8.* Anguian. *in simili tract. lib. 1. controv. 9. per tot.* Molin. *de Justit. tom. 6. tract. 5. disp. 71.* asserentes nulla ratione requiri ad essentiam & substantiam legis, quod scripta sit, sufficeréque si lingua & voce dumtaxat proferatur. Ad text. verò *in præsenti*, & alia similia jura quæ videntur petere quod constitutiones, sive leges omnes reducantur ad scripturam, respondet Anguian. *d. controv. 9. n. 21.* intelligenda esse de quadam solemnitate accidentali, non quod requiratur pro substantia ligis, sed ad melius esse, quo faciliùs & commodiùs ordinari possint omnes in bonum commune mediis legibus, quod minimè negari potest immò fatendum, est quod foret magis utile & conducibilius publicæ utilitati, si leges scriberentur; non tamen inde sequitur præcisè necessariam fore scripturam. Et Morla *d. q. 4. num. 7.* respondet ordinem, de quo in hac lege, non esse de necessitate, sed de

voluntate.

voluntate. Et Azor. *d. q.* 4. *in fine*, dicit quod in hac lege nihil continetur, quo probetur ſcripturam ad legis ſubſtantiam eſſe neceſſariam, niſi quatenus ſcribebatur, ut ex ſcripto coram omnibus recitaretur, & eſſet omnibus nota.

8 *Et noſtræ ſerenitatis authoritate firmetur.*) Advertit Petr. Gregor. *ſyntag. juris part.* 3. *lib.* 47. *cap.* 25. *n.* 32. *citato hoc text.* quod voluerunt Theodoſius & Valentinianus, ut in legibus condendis ſuffragia Senatus & publicatio accederent, eo tamen cauto, ut authoritate Principis firmarentur.

9 *Scitote igitur, Patres conſcripti*, &c.) Notatur ad hoc, quod clauſula derogatoria appoſita, leges poſtea factæ, hac forma non ſervata, non minorem vim habent, etiamſi in eis de hac lege nulla fiat mentio, ut per Sarmient. *ſelect. lib.* 3. *cap.* 14. *ex num.* 4. ubi varios affert intellectus, & videtur diſtinguere inter clauſulam derogatoriam reſpicientem poteſtatem, & inter eam, quæ reſpicit voluntatem; ut prima nil penitus operetur, ubi verba ſimpliciter poteſtatem reſpiciunt; at verò ſi ſit certa forma adjecta, licet verba poteſtatem reſpicere videantur, tamen voluntas habet effectum, in his terminis ait loqui textum in præſenti.

---

SUMMARIUM.

1 *Legum publicarum ignorantia nullum excuſat, dum ſcientia omnibus injungitur.*
2 *Legem obſcuram interpretatur, duram autem mitigat Imperator, vel Princeps.*
3 *Leges, quæ ad eorum officia pertinent, omnes ſcire tenentur, & lata culpa eſt juris clari diſpoſitionem ignorare.*
4 *Jus ſi fuerit dubium, obſcurum, ſeu difficile, & arduum, tunc excuſat illius ignorantia.*
5 *Jus dubium quod ſit.*
6 *Lex humana neminem obligat priuſquam promulgetur.*

## L. Leges ſacratiſſimæ. IX.

*Impp.* VALENT. & MARTIAN. AA. *ad Palladium P.P.*

1 LEgum publicarum ignorantia nullum excuſat,
2 dum ſcientia omnibus injungitur. Legem obſcuram interpretatur, duram autem mitigat Imperator, vel Princeps. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Vide ad hoc Bened. Capr. *in reg. concl.* 3. 4. & 14. §. 9. Alciat. *præſ.* 31.

*Intelligi ab omnibus debent.*) Ergo omnes ſcire te-
3 nentur leges, quæ ad eorum officia pertinent, & lata culpa eſt juris clari diſpoſitionem ignorare de quo vide *l. Hiſpan.* 20. *tit.* 1. *part.* 1. ubi Gregor. Lop. *gloſſ.* 1. S. Thom. 1. 2. *q.* 76. *art.* 1. Connan. *lib.* 1. *comment. juris, c.* 9. Corraſ. *lib.* 4. *miſcel. cap.* 17. *in princ.* Caſtr. *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 14. Zaſ. *lib.* 1. *reſponſ. c.* 2. *n.* 22. Afflict. *lib.* 1. *conſtit. rubr.* 10. *n.* 15. Tiraq. *de jure mar. gloſſ.* 8. *n.* 219. Gail. *obſerv.* 48. *num.* 22. Nav. *in man. cap.* 24. *n.* 45. Cujac. *lib.* 2. *obſerv.* 32. latè Caſtill. *ad l.* 2. *Tauri, verbo de las dichas leyes.* Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloſſ.* 1. *n.* 56. & 62. Cov. *in reg. poſſeſſ. p.* 2. §. 7. *n.* 7. Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. part.* 1. *c.* 2. *à n.* 31. & *part.* 2. *c.* 4. *n.* 36. Alphan. *collect.* 7. Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 6. 6. & 11. *cum ſeqq.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *c.* 8. *col.* 6. *verſ. eſt enim*, Maſcard. *de probat. concl.* 636. *n.* 11. *cum ſeqq.* & *concl.* 639. *n.* 1. & 2. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 23. *num.* 10. *cum ſeqq.* Sfort. Odd. *de reſtit, in integ. p.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 30. & 40. Card. Tuſch. *pract. concl. verbo Ignorantia, concl.* 11. *num.* 1. & 2. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 3. Soar. *de leg. lib.* 3. *c.* 16. Anguian. *in ſimili tract. lib.* 1. *controv.* Morla *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 5. plures Doctores refert. Cened. *ad Decretal. collect.* 1. *num.* 3.

*Ut univerſi præſcripto earum manifeſtius cogniti*, &c.) 6
Ergo lex humana neminem obligat priuſquam promulgetur, de quo tamen vide Sebaſt. Medic. *in cap. erit autem lex, diſtinct.* 4. *n.* 67. & *de leg. p.* 3. *queſt.* 234. Menoch. *illuſtr. c.* 44. & 45. Perez *l.* 1. *col.* 2. *verſ. poſtremo quæro, tit.* 4. *lib.* 1. *Ordin.* Humada *l.* 16. *gloſſ.* 1. *n.* 7. *tit.* 1. *part.* 1. Maſtril. *de magiſtrat. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 99. Gregor. Valentia *tom.* 2. *diſp.* 7. *q.* 5. *punct.* 5. Gabr. Vaſq. 1. 2. *tom.* 2. *diſp.* 155. *cap.* 2. Zerol. *in praxi Epiſcop. p.* 1. *verbo Pragmatica, in princ.* Sayr. *in clavi Regia, lib* 3. *c.* 5. & *de cenſur. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 3. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *c.* 3. Soar. *de leg. lib.* 3. *c.* 16. Anguian. *in ſimili tract. lib.* 1. *controv.* Morla *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 5. plures Doctores refert. Cened. *ad Decretal. collect.* 1. *num.* 3.

---

SUMMARIUM.

1 *Dubitatio ſuper nova lege emergens interpretanda & dirimenda per legis conditorem. Illam tamen declarare ſecundùm verum ſenſum & juri conſonum unicuique Doctori licet, n.* 2.

## L. Cùm de novo. X.

*Impp.* LEO, & ZENO. AA.

DUbitatio ſuper nova lege emergens interpretan- 1
da, & dirimenda per legis conditionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ac l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

*Dubitatio emergat*,) Nota quod licèt ſuper dubi- 2
tatione emergenti ſuper nova lege interpretatio fieri non debeat, niſi per Principem ejuſdem legis conditiorem, tamen unicuique Doctori licebit illam declarare ſecundùm verum ſenſum, & juri conſonum, ut per Perez *in proœm. Ordinam. q.* 2. Valaſc. *conſ.* 42. *n.* 7. Henriq. *in ſum. lib.* 7. *de Indulgent. c.* 27. § 4. ubi ait quod ſenſus dubius Concilii Trident. à Papa petendus

est, vel à S. Congregatione Cardinalium deputatorum, & tamen ipsum interpretantur in Tribunalibus Judices, & in Academiis Lectores pro causæ utilitate. Regni quoque legem interpretatio reservatur Regi, aut Regio Senatui, quas tamen interpretantur Jurisperiti, & per æquitatem, seu per Epikeiam temperant legum rigorem juxta intentionem præsumptam Legislatoris. Alioquin multa sine quibus Respubl. gubernari non potest, penderent in ancipiti, si sub generali prohibitione vetarentur Judices & Doctores Academiæ interpretari Concilia, leges & privilegia juxta planum verborum sensum: quod si dubium fuerit de intentione, præsumitur Princeps accommodare illam secundùm jura, & secundùm sensum, qui vulgò & communi usu receptus est, & juxta constitutiones ejus Provinciæ, & consuetudinem patriæ. Hactenus Henriquez. Vide quæ dixi *in proœm. apologetico in Concil. Trid. & in collect. ad idem, sess. 25. de reform. cap....*

---

## SUMMARIUM.

1 *Sententia diffinitiva Principis, & ejus declaratio habet vim legis.*
2 *Legis interpretatio, quam Princeps consultus dedit, subtilitate omni correcta, & irritata, ad instar legis rata ac firma manet.*
3 *Legum ænigmata is solus solvit, qui leges dedit.*
4 *Imperator est conditor, & interpres legum solus.*
5 *Sententia lata in præsentia Regis, ut vim legis habeat, debet Rex cognoscere, examinare, & decidere causam per se.*
6 *Contra id quod Princeps declarat, non debet probatio admitti in contrarium.*
7 *Sententia Principis lata in una causa, lex est decisoria simulium.*
8 *Sententia Senatus an faciat jus quoad omnes similes casus, remissivè.*
9 *Imperator solus, Rex & Princeps potest condere legem.*
10 *Principes ultra Reges & Imperatorem, qui jura Regalia possident, leges condere pariter poterunt.*
11 *Interpretari ejus est, cujus est condere.*
12 *Interpretatio privilegii spectat ad concedentem.*
13 *Sententia ut aliis noceat, debet proferri contra præsentem.*
14 *Populus transtulit potestatem in Principem.*

## L. Si Imperialis. XI. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Demostheni P. P.*

1 SEntentia diffinitiva Principis, & ejus declaratio
2 habet vim legis. Legis interpretatio, quam Princeps consultus dedit, subtilitate omni correcta, & irri-
3 tata, ad instar legis rata ac firma manet. Legum æni-
4 gmata is solus solvit, qui leges dedit. Imperator est conditor & interpres legum solus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1 suprà hoc tit.*

5 *Causam cognitionaliter examinaverit*, &c.) Notatur ad hoc, quod sententia lata in præsentia Regis vim legis habeat, debet Rex cognoscere, examinare, & decidere causam per se, ut per Valasc. *cons.* 148. *n.* 28. ubi ait quod Salicet. ita summat hunc text, quod sententia Principis diffinitiva lata super causa, de qua plenè cognovit, vim habet legis generalis, prout eum citat Tiraq. *de primogen. q.* 40. *n.* 162. Idem tenent Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 53. *& casu* 68. *n.* 30. Pereg. *lib.* 2. *cons.* 5. *n.* 7. Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Sententia, n.* 76. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. quod cujusque, resol.* 2. *n.* 2.

6 *Ut Regalem sensum contemnere audeat.*) Notatur ad hoc, quod contra id quod Princeps declarat, non debet probatio admitti in contrarium, ut per Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 2. *n.* 22. *vers. & est ratio.*

*Sive in judiciis*, &c.) Notatur ad hoc quod Princi 7
pis sententia in una causa lata, lex est ad decisionem similium, ut per Perez *l.* 8. *prope fin. vers. nec obstat etsi dicatur, tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin.* ubi intelligit de sententia diffinitiva, & quando est lata à Principe cum causæ cognitione, & est præter jus, quia si esset contra jus, non debebat trahi ad consequentiam, cùm legum correctio sit vitanda. Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, part.* 2. *cap.* 8. *n.* 23.

Utrùm autem sententia Senatus faciat jus quoad 8
omnes similes casus? vide Pinel. *in l.* 2. C. *de rescind. vendit. part.* 2. *cap.* 4. *n.* 2. Gam. *Lusitan. dec.* 33. *in fine, & dec.* 174. *n.* 10. *& dec.* 228. Menoch. *cons.* 59. *n.* 10. *cum seqq. & cons.* 180. *n.* 30. *& n.* 51. Vincent. de Franch. *dec.* 238. *n.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 484. ubi de decisionibus Rotæ, Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 16. *num.* 74. Caldas Pereira *de renovat. emphyt. quæst.* 15. *num.* 27. Bernard. Gravæ. *ad practic. Cameræ Imperialis, in proœm. num.* 5. *&* 19. *cum seqq. &* 26. *&* 60. *cum seqq.* ubi de decisionibus Rotæ, Cabed. *Lusit. dec.* 212. *n.* 1. *part.* 1.

*Soli Imperatori concessum est*, &c.) Notatur ad hoc, 9
quod solus Imperator, Rex, & Princeps potest condere legem, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 75. *§.* 1. *in fine, & l. Hispan.* 1. *tit.* 12. *part.* 1. *ubi gloss.* 1. *&* 2. Bart. *in l. omnes populi, n.* 1. *ff. de justit. & jur.* Riminald. *in l. imperium, n.* 403. *ff. de jurisd. omn. judic.* ubi Gasp. Valasc. *n.* 96. *&* 199. Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss.* 1. *n.* 4. Aviles *ad capita Prætor, in proœm. gloss. verbo Ordonances, n.* 1. Anton. Gom. *l.* 1. *Tauri, n.* 6. *&* 7. *& l.* 40. *n.* 10. Sebast. Medices *de leg. part.* 1. *quæst.* 17. Mench. *illustr. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 6. Menoch. *cons.* 684. *num.* 23. Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 1. *in prælud. n.* 20. *&* 23. Afflict. *in proœm. constit. Regni, q.* 1. *n.* 1. *&* 4. Ludov. Carbo *de leg. lib.* 1. *cap.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 6. Cevall. *com. contra commun. q.* 645 *n.* 1. Cancer. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 53. *cum seq.* Card. Bellarm. *tom.* 2. *lib.* 3. *de laicis, cap.* 10. Soar. *de leg. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 9. *& lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 9. *& cap.* 9. Salas *in simili tract. disp.* 7. *sect.* 10. Anton. Sola *super decret. Sabaudiæ, in proœm. gloss.* 1. *& gloss.* 3. *n.* 36. Conrad. *in templo omnium judic. lib.* 1. *cap.* 1. *de Imperat. §.* 4. *in verbo, Legem condere, sub n.* 6. Camill. Borrell. *de præstantia Regis Cathol. cap.* 31. *n.* 32. Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Lex, n.* 5. Marta *de jurisdict. part.* 1. *cap.* 37. *n.* 2. latè Garc. Mastrill. *de magistrat. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 27. *cum multis seqq.*

Unde Principes ultra Reges & Imperatorem, qui 10
jura Regalia possident, leges pariter condere poterunt, ut de Duce Sabaudiæ, & Mediolani, ac Republica Veneta expressè comprobat Mastrill. *d. cap.* 3. *n.* 37. *cum seqq.* Quare alios Duces, Comites, & Barones, qui Regalia hujusmodi jura non habent, sed quemcunque alium Superiorem recognoscunt, sub ejusque imperio & potestate subsistunt, leges condere minimè posse, resolvunt Tiraquell. *de primogen. q.* 16. *n.* 3. Sebast. Medices *de leg. part.* 1. *q.* 20. Menoch. *cons.* 604. *n.* 6. Morla *d. p.* 1. *tit.* 1. *in prælud. n.* 23. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 128. Salas *d. disp.* 7. *sect.* 13. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. B, concl.* 28. *n.* 11.

*Et leges interpretari*, &c.) Notatur ad hoc, quod 11
ejus est interpretari, cujus est condere, ut per *l. Hispan.* 14. *tit.* 1. *part.* 1. Thom. de Thomass. *in floribus legum, reg.* 142. ubi asserit procedere in subsidium, & quando non potest ex consuetudine & practica judiciorum aliter haberi interpretatio legis, Dec. *cons.* 36. *n.* 8. *cum seqq. vol.* 5. Menoch. *cons.* 3. *n.* 22. *& cons.* 383. *num.* 18. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 28. *à n.* 2. Hieron. Gabr. *cons.* 182. *per tot. lib.* 2. ubi declarat quod si agatur de potestate, vel de intentione Principis concedentis, vel de ejus interesse, inferior non potest interpretari, secus si

agatur

agatur de ſubreptione, vel obreptione, aut de dubietate modica verborum inter privatos, quæ non reſpiciat neque poteſtatem, neque intentionem, neque intereſſe Superioris concedentis Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *n.* . Fr. Ludov. Miranda *de ordine judic. q.* 3. *art.* 2. *concl* 1. Alderan. Maſcard. *de gener. ſtat. interp. concl.* 2. *n.* 146. Morl. *in emporio juris part.* 1. *tit.* 1. *in præl. n.* 20. Card. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Lex n.* 6. Chriſtoph. le Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l.* 39. *num* 22. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 4. *lit. I, concl.* 329. *par tot.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 1. Octav. Giorit. *reſp.* 13. *n.* 19. *v. ejus enim,* optimè Mench. *in præfat. lib.* 1. *de ſucceſſ. progreſſu, n.* 65. ubi intelligit & declarat. Axioma illud, quod lex à ſolo Principe recipit interpretationem, hoc eſt generalem, quæ facit jus quoad omnes ſubditos, non ſecus quàm ipſamet lex; nam interpretationem particularem quæ deſerviat ad ſolius cauſæ occurentis definitionem, & in foro contentioſo, quiſque judex facere poteſt, & debet.

12 Ampliat ut etiam interpretatio privilegii ſpectet ad concedentem, Surd. *conſ.* 558. *n.* 6. Anton. Gabr. *lib.* 6. *commun. tit. de regulis juris, concl.* 3. *à n.* 7. Burg. de Paz. *in proœm. legum. Tauri, à n.* 507. Hemiquez *in ſum. lib.* 7. *c.* 29. §. 3. Card. Tuſch. *de lit. I. concl.* 319. *n.* 5. Card. Mantic. *dict. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 55. *&* 56. Cardoſ. *in praxi Judicum, verbo Privilegium, n.* 36. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſs.* 52. *n.* 35.

13 In gloſſ. *Si Imperialis* 1. ibi, *hanc legem intellige in iis, quæ non ſunt deciſa per leges.* Ita Perez *ubi ſuprà*, Bernard. Grævæ. *in d. proœm. n.* 14.

14 In gloſſ. *Dominus*, ibi, *id eſt præſentialiter, aliàs non valeret.* Notatur ad hoc, quod ſententia ut altis noceat, debet contra præſentem proferri, ut per Hippol. *in l. de unoquoque, n.* 10. *ff. de re judic.* Tiraq. *in tract. res inter alios, n.* 7. *pag.* 22. *&* *de nobilit. cap.* 37. *n.* 12.

15 In gloſſ. *Solus*, ibi, *populus tranſtulit. poteſtatem in Principem*, &c. Vide Connan. *comment. juris civilis lib.* 1. *c.* 16. Duaren. *lib.* 2. *diſp. c.* 19. Corraſ. *lib.* 6. *miſcell. c.* 8. Charond. *vero ſimil. c.* 19. Anton. Govean. Luſitan. *lib.* 2. *variar. cap.* 3. Hotoman. *lib.* 2. *obſerv.* 4. Covarr. *in reg. peccatum, part* 2. §. 9. *n.* 6. *& pract. cap.* 1. *n.* 3. Mench. *illuſtr. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 6. *& c.* 45. *n.* 4. *& de ſucceſſ. progreſſu. in præfat. n.* 45. Mendoz 1. *lib.* 1. *de pactis, cap.* 5. *n.* 14. Parlador. *rerum quotidian. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5. Azeved. *l.* 1. *n.* 1. *tit.* 5. *lib.* 4. *novæ Recop.* Matienz *l.* 1. *gloſſ.* 21. *n.* 4. *tit.* 10. *lib.* 5. *novæ Recop.* Mola *in emporio juris p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.* 3. *in fine* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *c.* 8. *n.* 152. Soar *de lib.* 3. *c.* 3. *n.* 3. *& c.* 9. *n.* 2. Cabed. *Luſit. dec. n.* 40. *n.* 8. *p.* 2.

## *De mandatis Principum.*

## Tit. XV.

Hæc mandata nihil aliud ſunt, quàm præcepta, ſeu juſſiones à Principe datæ certæ perſonæ, ut Præſidi Provinciæ. Scripſerunt in hanc rubr. Ferret. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Nævi. Item Cujac. Pa c. & Weſemb.

### SUMMARIUM.

1 *Referenti ſe ad Principis mandatum, ſine editione & exhibitione mandati non creditur.*
2 *Delegatus debet probare ſuam juriſdictionem.*
3 *Mandatum Principis ſcriptis probari debet.*
4 *Gratia Principis non poteſt probari, niſi per litteras.*
5 *Cardinali aſſerenti ſe eſſe Legatum creditur circa poteſtatem ordinariam, etiamſi litteras ſuæ legationis teſtes non exhibeat, prout etiam creditur ſi atteſtetur de ſpeciali mandato Sedis Apoſt. aut de mente Summi Pontif. abſque litteris ſui mandati n.* 6. *Declara ut n.* 7.
8 *Notarius Principis an dignitatem habeat.*

### L. Si quis aſſerat, unic.

*Imppp.* Gratian. Valent. & Theod. AAA. *ad Euſignium. P.P.*

Referenti ſe ad Principis mandatum, ſine editione & exhibitione mandati non creditur. Colligunt ex Ordin. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Bald. Caſtrenſ. Philip. Dec. Ferret. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & Caſal. *in annot.* Cujac. *lib.* 12. *obſerv. c.* 31. & Pechius *de repar. Eccl. c.* 29. *n.* 2. 1

*Niſi quod ſcriptis probaverit*, &c.) Notatur ad hoc quod delegatus debet probare ſuam juriſdictionem, quia delegata juriſdictio non præſumitur in perſona quantumvis illuſtri & excelſa facta, ut per Bernard. *reg.* 419. Gracian. *reg.* 290. Greg. Lop. *l.* 23. *gloſs.* 2. *tit.* 9. *p.* 3. Mantua *dial.* 68. *verſ. commiſſi*, Maſcard. *de probat. concl.* 317. *à princip. & concl.* 442. *n.* 7. Mench. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt*, 15. *n.* 3. Camill. Gallin. *ad tit. de verbor. ſignificat. lib.* 5. *cap.* 19. *n.* 187. Tiraq. *de jure mariti. gloſs.* 8. *n.* 154 2

*Quod ſcriptis*, &c.) Ergo Principis mandatum ſcriptis probari debet, de quo vide affl. ct. *in cap.* 1. *n.* 53. *cum ſeqq. de prohib feudi alienat. per Loth.* Avendan. *ad l.* 24. *Tauri gloſſ.* 1. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. caſu* 48. *n.* 5. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo juriſdictio* 2. *& verbo Princeps* 38. Maſcard. *de probat. concl.* 845. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent lib.* 7. *tit.* 11. *num.* 4. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 2. 3

Item in gratia Principis, quæ non poteſt niſi per litteras probari, ut per Rebuff. *de nominat. q.* 10. *n.* 8. *& de pacifi. poſſeſſ. n.* 50. Perez *lib.* 4. *Ordin. pag.* 842. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 8. Azeved. *l.* 7. *num.* 4. *tit.* 1. *lib.* 6. *& l.* 2. *num.* 2. *tit.* 25. *lib.* 8. *novæ Recopil.* Maſcard. *de probat. concl.* 845. *à princ.* Avendan. *ad l.* 51. *Tauri gloſſ.* 62. *n.* 3. Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.* 3. *q.* 22. *art.* 1. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 105. *num.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* 3. *proœm. n.* 110. ubi quod gratia Papæ non poteſt, niſi per litteras probari. 4

*Nullius dignitatis terreri*, &c.) Limita in Cardinale, cui aſſerenti ſe eſſe Legatum, creditur circa ordinariam poteſtatem, etiamſi litteris ſuæ legationis teſtes non exhibeat, ut per Selv. *de benefic. part.* 2. *q. n.* 46. *v. octavum*, Bero. *conſ.* 65. *n.* 144. *cum ſeqq. lib.* 1. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. C. concl.* 103. *n.* 5. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 33. *ex n.* 66. Azor. *inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *qu* 20. *verſ.* 5. *& lib.* 5. *cap.* 27. *q.* 8. Joan. Valer. *de different. inter utrumq; forum, verbo obedientia, differ.* 4. *n.* 1. *verſ. limita.* Prout etiam creditur ſi atteſtetur. de ſpeciali mandato Sedis Apoſt. aut de mente Summi Pontif. abſque litteris ſui mandaiti, in Rota *dec.* 33. *de probat. in antiq.* Lop. *alleg.* 32. *num.* 3. *verſ. an credatur*, Maſcard. *de probat. concl.* 492. *n.* 10. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 97. *num.* 56. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 2. Sayr. *ſub tit. de offic. deleg. dec.* 9. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 1459. Rot. *deciſ.* 339. 1. *n. part.* 2. *recentior.* Declara, Cardinali Legato circa demandatam ſibi juriſdictionem credi in his, quæ jure communi Legato competunt; ſecus circa ea, in quibus requiritur ſpeciale mandatum; ita Gemin. *conſil.* 62. *num.* 8. *verſ. nec obſtat.* Gaſp. de Peruſ. *in tract. de reſervat. in* 15. *vol. tractatuum Doctor. fol.* 127. Bero. *conſ.* 65. *num.* 143. *& ſeqq. lib.* 1. quos refert Card. Tuſch. *d. lit. C, concl.* 103. *num.* 18. ubi *num.* 19. ſubdit quod creditur quando ſunt talia, quæ principaliter 5 6 7

non diriguntur in præjudicium tertii, aliàs ſecus, de quo plures refert DD. Octav. Glorit *reſp. 12. n. 84.*

8 *Notarii.*) Ergo Notarius Principis habet dignitatem, de quo tamen vide Gregor. Lopez *l. 1. verbo De caſa del Rey, tit. 19. part. 3.* Boër. *dec. 212. n. 8.* Tiraq. *de nobilit. c. 30. n. 8. cum ſeqq.* Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p. 11. conſid. 19.* Covar. *pract. cap. 19. n. 5. verſ. prima concluſio,* Gutier. *pract. lib. 1. q. 137. num. 14. cum ſeqq.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. dec. 325. verſ. quarto.*

## De Senatuſconſultis.

### Tit. XVI.

SEnatusconsultum, id eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. *Inſtit. de jur. nat. §. Senatuſconſultum.* Scripſerunt in hanc rubr. Sebaſt. Næv. Item Cujac. Pac. & Weſembec.

SUMMARIUM.

1 *Senatuſconſulta ſunt ſervanda, & contra ea reſcripta non valent.*
2 *Referuntur Doctores de Senatuſconſultis ſcribentes.*
3 *Senatuſconſulta quæ ſint.*

### L. Quamvis Unic.

*Imppp.* Gratian. Valent. & Theod. AAA. *ad Senatum.*

1 SEnatuſconſulta ſunt ſervanda, & contra ea reſcripta non valent, & ſi quis eorum formam tranſire tentaverit, tertia patrimonii parte mulctatur, & damnatus ambitûs crimine manet infamis. Colligunt ex Ord. Salic. & Sebaſt. Næv.

De his ſenatuſconſultis tractant Alex. ab Alex. *lib. 4. dier. genial. 11. verſ. Senatuſque conſultum, & in v. cumque antea ſenatuſconſulta,* Anton. Aug. *lib. ſing. de leg. p. 2.* Picard. *ad §. ſenatuſconſultum 7. Inſtit. de jure natur.* Cujac. *ad tit. ff. de origine juris in verſ. deinde cùm pag. 147.* latè agit Petr. Greg. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 47. c. 25. ferè per tot.* ubi *n. 24.* dicit quod Senatuſconſulta erant ſtatuta per Senatum ad rogationem, ſeu conſultationem eorum, qui jus agendi, & habendi ſenatum haberent, ſolemni more facta, ſole exorto, & ante
3 Solis occaſum. Siquidem cautum illud lege erat, ante Solis ortum, aut poſt occaſum facta rata non haberi, & Cenſorum notis expoſita eſſe. Hæc non fiebant de rebus, quæ alicujus momenti eſſent, minori numero quàm centum conveniente; interdum & plures adeſſe debebant pro varietate temporum. Talis tunc erat Senatorum authoritas: ſed poſtea adveniente Principatu, oppreſſa Repub. à Julio Cæſare & Octavio, cœpit corruere ejus ſplendor; nec poſtea Senatus ampliùs exercitus mandavit, nec provincias decrevit, nec inſignia Regni geſſit, quia tunc ad unius arbitrium tranſlata ſunt, & tunc de reis Senatus cœpit judicare, & eorum cauſas audire, cùm antea non fuiſſet uſitatum, nec eſſet Senatorum; cœperunt & peti ſub Domitiano judices ab eo. Remanſit illi authoritas ut ex formulis legum non teneretur judicare, nec liceat ab illo appellare, aut reſcripta contra ejus ſententiam impetrare à Principe, ut probatur ex hoc text. Et ita forſan tunc temporis jus facere potuiſſe Senatum non ambigitur, quod eſt de judicio intelligendum, non de lege generali, cujus authoritatem ſibi ſoli retinuit Princeps Romanus, ut advertimus ſuprà *ad l. ul §. de leg.* Et ideo Juſtinianus cùm leges ordinari juſſit, pleraque ſenatuſconſulata priſca abrogavit, & pauca pro legibus inſeri juſſit, quæ facta fuiſſent tempore Imperatorum, vel relatione Conſulum, vel oratione habita à Principe ad Senatum, qualia Velleianum, Syllanianum, Macedonianum, & ſimilia in hoc corpore juris Juſtinianei contenta, de quibus ſuis in locis ſigillatim agemus.

## De veteri jure enucleando, & de authoritate Juriſprudentum, qui in Digeſtis referuntur.

### Tit. XVII.

JUs vetus hîc appellatur, quod continetur libris veterum Juriſconſultorum: hoc enucleari, inutilia relinqui, utilia ſumi, & ex his Digeſta, ſeu pandectas componi juſſit, ita ut omnium authorum in Digeſtis relatorum authoritas æqualis eſſet, omnium reſponſa vim legis haberent. Scripſerunt in hanc rubr. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De Juriſprudentibus agit Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 74. cap. 7. n. 10.* ubi ait quod olim Juriſconſultorum authoritas magni habita erat, & ab eorum reſponſis non licebat judicibus diſcere, ac etiam poſt mortem eorum reſponſa ut juris decreta habebantur, donec primi Theodoſius & Valentinianus ſancierunt Papiniani, Pauli, Caii, Modeſtini omnia ſcripta firmata tantum, & ratam eorum eſſe ſententiam. Eorum quoque, qui horum ſetentias operibus ſuis miſcuerint, ut Scævolæ, Sabini, Juliani, Marcelli, omniumque quos illi celebrarunt. In contrariis ſententiam Papiniani teneri. Infirmat autem aliorum ſcripta, & notas in Papiniani, Pauli, Ulpiani corpus factas, ut antea quoque dudum factum fuiſſe referunt. Subinde Juſtinianus juſſit omnibus Juriſconſultorũ libris adjici lineam & meliorem reſponſorum delectum haberi; cæteris, quæ non fuiſſent in corpus Pandectarum tranſcripta abrogatis: potuit enim Juſtinianus hoc facere qui legem condendi, & antiquandi jus ut Imperator ſolus tunc habebat.

SUMMARIUM.

1 *Imperii majeſtas non armis ac robore humano, ſed precibus ad Deum conſervatur.*
2 *Legum authoritas divinas, ac humanas res diſponit & omnem iniquitatem repellit.*
3 *Res inſperatæ, Deo adjutore, per artifices peritos & laborum collegas perficiuntur.*
4 *Reſponſa prudentum in unum codicem Collecta. Codex ibid.*
5 *Pandectæ, ſive Digeſta.*
6 *Authores, ex quibus Tribonianus cum collegis Pandectarum jura deſumpſit, æquam dignitatem habuerunt.*
7 *Author unus in certis altero melior.*
8 *Ex Authorum multitudine eandum ſententiam de jure ſequentium is eligendus, qui mulierem, & æquiorem fovet, vel tuetur ſententiam.*
9 *Papiniani notæ ſub imperiali nomine à Triboniano, & collegis ſuppletæ, & approbatæ, non abrogandæ.*
10 *Authoritatem, & nomen impertiens ex Principis majeſtate privatis ſcripturis rem ſuam facit.*
11 *Emendatio facti ſubtilis laudabilior inventione.*
12 *Similitudines ſupervacuæ legibus, & conſtitutionibus Imperialibus ineſſe non debent.*
13 *Leges antiquæ novis Juſtiniani legibus nil derogant*

*gant, & nova lex ob electionem Justiniani antiquæ contraria observanda.*

14 *Antinomia & contrarietas nulla in Codice Justinianeo extet, vel toleretur.*

15 *Ob Antinomias vitandas antiquæ constitutiones omittendæ, præterquam divisionis, repletionis, & indaginis plenioris causâ.*

16 *Leges desuetudine abolitæ allegationem non merentur, sed in judicio frequentatæ.*

17 *Consuetudinem Romanam quælibet inferiores civitates sequentur.*

18 *Codicibus duobus Justinianeis omnia gubernanda.*

19 *Institutiones Justiniani prosunt incipientibus juri operam dare.*

20 *Pandectæ Justiniani commentariis Doctorum potius obscuriores, quàm illustriores redduntur.*

21 *Interpretationes pro conciliatione juris ex jure antiquo desumi possunt admonitionis, non corrigendi novi juris causâ.*

22 *Signa & characteres locos expressarum litterarum adhibita, leges obscurant, & antinomiis implicant.*

23 *Lex datis & distinctis litteris scripta appareat.*

24 *Imperialis dignitas ab ipso Deo mediante jure gentium tradi dicitur.*

25 *Imperium Rom. post translationem à Græcis in Germanos à Summo Pontifice haberi dicitur.*

26 *Numen divinum in principio cujusque invocandum & ab eo adjutorium petendum.*

27 *Opinio unius omissa multorum sententia, attendenda quando illa opinio est æquior, melior, & verior.*

28 *Unus multoties ex subtili ingenio, & optimis rationibus multorum sententiam superat.*

29 *Omnia nostra facimus, quibus authoritatem impartimur.*

30 *Actus tribuitur ordinanti & non exequenti.*

31 *Perfectio inchoatione dignior.*

32 *Antinomia nulla in jure, neque superfluum, neque contrarium.*

33 *Ab abbreviaturis abstinendum quia sunt periculosæ.*

34 *Nobilitas quò antiquior, eò quoque major.*

35 *Filius præsumitur peritus, qui patrem peritum habuit.*

36 *Superfluum omne est à jure reprobatum.*

37 *Leges abrogatæ amplius non allegandæ, remissivè.*

38 *Per antiquitatem omne fit nobilius.*

## L. Deo authore I.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Triboniano, Viro eminentiss. Quæst. sacri Palatii.*

1 NOn armis, ac robore humano, sed precibus ad
Deum Imperii majestas conservatur: *in princ.* Le-
2 gum authoritas divinas, ac humanas res disponit, &
3 omnem iniquitatem repellit, *in vers. cùm itaque.* Res
insperatæ, Deo adjutore, per artifices peritos laborum
4 collegas perficiuntur, *in vers. Quod nemo.* Ex veteribus
prudentum, Principum decreto respondentium libris
Tribonianus jussu Justiniani in unum Codicem colle-
git responsa ac jura, & ex mandato Imperatoris fieri
potuit Codex, nulla similitudine, aut discordia relicta,
5 *in vers. His itaque.* Quinquaginta Pandectarum libri
ad imitationem edicti perpetui, & constitutionem Co-
dicis, ut sacrum justitiæ Templum totum jus digestum
6 continent, *in vers. Cumque hæc materia.* Authores ex
quibus Tribonianus cum collegis Pandectarum jura
desumpsit, æquam dignitatem habuerunt. Author unus
7 in certis altero melior, *in vers. Omnibus authoribus.* Ex
8 multitudine Authorum eandem sententiam de jure se-
quentium eligendus qui meliorem, & æquiorem fovet,
9 vel tuetur sententiam, *in vers. Sed neque.* Papiniani notæ
sub Imperiali nomine à Triboniano, & collegis sup-
10 pletæ, & approbatæ non abrogandæ. Authoritatem &
nomen impertiens ex Principis majestate privatis scri-
ptores rem suam facit. Emendatio facti subtilis lauda- 11
bilior inventione, *in vers. & ideo.* Malè posita, superflua, 12
imperfecta, similitudines item supervacuæ legibus, &
constitutionibus Imperialibus inesse non debent, *in*
*vers. Sed & hoc.* Leges antiquæ novis Justiniani legibus 13
derogabunt, & nova lex ob electionem Justiniani anti-
quæ contraria observanda, *in vers. Cùm etiam.* Antino- 14
mia & contrarietas nulla in codice Justinianeo extet, vel
toleretur. Item ob vitandas antinomias antiquæ con- 15
stitutiones omittendæ, præterquam divisionis, repletio-
nis, & indaginis plenioris causâ, *in vers. Nulla itaque.* 16
Leges desuetudine abolitæ allegationem non meren- 17
tur, sed in judicio frequentatæ. Item consuetudinem
Romanam quælibet inferiores civitates sequantur, *in* 18
*vers. Sed etsi quæ leges.* Codicibus duobus Justinianeis 19
omnia gubernanda. Institutiones autem Justiniani pro-
sunt incipientibus juri operam dare, *in vers. Ideoque ju-*
*bemus.* Pandectæ Justiniani commentariis Doctorum 20
potius obscuriores, quàm illustriores redduntur, *in vers.*
*nostram autem.* Interpretationes pro conciliatione ju- 21
ris ex jure antiquo desumi possunt admonitionis, non
corrigendi novi juris causâ *in vers. sed & sufficiat.* Si- 22
gna & characteres loco expressarum litterarum adhi-
bita, leges obscurant, & antinomiis implicant. Lex cla- 23
ris & distinctis litteris scripta appareat, *in vers. Ne au-*
*tem.* Colligunt ex Ordin. Aloys. Leo, Sebast. Næv. re-
missivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* Vide ad hoc Con-
tium *lib. 1. lect. subcis. c. 7.* Cujac. *lib. 5 obser. c. 25.* Con-
stant. Landum *enarrat. ad tit. ff. de just. & jur. c. 1.*

*Imperium quod nobis à cœlesti Majestate traditum* 24
*est.*) Ergo Imperialis dignitas ab ipso Deo, mediante
jure gentium tradi dicitur, ut per Mench. *illust. lib. 1.*
*cap. 21. à n. 23.* meipsum *de officio, & potest. Episcopi*
*p. 1. tit. 3. cap. 2. n. 87.* ubi *n. 88.* subdo, quod Imperium 25
Romanum post translationem à Græcis in Germanos
à Summo Pont. haberi dicitur, & magis pendet ab eo,
quàm aliud quodlibet Regnum.

*Et ita nostros animos ad Dei Omnip. erigimus adju-* 26
*torium.*) Divinum numen in principio cujusque rei
esse invocandum, & ab eo adjutorium petendum, edo-
cent Ribadeneira *de Principe Christiano lib. 2. cap. 41.*
Bobadil. *in sua politica, lib. 4. c. 3 n. 2.* & citati per me
*in proœm. Codicis, n. 1.*

*Sed neque ex multitudine*, &c.) Notat Anton. Mar. 27
Corat. *in tract. de communi opin. lib. 2. tit. 8. n. 6.* hunc
textum non dicere quod multorum opinio sit contem-
nenda, & unius servanda, sed velle quod omissa multo-
rum sententia, attendatur opinio unius, quando illa
opinio est melior, æquior, & verior.

*Cùm possit unius forsan*, &.) Notatur ad hoc, quod 28
unus multoties, ex subtili ingenio, & optimis ration-
bus multorum sententiam superat, ut per Sylvan. *cons.*
*101. num. fin.* Anton. Gomez *l. 1. Tauri, n. 9.* Tiraquel. *l.*
*11. connub. gloss. 1. p. 11. n. 4.* Chassan. *in catal. gloriæ*
*mundi, p. 11. consid. 11.* Navarr. *in repet. c. novit, de jud.*
*not. ab. 2. n. 3.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 5. q. 15. n. 6.*

*Omnia enim nostra facimus*, &c.) Notatur ad hoc, 29
quod omnia nostra facimus, quibus authoritatem im-
partimur, ut per Corras. *lib. 5. miscel. c. 17. n. 6.* Hippol.
*sing. 567.* Anton. Gom. *l. 48. Tauri, n. 4.* Valenz. de Ve-
lasquez *cons. 93 n. 14.* Castill. *tom. 7. de tertiis, c. 8. n. 5.*
Rebuff. *in praxi benefic. p. 1. tit. de infirmis gloss. 2. n. 3.*
*pag. 104.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 5. lit. N concl. 67.*
Valasc. *cons. 105. n. 63.* meipsum *de Axiomat. juris usu-*
*freq. axiomat. 163. n. 1.*

Notatur etiam ad hoc, quod actus tribuitur ordi- 30
nanti, & non exequenti, ut per Card. Tusch. *pract. concl.*
*tom 1. litt. A, conc. 114.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil.*
*56. n. 88. & privil. 65. n. 47. & dec. 292. n. 9.* Mar. An-
ton. *var. resol. lib. 3. resol. 19. n. 5.* meipsum *in praxi exi-*
*gendi pensiones, q. 2. n. 31. & de Axiom. juris usufreq.*
*axiom. 12. num. 4.*

31 Notatur etiam ad hoc, quod perfectio est dignior, inchoatione, ut per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Creditum* 1.

32 *Nulla itaque in omnibus prædicti Codicis membris antinomia sit.*) Notatur ad hoc, quod nulla est in jure antinomia, neque superfluum, neque contrarium, ut per Franc. Connan. *comment. juris lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 3. Franc. de Guzatorib. *in tract. de conciliatione legum*, Videric. Zas. & Joan. Bellon. *in special. tract. de dissolutione antinomiarum*, Castil. *quotidian. lib.* 1. *de usufruct. cap.* 28. *n.* 14. *in med.* latè Morla *in emporio juris part.* 5. *tit.* 1. *q.* 11. *la* 2. *per tot.* Garc. *in tit. de pactis*, *fol. mihi* 332. *num.* 181. Joan. Mercerium *in suo conciliatore*, Angel. Matheac. *de via, & ratione juris*, *lib.* 2. *c.* 2. Julium Pacium *de antinomiis*, Theodor. Streithman. *in simili tract.* Nicol. de Pesserib. à Genoa *in conciliatione cunctarum legum*, *quæ in toto corpore juris civilis invicem quasi ex diametro sibi contrariari videbantur.* Joan. Garc. *de expensis. c.* 23. *n.* 15. *&* 16.

*Non per signorum captiones*, &c.) Advertit Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 4. *n.* 39. *in fine*, errare qui expungunt verborum *signorum*, & reponunt verbum, *singulorum*: Nam ex reliquis legibus, videlicet *l.* 1. *C. de emendat. Codic. auth. de testament. imperfecto. §. nos igitur, collat.* 8. ibi, *non signis*, cum similibus, satis constat, legendum esse *signorum*, ita ut nihil sit expungendum. Vide Just. Lips. *select. epist.* 101. *ad Belgas, epist.* 27.

33 Hinc Joan. Garc. *citato loco*, colligit abstinendum esse ab abbreviaturis, quia sunt periculosæ, sed quamque rem suis litteris, & litterarum consequentia significandam.

34 *Vir ab antiqua stirpe legitimè procedens.*) Notatur ad hoc, quod nobilitas quò antiquior est, eò quoque major est, ut per Tiraq. *de nobilit. c.* 19. *n.* 1. ubi dicit hunc textum optimum ad hoc.

35 Notatur etiam ad hoc, quod filius præsumitur peritus qui patrem peritum habuit, ut per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 58. *n.* 9.

36 *Vel aliquid superfluum*, &c.) Quia omne superfluum est à jure reprobatum, per ea quæ adduximus *in collect. ad proœm. Decretal. ex n.* 28.

37 *Et nemo ex comparatione*, &c.) De legibus abrogatis amplius non allegandis vide posita *ad l. unic. suprà de Justinianeo Codice confirmando.*

38 *Tanta autem nobis antiquitati*, &c.) Notatur ad hoc, quod omne per antiquitatem sit nobilius, ut per Chassan. *in catal. gloriæ mundi, part.* 4. *consid.* 36. Valdes *de dignitate Regum Regnorumque Hispaniæ, cap.* 5. *n.* 3.

39 *Commentarios eisdem legibus annectere*, &c.) Vide Cott. *in memorab. verb. Paratitla*, Alciat. *lib.* 1. *disputt. cap.* 23.

---

## SUMMARIUM.

1 *Justinianus sanctiones Romanas ab annis* 1400. *in unam reduxit consonantiam, cum assertione ut nil contrarii, aut similitudinis, omissis geminationibus, in Codice, vel Digestis Justiniani reperiatur.*

2 *Imperator per peritos legum nova jura concinnans & confirmans, jura ut à se post Deum inventa publicat.*

3 *Imperatoria majestas legum emendandarum, & in formam redigendarum habet licentiam.*

4 *Codicem divina ope concinnatum, constitutiones Principum duodecim libris continentem, suo sub nomine Justinianus edidit.*

5 *Justinianus recentiora jura ex vetustissimis legum, & antiquorum jurium voluminibus* 2000. *per Tribonianum collegit.*

6 *Leges antiquæ in* 2000. *voluminibus contentæ redactæ sunt in* 50. *Digestorum libros.*

7 *Pandectæ & Digesta continent decisiones disputationum in* 150000. *versibus & septem partibus, quæ recensentur, n.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

15 *Pandectarum partes septem collectæ & concinnata per Tribonianum.*

16 *In Pandectis concinnandis operam communem ultrà Tribonianum qui contulerint.*

17 *Jurisconsulti testimonio virtutis impetrato ab Imperatore ad legum concinnationem laudabiliter eliguntur, & unius gubernatione, Imperatore auctore mutuo consensu jura conscribunt.*

18 *Antiquitati honos non detrahendus.*

19 *Labores alieni imperiali auctoritate Imperatorum esse censentur.*

20 *Institutionum compositio quibus injuncta.*

21 *Jus Romanum contentum per Institutiones & Digesta, triennii spatio concinnatum & finitum est.*

22 *Jus civile sparsum olim, nunc concinnatum vili redemptione ac pecunia patet tam ditioribus, quàm vilioribus.*

23 *Simile si in jure reperitur, vituperandi juris occasio inde non sumenda, ob fragilis memoriæ humanæ considerationem.*

24 *Similitudines propter diversitatem rerum cognoscendarum, & titulorum intellectum in jure tolerandæ.*

25 *Diversitatis ratio considerata omnem in jure contrarietatem tollit.*

26 *Pauca idoneæ effundere utilius, quàm multis inutilibus homines prægravare.*

27 *Lites quæ olim ob inscitiam & librorum multitudinem comparatu impossibilem sine legibus decidebantur, nunc legibus ex compluribus decidi possunt.*

28 *Res divinæ perfectissimæ, humanæ in infinitum excurrentes, inconstantes, & lubricæ.*

29 *In dubiis emergentibus lege expressè non decisis, Imperatoris, aut Principis superstitis sanctio dubium casum decidat.*

30 *Pro Opere Justinianeo Deo agendæ sunt gratiæ.*

31 *Leges novæ antiquioribus quiescentibus servandæ.*

32 *Leges novæ cum antiquis non sunt comparandæ.*

33 *Legum allegatio ad leges Digestorum, Codicis, & Institutionum restringitur.*

34 *Digestorum primordium auctores legum antiquarum in Justiniani Pandectas relatarum innuit.*

35 *Legislatorum priorum nomina in legibus novis ex veteribus concinnatis non sunt omittenda.*

36 *Commentatores legum Justinianus uno dignitatis apice dignatus est.*

37 *Leges Codicis ut suas suo sub nomine Justinianus publicavit.*

38 *Legum Codicis translatio in Græcum sermonem non interdicta Jurisperitis.*

39 *Commentatio confusionem pariens omninò prohibita.*

40 *Casus juris ubi ambiguus, & à nullo decisus, tunc Princeps adeundus.*

41 *Codicis libros nemo per characteres & signa scriptos habeat, sub pœna.*

42 *Leges Justiniani in causis post publicationem emergentibus, & in judicio adhuc pendentibus observandæ sunt.*

43 *Pacta judiciali sententia, vel amicabili finita, resuscitanda non sunt.*

44 *Leges tertio Consulatûs anno à Justiniano editæ.*

45 *Judices omnes ex Justiniani præcepto secundum Justiniani leges judicabunt.*

46 *Triboniani laudes remissivè.*

47 *Nobilitas quò antiquior, eò major est.*

48 *Senioribus debita obedientia præbenda.*

49 *Institutiones.*

50 *Leges, sive textus omnes congruis titulis dispositi sunt.*

51 *In nullo penitùs peccare divinitatis potius, quàm humanitatis est.*

52 *Votum de nunquam peccando invalidum.*

## L. Tanta. II. & ult.

*Imp. Cæſ. Fl.* JUSTINIAN. A. *ad Senatum & omnes populos.*

1 JUſtinianus divino armatus auxilio ſanctiones Romanas ab annis 1400. in unam reduxit conſonan-
2 tiam cum aſſertione, ut nil contrarii, aut ſimilitudinis, omiſſis geminationibus, in Codice, vel Digeſtis Juſtiniani reperiatur, *in princip.* Imperator per peritos le-
3 gum nova jura concinnans, & confirmans jura ut à ſe poſt Deum inventa publicat, *in verſ. nos itaque.* Imperatoria majeſtas legum emendandarum, & in formam
4 redigendarum habet licentiam, *in verſ. noſtra quoque.* Codicem divina ope concinnatum, conſtitutiones
5 Principum duodecim libris continentem ſuo ſub nomine Juſtinianus edidit, *in verſ. omnia igitur.* Ex vetuſtiſſimis legum, & antiquorum jurium voluminibus
6 2000. per Tribonianum Juſtinianus recentiora jura collegit, *in verſ. Poſtea verò* Leges antiquæ in 2000.
7 voluminibus contentæ redactæ ſunt in 50. Digeſtorum libros, *in verſ. Quod cœleſti.* Pandectæ, & Digeſt.
8 continent deciſiones diſputationum in 150000. verſi-
9 bus, & ſeptem partibus, *in verſ. nomenque.* Digeſtorum
10 pars prima quatuor libros priores continet. Secunda
11 Pandectarum pars judiciariam ſeptem libris. Tertia pars octo libris res. Quarta totidem pignora, tum
12 ædilitiam materiam uſurarum, nuptiarum, dotium, tutelarum, & curarum jura continet. Pandectarum parte quinta, teſtamentorum, codicillorum, legatorum,
13 & fideicommiſſorum materia abſolvitur. Sexta Digeſtorum pars bonorum poſſeſſiones, gradus, & affinitates, ſucceſſiones ab inteſtato, novi operis nunciationem, ſatiſdationes prætorias, donationes, manumiſſio-
14 nes, bonorum detentiones, & venditiones, exceptiones, ac obligationes continet. Septimus Pandectarum liber ſex libris materiam ſtipulationum, obligationum, fidejuſſorum, mandatorum novationum, acceptilationum, ſolutionum, ſtipulationum, delictorum privatorum, & publicorum, appellationum, jurium municipalium, publicorum comprehendit, *in verſ.*
15 *Igitur prima, cum ſeqq.* Partes Pandectarum ſeptem collectæ, & concinnatæ per Tribonianum virum ex-
16 celſum, & Conſtantinum virum illuſtrem magiſtrum ſcrinii, *in verſ. quæ omnia.* In Pandectis concinnandis operam communem contulerunt ultra Tribonianum & Conſtantinum, Theophilus, Dorotheus, Anato-
17 lius, Leontius, Menna, Timotheus, Leonides, Plato, Jacobus Conſtantinus, *in verſ. necnon.* Juriſconſulti teſtimonio virtutis impetrato ab Imperatore ad legum concinnationem laudabiliter eliguntur, & unius gu-
18 bernatione Imperatore auctore mutuo conſenſu jura conſcribunt, *in verſ. omnes autem.* Antiquitati honos non detrahendus, & bene de Republ. meritis in allegandis reſponſis fama conſervanda, ſalva tamen correc-
19 tione reſponſorum Imperatoria, *in verſ. Tanta autem.* Imperiali auctoritate alieni labores Imperatorum eſſe
20 cenſentur per emendationem Imperatoris juſſu factam, *in verſ. unaque omnibus.* Triboniano, Dorotheo,
21 & Theophilo ut peritis in jure Inſtitutionum juris compoſitio injuncta, *in verſ. ſed cùm proſpeximus.* Jus Romanum contentum per Inſtitutiones & Digeſta,
22 triennii ſpatio concinnatum & finitum, *in verſ. omni igitur* Jus civile ſparſum olim, nunc concinnatum vili
23 redemptione ac pecunia patet tam ditioribus, quàm vilioribus, *in verſ. omnibus itaque.* Simile ſi jure reperitur, vituperandi juris occaſio inde non ſumenda,
24 ob fragilis memoriæ humanæ conſiderationem, *in verſ. Si quid.* Similitudines propter diverſitatem rerum
25 cognoſcendarum, & titulorum intellectum in jure tolerandæ, *in verſ. Aut enim.* Diverſitatis ratio conſiderata omnem in jure contrarietatem tollit. Pauca idonea effundere utilius, quàm multis inutilibus homines prægravare, *in verſ. Contrarium autem.* Lites quæ olim 27
ob inſcitiam & librorum multitudinem comparatu impoſſibilem ſine legibus decidebantur, nunc legibus ex compluribus voluminibus collectis & concinnatis 28
per leges decidi poſſunt, *in verſ. Mirabile autem.* Res divinæ, perfectiſſimæ: humanæ, in infinitum excurrentes, inconſtantes, & lubricæ, & emergentia nova negotia priſtinis legibus innodari non poſſunt, *in verſ.* 29
*Sed quo divinæ.* In emergentibus dubiis lege expreſsè non deciſis ad imitationem Juliani & Adriani Imperatorum, Imperatoris, aut Principis ſuperſtitis ſanctio, & reſolutio, edictorumque imitatio dubium caſum decida, *in verſ. Si quid igitur.* Pro opere Juſtinianeo an 30
tiquas & diffuſas leges per ordinem comprehendente, Deo agendæ ſunt gratiæ, *in verſ. Hæc igitur omnia.* 31
Leges novæ antiquioribus quieſcentibus ſervandæ, & Numinis inſtar attendendæ ſunt, *in verſ. Has itaque.* 32
Leges novæ cum antiquis non ſunt comparandæ, & ſi diſſonantia inter leges antiquas, & novas apparet, id quod nova lex dictat, ſequi debemus, *in verſ. Ne-* 33
*moque* Legum allegatio ad leges Digeſtorum, Codicis, & Inſtitutionum textus ſub pœna falſi Judicem & Advocatum leges alias admittentem, vel citantem adſtringit, *in verſ. Nec judicio.* Primordium Digeſto- 34
rum innuit auctores legum antiquarum in Juſtiniani Pandectas relatarum. Legiſlatorum priorum nomina 35
in legibus novis ex veteribus concinnatis non ſunt 36
omittenda, *in verſ. Ne autem incognitum.* Commentatores legum Juſtinianus uno dignitatis apice dignatus eſt, nulla prærogativa ulli ex his conceſſa. *in verſ. Le* 37
*giſlatores autem.* Leges Codicis conſtitutionum vicem habentes omiſſis commentatorum æquiparatorum nominibus ut ſuas ſuo ſub nomine publicavit Juſtinianus, *in verſ. Cùm enim.* Legum Codicis tranſlatio in 38
Græcum ſermonem non interdicta Juriſperiti. Com- 39
mentatio confuſionem pariens omnino prohibita, *in verſ. Cùm una dignitas.* Ambiguus ubi emergit juris 40
caſus à nullo deciſus, tunc adeundus Princeps. Codi- 41
cis libros nemo per characteres, aut ſigna ſcriptos habeat ſub pœna allegationis inanis dupli librario irroganda, *in verſ. Si quid verò* Leges Juſtiniani in Pande- 42
ctarum Codicis, & Inſtitutionum libris contentæ in cauſis poſt publicationem emergentibus, & in judicio adhuc pendentibus obſervandæ ſunt, *in verſ. Leges autem.* Judiciali ſententia, vel amicabili pacto 43
finita reſuſcitanda non ſunt, *in verſ. Quæ enim.* Tertio 44
Conſulatûs anno Juſtinianus leges concinnatas ex voluminibus antiquis edidit, *in verſ. Bene autem.* Ju- 45
dices omnes ex Juſtiniani præcepto ſecundum Juſtiniani leges judicabunt, *in verſ. Itaque omnes.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1 ſup. hoc tit.*

*Ex exconſule Tribonianum.*) De eo & ejus laudibus 46
vide Mantuam *in vitis Jureconſult. ſub hujus vita*, Bennium *de privilegiis Jureconſ.* Valentin. Forſter. *in hiſtoria juris civilis, ſub hoc nomine*, Ant. Aug. *in particulari libro de nominibus propriis Juriſconſ.*

*In Berytienſi ſplendidiſſima civitate.*) Id eſt, nobiliſſima, ſecundùm Tiraquell. *de nobilit. cap. 12. num. 4.* junctis quæ dixi *de offic. & poteſtate Epiſcopi, p. 1. tit. 3. cap. 8. n. 1.*

*Vir ab antiqua ſtirpe*, &c.) Notatur ad hoc, quod 47
nobilitas quò antiquior, eò major eſt ut per Tiraq. *ubi ſuprà, l. præced.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 6. n. 27.*

*Tanta autem à nobis antiquitati*, &c.) Ergo debita 48
ſenioribus præbenda obedientia, ut per Tiraquell. *de jure primogen. in præfat. n. 85.* Quàm benè de veteribus tam Conſultis, quam Principibus meritus ſit Juſtinianus in univerſa legiſlatione ſua, ipſe locupletiſſimus teſtis ſibi eſſe videtur *in præſenti*, ut refert Anton. Cont. *lectionum ſucciſivarum lib. 1. c. 9.* ubi declarat quod reverentiæ genus hoc fuerat, de quo loquitur Imp. *in præſenti.*

49 *Et Institutiones vocabantur*, &c.) Vide Angel. Politian. *miscell. c.* 48. ibi, *Institutiones hæ, quæ vocantur in jure civili, Justiniani Principis nomine editæ, sed à Triboniano tamen, doctisque aliis viris compositæ etiam Græcè scriptæ, sub eodem prorsus intellectu reperiuntur.* Pichard. *in inscriptionem Institutionum, n.* 2. & 3.

50 *Omnes verò, id est, nomina prudentum, & titulos*, &c.) Notatur ad hoc, quod omnes leges, sive textus congruis titulis dispositi sunt, ut per Morlam *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 11. *n.* 24. Et extendendæ sunt juxta generalitatem rubricæ, quando non est repugnantia, nec absurdum aliquod. Soar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 10.

51 *In nullis penitus peccare divinitatis potius est, quàm humanitatis.*) De hoc vide Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 134. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 12. *in tit. fin. n.* 41. & *de tacitis & ambig. convention. tom.* 2. *lib.* 27. *tit.* 7. *in fine.* Unde votum de nunquam peccando, invalidum esse tenent Fr. Emman. *in sum. part.* 2. *c.* 94. *conclus.* 5. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 14. *q.* 4. Sayr. *in clavi Regia lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 9. Soar. *de Relig. tom.* 2. *lib.* 2. *de voto, cap.* 3. *n.* 2. & 3. Less. *de Justit. lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 5. *n.* 33.

52 *Solum autem Senatusconsf. Trebellianum*, &c.) De hoc vide Anton. Contium *lect. succisivar. lib* 1. *cap.* 9. Govean. *lectionum juris lib.* 1. *cap.* 29. ubi latè de intellectu horum verborum.

## *De juris & facti ignorantia.*

## Tit. XVIII.

1 EXpositis partibus juris, subjicitur accidens quoddam, id est, ignorantia, quæ opponitur scientiæ. Scripserunt in hanc rubr. Sichard. Anton. de Padilla, Aloys. Leo, Sebast. Næv. Cujac. Pac. & Wesemb. item Ant. Mensius, & Constant. Landus.

2 De hac materia vide Joan. Bapt. Costam. *in speciali tract. hujus tituli*, Card. Tusch. *pract. conclus. lit. I, conclus.* 17. *cum seqq.* Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. I, n.* 86. *cum seqq.* Donat. a Fira & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 18. *de juris & facti ignor.*

### SUMMARIUM.

1 *Miles ex imperitia exceptionem omissam opponere ante sententiam, & post sententiam peremptoriè objicere potest.*

2 *Ignorantia juris præsumitur in militibus, & eos excusat.*

3 *Militia armata non habet locum in Clerico. Nec in militibus hodiernis, qui minimè fruuntur privilegiis antiquitùs militibus concessis, num.* 4.

5 *Minor restitui potest adversùs lucrum omissum.*

6 *Exceptio, quæ actioni opponitur, dicitur defensio.*

7 *Exceptio defectum personæ judicis respiciens potest post sententiam opponi.*

8 *Judex secularis potest de exceptione excommunicationis coram ipso opposita incidenter cognoscere.*

9 *Exceptio falsi Procuratoris in quacumque parte judicii opponitur.*

### L. Quamvis.

*Imp.* Antonin. A. *Maximo militi.*

1 MIles ex imperitia exceptionem omissam opponere ante sententiam, & post sententiam peremptoriè objicere potest. Colligunt ex Ordin. Bart. Alban. Cyn. Salicet. Angel. Castr. Bald. Sichar. Anton. de Padilla, Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissive Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & Casal. *in annot.* Vide ad hoc Mercerium *lib.* 1. *opin. cap.* 10.

2 *Ignorantia juris propter simplicitatem armatæ militiæ*, &c.) Ergo ignorantia juris præsumitur in militibus, & eos excusat, ut per Mascard. *de probat. concl.* 639. *n.* 25. Card. Tusch. *pract. concl. verbo ignorantia, concl.* 13. *n.* 23. & 24. Sfort. Odd. *de in integ. restit. p.* 1. *q.* 10. *per tot.* ubi *à num....* ponit octo casus, in quibus expressè jura militibus succurrunt propter juris ignorantiam, refert Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *verbo ignorantia, n.* 277.

3 *Armatæ militiæ.*) Non habere locum in Clerico probat Cevall. *commun. contra commun. q.* 388.

4 Nec in militibus hodiernis, qui minimè fruuntur privilegiis antiquitùs militibus concessis, de quo vide Alex. *in l. centurio, n.* 24. & *ibi* Galiau. *n.* 17. *col.* 5. *ff. de vulgari*, Matth. de Afflict. *in constit. Regni Siciliæ, lib.* 1. *rubr.* 9. *n.* 28. & *lib.* 2. *rubr.* 31. *n.* 28. Greg. Lop. *lib.* 25. *glos.* 1. *tit.* 21. *part.* 2. Joan. Bapt. Costa *de facti scientia, & ignor. inspect.* 84. *n.* 21. Bobadil. *in sua politica, lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 14.

5 *Allegationes competentes omiseris*, &c.) Notatur ad hoc, quod minor restitui potest adversùs lucrum omissum, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 35. *glos.* 2. *n.* 9. Maurit. *de restitut. cap.* 140. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 30. *n.* 32.

6 *Defensionibus tuis uti.*) Ergo exceptio, quæ actioni opponitur, dicitur defensio, ut per Cov. *in reg. possessor, in princip. num.* 4. *col.* 2.

7 In glos. *Uti, ult.* ibi, *quia judex incompetens.* Ergo exceptio defectum personæ judicis respiciens, potest post sententiam opponi, ut per D. Barbos. *in l. cum prætor, §. fin. n.* 13. *cum seqq. ff. de judic.* Parentem meum *in Remiss. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. 9.

8 In ead. glos. ibi, *vel excommunicatus.*) Notatur ad hoc, quod secularis judex potest de exceptione excommunicationis coram ipso oppositâ incidenter cognoscere, ut per Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 3. 6. Gig. *de pension. q.* 100. *n.* 19. Tiraq. *de retractu lig.* §. 6. *glos.* 9. *n.* 285. D. Barbos. *in l. Titia, n.* 24. *ff. solut. matr.* Mart. *de jurisd. p.* 3. *cap.* 16. *n.* 7. *cum seqq.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 25. *n.* 20.

9 In ead. glos. ibi, *& in falso Procuratore.*) Ergo exceptio falsi Procuratoris in quacumque parte judicii opponitur, ut per Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 36. *pag.* 612. Rebuff. *de except. n.* 389. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 533. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. c.* 17. *n.* 32. Menoch. *cons.* 345. *n.* 12. Menchac. *usufreq. cap.* 16. *n.* 5. Cardos. *in praxi Judicum, & Advocator. verbo exceptio n.* 7. & 8. Amat. Roderic. *in practica de modo & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 5. *n.* 73. Bernardin. Muscatel. *in sua praxi aurea civili Neapol. part.* 2. *glos. veniens. n.* 4.

### SUMMARIUM.

1 *Majori renuntianti hæreditati maternæ per juris prætensam ignorantiam, jura non succurrunt, & num.* 2. & 3.

4 *Verba*, non sum hæres, *vel* nolo esse hæres, *vel* nolo adire, *non inducunt repudiationem.*

### L. Cùm ignorantia. II.

*Imp.* Gordianus A. *Juvenali.*

1 MAjori renuntianti hæreditati maternæ per juris prætensam ignorantiam non succurrunt jura. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem desumunt Joan. Baptista Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 88. *n.* 1. & 2.

Cald.

Cald. Pereira *ad l. ſi curatorem, verbo læſis, n.* 42. *C. de reſtit. in integ. & de nominat. emphyt. q.* 1. *n.* 18. Valaſc. *de partition. cap.* 15. *n.* 58. ubi conciliat textum *in præſenti*, cum *l. fin. C. de repudianda hæreditate*, ut ſcilicet hæc procedat in paterna hæreditate, iſte verò textus in materna, quod etiam tenet Cald. pereira *d. verbo læſis. num.* 42.

3 Nec huic reſolutioni oberit textus fortis *in l. filii matrem*, §. 1. *ff. ad Trebell.* reſpondetur enim quinque modis, quos recenſet ſeriatim Padil. *in præſenti*, *n.* 10. & Cald. Pereira *d. tract. nomin. emphyt. q.* 1. *num.* 18. ubi ait textum *in præſenti* loqui, & procedere in repudiante, qui profeſſus à ſe dicit hæreditatem abdicaſſe, quocumque jure illam poſſit habere, civili, vel prætorio: quod non contingere dicit in caſu dictæ *l. filii*, ubi filius tantum dixit nolle ſe hæreditatem adire, quibus verbis ſolùm videtur neglexiſſe modum conſequendi hæreditatem de jure civili, non de jure prætorio.

4 In gloſſ. *Deſideras fin.* ibi, *an dicat, non adeò*, &c.) Notatur ad hoc, quod per illa verba, *non ſum hæres*, vel *nolo eſſe hæres*, vel *nolo adire*, non inducitur repudiatio, quia talia verba poſſunt accipi negativè citra intellectum repudiationis, ut per Padil. *in præſenti*, *n.* 11. *verſ. mihi verò.* Cardin. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 14. *n.* 3. ubi videtur aſſerere, quod in caſibus, quibus apparuerit prædicta verba fuiſſe deliberatè prolata, inducetur ex illis repudiatio irrevocabilis: & ex *n.* 17. hanc deliberationem duducit ex qualibet ſeptem conjecturarum, quas refert Valaſc. *tract. de partit. c.* 15. *n.* 47. *cum ſeqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Temporis lapſus petendi bonorum poſſeſſionem operatur repudiationem irrevocabilem.*

2 *Renunciatio hæreditatis paternæ, quæ tacitè inducitur à lege per lapſum temporis, non poteſt poſt illud tempus revocari.*

3 *Ignorantia juris non excuſat in lucro; aut quaſi lucro captando.*

4 L. fin. C. de repud. hæret. *dum permittit revocationem abſtentionis intra triennium, non procedit in filio emancipato.*

5 *Legitima non eſt debita filiis, ſed quaſi debita.*

6 *Legitima non debetur filiis in vita parentum.*

7 *Filius excluſus de jure prætorio per lapſum anni, vel de jure civili per lapſum* 30. *annorum, intelligitur ſolùm excludi à primo capite, non à ſequentibus.*

8 *Nemini parcitur in his, quæ ad rigorem juris conſervandum ſunt introducta.*

## L. Si emancipata. III.

*Imp.* PHILIPPUS A. *Marcellæ.*

1 LApſus temporis petendi bonorum poſſeſſionem operatur repudiationem irrevocabilem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Notatur ad hoc, quod renuntiatio hæreditatis paternæ quæ tacitè inducitur à lege per lapſum temporis, non poteſt poſt illud tempus revocari; ut per Tiraq. *de jure mariti gloſſ.* 7. *n.* 74.

3 Notatur etiam ad hoc, quod ignorantia juris non excuſat in lucro, aut quaſi lucro captando, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 7. *nu.* 22. Joan. Bapt. Coſta *de facti & juris ſcient. & ignorantia, inſpect.* 96. *numero* 3.

4 In gloſſ. *Si emancipata* 1. ibi, *ſecus ſi non emancipata.* Notatur ad hoc, quod *l. fin. C. de repud. hæred.* dum mittit revocationem abſtentionis intra triennium, non procedit in filio emancipato, ut per Padil. *in præſenti, num* 10. Valaſc. *in tract. de partition. c.* 15. *n.* 59.

5 In gloſſ. *Rationibus*, ibi, *reſp. non debita, ſed quaſi debita.* Notatur ad hoc, quod legitima non eſt debita filiis, ſed quaſi debita, & ſic pater non eſt filii ſui propriè debitor reſpectu legitimæ, de quo vide Xuar. *in l. quoniam in evidentialibus, n.* 5. Palat. *in repet. c. per veſtras, notab.* 3. §. 21. *n.* 5. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Suſceperit liberos, nu.* 113. Neguſant. *de pignorib. p.* 2. *memb.* 4. *n.* 164. *verſ.* 24. Padil. *in præſenti, ex num.* 33. ubi *num.* 37. hinc infert, bona patris non eſſe tacitè in favorem ipſius filii obligata pro legitima illius, Mich. Graſſ. *in* §. *legitima, q.* 14. *num.* 1. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 55. *num.* 27. Mich. *de ſucceſſ. creat.* §. 20. *num.* 320. Pereg. *de fideicommiſſ. art.* 36. *n.* 33. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 26. *n.* 1. Alvar. Valaſc. *de partition. cap.* 18. *num.* 34. Thom. Valaſc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 3. *num.* 3. Cald. Pereira *poſt. quæſt. forenſ. in comment. ad* §. *ſi tutor, n.* 8. *Inſtit. de inofficioſo teſtam.*

Unde legitimam filiis non deberi in vita parentum, 6
reſolvunt Bart. *in l. ſi quis legatum*, §. *fin ff. de falſis, & in l. fin. n.* 2. *ff. de liber. agnoſc.* Segura *in repet. l.* 23. *Tauri, n.* 11. Morcheq. *de diviſ. bonorum lib.* .. *cap.* 3. *num.* 4. Cacheran. *deciſ.* 172. *num.* 15. Paſchal. *de viribus patriæ poteſt. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 25. Augul. *de meliorat. l.* 1. *gloſſ.* 2. *n.* 7. *tit.* 6. *lib.* 5. Menoch. *conſ.* 77. *num.* 6. *vol.* 1. Caſtill. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 64. *n.* 11. quia illa datur filiis ex bonis hæreditariis, *l. ſcimus*. §. *repletionem. C. de inoffic. teſtam & in l. non amplius*, §. *fin. ff. de legat.* 1. Matienz. *l.* 4. *gloſſ.* 1. *num.* 3. *in fine, tit.* 6. *lib.* 1. *novæ Recop.* In vita autem parentum ejus hæreditas eſſe non poteſt, *l.* 1. *ff. de hæred. vel act. vend.* Ant. Mangil. *de imputat. quæſt.* 91. *n.* 11. *& q.* 181. *n.* 5.

In ead. gloſſ. ibi, *idem admitti poteſt ex alio capite*, 7
&c. Notatur ad hoc, quod filius excluſus de jure prætorio per lapſum anni, vel de jure civili per lapſum triginta annorum, intelligitur ſolùm excludi à primo capite, non à ſequentibus, ut per Tiraq. *de retractu tit.* 2. §. 2. *gloſſ.* 1. *n.* 19. *&* 20. *de jure mariti gloſſ.* 7. *num.* 79.

Notatur etiam ad hoc, quod in his, quæ ad rigorem 8
juris conſervandum ſunt introducta, nemini parcitur, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 7. *n.* 23.

---

## SUMMARIUM.

1 *Diviſio errore facta, detecto poſt errore, dividenti non obeſt.*

2 *Teſtamenti ſcriptura diluitur, ſi fides veri deficit, vel teſtamentum juris ratione ſubſiſtere non poteſt.*

3 *Diviſio per errorem facta retractari poteſt, errore detecto.*

4 *Error ſatis probari dicitur, ſi oſtendatur rem aliter ſe habere quàm fuerit dictum, vel declaratum. Limita ut ibi.*

5 *Diviſio facta per verum hæredem cum hærede putativo per ignorantiam, non præjudicat vero hæredi, probata veritate: fallit ſi per ſententiam judicis facta condemnatione ſolutum ſit.*

6 *Diviſio bonorum æqualiter facienda eſt.*

7 *Ignoranter, vel per errorem aliquid faciens, non præjudicat juri ſuo.*

8 *Errorem allegans tenetur eum probare.*

9 *Teſtamentum in dubio præſumitur validum & ſolemne.*

10 *Actus omnis ita præſumitur geſtus, ut omnino valeat, non autem pereat.*

11 *Solemnitate juris poſitivi prætermiſſa in aliquo actu non tenetur quis de hoc ſibi facere conſcientiam in foro animæ, ex quo non intervenit ibi aliqua deceptio & adfuit conſenſus habentium actum explicare.*

12 *In testamento minùs solemni naturalis oritur obligatio.*

## L. Si post divisionem. IV.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Julianæ.*

1 DIvisio errore facta, detecto post errore, dividenti non obest. Testamenti scriptura vitiatur si
2 fides veri deficit, vel testamentum juris ratione subsistere non potest. Colligiunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

3 Ex hoc text. vulgò colligitur, quod divisio per errorem facta retractari potest errore detecto, ut per Socin. Sen. *cons. 25. n. 4. & 5. lib. 4.* Cravet. *cons. 26. in fine, & cons. 188. n. 9. & cons. 221. n. 8.* Pancirol. *cons. 1. num. 95.* Menoch. *cons. 310. n. 11. & 18.* Surd. *dec. 130. nu. 1.* Et in hoc text. divisionem non rescindi propter inæqualitatem in pretio, sed ex eo quod constituit alterum non esse cohæredem, tenent Pinel. *in l. 2. C. de rescin. vendit. p. 2. cap. 1. n. 3.* Morla *in emporio juris part. 1. titul. 9. q. 19. n. 2.*

4 Notatur ad hoc, quod satis probatur error si ostendatur rem aliter se habere, quàm fuerit dictum, vel declaratum, ut per Menoch. *cons. 98. num. 57.* Honded. *cons. 69. n. 69. & cons. 102. n. 44.* Farin. *in praxi crim. q. 81. num. 343.* Mascard. *de probat. conclus. 641.* ubi quod error confessionis probatur probando rem aliter se habere, D. Barbos. *in l. si alienam 12. n. 90. ff. soluto matr.* ubi limitat, nisi constet istum scienter rem suam accepisse ut alienam; nam tunc præsumetur donandi animus.

5 Et per hunc text. resolvit Gutier. *de juram. confirm. p. 3. cap. 7. à n. 1.* quod divisio facta per verum hæredem cum hærede putativo per ignorantiam, non præjudicat vero hæredi, probata veritate, ubi *n. 2.* id fallere ait si per sententiam judicis facta condemnatione solutum sit, & *post num. 15. vers. sed contra*, procedere suam principalem resolutionem, etiamsi in prædicta divisione facta per hæredem verum cum hærede putativo interveniisset juramentum veri hæredis, quia juramentum non confirmat actum erroneum.

6 Notatur etiam ad hoc, quod divisio bonorum æqualiter fieri debet, itaut si unus minus haberet quàm alius, teneretur supplere, ut per Boër *decis. 46. num. 1.*

7 *Præjudicium tibi non comparabitur.)* Ergo qui ignoranter, vel per errorem aliquid facit, non præjudcat juri suo, per Menoch. *cons. 162. n. 28.*

8 *Ostende igitur* &c.) Ergo qui allegat errorem, tenetur eum probare, de quo vide Boss. *in pract. crim. tit. de confessis, à num. 59.* Gutier. *de juram. confirm. part. 3. cap... à princ.* Mascard. *de probat. concl. 378. & concl. 637.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 22. n. 2. & præs. 23. n. 37.* Farin. *in praxi crimin. q. 38. n. 101.*

9 *Testamentum, vel fide veri deficere.* &c.) Ergo testamentum in dubio præsumitur validum, & solemne, ut per Mascard. *de probat. conclus. 1353. aliàs 1359.*

10 In gloss. *Non posse*, ibi, *& præsumitur solemne donec contrà probetur.* Notatur ad hoc, quod omnis actus ita præsumitur gestus, ut ut omninò valeat, non autem ut pereat, ut per Menoch. qui hanc gloss. citat, *de præsumpt. lib. 6. præs. 4. num. 1.* & plures quos plena manu citavi *de Axiomatib. juris usufrequentior. axiom. 12. num. 17.*

11 In gloss. *Obtineas*, ibi, *item videtur nullo modo repeti* &c. Notatur ad hoc, quod si fuerit prætermissa solemnitas juris positivi in aliquo actu, non tenetur quis de hoc sibi facere conscientiam in foro animæ, ex quo non intervenit ibi aliqua deceptio, & adfuit consensus habentium actum explicare, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloss. 4. n. 21. cum seqq.* Et an quis in foro animæ obligetur ex minus solemni testamento, disputat Mench. *de testatoris potentia lib. 1. §. 1. n. 23.* ubi negativè respondet.

In ead. gloss. ibi, *naturaliter enim erat debita*, &c.) 12
Notatur ad hoc, quod ex minus solemni testamento naturalis oritur obligatio, ut per Bartol. *in tract. Majoricarum, c. 3.* Jas. *in l. si pacto quo pœnam, n. 6. C. de pactis.* Sed contrarium tenet Cov. *in cap. cùm esses, n. 9. de testam.* Petr. Loriot. *de juris arte, tract. 11. cap. 11.* Mench. *d. lib. 1. §. 1. ex n. 22. & l. Hispan. 31. tit. 14. p. 5.* ubi habetur quod solvens legatum in testamento invalido relictum, repetere non potest, etiamsi prætendat juris ignorantiam, dicens quod credebat tale testamentum de jure valere, ubi Greg. Lop. intelligit sermonem, illic esse de imperfectione solemnitatis, non voluntatis.

---

### SUMMARIUM.

1 *Confessio falsa non mutat veritate, & veritate probata, confessio falsa non præjudicat.*
2 *Veritas immutari non potest per nostrum affirmare, vel negare, nec sibi præjudicat, qui fatetur rem suam alterius, cùm verè non sit, n. 3.*
4 *Confessio falsa non probat, nec nocet, dummodo probetur veritatem esse in contrarium.*

## L. Cùm falsa. V.

*Iidem* AA. *&* CONST. *&* MAXIMIAN. *Cæss. Martiali.*

COnfessio falsa non mutat veritatem, & veritate 1
probata, confessio falsa non præjudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. hoc tit.* Vide ad hoc Horoman. *lib. 25. illust. quæst.* Cujac. *lib. 14. observ. cap. 19.*

*Mutari substantia veritatis minimè possit*, &c.) 2
Notatur ad hoc, quod per nostrum affirmare, vel negare immutari veritas non potest, & per Menoch. *cons. 107. n. 29. & 30. & cons. 372. n. 28.* Tiraq. *de retractu lig. §. 32. gloss. 1. num. 32.* ubi ait, quod veritatem rei non immutat etiam Papalis denominatio, & *de jure Constituti p. 2. ampl. 2. n. 3.* ubi dicit, quod quis simpliciter fateatur alterum possidere, cùm ipse qui fatetur, possidet, per hujusmodi confessionem minimè perdit possessionem quam habet, nec in eum, quem faretur possidere, eam transfert. Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 21. post med.* singulariter dicit, quod si quis scienter confitetur extra judicium rem suam esse alterius, & constituit se nomine ejus possidere, vel alium actum fictum interponat, non transfert in alium dominium, nec possessionem.

Hinc etiam colligitur, minimè sibi præjudicare illum, qui fatetur rem suam esse alterius, cùm verè non 3
sit, ut per Alex. *cons. 9. n. 10. lib. 1.* Curt. Jun. *cons. 17. n. 8.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 21.* Menoch. *cons. 103. n. 94. & cons. 191. n. 53.* ubi post Anchar. & Alexand. subdit, quod is, qui cum fratre & consanguineis divisit bona, quæ communia existimabat, cùm verè non essent, sibi non præjudicat, D. Barbos. *in l. si alienam 12. n. 73. vers. nec obstant, ff. soluto matr.* ubi ait quod illi, qui recognovit vendicantem dominum esse, incumbet onus probandi illum non esse dominum: quod si prabaverit, constabit illam recognitionem esse falsam & erroneam, & ideo ea minimè illi præjudicabit, & *n. 90. in princip.* resolvit quod accipiens ab Ecclesia rem suam in emphyteusim, vel feudum, non videtur habuisse animum donandi, sed magis creditur errasse, & per errorem credidisse rem suam esse Ecclesiæ, & ideo is error iili præjudicare non debet.

Notatur

Notatur ad hoc, quod confeſſio falſa non probat nec nocet, dummodò, probetur veritatem eſſe in contrarium, ut per Maſcard. *de probat.concl.*384. *n.* 1. ubi *n.* 2. ampliat ut procedat etiam in confeſſione in parte falſa, quæ in totum præſumitur falſa, & ideo non probat, & *n.* 3. ampliat etiam quando confeſſio eſſet in ſe vera, ſed cauſa ipſius confeſſionis eſſet falſa.

---

SUMMARIUM.

1 *Promiſſio pro parte indebita, per errorem facta revocari poteſt.*
2 *Promiſſio facta per errorem non debet impleri.*

## L. Si non tranſactionis. VI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Tauro, & Pollioni.*

1 PRomiſſio pro parte indebita, per errorem facta revocari poteſt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*ſup.hoc tit.*

2 Ad hoc quod promiſſio facta per errorem non debet impleri, vide Bald. *in l. juris gentium, in princ. in* 2. *lect. n.* 3. *ff. de pact.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.*24.*tit.*8.*n.* 21. ubi *à n.* 22. diſputat quod ſi Notarius ſcripſerit? Titius non per errorem: ſed ex certa ſcientia promiſit, &c. an ei credendum ſit; & de promiſſione indebita quam hæredes revocant, vide Joan. Bapt. Coſtam *in tract. de facti ſcientia & ignor. inſpect.*7.*n.*4.*&* 6.

---

SUMMARIUM.

1 *Error facti finito negotio allegatus nulli prodeſt, & cauſa deciſa velamento facti erronei non revocatur.*
2 *Confeſſio revocari poteſt uſque ad ſententiam probato errore.*
3 *Error non poteſt probari poſt concluſum in cauſa: ſed bene poteſt revocari confeſſio quando nihil venit probandum.*
4 *Confeſſio erronea in prima inſtantia emiſſa, poteſt revocari in cauſa appellationis.*
5 *Confeſſio facta in judicio cum juramento, poteſt prætextu erroris revocari, probato errore, niſi confeſſio illa fuiſſet expreſsè acceptata per partem adverſam, n.* 6. *Vel quando in judicio aliquis produceret inſtrumentum in quo confitetur aliquid in inſtrumento contentum, n.* 7.
8 *Confeſſio erronea non probat, neque præjudicat confitenti, etiamſi ſæpius, & identidem fuiſſet repetita, & eſſet deliberata, & etiamſi fuerit jurata, & ſive error ſit facti, ſive juris n.*9.
10 *Confeſſio in dubio non præſumitur facta per errorem.*
11 *Confeſſio erronea non nocet, & confiteri non videtur qui errat.*
12 *Error quo pacto detegatur.*
13 *Confeſſio erronea revocari poteſt etiam poſt ſententiam in criminalibus.*
14 *Exceptiones quæ jure ſunt ante litis conteſtationem proponendæ, admittuntur poſt litem conteſtatam.*
15 *Exceptio bene admittitur etiam poſt litis conteſtationem, ſi cauſa recuſationis de novo venerit.*
16 *Confeſſio non poſſet revocari, ſi verba appoſita in libello eſſent diſpoſitiva, niſi probato errore, ſecus ſi eſſent verba ſimpliciter narrativa, ſeu enuntiativa.*

## L. Error facti. VII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Zoæ.*

ERror facti finito negotio allegatus nulli prodeſt, & cauſa deciſa velamento facti erronei non revocatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Vide Boſſium *in tit. de confeſſis, n.* 6. *& ſeqq.* 1

*l. Hispan.* 30. *tit.* 18. *part.* 3. *ubi gloss.* 2. Dec. *cons.* 156. *n.* 1. Joan. Garc. *regul.* 406. *n.* 8. Perez *l.* 6. *vers. regulariter*, *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 700. Azeved. *l.* 1. *n.* 7. *cum seqq. tit.* 14. *lib.* 4. *novæ Recop.* Spin. *in speculo testament. gloss.* 30. *princip. n.* 20. Marches. *de commission. & rescript. part.* 1. *cap.* 3. *n.* 8. Menoch. *cons.* 291. *n.* 23. *lib.* 3. Ludov. Bender. *in tract. de remissionib. concl.* 33. *n.* 3. *pag.* 517. latè Trentacinq. *var. resolut. lib.* 1, *tit. rescript. resol.* 6. *per totam.*

Ratio est, quia Princeps secundum jus commune 3
rescribere censetur, & illi se conformare, ut per Jacob. Omphal. *de Principis funct. lib.* 1. *cap.* 9. Cabed. *Lusit. decis.* 93. *n.* 3. *part.* 2. ac ejus voluntas talis præsumitur, qualem de jure esse oportet. Bald. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de constitut. Princip.* Jas. *consil.* 236. *col.* 2. *vol.* 1. Grammat. *consil.* 34. *n.* 5. *consil.* 45. *n.* 33. *in crimin.* Dec. *cons.* 64. *n.* 7. & *cons.* 580. *n.* 2. Gozadin. *cons.* 101. *n.* 10. & illud quod de jure est, cogitasse præsumitur Roland. *cons.* 86. *n.* 58. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 411. *n.* 15. & *cons.* 11. 36. *n.* 1. Carol. Tapia *in rubr. ff. de constitut. Princip. cap.* 2. *n.* 1. sicut & præsumitur in dubio semper uti voluntate & auctoritate legibus ordinata. Boss. *in tit. de Principe*, *num.* 193. Roland. *cons.* 86. *n.* 18. *vol.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 12. *n.* 1. Ludov. Rodolphin. *de absoluta Principis potestate*, *c.* 3. *n.* 1.

Notatur etiam ad hoc, quod rescriptum si sit con- 4
tra jus commune, non valet nisi faciat mentionem de jure, ut per Xuar. *allegat.* 28. *n.* 17. Mart. *de clausul. p.* 1. *clausul.* 79. *n.* 11. Monet. *de commutat. ultim. volunt. cap.* 7. *n.* 176. meipsum *de clausul. usufreq. clausul.* 82. *num.* 13.

*Quod non lædat alium*, &c.) Notatur ad hoc, quod 5
per rescriptum non potest auferri jus quæsitum subditis, ut per Anton. Gomez *l.* 40. *Tauri n.* 89. *vers. primò*, *sine justa causa.* Menoch. *usufreq. quæst. c.* 1. *n.* 6. Princeps enim jus alterius in rescriptis suis derogare non intendit, ut per Xuar *allegat.* 7. *n.* 4. Hippol. *singul.* 295. *vers. secundò scias*, D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap.* 4. *n.* 2. *dist.* 99. Carp. Tusch. *tom.* 6. *lit P*, *concluss.* 687. *ex num.* 1.

*Vel crimen supplicationibus indulgeat.*) Notatur ad 6
hoc, quod remissio Principis ante condemnationem tollit pœnam delicti, ut per Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 13. *n.* 38. *vers. item adde, post princ.* Azeved *l.* 1. 20. *cum seqq. tit.* 25. *lib.* 8. *Recop.* Intellige ubi læsus remiserit, vel illi satisfactum extiterit, de quo vide Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 5. *n.* 163. *pag.* 59.

### SUMMARIUM.

1 *Supplicationem effectum solummodo instrumenti, non universum instrumenti tenorem, continere sufficit.*
2 *Instrumenti sensum, non autem verba inserere precibus satis est.*
3 *Expressio debet esse clara, & certa.*

## L. Instrumentorum VIII. & ult.

*Iidem* AA. *Florentio P. P.*

Supplicationem effectum solummodo instrumenti, 1
non universum instrumenti tenorem continere sufficit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Ex hoc tex. vulgò colligitur, ut tantum partis in- 2
strumenti, de qua dubitatur, sensus, non autem verba precibus inserantur, de cujus intellectu agit Guid. Pancirol. *in thesauro variarum lect. lib.* 2. *c.* 185. ubi tandem ita concludit. Existimo itaque hanc fuisse legis illius mentem, ut totius instrumenti sententia, non autem verba

verba precibus inſerantur, ut rem, de qua agitur, Princeps cognoſcere poſſit; ſed ſi ſuper inſtrumenti verbis dubitari contigerit, tunc non ſententia, ſed verba, de quibus eſt quæſtio, ſcribenda ſunt: ait enim hæc ſola, cùm neceſſitas exegerit, verba precibus inſerenda, quorum de ſenſu inter partes dubitari cotigerit, quæ etſi quis rectè intueatur, nullum alium ſenſum recipiunt. Non ergo partis tantùm quod Doctores arbitrantur, ſed totius inſtrumenti jus exponi debet, & etiam verba, ſi ſuper iis dubitari cotigerit.

3 *Vera precatio rem aperiat cognoſcendam*, &c. Notatur ad hoc, quod expreſſio debet eſſe clara & certa, id eſt, per verba clara & ſpecialia, quibus ceſſante dubio, incertitudine, aut æquivocatione, Superior omninò certus eſſe poſſit de omnibus neceſſariis, & plenè inſtruantur, ut per Xuar. *alleg.* 12. *n.* 34. Rebuff. *de nomin. q.* 9. *n.* 18.

## *Quando libellus Principi datus litis conteſtationem faciat.*

## TIT. XX.

CUM actum ſit de precibus offerendis conſequenter dicitur de earumdem oblatarum effectu. Imperator ponit regulam, quod libellus Principi oblatus habet vim litis conteſtatæ, itaut actionem perpetuet, atque in hæredes tranſmittat. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. & alij. Jaſ. Sebaſt. Næv. Cujac. Pac. & Weſembec. Vide Briſſonium *lib.* 3. *ſect. cap.* 7.

### SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum Principis æquivalet libello, & litis conteſtationi.*
2 *Litis conteſtationem ex libello exiſtere, colligitur.*
3 *Libellus pro ipſis precibus Principi datis.*
4 *Scheda ſupplex pro ſupplicatione.*

### L. Dubium. I.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Remigio P. P.*

1 REſcriptum Principis æquivalet libello, & litis conteſtationi. Colligunt ex Ordin. Cyn., Salicet. Bart. Bald. Caſtr. Jaſ. Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. Tolet. *in concord. p.* 1.

2 Vulgò colligitur ex hoc textu, litis conteſtationem ex libello exiſtere, de quo Quintanaduen. *de jure & imper. lib.* 1. *tit* 11. *n.* 18. ubi intelligit, & conciliat *l. libellus, ff. de in jus vocando, & l. quæſitum. ff. ad ſenatuſc. Turpil.* Et libellum ſumi hoc loci pro ipſis precibus Principi datis, tene Budæ, & Alciat. *in l. nec quicquam*, §. *ubi decretum. ff. de offic. Proconſ.* Menoch. *de arbitr. caſu* 314. *n.* 12. & dicit Calvin *in ſuo Lexic. jurid. verbo Libellus appellatur*, quod *in hoc tit.* dicitur
3 ſcheda ſupplex, quam vulgò ſupplicationem dicimus,
4 qua populares poſtulata ſua Principibus exponere ſolent.

### SUMMARIUM.

1 *Per ſupplicationem, & inſequentia Imperatorum reſcripta, actiones temporales redduntur perpetuæ,*
2 *Per litem conteſtatam perpetuatur actio annalis.*

### L. Temporales. II. & ult.

*Impp.* JUSTINIAN. A. *Mennæ P. P.*

PEr ſupplicationem, & inſequentia Imperatorum reſcripta, actiones temporales perpetuæ redduntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupra hoc tit.* 1

Notatur hic textus ad hoc, quod per litem conteſtatam perpetuatur annalis actio, ut per Jaſ. *in* §. *præjudiciales* 13. *n.* 25. *& in* §. *pœnales* 12. *num.* 135. *Inſtit. de actionib.* Tiraquel. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 75. *& in fine tit. n.* 33. 2

## *Ut lite pendente, vel poſt provocationem, aut diffinitivam ſententiam nulli liceat Imperatori ſupplicare.*

## TIT. XXI.

QUANDOQUE etiam poſt provocationem lis pendet in ſecunda inſtantia. Scripſerunt in hanc rubricam Bart. Angel. Caſtr. Bald. Jaſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec. 2

### SUMMARIUM.

1 *Sententia lata poſt ſupplicationem exhibitam antequam Princeps reſpondeat, valet.*
2 *In ſupplicationibus admittendis adversùs res judicatas Princeps non ſit facilis.*

### L. Licet poſtquam. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Camerio.*

SEntentia lata poſt ſupplicationem exhibitam antequam Princeps reſpondeat, valet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salic. Bart. Angel. Caſtr. Bald. Jaſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. p.* 2. & Caſal. *in annot.* 1

Adverte, quod Princeps non debet eſſe facilis in admittendis ſupplicationibus adversùs res judicatas, de quo Roland. à Valle *conſ.* 48. *ſub n.* 12. *lib.* 2. Achil. Perſonal. *in tract. de adipiſc. poſſeſſ. ſub n.* 350. *verſ. & malè*, Contar. *in l. unic. q.* 8. *n.* 12. *C. ſi de mort. poſſeſſ.* quos refert & ſequitur Sigiſm. Scacc. *de appell. quæſt.* 19. *remed.* 3. *n.* 29. 2

### SUMMARIUM.

1 *Supplicare non licet citra editionem actorum neceſſariorum proceſſu pedente.*
2 *Privilegium, ſeu reſcriptum lite pendente impetratum, nihil prodeſt, non facta mentione litis pendentiæ.*
3 *In commiſſione ad lites, ſeu ſupplicatione ad beneficia, inſeri ſolet hæc clauſ.* cujus litis ſtatum, *&c. quæ operatur ut dicatur ſufficienter mentio facta litis. Sententia Authoris proponitur, n.* 4.
5 *Appellatio datur quando Judex denegat copiam actoris.*

## L. Supplicare. II.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Probiano ſuo S.*

1 PEndente proceſſu citra editionem actorum neceſſariorum ſupplicare non licet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 *Niſi vel actorum communium*, &c. ) Notatur ad hoc, quod privilegium, ſeu reſcriptum lite pendente impetratum nihil prodeſt, non facta mentione litiſpendentiæ, ut per Capyc. *dec. 86. n. 20.* Bapt. Ferret. *conſ. 219. n. 6. lib. 2.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab. 4. in princ. n. 19.* Lancellot *de attent. p. 1. cap. 4. à n. 630.* Menoch *de arbitr. caſu 26. à num. 4.* Octav. *de ſtylo Curiæ lib. 3. cap. 9. à n. 6.* Rebuff. *in praxi benef. p. 3. ſignaturæ, verbo Quatenus litigioſum*, Mandoſ. *in forma commiſſion. gloſſ. ult.* D. Barbol. *in l. quis poſtea quam, n. 120. ff. de jud.*

3 In commiſſione ad lites, ſeu ſupplicatione ad beneficia inferi ſolet hæc clauſ. *cujus litis ſtatum*, &c. quæ operatur, ut dicatur ſufficienter mentio facta litis, Achil. *dec. 9. de reſcript.* Marcheſ. *de commiſſ. p. 1 pag. 481. n. 11. l. ult. impreſſ.* Mantic. *dec. 213. n. 8.* Monet. *de commut. ut volunt. cap. 6. n. 330.* plures citati per me *in tract. clauſ. uſufr. clauſ. 77. n. 1.* ubi *n. 3.* aſſero quod illa clauſula non operatur effectum, quando adeſt res judicata.

4 Notatur etiam ad hoc, quod datur appellatio quando judex denegat copiam actorum, ut per Duen. *regul. 52. fallent. 5.* Gonzall *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. in annot. n. 198.*

5

6 *Protinus condemnetur.* ) Id eſt, ipſo jure, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n. 102. & ſeq. C. de revoc. don.* Cot. *in memorab. verbo Protinus, pag. 715.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c. 16. n. 89.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. verbo Lex, n. 115.* & alios per me citatos. *de diction. uſufreq. dict. 295. n. 3.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Non appellanti ſilentium eſt impoſitum ipſo jure, & per reſcriptum tentans retractare deciſa, deſiderio cum ignominiæ pœna carebit.*

2 *Supplicans Principi pro retractando ſententiam, quæ injudicatum tranſivit, incurrit infamiam.*

3 *In quæſitis jure poſitivo poteſt Princeps pœnam publicam, vel fiſcalem remittere.*

4 *Diſpoſitio pœnalis, quæ nullam temporis præfinitionem. continet, perpetua eſt.*

5 *Appellare nequiens à ſententia, quæ tranſivit in rem judicatam, pariter adversùs eam ſupplicare non poteſt.*

6 *Reviſionem petens, ſi renuntiavit appellationi, quæ eſt juris communis remedium ſit gratia & proviſione Principis indignus.*

7 *Reviſionis renuntianti beneficio, an ſit deneganda reviſio.*

8 *Appellatio ubi removetur ad abbreviandum lites, tunc cenſetur etiam remota ſupplicatio.*

## L. Qui licitam. III. & ult.

*Idem* A. *ad univerſos Provinciales.*

1 NOn appellanti ſilentium eſt impoſitum ipſo jure, & per reſcriptum tentans retractare deciſa, deſiderio cum ignominiæ pœna carebit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Vulgò notari ſolet hic textus ad hoc, quod ſupplicans Principi pro retractando ſententiam, quæ in judicatum tranſivit, incurrit infamiam, ut per Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab. 4. in princ. n. 25.* ubi ſubdit, quod ſi iſte talis produceretur in teſtem, poſſet ſibi objici quod non eſſet habilis: quod an menti tenendum ſecundùm Paul. quia poſſet facere honorem ſi caſus occurreret, cùm pauci ſint qui advertant, & ſciant de hoc excipere; & demùm advertit hoc debere intelligi quando ſententia eſſe valida, ſecus ſi nulla. Cæpol. *caut. 220.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de appellat. art. 14. gloſſ. unic. n. 2.* Azeved. *l. 7. n. 218. tit. 18. lib. 4. novæ Recop. & ad Curiam Piſanam lib. 4. c. 5. n. 173.* Maſcard. *de probat. concl. 356.* alias 1362. *num. 30.* Advertit tamen Rebuff. *ad leges Galliæ, tom. 1. in procem gloſſ. 5. n. 45.* ſe non vidiſſe ſervari hanc legem quoad infamiam, quod licet infamia hujuſmodi fuerit contra unum oppoſita, tamen fuit in teſtimonium admiſſus.

Notatur etiam ad hoc, quod in quæſitis jure poſitivo poteſt Princeps pœnam publicam, vel fiſcalem remittere, ut per Reſtaur. Caſtald. *in tract. de Imperio. q. 111. caſu 7.* Pinel. *in rubr. de reſcind. vedit. p. 1. c. 2. ſub n. 12.* 3

*Perpetuò ſilere debebit.* ) Notatur ad hoc, quod diſpoſitio Pœnalis quæ nullam temporis præfinitionem continet, perpetua eſt, ut per Joan. Gratiam, *reg. 143.* 4

*Petere per ſupplicationem*, &c. ) Notatur ad hoc, quod qui non poſt appellare à ſententia quæ tranſivit in rem judicatam, pariter adversùs eam ſupplicare non poteſt, ut per Roland. à Valle *conſ. 38. n. 10. verſ. quibus tamen non obſtantibus, tom. 2.* Kirchov. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 27. ſi de moment. tan. poſſeſſ. n. 2. pag. 323.* 5

Notatur etiam ad hoc, quod petens reviſionem, ſi renuntiavit appellationi, quæ eſt juris communis remedium, ſit gratia & proviſione Principis indignus, ut per Valaſc. *conſ. 61. n. 34.* ubi *n. 35.* poſt Corſet. Capell. Tolоſan. Rebuff. & alios advertit quod licet in præſenti contra omittentes appellationis remedium diſponatur, idem à fortiori tenendum contra renuntiantes, quod gravius eſt, & ſic utroque caſu, nempe de renuntiante tacitè vel expreſſè, hunc text. intelligit, & *n. 36.* tenet hanc leg. quæ loquitur de renuntiante appellationi poſt ſententiam latam, non procedere in renuntiante ante ſententiam; quia ille, qui ante ſententiam renuntiat appellationi futuræ, non eſt tam culpabilis, cùm ſpe bonæ & juſtæ ſententiæ potuit ad hoc allici, prout eſt ille, qui poſt latam ſententiam, & jam cognitam atque examinatam cauſam appellationi renuntiat; & addit ſæpiſſimè vidiſſe conceſſam reviſionem renuntiantibus de licentia Regis futura appellationi, nunquam verò illis, qui poſt latam ſententiam renuntiant appellationi, & remedio ordinario, & *n. 38.* diſputat, an renuntianti remedio reviſionis ſit deneganda reviſio. 6 7

In gloſſ. *Omiſerit*, fin. Notatur ad hoc, quod ubi appellatio removetur ad abbreviandum lites, tunc cenſetur etiam remota ſupplicatio, ut per Jaſ. *in auth. quæ ſupplicatio, n. 6. C. de precibus Imper. offer.* Surd. *deciſ. 36. 22.* 8

*Si contra jus, vel utilitatem publicam, vel per mendacium fuerit aliquid poſtulatum, vel impetratum.*

## TIT. XXII.

HIs caſibus regulariter reſcriptum Principis impetranti non prodeſt. Scripſerunt in hanc rubricam Angel. Caſtrenſ. Bald. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Supplicatio non vitiatur ob levem omiſſionem.*
2 *Omiſſa vitiant reſcripta, quæ expreſſa reſcripti decretum magis promoviſſent.*
3 *Delegatum poſſe cognoſcere, & definire, quamvis ab eo, qui reſcriptum impetravit, omiſſa fuerint nonnulla ex his, quæ erant exprimenda, quomodo intelligendum ſit.*
4 *Subreptitia non reputatur gratia, licèt in ea non fuerit unum narratum, quod ſi narratum eſſet, Princeps vel non conceſſiſſet, vel ſaltem difficilius.*

## L. Non idcirco. I.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Gregorio.*

1 SUpplicatio non vitiatur ob levem omiſſionem. Omiſſa non vitiant reſcripta, quæ expreſſa reſcripti decretum magis promoviſſent. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Caſtrenſ. Bald. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. Tolet. *in concord. part.* 1. & 2. & Caſal. *in annot.*

2 De materia ſubreptionis & obreptionis dictum eſt *in collect. ad cap. ſuper litteris, de reſcript.* & adde Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 1. *q.* 37. Benedict. Capr. *in regulis, concl.* 46. & 47. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 325. Cabed. *poſt deciſiones Luſitaniæ, p.* 2. *arreſto* 74.

3 *Quod ex geſtis*, &c.) Textus iſte, dum habet delegatum poſſe cognoſcere, & diffinire, quamvis ab eo, qui reſcriptum impetravit, omiſſa fuerint nonnulla ex his, quæ erant exprimenda, intelligitur ſecundùm gloſſ. & Doctores communiter procedere ubi ea ſunt omiſſa, quibus expreſſis ſuperior æquè facilè cauſam ſub eadem forma commiſiſſet. Sed planiùs & generaliùs intelligitur ut procedat indiſtinctè ubi omittuntur ea quæ pertinent ad juſtitiam cauſæ, & pro quibus competit exceptio peremptoria, itaut particula, *geſtis*, referatur ad ea quæ inter partes geſta ſunt circa ipſam cauſam principalem, & merita illius, juxta interpretationem communis præceptoris Ludovici Correa in Conimbricenſi Academia olim Pontificij juris Interpretis inſignis.

4 *Omiſſa proponis.*) Adverte, quod ſubreptitia non reputatur gratia, licèt in ea non, fuerit unum narratum quod ſi narratum eſſet, Princeps vel non conceſſiſſet vel ſaltem difficiliùs conceſſiſſet, dummodo per teſtes probetur Principem illud ſciviſſe quod in gratia narratum non fuit; & nihilominus conceſſerit gratiam: ita Verall. *p.* 3. *dec.* 221. *n.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium obreptitiè, & per mendacium impetratum non relevat.*
2 *L. præſcriptione* 2. *ſi contra jus, & cap. ſuper litteris, de reſcript. conciliantur.*
3 *Mendacium, & an mendax præſumatur eſſe in dolo, ibid.*
4 *Teſtis, qui verum ſupprimit, omittitque dicere, tam falſus eſt, quàm qui falſum aſſerit.*
5 *Condemnatus pro homicidio in mille, ſi ſupplicavit Principi pro compoſitione inſerta in ſupplicatione, narrando quod erat condemnatus in mille, ſed non qualiter fuerit condemnatus, reſcriptum eſt ſubreptitium, & nullum.*
6 *Judices delegati, ſive per litteras dati, cognoſcunt an ſua ſit juriſdictio, & pronuntiant ſuper exceptionibus ſui fori declinatoriis, & incompetentiæ, ſicut judices ordinarij. Ampliat etiamſi ex tali pronuntiatione judices aliquod intereſſe prætendant, n.* 7.
8 *Litteræ ſubreptitiæ, vel obreptitiæ nullam tribuunt juriſdictionem.*

## L. Præſcriptione. II.

*Iidem* AA. & CONST. & MAXIMIAN. CC. *Statio.*

PRivilegium obreptitiè & per mendacium impetratum non relevat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 2. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

Circa intellectum hujus textus dum probare videtur reſcriptum impetratum expreſſa, falſitate, vel ſuppreſſa veritate per fraudem, valere ad effectum ut judex in eo delegatus ſecundùm juris ordinem, licèt non ſecundum formam ſpecialem ipſius procedere poſſit, multi multa ſcripſerunt, ut per Bald. & Bart. *n.* 2. & 22. *cum ſeq. in præſenti*, Abb. *n.* 3. *verſ. item facit*, Card. *oppoſ.* 2. & *q.* 4. Anton. *à n.* 20. Bero. *lect.* 1. *n.* 9. & 29. & *in* 2. *n.* 35. *in cap. ſuper litteris* 20. *de reſcript.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *ſub tit. de reſcript. in præfat. n.* 168. Ex quibus ſeptem colligunt intellectus qui tamen fere omnes licèt in ſe veri ſint, vel non conveniunt verbis, & litteræ textus, quam multis in locis offendunt, impropriant, & reſtringunt, vel divinât, & ſupplent aliquid, vel conſtructionem pervertunt, ant denique deciſionem illius alioquin notabilem, inutilem reddunt. 2

Unde pro vero intellectu, & concordia diſtinguendum eſt inter mendacium, quod committitur, ſeu falſitatem quæ per malitiam & fraudem impetrantis exprimitur, aut veritas ſupprimitur circa juſtitiam & merita cauſæ principalis, & circa exceptionem aliquam peremptoriam adverſario competentem. Er inter mendacium quod committitur, vel falſitatem expreſſam, aut veritatem ſuppreſſam, non circa merita & juſtitiam cauſæ principalis, ſed circa conceſſionem reſcripti, & judicis delegationem, ſeu merita proceſſus, & conſequenter circa dilatoriam exceptionem, quæ adverſario competit. In prori membro patet exemplum, ſi quis per fraudem, vel malitiam exprimat ſe beneficio ſpoliatum fuiſſe à Titio, qui in eodem violenter ingreſſus permanet, & per reſcriptum judicem impetret, qui electo Titio impetrantem ſpoliatum reſtituat, cùm tamen nec is ſpoliatus, nec ille ſpoliator, aut intruſus ſit: vel per eandem malitiam, vel fraudem impetrans inferat rem aliquam ab alio poſſeſſam ad ſe jure dominij pertinere, & ab alio injuſtè occupatam, ſupprimens ſe eandem illi vendidiſſe, vel donaſſe & tradidiſſe. In poſteriori verò patet exemplum, ſi impetrans fraudulentus, vel malitioſus exprimat judicem ordinarium, vel ſibi inimicum, vel parti adverſæ maximè propitium, & in ira ſuſpectum exiſtere, vel ſæpius requiſitum juſtitiam miniſtrare noluiſſe, ſeu adverſarium longè potentiorem, aut ſupprimit litem jam pendentem, vel privilegium adverſario competens, ut non niſi ſub certo judice conveniatur, aut ſuam ipſius impetrantis qualitatem, & dignitatem, quæ fuerat exprimenda, juxta *cap. ad aures, de reſcript.* Juxta hanc igitur diſtinctionem patet concordia inter hanc legem, & text. *in c. ſuper litteris, illo tit. de reſcript.* ut ſcilicet in poſteriori membro procedat iſte tex. in priori verò noſtra lex, prout illam intelligunt Fulgoſ. *hic n.* 8. & Paul. Caſtr. *n.* 3. & Bald. *n.* 4.

*Mendacium reperiatur.*) De mendacio multa ſcribunt Guillelm. Benedict. *cap. Raynutius, verbo Si ſi abſque liberis, il* 2. *n.* 163. *de teſtam.* Seraph. *de privileg. juram. privil.* 31. *n.* 41. *cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſ.* 3. *n.* 53. Valaſc. *conſ.* 183. *n.* 29. & *ſeqq.* Fr. Ludov. Miranda *in ordine judic. q.* 18. *art.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 24. *n.* 35. Et an mendax præſumatur eſſe in dolo? vide Menoch. *d. præſ. n.* 53. Surd. *dec.* 165. *n.* 14. Maſcard. *de probation. concl.* 531. *num.* 19. 3

*Sive in tacendi*, &c.) Notatur ad hoc, quod tam falſus 4

falsus est, & de falso punitur testis, tam qui verum supprimit, omittitque dicere, quàm qui falsum asserit, per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 44. *n.* 15.

5 Notatur etiam ad hoc, quod condemnatus pro homicidio in mille, si supplicavit Principi pro compositione inserta in supplicatione, narrando quod erat condemnatus in mille, sed non narravit qualiter pro homicidio fuit condemnatus, & sic non expressit facti seriem, rescriptum est subreptitium, & non valet, ut per Palat. *in repet. cap. per vestras notab.* 4. *in princ. n.* 10. *pag.* 416.

6 *Datum judicem cognoscere debere*, &c.) Notatur ad hoc, quod judices delegati, sive per litteras dati, cognoscunt an sua sit jurisdictio, pronuntiant super exceptionibus sui fori declinatoriis, & incompetentiæ, sicut judices ordinarij, ut per Felin *à n.* 16. *dec.* 12. Bero. *in* 1. *lect. à n.* 19. *&* 2. *lect. à n.* 25. *& à n.* 7. Corset. *in singul. verb. jurisdictio*, Pezez *ad l.* 2. *vers. item, tit.* 1. *lib. Ordin.* Hippol. *in l. si quis ne quæstio. ff. de qq. n.* 20. *cum seqq. & n.* 99. *&* 100. Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 5. *col.* 2. *ad med.* Joan. Garcian. *reg.* 123. ubi multipliciter ampliat, & limitat. Avendan. *de exequendis mandat p.* 1. *cap.* 1. *num.* 13. *& p.* 2. *cap.* 23. Surd. *cons.* 286. *n.* 6. Cabed. *Lusitan. dec.* 41. *n.* 2. *p.* 1. ubi *n.* 3. ampliat etiamsi ex tali pronuntiatione Judices aliquod interesse prætendat, Putà sportulas, seu signaturam. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 26. *n.* 8. 7

8 Notatur etiam ad hoc, quod litteræ subreptitiæ, vel obreptitiæ nullam tribuunt jurisdictionem, præsertim si omissum fuit, vel expressum tale quid, quo non omisso, vel expresso, rescriptum non fuisset impetratum, ut per Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo Litteræ* 1.

---

SUMMARIUM.

1 *Judex impediens subreptitij rescripti deductionem ac probationem, decem auri libris mulctatur.*
2 *Executor merus etiam de falsitate rescripti cognoscit.*
3 *Prælati minores non debent timere veritatem sectari, & litteris non statim obedire Principis.*

## L. Puniri jubemus. III.

*Imp.* Constant. A. *ad Bassum. P. P.*

1 JUdex impediens subreptitij rescripti deductionem, ac probationem, decem auri libris mulctatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1 *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Ex hoc textu colligit Gregor. Lop. *l.* 52. *gloss.* 3. *tit.* 18. *part.* 3. quod etiam merus executor cognoscit de falsitate rescripti.

3 In gloss. *Judices.* Advertit Marant. *disp.* 1. *n.* 19. notantur ex hac glossa, quod non debent timere minores Prælati veritatem sectari, & litteris Principis non statim obedire.

---

SUMMARIUM.

1 *Judex executionis super subreptione, & obreptione cognoscere potest, & n.* 2. *Intellige ut n.* 3.

## L. Etsi non cognitio. IV.

*Idem.* A. *ad Pompeianum Consularem Campaniæ.*

1 JUdex executionis super subreptione, & obreptione cognoscere potest, & si fraus intervenerit, de toto negotio cognoscere poterit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Ordinar. Reg. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 76. §. 3. *l. Hispan.* 48. *tit.* 18. *part.* 3. *ubi gloss.* 1. *&* 2. Bart. *in l. à divo Pio, in princ. n.* 1. *ff. de re judicat.* Greg. Lop. *l.* 52. *verbo Senatulado, tit.* 18. *part.* 3. ubi ait quod hæc lex loquitur in executore mixto, ex quo committitur executio negorij nondum discussi. Pinel. *in rubr. de rescind. vendit. p.* 1. *cap.* 2. *n.* 18. *vers. hoc autem.* Coler. *de processio. execut. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 133. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 26. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 38. *a princ. & n.* 3. 7. *& ult.* ubi intelligit si executio fuerit demandata nulla præcedente causæ cognitione.

Sed pro vero intellectu hujus textus ex mente Præceptoris Conimbricensis dicendum, illum procedere in veritate precum, & fraude circa illam commissa per malitiam impetrantis, sive in his quæ respiciunt merita & justitiam negotij principalis, pro quibus peremptoria competit: sive in aliis, quæ pertinent ad concessionem rescripti, & ita dilatoriam exceptionem. Et ad utrumque membrum referenda esse verba illa, *de toto negotio cognoscatur*, sed diverso modo, & data inter utrumque differentia. Nam in priori potest idemmet Judex delegatus cognoscere de toto negotio, id est causa principali: in posteriori verò, si delegatus de precum veritate cognoscens deprehenderit fraudem interveniisse, idest, veritatem suppressam, aut falsitatem expressam per malitiam impetrantis, jam idem non poterit de toto negotio cognoscere, sed Ordinarius, vel judex aliàs competens cogniturus est, & ita verbum, *cognoscatur*, de quo *in hoc text.* absolutè, & impersonaliter prolatum, quatenus refertur ad priorem speciem intelligitur, scilicet ab eodem judice qui datus fuerat, ut hîc Paul. Fulgos. & alij, Bart. & relati per Pinel. & Menoch. *ubi suprà*; quatenus verò refertur ad posteriorem, intelligitur non ab eodem, qui datus fuerat, sed ab alio competenti & habili secundùm jus, ut intelligunt antiquiores *hîc.* 3

---

SUMMARIUM.

1 *Impetrator mendax careat petitis, & privilegium per mendacium impetratum nulli prosit, & n.* 2. *&* 3.
4 *Impetrans per obreptionem, vel subreptionem non incidit in aliquod specificum criminis nomen.*

## L. Etsi legibus. V.

*Impp.* Theod. *&* Valent. AA. *ad Senatum.*

MEndax impetrator careat petitis, & privilegium per mendacium impetratum nulli prosit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.* 1

Hæc eadem conclusio est *in l. Hispan.* 52. *vers. mandamos, tit.* 18. *part.* 3. ubi Greg. Lop. *gloss.* 1. Perez *l.* 4. *q.* 8. *pag.* 689. *tit* 12. *lib.* 3. *Ordin.* ubi quod mendax precator carere debet impetratis, & quod rescriptum impetratum fraudulenter est nullum, & impetrans punitur, Menoch. *cons.* 1. *num.* 399. *cum seqq. & de arbitr. casu* 314. *à princ.* Xuar. *alleg.* 12. *n.* 31. ubi, quod si aliquis privilegium impetrat. à Principe per subreptionem modò falsitatem dicendo, vel veritatem tacendo, privilegium gratiosum est nullum ipso jure. 2

*Careat penitus impetratis*,) Idest, omnibus quæ impetravit, non solùm ex parte litterarum, in qua verum suppressum, vel falsum aliquod expressum fuit, sed ex omnibus aliis etiam separatis, in quibus neutrum intervenit; siquidem indistinctè, & quoad omnes partes etiam distinctas corruunt litteræ, ubi in aliqua parte, vel articulo illas per dolum, aut malitiam impetrantis falsum aliquid exprimitur, aut verum supprimitur, ut per Abb. Dec. & latè Felin. *n.* 2. *in cap. sedes, de rescript.* Card. *n.* 4. Sicul. *n.* 25. Bero. *in* 1. *lect. à num.* 4. *& in* 2. *à n.* 13. *in cap. super litteris, eod tit.* Rebuff. *tom.* 2. *ad leges* 3

*Galliæ*

*Galliæ, ſub tit. de reſcript. in præfat. n.* 110. Perez *ad l.* 1. *q.* 13. *verſ. tamen, tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.*

*Etiam ſeveritati ſubjaceat judicantis.* ) Ergo pœna arbitraria punitur impetrans per obreptionem, vel ſubreptionem, cùm obreptio, vel ſubreptio non incidat in aliquod ſpecificum criminis nomen, ut per Menoch. *dicto caſu* 314. *n.* 5. ubi dicit ita ex Baldi ſententia intelligendum eſſe textum *in præſenti.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Reſcripta contra jus obſervanda non ſunt, & n.* 5.
2 *Reſcripta contra jus, & publicam utilitatem nullus judex attendet.*
3 *Pragmaticæ ſanctiones quæ ſint.*
4 *Reſcriptum Principis ſignificat propria ejus manu ſubſcriptum, & ita à decreto pragmaticaque ſanctione ſeparatur. n.* 5.
6 *Per reſcriptum, vel privilegium particulariter alicui conceſſum, non poteſt tolli per Principem, vel auferri jus quæſitum ſubditis.*
7 *Princeps ſi conceſſit alicui per ſuum privilegium dominium, vel jus alterius, tale privilegium eſt nullum.*
8 *Princeps etiam ſine cauſa poteſt contra jus civile reſcribere. Contrarium vide n.* 9.
10 *Princeps non poteſt reſcribere contra jus naturale, vel gentium ſine cauſa.*
11 *In reſcriptis contra jus elicitis, ſi apponatur clauſ.* Non obſtante tali lege contrarium ſanciente, *valebit tale reſcriptum.*
12 *Clauſ.* Ex certa ſcientia, *remiſſivè.*

## L. omnes. VI. & ult.

*Impp.* ANASTASIVS A. *Matroniano P.P.*

1 2 REſcripta contra jus obſervanda non ſunt. Item reſcripta contra jus, & publicam utilitatem nullus judex attendet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

3 *Pragmaticam ſanctionem.* ) Pragmaticæ ſanctiones ſunt quæ fiunt de conſilij ſententia ſolemniter ad ſuggeſtionem alienam, preceſve; vel, ut alij volunt, dicuntur Principum reſcripta non de privatorum negotiis, ſed corporum Ordinum, & collegiorum cauſis de conſilij ſententia emiſſa, inde, ut opinantur, deducto verbo quod pragmaticis, & viris peritis in conſilium adhibitis interponantur: vide Calvin. *in ſuo Lexic. juridico, verbo Pragmaticæ ſanctiones*, Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 36. *de pragmat. ſanctione*, Joan. Garc. *de nobilit. in inſcript. n.* 15. *&* 16.

4 *Sacram annotationem.* ) Reſcriptum Principis ſignificat propria ejus manu ſubſcriptum, & ita à decreto, pragmaticaque ſanctione annotatione ſeparatur, de quo Calvin. *in ſuo Lexic. juridico, verbo Annotatio* 1.

5 *Quæ generali juri*, &c.) Notatur ad hoc, quod reſcripta contra jus non ſunt obſervanda, de quo vide poſita *in collect. ad l. reſcripta* 7. *de precib, Imper. offer.* Xuar. *alleg.* 12. *n.* 45.

6 Notatur etiam ad hoc, quod per reſcriptum, vel privilegium particulariter alicui conceſſum, non poteſt Princeps tollere, vel auferre jus quæſitum ſubditis, ut per Anton. Gom. *l. Tauri, num. fin. verſ. per reſcriptum*, Mench. *controv. uſufrequent. p.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. ubi per hunc text. tenet, quod ſi Princeps conceſſerit alicui per ſuum

7 privilegium dominium, vel jus alterius, tale privilegium ſit nullum, & non obſervetur. Tiraquell. *de retractu tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 7. *num.* 20. ubi quod nemo jure ſibi quæſito privatur ſine ſuo ipſius facto, aut culpa, Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 372. ubi quod non poteſt Princeps tollere jus alteri quæſitum, Cevall. *commun. contra commun. tom.* 4. *quæſt.* 897. *num.* 357.

8 In gloſſ. *Generali, fin.* ibi, *ſi verò contra jus humanum* &c. ) Notatur ad hoc, quod Princeps etiam ſine cauſa poteſt contra jus civile reſcribere, ut per Xuar. *alleg.* 12. *n.* 53. Covarr. *lib.* 3. *variar. cap.* 6. *n.* 1. *verſ. ſecundo*, ubi

9 dicit hanc gloſſam eſſe communiter receptam. Sed contrarium videntur ſentire Salzed. *ad Bernard. reg.* 209. *verſic. primò tamen amplia*, dum tenet dominium quæſitum de jure civili non poſſe per reſcriptum Principis auferri, quia dominium ſemel quæſitum etiam aliquo modo juris civilis, dicitur ſemper quæſitum de jure gentium, Pinel. *in rubr. C. de reſcind. vendit. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 5. ubi contra hanc gloſſ. reſolvit non minus eſſe de jure neceſſariam juſtam cauſam, ut Princeps auferat dominium, vel jus quæſitum jure civili, quàm ad auferendum quæſitum jure gentium; Menchac. *controv. uſufreq. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 7. ubi reſoluit Principem ſine cauſa non poſſe etiam de plenitudine poteſtatis rerum noſtrarum dominium nobis auferre.

10 In eadem gloſſ. ibi, *ſi contra jus naturale, vel gentium*, &c. ) Notatur ad hoc, quod Princeps non poteſt reſcribere contra jus naturale, vel gentium ſine cauſa, ut per Gregor. Lop. *l.* 16. *gloſſ. aſſi como, in med. tit.* 13. *part.* 2. Montalv. *in l.* 1. *gloſſ. como Religioſo, ad med. verſ. & in hoc videtur concordare, tit.* 7. *p.* 1. Grammat. *voto* 32. *n.* 7. latè Perez *l.* 1. *q.* 33. *verſ. nec contra, cum ſeq. tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 701. Marant. *de ordine judic. p.* 3. *num.* 44. ubi *n.* 45. dicit, quod poteſt Princeps ex cauſa limitare, & diſpenſare contra jus gentium in aliquo ejus capitulo, illudque reſtringere, & modificare, Mench. *illuſtr. quæſt. cap.* 5. *n.* 15. Surd *de aliment. tit.* 8. *q.* 2. *n.* 10. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 71. latè meipſum *in tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib.* 1. *cap.* 2. *ex n.* 119. ubi reſolvit Summum Pontificem non poſſe præcepta divinæ legis tollere, ſed tantùm ex cauſa declarare, ſeu interpretari in aliquo caſu particulari deficere obligationem, aut quia majus bonum ex ejus obſervantia impeditur, aut aliquod grave damnum ſequitur. Menoch. *conſil.* 181. *num.* 39. ubi quod contractus, qui juris gentium ſunt, à Principe tolli non poſſunt. Bernard. *reg.* 209. *in princ.*

11 In eadem gloſſ. ibi, *quid autem ſi dixerit Imper. Non obſtante tali lege*, &c. ) Notatur ad hoc, quod ſi in reſcriptis contrà jus elicitis apponatur clauſ. *Non obſtante tali lege contrarium ſanciente*, valebit tale reſcriptum, ut per Azeved. *l.* 1. *n.* 30. *tit.* 14. *lib.* 4. *novæ Recop.* Monet. *de commut. ultim. volunt. cap.* 7. *n.* 161. *cum multis ſeqq.* meipſum *de clauſul. uſufreq. clauſ.* 82. *n.* 12. *cum ſeqq.*

12 In eadem gloſſ. ibi, *an ex certa ſcientia concedat*, &c. De clauſ. *Ex certa ſcientia*, dixi *in d. tract. de clauſulis uſufreq. clauſ.* 59.

## *De diverſis reſcriptis, & pragmaticis ſanctionibus.*

## TIT. XXIII.

RESCRIPTUM eſt reſponſum Principis ad judicem aliquem, aut alium, qui, ſupplicavit, emiſſum: quod reſponſum, ſi breviter libello ſubſcribatur, vocatur Annotatio, & ſubſcriptio: ſi pleniùs, Epiſtola: ſi pleniſſimè tractatu habito, & conſilio adhibito, Pragmatica ſanctio, ſeu juſſio. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Caſtrenſ. Angel. Fulgoſ. Jaſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Padilla, item Cujac. Pac. & Weſemb.

De reſcriptis ſcripſit Guid. Papæ *tom.* 3. *tract. Doctor. p.* 2. *pag.* 28. De reſcriptis Apoſtolicis Joan. de Graſſis *ead. p.* 2. *pag.* 31. De reſcriptis & privilegiis, Petrus Rebuff.

buff. De reſcriptis utriuſque ſignaturæ, Joannes Baptiſta Marcheſanus. De reſcriptorum ſubreptione, Joannes Baptiſta Leonelleus.

De materia vide Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 6. lit. S, concl. 201.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. tom. 1. lib. 1. tit. de reſcript.* Card. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Reſcriptum.*

De Pragmaticis ſanctionibus dixi *in collect. ad l. ult. n. 2. ſupra, Si contra jus.*

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum in cauſa communi à conſorte litis impetratum conſorti prodeſt, & n. 2.*
3 *Conſors quis ſit.*
4 *Reſcriptum ambiguum debet intelligi ſecundùm ſupplicationem.*

## L. Si libellum. I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *ſupero.*

1 REſcriptum in cauſa communi à conſorte litis impetratum conſorti prodeſt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bald. Bart. Jaſ. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Padilla, remiſſivè Ximen. *in concord. p. 2.* & Caſal. *in annot.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt. *l. Hiſpan. 40. tit. 18. part. 2. ubi gloſſ. 1.* Guid. Pap. *ſing. 9.*

3 *De communi cauſa*, &c.) Nam qui habet litem communem contra alium, dicitur conſors, ſecundùm Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 12. de attent. pend. appel. ampl. 22. n. 15.*

4 *Quamvis reſcriptum*, &c.) Notatur ad hoc, quod reſcriptum ambiguum debet intelligi ſecundùm ſupplicationem, ut per Dec. *conſ. 33. in princ. n. 2.* Gregor. Lop. *l. 26. verbo La repueſta, tit. 11. p. 5.* Perez. *l. 6. tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 702.* Menoch. *conſ. 180. n. 1. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 29. n. 2.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 31. n. 38. & dec. 268. n. 25. & dec. 291. num. 15. & conſ. 281. n. 28.* Cabed. *Luſit. dec. 72. n. 1. p. 1. de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 40. n. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Reſcripta ſunt perpetua, niſi à Principe ad tempus reſtringantur, ac limitentur, & n. 2. & 3.*
4 *Facultas conceſſa in privilegio aliquid faciendi, tollitur decennio.*

## L. Falsò. II.

*Imp.* CLAUDIVS A. *Epagætho.*

1 REſcripta ſunt perpetua, niſi à Principe ad tempus reſtringantur ac limitentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

2 Hanc eadem concluſionem ex hoc textu deſumunt Gregor. Lop. *l. 34. gloſſ. 3. tit. 18. part. 3.* Guid. Papæ *dec. 135.* Felin. *in cap. cùm neceſſitatem, n. 26. de conſtit.* Socin. jun. *conſ. 89. vol. 1.* Jaſ. *in l. fin. 53. ff. de conſtit. Princ.* Alphan. *collect. 399.* Fachinæ. *controv. lib. 8. c. 66.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ſentent. ex defectu juriſd. deleg. n. 101.* Menoch. *de arbitr. caſu 204. n. 2.* ubi principalem concluſionem, quod reſcripta perpetua eſſe debent, intelligit niſi elapſo anno novum reſcriptum ab adverſario impetretur. Perez *ad l. 1. tit. 12. lib. 3. Ordin. q. 35. pag. 701.* ubi quod reſcriptum non reſtrictum ad certum tempus eſt perpetuum, & *quæſt. 36.* quod reſcripta gratiæ ſunt perpetua, nec morte mandantis expirant, etiam ſi ea gratia non fuerit in vita concedentis reducta ad uſum.

*Cùm ea quæ ad jus reſcribantur, perennia eſſe debeant*) 3 Explicant Rebuff. *ad leges Galliæ, tom. 2. tit. de reſcript. in præfat. n. 4.* & Menoch. *de arbitr. caſu 202. n. 77. duobus modis.* Primò ut hæc verba intelligantur de reſcriptis concedentibus jus parti, & jus partium reſpicientibus, non verò de aliis reſcriptis juſtitiæ, quæ comprobatione Judicis indigent, quia illa ferè anno pereunt ſi dolo & negligentia impetrans uſus eſt. Secundò prænarrata verba ſic exponunt, id eſt, quæ ad juris obſervationem, vel elucidationem reſcribuntur, iſta enim ſunt perpetua, ſicut & jus. Latè & eleganter Phœbos *Luſitan. dec. 168. à princ. p. 2.* & præcipuè *num. 5.* ubi tenet quod nullum reſcriptum, inſpecta ſua natura finitur tempore: & *n. 10.* expendit particulam illam *perennia*, id eſt, per annos omnes, ad excludendos alios modos, quibus reſcripta finiuntur, & finiri poſſunt per abuſum, & delictum impetrantis, per revocationem, &c.

In gloſſ. *Perennia*, ubi, *ſi ad excipiendum, tunc perpetuò.* Vide Soar. *de leg. lib. 8. c. 29. n. 7.*

In eadem gloſſ. ibi. *ſecus autem ſi ad faciendum*, &c.) 4 Notatur ad hoc, quod conceſſa facultas in privilegio aliquid faciendi, tollitur decennio, ut per Perez *l. 1. q. 36. verſ. limite 3. tit. 12. lib. 3. Ordin. pag. 702.*

## L. Sancimus. III.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Criſpiano Præſidi provinciæ Phœnicæ.*

ORiginalia reſcripta non exemplar probant, & attenduntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſuprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hac lege deſumunt 2 *l. Hiſpan. 44. in fin. tit. 18. part. 3.* ibi, *Emasà un dezimos quel el tranſlado de ningun privilegio, non deve ſer creido* &c. ibi *gloſſ. verbo Tranſlado 2. tit. 14. part. 6.* Dec. *concl. 152. ad fin.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 2. gloſſ. 1. num. 10.* Roman. *ſing. 376. & 716.* Arnold. *ſing. 50.* Duen. *reg. 280.* Roland. *conſ. 69. n. 54. cum ſeqq. vol. 3.* Rebuff. *in tract. nomin. q. 14. n. 122.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de citat. concl. 1. n. 127.* Pinel. *in rubr. de reſcind. vendit. part. 1. cap. 2. num. 13.* Covarr. *pract. cap. 21. num. 4.* Parlador. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 1. §. 12. limitat. 2.* Aviles *ad cap. 19. Prætor, num. 2.* Menoch. *conſ. 175. num. 28.* Maſcard. *de probat. conl. 71. & ſeqq. & conl. 1388.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 1. q. 8. art. 16.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 1. q. 6. n. 34.* Brunor. à Sole, *in locis communib. verbo Executio 5.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Inſtrumentum, n. 23.* Morl. *in emporio juris, tom. 1. tit. 11. de fide inſtrum. q. 1.* Caſtil. *controv. lib. 2. cap. 16. n. 15.*

SUMMARIUM.

1 *Beneficia perſonalia ſine die, & conſule non valent, num. 2.*
3 *In reſcriptis gratioſis etiam dies apponenda eſt.*

## L. Siqua. IV.

*Imp.* CONSTANT. A. *ad Luſitanos.*

BEneficia perſonalia ſine die & conſule non valent. 1 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concl. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſ-* 1 *pan. 44.* ibi, *e el dia, e el met, año, tit. 18. part. 3. gloſſ. 11. verbo El lugar.* ibi, *& quod habeant diem, & conſulem, d. tit. 18. part. 3.* Matheſil. *ſing. 45.* Cort. *in memor.*

*memor. verbo Actus dies*, Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 4. *n.* 18. ubi par hunc text. reſolvit quod in reſcriptis gratioſis etiam dies apponenda eſt.

## L. Scrilegij inſtar. V.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. *ad Nicenum P. P. annonæ.*

1 NEgare Principis poteſtatem & facultatem, inſtar ſacrilegij eſt. Colligunt Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hoc idem reſolvunt Afflict. *dec.* 265. *ex n.* 61. Lancel. Conrad. *in templo omnium judicum*, *lib.* 1. *c.* 1. §. 1. *q.* 2. *n.* 9. *fol.* 3. & §. 4. *tit. de præſtant. & potent. Imper. verbo Imperator habet domin. univerſ. n.* 4. Hieron. de Monte *var. juris quæſt. q.* 6. *ex n.* 48. Burg. de Paz *in proœm. legum. Tauri, num.* 347. Mendoz. *diſp. juris lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 2. Socin. jun. *conſ.* 91. *num.* 6. & *conſ.* 14. *n.* 42. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 87. *num.* 3. *lib.* 1. Sebaſt. Medic. *de leg. & ſtatut. part.* 1. *q.* 8. *in princ.* Menoch. *conſ.* 103. *n.* 38.

### SUMMARIUM.

1 *Reſcripta Imperialia ſcribenda purpureo colore, & in membranis. Cæſaris manus propriæ ipſius ſubſcriptionem habeant.*

2 *Inſignia Regia alium quàm ipſummet Regem portare, eiſque uti nec licet, nec decens eſt.*

3 *Reſcriptum quando eſt impetratum contra conſuetudinem & ſtylum Principis, ſuſpectum eſt de falſo.*

4 *Encauſtum liquoris genus unde factum.*

## L. Sacri affatus. VI.

*Imp.* LEO A. *Hilariano Mag. officiorum, & Patricio.*

1 REſcripta Imperialia ſcribenda purpureo colore, & in membranis. Cæſaris manus propriæ ipſius ſubſcriptionem habeant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Volgò citari ſolet hic textus ad hoc, quod inſignia Regia alium quàm ipſummet Regem portare, eiſque uti neque licet, neque decens eſt, ut per Azeved. *l.* 8. *n.* 1. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ Recop. & in l.* 1. *n.* 1. *tit.* 12. *lib.* 7. *etiam novæ Recop.* Strach. *de mercatur. p.* 4. *n.* 7. Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 24. *in fine.*

3 Notatur etiam ad hoc, quod quando reſcriptum impetratum eſt contra conſuetudinem & ſtylum Principis, ſuſpectum eſt de falſo, ut per Mandoſ. *ſuper reg. Cancel. in reg. de infirmis, q.* 16. *n.* 8. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *præſumpt.* 30. *in fin.* Maſcard. *de probat. concl.* 1269 aliàs 1275. *n.* 3.

4 *Hanc autem ſacri encauſti.* &c.) Encauſtum erat liquoris genus, quo Imperator utebatur ad ſcribendum, & fiebat ex cocto murice, & trito conchilio, eóque ad ſubſcribendum ſolus uti poterat Princeps. Ita Guid. Pancirol. *d. lib.* 1. *cap.* 77. *verſ. Encauſti.*

### SUMMARIUM.

1 *Reſcripta cuncta præſupponunt veritatem narratorum, & ſupplicationis.*

2 *Precator mendax fructum precum nullum ſentiat, niſi veritatem precum deducat, aut reſcripto inſerta ſit veritas petitionis.*

3 *Dictantes, & ſcribentes ad falſas ſubreptitiaſque preces reſcripta, omiſſa veritatis clauſula, reprehenſionis, aliaſque pœnas non evitant.*

4 *Pragmaticæ ſanctiones corporis, ſcholæ, officij, curiæ, civitatis, & provinciæ, non privatorum inſequuntur preces.*

5 *Adnotatio, id eſt, Principis ſubſcriptio.*

6 *In unoquoque reſcripto, & mandato ſemper ſubintelligitur Clauſ.* Si Preces veritate nitantur.

7 *Magiſtris ſcriniorum qui fuerint.*

8 *Crinium memoriæ, in quo annotationes Principis ſervabantur.*

9 *Pragmaticæ ſanctiones, remiſſivè.*

10 *Quæſtor, de Cancellario.*

## L. Univerſa. VII. & ult.

*Imp.* ZENO A. *Sebaſtiano P. P.*

REſcripta cuncta præſupponunt veritatem narratorum & ſupplicationis. Item mendax precator fructum precum ſentiat nullum, niſi veritatem precum deducat, aut reſcripto inſerta ſit veritas petitionis. Item dictantes, & ſcribentes ad falſas, ſubreptitiaſque preces reſcripta, omiſſa veritatis clauſula, reprehenſionis, aliaſque pœnas non evitant. Item pragmaticæ ſanctiones corporis, ſcholæ officij curiæ, civitatis, provinciæ, non privatorum inſequuntur preces. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n. ſuprà hoc tit.* 1 2 3 4

*Adnotatio* (Id eſt, Principis ſubſcriptio, ſecundùm Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *c.* 77. *in princip.* 5

*Sub ea conditione proferre præcipimus, ſi preces veritate nitantur.*) Notatur ad hoc, quod in unoquoque reſcripto & mandato ſemper intelligitur hæc clauſ. *ſi preces veritate nitantur*, ut per Hippol. *ſing.* 153. Gemin. *conſ.* 120. *n.* 19. Azeved. *l.* 4. *n.* 2. & 3. *tit.* 26. *lib.* 8. *novæ Recop.* ubi loquitur de reſcripto Regis, Menoch. *conſ.* 103. *n.* 22. Perez *ad l.* 1. *q.* 14. *col.* 2. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinam.* Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 14. *n.* 1. Lancelot. *de attent. part.* 2. *cap.* 20. *limit.* 11. *n.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 1210. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 9. *in annotat. n.* 229. Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de reſcriptis, reſolut.* 7. *n.* 1. & 3. Soar. *de leg. lib.* 8. *cap.* 18. *num.* 19. Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Reſcriptum, num.* 11. Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. conſ.* 26. *num.* 7. *in fine*, Melch. Phœbos *Luſit. dec.* 41. *num.* 1. & 2. *tom.* 1. Mart. *de clauſul. p.* 2. *clauſ.* 71. Et quod in omni reſcripto Apoſt. ac qualibet gratia ex tacita conditione inſit, tenent Campan. *in diverſor. juris Canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 193. Card. Tuſch. *Tract. concl. tom.* 1. *lit. P, concl.* 305. *num.* 1. Rot. *deciſ.* 221. *p.* 2. *diverſ.* & apud. Marcheſ. *de commiſſion. p.* 1. *pag.* 164. *n.* 15. & *pag.* 373. *n.* 2. & *p.* 2. *pag.* 174. & *p.* 3. *pag.* 374. *num.* 13. *in ult. impreſſ.* late ego ipſe *de clauſul. uſufreq. clauſ.* 166. 6

*Magiſtri ſcriniorum*) Dicebantur qui capſulis, in quibus Principum reſcripta conſervabantur, præfecti erant, ut per Calvin. *in ſuo Lex. jurid. verbo Magiſtri ſcriniorum.* 7

*Scrinij memoriales*) Scrinium memoriæ in hoc textu dicitur, in quo annotationes Principis aſſervabantur, ut per Calvin. *d. ſuo Lexic. verbo Scrinia, in libris Codicis*, Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 36. *q.* 2. 8

*Pragmaticas præterea ſanctiones*) De his vide poſita *ad l. ult. n.* 2. *ſuprà ſi contra jus.* 9

In gloſſ. *Quæſtor* ibi, *id eſt, Cancellarius*, &c. Vide Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 7. *conſid.* 7. Boër. *de poteſtate magni Conſilij, n.* 8. 10

## *De ſtatuis, & imaginibus.*

### Tit. XXIV.

IMploramus opem Principis, aut per libellum, de quo ſuprà dictum fuit: aut confugiendo ad ejus ſtatuas, vel imagines. Statua eſt imago per ſculpturam, aut fuſionem facta. Effigies eſt imago picta, & hæc propriè dicitur imago, ut in hac rubr. Scripſerunt in illam Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De hac materia vide Tiraq. *de nobilit. cap.* 6. *n.* 15. *cum ſeqq.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 35. *cap.* 7. *n.* 4. *&* 5. Avendan. *de exequendis mandat. p.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. Azeved. *l.* 3. *n.* 6. *tit.* 1. *lib.* 1. *novæ Recopil.* latè Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *c.* 51. *per tot.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 44. *verſ. qui ſignat.*

### L. Si quis. I.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Theodoro P. P.*

1 PRincipis abſque permiſſu ſtatuæ nullæ erigendæ ſunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Sebaſt. Næv.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumit Dec. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 51. *n.* 10. ubi *à princ. cap.* oſtendit quare ſtatuæ, & imagines in magna fuerint veneratione, & qui primi eas erexerint.

---

SUMMARIUM.

1 *Statuæ Principis erigendæ judex adeſſe debet, ſed abſque adorationis veneratione, & n.* 2.

3 *Præſentia non præſumitur, niſi probetur.*

### L. Si quando. II.

*Impp.* Theod. & A. Valent. *Cæſ. Aëtio P. P.*

1 STatuæ Principis erigendæ judex adeſſe debet, ſed abſque adorationis veneratione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hac lege deſumit Dec. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 51. *n.* 10.

3 *Sua probet acceſſiſſe præſentia.*) Ergo ſi inſpecta donationis ſcriptura non conſtet an donatarius fuerit præſens, necne, præſentia illius non præſumitur, quia in facto conſiſtit, & facta non præſumuntur, niſi probentur, ut per Bald. & Alberic. *hic num. unic.* Felin. *in cap. tenor, n.* 3. *de ſentent. & re judic.* Maſcard. *de probat. concl.* 165. *n.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 18. *n.* 1 *&* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *diſp.* 6. *n.* 11. *verſ. his tamen non obſtantibus*; quamvis in his terminis præſentiam præſumi ſentiant Boër. *dec.* 353. *n.* 3. Avendan. *de exequend. mandat. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 4. *in fine.*

---

SUMMARIUM.

1 *Populares non cogendi ut conferant ſumptus ad erectiones ſtatuarum Principis.*

2 *Princeps non poteſt collectare cives ſuos pro filia ſua matrimonio collocanda.*

### L. In noſtræ. III.

*Iidem* AA. *& Cæſ. Florentino P. P.*

POpulares non cogendi ut conferant ſumptus ad erectiones ſtatuarum Principis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *ſuprà hoc tit.* Vide ad hoc Alciat. *lib.* 6. *parergon, cap.* 4. 1

*Ne quid in eis*, &c.) Ergo non poteſt Princeps cives ſuos collectare pro filia ſua matrimonio collocanda, ut per Menchac. *illuſtr. quæſt. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 3. Boër. *dec.* 126. *n.* 5. 2

---

SUMMARIUM.

1 *Statuæ non ſumptibus, & collectis popularium & civium, ſed ejus, cujus ad honorem ponuntur, erigendæ ſunt.*

2 *Virtutum præmia tribui merentibus convenit.*

### L. Et virtutum. IV. & ult.

*Iidem* AA. *& Cæſ. ad Nomum Comitem & Mag. Officiorum.*

VIrtutum præmia ſi benemeritis per ſtatuarum poſitionem diſtribuuntur, ſtatuæ non ſumptibus & collectis popularium & civium, ſed ejus, cujus ad honorem ponuntur, erigendæ ſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

*Virtutum præmia tribui merentibus convenit.*) Vide Tiraquell. *de nobilit. cap.* 4. *n.* 15. Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, part.* 11. *conſid.* 20. *&* 21. Greg. Lopez *l.* 51. *gloſſ. fin. tit.* 18. *part.* 3. ubi cum Joan. de Platea *in l.* 1. *C. de Conſul. lib.* 12. allegat illud vulgare dictum, *Non creditur eſſe virtus cùm ſequeſtratur à præmio.* Perez per text. *ibi in l.* 1. *gloſſ.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordin.* Bobadil. *in ſua polit. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 48. ubi adducit illud, *Optat præmium quiſque labor*, & citat Tullium 1. *Tuſcul. Præmia ſtimulant ad virtutem*, & Claudian. *lib.* 1. 2

——— *Egregios invitant præmia mores.*

Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloſſ.* 4. *n.* 8. *cum ſeqq.* ubi *n.* 10. quod ſpem præmiorum jura civilia illorum profeſſoribus pollicentur.

## *De his, qui ad ſtatuas confugiunt.*

### Tit. XXV.

SIcut ad Eccleſias, *ſuprà de his qui ad Eccleſias confugiunt*; ita & ad ſtatuas Principum, ceu ad aſylum homines confugiunt. Scripſerunt in hanc rubr. Caſtrenſ. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli vide Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 51. *n.* 17. *cum ſeqq.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 44. *verſ. quaſi ſigna.*

---

SUMMARIUM.

1 *Ad ſtatuas confugientes ex juſta cauſa, ab omni violentia tuti ſunt. Ex cauſa injuſta ſpem nullam conſequuntur, & n.* 2.

L. Qui ad ſtatuas. Unic,

*Imp.* VALENT THEOD. & ARCAD. AAA. *Cynegio P. P.*

1 EX juſta cauſa ad ſtatuas confugientes ab omni violentia tuti ſunt. Ex injuſta cauſa eò ſe conferentes impunitatis ſpem nullam conſequantur. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Caſtrenſ. Sebaſtian. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Caſtald. *de Imperat.* 96. *pag.* 66. Remig. *de immunit. ampl.* 23. & 14. Ferrand. *lib.* 2. *explicat. cap.* 4. Clar. *in.* §. *fin. q.* 30. *n.* 27. Soar de Paz *in pract. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *n.* 51. ubi ait procedere, niſi quis malitioſè ad ſtatuam Principis confugiſſet. Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 51. *n.* 17. ubi dicit quod in honorem Imperatorum, ſi ad ſtatuas confugiſſent quorumcunque criminum rei, etiam ſi ſervi forent, eos lædere nefas erat. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 28. *n.* 49.

## *De officio Præfecti prætorio Orientis & Illyrici.*

## TIT. XXVI.

APRINCIPE, & judiciis Principis deſcenditur ad magiſtratus, & judicia magiſtratuum: inter hos meritò primus locus datur Præfecto prætorio, quippe qui proximus eſt Principi. Vocaturque Præfectus prætorio, quaſi dicatur Præfectus aulicus: nam veteres Prætorium pro tabernaculo Imperatoris, qui exercitui præeſt, indo & pro aula Principis acceperunt. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Salic. Sebaſt. Næv, item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide Bodin. *lib.* 3. *de Republ. c.* 6. *in princ.* Berter. *Pithanon diatrib. lib.* 1. *cap.* 6. Ferrand. *lib.* 1. *explicat. tit.* 11. Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 47. *cap.* 30. *n.* 13. *cum ſeqq.* Card. Baron. *in addit. ad Martyrolog. Roman. die* 27. *Marij, pag.* 235.

Adverte quod poſtquam Reſpubl. Romana fuit erecta in Monarchiam, Imperatores Viceſgerentes nominabant, eoſque Præfectos prætorio appellabant, quibus ſupremum jus erat etiam in legibus condendis, & multis aliis, de quibus Sim. Sichard. *in Lex. juris, verbo Præfectus prætorio*, Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 6. *c.* 8. *n.* 7. *& lib.* 19. *c.* 18. *n.* 3. *& lib.* 47. *c.* 30. *num.* 12. ubi ſubdit quod ſub eadem poteſtate Præfecti prætorio fuerunt poſtea creati Illyrici, Franciæ, Italiæ, & Africæ. Maſtrill. *de Magiſtr. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 18. *cum ſeqq.* Perez Iannin. *in tract. de citatione reali, lib.* 1. *cap.* 1. *à n.* 793. *ad* 804.

L. Libellus. I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Theodoro.*

1 LIbellus Præfecto prætorio exhibitus vim litis conteſtatæ non habet. Colligunt ex Ordin. Sebaſt. Næv. remiſſivè Ximen. *in concord. part.* 2.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Bart. *in l. Imperium, n.* 18. *ff. de juriſd. omn. judic.* Corras. *epiſt. quæſt. cap.* 5. Grammat. *dec.* 40. *n.* 20.

### SUMMARIUM.

1 *Præfectus prætorio legem non contrariam Imperatoris legibus, approbante Imperatore condere potuit, & num.* 2.

3 *Legem condendi poteſtatem habens non poteſt ſtatuere contra jus commune.*

L. Formam. II.

*Idem* A. *Reſtituto.*

PRæfectus prætorio legem non contrariam Impe- 1
ratoris legibus, approbante Imperatore, condere potuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Petr. 2
Greg. *ſyntagm. juris lib.* 47. *cap.* 30. *n.* 12. & 17. Cujac. *lib.* 6. *obſerv.* 10. Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 9. Angel. à S. Joanne *antiparadox. contra Alciat. cap.* 4. Oſuald. *in Donel. lib.* 26. *c.* 6. *ſub. lit. V*, ubi dicit quod forma hujus textus non legem ſignificat generalem, ſed edictum ex bono & æquo editum.

*Legibus, vel conſtitutionibus contraria*, &c.) Notatur 3
ad hoc, quod habens poteſtatem condendi legem non poteſt ſtatuere contra jus commune, ut per Greg. Lop. *l.* 12. *gloſſ.* 1. *verſ. Tertio limita, tit.* 1. *part.* 1. ubi dicit quod populi non poſſunt ſtatuere contra legem juris communis, Guid. Papæ *dec.* 354. Afflict. *in prælud. conſtitut. q.* 3. *n.* 6. Dec. *conſ.* 17. *n.* 2. ubi ait quod ille, cui conceditur poteſtas condendi legem, non poteſt facere legem per quam derogetur legi concedentis illam poteſtatem, & *conſ.* 40. *n.* 4. ubi dicit quod poteſtas condendi legem data alicui, intelligitur quod contra jus commune, & contra legem Superioris aliquid ſtatuere non poſſit. Socin. *conſ.* 271. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. Duen. *reg.* 250. Tiraquell. *de jure primog. q.* 16. *n.* 3.

### SUMMARIUM.

1 *Judices quando removeri poſſint.*

2 *Judex, ſeu officialis negligens in faciendo juſtitiam, ſeu aliàs, an & quomodo puniatur, ſeu teneatur tam civiliter, quàm criminaliter.*

L. Si quod judices. III.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Tatiano P. P.*

PRopter valetudinem, negligentiam, furta, prævarica- 1
tiones, & corruptiones judices removeri poſſunt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

*Propter negligentiam*, &c.) An & quomodo puniatur, ſeu teneatur, tam civiliter, quàm criminaliter, judex, ſeu officialis negligens in faciendo juſtitiam, ſeu aliàs, vide Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 1. *tit.* 99. *in princ. & lib.* 3. *tit.* 9. *in princ. l. Hiſpan.* 7. *tit.* 18. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Ludov. Gom. *ſuper regulis Cancel. reg. de triennali poſſeſſ. q.* 28. ubi ponit caſus 59. in quibus particulariter judex de negligentia punitur, Aviles *ad cap.* 1. *Prætor. verbo Fiel, n.* 41. Menoch. *de arbitr. caſu* 341. *n.* 5. Clar. *pract. §. fin. q.* 73. *n.* 3. Azeved. *l.* 14. *num.* 12. *cum ſeqq. tit.* 9. *lib.* 3. *novæ Recopil.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 153. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. N, concl.* 33. *n.* 8. Padil. *in ſumma legum pœnal. p.* 2. *caſu* 36. *n.* 2. & 3. Farinac. *in praxi crimin. quæſt.* 111. *n.* 396. *cum ſeqq.* Valaſc. *tom.* 1. *conſult.* 26. Mord. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 6. *n.* 8. *D. Barboſ. in l. filius familias* 15. *n.* 75. *de judic.*

### SUMMARIUM.

1 *De judicis Præfecto ſubditi injuria, ſeu injuſtitia cognoſcit Præfectus.*

2 *Dux regula iter cognoſcit contra militem.*

## L. De ordinario. IV.

*Idem* AAA. *Addeo Comiti & Mag. utriusque militiæ.*

1 DE injuria vel injustitia judicis Præfecto subditi cognoscit Præfectus. Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 *Licet militari viro*, &c. Notatur ad hoc, quod regulariter Dux cognoscit contra militem, de quo vide Gregor. Lop. *in l. 16. in gloss. duques, tit. 9. p. 2.* Clar. *in pract. §. fin. q. 35. n. 24.* Petr. Gregor. *syntagm. juris p. 2. lib. 19. cap. 17. pag. 513. & p. 3. lib. 47. c. 36. n. 6. in med.* Mosquera *de militari discipl. lib. 4. pag. 122.* Bobadil. *in sua politica, lib. 4. c. 2. n. 67.*

## L. Si qui posthac. V. & ult.

*Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Anthemio. P. P.*

1 INdebitè onerati per navicularias, aut transvectionum rationes, supplicando rescripta pro remissione impetrare possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

# *De officio Præfecti prætorio Africæ, & de omni ejusdem diœceseos statu.*

## TIT. XXVII.

A PRINCIPE, & judiciis Principis descenditur ad magistratus, & judicia magistratuum: inter hos meritò primus locus datur Præfecto prætorio, quippe qui proximus est Principi. Vocatur autem Præfectus prætorio, quasi dicatur Præfectus aulicus. Scripserunt in hanc rubr. Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Wesembec.

De materia tituli vide Paul. Manut. *de leg. Rom.* Fenestell. *in comment. de magistrat. Roman.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 7. cap. 30. ex n. 12.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 186.*

*Et de omni ejus diœceseos.*) Advertit Guid. Pancirol. *in d. suo thesauro, lib. 1. cap. 87. in princ.* diœcesim esse plurium provinciarum plagam, seu regionem sub uno à pluribus administratam significari; additque in regionibus, quæ occidentalis Imperij fuerunt, solùm Africanam diœcesim nominari, quod inde fortè evenire ait, quia sub posterioribus Principibus occupatæ à Barbaris erant Occidentis provinciæ.

---

### SUMMARIUM.

1 *Africam per Vandalos occupatam Justinianus pulsis Vandalis ad fidei, corporumque libertatem transtulit.*
2 *Africani à Vandalica servitute liberati agnoscant Dei misericordiam, & libertatem vitæ beneficio Justiniani impetratam.*
3 *Africa instar Orientis & Illyrici proprium sortita Præfectum diœcesim regentem in urbe Carthagine, & n. 12.*
4 *Præfecti prætorio sub se Consules, ac Præsides regentes provincias habuerunt.*
5 *Judices avaritiam & cupiditatem vitent in Africa, immunes sint ab omni violentia.*
6 *Exactores in tributis Imperialibus exigendis veritatem & justitiam ostendant.*
7 *Sportularum taxationem officialis nullus excedat.*
8 *Judices diœceseos Africanæ pro codicillis & chartulis ultra sex solidos nil accipiant.*
9 *Officiales judicum sportulas immoderatas ultra taxationem exigentes impunes non sunt.*
10 *Jussiones Imperatoris excedens, dignitatis ac substantiæ periculum sustineat.*
11 *Africæ à Vandalis occupatæ historiam qui narrent.*
13 *Africa à Præfecto Italia directa.*
14 *Scriniorum varia genera, remissivè.*

## L. Quas gratias. I.

*Impp. Cæs. Flav.* JUSTINIANUS. &c. *Archelao P. P.*

AFricam per Vandalos occupatam, & mirificè tam quoad subditorum conscientiam, quàm vitæ libertatem afflictam, Justinianus pulsis Vandalis ad fidei corporumque libertatem transtulit *in princ.* Africani à Vandalica servitute, & horum jugo barbarico liberati agnoscant Dei misericordiam, & libertatem vitæ beneficio Justiniani impetratam, *in vers. Quo ergo sermone.* Africa instar Orientis & Illyrici proprium destinatione Justiniani sortita Præfectum diœcesim regentem in Carthag. urbe *in vers. Hoc etiam.* Præfecti prætorio sub se Consules, ac Præsides regentes provinciales habuerunt, *in vers. officiis.* Judices avaritiam & cupiditatem vitent in Africa, immunes sint ab omni violentia *in vers. Optamus.* In tributis Imperialibus exigendis veritatem & justitiam exactores ostendant, *in vers. ergo jubemus.* Sportularum taxationem officialis nullus excedat, ne tributarij Africæ prægraventur, *in vers. Sportulas etiam* Judices diœceseos Africæ pro codicillis & chartulis ultra sex solidos nil accipiant, sub pœna triginta auri libratum, *in vers. Jubemus ergo.* Officiales judicum sportulas immoderatas ultra taxationem exigentes impunes non sunt, *in vers. Officium vero.* Jussiones Imperatoris excedens, dignitatis ac substantiæ periculum substineat, *in vers. Nam si aliquis.* Colligunt ex Ordinar. Sebast. Næv. remissivè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* Vide Card. Cæs. Baron. *tom. 7. Eccles. anno Christi 534. pag. 207. & in addit. ad matyrolog. Romanum, die 12. Octobris.* 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

*Antea 95. annos à Vandalis captivata*, &c. Africæ à Vandalis occupatæ historiam narrat Victor. *lib. de persecutione Vandalica*, Procopius *de bello Vandalico*, Isidor. *in historia Vandalor.* Paul. Diacon. *de gestis Roman. lib. 14. cum quatuor seqq.* Greg. Turonensis *in historia Francorum, lib. 2. cap. 3.* quos refert. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 187.* ubi ex Justiniano in *thesauro var. lect. lib. 2. cap. 187.* ubi ex Justiniano in præsenti nonaginta annos Vandalos Africam tenuisse narrat, quos ab eo tempore, quo capta Carthagine tota Africa sunt potiti, enumerari existimat. 11

*Ita & Africa Prætoriana* &c.) Notatur ad hoc, quod Africa instar Orientis, & Illyrici proprium destinatione Justiniani sortita est Præfectum diœcesim regentem in Carthagine urbe, Cujac. *lib. 2. obser. 40.* & de Præfectis prætorio vide Doctores citatos *ad rubr. de officio Præfecti prætorio Orientis.* 12

*Cujus sedem jubemus.* &c.) Advertit Guid. Pancirol. *dict. lib. 2. cap. 188.* quod rebus Imperij Romani declinantibus, Africa à Præfecto Italiæ regebatur, quæ à Vandalis occupata, & postea à Justiniano circa annum salutis 533. recepta, in antiquum statum restituta fuit. Ille extincto Proconsule, Præfectum prætorio Carthagine, ubi proconsul degere consueverat, residere voluit, ac primum Archelaum ad eum magistratum provexit, aliosque plures magistratus, tum Consularem, tum Præsidem renovavit. Mauritaniam enim, Tingitanam, in Africa ubi erat Proconsul, & Carthago, Bizantium, & Tripolitanam Consulares fecit, Numidiam, & Mauritaniam Cæsareensem præsidiales, iisque Sardiniam & ipsam Præsidialem adjecit, quæ priùs juris Italiæ fuerat. 13

*Vel*

4 *Vel in ſcriniis*, &c. ) De variis generibus ſcriniorum agit Guid. Pancirol. *d. lib. 2. cap. 188. verſ. Princeps, cum ſeqq.*

*Jubemus ergo ut judices*, &c. ) Multa quæ *hîc* circa ſalaria dicuntur, mendis ubique ſcatent ſed litteram genuinam textus reſtituere conatur Guid. Pancirol. *d. c. 188. ſtatim poſt princ.* quem vide.

---

SUMMARIUM.

1 *Auxilii divini invocatio per quam neceſſaria, & utilis.*
2 *Militum ducibus Juſtinianus ſedes conſtituit.*
3 *Hiſpaniæ ſepta & trajectum per milites & tribunos ducum moderatione conſervabit Præfectus.*
4 *Sardiniæ fines per duces, ac milites Præfectus defendet.*
5 *Militum limites cuſtodientium numerum in Africa conſtituet Præfectus, ſalva Imperatoris confirmatione.*
6 *Milites tam limitanei, quàm comitatenſes, à gymnaſticis exercitiis non trahendi.*
7 *Milites limitanei ac provinciarum præſidiarii tributarios provinciæ non deprædentur, aut ulla moleſtia afficiant.*
8 *Africæ limites antiquos reparabit Præfectus prætorio Africæ.*
9 *Caſtella talia ædificanda, ut per pauciores præſidiarios defendi poſſint.*
10 *Stipendia taxata quibuſlibet ſolvenda.*
11 *Duces & Officiales Africæ, emolumenta ac ſtipendia ex tributis Africanis Kalendis Septembris percipient.*
12 *Regna Hiſpaniæ & Galliæ non ſubſunt Imperatori.*
13 *Dromones qui ſint.*
14 *Duces militum, horumque origo, hodierna poteſtas ac dignitas, remiſſivè.*
15 *Caſtella remiſſivè.*
16 *Caſtrum unde dicatur, & quomodo diſtinguatur à civitate, oppido & villa, remiſſivè.*
17 *Confinia probantur per cuſtodiam locorum, & per clauſuras.*
18 *Pragmatica ſanctio, remiſſivè.*

L. In nomine Domini. II. & ult.

*Idem* A. *Beliſario mag. milit. per Orientem.*

1 AUxilii divini invocatio per quam neceſſaria, &
2 utilis, *in princip.* Militum ducibus Juſtinianus
3 ſedes conſtituit, *in verſ. ſancimus.* Septa & trajectum
4 Hiſpaniæ per milites, & tribunos ducum moderatione conſervabit Præfectus, *in verſ. jubemus.* Sardiniæ fines per duces, ac milites ſufficientes Præfectus contra incurſiones Wandalorum, & Maurorum defendet, *in*
5 *verſ. in Sardinia.* Militum limites cuſtodientium numerum in Africa conſtituebat Præfectus, ſalva Imperatoris confirmatione, & augmentatione, *in verſ. quan-*
6 *tos.* Milites tam limitanei, quàm comitatenſes à gymnaſticis exercitiis non trahendi: locum ex ſtipendiis nullus tribunorum, nec quiſquam ducum ſub quadru-
7 pli pœna commodum affectet, *in verſ. hæc autem.* Milites limitanei ac provinciarum Præſidiarij tributarios Provinciæ non deprædentur, onerent, ullaque moleſtia
8 afficiant, *in verſ. ſi autem.* Africæ limites, ac fines antiquos reparabat juſſu Imperatoris Præfectus prætorio
9 Africæ, *in verſ. cùm autem.* Caſtella nimiæ magnitudinis conſervatu difficilia, ut per pauciores præſidiarios defendi non poſſint, non ædificanda niſi ex Imperatoris confirmatione, & ratificatione, *in verſ. interea*
10 *verò.* Stipendia taxata ſub indignationis Cæſareæ pœna quibuſlibet ſolvenda, tam judicibus, quàm privatis, *in verſ. hoc etiam decernimus.* Duces, & Officiales 11
Africæ emolumenta ac ſtipendia ex tributis Africanis Kalendis Septembris percipient. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*In nomine Domini.* ) Vide poſita *ſuprà in ſuperſcript. & proœm. hujus libri Codicis.*

*Et omnia quæcumque in partibus Hiſpaniæ, vel Gal-* 12
*liæ*, &c. Regna hujuſmodi Hiſpaniarum, & Galliæ non ſubſunt Imperatori, de quo vide poſita *in collect. ad cap. per venerabilem, n. 22. cum ſeqq. qui filii ſint legitimi.*

*Dromones.* ) Id eſt, levia navigia, ſecundùm Guid. 13
Pancirol. *d. lib. 2. cap.* 189. Calvin. *in Lexic. juridico, verbo Dromones*, ubi ait eſſe navigia celerrima, quaſi curſoria.

*Et duces militum ordinare*, &c. ) Vide Card. Cæſ. 14
Baron. *tom. 5. annal. Eccleſ. anno Chriſti 402. pag. mihi 125. & tom. 7. anno Chriſti 534. pag. 208.* De ducibus militum, horumque origine, hodierna poteſtate, ac dignitate, vide Petrum Heigium *in miſcel. quæſt. p. 1. q. 2. n. 34. & 53.* Pereg. Jannin. *in tract. de citat. reali, lib. 1. cap. 1. n. 766. & 768.*

*Civitates, ſeu caſtella.* De caſtellis agit Boër. *dec. 320.* 15
*n. 2. cum ſeqq.*

*Qui poſſunt & caſtra, & civitates limitis defendere.* ) 16
Unde dicatur caſtrum, & quomodo diſtinguatur à civitate, oppido, & villa; vide Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 4. tit. 14. n. 1 & 2.*

*Habentem milites pro cuſtodia locorum*, &c. Nota- 17
tur ad hoc, quod confinia probantur per cuſtodiam locorum, & per clauſuras, nam arguit cuſtodia fines illos eſſe cuſtodiendis, ut per Menoch. *conſ. 147. n. 17.* Maſcard. *de probat. concl. 402. n. 1. & concl. 403. n. 1.* Cald. Pereira *de empt. cap. 21. n. 19.*

*Per hanc pragmaticam ſanctionem*, &c. ) De prag- 18
matica ſanctione vide poſita *in collect. ad l. ult. n. 2. ſupr. ſi contra jus, vel utilit. publ.*

## *De officio Præfecti urbi.*

## TIT. XXVIII.

PRÆFECTUS urbi dicitur, cujus fidei urbis commiſſa eſt. Urbem intellige Romanam, κατ' ἐξοχήν; id eſt, Romam veterem, & Romam novam, quæ eſt Conſtantinopolis: in utraque enim fuit Præfectus urbi. Scripſerunt in hanc rubr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli agit *l. Hiſp. 9. tit. 18. p. 4. & tit. 4. p. 3.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 47. cap. 35. n. 1.* Thom. Valaſc. *alleg. jur. tom. 1. alleg. 29. n. 88.* ubi ait, quod hæc dignitas liberat filium à patria poteſtate.

---

SUMMARIUM.

1 *Annonæ cura cum diſcretione viris integris demandanda.*
2 *Imperator inferioris juriſdictionis actum demandans, ſuperioris, aut concurrentis juriſdictionis demandaſſe officium præſumitur.*
3 *Annonariæ rei cura penes quos fuerit, remiſſivè.*
4 *Annonæ Præfectus fuit ſub diſpoſitione Præfecti urbi, & circa annonam communem habuit poteſtatem cum eo.*
5 *Juriſdictio cenſetur in dubio conceſſa cumulativè, non privativè.*
6 *Juriſdictio uni data, non cenſetur adempta alteri,*

L. Studentibus. I.

*Impp.* VALENT. & VALENS AA. *Voluſiano P. P.*

1 ANnonæ cura cum diſcretione viris integris de-
2 mandanda. Imperator inferioris juriſdictionis actum demandans in vim ſolicitudinis non abdicandæ, aut privandæ, ſuperioris, aut concurrentis juriſdictionis demandaſſe officium præſumitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Caſtr. Fulgoſ. Aloyſ. Leo, Seb. Næv.

3 *Ejuſdem annonæ curam*, &c.) De annonariæ rei cura penes quos fuerit, vide Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 47. *cap.* 31. *ex n.* 10. *& de annona militari lib.* 19. *cap.* 6. latè Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 3. latè etiam Tiber. Dec. *in tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 22. *ex n.* 8.

4 *Sed ut ambæ poteſtates*, &c.) Notatur ad hoc, quod Præfectus annonæ fuit ſub diſpoſitione Præfecti urbi, & circa annonam communem habuit poteſtatem cum eo, ut per Tiber. Decian. *d. lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 10. Bobadil. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 69. ubi *in gloſſ. lit. E*, ad hoc plures Doctores allegat.

5 Notatur etiam ad hoc, quod juriſdictio cenſetur in dubio conceſſa cumulativè, non privativè, ut per Grammat. *dec.* 30. Covar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 12. *n.* 3. Iſa. *in l. quod in rerum*, §. *ſi quis poſt, n.* 8. *& in l. Titiæ textores, in princ. à n.* 29. *ff. de leg.* 1. Capyc. *dec.* 9. Vant. *de nullit tit. ex defectu juriſdictionis*, *n.* 25. Put. *dec.* 238. *lib.* 3. *in correctis*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 40. *à. n.* 5. *& remed.* 3. *retinend. num.* 367. Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *præl.* 1. *n.* 9. Surd. *conſ.* 1. *n.* 73. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 24. *à n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 2. *collect.* 392. Rot. *dec.* 121. *n.* 4. *p.* 1. *& dec.* 30. *n.* 3. *p.* 2. *recentior.* Cabed. *Luſitan. dec.* 13. *à princ. p.* 2. D. Barboſ. *in l.* 1. *art.* 4. *à n.* 76. *cum ſeqq. ff. de judic.* ubi *n.* 86. etiam per hunc textum dicit, quod juriſdictio uni data, alteri non cenſetur adempta, & *n.* 99. *cum ſeqq.* aſſerit deciſionem hujus textus procedere etiam ſi in conceſſione addatur dictio texativa *ſolus*, vel *tantùm*, niſi ulterius addantur ea verba expreſſa, quod nullus alius de illis cauſis cognoſcat: & *n.* 113. ait procedere quando alicui priùs competebat juriſdictio generalis, & poſtea aliqua ſpecies illius generis fuit alteri conceſſa: & *n.* 123. *cum ſeqq.* limitat non procedere, ſi conſtaret ea ratione magiſtratum ſpecialem creatum eſſe, quia generalis propter multitudinem negotiorum non poterat illa commodè expedire: & *num.* 134. *cum ſeqq.* limitat etiam ut non procedat quando juriſdictio ſpecialis conceditur per viam privilegii in favorem certarum perſonarum; nam tunc ut privilegium aliquid operetur, credendum eſt juriſdictionem datam fuiſſe privativè ad alios judices, & non cumulativè, & *n.* 143. limitat quoque quando ſunt plures judices ordinarii & generales, & uni ex illis certum genus cauſarum ſpecialiter committitur, quia tunc videtur conceſſum privativè, ad collegam, latè diſputo ego ipſe *de off. & pot. Epiſc. p.* 3. *alleg.* 124. *per tot.*

L. Quod promulgatis II.

*Iidem* AA. *ad Pelium P. P.*

1 INquiſitorio proceſſui ſine fama præcedente non eſt locus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. tenent Menoch. *conſ.* 100. *n.* 58. Ozaſc. *conſ.* 64. *ex n.* 1. *lib.* 1. plures quos refert Farinac. *in praxi crimin. tit. d. Inquiſit. quæſt.* 9. *n.* 1. ubi *numeris ſeqq.* ampliat in judice habente plenum, & liberum arbitrium, tam delegato, quàm ordinario, & etiam procedente ex officio, & quod talis fama debeat eſſe vehemens, clamoroſa, & ſcandaloſa, ac ortum habens à fide dignis perſonis: & *à n.* 11. limitat in inquiſitione quæ ſit ad denuntiandum publicum officialem, & parte non opponente, & in inquiſitione formata de Principis mandato, & in crimine hæreſis ac læſæ majeſtatis, ac aliis enormibus delictis. Vide poſita *in collect. ad cap. inquiſitionis, & ad c. qualiter & quando, el.* 2. *de accuſ.*

L. Præfectura urbis. III.

*Imppp.* VALENS, GRATIAN. & VALENT. AAA. *ad Ruſticum.*

PRæfectus urbi cunctis Magiſtratibus, & officiali- 1
bus in urbe præerat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Hoc idem ex hoc text. refert Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 47. *c.* 35. *n.* 1.

L. Omnia. IV.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Severino Comiti ſacrar. largit.*

OMnes cives cum collegiis præfecto urbi ſubij- 1
ciuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n. ſuprà hoc tit.*

---

SUMMARIUM.

1 *Primicerio poſt officium morte, aut biennii ſpatio finitum, ſuccedit proximè poſt gerens officium matriculæ inſcriptus.*

2 *Primicerius, ejuſque officium, remiſſivè.*

L. Primicerius. V. & ult.

*Imp.* THEOD. A. *Conſtantino P. P.*

PRimicerio poſt officium morte, aut biennii ſpatio 1
finitum ſuccedit proximè poſt gerens officium, matriculæ inſcriptus. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *ſuprà hoc tit.*

De Primicerio, & ejus officio, vide Gramma. *dec.* 64. 2
*n.* 6 *cum ſeqq* Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 4. *conſid.* 42. Tiraq. *de jure primog. in præfat. n.* 1. Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.* 15. *c.* 22. *à princ.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *c.* 85. Azor. *inſtit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 16. *quæſ.* 1. Sebaſt. Cæſ. *in relect. de Eccleſiaſt. hierarch. q.* 2. *proœm. n.* 10. Connan. *comment. juris civil. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 6. meipſum *de Canon. & Dignit. cap.* 9. *à princ.*

## *De officio Magiſtri militum.*

## TIT. XXIX.

PRÆFECTIS prætoriorum & urbis rectè ſubjicitur Magiſter militum, quoniam horum omnium æqualis eſt dignitas. Dicitur autem Magiſter militum, qui talem habet poteſtatem in milites, & Duces militares, qualem Præfectus prætorio in paganos, & Præſides provinciarum. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgoſ. Caſtr. Seb. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli agunt *l. Hiſpan.* 16. *tit.* 9. *part.* 2. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 7. *conſid.* 4. *& p.* 9. *conſid.* 4. *verſ. prædict.* Tiraq. *de nobilit. cap.* 8. *n.* 15. Rebuff. *ad l.* 57. *ff. de verbo. ſignif. pag.* 295. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 47. *cap.* 18. Thom. Valaſc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 19. *n.* 89. ubi quod hæc dignitas liberat à patria poteſtate.

L. Viri

### L. Viri illuſtres I.

*Imppp.* VALENT. GRATIAN. & THEOD. AAA. *ad Eugenium. P. P.*

1 COmites, & Magiſtri militum in provinciales nullam habent poteſtatem. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgoſ. Caſtr. Sebaſt. Næv.

### L. Apparitores per Orientem. II.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *ad Hypatium Mag. militum.*

1 MIlites in civilibus & criminalibus coram ſuo Ordinario conveniendi ſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Milites ſupernumerarij coram civilibus judicibus ratione tributariarum collationum etiam comparare tenentur.*
2 *Stipendiarij ſi ſtatuto caveatur ut tractarentur ſicut cives, & aliquis eſt ſcriptus in libro ſtipendiariorum ultra numerum determinatum, talis non gaudebit beneficio ſtatuti.*
3 *In Matricula non conſcripti, ſunt tanquam privati.*

### L. Eos qui ultra. III.

*Imp.* ZENO A. *Sebaſtiano P. P.*

1 MIlites ſupernumerarij coram civilibus Judicibus ratione tributariarum collationum etiam comparere tenentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Per hunc text. tenet Boër. *deciſ.* 160. *n.* 21. quod ſi ſtatuto caveatur, quod omnes ſtipendiarij tractarentur ſicut cives, & aliquis eſt ſcriptus in libro ſtipendiariorum ultra numerum determinatum, talis non gaudebit beneficio ſtatuti.

3 In gloſſ. *Qui*, ibi: *Nota quod qui non ſunt in matricula, ſunt tanquam privati.* Ita Maſcard. *de probat. concluſ.* 261. *n.* 65. *& concl.* 1033. aliàs 1037. *n.* 1.

### L. Cum propitia. IV. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Zetæ, viro illuſtri, &c.*

1 MAgiſtro militum in Illyrico Armeni, & Polemiaci inſpectio demandatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 De hoc vide Cardin. Cæſ. Baron. *tom. 7. annal. Eccleſ. anno Chriſt. 529. pag. 150.*

## *De officio Quæſtoris.*

## TIT. XXX.

MAGISTRATUS, de quibus hactenus, illuſtres ſunt: rectè igitur iis adjungitur Quæſtor; nam & hic illuſtris eſt. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgoſ. Caſtr. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide *l. Hiſpan.* 10. *tit.* 18. *part.* 4. Briſſon. *antiquit. lib. 1. cap. 17. & lib. 3. cap. 19.* Petr. Greg. *ſyntag. juris lib. 47. cap. 35.* Menoch. *de arbitr. caſu* 68. *num.* 8. *cum ſeqq.* Thom. Valaſc. *alleg. juris tom. 1. alleg. 19. ſub n.* 88. ubi quod hæc dignitas liberat à Patria poteſtate, Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 11.*

SUMMARIUM.

1 *Laterculi minoris, item Præpoſituræ, Tribunatus, ac Præfecturæ caſtrorum cura ad Quæſtorem Romanum pertinebat.*
2 *Laterculum quid ſit.*
3 *Laterculenſis qui.*
4 *Scrinium memoriæ quid.*
5 *Quæſtoris poteſtas olim quæ.*

### L. Totius minoris. I.

*Imp.* THEOD. A. *Saluſtio Quæſtori.*

CUm minoris laterculi, item Præpoſituræ, Tribunatus, ac Præfecturæ caſtrorum cura ad Quæſtorem Romanum pertinebat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Fulgoſ. Caſtrenſ. Sebaſt. Næv. 1 2

*Laterculi curam*, &c.) Laterculum eſt codex, in quo civilium & militarium dignitatum, adminiſtrationumque ratio, item mandatorum Principalium, & promotionum ac conſuetudinum notitia præſcripta eſt: ſic dictum, quòd in eo laterent arcana. Duplex memoratur in jure; majus, quod apud Principem ſervabatur ſub cura Primicerij Notariorum: minus, quod ſub cura, & ſolicitudine Quæſtoris erat. Ita Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Laterculum*, ubi addit Laterculenſem apppellari, cui laterculi, cura, & cuſtodia mandata erat. 3

*Et ſcrinio memoriæ.* (Illud dicitur, in quo annotationes Principis aſſervabantur, ſecundùm Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Scrinia.* Et de variis generibus ſcriniorum apud Romanos vide Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap.* 188. 4

*Omnes tribunatus*, &c.) Notatur ad hoc, quod tanta fuit Quæſtoris poteſtas, quod ejus arbitratu magiſtratus, & dignitates dabantur, ut per Menoch. *de arbitr. caſ. n. 68. n. 9.* 5

SUMMARIUM.

1 *Laterculi minoris dignitates ad militum Magiſtros per temporum continuationem tranſlatæ redditè ſunt Quæſtoribus.*
2 *Quæſtores illuſtri dignitate præditi.*

### L. Omnes minoris. II.

*Idem* A. *Helioni, Comiti & Mag. officiorum.*

LAterculi minoris dignitates ad militum Magiſtros per temporum continuationem tranſlatæ, redditæ ſunt per Juſtinianum Quæſtoribus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

*Viri illuſtris Quæſtoris*) Quæſtores ergo illuſtri dignitate fulgent, ut per Menoch. *de arb. caſu 68. n. 8.* ubi *numeris ſeqq.* aſſerit, Quæſtores appellari candidatos magnificos, magnificentiſſimos, & eminentiſſios. 2

SUMMARIUM.

1 *Quæſtorum officia nullus ſine Cæſaris ſubſcriptione quondam peragebat.*

2 *Quæſtores alicujus Sancti nomine peritoria facientes, non permittantur, niſi Regias litteras oſtendant. & n. 3.*

## L. Officia. III. & ult.

*Imp.* ANAST. A. *Euſebio mag. offic.*

1 OFficia Quæſtorum nullus ſine Cæſaris ſubſcriptione quondam peragebat: contrafacientes tribus auri libris mulctabantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Ad hujus legis exemplum cautum eſt per Ord. Regiam Luſit. *lib. 5. tit. 103.* ne Quæſtores alicujus Sancti nomine petitoria facientes, permittantur, niſi Regias litteras oſtendant; ſi aliter factum ſit, omnes pecunias ab illis quæſitas Quæſtori redemptionis captivorum tradendas præcipit, cujus auctoritatem ita refert Card. *in praxi Judicum, & Advoc. verbo, Eleemoſyna, n. 2.* & practicatum fuiſſe aſſerit Cabed. *Luſit. dec. 193. part. 1.*

3 Simile apud Hiſpanos ſtatutum extat *in l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. Ordin.* ubi Did. Perez, quæ nunc eſt *l. 1. tit. 9. lib. 1. novæ Recop. & l. 37. tit. 6. lib. 3. ejuſdem novæ Recopil.* ubi Azeved. Avendan. *de exequendis mand. lib. 2. cap. 30.* Et. apud Gallos idem Regij Senatus decreto eſſe diſpoſitum affirmat Renat. Chopin. *de ſacra politia lib. 3. tit. 5. à n. 22.*

## De officio Magiſtri officiorum.

### TIT. XXXI.

SEQUITUR alius magiſtratus illuſtris, Magiſter officiorum, qui præeſt officiis & ſcholis aulicis. Scripſerunt in hanc rubr. Gyn. Salicet. Bart. Fulgoſ. Caſtr. Seb. Næv. item Cujac. Pec. & Weſemb.

De materia tituli vide Chaſſan *in catal. gloriæ mundi, part. 6. conſid. 7.* Rebuff. *ad l. 57. ff. de verb. ſignif. pag. 295.*

### SUMMARIUM.

1 *Militiæ ordinem, atque ſtipendia nemo pervertat, & is gradu antecedat, qui virtute & labore alios ſuperat.*
2 *Ordinum & dignitatum gradus obſervandi ſunt.*
3 *Adminiſtrantium dignitas quanta, & qualis ſit, ex modo menſuráve colligitur.*

## L. Nemo agentium. II.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Patricium Mag. officiorum*

ORdinem militiæ, atque ſtipendia nemo pervertat, & is gradu antecedat, qui virtute & labore alio ſuperat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1, n. 1. ſup. hoc tit.* 1

*Ordinem militiæ ac ſtipendia pervertat.*) Notatur ad hoc, quod ordinum & dignitatum gradus ſunt obſervandi, ut per Menoch. *conſ. 51. n. 4. tom. 1.* Chaſſan. *in catalog gloriæ mundi, p. 10. conſid. 27.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. ex n. 51.* 2

*Ut is gradu cæteros antecedat, quem ſtipendia meliora,* &c.) Notatur ad hoc, quod ex modo, menſuráve emolumenti adminiſtrantium colligitur, quanta qualiſve ſit ejus dignitas, aut eminentia, ut per Menoch. *illuſtr. controverſ. lib. 1. in præfat. n. 80.* 3

### SUMMARIUM.

1 *Comes ſcholarum prohibetur verberare, & regradare Senatores, & Ducenarios: nec ejus domeſticus Senator, vel Ducenarius, Centenariuſve fieri poteſt.*
2 *De privilegiis ſcholarium tractantes referuntur.*
3 *Comites ſcholarum qui ſint.*
4 *Scholæ olim undecim, quæ Principem comitabantur.*
5 *Senator quis.*
6 *Ducenarius quis.*

## L. Scholarium. III.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Pleitio, Comiti, & mag. offic.*

COmes ſcholarum prohibetur verberare, & regradare Senatores, & Ducenarios: nec ejus domeſticus Senator, vel Ducenarius, Centenariuſve fieri poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hoc idem ex hoc text. colligit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 190. in princ.*

*Servandaque eorum privilegia*, &c. De privilegiis ſcholarium ſpeciales edidêre tractatus Petrus Rebuffus, Horatius Lucius, & Petrus Bennius 2

*Comitibus ſcholarum*) Comites ſcholarum ſunt, ad quos ſcholarum agentium in rebus gubernatio pertinet, & ſunt ornati comitiva primi ordinis: ita Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Comites ſcholarum.* 3

Scholæ erant undecim, quæ Principem comitabantur, de quibus Guid. Pancirol. *d. lib. 2. cap. 206.* 4

*Senatores, & Ducenarios.*) Senator erat veluti in legione peditum: Ducenarius qui ducentos regebat milites, ſecundùm Guid. Pancirol. *d. lib. 2. cap. 190. verſ. hi ſine dubio.* Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Ducenarij.* 5 6

### SUMMARIUM.

1 *Privilegiis ſcholæ indultis nemo fruatur per ſuffragium, ſed virtute, labore, animi vigilantia, ac teſtimonio morum, & artium à præceptoribus impetrato ad talia deveniat.*
2 *Scholarum multiplex genus, remiſſivè.*
3 *Ducena quid ſit.*
4 *Biarchia quid, remiſſivè.*

## L. Privilegiis.

*Imp. ad* CONSTANT. A. *ad Agentes in rebus.*

1 PRivilegiis ſcholæ indultis nemo per ſuffragium fruatur, ſed virtute, labore, animi vigilantia, ac teſtimonio morum & artium à præceptoribus impetrato ad talia deveniat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet Bart. Fulgoſ. Caſtr. Sebaſt. Næv.

2 *Scholæ veſtræ*, &c.) De multiplici ſcholarum genere agit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 188. pag. 369. in fine.*

3 *Ad ducenariam.* Ducenam legi oportere ait Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Ducena*, ubi dicit quod eſt gradus dignitatis, promotioniſve in ſcholis agentium in rebus.

4 *Et biarchiam.* De qua vide Calvin. *in ſuo lexic. jurid. verbo Biarchia.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Ad ſcholarium militiam qui admittendi ſint : eorum ordo & dignitas obſervari jubetur, n. 2.*
3 *Cohortes duæ ex primariis militibus conſtitutæ Imperatorem à tergo præſidij cauſâ proximè ſequebantur.*
4 *Notitiæ, ideſt, ſcholarium brevis, & catalogus.*
5 *Scholare recedente non debet alius ſibi locum illum vendicare ſine licentia Domini.*

L. Jubemus eum. IV. & ult.

*Impp.* Justinus & Justinian. AA. *Tatiano Mag. offic.*

1 AD militiam ſcholarium admittendi hi, qui Imperiali judicio ac decreto digni cenſentur. Colligunt ex Ord. citati. *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 *Non ſolum ea ſe privari*, &c. Notatur ad hoc, quod poſtremus locum anterioris, quem per labores aſſiduos, & ſtrenuam in militia navatam operam meruit, occupare non valet, ut per Menoch. *remed. 13. recuper. num. 100.*

3 *Ad hæc quadrimenſtruos breves*, &c.) Duæ cohortes ex primariis militibus conſtitutæ Imperatorem proximè à tergo præſidij cauſa ſequebantur, quæ quidem non ſine Principis comprobatione eligi poterant, oportebatque ſigulorum nomina ſingulis quatuor menſibus in brevibus ſcribi, ut pleriſque diſcedentibus ſubſtitutorum gradus in latereculo recondi, & eorum nomina ſciri poſſent. Ita Guid. Pancirol. *in dicto theſauro, lib. 2. cap. 206. verſ. auctor eſt.*

4 *Ut ſemper notitia.*) Ideſt, brevis & catalogus ſcholarium, de quo agit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 1. cap. 77.*

5 In ead. gloſſ. ibi *Nam ſcholare recedente non debet alius ſibi locum illum vendicare ſine licentia Domini.* Vide Menoch. *d. remed. 13. recuper. à n. 97.* ubi ait quod hæc conſtitutio in antiqua illa ſchola militiæ loquitur, in qua gradus conſtituebatur, omniumque poſtremi tyrones, & maxima erant privilegia juxta uniuſcujuſque gradum & locum : Bolognin. *in repet. auth. habita, n. 378. C. ne filius pro patre*, Rebuff. *in privileg. ſcholar. privil. 101.* ubi ait ſe credere iſtud eſſe introductum ratione pacis, & concordiæ inter ſcholares ſervandæ, & ob ſcandalum vitandum.

## *De officio Comitis ſacrarum largitionum.*

### Tit. XXXII.

SEQUITUR adhuc alius magiſtratus illuſtris, Comes ſacratum largitionum, cujus cutæ committuntur ſacræ largitiones, id eſt theſauri Principis.

SUMMARIUM.

1 *Palatini per Notarios ſuper negligentia judicum conqueri poſſunt. Iidem & accuſant judices propriis potius, quàm publicis utilitatibus ſtudentes, num. 2.*
3 *De Comitibus ſacrarum largitionum agentes referuntur.*

L. Palatinis. unic.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Limenio Comiti.*

PAlatini per Notarios ſuper negligentia judicum conqueri poſſunt : iidem & accuſant judices propriis potius, quàm publicis utilitatibus ſtudentes. 1 2

De Comitibus ſacrarum largitionum agunt Caſſiodor. *lib. 9. de comitiva ſacrarum largitionum*, Connan. *commentar. juris civilis lib. 4. cap. 14. n. 6.* Calvin. *in Lexic. juridico, verbo, Comes ſacrarum largitionum*, ubi ait fuiſſe illos, qui theſauris ſacris, ideſt, Imperatoriis & Auguſtalibus pecuniis præerant, vel qui liberalitatis, & donorum curam gerebant, quorum nulla fuit inter privatos juriſdictio, ſed tantùm pecuniæ fiſci, quæ liberalitati Principis ſuppetereret, cura erat demandata. Et addit idem Calvin. *eod. verbo*, largitiones ſacras pro theſauris numerationum Principis accipiendas. 3

## *De officio Comitis rerum privatarum.*

### Tit. XXXIII.

VLTIMO inter illuſtres magiſtratus loco numeratur Comes rerum privatarum, & cujus curæ committitur res privata, & proprium patrimonium Principis.

L. Si quid. unic.

*Impp.* Valent. & Valens. AA. *ad Honoratum Conſularem Byzantij.*

COmes rerum privatarum de commodis fiſcalibus proſpiciebat, & in dubiis caſibus Imperatorem conſulens quid fieri oporteret, mandata accipiebat. 1

De hoc vide Caſſiodor. *lib. 6. in formulis*, Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Comes rerum privatarum*, ubi ait videri hunc fuiſſe, qui vacantia bona fiſci nomine occupabat.

## *De officio Comitis ſacri Palatij.*

### Tit. XXXIV.

NUNC titulum improbat Cujacius, cùm talis Comes nunquam fuerit, ejuſque loco legit titulum ſubſequentem, *De officio Comitis ſacri Patrimonij.*

SUMMARIUM.

1 *Palatini curam rationum Imperialium, & juris emphyteuticarij exactiones olim colligebant.*
2 *Comites Palatini, remiſſivè.*
3 *Perpetuarij qui ſint.*

L. Ad

## L. Ad Palatinorum. I.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Minervio Comiti rerum privatarum.*

1 PAlatini curam rationum Imperialium, & juris emphyteuticarij exactiones olim colligebant.

2 De Comitibus Palatinis vide Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 88. Calvin. *in Lexic. jurid. verbo Comes Palatinus.*

3 *Perpetuarij.*) Dicuntur, qui fundum à Principe, vel à Republica conductum certo canone in vitam suam habent, vel etiam hac lege, ut ad alios transferre possint, de quibus vide Alciat. *lib.* 1. *parerg. cap.* 37. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 14. *n.* 84. Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Perpetuarij dicuntur.* Valasc. *de jure emphyt. q.* 29. *ad fin. col. pen.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 2. *num.* 7. & *quæstionum forens. cons.* 31. *num.* 16.

---

SUMMARIUM.

1 *Jurisdictio una aliam non turbabit, & res ad cognitionem Comitis rerum privatarum pertinentes alij Magistratus sine periculo ad se minimè trahent.*

2 *Jurisdictiones non confundendæ, sed mutuo auxilio separatim conservandæ.*

## L. Si quis judicum. II. & ult.

*Iidem* AA. *Ursatio Comiti. R. P.*

1 JUrisdictio una aliam non turbabit, res ad cognitionem Comitis rerum privatarum pertinentes alij Magistratus sine periculo ad se minimè trahent.

2 De jurisdictionibus non confundendis, sed mutuo auxilio separatim conservandis vide posita *ad l. nemo, inf. de jurisd. omn. jud.*

## *De officio Comitis sacri Patrimonij.*

(Al. deest ista rubrica, cùm sequens constitutio faciat legem 2. tit. subsequentis, *De off. Procons. & Legat.*)

COmiti rerum privatarum similis est Comes sacri patrimonij, uterque enim privatæ substantiæ Principis curam habet.

---

SUMMARIUM.

1 *Vicariani sub Comite sacri patrimonij ex Cæsarum destinatione conveniebantur.*

2 *Comes sacri patrimonij quis sit.*

## L. Officium Hellesponti unic.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Simplicio Proconsuli Asiæ.*

1 VIcariani sub Comite sacri patrimonij ex Cæsarum destinatione conveniebantur.

2 Comitem sacri patrimonij accipere debemus eum, qui patrimonium sacrum Principis curat, cuique id creditum erat pro sublevandis patrimoniorum fortunis. Ita Calvin. *in suo Lexic. juridico, verbo Comes sacri patrimonij.*

## *De officio Proconsulis & Legati.*

### TIT. XXXV.

HActenus Magistratus. Sequuntur spectabiles: inter quos primus locus datur Proconsuli, cui more Majorum adjungitur Legatus.

---

SUMMARIUM.

1 *Legati causas ad se remissas audiunt.*

2 *Proconsulum insignia, remissivè.*

## L. Legati unic.

*Imp.* CONSTANT. A. *Æliano Proconsuli Africæ.*

LEgati causas ad se remissas, civiles, ac criminales audiunt atque tractant. Vide Pacium *lib.* 1. *enunt.* 48. De Proconsulum insignibus agit Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 10. *vers. eadem fermè: & cap.* 12. *ante med.* 1 2

## *De officio Comitis Orientis.*

### TIT. XXXVI.

SEquitur alius Magistratus spectabilis, Comes Orientis, qui est in XV. provinciis Orientis, id est, Palæstinis tribus, Syriis duabus, Ciliciis duabus, Phœniciis duabus, Cypro, Euphratensi, Osrœnæ Mesopotamiæ, Isauriæ & Arabiæ.

---

SUMMARIUM.

1 *Alytarchiæ ludi cura ad Comitem Orientis spectabat.*

2 *Sacerdotium ipsum est munus ad editionem ludorum pertinens in Syria.*

3 *Syriarchia, sacerdotij genus in Syria.*

## L. Titulos qui unic.

*Imp.* LEO. A. *Vseo P. P.*

ALytarchiæ ludi cura ad Comitem Orientis spectabat. 1

*Alytarchiæ*) Sacerdotium ipsum est munus ad editionem ludorum pertinens in Syria, Cott. *in memorabil. verbo Liminarcha*, Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Alytarchia*, Cujac. *lib.* 2. *observ.* 12. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 2. *cap.* 258. *in fine.* 2

*Syriarchiæ.*) Sacerdotij genus in Syria Vide Alciat. *lib.* 2. *prætermissor. verb. Syriarchia*, Thesaur. linguæ Latinæ, & Calvin *in suo Lexic. jurid. eod. verbo.* 3

De

## *De officio Præfecti Auguſtalis.*

### TIT. XXXVII.

SUCCEDIT alius Magiſtratus ſpectabilis Præfectus Auguſtalis, qui & Præfectus Ægypti nominatur, quoniam Ægypto redactæ in provinciæ formam ab Auguſto præpoſitus eſt.

SUMMARIUM.

1 *Tributa Præfectus per Ægyptiacam diœceſim colligebat, & contumaces militari auxilio ad ſolutionem cogebat.*
2 *Nobiles tenentur contribuere cum aliis in collectis, ratione eorum bonorum, pro quibus ſervitia non præſtant Regi.*

### L. Omnia tributa. I.

*Imppp.* VALENT. THEOD. ARCAD. AAA. *Florentio P. A.*

1 TRibuta hic Præfectus per Ægyptiacam diœceſim colligebat, & contumaces ac moroſos in ſolvendo militari auxilio ad ſolutionem cogebat.

2 Notatur ad hoc, quod nobiles tenentur contribuere cum aliis in collectis, ratione eorum bonorum pro quibus ſervitia non præſtant Regi, ut per Tiraq. *de nobilit. cap. 2. num. 166.*

### L. Præfectus Prætorio. II. & ult.

*Imppp.* THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. *Rufino. P. P.*

PRætorio Præfectus ordinariorum judicum ſibi ſubjectorum flagitia examinandi, & referendi; non puniendi, amovendique poteſtate fruebatur.

## *De officio Vicarij.*

### TIT. XXXVIII.

VICARIUM intellige Præfecti prætorio. De Vicariis magiſtratuum & militum, de quibus agit hic titulus, meminit Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloſſ. 1. §. 3. num. 4.* & Calvin, *in Lexic. jurid. verbo Vicarius, ſub tit. eod.*

SUMMARIUM.

1 *Vicarij in cauſis civilibus in Comitibus militum anteferuntur, & in judicando ſi convenit vicarius cum Comite militum, votum vicarius præ Comite habet.*
2 *Præfectura, ut dignius officium, vicem gerenti, vel vicario præfertur.*
3 *Dignius ad ſe dignum trahit, & n. 6.*
4 *Comites militum, de quibus in hac lege, remiſſivè.*
5 *Major ordine, ſenior atque dignior præferri debet in judiciis, votis, ſeſſionibus.*

### L. In civilibus.

*Imppp.* VALENT. VALENS, & GRATIAN. AAA. *Antonio. P.P.*

IN cauſis civilibus Vicarij Comitibus militum anteferuntur, & in judicando ſi convenit vicarius cum Comite militum, votum vicarius præ Comite habet. 1 2
Præfectura, ut dignius officium, vicem gerenti, vel vicario præfertur. Item dignius ad ſe trahit dignum. 3

De Comitibus militum, de quibus in hac lege, meminit Calvin. *in Lexic. jurid. verbo, Comes militum*, ubi ait quod duo in partibus Orientis erant, per Ægyptum unus, per Iſauriam alter. 4

*Priori loco*, &c.) Notatur ad hoc, quod in judiciis, votis, ſeſſionibuſque major ordine, item ſenior, atque dignior præferri debet, ut per Burſat. *conſ. 343. lib. 4.* Fab. de Anna *conſ. 40. n. 24. cum ſeqq.* & de magis digno quod trahat ad ſe minùs dignum, de quo citavi plures Doctores *Axiom. 42.* 5 6

### L. Relationes. II. & ult.

*Iidem* AAA. *ad Heſperium. P. P.*

RElationes vicariorum, & judicum propter auctoritatem referentium audiat Imperator.

## *De officio Prætoris.*

EXPOSITIS Magiſtratibus illuſtribus, necnon etiam ſpectabilibus, qui medium locum tenent inter Illuſtres & Clariſſimos, nunc ſequuntur Clariſſimi, quales ſunt in urbe Prætores, & in provinciis Rectores, ſeu Præſides. 1

De materia tituli vide Juſt. Lipſium *de militia Romana, lib. 5. dial. 2.* Peregrin. Jannin. *in tract. de citat. reali, lib. 1. cap. 1. num. 954.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 12. per. tot.* Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Prætor.* Petr. Gregor. *ſyntag. juris lib. 47. cap. 30.* 1

SUMMARIUM.

1 *Prætoris officium conſiſtebat in exercendo reſtitutiones in integrum, tutorum conſtitutione, emancipatione, & manumiſſione, & n. 2.*
3 *Libertatis cognitio ad Prætores Romæ; ad Præſides & Præfectos in provinciis ſpectat.*

### L. Prætori. I.

*Imp.* CONSTANTIUS A. *ad Senatum.*

PRætoris officium conſiſtebat in exercendo reſtitutiones in integrum, tutorum conſtitutione, emancipatione, & manumiſſione. 1

Hanc eandem concluſ. ex hac lege deſumunt Thom. Mich. *in theſi de juriſd. theſi 119. & ſeq.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 12. verſ. Conſtantinus autem.* 2

*Sedula ſervitus libertatem.*) Notatur ad hoc, quod libertatis cognitio ad Prætores Romæ, ad Præſides verò & Præfectos in provinciis ſpectat, ut per Forner. *lib. 2. ſelect. cap. 23.* Cujac. *lib. 9. obſerva. 37. in fine*, 3

Morla *in empor. juris, tom.* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.* 147. 7. ubi *n.* 148. intelligit text. *in l. C. de ordine judic.* qui in contrarium adduci solet.

SUMMARIUM.

1 *Prætores tres ad competentem cognitionem in Urbe ordinati fuerunt.*
2 *Prætores urbani larem & domicilium habentes in Urbe, præferebantur in electionibus, officiorumque impetratione provincialibus.*
3 *Provinciales ad Prætura officia non perveniebant, si aderant in Urbe habentes domicilia.*
4 *Prætores officia inviti sumptu proprio non tenebant, nec administrabant.*
5 *Prætor urbanus, & provincialis, remissivè.*
6 *Originarij in magistratus eligendi.*

## L. Tres tantummodò. II. & ult.

*Impp.* VALENT. *&* MARTIAN. AA. *Tatiano P. P.*

1 TRes Prætores ad competentem cognitionem in
2 Urbe ordinati fuerunt. Prætores urbani Larem & domicilium habentes in Urbe, præferebantur in electionibus, officiorumque impetratione provincialibus. 3 Provinciales ad Prætura officia non perveniebant, 4 si aderant in urbe habentes domicilia. Prætores officia inviti sumptu proprio non tenebant, nec administrabant.

5 De Prætore urbano & provinciali agit Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 47. *cap.* 30. *n.* 6. *cum seqq.* Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Prætor provincialis & Prætor urbanus.*

6 *Qui proprium Larem*, &c.) Notatur ad hoc, quod originarij in Magistratus eligendi, ut Per Franc. Patric. *in lib. de instit. repub. lib.* 3. *tit.* 2. ubi dicit quod longè melius cives administrabunt, quam peregrini, Chassa. *in catal. gloriæ mundi p.* 11. *consid.* 22. Petr. Greg. *syntag. juris lib.* 47. *cap.* 10. *n.* 13. Greg. Lop. *l.* 9. *glos.* 10. *tit.* 1. *part.* 2. Cæpol. *in tract. de Imper. milit. elig. cap.* 2. *n.* 5. Aviles *ad cap.* 4. *Prætor. n.* 6. *& seq.* Burg. de Paz *in l.* 5. *Tauri, n.* 83. Azeved. *ad Curiam Pissin. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 8. Capiblanc. *de Baron. pragm.* 5. *n.* 93. *& pragm.* 10. *n.* 74. Imbrian. *de judic. Regni, p. posteriori, n.* 2. *& seqq.* latè Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 8. *cum seqq.*

## *De officio Rectoris provinciæ.*

## TIT. XL.

SEQUUNTUR Rectores provinciarum, nam hi quoque sunt Clarissimi, ut Correctores, Præsides, & Consulares.

SUMMARIUM.

1 *Præses de falso causam cognoscens potest incidentem proprietatis quæstionem decidere.*
2 *Judex an, & quando possit cognoscere ratione incidentiæ, & connexitatis, remissivè.*

## L. Potest. I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Juliano.*

1 PRæses de falso causam cognoscens potest incidentem prorpietatis quæstionem decidere.
2 Ratione incidentiæ & connexitatis an & quando judex de proprietate possit cognoscere, vide Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 30. *per tot.* & citatos *in collect. ad cap. causam quæ* 7. *n.* 2. *cum seqq. qui filij sint leg.*

SUMMARIUM.

1 *Præsides provinciarum oppressos contra vim potentiorum tuebuntur; aut si vindicare non possunt, Imperatoris, aut Præfectorum prætorio auxilium implorabunt.*
2 *Accusatores vel accusati quando perhorrescunt ad versariorum potentiam, recurrunt ad Gubernatorem, seu Præfectum prætorio provinciæ.*

## L. Præsides. II.

*Imp.* CONSTANT. *ad A. Maximianum Præsid. prov.*

PRæsides provinciarum oppressos, contra vim potentiorum tuebuntur, aut si vindicare non possunt, Imperatoris, aut Præfectorum prætorio auxilium & brachium implorabunt. Vide Peguer. *in pract. civili, rub.* 4. *n.* 19. Thom. Valasc. *alleg. juris tom.* 1. *alleg.* 65. *n.* 51. ubi ait quod quando accusatores, vel accusati perhorrescunt adversariorum potentiam, recurrunt ad Gubernatorem, seu Præfectum prætorio provinciæ. 1 2

SUMMARIUM.

1 *Judices vigilantes ac justi laudibus publicis licitè honorantur: malefici autem & negligentes accusationis notam non evitant.*
2 *Laudem à clientibus datam Præsidibus Præfecti prætorio Imperatoribus referent.*
3 *Judices recti in officio se bene gerentes collaudandi sunt; injusti verò culpandi, n.* 4.

## L. Præsides. III.

*Idem* A. *ad provinciales.*

JUdices vigilantes ac justi laudibus publicis licitè honorantur, malefici autem, & negligentes accusationis notam non evitant. Laudem Præsidum veram à clientibus datam Præsidibus, Præfecti prætorio Imperatoribus referunt. 1

*Collaudandi damus omnibus potestatem*) Notatur ad hoc, quod judices recti in officio se bene gerentes collaudandi sunt, ut per Parid. de Puteo *de syndicatu, verbo Evidentialia cap.* 1. *n.* 5. *fol.* 106. Azeved. *l.* 7. *n.* 1. *tit.* 7. *lib.* 3. *novæ Recopil.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 52. 2 3

*Et è contrario injustos* &c.) Notabile m dicit Bald. *in auth. habita, ne filius pro patre*, Rip. *in l. fin. n.* 27. *inf. de revoc. don.* Addit. ad Capell. *dec.* 127. Bobadill. *d. lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 29. 4

SUMMARIUM.

1 *Officiales Præfectorum cursum publicum turbantes, Præses culpa horum Præfecto significata vindicat.*
2 *Judex minor majorem punire potest, si delinquat in ejus territorio.*

## L. In officiales IV.

*Idem* A. *P. ad periclem Præsidem.*

OFficiales Præfectorum cursum publicum turbantes, & contra publicam utilitatem quid molientes 1

1 tientes, Præses culpam horum Præfecto significatam vindicat.

2 Notatur ad hoc, quod minor judex majorem punire potest si delinquat in ejus territorio, de quo vide Guid. Pap. *q.* 32. *n.* 8. Boër. *decis.* 9. *n.* 4.

SUMMARIUM.

1 *Reverentia competens judicibus superioribus, ab inferioribus deferatur.*
2 *Judex inferior veritatem investigando injuriam majori non infert.*
3 *Insignia, & dignitatis officium nullus cum oppressione innocentium exercebit.*
4 *Digniores altiori loco sedeant.*
5 *Minori interdum revelatur quod major nescit.*
6 *Insipientium quoque consilium petendum.*

L. Potioris. V.

*Impp.* Valent. & Valens AA. *ad Apronianum P. V.*

1 Reverentia competens judicibus superioribus ab
2 inferioribus deferatur. Judex inferior veritatem
3 investigando injuriam majori non infert. Insignia, & dignitatis officium nullus cum oppressione innocentium exercebit.

4 Notatur ad hoc, quod digniores debent sedere altiori loco, ut per Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 53.

5 *Et si minor judex*, &c.) Notatur ad hoc, quod interdum revelatur minori, quod major nescit, ut per Chass. *in catal. gloriæ mundi, p.* 1. *consid.* 7. Tiraq. *l.* 11. *connub. gloss.* 1. *p.* 11. *n.* 5. ubi ait insipientium quoque consilium petendum, & Bartolum sæpè cum mercatoribus consilia sua communicasse, & nonnumquam ab improbatissimo viro probatissimam sententiam emanasse.

SUMMARIUM.

1 *Ob navigationem hybernam periculosam judices Rhodiorum, & quinque urbium, per quinos menses hyemabunt, & n.* 3.
2 *Imperatores olim omnes in suis litteris se nominabant, nec eodem ordine.*

L. Civitas. VI.

*Imppp.* Valent. Gratian. & Theod. AAA. *Cynegio P. P.*

1 Ob navigationem hybernam periculosam, judices Rhodiorum, & quinque urbium per quinos menses hyemabunt.

2 In superscript. text. ibi, *Imperatores Valentianus, Gratianus, Theodosius.* Nota, olim cùm erant duo vel tres Imperatores, omnes in suis litteris, sanctionibus & rescriptis se nominabant, sed non eodem ordine, ne si semper unus primus fuisset nominatus, veluti aliis superior esse videretur & major, ita Tiraq. *de jure primog. q.* 19. *n.* 3.

3 *Hyemis navigatio sæpe periculosa est.*) De hoc vide Strach. *de mercatura, tit. de nautis. p.* 3. *n.* 1. & 10. *tit. de naufrag. n.* 4.

L. Qui ordinariam. VII.

*Imppp.* Valent. Theod. & Arcad. AAA. *eidem P. P.*

Ordinariam gerens dignitatem sine dispendio pudoris, ac fortunæ nil profligat ex venturæ dignitatis titulis.



SUMMARIUM.

1 *Judices in provincia Præfectianis Palatinis, vel militibus ad instantiam litigatorum executionem non deferent, nec damnabunt.*
2 *Contra Consulta divalia peccans, cum officio detrimentum famæ, & patrimonii damna sentiet.*
3 *Præfectianus, id est, qui Præfecti prætorio apparitor erat.*
4 *Consulta cœlestia, id est, jura Principis.*

L. Ne quis. VIII.

*Iidem* AAA. *eidem P. P.*

Judices in provincia Præfectianis Palatinis, vel mi- 1
litibus ad instantiam litigatorum executionem non deferent, nec damnabunt. Contra consulta divalia 2
peccans cum officio detrimentum famæ, patrimonii damna sentiet.

*Præfectianum.*) Id est, illum, qui Præfecti prætorio 3
apparitor erat, ut per Calvin. *in suo Lexic. juridic. verbo Præfectiani.*

*Consulta cœlestia.*) Id est, jura Principis: ita Guid. 4
Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 77.

SUMMARIUM.

1 *Moderator provinciæ urbem Augustam sine speciali jussu non adibit. Adiens urbem contra decreta, congrua condemnatione plectetur, n.* 2.
3 *Urbis augustissima, de Roma.*

L. Nullis provinciæ. IX.

*Iidem* AAA. *Polemio P. P. Illyrici.*

Moderator provinciæ Urbem Augustam sine spe- 1
ciali jussu non adibit. Adiens urbem contra de- 2
creta, congrua condemnatione plectetur.

*Augustissimam Urbem.*) Id est Romam, secundùm 3
Guid. Pancir. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *c.* 8. *de epithetis.*

SUMMARIUM.

1 *Palatini cum provincialibus nullum habebunt commercium, sed judices Palatinorum pareant, & obsecundent.*
2 *Palatini, remissivè.*

L. Nullum Palatinis. X.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Limenio Comiti sacr. larg.*

Palatini cum provincialibus nullum habebunt 1
commercium, sed judices Palatinorum pareant, & obsecundent.

De Palatinis vide posita *in collect. ad l.* 1. *de officio* 2
*Comitis sacri Palatii.*

L. Moderatores. XI.

*Imppp.* Arcad. Honor. & Theod. AAA. *Theodoro P. P.*

Provinciarum moderatoribus incumbit cura, ne Potentium Procuratores perperam, & injustè quid committant.

L. Omnes per provincias. XII.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA.
*Monachio P. P.*

1 APparitores olim nudi incedebant, ut facilior eſſet executio rerum judicatarum, & inſolentes judicum ſeveritate coërcerentur.

*Verberibus ſubjacere præcipimus.* Refert Bobadil. *in ſua politica, lib.1.cap.16.n.46.*

---

SUMMARIUM.

1 *Obligatus ad cohortalia obſequia, regimen provinciæ, aut cingulum militiæ non affectabit, nec liberalitate Cæſaris per inanem inſtantiam fruetur.*
2 *Militia non eſt dignitas.*

L. Si quis cohortalibus. XIII.

*Imp.* LEO A. *Conſtantino P. P.*

1 OBligatus ad cohortalia obſequia, regimen provinciæ, aut cingulum militiæ non affectabit, nec liberalitate Cæſaris per inanem inſtantiam fruetur.

2 *Militiæ, dignitatiſve.* Ergo militia non eſt dignitas, de quo vide Tiraq. *de nobilit.cap.8.n.8.*

---

SUMMARIUM.

1 *Palatia, & prætoria inhabitabunt Rectores provinciarum, relictis privatorum domibus.*
2 *Palatia urbium habitationi Prætorum inſerviant, hiſce autem reparandis curam adhibeant Prætores.*
3 *Palatii nomen habitatio Imperatoris obtinet, quocumque ille diverterit.*
4 *Prætorium eſt domus, ubi jus dicitur, quæ ipſi Præſidi datur.*

L. Nulli judicum. XIV.

*Idem* A. *eidem P. P.*

1 PAlatia, & prætoria inhabitabunt Rectores provinciarum; relictis privatorum domibus, quæ nunc ſit ratio & conditio palatiorum quoad nuptias, & convivia privatorum. Palatia urbium habitationi Prætorum inſerviant, hiſce autem reparandis curam adhibeant Prætores.

2

3 De hoc vide Parid. de Puteo *de ſyndic. verbo Expenſæ, cap.1.n.5.* Aviles *ad cap. 18. Prætor. in gloſs. vel conſejo, n.5.* Azeved. *l.8.n.4.tit.6.lib.3.Recop.* Bobadil. *in polit. lib.3. cap. 1. n. 26.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 3. cap.21. n. 9.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 191.* ubi etiam ait, quod quocumque Imperator divertat, ejus habitatio palatii nomen obtinet;

4 Prætorium verò eſt domus, ubi jus dicebatur, quæ ipſi Præſidi dabatur.

L. Nulli patriæ XV. & ult.

*Idem* A.

1 ADvertit Guid. Pancirol. *in theſauro var lect. lib. 2. cap. 192.* hanc legem ponendam eſſe pro prima tituli ſequentis ſub nomine M. Antonini, & proprium titulum ſeparat cum inſcriptione, *Ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio ſine permiſſu ſpeciali Principis permittatur.*

Adminiſtratio patriæ nulli ſine Principis permiſſu 2
concedenda.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
*l. Hiſpan. 11. tit. 18. part. 1.* Perez *gloſs. 1. per text. ibi in l. 8. tit. 16. lib. 2. Ordin.* Marſil. *ſingul. 553.* Avil. *ad cap. 4. Prætor. gloſſ. 1.* Azeved. *l.8.n.4.tit.6.lib. 3. novæ Recop.* Brun. *conſ.52.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.4.7. cap.10.n.3.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelaſiam deciſ.5. n. 289.* Segur. *in direct. judicum, p.1.cap.9.n.4.& 5.* ubi rationem reddit, quia originariis judicibus numquam deeſſe noſcuntur amici, atque conjuncti, in quibus affectio præſumitur. Simanch. *de Republ. lib.8.cap. 6.* Anton. Sola *ſuper conſuetud. Sabaudiæ, tit. de caſtell. §. præterea, n. 1. cum ſeq.* Bobadil. *in ſua politica, lib.1.cap.12.n. 23. & 52.* Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.2.cap.7.ex n.1.*

## *De officio Præfecti vigilum.*

## TIT. XLI.

PRÆFECTUS vigilum, & Præfectus annonæ ſunt ordinarii Magiſtratus, ſed extra ordinem jus dicunt.

---

SUMMARIUM.

1 *Præfecti vigilum in capitalibus cauſis pro ſua auctoritate nihil ſtatuent.*
2 *Præfectorum vigiliis cura quæ.*

L. Præfecti vigilum. Unic.

*Impp.* THEOD. & ARCAD. AA.
*Nephridio P. vig.*

1 PRæfecti vigilum in capitalibus cauſis pro ſua auctoritate nil ſtatuent. Ita *in hac leg.*

2 Præfectorum vigiliis fuit cura hæc aliquandò, & anteà Triumvirorum nocturnorum, qui excubias agebant, arcendorum incendiorum causâ in urbe Romana: interveniebant & Ædiles, & Tribuni plebis: erant & familiæ incendiis ſopiendis deſtinatæ. Ita Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 36. cap. 19. n. 13.* Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Præfectus vigilum.*

## *De officio civilium Judicum.*

## TIT. XLII.

JUDICES civiles ſunt qui juriſdictionem & imperium habent in paganos, vel in milites, ſi contra paganos agant, ſecundùm regulam, qua actor jubetur ſequi forum rei.

---

SUMMARIUM.

1 *Honorati judicibus civilibus aſſidentes eo tempore quo propriè in judicio cauſæ ventilantur, ſuis cauſis honeſtè intereſſe non poſſunt.*
2 *Advocati dum cauſæ merita, vel facta panduntur, non habent facultatem ſedendi cum judice.*
3 *Honorati qui ſint.*

L. Hono

### L. Honorati. I.

*Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Curtio P. P.*

1 HOnorati judicibus civilibus assidentes, eo tempore, quo propriæ in judicio causæ ventilantur, suis causis honestè interesse non possunt.

2 Celebris est iste text. ad probandum, quod doctores Advocati, dum causæ merita, vel facta panduntur, non habent sedendi cum Judice facultatem, ut per Boër. *decis.* 222. *n.* 14. *vers. ad hoc est bonus text.* Greg. Lop. *per text. ibi in l.* 7. *glos.* 1. *tit.* 6. *part.* 3. ubi asserit quod ex usu sedentes orant, quod tantùm est in usu, ut reverenter tollant pileum in principio orationis, Anton. Gom. *l. ult. Tauri, n.* 17. *vers. octavum privilegium.* Tiraquel. *de nobilit. c.* 37. *n.* 36. Bobadil. *in sua politic. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 56.

3 *Honorati.*) Id est Advocati, secundùm Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *c.* 1. *n.* 56. Sed Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *c.* 32. honoratos vocat Judices qui intermisso patrocinandi munere ob gestum Magistratum ad pristinum officium volunt reverti.

SUMMARIUM.

1 *Excusaturus se à publicis functionibus adeat judicem: hunc, si morosum reperit, mulctæ* 30. *librarum auri implicet.*

2 *Judex præsumitur rectè officium suum exequi.*

### L. Si quis pro publicis. II. & ult.

*Idem*, HONOR. & THEOD. AA. *Anthemio P. P.*

1 EXcusaturus à publicis functionibus adeat Judicem: hunc si morosum reperit, mulctæ triginta librarum auri implicet.

2 Allegari solet hic text. ad hoc, quod judex præsumitur rectè officium suum exequi, & omnia ritè & rectè interveniss præsumuntur, ut per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 58. *n.* 2. Gam. *Lusit. decis.* 37. *n.* 1. Avil. *à cap.* 1. *Prætor. verbo fiel, n.* 29. *& in cap.* 4. *syndicatus, num.* 2. *in fine*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *& cons.* 100. *n. cum* 1. *seq.* Marant. *de ordine judic.* 2. *p.* 6. *princip. tit.* 9. *n.* 21. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 120. *n.* 11. Mascard. *de probat. concl.* 1003. *n.* 21. *& concl.* 1132. *n.* 1. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 6. *lit. P, concl.* 621. *per tot.* Flam. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 9. *quæst.* 22. *n.* 9. *& lib.* 13. *q.* 5. *n.* 24. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *c.* 1. *n.* 199. Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 7. *num. ult.* Octav. Glorit. *resp.* 9. *n.* 13. & alios quos refero *de Axiom. juris usufreq. axiom.* 131. *n.* 4.

## *De officio militarium Judicum.*

## TIT. XLIII.

JUdices militares, sunt judices, vel inter milites, vel inter actorem paganum, & reum militem.

SUMMARIUM.

1 *In negotiis privatorum cessabit tuitio, & executio militaris.*

2 *Judex militaris quis Calvino.*

### L. Nunquam. I.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *mag. & comit. utriusque milit.*

IN negotiis privatorum tuitio & executio militaris cessabit. 1

Advertit Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo militaris judex*, quod ille est, qui de curialibus vel privatis personis habet cognoscendi judicandique potestatem. 2

SUMMARIUM.

1 *Curiales & privati in judicio militari litigare inviti non tenentur.*

2 *Pœna adeuntis incompetentem judicem, quæ, remissivè.*

### L. Præcipimus. II.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Monachio P. P.*

CUriales & privati in judicio militari litigare inviti non tenentur, & eos invitos in forum militare, & incomperens trahens, impunis non est. 1

De pœna adeuntis & requirentis incompetentem judicem, vide posita *in collect. ad cap. si diligenti de foro compet.* 2

SUMMARIUM.

1 *Miles completa militia scholæ agentium subreptitiè, & obreptitiè non associetur.*

2 *Privilegia militum circa illorum judicem, remissivè.*

### L. Nemo de his. III.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Anatolio mag. mil.*

MIles completa militia scholæ agentium subreptitiè, & obreptitiè non associetur. 1

De privilegiis militum circa illorum judicia vide Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 19. *cap.* 17. *per tot.* 2

### L. Duces militum. IV. & ult.

*Iidem* AA. *Nemo Mag. officiorum.*

DUces militum limites, ac fines tutos conservabunt, iidemque reficiendorum castrorum curam habebunt. Vide posita in collectan. *ad officium* 12. *ff. de re milit.* 2

## *Ne Comitibus rei militaris, vel Tribunis lavacra præstentur.*

## TIT. XLIV.

NE *Comitibus*, &c.) Id est, ne à provincialibus, à quibus hospitio excipiantur, exigant etiam privata balnea.

SUMMARIUM.

1 *Balnea olim publica, & privata, remissivè.*
2 *Balnea, eorumque usus illiciti, remissivè.*

1 DE balneis olim & publicis & privatis agit Petr. Greg. *syntagm. juris p.2.lib.18. cap. ult. a. n. 6.* & Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. 1. cap. 52. de balneis.* Et de balneis, balneorumque usibus illicitis, vide
2 Petr. Greg. *p.3.lib.37.cap.13.n.3.& 4.*

L. Omnem. Unic.

*Imppp.* ARCAD. HONOR. & THEOD. AAA. *Anthemio P. P.*

1 LAvacri, & in condendorum balneorum onere Tribuni, Duces, Comitésque militiæ, civitates non gravent. Vide posita *in collect. ad l. congruit, ff. de offic. Præsid.*

## *De officio diversorum Judicum.*

## TIT. XLV.

EXPOSITIS duabus Judicum diversionibus, subjiciuntur tituli communes omnibus Judicibus, tam civilibus, quàm militaribus.

SUMMARIUM.

1 *Mulier honesta, dum domus quam inhabitat, pro debitis obligata hæret, ex domicilio non trahenda in publicum.*
2 *Mulier si honestæ conditionis, sit pro debito, præsertim pecuniario, carcerari minimè potest. Amplia etiamsi mulier renuntiaverit privilegio, ne in carcerem detrudatur pro civili debito, n. 3.*
4 *Mulier carcerari nequit, non solum pro debito pecuniario alicujus privatæ personæ, sed etiam pro debito publico.*
5 *Mulier tam pro causa civili, quàm criminali carcerari nequit.*
6 *Mater, seu avia pro debito ex administratione tutelæ carcerari non potest: quamvis contrarium teneatur, n. 7. Secus in muliere meretrice, vel inhonestè, luxuriosè vivente, n. 8.*
9 *Judex qui mulierem honestam contra juris dispositionem carcerari jubet, capitaliter puniendus est; secus de jure Authenticorum, n. 10.*

L. Nemo judex aliquem. I.

*Imp.* CONSTANTIUS A. *ad Domitium Celsum Vicarium.*

1 OB debita mulier honesta dum domus, quam inhabitat, pro debitis obligata hæret, ex domicilio non trahenda in Publicum.

2 Vulgò allegari solet hic text. juncta Auth. sequenti, ad hoc, quod mulier si honestæ conditionis sit, pro debito, præsertim pecuniario, carcerari minimè potest, ut per Ordinat. Reg. Lusitan. *lib.4.tit.76.§.5.* ubi latè Parens meus, *& l.Hispan.3.tit.7.part.3.* ubi Greg. Lop. *gloss. 1. & 2. & l. 10. tit. 3. lib. 5. novæ Recop.* ubi Azeved. & Matienz. Duen. *reg. 312. vers. fœmina pro delicto*, Tiraquell. *l. 11. connub. gloss.1.part.10.num.30.* Covar. *var.lib.2.cap.1.n.3. vers. fœminæ tamen publicam vitam agentes*, Marlil. *in tract.de bannitis, in verbo Carcerati, n.4.& sing.243.* Boër. *decis. 249. n. 11.* Clar. *in §. fin.q. 28. vers. quæro igitur, n.3.* Bacz. *in tract. de inope dedit. cap.16.ex n.3.cum seqq.* Mench. *illustr.lib.3. c. 97. num.2.* Menoch *de arbitrar.lib.1.p.88.n.10.& casu 328. in fine.* Soar. de Paz *in pract.par.4. tom. 1. cap. 2. n.34.* Viv. *tom. 2. commun. opinion.lib.9.tit. 3. n. 19.* Iaffred. Bald. *decis. 395.* Gutier. *practic. lib.2. quæst. 25.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sine curatore, n. 108. C. de in integ. restit.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 27. n. 42. cum seqq.* Padil. *in sum.legum pœnal. part. 2. casu 26.num. 5.* Aloys. Ric. *in collect.decis. p. 2. collect. 332. vers. secundò*, Bobadil. *in sua politica, lib. 3. cap. 15. n. 30.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Carcer, n.6.* Bernard. Græ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 26. n. 7.* Stheph. Grat. *disceptat. forens. cap. 320. n. 16.* Benedict. Ægid. *in tract.de jure & privileg.honest.art.3.de carceris exemp.honest.causa,fol.15.*

Amplia primò procedere, etiam si mulier renuntiaverit privilegio, ne in carcerem detrudatur pro civili 3
debito, ut per Baëz *d.cap.15.& seq.* Menoch. *de arbit. lib.1.quæst.88.n.1.* D. Barbos. *in l.alia, §. eleganter, n. 24. ff. soluto matrim.* Benedict. Ægid. *d.art.3.n.7.*

Amplia secundò, ut non solùm pro debito pecu- 4
niario alicujus privatæ personæ, sed etiam pro debito publico, & fiscali mulier carcerari non possit, de quo dicam *infrà in collectan. ad auth. seq.*

Amplia tertiò, ut non solùm pro causa civili, sed 5
nec etiam pro causa criminali (si crimen quod prætenditur, leve sit, & non atrox) possit mulier carcerari, sed præstito fidejussore de judicio sisti, si fidejussorem habeat, sin minus cum juratoria cautione extra carceres auditur, *§. necessarium, vers. si verò crimen, in auth. ut nulli judic.* Grammat. *decis.33.n. 9.* Menoch. *d. q. 88. n.9.* Farinac. *d.quæst.27.n.45.*

Amplia quartò, ut nec mater, seu avia pro debito 6
ex administratione tutelæ incarcerari possit. Ita Cov. *lib.2.variar.cap.1.n.3.* Duen. *reg. 312.limit.1. vers. dico tamen*, Ludov. Gom. *in cap. 2. n. 22. de judic. in 6.* Menchac. *de succes.creat.lib.3.§.22. limit.18. n. 82. & illustr. lib.3.cap.97. n. 1.* Plaz. *de delictis lib. 1. cap. 34. n. 12.* Baëz. *de inope debitor.cap. 15. n. 13. & de decima tutor. cap.4 n.46.n.78.* Menoch. *dict. q. 88. n. 12.* Matienz. *l.10.gloss. .n.3.* ubi Azeved. etiam *n.3.tit. 3. lib. 5. novæ Recopilat.* Farinac. *dict. quæst. 27. n. 62. & 63.* Cald. Pereira *in d. l. curatorem, verbo sine curatore, n. 108. vers. cæterum*, Gutier. *de tutel. p.1.cap.8.n.33.34.& 36.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. conclus. 90. consid. 1. n. 2.* D. Barbos. *in d.l.alia, §. eleganter, n.24. vers. quod etiam.* Benedict. Ægid. *d.art.3.n.5.*

Quamvis contrarium teneant. Gregor. Lop. *l. 3.* 7
*verbo Personalmente, tit. 7. part.3.* Anton. Gom. *l.92. Tauri, n. 2.* ubi Palat. *n.3.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de litteris obligat. art. 2. glos. 3. n. 32.* Padil. *in sum. legum pœnal. p.1. casu 16. n.5.* Cardos. *in praxi judicum, verbo carcer, n.6.*

Limita primò non procedere in muliere meretrice, 8
vel inhonestè, ac luxuriosè vivente, quæ & in judicium ad personaliter comparendum vocari, ac etiam pro quacunque causa, tam criminali, quàm etiam civili carcerari poterit, ut per Socin. *reg. 259. in 2. limit.* Duen. *d. regul.312. in limit.* Plaz. *d. lib. 1. cap. 34. sub vers. rursus obiter menti occurrit*, Clar. *dict. q. 18. vers. quæro igitur*, Menoch. *d.q.88.n.13.* Azeved. *l.2.à n.114. cum seqq.tit.13. lib. 8. novæ Recopilat.* Farinac. *d. q. 27. n. 55.* Benedict. Ægid. *d.art.3.n.2.fin.* Nisi sit meretrix maritata, quam propterea minimè carcerari posse, tradiderunt Plaz. *d. cap.34.n.13. prope fin.* Benedict. Ægid. *d.art.3.n.2. in fine* Farinac. *d.q.27. n. 56.* ubi *n. 58.* hoc intelligit procedere quando maritus est ignorans, & non participans meretricii, ac inhonestæ vitæ, quam tenet uxor.

*Capitali*

9 *Capitali pœna plectetur.*) Notatur ad hoc, quod judex, qui mulierem honestam contra juris dispositionem carcerari jubet, capitaliter punitur, ut per Plaz. *d. c. 14. n. 12. vers. principaliter deducitur*, Clar. *in pract. §. fin. q. 68. vers. extrahens*, Grammat. *dec. 32. num. 9.* Duen. *reg. 312. ampl. 3.* Farin. *d. q. 27. n. 46.* ubi *n. 47.* subdit, quod hodie de jure Authenticorum non potest imponi talis capitalis pœna, sed judices, qui mulieres carcerare præsumpserint, si majores erunt, viginti librarum; si verò minores, decem librarum auri pœnæ subjacebunt.

SUMMARIUM.

1 *Mulier non est incarceranda pro fiscalibus & privatis debitis, sed ad legitimam defensionem viva voce, aut per procuratorem interponendam admittetur. Nec incarcerari potest pro debito publico, & fiscali, n. 2.*

## Auth. Sed hodie.

1 PRo fiscalibus, & privatis debitis incarceranda non est mulier sed ad legitimam defensionem viva voce, aut per procuratorem interponendam admittitur.

2 Hinc vulgò colligunt Doctores, ut etiam pro debito publico, & fiscali mulier carcarari non possit, ut per Nicol. Boër. *in repet. l. consentaneam, 139. C. quomodo & quando jud.* Grammat. *dec. 33. n. 9.* Duen. *regul. 312. ampl. 2.* Plaz. *in epit. delict. cap. 34. n. 11. propè fin.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 88. n. 10.* Anton. Gom. *l. 62. Tauri, in princ.* Marant. *de ordine judic. part. 6. tit. 8. n. 3.* Flores de Mena. *var. lib. 2. q. 21. n. 152.* Farinac. *dict. q. 27. n. 44.* Benedict. Ægid. *in tract. de jure & privilegio honest. art. 3. n. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Honor viris celsioribus deferendus est.*
2 *Viri celsiores qui sint.*
3 *Sentores, fratres appellare non licet.*

L. Singuli quinque. II.

*Imppp.* Valent. Theod. & Arcad. AAA. *ad Principium. P. V.*

1 HOnor viris celsioribus est deferendus.

2 *Celsioribus viris,* &c.) Id est, legum Doctoribus, ut ex Accursio intelligit Calvin. *in suo Lexic. jur. verbo Celsiores,* ubi subdit quod eorum judicio judices provehuntur, sic meritò Patres appellantur, cum à judicibus fratres vocari vetentur.

3 *Fratres audeant nominare.*) Notatur ad hoc, quod seniores fratres appellare non licet, ut per Tiraq. *de jure primog. in præfat. n. 83.*

SUMMARIUM.

1 *Secretariis Consistorij Imperij honor non denegetur, & sedendi cum judice facultas non detrahatur.*
2 *Cornicularij qui sint.*
3 *Viri honorati, de judicibus.*
4 *Secretarium quid.*
5 *Nobiles in salutatione præ aliis debent honorari.*
6 *Advocati coram judice sedent.*

L. Sciant Principes. III. & ult.

*Iidem* AAA. *Constant. P. P. Galliarum.*

SEcretariis Consistorij Imperij honor non denegetur, & sedendi cum judice facultas non detrahatur. 1

*Et Cornicularij*) Dicuntur officiales, qui præsunt cornibus secretarij, secundùm Cassiodor. *lib. 11. var.* Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Cornicularij* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 188. vers. scrinium verò*, ubi ait eos esse, qui decreta, sententias, & mandata P.P. conservabant, & exequebantur. 2

*Si honoratis viris*, &c.) Id est, judicibus; nam eos, qui in Urbe honores, id est magistratus gerunt, Honoratos vocari censet Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 32. post princ.* 3

*Secretarij judicum.* &c.) Secretarium locus est in quo judices causas audiunt, quasi consistorium Principum: ita Calvin. *in suo Lexic. juridic. verbo Secretarium.* 4

*Aut reverentia non fuerit in salutatione delata.*) Ergo nobiles in salutatione præ aliis debent honorari, ut per Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. n. 51.* 5

*Aut sedendi cum judice societas denegata.*) Ergo Advocati sedent coram judice de quo vide posita *in collect. ad l. 1. C. de off. civil. jud.* 6

*Ut omnes Judices, tam civiles, quàm militares post administrationem depositam, per quinquaginta dies in civitatibus, vel certis locis permaneant.*

## Tit. XLVI.

SCilicet, ut civiliter, vel criminaliter conveniri possint, si quid fortè in potestate positi deliquerunt.

De materia tituli vide Paris. de Puteo *in tract. de syndicat.* Angel. de Perus. *tom. 7. tract. Doctor. fol. 226.* Cataldin. de Boncompagnis *ibid. p. 2. fol. 349.* Augustin. Dulcet *ibid. fol. 360.* Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 6. col. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 77. art. 1.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 153.* Soar. de Paz. *in pract. tom. 1. p. 8. cap. unic.*

SUMMARIUM.

1 *Præsides, & consules finitis officiis, successoribusque substitutis, per 50. dies in loco, ubi officia administraverint, permanebunt.*
2 *Magistratus præmissi finito officio sui videndi & conveniendi copiam exhibeant. Immunes sint ab injuriis, & admissi ad juratoriam cautionem, legitimis defensionibus non sunt privandi, n. 3.*
4 *Magistratus reus cujuscumque criminis sit immunis ab omnibus injuriis: & successores magistratuum negligentes antecessorum conventorum defensionem, non impunitatis spe alliciantur ad pœnæ remissionem.*
5 *Antecessor in officio, hujus liberationem ante adventum successuri officialis non impetrat.*
6 *Antecessorem magistratum si successor contra præscriptum Imperatoris ante quinquagesimum diem*

*discedere indulget, tunc 30. auri libris novus magistratus punitur.*

7 *Officialis finito officio intra 50. dies super furto civiliter conventus, pendente instantia ante sententiam latam, relicto domi Procuratore discedere licitè potest.*

8 *Judices controversias super syndicatu motas intra 20. dies postquam ortæ fuerint, terminabunt: illas præfinito 20. dierum spatio non terminantes, libris 30. auri mulctentur, n. 9.*

10 *Magistratus debent esse temporales, non perpetui.*

11 *Magistratus intra 50. dies stare debet ad syndicatum, de jure Lusitaniæ intra mensem, n. 12. Idem apud Hispanos, ibid. Si fugit, intra 50. dies, secundùm jus commune, vel intra 30. ut servatur hodie, punitur tanquam si confessus esset crimina barataria, n. 13. Si post fugam redeat, nulla probatio ex fuga inducitur, n. 14.*

15 *Magistratus durante syndicatu fugiens ad Ecclesiam, non gaudet ejus immunitate.*

16 *Syndicatus instantia an finiatur tempore.*

17 *Termini lapsus nunquam excludit judicem à cognitione, ac pronuntiatione.*

18 *Magistratus syndicatus tenetur de illis, quæ uxor & domestici deliquerunt.*

## L. Nemo ex viris. Unic.

*Imp.* ZENO A. *Sebastiano P. P.*

1 PRæsides, & Consules finitis officiis, successoribusque substitutis, per quinquaginta dies in loco, ubi officia administraverint, permanebunt, *in princ.*
2 Finito officio Magistratus præmissi per 50. dies sui videndi & conveniendi copiam exhibeant, *in vers. Sed*
3 *per id.* Magistratus finito officio conventi immunes sint ab injuriis; & admissi ad juratoriam cautionem
4 legitimis defensionibus non sunt privandi, *in vers. Itaut.* Magistratus reus cujusque criminis sit immunis ab omnibus injuriis, & successores magistratuum negligentes antecessorum conventorum defensionem, non impunitatis spe alliciantur ad pœnæ remissionem,
5 *in vers. Quod si quis.* Antecessor in officio, hujus liberationem ante adventum successuri officialis non im-
6 petrat, *in vers. Administrationem.* Antecessorem magistratum si successor contra præscriptum Imperatoris ante quinquagesimum diem discedere indulget, tunc triginta auri libris novus Magistratus punitur, *in vers.*
7 *Officium.* Officialis finito officio intra 50. dies super furto civiliter conventus, pendente instantia, ante sententiam latam, relicto domi Procuratore discedere li-
8 citè potest, *in vers. Quod si intra.* Judices controversias super syndicatu motas intra viginti dies, postquam
9 ortæ fuerunt, terminabunt, *in vers. Sciant autem.* Judices syndicatus controversias præfinito 20. dierum spatio non terminantes, libris 30. auri mulctandi, *in vers. Nam si.*

10 *Postquam sibi successum fuerit*, &c.) Notatur ad hoc, quod temporales, non perpetui debent esse magistratus, Corset. *in tract. de potest. Regis p. 1. n. 9.* Boër. *decis. 149. n. 4.* Greg. Lop. *l. 9. gloss. 5. tit. 18. p. 1.* Capyc. *decis. 121. n. 5.* Ann. *sing. 369.* Surd. *cons. 191. n. 3.* Cavalcan. *decis. 32. n. 30. p. 2.* Mastrill. *de magist. lib. 1. cap. 23. n. 1.*

11 *Antequam quinquaginta dierum*, &c.) Notatur ad hoc, quod magistratus intra quinquaginta dierum spatium stare debet ad syndicatum, ut per Burg. *cons. 11. n. 1.* Perez. *l. 6. tit. 16. lib. 2. ordin. pag. 378.* Mascard. *de*
12 *probat. concl. 821. n. 8.* De jure autem Lusitaniæ intra mensem, Ordin. Regia *lib. 1. tit. 60. §. 1.* Idem apud Hispanos ex *l. 23. tit. 7. lib. 3. novæ Recop.* secundùm Christoph. de Paz, *in scholiis ad leges styli, l. 135. in fine, num. 2.* Bobadil. *lib. 5. cap. 1. n. 77.*

*Non domi, vel intra sacrosanctos terminos*, &c.) Quia 13
si magistratus fugit, intra 50. dies secundùm jus commune, de quo *in hoc text.* vel intra 30. dies, per quos hodie stare tenetur in syndicatu ex forma juris Regni Lusitaniæ, & Castellæ, punitur tanquam si confessus esset crimina barataria, de quo Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 1. tit. 60. §. 3.* Paris de puteo *de syndicatu, verbo Fuga officialis*, Amad. *de syndicat. n. 183. ad finem, & n. 187. vers. verùm.* Dulcet. *eod. tract. n. 28.* Clar. *§. fin. q. 21. n. 19.* Perez *l. 6. gloss. e denfiadores, tit. 6. lib. 2. Ordin. pag. 378.* Azeved. *l. 23. n. 9. tit. 8. & l. 6. n. 7. tit. 9. lib. 3. novæ Recop.* Viv. *tom. 1. opin. 120. vers. undecimò limitatur.* Griland. *de relaxat. carcerator. tit de fuga incar. §. quæro 1. n. 5.* Gomez. *l. 76. Tauri, n. 10. & 11.* Avil. *ad cap. 1. Prætor. verbo dativas, n. 19. cum seq.* Soar. *de* Paz *in pract. p. 8. cap. unic. n. 13.* Bobadil. *in sua politica, lib. 5. cap. 1. n. 117. cum seqq.* Si verò post fugam judex, 14
aut officialis syndicatus fugiens redeat, nulla probatio ex fuga inducitur, etiam si invitus; & non sponte reducatur, secundùm Avil. *ad cap. 1. Prætor. verbo dativas, n. 13.* Perez *loco proximè citato*, Azeved. *d. l. 23. n. 9.*

Notatur, ad hoc quod magistratus durante syndicatu 15
fugiens ad Ecclesiam, non gaudet ejus immunitate, ut per Avil. *d. gloss. dativas, n. 35.* Paris. de Puteo *de syndicatu, verbo officialis, cap. 8. n. 6. & verbo probatio in syndicatu, §. fin.* Soar. de Paz *d. cap. unic. n. 23.* Bobadil. *in sua politic. lib. 2. cap. 14. n. 77. & lib. 5. cap. 1. num. 120.*

*Nam si supersederit*, &c.) Instantia syndicatus an 16
finiatur tempore, vide Paris. de Puteo *de syndic. verbo Instantia syndicatus, cap. 3. num. 4. vers. quod si detur*, Bobadil. *d. lib. 5. cap. 1. n. 166.*

Notatur ad hoc, quod lapsus termini nunquam ex- 17
cludit judicem à cognitione, atque pronuntiatione, ubi statutum ad finiendam causam ponit terminum personæ judicis, verbis in eum directis, ut per Roman. *cons. 415. in fine*, Marsil. *sing. 283. Lapsus, post med.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Lapsus.*

In gloss. *Furtis*, ibi, *scilicet suis, & domesticorum*, 18
&c.) Notatur ad hoc, quod magistratus syndicatus tenetur de illis, quæ uxor, & domestici deliquerunt, ut per Bobadil. *d. 5. cap. 2. n. 78.*

## *De officio ejus, qui vicem alicujus Judicis, vel Præsidis obtinet.*

## TIT. XLVII.

IUDICIS cujuscunque vicem obtinere dicitur, cui administratio ad tempus commissa est, ut puta cui commissa est provincia defuncto Præside.

In gloss. hujus rubr. Notatur ad hoc, quod Vicarij, seu vices gerentes alicujus Magistratus (quales sunt Correctorum in Hispaniâ, quibus permettitur, immò jubetur, ut secum habent Locumtenentes, seu Vicarios Jurisperitos, ex *l. 10. tit. 5. novæ Recop.*) ordinarij judices sunt, ut per Alciat. *in rubr. de officio ordin. n. 25.* Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 5. n. 17. & 18.* Aviles *ad cap. 4. Prætor. verbo Justitia.* Cov. *lib. 3. var. cap. fin. n. 4.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 19. n. 3.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 25. n. 11. vers. aut enim*, alter Molin. *de justit. tract. 5. disp. 13. num. 2.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 10. n. 44.* Azeved. *d. l. 10. n. 9.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. cap. 8. num. 26.* quos refero *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 54. n. 27.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *In causa concernente utilitatem publicam, Præsidis loco administrans cognitionem habet.*
2 *Rebuspublicis læsis ac circumventis, restitutionis in integrum beneficium uti minoribus prodest, & n. 3.*

L. In causa. I.

*Imp.* GORDIANUS A. *Domitio P. P.*

1 SUper causa concernente publicam utilitatem Præ-
2 sidis loco administrans cognitionem habet, Rebuspu-
blicis læsis ac circumventis restitutionis in integrum
remedium & beneficium uti minoribus prodest.

3 *Restitutionis beneficium possunt efflagitare.* ) Notatur ad hoc, quod Respub. fungitur vice minoris, & restituitur, ut per Sfort. Odd. *in tract. de in integ. restit. q. 7. art. 5. n. 63.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integ. restit. minor. in princ. n. 12. & verbo Minoribus, n. 61.*

SUMMARIUM.

1 *Locum Rectorum in provinciis tenentes tutores petentibus assignant, decreta pro rebus minorum alienandis dant, emancipationes, & omnia quæ ad officium Rectoris pertinent, expediunt.*
2 *Locum tenens si constitutus sit à Principe, vel alio superiore, potest facere ea quæ poterat ille, in cujus locum substituitur.*
3 *Jura etiam personalia censentur communicata subrogato.*
4 *Imperium merum versatur cùm imponitur pœna per quam vitam adimitur, vel membrum.*

L. Suggerente. II. & ult.

*Mandata Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *missa Antiocho, cæterisque P. P. per Referendarium.*

1 LOcum Rectorum in provinciis tenentes tutores petentibus assignant, decreta pro rebus minorum alienandis dant emancipationes, & omnia, quæ ad officium Rectoris pertinent, expediunt.

2 Notatur ad hoc, quod Locumtenens si constitutus sit à Principe, vel alio Superiore, qui habet potestatem constituendi Vicarium, seu Ordinarium, putà in loco Ordinarij absentis, vel mortui, potest facere ea omnia, quæ poterat ille Ordinarius, in cujus locum substituitur, & expedire omnes causas, etiam meri Imperij usque ad mortem, & membri abscissionem inclusivè: ita reprobata gloss. *in præsenti* quæ dicit quod non potest imponere ultimum supplicium, & membri abscissionem, per hunc text. resolvit Marant *de ordine judic. p. 4. dist. 6. n. 21.*

3 Notatur etiam ad hoc, quod jura etiam personalia censentur communicata subrogato; ut per Alex. *in l. more majorum, n. 46. ff. de jurisd. omn. judic.* Cassador. *dec. 4. n. 1. de constit.* Hippol. *sing. 646.* D. Barbos. *l. maritum n. 45. ff. soluto matrim.*

In gloss. *Rectorum*, ibi, *est enim Vicarius Ordinarius à lege non delegatus.* Citavi plures Doctores *in meo tract. de offic. & potest. Espicopi, p. 3. alleg. 54. n. 45. cum seqq.*

In gloss. *Actitare ult.* ibi, *præter ultimum supplicium*
4 *fortè* &c. ) Notatur ad hoc, quod merum imperium versatur, cum imponitur pœna per quam vita adimitur, vel membrum, ut per Riminald. *in l. Imperium ff. de jurisd. omn. judic. n. 419.* Morl. *in emperio juris p. 1. tit. 2. in prælud. n. 44.*

*De Assessoribus, domesticis, & Cancellariis Judicum.*

TIT. XLVIII.

ASSESSORES sunt jurisperiti, qui judicibus assident, consilij de jure præbendi causâ: unde etiam Consiliarij appellantur. Domestici dicuntur, qui sunt ex eadem domo, seu qui unà cum judice habitant, ut uxor, liberi, familia. Cancellarij vocantur, qui sunt judicibus à secretis.

De materia tituli, quatenus Assessores respicit, vide Chassan, *in catal. gloriæ mundi p. 7 consider. 27.* Ludov. Schrader. *in tract. de feudis p. 10. sect. 13. fol. 400.* Donel. *comment. juris civilis lib. 18. c. 2.* Cardos. *in praxi judicum, verbo Assessor.*

De Cancellariis vide Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 15. cap. 19.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. cap. 36.* Peregr. Jannin. *de citat. reali, lib. 1. cap. 1. n. 813.*

SUMMARIUM.

1 *Studiorum labor honorificam societatem, & loco publicæ administrationis meretur præmia.*
2 *Virtutum præmia tribui benemerentibus convenit.*

L. Studiorum labor. I.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Paulino.*

STudiorum labor honorificam societatem, & loco 1
publicæ administrationis meretur præmia.

Ad illud, quod virtutum præmia tribui benemeren- 2
tibus convenit, vide posita per me *in collect. ad l. ult. n. 2. suprà de statutis & imagin.*

*Spe præmiorum, & honorificentiæ provocentur.* ) Vide *l. 18. 21. & tit. 9. part. 2. & l. fin. tit. 10. ead. Partita*, Cosm. *in pragm. sanction. verbo Spe, fol. 28.* Donel. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 2. col. 4.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 12. n. 53.*

SUMMARIUM.

1 *Præsides libellis propria manu, non per Assessores subscribant, & n. 2.*
3 *Subscriptio importat approbationem eorum, quæ subscripta sunt.*

L. Præsides. II.

*Imp.* CONSTANT. A. *ad Bassum P. V.*

PRæsides libellis propria manu, non per Assessores 1
subscribant.

Hanc eandem conclusionem ex textu desumunt Alciat. 2
*lib. 2. paradoxor. cap. 3.* Donel. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 2. col. 6.*

Notatur ad hoc, quod subscriptio importat appro- 3
bationem eorum, quæ subscripta sunt, ut per Alexand. *consil. 147. n. 3. & 4. lib. 2.* Decian. *cons. 29. n. 30. & 31. lib. 2.* Menoch. *consil. 123. n. 9. & consil. 450. n. 1. & consil. 639. n. 10.* Rot. *dec. 666. n. 2. p. 2. recentiss.* aliàs *in posthumis Farinac.* Surd. *dec. 137. n. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Consiliarij Judicum, Cancellarij & domestici post finitam*

*tam administrationem per 50. dies manebunt in provincia, ubi prius officia habuerunt, & n. 2.*

3 *Officialis publicus, qui post finitum officium ante 50. dies aufugerit, habetur pro confesso. De officialibus qui inculpantur de aliquo, si aufugiant quid, n. 4.*

## L. Consiliarios III.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Messalæ P. P.*

1 COnsiliarij judicum, Cancellarij, & domestici post finitam administrationem per 50. dies manebunt in provincia, ubi priùs officia habuerunt. Eos subtrahens, & impediens illorum accusationem, pro confesso habendus, quadruplum amissorum solvit, cujus quadrupli dimidium ad fiscum, altera portio parti læsæ solvenda est.

2 *Post depositam administrationem 50. dies &c.)* Notatur ad hoc, quod Magistratus post finitam administrationem per 50. dies manere debent in provincia, ubi priùs officia habuerunt, de quo vide posita *ad l. unic. supr. ut omnes judices, tam civiles,* &c. Periculosum enim reputo, ut syndicatus judices calumniantium evadant hominum malitias, cùm non sit possibile in justitia administranda omnibus placere, quod elegantibus verbis insinuavit Cicer. *pro Quinto Roscio. O miseras conditiones administrandarum provinciarum, in quibus diligentia plena simulationum est, negligentia vituperationum: ubi severitas periculosa, liberalitas ingrata, sermo insidiosus, assentatio perniciosa, frons omnis familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiæ apertæ, venientes Prætores expectant, præsentes inserviunt, abeuntes deserunt.*

3 *Pro confesso autem tenebitur,* &c.) Notatur ad hoc, quod Officialis publicus, qui post finitum officium ante 50. dies aufugerit, habetur pro confesso, de quo vide posita *in d. l. unic. supr. ut omnes judices, tam civiles,* &c. Quid de Officialibus, qui inculpantur de aliquo, si aufugiant, an habeantur pro confessis, vide Duen. *reg.* 307. Mascard. *probat concl.* 821. *n.* 4. Mynsing. *cent.* 6. *observ.* 98. Menoch. *de præs. lib.* 1. *præsumpt.* 85. *n.* 22.

### SUMMARIUM.

1 *Domesticus judicis actibus publicis abest.*

2 *Romani Senatorum filios unà cum patribus in Curiam admittebant, ut negotiis assisterent exemplo parentis terminandis.*

## L. Domesticus. IV.

*Iidem &* Theod. AAA. *ad Cæcilianum vicarium.*

1 JUdicis domesticus publicis actibus non adsit, itaut si contra legis prohibitionem se immiscuerit actibus judicialibus præsente judice patre, per Præsidem puniendus sit.

2 Romani Senatorum filios unà cum patribus in Curiam admittebant, ut negotiis assisterent exemplo Parentis terminandis, ut referunt Petr. Greg. *syntagm. juris p. 3. lib.* 47. *cap.* 9. *sub. n.* 23. *vers. benè consultum,* Garc. Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 5.

### SUMMARIUM.

1 *Cancellarij, & domestici ministerium, qui semel in provinciis gessit, ad officij continuationem non admittitur.*

2 *Officiorum ampliatio, & an officium ampliatum sit idem officium, remissivè.*

## L. Nemo. V.

*Impp.* Honor. & Theod. AA. *Seleuco P. P.*

CAncellarij & domestici ministerium qui semel in provinciis gessit, ad officij continuationem non admittitur. 1

De intellectu hujus textus & concilatione cum *l. liceat* 12. *in hoc tit.* vide Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 2 *col.* 5.

De officiorum ampliatione latè agit Mastrill. *in tract. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 27. *per tot.* ubi à *n.* 67. quærit an officium ampliatum sit idem officium. 2

### SUMMARIUM.

1 *Domestici Ducum militarium post completum destinati temporis actum ad pristinam solicitudinem impunè non aspirant.*

2 *Officiorum emptiones illicitæ.*

3 *Magistratus debent ambitionem dimittere.*

4 *Ambitiosus quos malos effectus operetur, remissivè.*

5 *Avari non admittendi ad magistratuum administrationem remissivè.*

6 *Officiorum venditiones moraliter fiunt illicitè.*

## L. Nemo. VI.

*Iidem* AA. *Vitaliano Duci Libyæ.*

DOmestici Ducum militarium post completum destinati temporis actum ad pristinam solicitudinem impunè non aspirant. Item officiorum emptiones illicitæ. 1 2

*Si per ambitionem, vel avaritiam,* &c.) Magistratus igitur ambitionem dimittere debent. Mattien. 2. *in Dial.* 4. *relat. c.* 8. *& seq.* Simanch. *de Rep. lib.* 6. *cap.* 13. Ambitiosus quos malos effectus operetur, vide Innocent. *de vilitate conditionis humanæ,* Garc. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 30. *n.* 11. Et de avaris non admittendis ad magistratuum administrationem, agit idem Garc. Mastrill. *lib.* 2. *cap.* 12. *ex n.* 66. 3 4 5

Unde quia frequentiùs officia emunt ambitiosi, cupidi, immeriti & ignobiles, ideo officiorum venditiones moraliter illicitè, & fiunt multa mala exinde sequuntur quæ referunt Cajet *in sum. verbo Officiorum secularium venalitas,* Sot. *de justit. lib.* 3. *q.* 6. *art.* 4. *in resp.* 2. *in secunda concl.* Greg. de Valentia *in* 2. 2. *D. Thomæ, q.* 7. *disp.* 5. *princ.* 2. *q.* 5. *in fine, vers. Tertiò dico,* Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib.* 8. *c.* 7. *q.* 3. Azeved. *consil.* 8. Cald. Pereira *ad tit. Instit. de inoffic. testam. cap.* 2. *n.* 10. *cum seqq.* latè Garc. Mastrill. *de magistrat. lib.* 1. *cap.* 20. *per tot.* ubi ex professo tractat, an officia possint per Principem vendi, ubi tandem *n.* 23. plura damna ex hujusmodi veuditionibus provenientia commemorat, & præcipuè quod omnis virtutum, & studiorum tollitur ratio, quia tunc solùm aut adolescentes rerum imperiti aut opulentiores, quamvis imprudentes. Senatores fiunt; deindè emptores, ut extorqueant pretium quod dederunt, & aliquid amplius lucrentur, multa peccata committunt, nam lites excitant, & prorogant de industria, & pecunias per fas, & nefas acquirunt: quod optimè ostendit S. Greg. *in epist.* 114. *lib.* 7. *Ubi non merita, sed pecuniæ suffragantur. restat ut nihil sibi pravitas, nihil sibi defendat industria, sed totum auri prophanus amor obtineat.* Item S. Thom. *in opusculo* 21. *ad Ducissam Brabantiæ, dub.* 5. *Cùm officium sub mercede venale disponitur, nihil nisi ad recuperandum, & reburşandum pretium attenditur.* 6

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Lucra parentum ex officiis licitis cumulata filij quasi castrensia peculia licitè sibi vendicant, & num.* 2. & 3.
4 *Officium emptum filio ex pecuniis paternis, an sit ei in legitimam imputandum.*
5 *Officia empta constante matrimonio, an sint communia, remissivè.*

## L. Velui castrense. VII.

### Iidem AA. *Eustathio P. P.*

1 LUcra parentum ex officiis licitis cumulata filij quasi castrensia peculia licitè sibi vendicant.

2 *Veluti castrense peculium*, &c.) Notatur ad hoc, quod lucrum quod habet filius famil. ex salario ratione administrationis alicujus officij proveniente, accedit peculio quasi castrensi, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor.* §. 62. *n.* 18. ubi *n.* 19. ex Specular. 3 subdit, quod illi qui stipendia de publico habent, dicuntur habere peculium quasi castrense, ponit exemplum in Advocato fisci, vel pauperum, & similibus, quibus de publico datur salarium, Riminald. *in* §. 1. *n.* 81. *cum seq. Instit. per quas personas*, Donel. *comment. juris civilis lib.* 8. *cap.* 1. *col.* 7.

4 Utrùm officium emptum filio ex pecuniis paternis sit ei in legitimam imputandum? vide posita *in votis decisivis canonic. voto* 6. *dub.* 3.

5 An autem officia empta constante matrimonio sint communia, vide Doctores citatos à Garc. Mastrill. *in tract. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 20. *n.* 58.

SUMMARIUM.

1 *Judices ad provinciam sibi commissam Cancellarios & domesticos secum non ducent.*
2 *Cancellarij sub fide gestorum ex eodem officio electi judicibus applicandi sunt.*
3 *Judex ex causa idonea ad flagitiorum inquisitionem tortura subjici potest.*
4 *Magistratuum vita & mores, remissivè.*
5 *Decuriones an & quando torqueri possint remissivè.*

## L. Nullus judicum. VIII

### *Iidem* AA. *Asclepiodoto. P. P.*

1 JUdices ad provinciam sibi commissam Cancellarios &
2 domesticos secum non ducent. Cancellarij sub fide gestorum ex eodem officio electi judicibus applicandi
3 sunt, & post depositam administrationem, ut alij judices per 50. dies se exhibeant, ne accusandi ansa tollatur. Judex ex causa idonea ad flagitiorum inquisitionem torturæ subjici potest.

4 De vita & moribus Magistratuum, latè Garc. Mastrill. *in tract. de magistrat. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.*

5 *Ad detegenda judicis flagitia*, &c.) An & quando Decuriones torqueri possint, vide Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 41. *num.* 57. *cum seqq.* ubi *num.* 64. tenet posse torqueri Decuriones pro delictis commissis in officio.

SUMMARIUM.

1 *Judices finito officio domesticos suos accusatos exhibere tenentur, & n.* 2.
3 *Potestas tenetur pro omnibus, quos secum ducit. Quid si fuit in culpa malè eligendo eos, an liberetur exhibendo, n.* 4.
5 *Potestas tenetur repræsentare omnes suos officiales tempore syndicatus.*
6 *Magistratus pro suo officiali accusato satisfaciet, si eum exhibeat.*

## L. Si post depositam. IX.

### *Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *ad Taurum.*

1 JUdices finito officio domesticos suos accusatores exhibere tenetur, *l. fallaciter, infr. de abolition.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt
3 *l. Hisp.* 1. *vers. ca estos, tit.* 16. *p.* 3. ubi *gloss.* 2. *verbo Con-stremidos de aduzir, & gloss. seq.* resolvit potestatem teneri pro omnibus, quos secum ducit, etiamsi non sint præ-
4 positi alicui officio, sed præ extu officij Domini delinquunt, sed liberati exhibendo, & deinde sic quæritur, quid si fuit in culpa malè eligendi eos, an liberetur exhibendo, & *in gloss.* 5. *verbo Fagan derecho*, dicitur: Hinc
5 patet, quod Potestas tenetur repræsentare omnes suos officiales tempore syndicatus. Capll. Tholos. *dec.* 195.

6 Notatur ad hoc, quod Magistratus pro suo officiali accusato satisfaciet, si eum exhibeat, & ab obligatione per talem exhibitionem liberabitur, *l. Hispan.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recop.* Avil. *ad c.* 4. *Prætor. in gloss. verbo Entregare*, Soar. de Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 8. *cap. unic.* 18. *pag.* 116.

SUMMARIUM.

1 *Consiliarij olim impunè ultra quatuor menses moderatoribus non obstabant, & cum hisce sedebant.*
2 *Assessor quis est impunè in sua provincia usque ad quatuor menses, non ultrà, nisi ex Principis permissu. Intellige ut n.* 3.

## L. In Consiliariis. X.

### *Iidem* AA. *Florentino P. P.*

1 COnsiliarij olim impunè ultra quatuor menses moderatoribus non obstabant, & cum hisce sedebant.

2 Ex hoc textu vulgò colligitur, posse quem impunè Assessorem esse in sua provincia usque ad quatuor menses, non ultrà, nisi ex Principis permissione, ut per Morl. *in emporio juris. p.* 1. *tit.* 2. *q.* 6. *n.* 25. *vers. quod confirmatur*, ubi hoc intelligit procedere ubi Assessor ad 3 breve aliquod tempus, veluti quatuor mensium, eligatur; aliàs verò secus, cùm requiratur exterus, & non ab ea civitate oriundus, ut docent Pateus *de syndicatu, verbo Assessor, cap.* 1. *n.* 16. *fol.* 130. Hippol. *in rubr. de probat. n.* 343. Avil. *ad cap.* 3. *Prætor. vers. terra. n.* 4. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 253. *in fine*, Donel. *commentar. juris civilis, lib.* 18. *cap.* 2. *col.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Assessores liberalitate non minus quàm Magistratus digni sunt.*
2 *Consiliarij Præfectorum prætorio urbis Constantinopolitanæ, Magistrorum militum officio functi, deposito officio immunes sunt ab onere indictionum civilium & militarium, sub pœna.*
3 *Privilegia concessa antiquis Consiliariis ad novos in eadem Curia extendi debent.*
4 *Indictio quid sit.*

## L. Non parum. XI.

*Iidem* AA. *Zoilo P.P. Orientis*

1 ASſeſſores liberalitate non minus, quàm Magiſtra-
2 tus digni ſunt. Conſiliarij Præfectorum prætorio urbis Conſtantinopolitanæ Magiſtrorum militum officio functi, vel fungentes, depoſito officio, immunes ſunt ab onere indictionum civilium & militarium ſub quinquaginta librarum auri pœna.

3 *Seu fungentur in poſterum*, &c.) Notatur ad hoc, quod privilegia conceſſa antiquis Conſiliariis, ad novos in eadem curia extendi debent, ut per Boër. *deciſ.* 146. *n.* 4. *in med.*

4 *Ab omni indictionis onere*, &c.) Indictio nil aliud eſt quàm annona, ſeu tributum, id eſt annonaria, & tributaria functio, rebus, non perſonis indicta, ut per Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verbo Indictiones.*

---

SUMMARIUM.

1 *Judices illuſtres Conſiliarios ſibi ſemel probatos abſque novo examine adjungere viciſſim poſſunt.*
2 *Approbatus ſemel, amplius reprobari non poteſt.*
3 *Examinatus & approbatus ad unum officium, ſeu beneficium, non ampliùs examinatur ad aliud ſimile.*

## L. Liceat omnibus. XII.

*Impp.* VALENT. & MARTIAN. AA. *Palladio P.P.*

1 JUdices illuſtres Conſiliarios ſibi ſemel probatos abſque novo examine adjungere viciſſim poſſunt.

De intellectu hujus textus & conciliatione cum *l. nemo* 5. *ſup. hoc tit.* vide Donell. *commentar. juris civilis, lib.* 18. *cap.* 2. *col.* 5.

2 *Non debet ob hoc ſolùm quod jam probatum eſt improbari.*) Notatur ad hoc, quod ſemel approbatum non poteſt amplius reprobari, ut per Sanch. *de matrim. lib.* 9. *diſp.* 6. *n.* 9. Card. Mantic. *dec.* 274. *n.* 2. & 3. Rot. *deciſ.* 456. *num.* 4. *part.* 3. *recentior.* & alios per me citatos
3 *Axiom.* 31. *n.* 3. & 4. Unde ſemel examinatus & approbatus ad unum officium, ſeu beneficium, non ampliùs examinatur ad aliud ſimile, ita Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 4. *n.* 84. Aloyſ. Ricc. *in praxi fori Eccleſiaſt. dec.* 419. *in* 1. *edit.* aliàs *reſol.* 756. *in* 2. *edit.* Campan. *in diverſor. juris Canon. rub.* 5. *cap.* 3. *n.* 8. *propè fin.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi p.* 3. *alleg.* 60. *n.* 89. & 90. & *de clauſulis uſufrequent. clauſ.* 151. *n.* 7. *cum ſeq.*

---

SUMMARIUM.

1 *Conſiliarij & Advocati munere nemo ſimul honeſtè fungitur.*
2 *Conſiliarius perfuncto munere, advocationis munus in ſe licitè recipit.*
3 *Conſiliariis non licet duobus Magiſtratibus aſſidere.*
4 *Illicita, & legibus adverſa nemo tentet.*
5 *In legem committunt, qui vigorem ejus elidere conantur.*
6 *Conſiliarij & Advocati munus ſimul impetrans matriculam perdit, & 10. auri libris mulctatur.*
7 *Pœna 10. auri librarum Conſiliariis & Advocatis ſimul cauſa comminata aggreditur Conſiliarios cauſarum, in quibus advocando patrocinantur.*
8 *Advocatus & judex nemo ſimul eſſe poteſt ſine corruptionis crimine.*
9 *Advocatus repellitur à munere judicandi ob ſuſpicionem affectionis.*
10 *Judex nullus eſſe poteſt in ea cauſa, in qua fuit Advocatus.*
11 *Aſſeſſor non poterit eſſe in ea cauſa, in qua aliquando fuit Advocatus.*
12 *Advocatus ſi pronuntiaret, ſententia non fieret nulla, niſi recuſatus eſſet ut ſuſpectus.*
13 *Signum ut apponatur, eſt de ſubſtantia ſcripturæ publicæ.*
14 *Aſſeſſores conſilia, quæ debent Præſidibus ſignabunt.*
15 *Judices ob nimiam ſubtilitatem ſcrupuloſi, remiſſivè*

## L. Nemo ex his. XIII. & ult.

*Imp.* JUSTINIAN. A. *Demoſtheni P.P.*

COnſiliarij & Advocati munere nemo ſimul honeſtè fungitur, combinatio enim utriuſque expeditionem legitimam impedit. Conſiliarius autem perfuncto munere, advocationis munus in ſe licitè recipit. Conſiliariis non licet duobus Magiſtratibus aſſidere, & utriuſque judicij curam peragere. Callidis machinationibus, & mutatis titulis nemo illicita, & legibus adverſa tentabit. In legem committunt, vigorem ejus ſcrupuloſis, & excogitatis artibus elidere conantur. Advocati & Conſiliarij munus quoquo etiam velo ſimul impetrans matriculam perdit, & decem auri libris mulctatur. Pœna decem auri librarum Conſiliariis, & Advocatis ſimul cauſæ comminata aggreditur Conſiliarios cauſarum, in quibus advocando patrocinantur. Aduocatus & judex ſine corruptionis crimine ac ſuſpicione nemo ſimul eſſe poteſt.

*Vel per advocationem cauſis*, &c.) Notatur ad hoc, quod Advocatus repellitur à munere judicandi ob ſuſpicionem affectionis, ut per Menoch. *de Arbitr. lib.* 1. *q.* 73. *n.* 4. & nullus poteſt eſſe judex in ea cauſa, in qua fuit Advocatus, & ut ſuſpectus recuſari in illa poterit, ſecundùm Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ tract. de recuſet. art.* 9. *num.* 31. Don. Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec.* 161. *n.* 35. & 41. Cabed. *Luſit. dec.* 20. *n.* 2. *part.* 1. Camill. Borrel. *in ſumma omnium dec. tom.* 1. *tit.* 65. *de Advocatis, n.* 125. Aviles *ad cap.* 3. *Prætor. verbo Abogudos*, Morla *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 6. *n.* 30. ubi ait quod nec Aſſeſſor eſſe poterit in ea cauſa in qua aliquando fuit Advocatus, Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 4. *n.* 3. ubi *n.* 21. dicit quod ſi Advocatus pronuntiaret, ſententia non fieret nulla, niſi recuſatus eſſet ut ſuſpectus: & *num.* 16. ſubdit ut poſſit recuſari ab eo tantùm, contra quem fuit Advocatus, & non ab alio pro quo poſtulavit: & *n.* 7. reſolvit quod ſi priùs ſententiam tulit, poſſet in eadem cauſa eſſe Advocatus defendendo quod judicavit, de quo etiam Morla *d. n.* 30. *in fine.*

*Signum, quod ſolitum eſt, chartis imponat.*) Notatur ad hoc, quod pro ſubſtantia publicæ ſcripturæ requiritur quod ſignum apponatur, de quo vide Bartol. *in proœm. Digeſt. n.* 5. Marc. Anton. *in* §. *poſſunt, in princ. & n.* 3. *Inſtit. de teſtement.* Greg. Lopez *per text. ibi in l.* 54. *verbo Su ſigno, tit.* 18. *part.* 3. Azeved. *l.* 13. *num.* 44. *tit.* 25. *lib.* 4. & *l.* 2. *num.* 19. *tit.* 4. *lib.* 5. *novæ Recop.* latè Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 138. *per tot.* latiùs Ceval. *commun. contra communes, q.* 32. *per tot.*

Notatur etiam ad hoc, quod Aſſeſſores conſilia, quæ dabant Præſidibus, ſignabant, ut dicit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.* 1. *c.* 26. *de ſignis veterum inſtrum. in princ.*

*Cùm in legem committant. ij*, &c.) De judicibus ob nimiam ſubtilitatem ſcrupuloſis, vide Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 2. *à num.* 86.

*De annonis, & capitatione administrantium, & eorum Assessorum, aliorúmve publicas solicitudines gerentium, vel eorum, qui aliquas consecuti sunt dignitates.*

## TIT. XLIX.

### SUMMARIUM.

1 *Annonæ quid sint.*
2 *Capitatio quid.*
3 *De annonis scribentes referuntur, & de capitatione, num.* 4.

1 ANNONÆ dicuntur, quæ ad hominum alimenta pertinent, ut panis, vinum, oleum,
2 &c. Capita verò, seu capitatio, sunt pabula jumentorum, ut fœnum.
3 De annonis vide *l. Hisp.* 10. *tit* 18. *part.* 3. Mendez de Castro *de annonis civil. in rub. n.* 3. Fichar. Bonascos. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 23. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 36. *cap.* 30. *per tot.* Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lect. lib.* 2. *c.* 245. *versic. dabantur, & cap.* 260. Calvin. *in suo Lexic. juridico, verbo, Annonæ in Codice*, ubi ait in hoc tit. illas esse, quæ militaribus, palatinisque officiis, ex eorum, qui possessiones tenebant, collatione erogabantur.
4 De capitatione vide Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 3. *cap.* 5. *ex n.* 11. Guid. Pancirol. *d. lib.* 2. *c.* 151. *vars. Tertia erat capitatio, & c.* 254. *& lib.* 3. *c.* 31. *sub tit. de capitatione, & de incolarum capitatione*, Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Capitatio.*

### L. Omnibus. Unic.

*Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *Florentino P. P.*

ANnona cuilibet secundùm peculiares delegationes est assignanda. Vide Doctores citatos *suprà ad rubr. hujus tit.*

*De contractibus Judicum, vel eorum, qui sunt circa eos, inhibendis donationibus in eos faciendis, & ne administrationis tempore proprias ædes ædificent sine sanctione Pragmatica.*

## TIT. L.

IN contractu, ut in emptione & venditione, est mutuus consensus, habens vim pariendæ civilis obligationis, & actionis. De pragmatica sanctione dictum est suprà *tit.* 23.

### SUMMARIUM.

1 *Administrationem gerentes quondam emere, non autem ædificare sine permissu Imperatoris poterant.*
2 *Donationes Officialibus durante officio facta invalidæ sunt usquedum post administrationem specialiter ratificentur post lapsum quinquennium.*
3 *Provinciarum moderatores tam emptiones ciera alimentorum necessitatem, quàm ædificiorum reparationem intermittent durante officio.*
4 *Donatum & venditum ratihabitione donatoris & venditoris per quinquennij cursum non convalescit.*
5 *Contractus officialibus prohibiti ad domesticos & interpositas personas extenduntur.*
6 *Judices durante officio in provincia in qua gubernant, emere, aut alium contractum facere non possunt. Amplia, etiam per interpositam personam, n.* 7. *Nec ipsorum domestici & familiares, n.* 8. *Sive judices sint de majoribus, sive de minoribus, n.* 9. *Nec etiam perpetui, n.* 10. *Procedit ista conclusio non solùm in contractu emptionis, sed etiam in aliis contractibus, n.* 11. *Etsi judices palam & bona fide emant, & cum authoritate alterius administratoris, vel judicis, n.* 12. *Limita in judicibus perpetuis, quibus à subditis in provincia sua emere licet, oppressione cessante, n.* 13. *In judicibus item originariis, quibus etsi sint temporales, à subditis emere, & cum eis contrahere licet, n.* 14. *& in officialibus qui non habent jurisdictionem, n.* 15.
16 *Exactores tributorum, quæ nullam habent jurisdictionem, emere, vendere & contrahere possunt in provincia.*
17 *Decuriones, sive sint perpetui, sive annales, rectè contrahunt, emunt, & vendunt in patria durante officio.*
18 *Judices cùm non subditis suæ jurisdictionis contrahere possunt, & ab eis fundos emere. Possunt emere in provincia quæ sunt necessaria ad victum, & vestitum quotidianum, ad sui & suorum sustentationem, n.* 19. *Item rectè emunt & contrahunt cum licentia Principis, n.* 20. *Et res quæ fuerunt Majorum suorum, n.* 21. *Item res paternas quæ fuerunt confiscatæ, n.* 22. *Et demùm rem sui patrimonij, vel generis, aliis venditam retrahere, n.* 23.
24 *Judicibus legari, & relinqui per ultimam voluntatem potest.*
25 *Judici fier. potest donatio renumeratoria, si merita officium præcessisse probetur.*
26 *Emptio facta à judice, vel alius contractus ex his, qui eis sunt prohibiti, an confirmetur juramento, & num.* 27.
28 *Judex finito officio emere & contrahere poterit, & contractus valebit, quamvis statim finito officio contrahat, nisi legitima præsumptio concurrat, quod adhuc ratio prohibitionis duret.*
29 *Judices in territorio suæ jurisdictionis possunt sibi subditis rem sui patrimonij vendere & donare. Item pignus accipere pro securitate contractus celebrati ante officium, n.* 30.
31 *Judicibus an liceat contrahere matrimonium cum subditis.*
32 *Judex non potest emere mobilia bona durante officio in provincia quam gubernat.*
33 *Emptio de qua in hoc textu, an ideò sit nulla, ut consensu de novo superveniente, finito officio confirmari non possint.*
34 *Emisse præsumitur qui reperitur possidere, & fructus percipere per interpositam personam.*

### L. Quicumque. Unic.

*Imp.* JUSTINIANUS. A *Mennæ P. P.*

ADministrationem gerentes quondam emere, non autem absque Imperatoris permissu ædificare potuerunt. Donationes Officialibus durante officio factæ invalidæ 1 2

invalidæ ſunt uſque poſt adminiſtrationem ſpecialiter
3 ratificentur poſt quinquennij lapſum. Provinciarum moderatores, tam emptiones circa alimentorum neceſſitatem, quàm ædificiorum reparationem intermittent
4 durante officio. Donatum & venditum ratihabitione donatoris & venditoris per quinquennij etiam curſum non convaleſcit, & corroboratur contra legis prohibi-
5 tionem. Contractus officialibus prohibiti ad domeſticos, & interpoſitas perſonas extenduntur, & prohibitum una via, per aliam indultum minimè cenſetur.

6 Allegari ſolet hic textus ad hoc, quod judices in provincia in qua gubernant, durante officio emere, aut alium contractum facere nequeunt, ut per Ordin. Regiam Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 15. *l. Hiſpan.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. *ubi gloſs.* 2. *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 5. *Ordinam.* Did. perez *gloſſ.* 1. *col.* 2. *in princ. & l.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recop.* ubi Azeved. *& l.* 4. *tit.* 10. *lib.* 9. *ejuſdem novæ Recop.* ubi idem Azved. *n.* 7. Duen. *reg.* 31. Socin. *reg.* 341. Ludov. Roman. *conſ.* 509. *col.* 4. Matienz. *in dial. relatoris, part.* 3. *cap.* 27. *& cap.* 30. *n.* 6 Joan. Gracian. *reg.* 267. Alciat. *lib.* 2. *pareg. cap.* 49. Mayn. *lib.* 2. *action. cap.* 27 *pag.* 172. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo Duas habens filias, à n.* 48. Roland. *conſ.* 83. *lib.* 2. Afflict. *in conſtit. Neapol. rub.* 87. Andrian. Pulvæ. *ad edictum de alienat. judicij, cap.* 9. *in med.* Anton. Gom. *l.* 5. *Tauri, n.* 122. Soar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *parte* 8. *cap. unic. de ordine procedendi, n.* 13. *ad fin.* Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 6. *cum ſeqq.* Cevall. *commun. contra communes, q.* 445. *ex n.* 1. Bobadil. *in ſua politica lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 34. *&* 60. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 343. *in princ. & diſp.* 488. *verſ. de jure*, Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Judex, n.* 16. Aviles *ad c.* 2. *Prætor. in gloſs. de mercaderia n.* 30. *cum ſeq.* Felician. *de ſociet. cap.* 8. *n.* 2. Cancer. *p.* 3. *var. cap.* 1. *n.* 97. *&* 98. Fachin. *controv. lib.* 2. *cap.* 78. Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. conſ.* 34. *num.* 9. *& de empt. & vendit. cap.* 8. *n.* 47. *cum multis ſeqq.*

7 Amplia primò procedere ſupradictam reſolutionem etiam per interpoſitam perſonam, ut per Tiraq. *de nobilit cap.* 37. *n.* 109. Menoch. *conſ.* 322. *n.* 29. *& de arbitr. caſu* 459. *n.* 12. *cum ſeqq.* Matienz. *de p.* 3. *cap.* 28. *n.* 14. Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 7. *num.* 7. Greg. Lop. *d. l.* 5. *gloſs.* 5.

8 Amplia ſecundò in domiſticis, & familiaribus ipſorum judicum, qui non poterunt emere, nec contrahere in territorio juriſdictionis eorum: ita Put. *de ſyndicatu, verbo Contrahere, n.* 8. ubi de uxore, Avendan. *in c.* 2. *de exequend. mandatis, n.* 22. *verſ. & jure quoque Regni*, ubi ampliat ad Conſiliarios illorum, Aviles *ad cap.* 2. *Prætor. in gloſs. verbo hæredad, n.* 2. Matienz *in dial. relator. p.* 3. *cap.* 28. *n.* 15. ubi declarat qui ſunt iſti domeſtici & familiares, Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 2. *ampl.* 2.

9 Amplia tertiò in quibuſcunque judicibus, ſive ſint de majoribus, ſive de minoribus, ut per Aviles *ad dict. cap.* 2. *Prætor. in gloſſ. verbo Heredad, num.* 2. *&* Molin. *tom.* 2. *de juſtit. diſp.* 343. *in princ.*

10 Amplia quartò procedere in judicibus perpetuis, in quibus major ratio prohibitionis militat, quàm in temporalibus, Greg. Lop. *d. l.* 5. *gloſſ.* 2. Fachinæ. *controv. juris lib.* 2. *cap.* 88. *verſ. quod igitur*, ubi fundamentis utriuſque opinionis ponderatis hanc veriorem agnoſcit. Cald. Pereira *de empt. cap.* 8. *n.* 61. *cum duobus ſeqq.* ubi de ſtricta juris ratione contra communem defendi poſſe teſtatur, ſequitur Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 36. *cum duobus ſeqq.*

11 Amplia quintò prohibitionem ſupradictam ad alios contractus quàm emptionis extendi, ut per *l. Hiſp.* 2. *tit.* 6. *lib.* 2. *novæ Recop.* ubi Azeved. *n.* 12. Avendan. *ad cap.* 2. *de exequen. mand. n.* 22. *verſ. item iſta prohibitio*, Aviles *ad d. cap.* 2. *Prætor. in gloſſ. verbo Mercaderia, n.* 1. *&* 6. Matienz. *in dial. relat. p.* 3. *cap.* 27. *n.* 1. Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *c.* 12. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 34. *&* 40. Cald. Pereira *de empt. cap.* 8. *n.* 47. *verſ. ſed. verius*, Sigiſm. Scacc. *in tract. de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit* 17. *n.* 16. etiamſi contrahatur per viam mercantiæ ex Azeved. *ad d. l.* 2. *n.* 10. *in fine, & n.* 12. nam mercantia judicibus quibuſcumque etiam perpetuis, & Auditoribus Regalis Cancellariæ prohibita eſt, Matienz. *in dial. relat. p.* 3. *cap.* 28. *n.* 8. *&* 9. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit.* 17. *n.* 17. Azeved. *d. n.* 13. *verſ. non tamen procedet.*

Amplia ſextò etſi judices palam & bona fide emant, 12
& etiam cum authoritate alterius adminiſtratoris, vel juridicis, ita Aviles *in d. gloſſ. mercaderia, n.* 27. Azeved. *d. l.* 2. *n.* 13. Bobadil. *d. c.* 12. *n.* 35. *verſ. la quinta*, Peregr. *d. lib.* 5. *tit.* 7. *n.* 12. *in* 7. *ampliat.* Cevall. *commun. contra communes, quæſt.* 445. *n.* 3. *verſ. ſed contrariam opinionem*, Fachinæ. *controv. lib.* 2. *c.* 79. *verſ. ſed contrariam ſententiam.*

Limita primò in judicibus perpetuis quibus à ſub- 13
ditis in provincia ſua emere licet, oppreſſione ceſſante, ita Olan. *in antin. verbo Judex, n.* 64. Cacheran. *dec.* 144. *num.* 12. *&* 14. *verſ. ſecundò reſponderi poteſt*, Roland. *conſ.* 83. *num.* 6. *lib.* 2. Azeved. *d. l.* 2. *n.* 11. *&* 12. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 7. *p.* 3. *limit.* 17. *n.* 16. *in fine*, Cald. Pereira *de empt. c.* 8. *num.* 60. ubi *n.* 64. extendit ad Duces, Marchiones, & Comites, qui juriſdictionem perpetuam habent.

Limita ſecundò in judicibus originariis (ubi de con- 14
ſuetudine cives originarij eliguntur judices) quibus etſi ſint temporales, à ſubditis emere, & cum eis contrahere licet, Azeved. *d. l.* 2. *n.* 11. Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 9. Scacc. *d. lim.* 17. *n.* 17. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 156.

Limita tertiò in Officialibus, qui non habent juriſ- 15
dictionem Matienz. *in dialog. relator. p.* 3. *cap.* 17. *n.* 14. *& cap.* 28. *n.* 15. Aviles *ad d. cap. Prætor. gloſſ. de mercaderia, n.* 32. Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 14. Unde exactores tributorum, quia nullam habent juridictionem, non comprehendi in hac prohibitione, tenet Matienz. 16
*d. p. cap.* 28. *n.* 15. Et Decuriones ſive ſint perpetui, 17
ſive annales, poſſe contrahere, emere, & vendere in ſua patria durante officio.

Limita quartò, judices cum non ſubditis ſuæ juriſ- 18
dictioni contrahere poſſe, & ab eis fundos emere, Matienz. *d. cap.* 27. *n.* 10. *in fine*, Peregr. *dict. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 11. Aviles *ad cap.* 2. *Prætor. verbo, De mercaderia,* 22. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 54. niſi ſubditi frequenter converſarentur in loco ſuæ juriſdictionis, quia tunc pro ſubditis reputantur, Aviles *d. n.* 22. *verſ. ſed iſtam, & in gloſſ. verbo Tales pueblos, n.* 3. Bobadil. *loco proximè citato.*

Limita quintò, ut judices in ſua provincia ea quæ 19
ſunt neceſſaria ad victum, & veſtitum quotidianum ad ſui, & ſuæ familiæ ſuſtentationem emere poſſint, Aviles *in dict. gloſſ. de mercaderia, n.* 8. Matienz. *d. p.* 3. *cap.* 27. *n.* 3. *&* 11. Peregr. *dict. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 12. *verſ. limita ſecundò.* Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 48. Scacc. *de commerc.* §. 1. *q.* 8. *p.* 3. *limit.* 17. *n.* 16. Adeò enim hoc eis licet, ut ſi non inveniant utenſilia, poſſint eo pretio ſoluto auferre, & cogere ſubditos ad vendendum. Aviles *in d. gloſſ. de mercaderia, n.* 19. Bobadil. *d. cap.* 12. *n.* 49. Et ſic eis licebit emere equos in quibus equitent, quia non debent ire pedites, Puteus *de ſyndicatu, verbo, Contrahere, n.* 3. Aviles *d. gloſſ. de mercaderia, n.* 19 Bobadil. *d. c.* 12. *n.* 53.

Limita ſextò, ut cum licentia Principis poſſint ju- 20
dices emere, & contrahere, Aviles *ubi proximè, n.* 33. Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 2. *verſ. limita pluribus modis.*

Limita ſeptimò, ſi emant res quæ fuerunt Majorum 21
ſuorum, Aviles *d. gloſſ. de mercaderia, n.* 30. Matienz. *d. p.* 2. *dial.* 27. *num.* 7. Peregr. *d. tit.* 7. *num.* 8. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.* 4. *verſ. ex prædictis, & in tract. de empt. & vendit. c.* 8. *n.* 50. ubi ſubdit poſſe etiam judicem emere res paternas, 22
quæ fuerunt confiſcatæ. Et demùm poſſe rem ſui pa- 23
trimonij, vel generis aliis venditam retrahere, reſolvunt

Anton.

Anton. Gom. *l.* 7. *Tauri*, *n.* 12. *&* *n.* 40. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 53.

24 Limita octavò, ut possit eis per ultimam voluntatem relinqui, & legari. Avil *d. gloss. de mercadria, n.* 31. Peregr. *d. tit.* 7. *n.* 13. Bobadil. *d. cap.* 12. *n.* 45. Cald. Pereira *d. cap.* 8. *n.* 49.

25 Limita nonò in donatione remuneratoria, quæ à subdito judici fieri potest, si merita officium præcessisse probetur: ita Put. *de syndicatu*, *verbo Contraxere*, *n.* 1. *&* 5. Duen. *reg.* 31. *in princ. vers. quintò fallit.* Aviles *ad cap.* 1. *prætor. verbo Donacion. n.* 5. *& verbo De mercaderia*, *n.* 26. Azeved. *l.* 1. *n.* 22. *tit.* 6. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Peregr. *d. tit.* 7. *n.* 12. *vers. limita quintò* Fachin. *controv. juris lib.* 2. *cap.* 80. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 202. *n.* 4: quicquid dicat Cald. Pereira *d. cap.* 8. *n.* 47.

26 Limita decimò, nisi emptio facta à judice, vel alius contractus ex his, qui ei sunt prohibiti, juramento confirmetur, secundùm Butr. Alciat. & alios, quo refert &
27 sequitur Gutier. *de juram. confirmat. pag.* 1. *cap.* 40. *n* 5. *col.* 2. Sed contrarium, imò talem emptionem juramento non firmari, verius est receptius, & expressè tenent Aviles *gloss. de mercaderia*, *n.* 38. Menchac. *de succes. creat. §.* 28. *n.* 56. *&* *n.* 60. Matienz. *d. p.* 3. *cap.* 28. *n.* 10. Azeved. *l.* 2. *n.* 13. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recopil.* Peregr. *d. lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 12. *in* 5. *ampl.* Seraph. *de privileg. juram. privil.* 113. *n.* 2. *&* 3. & ibi Benechend. *n.* 1. *&* 2. Bobadil. *d. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 60. Cevall. *commun. contra communes*, *q.* 445. *n.* 1.

28 Limita undecimò finito officio; nam tunc judex emere, & contrahere peterit, & contractus valebit, quamvis statim finito officio contrahat, nisi legitima præsumptio concurrat, quod adhuc ratio prohibitionis duret, *l. Hispan.* 1. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recopil.* ubi Azeved. Aviles *ad cap.* 1. *prætor. in gloss. durante sic officio*, Matienz *d. p.* 3. *cap.* 25. *n.* 6. *&* 7. *cap.* 27. *n.* 5. Bobadil. *d. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 35. *vers. latercera*, Peregr. *de tit.* 7. *num.* 12. *vers. amplia* 2. Cald. Pereira *d. cap.* 8. *n.* 38.

29 Limita duodecimò, ut judices in territorio suæ jurisdictionis sibi subditis rem sui patrimonij vendere, & donare possint, ut per Azeved. *l.* 2. *n.* 13. *vers. nam illa, tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recopil.* Bobadill. *in sua politica*, *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 39. *& comment. ibi lit. E*, quicquid dicat Cald. Pereira *dict. cap.* 8. *n.* 48.

30 Limita decimotertiò, ut possint judices pignus accipere pro securitate contractus ante officium celebrati, Aviles *ad d. cap.* 2. *prætor. in gloss. de mercaderia*, *n.* 39. Cald. Pereira *in si curatorem*, *verbo Vendidisti*, *n.* 3. Matienz. *d. p.* 3. *cap.* 27. *n.* 4. Bobadil. *d. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 39.

31 Utrùm autem judicibus liceat matrimonum contrahere cum subditis? vide *l. Hisp.* 2. *tit.* 14. *p.* 4. Aviles *d. gloss. de mercaderia*, *n.* 37. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius*, *verbo Duas habens filias*, *n.* 47. *cum seqq.* Bobadil. *dict. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 35. *in fine*, *& lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 119. qui eis & filiis suis non licere docent, filiabus verò permissum esse.

32 *Mobiles res*, &c.) Notatur ad hoc, quod mobilia bona emere non potest judex durante officio in provincia, in qua gubernat, ut per Menoch. *de arbitr. casu* 182. *n.* 29. Peregr. *dicto lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 12. Cald. Pereira *dicto tract. de empt. cap.* 8. *n.* 47.

33 *Nisi post administrationem depositam*, &c.) Utrum autem emptio, de qua *in hoc text.* adeò sit nulla, ut consensu de novo superveniente, finito officio, confirmari non possit? vide Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 34. *num.* 9.

*Hæc autem etiam ad domesticos*, *& Consiliarios*, &c. Vide posita *suprà ampliat.* 2.

34 *Ut nec interpositam personam*, &c.) Vide suprà posita *ampliat* 1. Qui enim reperitur possidere & fructus percipere per interpositam personam, præsumitur emisse, ut per Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 35. *num.* 24.



## *De modo mulctarum, quæ à judicibus infliguntur.*

### TIT. LI.

MULCTA est coërcitio pecuniaria, quæ arbitrio judicis mulctantis infligitur. Etenim quæ à lege irrogatur, & certa est, quamvis pecuniaria sit, tamen appellatur pœna, non mulcta.

*De modo.*) Id est, forma, seu moderatione, secundùm Galganet. *de condit. & demonstr. p.* 1. *cap.* 92. *n.* 7.

Vide ad hoc Alberic. *in suo dict. verbo Mulcta*, Calvin. *in suo Lexic. jurid. eodem verbo*, Boss. *in pract. tit. de mulcta*, Viv. Soar. Kirchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 24. *pag.* 217. D. Barbos. *in l.* 2. *fin. ff. de judic.* Garc. Mastrill. *post tract. de magistrat. in comment. ad indultum generale*, *c.* 18. *de mulcta*, Peregr. *de jure fisci lib.* 4. *tit.* 8.

### SUMMARIUM.

1 *Mulctæ solutio non infert damnum famæ.*
2 *Condemnatus per viam Inquisitionis de crimine infamiam irrogante per viam accusationis, evitat infamiam.*
3 *Condemnatus per contumaciam in non respondendo, non sit infamis.*

### L. Mulcta. I.

*Impp.* SEVERUS *&* ANTONINUS. AA. *Firm.*

MULctæ solutio famæ damnum non infert. Nam lege Calphurnia ambitus damnati, ut ignominia mulctáque damnati, ad Magistratum aspirare non poterant, ita Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 36. *cap.* 29. *n.* 26. & dicit Rebuff. *ad l.* 131. *propè finem*, *vers. ad hæc*, *ff. de verborum significat*, quod mulcta non infamat, ut pœna, nisi quis esset condemnatus ad mulctam pro famoso crimine. 1

Allegari solet hic text. in summario ad hoc quod condemnatus per viam Inquisitionis de crimine infamiam per viam accusationis irrogante, evitat infamiam ut per Capell. *dec.* 274. *in fine*, Boër. *dec.* 64. *n.* 9. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 53. *n.* 1. 2

Notatur etiam ad hoc, quod condemnatus per contumaciam in non respondendo, non sit, nec efficitur infamis, ut per Bart. *cons.* 11. *Quæritur*, *col. pen.* Perez *l.* 1. *vers. est tamen dubium*, *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 521. 3

### L. Procuratores. II.

*Imp.* ALEXANDER A. *Decimio P. P.*

PRocuratores rationales jus mulctandi non habuerunt. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Donel. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 1. *col.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 18. *n.* 48. ubi quod non potuit mulctare Procurator Cæsaris & fisci. D. Barbos. *in l.* 2. *§. ult. num.* 95. *ff. de judic.* ubi subdit, quod licèt Odofred. & Alberic. *hìc* dicant, hanc legem tantùm procedere, quando lis illa agitur inter privatos, non sic si inter fiscum, & privatum; nihilominùs tamen repugnat generalitas hujus textus, & quia Procurator fisci non potest cognoscere inter privatos, nisi ex illorum prorogatione, *l.* 1. *de jurisdict. omn. judic.* unde si ex sua jurisdictione non posset mulctam indicere, neque 2

eam posset indicere inter prorogantes, juxta *dict. l.* 1. & generaliter quod Procurator fisci non possint mulctam indicere significat *l. unic. de usuris fiscalib. lib.* 10. optimè explicata per Cujac. *ibi.*

SUMMARIUM.

1 *Mulctandi jus non habuit curator Reipublicæ. An habeat judex delegatus, remissivè, n.* 2.

## L. Curator. III.

*Imp.* GORDIANUS A. *Celeri P.P.*

1 REipublicæ curator jus mulctandi non habuit,
2 Jus mulctandi an habeat judex delegatus, vide Peregr. Jannin. *de reali citat. lib.* 1. *cap.* 1. *à n.* 617. D. Barbos. *in l.* 2. §. *fin. num.* 85. *cum multis sequent. ff. de judic.*

SUMMARIUM.

1 *Mulctandi jus habent Præfecti prætorio ob gravissima peccata, ad* 50. *auri libras.*
2 *Libra auri quid sit.*

## L. Illustres. IV.

*Imppp.* GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. *Eutropio P.P.*

1 PRæfecti prætorio ob gravissima peccata jus mulctandi ad 50. auri libras habent.
2 *Ad* 50. *auri libras*, &c.) Libram auri septuaginta duos aureos constituere asserit Calvin. *in suo Lexic. jurid. verb. libram auri.*

SUMMARIUM.

1 *Mulcta nisi ad opera publica, & alias probabiles causas conferantur, pertinent ad ærarium Principis. Et poterit judex hanc mulctam adjudicare operibus publicis, vel aliis causis necessariis, n.* 2.
3 *Mulcta omnis crudelis est, & severa.*
4 *Mulctæ pertinent ad fiscum.*
5 *Mulcta potuit per judicem parti applicari in comminatione & deputari pro fabrica palatij.*
6 *Pœna regulariter fisco applicanda in dubio.*
7 *Mulctæ rerum, aliáque ad fiscum pertinentia donari possunt à judice causâ remunerationis.*

## L. Mulctarum severa. V.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Prætextatum. P.P.*

1 MUlctæ nisi ad opera publica, & alias probabiles causas conferantur, ad ærarium Principis pertinent.
2 Notatur ad hoc, quod poterit judex hanc mulctam adjudicare operibus publicis, vel aliis causis necessariis, ut per Aufrer. *in addit. ad Capell. Tholos. q.* 274. *vers. adde quod judex*, Rebuff. *ad l.* 131. *vers. secundò potest intelligi, ff. de verborum significat. pag.* 450.
3 *Severa compendia*, &c.) Notatur ad hoc, quod omnis mulcta crudelis, & severa est, cùm ob solam contumaciam inferatur, ut per Alexand. *consil.* 216. *n.* 10. *vol.* 2. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 18. *n.* 51.
4 *Ærario nostro*, &c.) Ergo mulctæ ad fiscum pertinent, ut per Garc. Mastrill. *post tract. de Magistrat.* ubi de indultis generalibus, *cap.* 18. *n.* 7. *in fine*, ubi *num.* 18. subdit, quod mulcta potest per judicem parti applicari 5
in comminatione, & quod potest deputari pro fabrica palatij. Et notatur ad hoc, quod regulariter in dubio 6
pœna fisco applicari debet, secundùm Azeved. *l.* 5. *n.* 3. *tit.* 7. *lib.* 1. *novæ Recop.*

*Vel aliis necessariis causis*, &c.) Notatur ad hoc, 7
quod potest Judex mulctas rerum, aliáque ad fiscum pertinentia donare causâ remunerationis, ut per Tiraq. *in l. si unquam verb. Donatione largitus, n.* 33. *de revocand. donat.*

SUMMARIUM.

1 *Mulctandi licentiam ultra duas uncias non habent Moderatores ordinarij provinciarum.*
2 *Mulctandi potestatem ad sex libras habuit Proconsul pro tuenda jurisdictione.*
3 *Mulcta iterari trina vice potest ob peccatorum continuationem.*
4 *In mulctando modum excedens ad pœnam dupli fisco solvendam tenetur.*
5 *Peculatûs deprædationum, concussionum, furtorumque flagitia mulctis non vindicabunt judices.*
6 *Mulctari, aut condemnari nemo debet sine culpa ob præcipitem persuasionem.*
7 *Pœna legis sine rubore ac varietate judicij pro arbitrio non immutanda, extra paupertatis casum.*
8 *Mulctæ jus pertinet etiam ad delegatum.*
9 *Mulctæ hodie imponuntur pro arbitrio judicum.*
10 *Pœna una non sufficit diversis delictis.*
11 *Mulcta remitti, vel minui potest, stante paupertate.*

## L. Eos qui. VI. & ult.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Messalæ P.P.*

ORdinarij provinciarum moderatores mulctandi licentiam ultra duas uncias non habent. 1 2
Proconsul pro tuenda jurisdictione potestatem mulctandi ad sex libras habuit. Trina vice mulcta iterari potest 3
ob peccatorum continuationem. Modum in mulctando excedens, ad pœnam dupli fisco solvendam te- 4
netur. Peculatûs, deprædationum, concussionum, furtorúmque flagitia mulctis non vindicabunt judices. 5
Sine culpa ob præcipitem persuasionem nemo mul- 6
ctandus, aut condemnandus. Pœna legis sine rubore 7
ac varietate judicij pro arbitrio non immutanda extra paupertatis casum.

*Ordinario.*) Non ideo excluditur delegatus, quia 8
ideò de Ordinario meminit, cùm in hoc tit. agatur de imponendis mulctis ratione delictorum, quæ ad judices ordinarios pertinent, ac proindè mulctæ jus ad judicem delegatum Principis pertinere resolvunt Capell. Tholos. *dec.* 274. Kirchov. & Bonacos. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 24. *à n.* 1. *pag.* 278. Rebuff. *ad l.* 131. *ff. de verb. signif.* D. Barbos. *in l.* 2. §. *fin. n.* 85. *cum seqq. ff. de judic.* Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 18. *per tot.* & præcipuè *n.* 6. Farin. *d. q.* 18. *n.* 49.

*Ultra duarum unciarum auri summam condemnare non patimur.*) Nota quod dispositio hujus text. de consuetudine hodie non servatur, & judices de facto eam non servant, sed imponunt mulctas ad eorum arbitrium, ita Boss. *in tit. de mulct. n.* 8. *in fine*, & *seq.* Marant. *de ordine judic. p.* 4. *dist.* 5. *n.* 69. alias 74. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 280. *n.* 2. Roland. *cons.* 47. *num.* 13. & 14. *vol.* 2. ubi *n.* 15. dicit quod dispositio hujus legis procedit quando in præcepto non est taxata per judicem certa pœna, secus si certa, & determinata sit pœna, refert Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 18. *n.* 31.

*Id quoque observandum* &c.) Notatur ad hoc, quod 01
una

una pœna non sufficit diversis delictis, ut per Tiraq. *de retractu convent.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 21.

11 *Nisi paupertas*, &c.) Notatur ad hoc, quod judices stante paupertate possunt remittere, vel minuere hanc mulctam, ut per Boss. *de mulct. n.*14.Clar. *in §. fin.q.*31. *n.* 6. *& q.* 95. *n.*7.Brun. *de cess. bonor. n.* 49. *princ.n.*5. Peregrin. *de jure fisci. lib.* 4. *tit.*8. *n.* 19.Tiraq.*de pœnis temper.causa* 32.*a princ.*Garc.Mastrill.*post tract.de magistrat.* ubi de indult. gener. *cap.* 18. *n.* 13.

## *De defensoribus civitatum.*

## TIT. LII.

ORDINES & Magistratus municipales proportione quadam respondent, & similes sunt urbicis: ut curia Senatui, decuriones Senatoribus, duumviri Consulibus, defensores civitatum (qui & defensores plebis) Tribunis plebis.

De materia tituli vide Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.*8. *c.* 18.Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 11.*consid.*5. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 1. *c.* 26. *vers. Cõstantinopoli,*D.Barbos.*in l.*2.§.*fin.n.*84.*cum seq.ff.de jud.*

### L. Si quis. I.

*Impp.* VALENT. *&* VALENS AA. *Senecæ defensori.*

1 DEfensor civitatis cognoscebat de causis ad 50. solidos æstimatis contemplatione debitorum servorum fugitivorum. Vide Jas. *in l. cùm quædam,* §.*quoties, n.* 1.*ff. de jurisdict. omn. judic. & in l. si idem, à princ. & n.*6.*ff. eod.*Aufrer. *ad Capell. Tholos. decc.*343. Alciat *lib.* 3. *disputt. cap.* 5. Petr. Gregr. *syntag. juris lib.* 18. *c.* 18. *n.* 5. *vers. cognoscit porrò.* Et sic cognoscebant de causis quorumcunque, quæ essent parvæ quantitatis, Pancirol. *de magistrat. municip. cap.* 9. D. Barbos. *in l.* 2. §. *fin. n.* 78. *ff. de judic.*

### L. Defensores. II.

*Iidem* AA. *ad Probum P. P.*

1 COhortales & curiales defensores civitatum non sunt legitimi. Hoc idem dicit Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 18.*cap.*18.*n.* 3.*vers. non tamen ex ordine decurionum, vel cohortalium.*Alciat. *lib.* 3. *disputt, cap.* 5. Rebuff. *ad l.* 218. *incip.municipales ff. de verb.signific. vers. etiam Alciat. ait, pag.* 645.

### L. Utili ratione III.

*Iidem & GRATIAN.* AAA. *ad Senatum.*

1 RUsticorum patroni in civilibus causis sunt civitatum defensores. Hoc idem ex hoc textu desumit Menoch. *de arbitr. casu* 194. *num.* 73. *& seq.* ubi dicit in hac lege tributum esse privilegium rustico, ut apud defensorem civitatis litigare possit, quod sanè privilegium ipse intelligir, ut olim, ut ultra, summam quinquaginta coronatorum concedatur; nam cùm sit ordinaria ipsius defensoris potestas ad summam illam usque cognoscere, favore rusticitatis dicendum est, defensorem ultra illam summam judicare potuisse: hodie autem poterit ultra summam trecentorum coronatorum, cum ordinariè de tanta summa possit judicare, §. *& judicare, in auth. de defensor.civit.* alioqui nihil favore rusticitatis à Legislatore constitutum esset.

SUMMARIUM.

1 *Defensor civitatis per quinquennium secundùm præscriptam formam muneri suo præst.*
2 *Defensorum munus est quinquennale, hodie biennij, num.*3.
4 *Defensori forma defensionis præscribitur.*

### L. In defensoribus. IV.

*Imppp.* GRATIAN. VALENT. *&* THEOD. AAA. *Theodoro defensori.*

DEfensor civitatis per quinquennium statutum muneri suo secundùm præscriptam formam præst. 1
Si rusticos instar patris amet, non patiatur rusticos descriptionibus affligi, & procacitati judicum occurrat.

*Et tempus quinquennij*, &c.) Notatur ad hoc, quod 2
defensorum munus est quinquennale, ut per Petr. Gregor.*syntagm. juris lib.*18.*cap.*18.*n.*5. ubi advertit, quod
hodie ex novella Justiniani §. *jusjurandum, &* §. *fin.hoc* 3
*tit.* est biennij.

*Ut in primis*, &c.) Defensori forma defensionis præ- 4
scribitur, de qua Petr. Greg. *de cap.* 18. *n.* 5. *in med.*

SUMMARIUM.

1 *Defensores civitatum insolentiam, & indebiti vendicationem vitent, sine mulcta officium exerceant, plebem contra insolentiam & temeritatem tueantur, & re ipsa, non tituli beneficio, defensorum munus gerant. Mulctam indicere nequeunt, n.* 2.
3 *Quæstionem exercere est meri imperij.*

### L. Defensores. V.

*Imppp.* VALENT. THEOD. *&* ARCAD. AAA. *Potamio. P. A.*

INsolentiam & indebiti vendicationem civitatum 1
defensores vitent: sine mulcta officium exerceant:
& plebem contra insolentiam & temeritatem tueantur: & re ipsa, non tituli beneficio, defensorum munus gerant.

*Nullas infligant mulctas*) Notatur ad hoc, quod de- 2
fensores civitatum mulctam indicere non possunt, ut per D.Barbos.*in l.*2.*§.fin. n.* 73.*ff. de judic.* ubi *numeris sequent.* rationem reddit, & tradit in quo differant à reliquis Magistratibus municipalibus

*Non exerceant quæstiones.*) Alber. *in l. Imperium,* 3
*n.* 15.*ff. de jurisd. omn.judic.* ait quod exercere quæstionem est meri imperij, cùm indistinctè neget defensoribus civitatum. Et licèt Dec. *in præsenti, n.* 48. teneat hæc verba referri ad torturam, quæ fit ad pœnam, melius tamen videtur textus intelligendus de tortura, quæ fit ad investigationem veritatis, siquidem hæc videtur propriè investigatio quæstionis, à quærendo.

SUMMARIUM.

1 *Defensores latrones non ferant, crimina puniant, & horum occasiones tollant, auxiliatoréque scelerum sub se non patiantur.*
2 *Advocatus denegatur ob criminis immanitatem.*

L. Per omnes regiones. VI.

*Iidem* AAA. *Tatiano P.P.*

1 DEfensores latrones non ferant, crimina puniant, & horum occasiones tollant, auxiliatoresque scelerum sub se non patiantur. Vide Hortoman. *lib. 3. observ. 20.* Hippol. *cons. 9. n. 3.* Gom. *de potest. in seipsum, lib. 1. cap. 19. n. 4.*

2 *Removeant patrocinia* ) Notatur ad hoc, quod propter criminis immanitatem denegatur Advocatus, de quo vide Hippol. *in l. 2. n. 37. & in l. unius, §. cognituru, n. 76. ff. de quæst.* Mant. *lib. 1. dial. 5.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 49. n. 30.* Gemin. *de usuris, commento 4. in præfat. n. 16.* ubi usurario, Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. glos. 5. n. 40.* Perez *ad l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 400.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. q. 38. pag. mihi. 464.*

## L. Defensores civitatum. VII.

*Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Cœliano. P. P.*

1 LAtrones, & homicidas notorios, in ipso facto deprehensos, adulteros, manifestato crimine, & nominatis accusatoribus, idonea persecutione Defensores ad judicium dirigent. Vide Petr. Greg. *syntag. juris lib. 18. cap. 18. n. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Defensores orthodoxæ fidei ab Episcopo, & Clero, ac Honoratorem curialium decreto constituebantur. Videntes contra publicam disciplinam possessores ludi, commissos excessus deferant, n. 2. & 3.*
4 *Honorati, pro Duumviris.*

L. Defensores ita. VIII.

*Iidem* AA. *Cœcilio P.P.*

1 DEfensores orthodoxæ fidei ab Episcopo. & Clero, ac Honoratorum curialium decreto con-
2 stituebantur. Videntes contra publicam disciplinam possessores lædi, commissos excessus deferant apud Præfectos prætoriorum Magistrosque equitum ac peditum, & Comites tam sacrarum largitionum, quàm rerum privatarum.
3 Hoc idem ex hoc textu desumit Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 18. cap. 18. n. 3. vers. ex decreto reverendissimorum.*
4 *Et Honoratorum.* ) Pro Duumviris hîc accipiuntur, ut per Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 32.*

SUMMARIUM.

1 *Ponderum, ac mensurarum curam habuerunt defensores civitatum, ne subditi per auctas mensuras, & pondera graviora premerentur nimium.*
2 *Contestatio in actis fieri solita.*
3 *Magistratus, ad quem adulterinæ mensuræ spectat castigatio, illas frangere debet.*

L. Jubemus. IX.

*Iidem* AA. *eidem P. P.*

1 POnderum. ac mensurarum curam, ne subditi per auctas mensuras, & pondera graviora nimium premerentur, habueruut civitatum defensores: qui si denegent Provincialibus contestari injurias, harum consignationem necessariam, ac libelli confectionem Notarij per Provinciales requisiti sub pœna non denegabunt requirentibus. Vide Petr. Greg. *Syntagm. juris lib. 18. cap. 18. n. 5. prope fin. vers. addunt Honorius.*

2 *Velit de injuria contestari*, &c. ) Ergo in actis fieri solita fuit contestatio, ut per Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 3. cap. 22. vers. testatio verò.*

3 *Sed eos deprehensos*, &c. ) Notatur ad hoc, quod Magistratus, ad quem spectat adulterinæ mensuræ castigatio, debet illas frangere, ut per Joan. Regnaud. *in suo tract. de mensur. n. 4. cum seq.* Mascard. *de probat. concl. 1044. aliàs 1048. n. 5.* Mex. *in tract. taxæ panis, concl. 1. n. 166.*

## L. Nulli defensorum. X. & ult.

*Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *Cyro P.P.*

1 DEfensor civitatis Præfectos prætorio inscio sine Cæsaris permissu officium deserere non potuit. Vide Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 18. cap. 18. numero 6.*

# *De Magistratibus municipalibus.*

## TIT. LIII.

*Magistratibus municipalibus.*) Ut Duumviris. Vocantur etiam Magistratus simpliciter, & sine ulla adjectione, *l. 2. hoc tit. & infrà tit. prox. l. unic.* & aliis locis.

De materia tituli vide Alciat. *lib. 1. disp. c. 5.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 18. cap. 17. per tot. & lib. 32. cap. 10. à princ.*

SUMMARIUM.

1 *Magistratus, seu Decuriones pro annona curanda ante officij aditum trimenstruo spatio nominandi, & n. 2.*

L. Decuriones. I.

*Imp.* CONSTANTINUS A. *ad Florentium. P. P.*

1 DEcuriones pro annona curanda ante officij aditum trimenstruo spatio nominentur, ut in casu excusationis probabilis alius maturè substitui possit.
2 *Ante tres menses*, &c. ) Notatur ad hoc, quod magistratus tribus mensibus ante subeundam administrationem nominantur, ut per Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 18. cap. 17. n. 1. in princ.*

*PRIMI LIBRI FINIS.*

# COLLECTANEA DOCTORUM In Librum Secundum Codicis.

## DE EDENDO.

### TITULUS PRIMUS.

PRÆCIPUE hîc agitur de edenda actione, ut reus intelligens qua actione conveniatur, sciat utrùm cedere, an contendere malit; & si contendendũ putat, veniat instructus ad se defendendum. *Edere*, autem est apud judicem proferre, seu demonstrare, *infr. l. 3. & ff. eod. l. 1. §. 1.* vel suâ, *d. l. 1. §. edenda*, vel adversarii causâ, *l. 5.* Eodem sensu sæpe dicitur exhibere, ut *l. 1. & 2.* Scripserunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Castr. Fulgos. Alexand. Socin. Jas. Dec. Jacob. Riminald. Cagnol. Ripa, Bolognet. Alciat. Gozad. Ferret. Aloys. de Leo, Donel. Cujac. Andr. Alciat. Petr. Gilchen, Sebast. Næv. & ex Repetentibus *t. 7.* Francisc. Niconizius, Francisc. Curtius, Joan. de Vicomercato, Hieron. Butigella. Itẽ Cujac. Pac. & Wesembec.

De materia tituli vide Suar. Viv. Kirchov. & alios, *tom. 1. commun. opin. l. 2. tit. 1. pag.* 278. eleganter Reginald. Corsun. *indagationum juris lib. 1. c. 2.* ubi agit latè de continuatione hujus rubr. & quare de *edendo* inscriptus fuerit titulus, & non de *Editione*, ubi inter alia sic censuit. Libuitque uti gerundio magis quàm nomine, quia cùm vicissim reus & actor edant, quin & Notarius, *l. 2. infrà eod.* gerundium ex Grammaticorum sententia rectè utramque recipit significationem, activam scilicet, & passivam: item accommodatur magis ad negandum, & affirmandum, quàm nomen; ideo inscriptum est de *edendo*, quasi cogitatum etiam fuerit, *vel non edendo*: est enim aliquando edendum, aliquando non edendum.

In gloss. hujus rubr. ibi, *sed quæritur quare dicit de edendo per gerundium*, &c.) Notatur ad hoc, quod gerundium formam inducit. Dec. *cons. 607. n. 5. & cons. 433. n. 6.* Et inducit conditionem, Bart. *in l. si tamen ex parte. n. 1. ff. de acquir. hæred.* Tiraq. *cessante causa, limit. 1. n. 81.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, pag. 163.* Surd. *de aliment. tit 5. q. 3. n. 41.* Azeved. *l. 18. tit. 21. lib. 4. novæ Recop.* Cald. Pereira *de potest. elig. cap. 4. n. 30.* Valasc. *cons. 149. n. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Pecuniæ depositionem allegans, depositionis probationem præstò habeat.*
2 *Instrumentorum exhibitio petita à judice cum causæ cognitione decernitur.*
3 *Edere judicis officio, vel jure actionis an quis cogatur, remissivè.*
4 *Reus conventus non tenetur edere actori rationes, & instrumenta, quibus actor contra ipsum reum utatur.*
5 *Libellus obscurus, vel ineptus, si offeratur, repelli potest à judicio.*

### L. Ipse. 1.

*Imp.* ANTONINUS PIUS A. *Æmilio.*

PEcuniæ depositionem allegans, depositionis probationem præstò habeat. Exhibitio instrumentorum petita, à judice cum causæ cognitione decernitur. Colligunt ex Ordin. Bart. Bald. Salicet. Castr. Jas. Dec. Rip. Donel. Alciat. Aloys. de Leo, Petr. Gilchen, post omnes Hubert. Giphan. *tom. 1. pag.* 27. Et repetitiones super hac lege ediderunt Joan. de Vicomercato, Francisc. Curtius, Francisc. Purpurat. Ludov. Gozadin. Zoanetus, Hieronymus Butigella. 1 2

Controversia est non modica hîc inter Gloss. & Doctores, an quis cogatur edere officio judicis, vel jure actionis, de qua latè & ex professo per Nicol. Bellon. *supputationum juris lib. 2. cap. 11.* 3

*Nam quod desideras, ut rationes*, &c.) Notatur hoc, quod reus conventus non tenetur edere actori rationes, & instrumenta, quibus actor contra ipsum reum utatur, ut per Menoch. *de arbitrar. casu 449. à princ.* Surd. *de alimentis, tit. 8. privil. 3. num. 1.* & alios per me citatos *in collect. ad cap. 1. de probation. num. 13.* 4

*Id ex causa ad judicis officium*, &c.) Notatur ad hoc, quod si libellus obscurus offeratur, ineptusve sit, vel absque causâ, poterit judex à judicio eum repellere, ut per Jas. *in §. omnium, n. 175. Instit. de action.* Dec. *in cap. 1. n. 41. de probat.* Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, lib. 1. n. 65.* 5

SUMMARIUM.

1 *Acta tam criminalia, quàm civilia edenda judici, vel parti habenti interesse, & n. 2. intellige ut num. 3.*
4 *In causis fisci reus ab eo conventus illi edere instrumenta tenetur ad fundandum ejus intentionem. Secus in causis criminalibus, n. 5. Extenditur illa de fisco sententia ad Ecclesiam, matrimonium, dotem libertatem, miseras personas, liberalem causam, causam scholastici, studii, & quamcunque aliam favorabilem, ut alimentorum, n. 6. & 7.*
8 *Attestationes testium edi non debent parti ante illarum publicationem.*

9 *In causa criminali reus non tenetur edere instrumenta fisco. Limita ut n.* 10.

11 *Reus si non edit, probata existentia instrumentorum, quæ fiscus edere prætendit penes reum, illa utique subtraxisse præsumitur.*

12 *Res inter alios acta præsumptionem facit.*

## L. Is apud quem. II.

*Impp.* SEVERUS & ANTON. AA. *Fausto.*

1 Acta tam criminalia, quàm civilia edenda sunt judici, vel parti habenti interesse. Colligunt ex Ordin. Doctores & Repetentes citati *ad l. 1. sup. hoc tit. num.* 1. & ex Repetentib. *tom.* 7. Ludovic. Gozad. Hieron. Butigella.

2 Hanc eandem decisionem ex hoc text. desumunt, multisque exornant Duen. *reg.* 5. Socin. *reg.* 8. *&* 112. Alciat. *lib.* 3. *parerg. c.* 20. Mantic. *lib.* 1. *dialog.* 1. *vers. tabellioni*, Bert. *decis.* 15. *n.* 4. Maranta *de ord. judic. p.* 6. *actu* 10. *num.* 56. ubi intelligit, dummodò talis editio fiat judice mandante, aliàs sine mandato judicis non tenetur Notarius actorum edere acta, Nicol. Bellon. *supputat. juris lib.* 2. *cap.* 12. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 18. *c.* 13. *col.* 12. & latiùs *lib.* 23. *cap.* 8. Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo instrumentum num.* 28. *&* 32.

3

4 In fisci causis certum est, quod reus ab eo conventus tenetur illi edere instrumenta ad fundandam ejus intentionem, juxta *l. nec quisquam* 3. *ff. hoc tit. & l.* 2. *§. divus, ff. de jure fisci*, Laudensis *in tract. de fisco, quæst.* 23. Franc. Lucan. *eod. tract. n.* 7. Socin. *reg.* 12. *fallent.* 4. Gail. *lib.* 1. *observ.* 106. *n.* 12. Marant. *de ordine judic. lib.* 1. *p.* 6. *tit.* 10. *n.* 45. Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 27.

5 *num.* 2. ubi etiam subdit hoc ipsum dicendum non esse in causis criminalibus, Mascard. *de probat. concl.* 395. *num.* 16. *&* 26. *& concl.* 806. *num.* 2. latè Joan. Garc. *de*

6 *nobilit. gloss.* 2. *§* 1. *num.* 25. *cum seqq.* & *num.* 27. hanc de fisco sententiam ad Ecclesiam, matrimonium, dotem, libertatem, miseras personas, liberalem causam, causam scholastici, & studii, & quamcunque aliam favorabilem, putà alimentorum, extendit: & *num.* 29. præfatam de fisco resolutionem limitat in causis criminalibus, Pereg. *de jure fisci lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 11.

7 *& num.* 23. *cum seqq.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 3. ubi de causis piis cum fisco, Bernard. Græv. *ad practicam Camera Imper. lib.* 1. *concl.* 106. *consid.* 1. ubi *n.* 2. *cum seqq.* de fisco criminaliter agente, Tiraquel. *de pia causa in præfat. pag.* 15. *& privil.* 155. ubi de causis piis, & studiis, latissimè Farin. *fragm. crimin. p.* 1. *lit. F, num.* 159. *cum seqq.*

8 In gloss. *Is apud quem*, ibi, *de publicatione testium*, &c.) Notatur ad hoc, quod attestationes testium ante publicationem edi non debent parti, sed debent esse secretæ penes judicem, & actorum Notarium, ob timorem subornationis, ut per Marant. *de ordine jud. p.* 6. *actu* 10. *num.* 56.

9 In gloss. *Exhiberi, fin.* ibi, *sed videtur quod criminalia acta etiam fisco non edantur*, &c. Notatur ad hoc, quod in causa criminali, ubi scilicet agitur de crimine, & pœna inferenda, reus non tenetur fisco edere instrumenta, ut per Socin. *regul.* 112. *in* 4. *fallent.* Clar. *in § fin. q.* 27. *num.* 2. *vers. sed hic incidenter quæro*, Peregr. *d. lib.* 7. *tit.* 3. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 499. *n.* 22. Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 65. *n.* 123. late Farinac. *d. lit. F, n.* 174. ubi *num.* 175. ait procedere hanc resolutionem non solùm ubi agitur de pœna corporali, sed etiam si agatur de pœna pecunia-

10 ria, & *n.* 176. limitat ut non procedat in casu, in quo servus de jure torqueri potest contra dominum, pro ut est in crimine adulterii, fraudaræ annonæ, læsæ majestatis, & similibus, de quibus *in l.* 1. *de quæstion.* quia in his casibus reus etiam à fisco, & contra se ipsum cogi potest edendum acta, & instrumenta.

In eadem gloss. ibi, *sed in civili, eo ipso quod non* 11
*exhibentur, finguntur fisco subtracta*, &c. Notatur ad hoc, quod si reus non edat, probata existentia instrumentorum, quæ fiscus edere prætendit, penes reum, illa utique subtraxisse, & occultasse præsumitur, ut per Franc. Lucan. *d. tractat. de fisco, part.* 1. *n.* 89. Bosi. *in tit. de fisco & ejus privileg. n.* 12. Farinac. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. F, n.* 171. ubi *n.* 172. subdit, quod licèt hæc gloss. dixerit ob istam subtractionis, & occultationis præsumptionem reum teneri de furto: nihilominùs tamen contrarium sustinet, quia absurdum est quem in actione furti ex præsumptionibus condemnare: & *n.* 73. id intelligit procedere, dummodò fiscus probet per testes tenorem instrumenti.

In eadem gloss. ibi, *quod prosunt, scilicet ad præ-* 12
*sumptionem*, &c. Notatur ad hoc, quod res inter alios acta præsumptionem facit, ut per Tiraquell. *in tractat. res inter alios acta, limit.* 19. Menoch. *cons.* 1. *n.* 206. Mascard. *de probat. concl.* 1267. aliàs 1273. Surd. *dec.* 325. *n.* 11.

---

## SUMMARIUM.

1 *Editio actionis speciem futuræ litis demonstrabit.*

2 *Libellus actoris editus clarè litem futuram continebit.*

3 *Libelli emendatio usque ad litis contestationem licita.*

4 *Actionis nomen non cogitur exprimere actor in libello.*

5 *Libellus ante litis contestationem emendandus, vel incontinenti post, ibid.* 6. *Intelligo ut ibid.* 7.

8 *Actor potest ante litis contestationem ab uno libello formare alium novum.*

## L. Edita actio. III.

*Iidem* AA. *Valenti.*

EDitio actionis demonstrabit futuræ litis speciem, 1
Libellus actoris editus continebit clarè litem fu- 2
turam. Libelli emendatio usque ad litis contestatio- 3
nem licita. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1 *.num.* 1. *sup. hoc tit.* post omnes Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 29. & ex Repetentibus *tom.* 7. Joan. de Vicomercato, Philippus Corneus, Franciscus Curtius, Ludovicus Gozadinus.

De materia & intellectu hujus text. vide Vacon. 4
à Vacuna *juris civilis declarat. lib.* 1. *declar.* 26. *n.* 12. *& lib.* 6. *declar.* 88. *&* 89. *per tot.*

*Speciem futuræ litis demonstrat.*) Ergo actionis nomen non cogitur actor exprimere in libello, sed sufficit proponere factum purè & simpliciter; ita tamen ut veritas negotii clarè, & distinctè ostendatur, ut per Cardos. *in praxi judicum, verb. Actio, n.* 12. Suarez de Paz *in pract. tom.* 3. *in initio, n.* 7. ubi ait necessarium non esse exprimere nomen actionis, sed solummodò, purè, & simpliciter factum, ex quo resultat nomen actionis, & ibi multipliciter declarat, & nonulla jura ad hoc probandum allegat.

*Quam emendari, vel mutari licet*, &c.) Notatur ad 5
hoc, quod libellus ante litem contestatam emendari & corrigi potest, ut per Afflict. *dec.* 44. *num.* 3. Vacon. à Vacuna *lib.* 6. *novarum declarationum, declar.* 87. *cum duabus seqq.* Mayn. *lib.* 4. *action. cap.* 7. Craver. *cons.* 273. *num.* 7. Bellon. *lib.* 1. *supput. cap.* 9. Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 8. *gloss.* 7. *num.* 14. *& tit.* 2. *gloss.* 5. *num.* 3. ubi quod potest fieri etiam post litis 6
contestationem incontinenti, Anton. Gom. *tom.* 3. *variarum, cap.* 11. *n.* 8. *à princ.* ubi intelligit circa sub- 7
stantialia, secus verò circa aliquam qualitatem omissam, quia illa benè potest cumulari, addi, vel detrahi non alterando substantiam facti propositi, Joseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 126. *num.* 26. D. Barbos. *in l. si debitori*

*debitori* 11. *n.* 11. *ff. de judic.* ubi ait quod hic text. loquitur de editione formulæ actionis, quæ fiebat ad requisitionem rei ut deliberaret utrùm vellet cedere, vel contendere; & ideò cùm adhuc non esset ventum ad judicium, neque lis esset contestata, poterat actor mutare propositum, & novam formam actionis eligere, dummodò illius faceret editionem reo, ad prædictum effectum, utrùm vellet cedere, vel contendere: idem D. Barbos. *in l. non potest videri* 23. *ex num.* 28. *eod. tit. de judic.* ubi dicit quod potest quis emendare libellum addendo, vel detrahendo, retenta eadem actione, & substantia causæ, dummodò id fiat ante litem contestatam, vel etiam post incontinenti. Rebuff. *in comment. ad l.* 7. *vers. decimo. ff. de verborum signific.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 23. *cap.* 5. Nicol. Reusner. *decis.* 18. *n.* 26. *lib.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 347. *num.* 18. Bernardin. Muscatel. *in sua praxi aurea civili Regni Neapol. part.* 1. *gloss. petitur, n.* 50. Camill. Borel. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 49. *de libello, n.* 95. *cum seqq.* Ordin. Regia Lusit. *lib.* 3. *tit.* 20. §. 7.

8 Quod adeò verum est, ut absque dubio possit actor ante litis contestationem desistendo ad uno libello alium novum formare, secundùm Felin. *in cap. significantibus, n.* 17. *de libelli oblat.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 8. 15. *n.* 5. *cum seqq.* D. Barbos. *in d. l. non potest videri, num.* 32.

---

## SUMMARIUM.

1 *Reus regulariter non tenetur actori edere instrumenta ad fundandam intentionem, & n.* 4.
2 *Actore deficiente in probatione, reus absolvitur.*
3 *Heliogabalus omnium monstrosissimus dicitur.*
5 *Personis miserabilibus tenetur reus instrumenta edere ad fundandam intentionem.*
6 *Reus ad fundandam replicationem tenetur ejus instrumenta edere actori.*
7 *Intentionis suæ fundamentum probare quilibet tenetur.*
8 *Accusatore non probante reus absolvendus est. Quid si semiplenè probavit, remissivè, num.* 9. *Procedit etiamsi reus sit nequam, n.* 10. *Etiam in civilibus, n.* 11.
12 *Possidentis melior conditio.*

### L. Qui accusare. IV.

*Imp.* ANTONINUS A. *Epaphrodito.*

1 REus regulariter non tenetur actori edere instru-
2 menta ad intentionem fundandam. Item actore in probatione deficiente reus est obsolvendus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* & ex Repetentibus Franciscus Curtius.

3 In superscript. ibi *Imper. Antoninus.* Id est, Heliogabalus, quem omnium monstrosissimum dicit Tiraq. *de jure primogen. quæst.* 17. *opin.* 4. *n.* 31.

4 *Ut alienorum instrumentorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod reus non tenetur actori edere instrumenta ad intentionem fundandam, ut per Doctores citatos *ad l.* 2. *n.* 2. *supr. hoc tit.* Cardos. *in prax. judicum, verbo instrumentum, n.* 27. Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 2. §. 1. *n.* 12. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. centur.* 5. *casu* 499. *à princip.* Sigism. Scacc. *de judic. caus. civil. & crimin. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 480. *cum seq.* Nicol. Genoa *de script. priv. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 140. *cum seqq.* Fulv. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 48. *cum seqq. & cap.* 62. *&* 63. Quod procedit in judico quantumvis summario, & in quo de plano, sinéque figura judicii proceditur, ex Menoch *d. casu* 499. *n.* 2. & Falv. Pacian. *d. cap.* 61. *n.* 51.

5 At verò miserabilibus personis instrumenta ad intentionem fundandam edere reus tenetur, Joan. Cephal. *cons.* 165. *n.* 8. *lib.* 2. Pacian. *d. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 51. Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de sentent. provis. art.* 3. *gloss. ult. n.* 22. Menoch. *dicto casu* 499. *n.* 50.

6 Sic etiam reus ad fundandam replicationem ejus instrumenta edere tenetur actori, secundùm Bart. *in l. fin. num.* 2. *vers.* 3. *quod reus edat, infr. hoc tit.* Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 10. *pag.* 279. Socin. *reg.* 149. *vers. tertiò fallit*, Valasc. *de jure emphyt. q.* 8. *n.* 8. Bernard. Grævæ *ad practic. Camera Imperialis, lib.* 1. *conclus.* 106. *consid.* 2. *n.* 10.

7 Notari etiam solet, & communiter allegari hic text. ad hoc, quod fundamentum intentionis suæ quilibet probare tenetur, per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Actor, n.* 3. Joseph. Ludovic. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de probat concl. unic.* cum aliis per me citatis *axiom.* 128. *n.* 1.

8 *Actore enim non probante*, &c.) Notatur ad hoc, quod accusatore non probante reus absolvendus est, etiam quod pro sua innocentia nihil deduxerit, aut probaverit, ut per Gigant. *de crimine læsæ majestatis lib.* 2. *tit. quando crimen læsæ majestatis probetur, q.* 30. *num.* 1. Roland. *cons.* 90. *n.* 3. *lib.* 3. Bursat. *cons.* 246. *num.* 1. Joseph. Ludov. *conclus.* 14. *in* 4. *ampl.* Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *n.* 8. Mascard. *de probat. concl.* 1224. *num.* 29. ubi subdit rationem, quia quando accusator nihil probavit, reus præsumptivè dicitur docuisse de sua innocentia, Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad.* 9. *errore* 1. ubi quid si semiplenè probavit, latè 9
Farin. *frag. crimin. part.* 1. *lit. A, n.* 27. *cum seqq.* ubi *n.* 29. asserit procedere etiam quod reus sit homo 10
nequam.

Procedit hæc conclusio etiam in civilibus, in qui- 11
bus vulgata est regula, quod actore non probante reus absolvitur, ut *in l. frustrà, & in l. actor, de probat.* ubi vide posita, interim consule plures Doctores, quos plena manu citavi *de Axiomat. juris usufreq. axiom.* 10 *num.* 2. quibus addo Castill. *tom.* 7. *de Tertiis, cap.* 7 *à princip.*

*Qui convenitur.*) Notatur ad hoc, quod melior est 12
conditio possidentis, ut per Tiraq. *de jure primog. q.* 17. *opin.* 11. *num.* 20. *cum seqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Mercator & Argentarius tenentur codices edere, & rationum libros, & n.* 2. *Etiam pro eorum memoria confectos, probata existentia, & interesse petentis illos, n.* 3.
4 *Reus quare actori rationes suas edere non cogatur, remissivè.*

### L. Non est novum. V.

*Imp.* ALEXANDER A. *Valentiniano.*

MErcator, & Argentarius tenetur edere codices 1
& rationum libros. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* & ex Repetentibus Franciscus Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Duen. *reg.* 20. Menoch. *de arbitr. casu* 91. *cum duobus seqq.* Guid. Papæ *decis.* 243. *& seq.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 23. *cap.* 6. *col.* 1. Villalob. *commun. opin. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 1. *n.* 42. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 1022. Rot. *decis.* 348. *n.* 3. *part.* 1. *recentior.* ubi quod Mercatores tenentur libros exhibere etiam pro eorum memoria confectos, probata existentia, & interesse petentis illos exhiberi, *& decis.* 259. *n.* 9. *eod. part.* 1. ubi quod libros alteri exhibere quis non tenetur, nisi probata existentia penes eum plenè & concludenter, ac etiam de tempore motæ litis. 3

4 Quare autem reus actori suas rationes edere non cogatur? vide Donel. *d. lib. 23. cap. 7. col. fin.*

## L. Justum est. VI.

*Idem A. Uranio.*

1 Fisco, ut pateat quid sit solutum, vel non, edendæ sunt rationes. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. colligunt Dec. *in cap. 1. n. 28. de probat.* Duen. *reg. 20.* Donell. *comment. juris civilis lib. 14. cap. 6. col. 1.* Kirchov. *commun. opin. tom. 1. lib. 2. tit. 1. n. 14. pag. 279.* Peregr. *de jure fisci lib. 7. tit. 3. n. 27.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 65. n. 61. vers. prædictis tamen obstare videtur*, Farin. *frag. crimin. p. 1. lit. F, n. 166.*

### SUMMARIUM.

1 *Instrumenta communia fisco & privatis fiscus tenetur edere.*

2 *Instrumenta communia custodiri debent apud seniorem, & digniorem in familia.*

3 *Legatarius potens legatum, non tenetur edere testamentum, quamvis in libello faciat illius mentionem.*

## L. Procurator. VII.

*Idem A. Valenti.*

1 INstrumenta communia fisco & privatis fiscus edere tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & ex Repetentibus Franciscus Curtius.

2 *Apud digniorem,* &c.) Notatur ad hoc, quod instrumenta communia custodiri debent apud seniorem, & digniorem in familia, de quo Bart. & Alexand. *in præsenti*, Tiraquell. *de jure primog. in præfat. n. 127. cum seqq.* D. Barbos. *in l. 1. part. 7. n. 8. ff. soluto matr.*

3 In gloss. *Morem.* Notatur ad hoc, quod legatarius petens legatum non tenetur edere testamentum quamvis in libello faciat mentionem illius, quoniam debet esse apud hæredem, & non apud legatarium, ut per Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo legatum, num. 39.*

### SUMMARIUM.

1 *Copia & exemplum sine originali non probant: & num. 2.*

3 *Instrumentum faciens mentionem de alio, non probat id, de quo facit mentionem, nisi illud aliud edatur. Limita ut n. 4.*

5 *Scriptura extracta ex originali, parte citata edi debet, aliàs non probat. An in dubio præsumatur citationem partis interveniss, n. 6.*

7 *Copia, sive exmplum, ut probet quale sit, & quid pars opponat, ramissivè, n. 8.*

9 *Confessio judicialis an sit vera probatio.*

## Auth. Si quis in aliquo.

1 COpia & exemplum sine originali non probant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus Franciscus Curtius.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. & alibi desumunt Cov. *pract. cap. 19. n. 2. & cap. 21. per tot.* Roland. *cons. 69. n. 13. cum seqq. vol. 3.* Duen. *reg. 280.* Perlador. *rerum quotid. lib. 2. cap fin. p. 1. §. 12. limit. 2.* Cordos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo instrumentum, n. 22.* Morla *in emporio juris, part 1. tit. 11. de fide instrum. q. 1. per tot.* Castill. *controvers. juris lib. 2. cap. 16. n. 52. & lib. 4. cap. 43. n. 4.*

3 Allegari etiam solet hic text. ad hoc, quod instrumentum faciens mentionem de alio, non probat in illo, de quo facit mentionem, si illud aliud non edatur, ut per Socin. *reg. 136.* Boër *decis. 28. n. 4.* Dec. *in cap. pen. n. 8. de confirm. utili.* Hippol. *in rubr. de fide juss. n. 283.* Capell. Tholos. *decis. 417.* Cov. *pract. cap. 21. n. 2. vers. quod si fiat.* Tiraq. *de retractu lig. §. 2. gloss. 1. num. 10.* Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 33. de revocand. his quæ in fraudem, n. 14.* Surd. *decis. 231. n. 2. cum seqq.* Malcard. *de probat. concl. 404. & concl. 923. & concluss. 105. n. 3. cum seqq. & concl. 711. n. 9.* Gutier. *cons. 23. n. 9.* Cardol. *d. verbo instrumentum, n. 24.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 4. n. 6.* Castill. *d. lib. 2. cap. 16. n. 60.* Morla. *d. q. 1. n. 22.* Alphan. *collect. 436.*

4 Limita textus conclusionem, quando exemplum hujusmodi reperitur in archivio publico alicujus loci, sive civitatis, quia tunc illud exemplum legitimè probaret, ut per Alex. *6. cons. 16. n. 5. lib. 5.* Cov. *pract. cap. 21. num.* Ozasc. *Pedem. decis. 69. n. 7.* Mascard. *d. concl. 711. num. 61.* ubi *numeris seqq.* multipliciter intelligit.

5 In gloss. *Documento* 1. ibi, *ideſt exemplum*, juncta marginali additione, ibi *vocata parte, cujus interest, alias non creditur exemplo.* Notatur ad hoc, quod scriptura extracta ex originali, parte citata edi debet, alias non probat, de quo vide Marant. *de ordine judic. part. 6. actu 10. de actorum editione, n. 17. vers. & primò* Cov. *pract. cap. 21. n. 4.* Padil. *in l. 3. n. 6. C. de divers. rescript.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 13. n. 49.* Anton. Gabr. *commun. opinion. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. n. 127.*

6 Castrill. *quotid. lib. 2. cap. 16. n. 56. post* ubi *num. 57.* quærit utrum in dubio præsumendum sit citationem partis intervenisse.

7 Exemplum autem, ut probet qua forma, & solemnitate sit transcribendum ex originali, aut ex protocollo, & quæ intervenire debeant in actu prædicto, vide Doctores, quos plena manu citat Castill. *d. cap. 16. num. 55.*

8 Et quid si pars non opponat, vide Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 171. n. 10.*

9 In gloss. *Alia probatio*, ibi, *vel per confessiones*, &c. An confessio judicialis sit vera probatio, vide Jas. *in l. cùm te, n. 11.* ubi Padil. *n. 8. C. de transact.* Alban. *ad Bart. in l. 1. n. 9. cum seqq. ff. de offic. Consulis*, Valasc. *de jure emphyt. q. 7. n. 27.* Malcard. *de probat. lib. 1. q. 8. à n. 3.* Perez *ad l. 5 gloss. fin. col. 1. tit. 8. lib. 3. Ordinam.*

### SUMMARIUM.

1 *Actor tenetur reo instrumenta edere ad fundandam intentionem, & n. 2.*

3 *Alexander Antonini Heliogabali filius adoptivus.*

## L. Et quæ à Divo. VIII. & ult.

*Idem A. Floro.*

1 REo tenetur actor edere instrumenta ad fundandam intentionem, & exceptionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & ex Repetentibus Franciscus Curtius.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Kirchov. *tom. 2. commun. opin. lib. 2. tit. 1. n. 1. pag. 278.* Rebuff. *de privil. scholast. privil. 116.* Alexand. Raudens. *de analog. & æquivoc. cap 34. n. 11.* Peregr. *de jure fisci, lib. 7. tit. 3. n. 27.* Farinac. *fragment. crimin. part. 1. lit. F, num. 166.* Menoch. *de arbitr. cent. 5. casu 499. à princip.* Sigism. Scacc. *de judic. causar. civil. & crimin. lib. 2. cap. 11. n. 480. cum seqq.* Nicol. Genoa *de script. priv. lib. 4.*

*lib. 4. tit. 1. n. 140. cum ſeqq. & c. 62. & ſeq.* Joan. Domin. Gaito *de credito, cap. 2. tit. 5. art. 2. inſpect. 2. n. 1075. cum ſeqq.*

3 *A divo Antonino, patre meo*, &c.) Adverte qued Alexander conditor hujus legis Antoninum Heliogabalum. *l. qui accuſare, ſupr. hoc. tit.* conditorem vocat patrem ſnum, ut qui eum adoptaverat, ſicut recenſet Tiraquel. *de jure primog. q. 17. opin. 5. n. 31.*

*Originem petitionis*, &c.) Ego a contrario ſenſu bene tenebit, ut per Dec. *in c. 1. n. 33. de probat.*

## *De in jus vocando.*

## TIT. II.

IN jus vocatio eſt initium omnium actionum inſtituendarũ, §. *ult. Inſt. de pœn. tem. litigantium.* In jus vocare, eſt ad eum qui juriſdictioni præeſt, *ff. ſi quis in jus vocat non ierit, l. 2. & ne quis eum, qui in jus vocab. vi exim. l. 3. §. 1.* experiendi, ideſt agendi causâ vocare, *ff. hoc tit. l. 1.* Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Socin. Cyn. Salicet. Alex Jacob. Jaſ. Dec. Caſtrenſ. Alciat. Bald. Joan. Marc. Riminald. Cujac. Donell. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen. Sebaſtian. Næv. item Cujac. & Weſemb. & ex Repetent. *tom. 7.* Franciſcus Curtius, Hieronym. Butigella.

De materia tituli, & de citationibus vide eundem Cujac. *lib. 13. obſ. cap. 11.* Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 1. l. Hiſpan. tit. 7. part. 3.* Specul. *tit. de citat.* Socin. *eod. tract.* Afflict. *lib. 1. conſtitut. rubr. 95.* Marant. *de ordine judic. p. 6. tit. de citat.* Viv. Soar. Kirchov. & alios *tom. 1. commun. opin. lib 2. tit. 2.* Briſſon. *de verbor. ſignif. lib. 3. verbo Citare,* Iodoc. *in pract. cap. 17.* Cott. *inmemorab. verbo Citatio*, Brunor. à Sole *in compendio reſolut. eod. verbo*, Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. eod. verbo*, Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tract. de citat.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat.* Donell. *comment. juris civilis lib. 23. cap. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 290. cum ſeqq.* Cur. Philip. *part. 1. cap. 12.* Soar. *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 3.* Fr. Ludov. Miranda *de ordine judic. q. 14. art. 4.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de citat.* Camill. Borell. *in ſumma omnium deciſ. tom. 1. tit. 44. citat.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 4. de citat.*

### SUMMARIUM.

1 *Reverentia marito debita extenditur ad uxorem.*
2 *Conſtitutio pœnalis ratione viri porrigitur ad uxorem, & num. 3.*
4 *Reverentia quælibet levis ſufficit.*
5 *Uxor non poteſt vocare maritum in jus ſine venia?*

### L. Sicut bonis. I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Trophinio.*

1 REverentia marito debita ad uxorem extenditur.
2 Item pœnalis conſtitutio ratione viri porrigitur ad uxorem. Colligunt ex Ordin. Bald. Cyn. Bart. Salicet, Jaſ. Caſtr. Dec. Cujac. Alciat. Aloyſ. Leo, Petr. Gilxen. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius, & Hieronym. Butigella.

3 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Frideric. Bruxman. *in tract. de different. inter utrumque ſexum, p. 1. princ. membr. 8. num. 6. cum duobus ſeqq.*

*Convenit reverentiam*, &c.) Notatur ad hoc, quod 4
cùm hæc impetratio veniæ ſit res parvi præjudicij, ad illam petendam ſufficit, quælibet reverentia, ut per D. Barboſ. *in l. maritum 13. n. 64. in fine, ff. ſoluto matr.*

*Ita re exigente*, &c.) Notatur ad hoc, quod uxor 5
non poteſt vocare maritum in jus ſine venia, cùm illa reverentiam debeat marito, ut per D. Barboſ. *d. num. 64. poſt med.*

### SUMMARIUM.

1 *Reverentiæ jus tranſit ad patronum.*
2 *Patroni ac liberti non vocantur in jus ſine venia.*
3 *Pœna alicui applicanda ex legis diſpoſitione, Principis reſcripto tolli nequit.*
4 *Jus vocandi certas perſonas in jus ſine venia, tranſit ad hæredes etiam extraneos.*
5 *Ruſticus multandus eſt pœna edicti Prætoris, ſi patrem, vel dominum, ac ſimiles in jus vocavit, non impetrata venia.*
6 *Ignorantia juris naturalis, vel quaſi, nec mulierem, nec minorem, aut ruſticum excuſat, nec etiam juris civilis ignorantia, n. 7.*
8 *Ignorantia non datur in his quæ fiunt contra rationem naturalem.*
9 *Error juris non excuſat.*
10 *Pœna pecuniaria parti applicanda non poteſt remitti per reſcriptum Principis. Secus eſt pœnis quæ applicantur fiſco, n. 11. Declara ut n. 12. Et limita ut num. 13.*
14 *Diſpoſitio punitiva cenſetur favorabilis reſpectu illius, cui injuria facta eſt.*
15 *Contra naturam peccantibus minimè parcendum.*
16 *Pœna pecuniaria parti applicanda non poteſt remitti à Principe.*

### L. Venia. II.

*Imp.* GORDIANUS. A. *Nocturno.*

REverentiæ jus ad patronum tranſit. Patroni à li- 1
bertis in jus ſine venia non vocantur. Item pœna 2
alicui ex legis diſpoſitione applicanda Principis reſcripto tolli nequit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franc. Curtius, & Hieronym. Butigella. 3

*Hæredes inſuper*, &c.) Notatur ad hoc, quod jus 4
vocandi certas perſonas in jus ſine venia, ad hæredes etiam extraneos tranſit, ut per D. Barboſ. *in l. maritum 13. n. 65. in princ. ff. ſoluto matrimonio.*

*Nec in ea re ruſticitati*, &c.) Notatur ad hoc, quod 5
ruſticus mulctandus eſt pœna edicti Prætoris, ſi patrem, vel Dominum, ac ſimiles venia non impetrata in jus vocavit; quia ipſa naturalis ratio dictat eſſe illis honorem præſtandum: ita Menoch. *de arbit. caſu 194. à num. 6.*

Notatur etiam ad hoc, quod ignorantia juris na- 6
turalis, vel quaſi, nec mulierem, nec minorem, aut ruſticum excuſat, ut per Tiraquell. *de pœnis temper. cauſa 11. n. 7.* Sebaſt. Medices *de caſu fortuito, p. 1. q. 3. num. 1. verſ. juris tamen naturalis ignorantia*, Duen. *reg. 351. ampl. 8.* Menoch. *remed. 9. recuper. n. 18. cum ſeqq. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. n. 23.* Maſcard. *de probationib. concl. 639. n. 14. & concl. 649. n. 4. & ſeq.* Peguer. *crimin. deciſ. 4. n. 3. verſ. neque hujus juris*, Sfort. Odd. *de in integr. reſtitut. part 1. q. 8. n. 80.* Farinac. *fragmentor. crimin. p. 2. lit. I. n. 287.* ubi *n. 288.* id procedere ait non ſolùm in ignorantia juris naturalis, ſed etiam in ignorantia juris civilis. 7

*Cum naturali ratione*, &c.) Ergo in his quæ contra 8
naturalem rationem fiunt, non datur ignorantia, de

quo

quo vide Tiraq. *de retractu tit.* 2. §. 4. *gloss.* 7. *n.* 19. *& de*
9 *pœnis temper. causa* 11. *n.* 7. Nec juris error excusat, D. Barbos. *ad l. si mora, ff. soluto matrim. in prælud. num.* 21.

10 *Rescripto tibi concedi temerè desideras.*) Notatur ad hoc, quod Princeps per suum rescriptum non potest remittere pœnam pecuniariam applicandam parti;
11 secus in ea quæ applicatur fisco, ut per Alphan. *collect.* 302. Boër. *decis.* 65. *n.* 5. Nell. *de bannitis, p.* 1. *Tertij temporis, q.* 9. Grammat. *cons.* 34. *& voto* 35. *n.* 9. Paris. *consil.* 1. *n.* 21. *volum.* 4. *& cons.* 69. *n.* 96. *vol.* 3. Roland. *cons.* 45. *n.* 4. *vol.* 4. Anton. Gomez *variarum tom.* 3. *cap.* 13. *n.* 39. *vers. Tertiò*, Bertazol. *cons.* 163. *n.* 7. *vol.* 1. Brunor à Sole *quæst* 19. *n.* 49. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 96. *& casu* 193. *n.* 6. *& casu* 447. *n.* 17. *& cons.* 185. *n.* 4. Chassan. *in cons. Burgund. tit. des justices*, §. 5. *in gloss. s'il n'a grace, n.* 163. Clar. *lib.* 5. §. *fin. quæst.* 59. Menoch. *illustr. cap.* 24. *n.* 15. Perez *l.* 3. *tit.* 11. *lib.* 1. *Ordinam. pag.* 179. Cabed. *Lusitan. decis.* 11. *n.* 16. *& decis.* 75. *n.* 2. *part.* 1. Decian. *tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 35. Peregrin. *de jure fisci, lib.* 4. *tit* 8. *n.* 12. *cum seq.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 6. *ante n.* 38. Sfort. *de restitut. in integrum, q.* 99. *art.* 1. Alphar. *in tractat. de jure fisci, gloss.* 20. §. 10. *n.* 44. latè & eleganter Garc. Mastrill. *post. tract. de magistratib.* ubi de indulti generalibus,
12 *cap.* 21. *à princip.* ubi *n.* 20 declarat, quod licèt Princeps non possit remittere pœnam applicandam, potest tamen parti imponere silentium, & illi prohibere audien-
13 tiam, & *num.* 21. limitat Principalem conclusionem, quando pœna veniret applicanda parti, non propter injuriam sibi illatam, sed propter aliam causam, quia tunc indulgentia generalis ad ea bona & pœnas extenditur.

14 In gloss. *Liberis*, ibi *ex parte patroni est favor*, &c. Notatur ad hoc, quod dispositio punitiva censetur favorabilis respectu illius, cui injuria facta est, ut scilicet damnum ei resarciatur, & censetur odiosa respectu alterius, qui injuriam intulit, & damnum pati debet & sic venit extendenda quatenus est favorabilis, restringenda verò quatenus est odiosa: vide Covarr. *lib.* 5. *variarum cap.* 11. *n.* 5. Tiraq. *in præfat. retractus, num.* 64. *cum seq. & tit.* 1. *de retractu lign.* §. 1. *gloss.* 9. *num.* 234. Alciat. *lib.* 1. *paradox c.* 15. Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.* 33. D. Barbos. *in prælud. l. si mora, n.* 1. *in fine, ff. soluto matrimonio*, Sanchez *de matrimonio, lib.* 1. *disp.* . . *n.* 4.

15 In gloss. *Naturali ratione.* Notatur ad hoc, quod iis non est parcendum qui contra naturam peccant, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 4. *gloss.* 7. *n.* 19.

In gloss. *Pœnam*, ibi, *est, quinquaginta aureorum*, &c. Vide Camill. Borrel. *in sum. omn. decis. tom.* 1. *tit.* 45. *n.* 78. ubi dicit quod pars remittere potest hanc pœnam non fiscus.

16 In gloss. *Concedi, fin.* Notatur ad hoc, quod pœna pecuniaria parti applicanda à principe remitti non potest, quo illam dicit notabilem Casan. *cons.* 27. *num.* 5. quem refert Perez *l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 1. *Ordinam. pag.* 179. citavi suprà plures Doctores *hac eadem leg. num.* 8.

---

SUMMARIUM.

1 *Filius in patris potestate non vocat patrem in jus, sine, vel etiam cum venia. Secus est in emancipato, n.* 2. *& 3. Amplia ut n.* 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

11 *Filius in potestate, etiam petit veniam contra patrem, nec agere, nec illum in jus vocare potest.*

12 *Exceptio veniæ non petitæ quando proponi debeat.*

13 *Pater à filio conveniri sine venia nequit, etiamsi filius agat contra patrem in castrensibus.*

L. Qui in potestate. III. & ult.

*Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. *Rosanæ.*

FIlius in patris potestate non vocat patrem in jus 1
sine, vel etiam cum venia, secus in emancipato. 2
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius & Hieron. Butigella.

Hanc eandem conclus. ex hac lege desumunt Or- 3
din. Reg. Lusit. *lib.* 3. *tit.* 9. §. 1. *l. Hispan.* 3. *tit.* 2. *part.* 3. Duen. *reg.* 351. Bernard. Diaz *reg.* 295. Joan. Garcia *reg.* 114. Tiraq. *in l. si unquam, verbo donatione largitus, n.* 289. Ascan. *de patria potest. cap.* 6. *effectu* 3. *n.* 1. Jacob. Lectius *de pœnis ad Modestin. cap.* 1. Mayn. *lib.* 2. *action. cap.* 46. Cur. Philipp. *part.* 1. §. 10. *n.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privileg.* 6 *ad finem*, Suar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 2. *à n.* 4. Viv. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 20. *pag.* 289. D. Barbos. *in l. alia*, §. *eleganter, n.* 52. *& in l. maritum, n.* 64. *ff. soluto matrim.* Molin. *de Instit. tract.* 2. *disp.* 228. *vers. filius*, Cardos. *in praxi Judicum, verbo pater, n.* 2. Camil. Borrell. *in sum. omnium decis. tom.* 1. *tit.* 45. *de in jus vocand. n.* 37. *cum multis seqq.* Amat. Rodet. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 3. *n.* 30. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 419.

Amplia primò conclusionem procedere in filio na- 4
turali, ut etiam hic sine venia vocare in jus non valeat patrem naturalem, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *de lib.* 3. *tit.* 9. §. 1. ibi, *ou natural somente*, Duen. *d. reg.* 351. *amp.* 1. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 40. secus autem erit in filiis incestuosis, & aliis natis ex damnato coitu & accusabili, quia isti possunt parentes in jus vocare sine venia, Bonacos. *commun. p.* 1. *verbo. filius, fol.* 71. Cald. Pereira *de nomin. emphyt.* 21. *n.* 8.

Amplia secundò in filio adoptivo, qui non potest 5
patrem adoptantem sine venia in jus vocare quandiu adoptio durat, *l. adoptivum, ff. hoc tit.* Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 9. §. 2. Jas. *in* §. *pœnales, n.* 52. *Instit. de actionib.* & *ibi.* Ludov. Gom. *n.* 24. Joan. Garcia *d. reg.* 114. *n.* 33. Ascan. *d. effectu.* 3. *à n.* 14. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 41.

Amplia tertiò in filiis, qui levati sunt de sacro fon- 6
te, ita pater vel mater, qui eos susceperint, vocari per ipsos non possint absque venia: ita Duen. *reg.* 351. *ampl.* 2. Tiraq. *l. in si unquam verbo susceperit liberos, n.* 28. *&* 36. Ascan. *d. effectu* 2. *sub n.* 7. Chassan. *in catal. gloriæ mundi, p.* 11. *consid.* 16. *vers. & non solùm*, Franc. Viv. *decis.* 230. *n.* 18. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 11. *num.* 10. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 42. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *n.* 19.

Amplia quartò in generoso respectu soceri, socrusve, 7
& in privigno respectu vitrici. Ita Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 9. § 9. Jas. *in* §. *pœnales*, n. 75. *Instit. de actionib.* Cur Philipp. *p.* 1 §. 10. *n.* 5. Suar. de Paz. *tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 2. *n.* 8. Ludov. Rodolphin. *quæst. var. lib.* 2. *q.* 31. *à n.* 1. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 67. D. Barbos. *in l. maritum. n.* 65. ubi hoc intelligit dum durat affinitas.

Amplia quintò in nutrice, quæ ab alumno in jus 8
vocari non potest sine venia: ita Gregor. Lop. *verbo compadres. tit.* 20. *in princip. part.* 4. Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis*, §. *etsi impubes, num.* 41. *& seq. ff. de liberis, & posthum.* & faciunt quæ Gellius *noctium Atticar. lib.* 12. *cap.* 1. Perez *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 57. *cum seq.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 14. *num. ult.* D. de Ramirez de Prado *ad Martialem, lib.* 1. *epigr.* 101.

Amplia sextò in marito, qui non poterit ab uxore 9
absque venia in jus vocari, cùm illa reverentiam debeat marito: ita D. Barbos. *in l. maritum, n.* 64. *&* 65. *ff. soluto matrim.*

Amplia

10 Amplia ſeptimò in præceptore, qui non poteſt à diſcipulo in jus vocari ſine venia: vide Levin. Lemnium *in exhortat. ad vitam optimè inſtitutam, cap.* 8. Cordub. de Lara *d.* §. *etſi impubes, num.* 13. *cum ſeqq.* Rebuff. *in privileg. ſcholaſt. privileg.* 70. Menoch. *de arbitr. caſu* 500. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 53. *n.* 8. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 59. *cum ſeqq.*

11 *Adversùs eos experiri non poſſunt.*) Notatur ad hoc, quod filius in poteſtate, etiam petita venia, agere non poteſt contra patrem, nec illum in jus vocare, Duen. *d. reg.* 351. *limit.* 1. Joach. Mynſing. *in d.* §. *pœnales, ſub num.* 41. Aſcan. *d. effectu* 3. *ſub num.* 1. Camill. Borrel. *d. tit.* 45. *n.* 45. ubi *num.* 47. per hunc text. aſſerit filium, vel filiam emancipatam, & ſub patris poteſtate non exiſtentes, ſine venia contra patrem agere, & illum in jus vocare non poſſe.

12 Adverte quod exceptio veniæ non petitæ proponi debet in primo actu, & prima replicatione, quam pater, vel patronus reus facit, aliàs in poſterum non auditur: ita Cacheran. *Pedem. deciſ.* 30. *n.* 21. Camill. Borrel. *conſ.* 16. *n.* 26. *&* 27. *cent.* 2. *& in ſum. omn. deciſ. tom.* 1. *tit.* 45. *n.* 79. Et ita venia hujuſmodi eſt de ſubſtantia judicij, ſi petatur, non ſi omittatur, vel tacitè remittatur, de quo tamen vide Soar. de Paz *d. temp.* 2. *num.* 11. D. Barboſ. *in l. alia* §. *eleganter, n.* 1. *&* 2. *& in l. maritum, n.* 28. *& ſeq. ff. ſolut. matrim.* Ludov. Rodolphin. *d. quæſt.* 32. *n.* 2. *&* 5.

13 In gloſſ. *Adversùs eos*, ibi *niſi in caſtrenſi, vel quaſi.* Adverte quod conveniri non poteſt pater à filio ſine venia, etiamſi filius agat in caſtrenſibus contra patrem, gloſſ. *in l. cogi,* §. *ſi pater, ff. ad Trebell.* Didac. de Segura *in repet. l. Imperator ff. ad Trebell. n.* 75. Joan. Garcia *d. reg.* 114. *n.* 2.

## *De Pactis.*

## TIT. III.

PACTUM eſt duorum, plurium ve conventio, *ff. hoc tit. l.* 1. §. *& eſt pactio*, de re danda, vel facienda, *infr. de nupt. l. ſancimus, ſi quis* 24. proprio contractûs nomine carens, ut colligitur ex *l.* 1. §. *ult. & l.* 7. *ff. hoc tit.* Scripſerunt in hanc rubric. Cyn. Bart. Salicet. Alex. Jaſ. Fulgoſ. Alberic. Roman. Caſtranſ. Bald. Jacobin. Riminald. Bologn. Ripa, Alciat. Fontan. Ferret. Sichard. Donel. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen. item Cujac. Pac. & Weſembec. Et ex Repetentib. *tom.* 7. Ludov. Gozadinus, Hubertinus, Zuchardus Hieronym. Butigella.

De materia tituli vide Ferdinand. de Mendoza *diſputationum juris civilis in difficiliores leges, ff. de pactis, lib. tres*, Hottoman. & Eguinar. Baro *in diſput. de pactis*, Morl. *in emporio juris, p.* 1. *&* 3. *de pactis*, Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo pactum*, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 24. *tit.* 1. Arimin. Tepat. *variarum reſolut. tom.* 2. *tit.* 360. *de pactis.* Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de pactis.*

De pactis integros tractatus ediderunt Andreas ab Exea *tom.* 6. *tract. Doctor. part.* 2. *fol.* 2. & *ibid.* Bald. de Ubaldis etiam *fol.* 2. Franciſcus Duaren. *fol.* 13. Georgius Natta *fol.* 10. Joannes Baptiſta Caccialup. *fol.* 8. Valentinus, Guillelmus Forſterus, Matthæus Cunon. Ulricus Hunnius, Pyrthus Alphanus.

De pactis conventis inter decoctores, & creditores, Beneventus Strach. *diſt. tom.* 6. *part.* 1. *fol.* 321.

De pactis & promiſſionibus pro obtinenda gratia, vel juſtitia, Martinus Navarrus, Virginius de Boccacjis.

De pactis francandi, Nicolaus Mongiorgius.

De pactis futuræ ſucceſſionis, Antonius Contius.

De pactis nuptialibus, ſeu capitulis matrimonialibus, Joannes Petrus Fontanella.

### SUMMARIUM.

1 *Pactum ſuper incerto remittendo valet.*
2 *Fideicommiſſum ex eventu pendens pacto remitti poteſt.*
3 *Pacta ſuper fideicommiſſo conditionali licita ſunt.*
4 *Fideicommiſſum ſub conditione relictum, an, & quando revocata conditione ipſum revocatum cenſeatur, remiſſivè.*
5 *Alienatio facta à gravato reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis, valet.*
6 *Jus fideicommiſſi, & bonorum emphyteuticorum remitti poteſt.*
7 *Datum ſub conditione ut remittatur quidpiam majus, non revocatur per ſuſceptionem librorum.*
8 *Juri nondum delato, & ſic de futuro, renuntiari pacto poteſt.*
9 *Renuntiatio juris de futuro extra judicium facta non valet.*
10 *Jus quæſitum jure quærendo fortius.*
11 *Pactum quo quis renuntiat futuræ ſucceſſioni alicujus defuncti, valet.*
12 *Cauſa quando eſt momentanea, nihil refert ſi ceſſet poſt effectum.*
13 *Fideicommiſſum remitti poteſt, accepto modico.*
14 *Sorti ſcienter ſe committenti in diviſione facienda, ſuccurrendum non eſt, propter inæqualitatem.*
15 *Regula* Ceſſante cauſa, *procedit in cauſa finali, non autem impulſiva. Procedit in cauſa propinqua, & immediata, non autem in remota, ſive mediata, n.* 16.
7 *Cautio Muciana in contractibus nulla.*

## L. Conditionis. I.

*Impp.* SEVERUS, *&* ANTONIN. AA. *Philino.*

PACTUM ſuper incerto remittendo valet. Fideicommiſſum ex futuro eventu pendens pacto remitti poteſt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Alex. Jaſ. Dec. Fulgoſ. Alber. Donell. Alciat. Ripa, Aloyſ. de Leo, Petr. Gilchen. & poſt omnes Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 36. & ex Repetentibus Ludovic. Gozadin. Ubertin. Zuchardus, Franciſcus Curtius, Martinus Monter à Cueva, Hieronymus Butigella. 1

In ſuperſcript. ibi, *Impp. Severus, & Antoninus.*) Advertit. Tiraq. *de jure primogen. q.* 17. *opin.* 4. *n.* 30. auctorem hujus text. eſſe ſolum Severum, qui ſolus primùm imperavit, & poſtea filium ad imperium adſcivit. Subditque omnes leges Codicis fuiſſe in unoquoque titulo appoſitas ſecundùm ordinem Imperatorum. 2

Notatur hic text. ad hoc, quod pacta ſuper fideicommiſſo conditionali ſunt licita, Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.* 310. *n.* 1.

Ad illam quæſt. an & quando fideicommiſſum ſub conditione relictum, revocata conditione, etiam ipſum revocatum cenſeatur, latè diſſerit Menoch. *de præſump. lib.* 4. *præſumpt.* 169. *ex n.* 6. ubi ad text. in præſenti varios adducit intellectus. 3

*Cùm igitur verbis,* &c.) Notatur ad hoc, quod alienatio facta à gravato reſtituere, ſi deceſſerit ſine liberis, valet ita ex hoc text. colligi dicit Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 76. *n.* 15. addens alienationem hujuſmodi non valere eo gravato mortuo, in detrimentum liberorum, ſi liberi ipſi eſſent vocati ex teſtamento, *l. ult.* §. *ſed quia, C. commun. de legat.* & Roman. ait. Philinum, de quo *in hoc text.* gravatum nihil alienaſſe quod eſſet à ſe filiis reſtituendum, ſed tantummodò ſuam legitimam diſtraxiſſe. 4

Notatur

6 Notatur etiam ad hoc, quod jus fideicommissi, & bonorum emphyteuticorum potest remitti, ut per Boër. *decis.* 147. *n.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 115. *à princip.* Fusar. *de substit. q.* 587.

7 Ex hoc tex. resolvit Tiraq. *in l. si unquam, verbo donatione largitus, n.* 133. quod illud quod datum est ut remittatur quidpiam majus, quod incertum est an futurum sit, necne, non revocatur per susceptionem liberorum, cùm potuisset contingere, ut id non evenisset: propter incertum ac dubium eventum & *n.* 139. asserit optimum hunc textum ad probandum, *d. l. si unquam, C. de revocan. donat.* non habere locum in quacumque donatione onerosa, & quæ fit gratiâ utriusque, & dantis, & recipientis.

8 Notatur etiam ad hoc, quod juri nondum delato, & sic de futuro potest pacto renuntiari. Tiraquel. *in l. si unquam, in princip. n.* 138. *& de retract. lign. §.* 2. *gloss.* 9. *n.* 123. *&* 124. ubi advertit quod jura contrarium statuentia, vel loquuntur de simplici renuntiatione sine mentione juris futuri, ad quod in dubio non trahitur; vel si de eo quoque exprimantur, certè loquuntur & intelliguntur de ea renuntiatione, quæ fit absente parte: & sic intelligendus Surd. *cons.* 70. *n.* 10. *& decis.* 317. *n.* 12. Anton. Gomez. *l.* 22. *Tauri, n.* 1. *in med. & n.* 2. *in fine*, ubi ait quod in hoc text. erat jus de futuro ex causa de præsenti, & sic reputatur aliquod jus probabile, inspecta causa de præsenti, & nihil mirum si aliquibus visum sit ex hoc textu probari, non valere pactum, quo quis renuntiat juri de futuro. Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 12. *n.* 19. ubi ait quod renuntiatio juris de futuro extra judicium facta non va-
9 let, Gutier. *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 25. *n.* 3. ubi quod renuntiatio juris de futuro in judicio facta valet, & tenet Donat. à Fina *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 97.

10 Hinc provenit vulgare Axioma, quod jus quæsitum est fortius, quam jus quærendum, ut citato hoc text. dicit Brunor. à Sole *in locis communib. verbo jus quærendum*, Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 3. *lit. F, concl.* 12. *n.* 7. Ego ipse *axiom.* 135. *n.* 2.

11 Notatur etiam hic tex. ad hoc, quod valet pactum, duo quis renuntiat futuræ successioni alicujus defuncti, licèt debeatur sibi per viam fideicommissi restitutionis post mortem alterius, ex eo, quia in præsenti filius gravatus de restituenda sua parte hæreditatis alteri fratri, si liberos non susceperit, fecit pactum cum fratre fideicommissario ut restituta de præsenti certa parte hæreditas remitteret sibi alter frater jus & spem fideicommissi conditionalis: & dicit text. iste, quod alter remisit, & valet pactum illud: cujus ratio potest esse, quia per fideicommissariam substitutionem succeditur testatori defuncto, & non hæredi gravato, ita Anton. Gomez *l.* 22. *Tauri, n.* 15. ubi dicit hunc textum notabilem. Adde Morl. *in emporio juris, tom.* 1. *tit.* 3. *q.* 5. *num.* 12. ubi ait quod licèt de hæreditate viventis paciscimur non possimus, rectè tamen paciscimur de hæreditate mortui, & ideo subjungit pactum de remittendo fideicommisso, non esse de hæreditate viventis, sed defuncti: ac proinde mero jure valere.

12 *A patre tuo profiteris*, &c.) Notatur ad hoc, quod quando causa est momentanea, habens etiam momentaneum effectum, nihil refert an causa cesset post completum effectum, quia tunc non cessat ipse effectus, ut per Tiraq. *in tract. Cessante causa, limit.* 23. *num.* 5. qui dicit de hoc esse casum in hoc text. ubi pactum, sive contractus innominatus, scilicet dationis sextantis, ex parte filij testatoris ab ipso testatore rogati restituere hæreditatem Licinio Frontoni, si sine liberis decederet, & remissionis ejus fideicommissi ex parte ejusdem Frontonis fuit completus: & ideo licèt causa propter quam contractus, sive pactum intervenerat, scilicet metus filij ne decederet sine liberis, cesset quia decessit relictis liberis, non tamen cessat effectus, quia non revocatur contractus completus.

Inducit hunc text. Ant. Gom. *var. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 42. 13 *vers. quartò facit*, & ait quod in præsenti hæres fuit gravatus alteri post mortem bona restituere sub conditione si sine liberis decesserit, & medio tempore ante mortem, cùm non haberet filios, fecit pactum cum substituto, ut pro certa parte hæreditatis sibi danda remitteret jus substitutionis, & fideicommissi, & sic remisit: posteà prædictus hæres gravatus habuit liberos, quos reliquit tempore mortis: Dubitabatur an liberi vel descendentes nati ex prædicto hærede gravato possent revocare & annullare illud pactum, & illud non adimplere vel partem solutam repetere; & dicit text. quod non, immò tenentur servare, & adimplere: ergo si essent tacitè per testatorem vocati & substituti, non tenerentur servare, nec illam partem hæreditatis promissam solvere, & solutam possent repetere, quia bona essent vinculata, & subjecta restitutioni & sic non possent per hæredem gravatum alienari.

*Pactum eo tempore de sextante* &c.) Notatur ad hoc, 14 quod remissio fideicommissi pacto fieri potest modico accepto, hoc est, datâ sexta parte, ut per Fusar. *de substitut. q.* 587. *n.* 19.

*Facta, sicut placuit, divisione.*) Ergo qui scienter 15 sorti se commiserant in divisione facienda, illis succurrendum non est propter inæqualitatem, ut per Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 2. *cap.* 1. *n.* 8. *in fine.*

Alia de materia & intellectu hujus text. vide apud Duaren. *lib.* 1. *de pactis, cap.* 4. *n.* 1. Mantu. *lib.* 2. *locorum cap.* 27. *col.* 2. Corras. *lib.* 2. *miscel. cap.* 19. *n.* 10. Alciat. *lib.* 6. *parerg. cap.* 20. Connan. *commentar. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 7.

In gloss. *Te filio, in* 5. *opposit.* ibi *fuit impulsiva, non* 16 *finalis.* Notatur ad hoc, quod regula, *Cessante causa*, procedit in causa finali, non autem impulsiva, ut per Tiraquell. *in tract. Cessante causa, limit.* 1. *n.* 1. *&* 2. & plures, quos refero ego ipse *de Axiomat. juris usufrequent. axiom.* 40. *ex n.* 5.

In ead. gloss. ibi, *proxima fuit remissio* &c. Notatur ad 17 hoc, quod regula, *Cessante causa* procedit in causa propinqua & immediata, non autem in remota, sive mediata, ut per Tiraq. *d. tract. limit.* 20. *n.* 1. Causa enim proxima magis attenditur quàm remota, ut per plures, quos citavi *axiom.* 40. *n.* 30.

In eadem gloss. ibi, *locum habeat tantùm*, &c. Notatur ad hoc, quod in contractibus non habet locum cautio Mutiana, sed omninò suspenditur actio & obligatio, donec verificetur conditio negativa, ut per anton. Gom. *tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 37. *col.* 2.

---

## SUMMARIUM.

1 *Pactum tacitum prodest absenti & ignoranti, & nocet creditoribus. Procedit ut num.* 5.

2 *Pactum verum requirit præsentiam partis, non tacitum, & n.* 3.

4 *Legis effectus, & acquisitio non negatur absentibus, & ignorantibus.*

6 *In conventione tacita non requiritur præsentia.*

## L. Post venditionem. II.

*Impp.* SEVERUS *&* ANTONINUS AA. *Claudio.*

TAcitum pactum prodest absenti & ignoranti, & 1
nocet creditoribus; pactum verum requirit præ- 2
sentiam partis, non tacitum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. n.* 1. *suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius, Hier. Butigella.

3 Hanc

3 Hanc eandem concluſ. & quod pactum tacitum abſenti proſit, ex hoc text. deſumunt Mantua *lib.* 1. *locorum cap.* 34. *à princip.* Connan. *comment. lib.* 5. *cap.* 4.
4 *n.* 3. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 1. *n.* 36. ubi dicit quod effectus & acquiſitio legis abſentibus, & ignorantibus non negatur. Cald. Pereira *de empt. & vendit.*
5 *cap.* 33. *num.* 69. *& num.* 75. ubi ait regulam ſuprà poſitam, quod ſcilicet pactum tacitum abſenti proſit, procedere in caſibus à jure expreſſis. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 12. *cum ſeqq.*
6 ubi *num.* 16. quod in tacita conventione non requiritur præſentia. Vincent. de Franch. *deciſ.* 200. *ſub n.* 23. ubi ait quod diſpoſitio hujus text. eſt fundata in tacita remiſſione.

---

SUMMARIUM.

1 *Servus paciſcendo facere poteſt conditionem domini meliorem, non deteriorem, & num.* 2.
3 *Servus in acquirendo domino, poteſt ei præjudicare apponendo modum & conditionem. Nec poteſt dominus acceptare, niſi cum niſi cum ſua forma, n.* 4.

## L. Servus. III.

*Iidem.* AA. *Reſtituto.*

1 SErvus paciſcendo domini conditionem meliorem, non deteriorem facere poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Hieron. Butigella.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Duaren. *de pactis cap.* 3. *n.* 3. Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 21. *num.* 3.

4 In gloſſ. *Non poteſt fin.* ibi. *item nota*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſervus in acquirendo domino, poteſt ei præjudicare apponendo modum, & conditionem, nec poteſt dominus acceptare, niſi cum ſua forma, ut per Tiraquell. *de retractu, ad finem tit.* 1. *num.* 6. *& 7.*

---

SUMMARIUM.

1 *Renuntiatio litis auſert procedendi licentiam renuntianti.*
2 *Renuntiari poteſt inſtantiæ.*
3 *Renuntians liti ſimpliciter, non præſumitur id facere animo donandi.*
4 *Renuntians liti, & cauſæ, non poteſt redire ampliùs.*
5 *Renuntiatio judicialis parte abſente facta, valet quando judex pro abſente recipit.*
6 *Renuntiatio non præſumitur in dubio.*
7 *Lis mota dicitur, facta litis conteſtatione.*
8 *A libello per ſe dato deſiſtens, & alium offerens ante litis conteſtationem, non à tota cauſa deſiſtit.*
9 *Jus ſuum cedens, vel renuntians, non habet amplius regreſſum ad illud.*
10 *Renuntiare quod quis poſſit liti, vel inſtantiæ, intelligitur adverſario conſentiente, vel quod ſua non intereſt.*
11 *Renuntians liti, cenſetur renuntiare inſtantiæ, & juri. Fallit in beneficialibus, n.* 12.
13 *Renuntians liti non videtur fateri quod adverſarius jus habeat.*
14 *Renuntiare quis poteſt parte abſente, odio litium, dummodò fuerit renuntiatum præſente judice, vel aliqua alia perſona publica pro abſente acceptante, n.* 15. *Quid ſi non acceptavit, an noceat renuntianti, remiſſivè, n.* 16.
17 *Renuntiatum non videtur privilegio ſpeciali minorum, nec derogatum, niſi caveatur expreſſe.*
18 *Privilegium & beneficium ſpeciale non cenſetur ſublatum per verba generalia ſtatuti, ſed ſpecialia requiruntur.*

## L. Poſtquam liti. IV.

*Iidem* A. *Valeriæ.*

RE Nuntiatio litis aufert procedendi licentiam re 1
nuntianti. Item inſtantiæ quis poteſt renuntiare. 2
Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 30. & ex Repetentibus *tom.* 7 Ludov. Gozad. Franciſc. Curtius, Signorol. de Homod. Hieron. Butigella. 3

De materia & intellectu hujus text. vide Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 17. Connan. *comment. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. Alphan. *collect.* 348. Matth. Coler. *deciſ.* 129. Donat. à Fina, *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 83. 4
*pag.* 83. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione largitus, num.* 203. ubi tenet quod renuntians liti ſimpliciter, non præſumitur id facere animo donandi: & *numeris ſeqq.* hoc declarat Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 71. *poſt med.* ubi ex hoc text. concluſionem collegit, quod ſi 5
quis renuntiat liti & cauſæ, ampliùs ad eam redire non poteſt ut non tranſeat dominium reo, ſed tantùm quæratur ſibi exceptio. Brunor, à Sole *in locis communib. verbo Renuntiatio judicialis*, ubi citato hoc text. 6
tenet renuntiationem judicialem abſente parte factam valere, quando judex pro abſente recipit: idem reſolvit Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 1. *tit. de confeſſis, concluſ.* 1. *n.* 32.

Notatur hic text. ad hoc quod in dubio renuntia- 7
tio non præſumitur, nam Dec. *hic. n.* 16. per hunc text. docuit non cenſeri juri proprio renuntiatum, niſi expreſsè ita actum fuerit: ita plures, quos refert Menoch. *conſ.* 212. *& conſ.* 335. *n.* 1.

*Liti de prædio mota.* &c.) Nota quod lis mota dici- 8
tur poſtquam litis conteſtatio facta fuerit, juxta text. expreſſum *in cap. ex parte* 30. *de verb. ſignificat.* junctis traditis per Rebuff. *in l. litis nomen, verſ.* 6. *ff. de verborum ſignificat.* Cabed. *Luſitan. deciſ.* 15. *n.* 10. *part.* 2. Marant *de ordine judic. part.* 5. *n.* 64.

Hinc Parens meus *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſitan.* 9
*lib.* 3. *tit.* 20. §. 7. *n.* 3. reſolvit deſiſtentem à libello per ſe dato, & ante litem conteſtatam offerentem alium novum, non deſiſtere à tota cauſa, ad notata per D. Barboſ. *in l. non poteſt videri, n.* 32. *ff. de judic.* & per Ceval. *commun. contra communes, q.* 815. *n.* 5.

*Cauſam finitam inſtaurari*, &c.) Facit ad vulgare 10
axioma, quod jus ſuum cedens, vel renuntians non habet ampliùs regreſſum ad illud, de quo plures citavi Doctores *axiom.* 135. *n.* 12.

Advertit Boër. *dec* 48. *num.* 7. concluſionem quod 11
poſſit quis liti, vel inſtantiæ renuntiare, intelligi adverſario conſentiente, vel quod ſua non intereſt.

In gloſſ. *Poſtquam liti* 1. Notatur ad hoc, quod re- 12
nuntians liti, cenſetur renuntiare inſtantiæ, & juri, ut per Alphan. *collect.* 348. *n.*.. ubi ex Ror. & Papa ait, quod fallit in beneficialibus, & hoc ipſum ſentit Maſcard. *de probat. concluſ.* 347. *ex n.* 64. tenens, quod per talem renuntiationem liti, & cauſæ non vocat be- 13
neficium: & addit idem Alex. *de collect.* 348. *n.* 3. poſt Roman. *ſing.* 790. Tiraq. *in d. l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.* 203. quod renuntians liti non videtur fateri quod adverſarius habeat jus.

In gloſſ. *Renuntiaſti.* Notatur ad hoc quod poteſt 14
quis liti renuntiare abſente parte, odio litium, tu per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo renuntiare illi peoeſt*, Ant. Gabr. *tom.* 3. *commun. lib.* 1. *tit. de confeſſis, concluſ.* 1. *n.* 33. Maſcard. *de probat. concl.* 347. *n.* 63. 15
ubi ſubdit, dùmodò fuerit renuntiatum præſente judice, vel aliqua alia perſona publica pro abſente acceptante,

& *num.* 108. tenet quod quando quis renuntiavit juri reali, etiamsi non confessus fuerit expresse se habere rem pro derelicta, illa renuntiatio probat, & valet in favorem absentis, sive expresse, sive tacitè facta fuerit.

16 Quid si non acceptavit, an noceat renuntianti? vide Aretin. *col fin. vers. sin autem nondum*, Soc. *num.* 5. *in* 1. *casu*, Dec. *num.* 7. *& seqq.* Curt. *n.* 9. *in præsenti*, Ruin. *cons.* 164. *num.* 12. *vol.* 5. quos refert & sequitur Surd. *cons.* 364. *n.* 30. qui resolvunt renuntiantem liti posse revocare renuntiationem, quando adversarius illam non acceptavit.

17 In gloss. *Nulla ratio*, *fin.* ibi, *communi juris*, *secus speciali ut in minore.* Notatur ad hoc quod privilegio speciali minorum non videtur renuntiatum, nec derogatum, nisi expresse caveatur, ut per Azeved. *l.* 1. *n.* 21. *tit.* 6. *& l.* 4. *n.* 3. *tit.* 17. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Garc. Gironda *de privileg. & exempt. explicat. num.* 285. Unde hinc vulgò colligitur quod numquam censetur exclusum remedium restitutionis in integrum, denegata quacunque actione, nisi fiat specialis de ea mentio, ut per Molin. *lib.* 3. *de primogen. cap.* 13. *num.* 65. Perez *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 594. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. pag.* 3. *cap.* 1. *n.* 15. Covarr. *pract. c.* 17. *n.* 4. Tiraq. *de retractu lign.* §. 35. *gloss.* 4. *num.* 32. Rebuff. *ad leges Galliæ*, *tit. de restitut. art.* 2. *gloss.* 4. *n.* 23. Sim. de Prætis *de interpr. ult. volunt. lib.* 3. *interpr.* 1. *dub.* 5. *solut.* 4. *n.* 34. Azeved. *l.* 5. *tit.* 5. *lib.* 4. *novæ Recop.* Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *verbo implorare*, *n.* 45. Alens. Raudens. *de analog. lib.* 1. *c.* 33. *n.* 141. latè Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 37. *n.* 22. *vers. sextò*, Castill. *controvers. juris lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 15. *cum seqq.*

18 Notatur etiam ad hoc, quod speciale privilegium & beneficium per verba generalia statui non censetur sublatum, sed specialia requiruntur, ut per Menoch. *cons.* 187. *n.* 44. Et generalis exclusio remediorum, vel beneficiorum intelligitur de his quæ competunt de jure communi, non verò de his quæ de jure speciali, ut per hanc gloss. tenet Perez *l.* 8. *vers. facit etiam*, *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 236.

---

SUMMARIUM.

1 *Causa in pactis liberatoriis non attenditur, sed in obligatoriis.*
2 *Solutio & pactum quandoque liberant.*
3 *Debitor qui partem solvit, de parte autem non petenda pactum conventum fecit, pro illa parte jure civili, pro hac jure prætorio liberatus est.*
4 *Advocati non inhonestè mercedem accipiunt.*

## L. Creditori tuo. V.

*Imp.* ANTONINUS *Demagoræ.*

1 2 CAusa in pactis liberatoriis non attenditur, sed in obligatoriis. Solutio & pactum quandoque liberant. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc. tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Fracisc. Curtius.

3 De materia & intellectu hujus text. vide Connan. *commentar. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 7. Cott. *in memorab. verbo creditor. el* 3. Ferdinand. de Mendoza *disput. juris civilis lib.* 3. *c.* 10. *num.* 3. *prope fin.* ubi dicit in hoc text. decisum esse, debitorem qui partem solvit de parte autem non petenda pactum conventum fecit, pro illa parte jure civili, pro hac autem jure prætorio liberatum esse, quia horum prius à jure civili, secundum autem à jure prætorio ortum dissolvendæ obligationis habuerunt.

4 *Tuo patrocinio*, &c.) Ergo Advocati non inhonestè mercedem accipiunt, ut per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 27.

---

SUMMARIUM.

1 *Pacta contra leges, constitutiones, & bonos mores non sunt concipienda, & num.* 2.
3 *Pacta contra leges quando dicantur fieri.*

## L. Pacta quæ. VI.

*Idem* A. *Basiliæ.*

PActa contra leges, constitutiones, & bonos mores 1
non concipienda sunt. Collgunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n. sup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Hieron. Butigella.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
*l. Hispan.* 28. *tit.* 11. *p. & l.* 29. *ubi gloss.* 1. *in princ. cod. tit.* Connan. *comment. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 4. Duaren. *lib.* 1. *de pactis, cap.* 4. *num.* 3. Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo pactum*, *n.* 12. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 20. *prope fin. pag.* 298. Franc. 3
Hieron. Leo *Valentin. decis.* 29. *n.* 14. ubi subdit, quod pacta contra legem fieri dicuntur, quod lex eadem fieri prohibet.

---

SUMMARIUM.

1 *Creditor si debitori succedit, confunditur actio, & n.* 2.
3 *Hæres creditor gravatus restituere hæreditatem, potest retinere suum creditum, & deducere.*
4 *Actiones hæredi competentes contra defunctum, vel ejus hæreditatem, confundi per additionem.*
5 *Tò* Conditio, *pro pacto, aut lege plerumque ponitur.*

## L. Debitori. VI.

*Idem* A. *Maximo.*

CReditor si debitori succedit, confunditur actio. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* post Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 39. & ex Repetentibus Franc. Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
*l. Hispan.* 8. *tit.* 6. *part.* 7. Villalob. & Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 5. *n.* 15. *pag.* 466. Hippol. *sing.* 162. Duen. *reg.* 18. Bernard. Diaz. *regul.* 160. Socin. jun. *cons.* 9. *n.* 5. *lib.* 2. Cravet *cons.* 144. *n.* 5. *& cons.* 300. *n.* 7. Tiraquell. *de retract. lign.* §. 29. *gloss.* 2. *n.* 10. Padil. *in l. cum secundum, n.* 12. *C. de fideicommiss.* Rom. *cons.* 279. Anton. Gomez. *tom.* 2. *variar. c.* 1. *n.* 18. *vers. item modo*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo creditum*, Surd. *decis.* 92. *ex n.* 1. ubi quod hæres creditor gravatus restituere hæreditatem, potest suum creditum retinere, & 3
deducere, *& decis.* 224. *n.* 7. ubi quod per additionem confunduntur actiones hæredi competentes contra defunctum, vel ejus hæreditatem, *& decis.* 310. *n.* 10. *& cons.* 4
7. *n.* 19. Menoch. *cons.* 45. *num.* 45. Joan. Garc. *reg.* 11. ubi ampliat & limitat. multis modis.

*Ea conditione, pactoque*, &c.) Notatur ad hoc, quod 5
*conditionis* verbum plerumque pro pacto, aut lege ponitur, ut per Tiraq. *de retract. lign.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 76. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 5. ubi quod sub nomine conditionis, an adjiciatur tanquam modus, non autem tanquam conditio, judicandum erit.

---

SUMMARIUM.

1 *Pactum appositum super fœtibus pecorum inter dominum & pastorem dividendis, servandum est, & num.* 2.

3 *Regula*

3 *Regulæ ſocietatis ovium & pecudum, & n. 4.*
5 *Societas pecuniæ an & quomodo ſit dividenda, ubi nihil conventum eſt expreſsè.*
6 *De animalis ad paſtum dati interitu nocente domino, quid ſtatuendum.*

## L. Si adipiſcenda. VIII.

*Idem* A. *Mucatraulio.*

1 PActum appoſitum ſuper fœtibus pecorum inter dominum & paſtorem dividendis, eſt ſervandum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus Philippus Corneus, & Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Donat. à Fin. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. num. 20. in fine*, Afflict. *deciſ. 58.* & *ibi* Urſil. *in addit.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 888. part. 1.* Baptiſta Coſta *de rata & quota, q. 118.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 6. §. 11. num. 4. pag. 459.* ubi hunc text. cum gloſſ. notabilem dicit ad hoc, quod poteſt inter duos ſocietas contrahi, ut unus ponat pecudes, alter verò cuſtodiam & operam tantùm, & in fine certi temporis, fortè quinquennij, fœtus dividantur per portiones inæquales, putà quod ponens operas habeat duas partes, & ponens pecudes unam tantùm, quia opera unius aliquando plus operatur, quàm pecunia, vel res alterius: hoc idem ſubſcripſerunt Theologi Cæſarauguſtani, quos refert Michaël Sebaſtian. *in acromatica & apodictica accuſatione in vulgo medium lucrum*, impreſſa Cæſarauguſtæ de anno 1620. ubi habetur, quod in hac materia regula eſt certa & indubitata, quod induſtria & impenſæ in paſcendi pecoribus factæ debent æquipollere valori pecudum ad hoc ut lucra æqualiter dividantur, aliàs enim diviſio facienda erit habito reſpectu ad expenſas factas in operibus, & cuſtodia, & ad valorem pecudum.

3 In qua materia ſocietatis ovium & pecudum quæ regulæ etiam certiſſimæ ſunt, & indubitabiles, quas ponit Martin. Carrillo ſcriptor luculentiſſimus apud Michaël Sebaſtian. *ubi ſup.* Prima eſt, Omnis ſocietas circa animalia, in qua ponuntur pacta, quibus alicui ſociorum expertorum arbitro damnum irrrogatur, eſt
4 iniqua, deviat quippe à juſtitia. Secunda regula eſt, Quando capitale in toto, vel in parte ſtat periculo accipientis in caſu fortuito, & non communicant æquè ſervata proportione, omnia pericula, & damna, & lucra pro rata eorum, immò ex primis fructibus, & fœtibus totum capitale reſtituitur, antequam ſocius aliquam accipiat utilitatem ratione laborum, ſumptuum, expenſarum, alis contractus reprobatur & condemnatur, ut per Sylveſt. *in ſum. verbo ſocietas 2. S.* Anton. *part. 2. tit. 5. cap. 7. §. 39.* Nav. *in man. cap. 17. à n. 260.* Angel. *in floribus Theolog. p. 2. q. de contractu ſociet. art. 1. definit. 4.* Ludov Lop. *in inſtruct. negotiant. lib. 1. cap. 57.* Petr. Nav. *de reſtit. lib. 1. c. 2. n. 377.* P. Molin. *de Juſt. tract. 2. diſp. 420.* uterque enim ſocius æquè expoſitus eſſe debet periculo amittendi vel operas, vel capitale, alioquin ſocietas erit leonina, juxta *l. ſi non fuerint, §. Ariſto, l. Mutius, & l. ſocietas, ff. pro ſocio, §. de illa, Inſtit de ſociet.* Panor. *in cap. per veſtras, num. 11. de donat. inter vir. & uxor.* Petr. de Peruſ. *in tract. de duobus fratribus, p. 4. q. 1.* Marian. Socin. *conſ. 74. n. 7. cum ſeqq. part. 2.* Cov. *lib. 3. var. cap. 2. n. 2. & 3.* Morquech. *in tract. de diviſ. bonor. lib. 2. cap. 3.* Mich. Salon. *de juſtit. & jure tom. 2. de contractu ſociet. art. 5.*

5 Utrùm autem, & quomodo ſocietas pecuniæ ſit dividenda ſi nihil conventum eſt expreſsè, vel tacitè, quia nulla eſt conſuetudo de hoc? vide Silveſt. *d. verbo ſocietas 2. n. 20.* Cajet. *in ſum. eod verbo.* Ludov. Molin. *d. tract. 2. diſp. 415. concl. 1.* Leſſ. *de juſtit. & jure lib. 2. cap. 25. de contractu ſociet. dub. 2. n. 8.* qui Molinam ſequutus inquit, ut is qui operas confert, admittatur verus ſocius, & ſolùm ſit particeps lucri ſecundùm æſtimationem operarum, quaſi tantum pecuniæ in ſocietatem contuliſſet, quanti valent operæ, &c.

6 Jaſ. *in præſenti, n. 2.* movet quæſtionem de animalis ad paſtum dati interitu nocente domino, & *n. 4.* reſolvit, quod in tali interitu caſus fortuitus à paſtore ſit probandus, de quo Alciat. *reſp. 119. n. 4. cum ſeqq.* Palat. *in repet. d. cap. per veſtras, notab. 6. §. 11. n. 11. in fine*, ubi dicit quod non ſufficit hoc caſu ipſi cuſtodi, vel laboratori probare interitum, niſi etiam probet caſum fortuitum. Et ideo non ſufficit paſtori, vel caprario portare pelles animalium, quamvis per hoc conſtet de interitu, niſi probet caſum fortuitum, putà mortalitatis, vel ſimilem: ita idem Palat. *citato loco, n. 22.* Arnald. *ſing. 31.* Rabuff. *ad l. 30. ff. de verbo. ſignif. pag. 190.* Maſcard. *de probat. concl. 634. n. 2.*

## L. Cùm poſteaquam. IX.

*Imp.* ALEXANDER A. *Dionyſio.*

1 REmittens dolo adverſarij jus ex ſententia quæſitum, ſibi non nocet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* ex Repetentibus *tom. 7.* Franc. Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 98.*

## SUMMARIUM.

1 *Pactum nudum appoſitum juxta rei traditionem, veſtitur ab ea.*
2 *In traditione rei ſuæ talem quis legem ponit, qualem vult.*
3 *Ex pacto non naſcitur actio.*
4 *Pactum nudum juratum an pariat actionem, attento, jure civili.*

## L. Legem. quam X.

*Idem* A. *Nicæ.*

1 PActum nudum appoſitum juxta rei traditionem veſtitur ab ea. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* ex Repetentib. *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

2 *Legem, quam dixiſti,*) Notatur ad hoc, quod in traditione rei ſuæ poteſt quis ponere legem, quam velit, de quo vide Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 56. n. 93. & tit. 9. q. 18. n. 13. & 14.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap. 16. n. 6. & de extinct. emphyt. cap. 3. n. 11.*

3 *Ex pacto actionem non naſci,* &c.) De hoc vide Viv. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 53. cum ſeqq. pag. 300.* Alciat. *lib. 5. paradox. c. 3.* Connan. *comment. lib. 5. cap. 3. n. 5.* Vacon. à Vacuña *lib. 1. novarum declarat. declar. 23.* Anaſtaſ. Germon. *lib. 1. animadverſ. cap. 4.* Ant. Gom. *tom. 2. var. c. 9. n. 2.* Cov. *in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 4. n. 12.* Menoch. *conſ. 1. n. 236. cum ſeqq.* Perez *l. 3. titul. 8. lib. 3. Ordin.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 19. n. 3.* Morl. *in emperio juris, p. 1. tit. 3. q. 1. per tot.* Fachinæ. *controv. lib. 2. q. 100.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 257. col. 2. in med. & tom. 6. tract. 5. diſp. 34. n. 2.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo pactum, n. 6.* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 10. q. 1. à n. 17.*

Utrùm autem pactum nudum juratum attento jure civili pariat actionem? vide Covar. *in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 4. n. 13. & 15.* Cevall. *commun. contra commun. q. 315.* Molin. *d. tract. 2. d. diſp. 256. verſ. ſecunda concluſio*, Seraphin. *d. privil. 19. n. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum ad eos extenditur, ad quos extenditur illud super quo interponitur. Transit ad hæredes ob intereſſe cauſatum. n. 2. Porrigit effectum ad eum, cujus intereſt, n. 3. & 4.*
5 *Agens non auditur ſine intereſſe.*
6 *Lex conventione, de pactis, conciliatur cum l. 1. ſine cenſu, vel reliq. remiſſivè.*
7 *Dominus non poteſt agere, niſi ſua intereſt.*
8 *Pars inſtrumenti ſola edi, & oſtendi debet.*
9 *Æſtimatione fit emptio.*

## L. Ex conventione. XI.

*Idem* A. *Capitoni.*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 AD eos extenditur pactum, ad quos extenditur illud ſuper quo interponitur. Item pactum ob intereſſe cauſatum ad hæredes tranſit. Vel pactum porrigit effectum ad eum, cujus intereſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Duen. *reg.* 12. Tiraq. *de tractatu lig.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 53. ubi quod agens non auditur ſine intereſſe. Joſeph. Ludov. *commun. concl.* 16. & *Peruſ. deciſ.* 89. *n.* 4. *p.* 2. Connan. *comment. lib.* 7. *cap.* 6. *n.* 2.

Ad conciliationem hujus text. cum *l.* 1. *ſine cenſu vel reliq.* quæ adinvicem, & de directo contrariantur, vide Geno. *in conciliatione legum in jure civili contrariarum, pag.* 609. *cum duabus ſeqq.* ubi ultimo loco refert inter cæteros Dec. *in præſenti, n.* 9. *in fine*, exiſtimaſſe dictionem illam negativam, *non* quæ adeſt in contextu dictæ l. 1. delendam eſſe, quia eadem & unica lex videtur hæc, de qua *in præſenti*, & quia eidem dirigitur: ſequi videntur Donel. *in præſenti, n.* 5. *& in d. l. 1. n.* 7. 14. *&* 15. *cum ſeqq.* Petr. Gilchen. *in præſenti, in fine*: ſed hanc interpretationem reſpuendam eſſe tradit idem Genoa, eo quòd repugnet vulgatorum Codicum actioni, aſſerens ſe nullam ſolidam conciliationem adinveniſſe.

*Actio tibi adverſus eam*, &c.) Notatur ad hoc, quod dictum de quo *ſuprà*, videlicet Dominum non poſſe agere quia ſua non intereſt, procedit non obſtante quod tempore celebrati contractus intereſſet, quia ſat eſt quod non interſit nunc quando judicium inſtituitur immò ſi poſt actionem propoſitam deſinat intereſſe, deſinit & actio competere, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 2. *n.* 51. Surd. *deciſ.* 52. *n.* 3. *&* 4.

*Pars inſtrumenti.*) Ergo pars ſola edi, & oſtendi debet de quo vide Boër. *deciſ.* 253. *n.* 6. *col.* 2.

In gloſſ. *Venditio*, ici, *æſtimatio enim facit emptionem*, &c.) Notatur ad hoc, quod ubi facta eſt mentio æſtimationis rerum dotalium, in dubio interpretabitur interveniſſe tacitam venditionem, ut per Roland. *conſ.* 64. *num.* 4. *lib.* 4. Cremenſ. *ſing.* 18. Afflict. *dec.* 270. *n.* 2. Tob. Non. *conſ.* 52. *à n.* 5. Cov. *pract. c.* 28. *n.* 1. quos & alios refert, & ſequitur D. Barboſ. *in l. æſtimatis* 50. *n.* 3. *ff. ſoluto matr.*

SUMMARIUM.

1 *Pacta noviſſima prioribus contraria, ſervanda ſunt.*
2 *Ultima prioribus derogant, tam in contractibus, quàm in teſtamentis, & num.* 3. *& num.* 5. *Ampliat ut num.* 6.
4 *Pactum ſecundum primo contrarium non tollit illud, niſi ope exceptionis, & n.* 7.

## L. Pacta noviſſima. XII.

*Idem* A. *Flaccillæ.*

1 2 PActa noviſſima prioribus contraria, præſertim apud facta facta, ſervanda ſunt. Item ultima prioribus derogant, tam in contractibus, quàm in teſtamentis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *in l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 21. *&* 22. *tit* 1. *part.* 6. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 21. Bart. *in l. ſi unus.* §. *pactus, num.* 1. *ff. hoc tit.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Pactum, num.* 30. Morl. *in emporio juris, part.* 1. 3 *tit.* 3. *in prælud. num.* 51. ubi ait ſecundum pactum primò contrarium non tollere illud ipſo jure, ſed ope exceptionis.

Unde vulgò allegari ſolet hæc lex ad hoc, quod 4 ultima derogant prioribus de quo Alex. *conſ.* 122. *lib.* 4. ubi ampliat in ſtatutis, contractibus, pactis, 5 ultimis voluntatibus, reſcriptis, & conſtitutione Procuratorum, Anchar. *conſ.* 208. *n.* 15. ubi agit de opinionibus, quia ſtatur. ultimæ Hippol. *in pract.* §. *quæritur, num.* 3. Rebuff. *ad l. 1. 102 ff. de verb. ſignif.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 10. Gam. *Luſitan. deciſ.* 50. *n.* 3. Menoch. *conſ.* 64. *n.* 14. ubi quod nova pacta veteri derogant, Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 74. *à princip.* ubi quod procedit in contractibus, teſtamentis, codicillis ſententia definitiva, conſtitutione Procuratoris, reſcriptis, legibus, ſtatutis, conſuetudinibus, fama, mora, opinionibus relatis in dubio: & *ibi num.* 2. reſolvit hanc regulam non procedere quando primum pactum fuiſſet juratum, ſecundum verò non, quia tunc primum valet virtute juramenti confirmatorij & *num.* 3. diſputat, an hæc limitatio procedat etiam quando ſecundum pactum eſſet quoque juratum ſicut primum, Surd. *deciſ.* 51. *ex num.* 1. ubi ex Dec. *hìc num.* 3. dicit quod ultima ſcriptura, ultima ſepulturæ electio, ultima Eccleſia, ultimus ſtatus, ultima conditio, ultima verba ſententiæ, ultima appellatio, ultima quaſi poſſeſſio patronatûs, attenditur, & quod quando duo contractus ſunt invicem incompatibiles, attenditur ſecundus: idem Surd. *deciſ.* 71. *n.* 1. *& deciſ.* 195. *num.* 7. *& deciſ.* 289. *n.* 15. *cum ſeqq. & conſ.* 202. *num.* 1. *& conſ.* 359. *num.* 35. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo ultima.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſion. p.* 3. *collect.* 676. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 6. *lit. P. concl.* 451. *per tot. & tom.* 8. *lit. V. concl.* 228. alios refero *de Axiomat. juris uſufreq. axiom.* 183.

In gloſſ. *Noviſſima.* Hanc gloſſam reputari ſingularem dicit Anton. Gom. *tom.* 1. *var. cap.* 13. *n.* 12. *in fine*, ad probandum, quod in ultimis voluntatibus clauſula derogatoria, vel proteſtatio valet & tenet, ac impedit futuram obligationem, dum tamen fiat de voluntate expreſſa, vel tacita alterius partis.

In gloſſ. *prohiberis, fin.* Notatur ad hoc, pactum 7 primò contrarium non tollere illud ipſo jure, ſed ope exceptionis, ut per Morl. *in emporio juris tom.* 1. *tit.* 3. *in prælud. n.* 51. ubi *n.* 52. *cum multis ſeqq.* plura obſervat pro hujus concluſionis intelligentia. Pactum de non petendo, non tollit ipſo jure actionem, licèt elidat civilem obligationem, cùm producat exceptionem. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 30. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum appoſitum juxta contractum incontinenti actionem parit, & n.* 2. *&* 3.

4 *Pactum*

4 *Pactum, ſeu conditio poteſt incontinenti apponi in contractu, etiam illo abſoluto, modò contrahentes aliò non diverterint.*

5 *Incontinenti fieri dicitur, quod fit paulò ante, vel poſt.*

6 Poſtea *intervallum ſignificat.*

L. In bonæ. XIII.

*Imp.* MAXIMIANUS A. *Mario.*

1 PActum appoſitum juxta contractum incontinenti parit actionem. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. ſpecialiter egit *ſuper hanc l. tom. 1. pag. 42.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Connan. *comment. lib. 5. cap. 2. num. 7. & 8.* Alciat. *lib. 5. paradox cap. 1.* Cujac. *lib. 10. obſerv. 24.* Fachinæ. *lib. 2. controverſ. cap. 99.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 52.* Morl. *in emporio, part. 2. tit. 3. q. 4. n. 2.*

3 In gloſſ. *Actio.* Notatur ad hoc, quod ex quocunque pacto incontinenti appoſito oriuntur duæ actiones: prior ex ipſo contractu informata, & ad pactum extenta: altera præſcriptis verbis, quæ ex eodem contractu naſcitur, ut per Tiraq. *de retractu, tit. 2. §. 1. gloſſ. 1. n. 3.*

4 In gloſſ. *Incontinenti* ibi, *ideſt in ingreſſu, vel egreſſu contractus,* &c. Notatur ad hoc, quod pactum, ſeu conditio poteſt incontinenti apponi in contractu, etiam illo abſoluto, modò contrahentes aliò non diverterint, ut per Tiraquel. *tit. 2. §. 1. gloſſ. n. 25.* nam incontinenti fieri dicitur quod fit paulò ante, vel paulò poſt, ut per Neguſant. *de pignorib. p. 4. princip. n. 45.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 15. n. 45.* cum aliis per me citatis *de dictionib. uſufreq. dict. 155. ex num. 5.*

5

6 In gloſſ. *Poſtea*, ibi, *ſcilicet ex intervallo.* Notatur ad hoc, quod dictio *poſtea* ſignificat intervallum. Corſet. *ſing. 221. incipien. Poſtea*, Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Poſtea, ex num. 2.* Cov. *lib. 1. var. cap. 14. num. 1.* Ego ipſe *dict. 27. n. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Stipulatio pœnalis dum incipit à præcedenti conventione nuda, agitur ex ſtipulatu, non pacto.*

2 *Stipulatio pœnalis non veſtit pactum nudum, & num. 3.*

L. Si pacto. XIV.

*Imp.* GORDIANUS. A. *Cœlio militi.*

1 STipulatio pœnalis dum incipit à præcedenti conventione nuda, agitur ex ſtipulatu, non pacto. Stipulatio pœnalis non veſtit pactum nudum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & ex

2 Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius, & Ludov. Gozadinus.

3 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, de illiuſque intellectu agunt Alciat. *ad rubr. de verbor. obligat. num. 14.* & *ibi* Hieron. Vezin. *n. 128.* Jacob. de Nigris *num. 51.* Bart. *in l. lecta, num. 8. ff. ſi certum pet. & in l. juris gentium, §. quinimò, n. 6. ff. hoc tit.* Mayn. *lib. 1. actionum, c. 2. pag. 3.* Matheſilan. *ſing. 36. n. 8. in annot.* Connan. *commentar. lib. 5. c. 3. num. 8.* Aquilin. *in rubr. de verbor. obligat. n. 134. fol. mihi 56.* citatur Alphan. *collect. 572.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum auferens liberam teſtandi facultatem invalidum eſt.*

2 *Favor teſtamentorum præfertur favori dotis.*

3 *Pactum de ſuccedendo nullum eſt, & invalidum.*

4 *Paciſci non licet de hæreditate viventis etiam inter eos, qui ſpem habent proximam ſuccedendi. Amplia ut num. 5. & limita ut n. 6. & 7.*

8 *Statuta duo apud Hiſpanos adnotata.*

L. Pactum quod dotali. XV.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. *nobilis Cæſ. Pactumeio.*

PActum auferens liberam teſtandi facultatem invalidum eſt. Item favor teſtamentorum præfertur dotis favori. Item pactum de ſuccedendo non valet, & nullam obligationem inducit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. ſupr. hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *tom. 1. pag. 49. in fine*, & ex Repetentibus Franciſc. Curtius, & Martinus Monter à Cueva. 1 2 3

Vulgaris eſt hujus text. allegatio ad hoc, quod non licet paciſci de hæreditate viventis, etiam inter eos, qui ſpem habent proximam ad ſuccedendum, ut in filiis? nam hujuſmodi pactum de ſuccedendo non valet, nec ullam obligationem inducit, ut per *l. Hiſp. 33. tit. 11. part. 5. & l. 6. lib. 5. novæ Recop.* Connan. *comment. lib. 5. cap. 5. ex num. 7.* Ant. Gom. *l. 28. Tauri.* Mench. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 18. n. 26.* Duen. *reg. 130.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 44.* ubi, quod pactum factum cum filia ut æqualiter ſuccedat cum fratre non valet: & *n. 74.* quod pactum de perdenda hæreditate, ideſt de non ſuccedendo, non valet. Tiraq. *de jure primog. q. 6. cum 16. cum ſeqq. & num. 10. & 25.* Menoch. *conſ. 1. num. 139. cum ſeqq. & conſ. 92. ex num. 15.* ubi quod nec etiam favore matrimonij licet ſuper hæreditate paciſci, quia potior eſt favor liberi arbitrij, quàm matrimonij Gutier. *de juram. confirmat. part. 1. cap. 59. à princip.* Valaſc. *de partition. cap. 16. à princip.* ubi rationem præſtat, vel quia præſumit lex quod filius pro modica re dimitteret multa, vel quia filij meritis invitandi, non verò pactionibus adſtringendi ſunt. Fachin. *controverſ. lib. 2. c. 101. & lib. 5. cap. 84. & 85.* Graſſ. *in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 9.* Pereg. *de fideicommiſſ. art. 51. num. 25.* latè Franciſc. de Barry *de ſucceſſionibus teſtati ac inteſtati, lib. 2. tit. 3. per tot.* Fuſar. *de ſubſtitut. & fideicommiſſ. q. 308. n. 2.* 4

Amplia, quamvis pactum ſupradictum, de quo in hac lege, juramento confirmetur, ſecundùm Ordin. Reg. *lib. 4. tit 70. §. 3.* latè Fuſar. *fideicommiſſ. q. 308. num. 18. cum ſeqq.* Graſſ. *d. q. 9. num. 7.* Pereg. *d. art. 51. n. 24.* Mench. *de ſucceſſion. lib. 2. §. 18. n. 197. & 255.* Covarr. *in cap. quamvis pactum p. 3. in initio, n. 3.* ubi ait quod Bald. dum voluit pactum illud de ſuccedendo, cujus mentio fit *in hac l.* quoad futuram ſucceſſionem juramento confirmari, ferè omnium conſenſu reprobatur, quamvis ipſe paulò infrà exiſtimet, quod ſi pactum fiat eo modo quo in hac lege traditur, nempè per ipſum, cui ſuccedendum eſt, juramento confirmatur. Gutier. *d. cap. 59. n. 5.* cum quibuſdam declarationibus, & moderationibus, quas præſtat. Et hæc ampliatio locum habet quamvis pœnali ſtipulatio pacto hujuſmodi jurato intereſſe nomine adjecta ſit, & conventum in tabulis nuptialibus, ut dicit Graſſ. *d. quæſt. 9.* vel in tranſactione, ſeu in laudo arbitratorum, ſecundùm Peregrin. *d. num. 25.* ſic accipiens uxorem intuitu pacti & promiſſi ab aliquo ſibi facti, quod illam uxorem faciet hæredem, non poterit ille, qui accipit 5

uxorem ſub eo pacto agere contra promittentem ad aliquod intereſſe, & nihilominùs matrimonium valet, Ranchin.*p.1.conſ.* 241. non obſtante contraria reſolutione, Menoch. *conſ.* 92. quia in terminis illius conſilii contraria obſervatio erat ex conſuetudine, ut advertit Peregr.*d.n.* 25. Quæ omnia extenduntur ut procedant, licèt pactum illud juratum factum ſit inter patrem & filium, ut videlicet filius ſuccedat patri, ſecundùm eundem Peregr.*d.art.*5.*n.*24.*verſ. hæc autem*, ubi *n.* 32. idem dicit, etſi pactum conceptum ſit per modum promiſſionis, vel donationis, ut ſi dixerit,*Dono tibi poſt mortem meam hæreditatem meam*, aut *ſucceſſionem meam.* Denique præſens reſolutio extenditur ut procedat, licèt juratum pactum ſit reciprocum, veluti ſi fratres aut alii convenerint de invicem ſuccedendo, ut ſcilicet ſuperſtes ſuccedat ei, qui prior deceſſerit ſine liberis Cacheran. *deciſ.* 300. Tiraq. *d.q.* 6. *n.* 24. Graſſ. *de quæſt.*9.*n.*9. Peregrin. *d. art.* 51. *n.* 25. Facin. *controverſ.lib.* 5. *c.* 86. latè Franciſ. de Barry *d. tit.* 3. *n.* 1. *in fine*, ſubdens quod non intereſt ut verba pacti, ſive contractus ſonent in vim ſucceſſionis, aut in vim promiſſionis, in tantum, ut nec quidem in vim ultimæ voluntatis valeat.

6 Limita principalem concluſionem, ut non procedat quando pactum de ſuccedendo factum eſt inter milites, ut dicam *in collect. ad l. licet,infrà hoc tit.*Vel ſi factum eſt inter Principes, licèr recognoſcant Superiorem, habentes tamen auctoritatem legis condendæ in ſuo ſtatu, ſecus in aliis Nobilibus illuſtribus non habentibus hujuſmodi auctoritatem, Peregrin. *d. art.* 51. *num.* 34. Franciſc. de Barry. *d.tit.* 3. *n.* 4. *verſ. ſecundò fallit.* Vel ſi factum eſt favore piæ cauſæ, ut per Capreol. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 1. *n.* 145. licèt non improbabiliter pactum illud non valere teneant Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 41. *cap.* 5. *n.* 27. Mench. *de ſucceſſ. progreſſu lib.*2.§.20. *num.* 19. Vel ſi denique factum eſt inter conjuges, quo coveniunt, quod ſuperſtes in caſu non exiſtentium liberorum præmorienti ſuccedat, quod pactum valere tam de jure, quàm de conſuetudine in Germania, dicit Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 217. quem refert & ſequitur Franciſcus de Barry *d.tit.*3.*n.*4. *in fine.*

7 Limita deinde, ut non procedat ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, ut hoc pactum valeat, ut per Tiraquel. *de jure primogen.q.*6.*n.*23.Menoch.*d.lib.*2.§. 18. *n.* 231. Graſſ.*d.q.*9.*n.*8.Octav.*Pedem.deciſ.*100. *num.* 4. *in fine*, Menoch.*conſ.*1.*n.*165.*& conſ.*92.*n.*52. Fuſar. *d. q.* 308. *num.*40.Peregr.*d.art.*51.*n.* 35. Menoch. *conſ.* 91. *n.* 52. Franciſcus de Barry *d. tit.*3.*n.*8.ubi dicit hanc ſententiam ſervari in pactis dotalibus ex conſuetudine Germaniæ, & in Regno Franciæ, ubi ex Mainard. *lib.* 5. *cap.* 90. ſubdit, quod valeat pactum iſtud ex conſuetudine Regni, ſed debere fieri in ipſomet matrimonii contractu.

8 Hinc apud Hiſpagnos duo principaliter ſtatuta ſunt, quorum ſaltem primum videtur corrigere deciſionem hujus text. ut *in l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ Recopil. Quæ ſi el Padre, o la madre, o alguno de los aſcendientes prometio por contrato entre vivos de no mejorar a alguno de ſus hijos o deſcendientes, y paſſare ſobre ello eſcriptura publica, en tal caſo no pueda hazer la dicha mejoria de tercio ni de quinto, y ſi la hiziere, que no valga.* Deinde *que ſi prometio el padre, o la madre, o alguno de los aſcendientes de mejorar a alguno de ſus hijos, o deſcendientes en el dicho tercio o quinto, por via de caſamiento, o por otra coſa alguna, que en tal caſo ſean obligados a lo cumplir y hazer, y ſi no lo hizieren, que paſſados los dias de ſu vida, la dicha mejoria y mejorias de tercio y quinto ſean avidas por fechas*, &c. de cujus legis intellectu agit Gutier.*d.c.*59.*n.*8.

---

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum fratribus reciprocè injunctum pacto remitti poteſt, & n.* 2.

3 *Fideicommiſſum pacto gratuito remitti, ſeu illi renuntiari poteſt, ſive purum ſit, ſive conditionale. Amplia ut num.* 4.

5 *Si alienetur res prohibita alienari, eo præſente, & non contradicente, cujus favore facta eſt ea prohibitio, is ita ſibi præjudicat, ut non poſſit eam alienationem retractare amplius.*

## L. Cùm proponas, j. XVI.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Diaphanto.*

FIdeicommiſſum fratribus reciprocè injunctum pacto remitti poteſt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *ſupr.hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Bart.*in l. de his n.*6. *ff.de tranſact. & in l. qui Romæ.* §. *fin. n.* 17.*ad med. ff.de verb. obligat.* Duaren. *lib.*1 *de pactis. c.*4. *n.*1. Bellacomb. *tom.*1. *commun. opin.lib.*1.*tit.*3. *n.* 94. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 16. *n.* 52. ubi ait, quod Doctores hanc legem intelligunt, ſi ſervus commodè applicari fideicommiſſario non poſſet, quoniam hic ſermo erat de fratribus jus habentibus de præſenti in te ipſa donata; quare contradicentes poterant donationem, ſeu alienationem impedire. 2

*Fideicommiſſo perſecutio ceſſat.*) Notatur ad hoc, quod pacto gratuito fideicommiſſum remitti, ſeu illi renuntiari poteſt, ſive purum ſit, ſive conditionale: ita Burſat. *conſ.* 195. *num.* 11. *lib.* 2. Papon. *lib.* 16.*tit.*4. *arreſt.* 6. Ranchin. *deciſ.p.* 2. *concl.*181. Duen. *reg.* 339. Boër. *deciſ.* 147. *n.* 7.*&* 8.Afflict. *deciſ.*38.*n.*5. Ozalc. *Pedem. deciſ.*112. *n.* 16. Joſeph. Ludov. *Peruſ.deciſ.*19. *n.* 6. Magon. *Florent.deciſ.*102. *n.* 9.Cavalcan. *deciſ.* 36. *num.* 2.*p.* 1.Gam. *Luſit. deciſ.* 264. Don Garc. Maſtrill. *Siciliæ deciſ.* 65. *n.* 4. *in fine*, Cephal. *conſ.* 106. *n.* 26. *& conſ.* 620. *n.* 48. *cum ſeqq.* Peregr. *conſ.*52.*n.*16. *cum ſeqq. lib.* 5. Gabr. *lib.*4. *commun. tit. de fideicommiſſ.concluſ.* 1. *n.*22. Menoch. *conſil.* 87. *n.* 27. *cum ſeqq.* Graſſ. *in* §. *fideicommiſſum. q.* 62. *n.* 1. Sim. de Præt. *de interpret.ult. volunt fol.* 372. *n.* 4. Intrigl. *de ſubſtitut.cent.*3. *q.* 91.*n.*6. Mench. *de ſucceſſion.tit. de teſtatoris potentia,* §. 10.*n.*185. Sfort.Odd. *de reſtitut.in integrum,quæſt.* 85. *c.* 29. Gall. *de exception. except.* 26. *n.*32. *cum ſeqq.* noviſſimè Franciſc. de Barry *in tract. de ſucceſſion. teſtati, ac inteſtati, lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 3. latè Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt.*587. *n.*15. ubi *n.* 16. ampliat ſive fideicommiſſum ſit reciprocum,ſive non: & *n.*17. ampliat quoque procedere, etſi teſtator prohibuiſſet talem remiſſionem fieri poſſe, & *n.* 19.ampliat etiam ut talis remiſſio poſſit fieri etiam modico accepto vel gratis. 3 4

In gloſſ.*Cùm proponas* 1. ibi, *item ſi unus fratrum Cùm alter frater rem venderet, præſens non contradixit, dico eum ſibi feciſſe præjudicium.* Notatur ad hoc, quod ſi alienetur res prohibita alienari eo præſente, & non contradicente, cujus favore facta eſt ea prohibitio, & in quem transferri debet, is ita ſibi præjudicat, ut non ampliùs poſſit eam alienationem retractare: ita per hanc gloſſ. tenent Roman. *conſ.* 457. *circa propoſitam conſultationem, in fine.* Tiraq.*de retractu lig.* §. 1.*gloſſ.*9. *n.* 115.licèt *n.* 156. contrarium reſolvere videatur; refert & ſequi videtur Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.*11.*part.*4.*in med.*ſed idem.Cald. Pereira *de renovat. emphyt.q.*16. *n.*48. tenet hanc gloſſ. communiter reprobari, eo quòd contrarium ſibi magis placere dicat, & *n.* 51. *in med.* hanc gloſſam damnari, dum vult fideicommiſſa 5

commiſſarium præſentem alienationi rei fidei commiſſo ſubjectæ,& tacentem, ſibi nocere, non minus quàm ſi conſenſum præſtitiſſet: Nihilominùs tamen videtur hujuſmodi gloſſæ reſolutio amplectenda, quia citatis Abb. Alex. Dec. & Cravet. reſolvit Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 116. *n.* 1. fratrem præſentem alienationi bonorum fideicommiſſi, vel emphyteuſis,tacentem præſumi remiſiſſe jus ſuum: & *n.* 3. extendit ut locum habeat etiam reſpectu pretii, quod hic frater ſic conſentiens recuperare non poteſt: & *n.* 4. limitat quando frater præſens & tacens impedire non potuiſſet alienationem, etiamſi contradixiſſet, quia tunc non præſumitur conſenſiſſe.

SUMMARIUM.

1 *Pactum, ſive ſcriptum, ſive non in ſcripturam redactum, ſervandum eſt.*
2 *Fides promiſſa, licèt in ſcripturam non ſit redacta, ſervanda.*
3 *Scriptura in contractu emptionis, & venditionis, vel quolibet alio non requiritur, niſi in caſibus in jure expreſſis, & determinatis.*

## L. Pactum quod bona fide. XVII.

*Iidem* AA. *Deximacho.*

1 PActum, ſive ſcriptum, ſive non in ſcripturam re-
2 dactum, ſervandum eſt. Item fides promiſſa, licèt in ſcripturam non ſit redacta, ſervanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hunc textum formalem & expreſſum dicit Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 17. *in princ.* ad probandum quod ſcriptura in contractu emptionis, & venditionis, vel quolibet alio, non requiritur niſi in caſibus in jure expreſſis, & determinatis, de quo Padil. *in l. cùm mota, n.* 5. *de tranſact.* Valaſc. *de jure emphyt. q.* 7. *n.* 1. Surd. *dec.* 277. *n.* 1. Mench. *controv. uſufreq. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 7. ubi per hunc textum reſolvit ad nullius diſpoſitionis ſubſtantiam ſcripturam requiri, niſi in caſibus à jure expreſſis, cùm ſcripturæ ſolemnia ad faciliorem probationem, non verò ad diſpoſitionis ſubſtantiam deſiderentur.

SUMMARIUM.

1 *Correi debendi admiſſi ad ſolutionem diviſam à creditoribus, ſolidi onus à ſe abjiciunt.*
2 *A correis inducitur crediti diviſio, ſolidæque ſolutionis remiſſio, per receptionem partis debiti.*
3 *Condemnati ſimpliciter, intelliguntur pro viribus, licèt obligatio & libellus concludant in ſolidum.*
4 *Creditor ubi partem debiti acceperit ab uno ex reis debendi, tacitè videtur conveniſſe in crediti diviſionem.*
5 *Creditor partem petens ab uno, non poteſt poſtulare partes aliorum ab eodem. Limita ut n.* 6.
7 *Diviſio obligationis non inducitur ex ſimplici receptione partis debiti, niſi adſit aliqua expreſſa clauſula. Amplia ut n.* 8.

## L. Si creditores veſtros. XVIII.

*Iidem* AA. *Julio & Æmilio.*

1 COrrei debendi admiſſi ad ſolutionem diviſam &
2 ſeparatam à creditoribus, ſolidi onus à ſe abjiciunt. Item per receptionem partis debiti à debitoribus correis inducitur crediti diviſio, & ſolidæ ſolutionis remiſſio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & poſt omnes Hubert. Giphan. *in ſpeciali explicat. hujus l. tom.* 1. *pag.* 44. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, & Petrus Stella.

De materia & intellectu hujus legis vide Duen. *reg.* 3
266. Connan. *comment. lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 3. Boër. *dec.* 59. *n.* 8. ad hoc quod condemnati ſimpliciter, intelliguntur pro viribus, licèt obligatio & libellus procedant, & concludant in ſolidum. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 8. ubi quod ſi creditor par- 4
tem debiti acceperit ab uno ex reis debendi, taci è videtur conveniſſe ut inter omnes fiat diviſio, neque quiſquam niſi pro virili ſua portione poſſit conveniri, Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 33. *n.* 54.

*Ne alter pro altero exigatur, providebit.*) Notatur ad 5
hoc, quod creditor, qui partem ab uno petit, aliorum partes ab eodem poſtulare non poteſt, ut per Duen. *reg.* 266. Villalob. *commun. opin. verbo Diviſio*, Cald. Pereira *d. cap.* 33. *n.* 59. aſſerentes exceptionem tacitæ pacti de non petendo induci ex receptione partis debiti facta ab uno ex pluribus in ſolidum obligatis, quemadmodum ſolvens partem debiti, totum debitum agnoviſſe videtur; & idem Cald. Pereira *citato loco* reſpondet *ad text. in l. reos, de fidejuſſor.* ubi qui agit contra unum pro parte, poteſt reintegrare petitionem ſuam, ut ſcilicet procedat niſi alius ſit non ſolvendo, quoniam tunc in ſubſidium poterit iterum illum convenire. Limitatur 6
multipliciter principalis reſolutio per Cald. Pereira *d. cap.* 33. *n.* 57. *cum ſeqq.* ut ſolùm procedat quando reus ſolvit partem ſuam virilem, non plus, vel minus, aliàs induci nequit diviſio. Secundò quando fidejuſſor partem ſolvit tanquam ſibi competentem & diviſam, ſecus verò ſi ſimpliciter ſolvit. Tertiò quando creditor recepit ab uno ex correis debendi partem ſuam ſortis, ſeu debiti principalis, ſecus verò ſi recepit partem uſurarum debitarum, vel pœnæ promiſſæ, aut alterius acceſſorii, quoniam ex hujuſmodi perceptione non fit argumentum ad principale. Quartò quando creditor partem recepit cum clauſula & proteſtatione exigendi in ſolidum, quo caſu ceſſat diviſio debiti.

Unde colligitur ex ſimplici receptione partis debiti 7
non induci diviſionem obligationis, niſi adſit illa clauſula expreſſa, quod pro perſona ſua tantum ſolvit: vel adjiciatur, quod ſolutio fit pro portione, parte, aut quota debita, ut optimè probat Cald. Pereira *d. cap.* 33. *n.* 61. *cum ſeqq.* & *n.* 64. ait non modò procedere quando alii correi ſunt præſentes, ſed etiam ſi ſunt abſentes, & non ſolvendo, & *n.* 65. ſubdit hunc text. procedere in omni ſpecie debitorum, dummodò in ſolidum ſint obligati: & *n.* 66. extendit, ut hujuſmodi diviſio 8
non modò proſit ipſi debitori qui pro parte ſua ſolvit, ne conveniri poſſit ad reliquum, quemadmodùm à principio poterat, ſed etiam aliis correis, inter quos ſimiliter dicitur facta diviſio pro virili, quamvis abſentes ſint, & ignorantes.

SUMMARIUM.

1 *Pactum de invicem ſuccedendo, à privatis initum non habet vim ultimæ voluntatis, & n.* 4.
2 *Poſt mortem collatum colore donationis cauſâ mortis, non ſubſiſtit.*
3 *Hæreditas non datur per donationem cauſâ mortis, aut codicillum.*
5 *Paciſci de futura mutua ſucceſſione permiſſum militibus. Amplia ut n.* 6. *& Intellige ut n.* 7.
8 *Pactum ſucceſſionis, vel hæreditatis propriæ danda favore piæ cauſæ, valet.*
9 *Argumentum à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ validum.*
10 *Maritus & uxor favore militum ſe invicem inſtituunt.*

11 *Pactum mutuæ ſucceſſionis donationi ſimile, ſed non eſt verè donatio cauſâ mortis.*

12 *Pactum reciprocum habet in ſe onus ob viciſſicdinem.*

13 *In donatione cauſa mortis non poteſt onus adjici.*

14 *Voluntas ultima etiam in genere reperitur.*

## L. Licèt inter XIX.

*Iidem* AA. *Victoriano militi.*

1 PActum de invicem ſuccedendo, à privatis initum non habet vim ultimæ voluntatis. Item poſt mor-
2 tem collatum colore damnationis cauſâ mortis, non ſubſiſtit. Item hæreditas non datur per donationem
3 cauſâ mortis, aut codicillum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

4 *Ne donationis quidem mortis*, &c.) Notatur ad hoc, quod pactum de ſuccedendo invicem non habet vim ultimæ voluntatis, ut per Xuar. *in l. quoniam in prioribus, in declarat. leg. Regni, limit. 5. n. 11. in princ. pag.* 300. Tiraq. *de jure primog. q. 6. n.* 24. ubi ait, quod ſuper futura ſucceſſione non valent pacta etiam viciſſitudinaria, ut ſcilicet ex duobus privatis, is qui ſupervixerit, alterius rebus potiatur. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 28. pag.* 199. Anton. Gom. *l. Tauri, n.* 66. ubi dicit hunc text. ſingularem & unicum, ad hoc quod poteſt dari & reperiri ultima voluntas in genere & innominata, quæ non ſit teſtamentum, nec codicillus.

5 *Tamen cùm voluntas militum*, &c.) Notatur ad hoc, quod militibus permiſſum eſt de futura mutua ſucceſſione paciſci, ut per *l. Hiſp. 33. poſt med. tit. 11. part. 5.* eleganter Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus*, ubi declaratio legis Regni, *limit. 5. n. 10. pag.* 510. ubi ſubdit quod pactum, & fides data inter milites de ſe invicem inſtituendo, non obligat ad illos adſtringendos
6 pactum adimplere, immò eo non obſtante, habent liberam teſtamenti factionem, & poſſunt bona ſua relinquere quibus vellent: latè Sarmient. *lib. 2. ſelectar. cap. 5. per tot.* ubi oſtenditur qualis & quæ ſit ea voluntas, quæ inter milites hîc permittitur, Anton. Gom. *l. 22. Tauri, n.* 18. ubi in hoc reputat hunc text. ſingularem & unicum, & intelligendum eſſe ait, quando tales mi-
7 lites eſſent in expeditione belli, per illa verba ibi, *ad diſcrimen prælii pergentes*, & *n. 21. verſ. tertiò*, reſolvit quod pactum hujuſmodi etiam reciprocum non obligat milites, ut neceſſariò & præcisè teneantur adimplere promiſſa, ſed tantùm valet ſi perſeveraverint uſque ad mortem illa voluntate; ſecus verò ſi vellent revocare. Menoch. *conſ. 923. n.* 12. ubi loquitur etiam quando ſunt extra caſtra, & *num. ſeq.* ampliat ad Marchiones & Comites, qui gaudent privilegiis militum, Honded. *conſ.* 40. *n.* 19. *lib.* 1. Fuſar. *de fideicom. q.* 38. *n.* 42. Tiraq. *de jure primog. q.* 6. *n.* 24. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 12. *tit.* 34. *n.* 9. ubi intelligit hoc eſſe jus ſpeciale, ut pactum hujuſmodi inter milites factum de futura ſucceſſione, valeat jure teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis, Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imp. lib. 2. concl.* 126. Franciſc. de Barry *de ſucceſſion. teſtati & inteſtati, lib. 2. tit. 3. n. 4. verſ. quam concluſionem*, ubi poſt Menoch. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. n.* 233. & Peregr. *de fideicom. art. 51. n. 33. &* 34. ait non procedere niſi in militibus, qui pergunt ad bellum. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 2. à n.* 44. ubi *n. 51.* poſt Greg. Lop. *ad l. 33. verbo Dos*, ait hoc procedere etiam ubi pactum non eſſe reciprocum, quia hic text. procedit etiam ſi miles in non militem diſpoſuiſſet, quia ex ſola facti contingentia in hoc text. diſpoſitio collata fuit in alium militem, & *n.* 45. rationem præſtat quare valeat inter milites pactum mutuæ ſucceſſionis.

8 Qui quidem militum favor extenditur ad pias cauſas, ita ut pactum ſucceſſionis, vel hæreditatis propriæ dandæ favore piæ cauſæ valeat, ut reſolvunt Greg. Lop. *d. l. 33. verbo Cavalleros*, Xuar. *d. limit. 6. n.* 10. *poſt med. verſ. & idem erit ſi illud pactum fiat ad pias cauſas*, ubi inſurgit contra hanc reſolutionem, dicendo quod text. *in præſenti*, loquitur in pacto reciproco ſucceſſionis poſt mortem, quod pactum non cadit in Eccleſiam, quia nunquam moritur, *cap. gratioſè, de reſcript. in* 6. reſpondet etiam hanc legem locum habere quando pactum non eſſet reciprocum. Jacob. Richius *in tract. de unione prolium, cap. ult. n.* 24. habetur *tom. 6. tractatuum, part* 1. Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Duas habens filias, à n.* 206. *de teſtament.* Tiraq. *de privil. piæ cauſæ, privil.* 105. Anton. de Petra *de fideicommiſſ. q. 4. poſt n. 8. caſu 2. limit. 2.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 2. n. 51.* Franciſc. de Barry *loco proximè citato.* Valet enim argumentum à milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ. Ego ipſe *de locis commun. argum. juris, loco 71. n.* 1. 9

Extenditur quoque hujuſmodi favor militum ad maritum reſpectu uxoris, illi enim poſſunt ſe invicem inſtituere, Fichar. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 14. de teſtament. n. 23. pag.* 40. Connan. *commentar. lib.* 10. *cap. 6. n.* Anton. Gom. *leg. 22. Tauri, n.* 18. Clar. *in §. teſtamentum, q. 60. n.* 1. Gam. *Luſit. dec. 231. n. 1. & dec. 246. n.* 2. Burg. *conſ. 2. n.* 6. Menoch. *conſ. 92. num. 48. & de præſ. lib. 4. præſ. 165. n.* 20. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Teſtamentum, n. 79.* Valaſc. *conſ. 117. n. 1. & conſ. 178. n.* 2. Cevall. *commun. contra commun. q. 178. n. 7.* Bened. Pinel. *ſelect. lib. 1. cap.* 10. *per tot. & à n.* 17. & 40. & poterit hujuſmodi inſtitutio ab altero eorum pro ſua parte revocari, Burg. *d. n. 16. & in l. 3. Tauri, part. 2. n.* 1215. alter Burg. *civilium q. 1. n.* 13. Menoch. *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 1. n.* 10. Alvarad. *de conject. mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 97.* Salaz. *de uſu, & conſuetud. cap. 4. n. 27.* Angul. *ad leges melior. l. 2. gloſſ. 2. in princ. fol. 97.* Craſſ. *in §. teſtamentum, q. 99. n.* 2. Gutier. *in cap. quamvis pactum, n. 96. & pract. lib. 3. q. 75. n.* 12. Cevall. *commun. q. 265. n. 17. & q. 310. n. 9.* Molin. *de juſt. tract. 2. diſp.* 152. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 18. n. 53. &* 54. Pichard. *in §. igitur, n. 3. Inſtit. de pupuil. ſubſtit.* Cald. Pereira *de nomin. empyt. q. 7. n. 7.* Bened. Pinel. *d. lib. 1. c. 10.* 10

In gloſſ. *Mortis cauſâ.* ibi, *ſed tamen non eſt*, &c. Notatur ad hoc, quod pactum mutuæ ſucceſſionis eſt ſimile donationi, at verò non eſt donatio cauſâ mortis, ut per Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 2. n. 46. cum ſeqq.* ubi diſputat an text. *in præſenti* prohibens pactum mutuæ ſucceſſionis, intelligatur comprehendere donationem cauſâ mortis. 11

In eadem gloſſ. ibi, *hîc autem etiam onus habet propter viciſſitudinem*, &c. Notatur ad hoc quod pactum reciprocum, ut qui ſupervixerit, rebus alterius potiatur, habet in ſe onus etiam propter viciſſitudinem, ut per Xuar. *in repet. quoniam in prioribus, limit. 6. n. 5. verſ. præterea, pag.* 394. ubi ad hoc dicit, hanc gloſſam eſſe famoſam, eam notat ad illud, quod ſi fuit factum inter fratres, ita quod quilibet donavit alteri omnia bona præſentia, ſub hac conditione quod ſuperſtes haberet bona præmorientis, quod iſta donatio non eget inſinuatione, cùm non ſit donatio mera, immò continet onus propter viciſſitudinem, de quo etiam Clar. *§. donatio, q. 2. n.* 2. Molin. *de Juſt. tract. 2. diſp.* 279. *n. 9. verſ. in donatione.* 12

Notatur etiam ad hoc quod in donatione cauſâ mortis nullum poteſt adjici onus, ut per Viv. *tom. 2. comm. n. opin. lib. 7. tit. 35. de donat. mortis, n. 17. verſ. & finaliter, pag.* 419. 13

In gloſſ. *Compendium, fin.* Notatur ad hoc, quod ultima voluntas in genere etiam reperitur, hoc eſt ſub nomine generis; ſed tamen illa, quæ reperitur, neceſſe eſt ut ſit ſpecialis, ſeu ſingularis alicujus hominis voluntas quæ generaliter ultima voluntas dicitur abſque alio nomine ſpeciali, ut per Card. Mantic. *de conject. ult.* 14

*ult. volunt. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 2. qui dicit ita loqui,& intelligi textum *in præsenti*, Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 29. ubi ait, quod in jure dabilis est ultima voluntas simplex, generica, ac innominata, stans in meris terminis ultimæ voluntatis, quæ testamentum, seu codicillus non sit.

## SUMMARIUM.

1 *Traditio est optimus transferendi, & acquirendi modus, & n.* 1.

3 *Traditio non requiritur in spiritualibus & beneficialibus. Item in legatis, & ultimis voluntatibus, n.* 4. *Item si Princeps, cujus est leges condere, velit eo ipso solo titulo, absque traditone, dominium rerum suarum transferre in alterum, n.* 5.

6 *Dominium quid sit.*

7 *Dominium directum non transferri ex præscriptione; utile verò sit.*

8 *Alienatio, & translatio dominij quando impediri possit.*

9 *Dominium non transfertur sine causa habili, & legitimo titulo. Transfertur ex pacto addictionis in diem, vel legis commissariæ, absque nova traditione, num.* 10.

## L. Traditionibus. XX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Martiali.*

1 TRaditio optimus est transferendi, & acquirendi dominij modus, cum regulariter dominium nequeat in alium transferri aliter quam per traditionem. Colligunt ex Ordin. Dctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* post omnes Huberr. Giphan. specialiter egit super hanc l. *tom.* 1. *pag.* 47. &ex Repetentibus *tom.* 7. Franc. Curt. & Ludov. Godazio.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp.* 46. *tit.* 28. *part.* 3. ubi Greg. Lopez *gloss.* 1. Roman. *sing.* 433. Connan. *comment. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. Alphan. *collect.* 183. Hotoman. *lib.* 1. *illustr. q.* 11. & 12. Cont. *lib.* 1. *disp. cap.* 8. Zoanett. *rerum quotid. cap.* 1. Cujac. *lib.* 11. *observ.* 19. Chærian. *comm. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *n.* 3. *pag.* 295. Anton. Gomez. *l.* 40. *Taurin.* 16. & *l.* 45. *n.* 4. & *l.* 50. *n.* 27. Tiraq. *de privil. piæ causæ, privil.* 107. & *de jure mariti*, §. 1. *gloss.* 2. *n.* 43. & *de constit. limit.* 26. *n.* 5. & *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss.* 7. *num.* 6. & 16. Donel. *comment. juris lib.* 4. *cap.* 16. *cum seqq.* Covar. *var. lib.* 2. *cap.* 19. *in princ.* Spin. *in speculo testament. gloss.* 4. *princ. n.* 93. Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *cap.* 6. §. 1. *n.* 8. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 20. *cap.* 10. *n.* 4. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 61. *n.* 5. Menoch. *controvers. usufrequent. lib.* 3. *cap.* 69. *à princ.* Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *verb. sua facilitate*, *n.* 55. D. Ferdinand. de Mendoza *de pactis lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 12. D. Barbos. *p.* 2. *rub. ff. soluto matrim. n.* 83. Morl. *in emporio juris*, *part.* 1. *tit.* 9. *q.* 5. *à princ.* Less. *de Justit. lib.* 2. *c.* 3. *dub.* 3. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 70. *cum seqq.*

3 In spiritualibus & beneficialibus, cùm ex solo titulo & institutione superioris acquiratur jus & dominium sine ulla traditione, ideo in his possessio & traditio necessaria non est: ita Spin. *in speculo testam. gloss.* 4 *princ. n.* 93. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 3. *n.* 17. & 18. ubi resolvit, quod ad comparandum dominium de re aliqua, sive illud plenum sit, sive non, præter titulum necessaria regulariter est traditio, seu apprehensio, nisi Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & aliis quibusdam piis locis, civitatibus, vel in redemptionem captivorum hæreditas aliqua, legatum, aut fideicommissum est relictum, vel donationis titulo aliquid eis datum, aut etiam venditum est.

Idem in legatis, & ultimis voluntatibus, hæres enim sive ex testamento, sive ab intestato succedat in bonis defuncti continuò atque hæreditatem adit, comparat dominium illius absque ulla talium bonorum traditione & apprehensione, *l. cùm hæredes, ff. de acquir. possess.* Duen. *reg.* 210. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 16. *n.* 23. *cum seqq.* Molin. *d. disp.* 3. *num.* 18. *vers. secundus* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 17. *n.* 12.

Idem quoque si Princeps, cujus est leges condere, 5
velit eo ipso solo titulo absque traditione dominium suarum rerum in alterum transferre, quia revera illud in eum transfert, vide Covar. *d. lib.* 2. *var. cap.* 9. *n.* 1. Chassan. *in catal. gloriæ mundi*, *part.* 4. *consid.* 24. & *p.* 12. *consid.* 99. Tiraquell. *de nobilit. c.* 37. *n.* 57. Avendan. *ad l.* 44. *Tauri, gloss.* 2. *n.* 3. Peregr. *de jure fisci lib.* 1. *tit. habentes jura fisci, n.* 47. & 48. Molin. *d. disp.* 3. *n.* 18. *vers. quia verò*, ubi ait in contractibus non transferri dominium, nisi de voluntate Principis aliundè constet, Steph. Gratian. *discep. forens. cap.* 310. *n.* 5. *cum seqq.* ubi tenet, quod dispositio hujus legis non habet locum in Principe, nisi appareat de voluntate illius tacita, vel expressa, & *n.* 11. subdit, quod in contractibus Principum non requiritur traditio, & *n.* 14. intelligit, dummodò possessio non esset ab aliquo occupata, quia tunc per hujusmodi actum fictum, cùm aliud sit in possessione, non transfertur possessio civilis. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 28. *n.* 25. & *de empt. & vend. cap.* 12. *n.* 40.

*Dominia rerum*, &c. Dominium quid sit, vide *l.* 6
*Hispan.* 1. *tit.* 28. *part.* 3. Sor. *de Justit. lib.* 4. *q.* 1. *art.* 1. Gordub. de Lara *in leg. si quis à liberis*, §. *etsi impubes*, *n.* 56. Menchac *illustr. cap.* 17. *n.* 6. latè *in præfat. lib.* 1. *de succes. progressu*, *ex n.* 176. Vacon. à Vacuna *lib.* 2. *declar.* 43. Cald. Periera *de resol. emphyt. c.* 15. *num.* 40. Sayr. *in clavi Regia. lib.* 9. *c.* 2. *n.* 3.

In Gloss. *Et usucapionibus* 2. Notatur ad hoc, quod 7
dominium directum ex præscriptione non transfertur, utile verò sic, ut per Donat. à Fina *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *de acquirenda possess. n.* 175. *pag.* 210. Pinel. *in authent. nisi*, *n.* 36. *de bonis matern.* Covarr. *in reg. possessor.*, *p.* 3. *in initio, n.* 2. Menoch. *usuf. controvers. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 54. *à princip.* Valasc. *de jure emphyt. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 3.

In gloss. *Non nudis*, *fin.* Nota quod in casibus, in 8
quibus ex solo titulo, sine traditione vera, vel ficta transfertur dominium, qui habentur in hac gloss. in eisdem potest impediri alienatio, & translatio dominij solo pacto, & conventione partium, ut per Anton. Gomez *l.* 40. *Tauri*, *n.* 15. *vers. ex quibus infero singulariter*, Tiraquel. *in l. si unquam*, *verbo Revertatur*, *n.* 19. ubi ait, quod in casibus in quibus dominium ipso jure transfertur sine traditione, transferetur etiam dominium ex statuto annullante contractum sine alia traditione.

Notatur etiam ad hoc, quod dominium non trans- 9
fertur sine causa habili, & titulo legitimo, non sufficit sola traditio, ut per Alciat. *cons.* 435. *n.* 2. Tiraq. *de retract. ad fin. tit. n.* 64. Surd. *cons.* 4. *n.* 41.

In eadem gloss. ibi, *fallit in pacto legis commissoria* 10
&c. Notatur, ad hoc, quod ex pacto additionis in diem vel legis commissoriæ transfertur dominium absque nova traditione, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss.* 7. *n.* 3. & *à n.* 7. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 30. *vers. item etiam.* Covar. *lib.* 3. *var. c.* 8. *n.* 1. *vers. prima conclusio.*

## SUMMARIUM.

1 *Actio non datur ex pacto divisionis, sed exceptio, quæ tollitur in replicis.*

2 *Pactum in convenientibus nominatis non obligat, si ille cum quo contraxeris, ex parte sua non adimplet contractum.*

3 *Ex contrahentibus priùs adimplere ille debet qui prior agit ad contractus conditionalis adimplementum.*

4 *Exceptio non observati contractus litis ingressum impedit, & dicitur litis finitæ. Semper opponitur, licet statutum, vel lex regia omnes exceptiones excludat, n. 5.*

6 *Contractum ex parte approbare, & reprobare ex parte non licet.*

7 *Regula, Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*

## L. Cùm proponas, ij XXI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Eusebio.*

1 EX pacto divisionis datur actio, sed exceptio, quæ tollitur ob fidem non servatam in replicis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* ex Repetentibus *tom. 7.* Francisc. Curt.

2 Notatur ad hoc, quod pactum in conventionibus nominatis non obligat, si ille cum quo quis contraxit, ex parte sua non adimplet contractum, quoniam fides non est servanda illi, qui fidem non servat, & tunc potest rediri ad primam actionem, ut per Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Pactum, n. 18.* Magon. *Lucensi dec. 21. ex n. 16.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 27. n. 5.* Valasc. *cons. 153. n. 15.* ubi ait regulam hujus text. procedere tantùm in contractibus innominatis, prout transactio in qua loquitur, secus in contractibus nominatis; qua si tu non impleas, statim ego etiam possum pœnitere, & fidem tibi frangere, sed cogeris adimplere. Item *l. Hisp. 28. tit. 11. part. 3.* censuit duobus vicissim quid facturis jurantibus, uno eorum prius juramentum frangente, non esse alium perjurum quod promisit non adimplendo, ubi Greg. Lop. gloss. intelligit regulam procedere in obligationibus respectivis, secus in diversis, Pinel. *in rub. de rescind. vend. p. 2. c. 2. n. 26.* ubi ait procedere supradictam conclusionem etiam in contractibus nominatis, suadente ratione. Menoch. *cons. 35. n. 2.* ubi quod venditio, vel pactum ut violatum censeatur, sufficit quod quid minimum immutatum sit.

3 Adimplere debet priùs ille ex contrahentibus, qui prior agit ad contractus conditionalis adimplementum. Alex. *cons. 49. n. 4. vol. 2.* Graver. *cons. 151. n. 10. vol. 1.* Ozasch. *dec. 51. n. 9.* Gail. *lib. 2. observ. 17. n. 15.* Joseph. Ludov. *commun. concl. 3. illat. 94.* Veral. *dec. 326. n. 1. part. 3.* Surd. *dec. 253. à princ.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 3. tit. 16. n. 15.*

4 Exceptio non observati contractus impedit litis ingressum, & dicitur litis finitæ Bec. *cens. 55. n. 11. in fine*, Menoch. *cons. 55. n. 14.* Joseph. Ludov. *concl. 14. ampl. 8.* Roland. à Valle *cons. 69. n. 13. lib. 4.* Fulv. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 57. n. 19.* Reusner. *cons. 4. n. 4. lib. 1.* Honded. *cons. 83. n. 26. vol. 1.* Burlat. *cons. 309. n. 8.* Camill. Larata *cons. 28. à n. 18.* Zanger. *de except. p. 3. cap. 20.* Mascard. *de probat. concl. 1387. n. 42.* Anton. Fab. *in suo Cod. tit. de exception. dec. 43.* Steph. Gratian *discept. forens. tom. 2. cap. 307. n. 15.* etiamsi defectus non implementi sit in minimo Mascard. *cons. 388. n. 25.* Veral. *de 316. n. 2. p. 3.* Maresc. *var. lib. 1. cap. 88. n. 4.* Menoch. *cons. 1. n. 468. & cons. 56. num. 6.* Surd. *cons. 52. n. 35. & cons. 82. n. 3. & cons. 101. n. 1. & cons. 400. n. 28.* Barz. *dec. 36. n. 23.* Magon. *Lucensi. dec. 21. n. 18.*

5 Cæs. Manent. *dec. 38. n. 22.* Honded. *cons. 86. n. 16. lib. 1.* Joseph. Ludov. *Perus. dec. 50. n. 3.* Coccin. *dec. 55. n. 4.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 301. n. 15.*

Quæ quidem exceptio non observati contractus semper opponi potest, licèt statutum, vel lex Regia omnes exceptiones excludat, Roman. *cons. 244. col. 2.* Rub. *cons. 30. n.* Cephal. *cons. 407. n. 19. lib. 3.* Roland. à Valle *cons. 53. n. 32. lib. 1.* Craver. *cons. 127. n. 14. & cons. 348. & cons. 245. col. 2. lib. 4.* etiam post sententiam diffinitivam, & in executione chartæ executoriæ Afflict. *dec. 220. à n. 4.* Cravet. *cons. 79. n. 5.* Decian. *resp. 60. n. 45. lib. 2.* Menoch. *d. cons. 55. n. 157.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 5. q. 3. n. 25.* Et potest suppleri à judice etiam parte non petente, & ex officio. Cephal. *d. cons. 407. n. 10. & cons. 148. n. 144. lib. 3.* Steph. Gratian. *d. cap. 307. n. 27. cum seqq.*

*Transactione uti*, &c.) Notatur ad hoc, quod non 6
licet partem contractus approbare, & partem reprobare, sed vel totum approbandum cum suis qualitatibus & causis, aut totum reprobandum, ut per Tiraq. *de retractu, ad finem. tit. num. 5.* cum aliis multis per me citatis *in praxi exigendi pension. q. 1. num. 22. cum seqq.*

In gloss. *Notam.* Notatur ad hoc, quod qui non 7
facit quod debet, non recipit quod oportet, ut per Surd. *de aliment. tit. 7. q. 14. n. 36.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Administrator non remittit debitum liquidum.*

2 *Tutor accipiendo solutiones pupilli debitores liberat non remittendo.*

3 *Remittere an sit donare, remissivè.*

4 *Tutor non potest donare ea, quæ sunt pupilli: limita ut num. 5.*

6 *Curator si remittit debitum pupilli, an & quando valeat.*

7 *Tutor, vel creator non potest gratis remittere jus pupillo competens.*

8 *Tutor potest donare pro dignitate parentis, cui pupillus successit. An quando pacem facere potest pro pupillo, n. 9.*

10 *Filius minor an possit transigere super morte patris, remissivè.*

11 *Tutor licet non possit remittere debitum liquidum potest tamen non liquidum.*

## L. Pactum curatoris. XXII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Archelao.*

ADministrator debitum liquidum non remittit. 1
Item tutor solutionem accipiendo liberat pupilli 2
debitores non remittendo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & ex repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius. Vide Tiraq. *in leg. si unquam, verbo Donatione largitus, n. 171. 173. & 202. cum seqq.* ubi latè an remittere sit donare, Menoch. *cons. 22.* 3
*n. 4.* ubi post Dec. *cons. 402. n. 2.* Ruin. *cons. 107. n. 12. & cons. 176. n. 17. lib. 1.* tenet per hunc text. tutorem ea quæ sunt pupilli donare non posse: idem citata 4
hac lege resolvit Joan. Garc. *de donat. remunerat. n. 22.* ubi limitat causâ remunerationis, de quo etiam Viv. 5
*tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 23. n. 11.* D. Barbos. *in leg. si ante, n. 17. in fine, ff. soluto matr.* ubi dicit probari in hoc tex. secundùm intellectum Curtij jun. & Alciati, quod si curator remittat debitum pupilli, hæc 6
remissio non valebit, cùm contineat donationem; si tamen accedat consensus minoris mero jure, valebit ea remissio, ita ut ad eam rescindendam sit necessaria in integrum restitutio.

*Non etiam remittentes* &c.) Notatur ad hoc, quod 7
tutor, vel curator non potest gratis remittere jus pupillo competens, ut per Cald. Pereira *in leg. si curatorem, verbo Sine curatore, n. 120.* & 119. resolvit quod tutor 8
potest donare & munera conferre pro dignitate, & conditione parentis, cui pupillus successit, & *verbo Læsis, n. 27.* disputat an minor possit restitui adversùs remissionem injuriæ à suo tutore factum.

Adverte quod tunc demùm tutor potest pro suo 9
pupillo

pupillo facere pacem, quando ſcilicet talis pax eſt eidem utilis & expediens, ſecus ſi pax non utilis, ſed igonminioſa eſſet, ut per Petr. à Plaza *in epit. delict. cap.* 45. *num.* 7. Sford. Odd. *de reſtitut. in integrum, part.* 2. *quæſt.* 85. *art.* 7. *n.* 44. Octav. Vulpe *in tract. de pace, q.* 18. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 15. *num.* 62.

10 Utrùm autem filius minor poſſit tranſigere ſuper morte patris, vide Anton. Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *n.* 66. ubi reſolvit, quod ſi talis minor ſit adultus, ipſe cum authoritate tutoris poteſt remittere, ac concordiam & tranſactionem facere; ſi verò ſit impubes, poteſt ſolus ejus tutor facere, nec iſto caſu requiritur decretum, & authoritas judicis.

11 In gloſſ. *Remittentes, unic.* ibi, *ſed ibi non erat liquidum* &c. Notatur ad hoc quod licèt debitum liquidum remittere non poſſit, ſecus tamen eſt in debito non liquido, ut per Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 23. *de adminiſtr. tutor. n.* 13. *pag.* 761. Tiraq. *in leg. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.* 196. Cevall. *commun. contra commun q.* 306. *per tot.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Filius pacto, & acceptilatione patri inſcio & diſſentienti non obeſt.*
2 *Filius pro patre non admittitur ad agendum ea, quæ mandatum ſpeciale exigunt.*
3 *Solvens ei cum quo contraxit, liberatur.*
4 *Filiusfam. ſi patris pecuniam mutuò dat, ipſi rectè fit ſolutio.*
5 *Monacho mutuanti rectè ſolvitur.*
6 *Filio & ſervo ſolvens ex proprio contractu liberatur.*
7 *Filius ſi vendiderit rem patris, ipſo patre vivente, effecto ei poſtea patris hæredi nocet venditio.*

## L. Filius paciſcendo. XXXIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Honorato.*

1 FIlius pacto, & acceptilatione patri inſcio & diſſentienti non obeſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Vide pro materia hujus text. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 101. ubi dicit, quod filius pro patre non admittitur ad agendum ea, quæ mandatum ſpeciale exigunt, licèt ſecus ſit è converſo. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri, n.* 30. *verſ. ſecundò*, ubi citata hac lege ait, quod jus mihi quæſitum ex contractu filij, vel ſervi, non poteſt ab eis mihi auferri Covar. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. *poſt princ.* ubi tenet non eſſe admittendum præter patrem, aliquem ex conſanguineis ad petendam in integrum reſtitutionem.

3 *Vel debitum accipiendo*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſolvens ei cum quo contraxit, liberatur, ut per Surd. *dec.* 60. *n.* 8. ubi ſubdit tenere omnes in præſenti, hoc procedere etiamſi recipiens non eſſet dominus, & hinc infert, quod ubi plures ſunt creditores ejuſdem debitoris, licèt ita uni ſolvere, ut alij non detur actio ad repetendum ſolutam pecuniam, quamvis ſolutio facta ſit poſteriori, & alius extet anterior, & hypothecarius
4 creditor, & idem Surd. *dec.* 229. *ex n.* 9. per hunc text. tenet, quod ſi filiusfam. patris pecuniam mutuò dat, ipſi rectè fit ſolutio quamvis ex eo mutuo patri actio quæ-
5 ratur, & refert Bartolum *in præſenti*, hinc inferre, Monacho mutuanti rectè ſolvi, & Baldum colligere, quod
6 filio & ſervo ſolvens ex proprio contractu liberatur, & demùm id totum verum aſſerit, etiamſi contractus ſi factus nomine alterius, quia ipſi nihilominus bene ſolvitur; cùm enim fuerit approbata perſona ad contrahendum, videtur approbata etiam ad recipiendam ſolutionem. Afflict. *dec.* 147. *n.* 2. ubi tenet quod Monacho qui mutuavit, poteſt ſolvi, licèt actio quæſita ſit monaſterio *& ibi* Urſil. *in addit. n.* 3. ſubdit quod debitor Monachi ſolvens ipſi Monacho ſine conſenſu Abbatis liberatur, & etiam reſolvit quod ſolvens ei, qui commiſit crimen majeſtatis ignoranter, & antequam fuiſſet iſto crimine laceſſitus, & accuſatus, liberatur.

Nota quod ſi filius vendiderit rem patris ipſo pa- 7
tre vivente, poſtea ei hæredi patris effecto, talis venditio nocet, ut per Tirarq. *de jure mariti gloſſ.* 8. *n.* 102. ubi *n.* 7. agit de filio qui vivente patre liberavit debitores ipſius patris.

---

## SUMMARIUM.

1 *Pactum hæredis putativi intuitu initum, vero hæredi non prodeſt.*
2 *Obligationes & pacta ad veros hæredes tranſeunt.*
3 *Pactum de non petendo legatum aliquibus hæredibus factum, aliis cohæredibus non prodeſt.*
4 *Legatarius ſi uni ex pluribus hæredibus promiſit non petere legatum, intelligitur pro ſua tantum parte.*
5 *Renuntiatio emphyteuſis facta in favorem Titij, ceſſat mortuo Titio, & n.* 6.
7 *Sorores ubi ſunt duæ, & illa quæ nubit, facit pactum de non petendo hæreditatem paternam, non intelligitur per hoc renunciare ut creſcat ſorori, ſed ſolùm prodeſt ei, cui fit pactum.*

## L. Si actionem XXIV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Dominæ.*

1 PActum hæredis putativi intuitu initum vero hæ- 1
redi non prodeſt. Item obligationes & pacta ad hæ- 2
redes veros tranſeunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Probat hic text. pactum de non petendo legatum 3
aliquibus hæredibus factum, aliis cohæredibus minimè prodeſſe, ut per Cald. Pereira *de poteſtate eligen. cap.* 9. *n.* 6. ubi præſtat rationem, quia pacta ſunt perſonalia, & in favorem unius emiſſa, aliis non proſunt, *leg. ſi unus*, §. *ante omnia, ff. hoc tit.* Unde infert, quod ſi lega- 4
tarius uni ex pluribus hæredibus promiſit legatum non petere, intelligitur pro parte ſua duntaxat, ne quo modo aliis illa promiſſio proſit: quando de illorum portione nulla fuerit facta mentio; qua ratione, ut ille ait, utiliter Roman. *conſ.* 22. *dub* 2. *col.* 1. reſolvit, 5
renuntiationem emphyteuſis factam in favorem Titij per quandam Beatriſiam, ceſſare, & extingui mortuo Titio, in cujus favorem illa renuntiavit; convaleſcit enim, inquit Roman. jus renuntiantis per mortem ejus in cujus favorem facta eſt renuntiatio, citatque textum *in præſenti.*

Notatur ad hoc quod ubi alicujus perſonæ contem- 6
platione facta fuit renuntiatio, illo defuncto ea renuntiatio ceſſat, quia perſonalis eſt, & cum perſona extinguitur, ut per Cald. Pereira *d. cap.* 9. *n.* 16. ubi dicit ad hoc bonum textum iſtum, de quo *in præſenti.* Et allegatur etiam ad hoc quod renuntiatio intelligitur facta ſub conditione, firmo ſcilicet manente eodem rerum ſtatu, at eo mutato, non ſubſiſtit, ut per Hieron. Gabriel. *conſ.* 89. *num.* 6. *&* 10. *vol.* 1. Honded. *conſ.* 36. *num.* 18. Surd. *conſ.* 113. *num.* 33. *& deciſ.* 165. *n.* 13.

Et etiam per hunc textum reſolvit Boër. *dec.* 104. 7
*num.* 3. quod ſi ſint duæ ſorores & illa quæ nubit facit pactum de non petendo hæreditatem paternam non intelligitur

intelligitur per hoc renuntiare, ut creſcat ſorori, ſed ſolùm prodeſt ei, cui fit pactum.

SUMMARIUM.

1 *Debitores ſuis pactis creditorum jus non minuunt, & num. 2.*
3 *Princeps non poteſt alienare ſubditos invitos.*
4 *Subditi poſſunt reſiſtere domino, ne alienet caſtrum & juriſdictionem, ut ſubjiciantur alteri domino: intellige ut n. 5.*

## L. Debitorum. XXV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Euchemero.*

1 DEbitores ſuis pactis creditorum jus non minuunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Boër. *dec.* 57. *n.* 3. Connan. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 3. Neguzant. *de pignoribus part.* 5. *membr.* 1. *n.* 53. Donat. à Fina. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *de pactis, num.* 28. Surd. *dec.* 74. *n.* 12. ubi ait, quod ſicuti debitor nihil expreſsè facere poteſt in præjudicium creditoris, ut probat text. *in præſenti*, ita non tacitè patiendo, & *dec.* 286. *n.* 1. ubi dicit concluſionem hujus text procedere præcipuè quando agimus de jure quæſito.

3 Ex hoc text. nota. Riminald. *ad Salicet.* Principem non poſſe alienare ſubditos invitos, ita Doctores *in cap. dilecti, de major. & obedient.* reſolventes, quod ſubditi poſſunt reſiſtere domino ne alienet caſtrum & juriſdictionem, ut ſubjiciantur alteri domino. Rip. *repet.* 11. *tit. de diverſis reſcript.* aliàs *reſp.* 179. *ex n.* 3. Afflict. *in cap.* 5. *§. præterea ducatus not.* 3. *n.* 20. *ſeqq. de prohib. feud. alienat. per Federic.* Nevizan. *conſ.* 12. inter conſi-
4 lia feudalia. Albert. Brun. *n.* 109. Paſchal. *de patria poteſtate, p.* 1. *cap.* 1. *n.* 33. *&* 34. Cephal. *conſ.* 628. *num.* 23. *vol.* 5. Cravet. *conſ.* 241. *n.* 6. *&* 7. maximè quod alienatio fit à corona Regia ad alium dominum inferiorem, quia hoc caſu intereſt vaſſallorum gubernium non mutari ob continuas moleſtias & vexationes, quas domini tetrarum ſuis vaſſallis faciunt, ita Luc. de Peña *in leg. unica, de capit. civil cenſ. exim. lib.* 11. *n.* 10. Iſern. *in cap. imperialem de prohib. feud. alienat. num.* 47. *in fine*, Tiraquell. *de jure primogen. q.* 69. *n.* 6. Scip. Theodor. *alleg.* 10. *à n.* 59. *& alleg.* 45. *n.* 1. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 12. Paſchal. *d. cap.* 1. *n.* 33. Camil. de Medic. *conſ.* 50. *num.* 1. Fontanel. *de pactis nuptialibus, tom.* 2. *clauſul.* 4. *gl. ff.* 5. *n.* 52. *verſic. univerſitates Regiæ.*

Intellige, & declara, quod etiamſi major pars vaſſal-
5 lorum ſponte conſentiant alienationi, nihilominùs ex quo eorum conſenſus tendit contra libertatem, vel ſtrictiorem ſubjectionem, ideo non poſſunt aliis diſſentientibus præjudicare, ſed minoris partis contradictio præfertur, *l.* 1. 2. *&* 3. *ff. de liber. cauſa.* Roman. *in rubr. de arbitr. n.* 41. *verſ. ſecundò limita*, Jaſ. *in leg. juriſ. gentium §. hodie, n.* 8. *verſ. limita* 13. *ff. de pactis*, Fin. *in cap. cùm omnes, de conſtit. n.* 18. *col.* 2. *verſ.* 2. *verſ. fallit*, Andr. ab Exea *ibid n.* 168. Ludov. Gom. *in §. item Serviana, Inſtit. de act. n.* 41. *verſic. imò ſi major pars*, Villag. *de alienat. rerum Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 37. Roſenth. *de feudis, cap.* 9. *memb.* 1. *concl.* 62. *n.* 13. ibi. Sed tamen conſenſus majoris partis minori non obeſt parti, cùm de ſingulorum jure agatur. Camill. Salernit. *in addit. ad Napodan. in proœm. conſuetud. Neapol. verbo Magna eſt principis poteſtas, pag.* 32. Camill. de Curte *in diverſ. juris feudal. p.* 1. *verſ. licèt autem veriſſima & indubitata ſit concluſio, n.* 70. *col.* 3. Nevizan. *conſ.* 12. *inter conſilia feudalia.* Albert. Brun. *n.* 116. Capiblanc. *in tract. de Baron. pragm.* 8. *part.* 3. *n.* 157. *pag.* 319. Joan. Bapt. del. Thoro *in compendio deciſ. lit. D, verſ. domanium an ſit concedendum, pag.* 154. Philip. Paſchal. *d. part.* 1. *n.* 38. Camil. de Medicis *Neapol. conſuetud.* 50. *n.* 1. *cum ſeqq. & conſ.* 118. *n.* 13. *& conſ.* 166. *per tot.* ubi latè probat majorem partem non poſſe minori in hoc jure domanij præjudicare, Fab. de Anna *conſ.* 55. *ex n.* 26. *lib.* 1. Scip. Rovit. *ſuper pragm. Regni Neapol. pragm.* 63. *de officio procurator. Cæſaris, n.* 20. *&* 21. Anton. Gabr. *commun. tit. de jure quæſito non tollend. concluſ.* 8. *n.* 91. Camil. de Larata *conſ.* 84. *n.* 8. *cum ſeqq.* Novar. *ad prag. Neapol. collect.* 168. *n.* 14. *& quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 106. *n.* 7. *& q.* 129. *n.* 8. *&* 9.

SUMMARIUM.

1 *Creditor non adſtringitur ad ſervanda pacta hæredum debitoris.*
2 *Obligatio defuncti dividitur inter hæredes pro portione.*
3 *Jus honorarium quid antiquis.*

## L. Pacto ſucceſſorum. XXVI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Corneliæ.*

CReditor non adſtringitur ad ſervanda pacta hære- 1
dum debitoris. Item obligatio defuncti dividitur 2
inter hæredes pro portione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

Vide de materia hujus text. Bart. *in leg. legitima, n.* 3. *ante medium ff. hoc tit.* Socin. jun. *conſil.* 94. *n.* 29. *lib.* 2. Aym. *conſil.* 241. *n.* 4. *&* 15. Neguzant. *de pignor. part.* 5. *membr.* 1. *n.* 53. *verſic. ſed etiam.*

*Quod & in honorario*, &c.) Honorarium jus an- 3
tiqui appellarunt, quod ex edictis Prætorum deſcendit; ſicque, ut Papinianus ſcribit, ad honorem prætorum nominatum. Calvin. *in ſuo Lexic. juris verb. honorarium jus.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum nudum appoſitum contractui ſtricti juris veterem actionem infirmat, & novam parit. Appoſitum ſtipulationi, veſtitur cohærentia ſtipulationis, num.* 2. *&* 3.
4 *Actus cenſentur eſſe correſpectivi, quando unus causâ alterius conficitur.*
5 *τὸ* poſt, *adjunctum particulæ* ſtatim, *nullum, aut modicum intervallum ſignificat.*
6 *Uſuræ permitti & exigi poſſunt causâ remunerationis*
7 *In contractu innominato ante implementum oritur ſaltem naturalis obligatio; re ſecuta, oritur obligatio civilis.*

## L. Petens. XXVII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Aurelio Chreſimo.*

PActum nudum appoſitum contractui ſtricti juris 1
veterem actionem infirmat, & novam parit. Item 2
pactum nudum appoſitum ſtipulationi veſtitur cohærentia ſtipulationis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. ſpecialiter egit de hac lege *tom.* 1. *pag.* 51. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, Bulgarinus de Bulgarinis, & Ludovicus Gozadinus.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt 3
Alciat. *lib.* 5. *paradoxor. cap.* 2. Connan. *commentar. lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 8. Torniel. *ad rub. de verb. oblig. n.* 34. *&* 51. Forcatul. *in necyomant. jur. dial.* 90. *num.* 5. Cujac.

*lib.* 10. *observat.* 4. Vacun. à Vacuna. *lib.* 5. *declar.* 67. *à princip.* ubi pactum cur aliud nudum, aliud veſtitum. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 25. *verſ. ex pacto*, & *num.* 46 *num.* 52. Mench. *de teſtatoris potentia*, *lib.* 1. §. 3. *num.* 13. *verſ.* 36. Morl. *in emporio juris civilis*, *part.* 1. *tit.* 3. *q.* 4. *numero* 3. ubi ait, quod pactum de quo in hoc textu, non continet quid diverſum ab ſtipulatione, ſed idem, ita ut ſignificet Imper. per ſtipulationem confirmari pactum, ſive ſubſequatur, ſive antecedat, cùm firmandarum aliarum obligationum gratiâ inventæ ſint ſtipulationes, *l.* 5. §. *conventionalis*, *ff. de verbor. obligat.*

4 Doctores ex hoc textu colligunt, quod actus correſpectivi eſſe cenſentur, quando unus cauſâ alterius conficitur, ut per Dec. *hic num.* 3. Tiraquell. *in leg. ſi unquam*, *verbo Donatione largitus*. *numero* 118. Cravet. *conſ.* 298. *num.* 13. Menoch. *conſil.* 156. *numero* 14. ubi *num.* 15. ſubdit quod ea eſt correſpectivorum actuum natura, ut ſi unus extinguitur, & alter pariter annulletur: & *num.* 16. quod in contractibus, quorum unus ſine altero non fuiſſet celebratus, ſi unus contrahentium non ſatisfacit, & implet ex ſui parte, totus ipſe contractus volente adverſario reſcinditur.

5 *Seu poſt ſtatim interpoſitum ſit.*) Notatur ad hoc, quod dictio *poſt*, adjuncta particulæ *ſtatim*, nullum, aut modicum intervallum ſignificat, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam*, *verb. poſtea*, *n.* 17. Et quod ſatis dicitur fieri antè ſi fiat poſt incontinenti, per hunc text. dicit idem Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 5. *n.* 3. ubi *n.* 1. probat quod quæ poſt, vel ante actum ſtatim fiunt, in ipſo facta fuiſſe videntur.

6 In gloſſ. *Petens* 1. ibi, *ſed ſi daret uſuras*, &c. Notatur ad hoc quod uſuræ permitti & exigi poſſunt cauſâ remunerationis, cùm videlicet creditor ſe per illas oneravit ad aliquid æquale faciendum, ut per Tiraq. qui hanc gloſſ. ad hoc dicit notabilem *in leg. ſi unquam*, *verbo Donatione largitus*, *n.* 62. Neguz. *de pignor. p.* 4. *poſt princ. n.* 40. *ad fin.*

In eadem gloſſ. ibi, *reſp. non quia ab initio fuit nota tantùm naturalis obligatio*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi in contractu innominatio ante implementum oritur ſaltem naturalis obligatio, re ſequuta oritur obligatio civilis, ut per Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *cap.* 8. *n.* 4. *in fine*, *ante verſ. ſecundò*, *& principaliter*, ubi ait hanc eſſe communem opinionem.

---

## SUMMARIUM.

1 *Præſtatio diutina non veſtit pactum nudum.*
2 *Pactum nudum non corroboratur ex pluribus præſtationibus, & ſolutionibus, inſecutis.*
3 *Tempus non eſt modus inducendæ obligationis.*
4 *Præſtatio certorum annorum ejus quod nudo pacto convenit præſtari, an inducat obligationem ad præſtandum in futurum indebitum ſolutum controvertitur.*
5 *Solutio facta etiam per decem annos non inducit per ſe obligationem pro tempore futuro.*
6 *Lex ſi certis annis, de pactis, conciliatur cum l. excepto, ff. locati.*

### L. Si certis annis. XXVIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Leontio.*

1 Diutina præſtatio non veſtit pactum nudum. Ex
2 pluribus præſtationibus & ſolutionibus inſecutis
3 pactum nudum non corroboratur. Item tempus non eſt modus inducendæ obligationis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, & Ludovicus Gozadinus.

Probat hic textus quod præſtatio certorum annorum ejus, quod nudo pacto convenit præſtari, non 4
inducit obligationem ad præſtandum in futurum indebitum ſolutum, niſi ſtipulatio interceſſerit, cujus contrarium videtur probare *l. cùm de in rem verſo ff. de uſur.* dum habet quod tempus longum decennalis præſtationis inducit obligationem, ut in futurum quoque ſolvantur uſuræ: quæ jura quodammodò ſibi repugnantia, omiſſis aliis ſolutionibus ita concilianda ſunt, ſcilicet quod aut quis vult probare pactum nudum, quod quidem eſt inefficax de per ſe jure communi, per decennalem præſtationem, & tunc tempus nihil præſtat, quia non facit, nec inducit obligationem efficacem: idem eſſet ſi pactum nudum non præceſſiſſet, ſed ſolùm diutina præſtatio, & per eam ſolam vellet quis probare debitum, ſeu obligationem, & ita procedit text. *in præſenti.* Aut verò quis allegat obligationem efficacem, & ſic ſtipulationem præceſſiſſe, & ad probandum id adducit diuturnitatem temporis, & tunc ſufficit, & admittitur talis probatio, quia hoc caſu tempus non inducit obligationem, ſed probat eſſe inductum: & ita procedit, & intelligitur text. *in dict. leg. cùm de in rem verſo*, & hunc eſſe verum intellectum, & concordiam ad hæc jura tradit Gutier. *in repet. l. nemo poteſt*, *ff. leg.* 1. *n.* 119. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 12. & 17. Perez de Lara *de capellan. & anniverſ. lib.* 1. *cap.* 12. *ex n.* 3. ubi *num.* 9. quod in hac lege non potuit præſumi titulus, quia apparebat expreſſus titulus invalidus, qui erat pactum nudum, & ſic in terminis hujus leg. nihil proficere potuit præſtatio aliquorum annorum, etiam ſi eſſet longiſſima & immemorialis: & *n.* 11. ſubdit, quod poteſt etiam reſponderi, quod in hac lege non fuit diuturna, ſeu decennalis præſtatio, ſed aliquorum annorum, in quo etiam caſu procedere ait *leg. creditor*, *de uſuris* Vide pro horum jurium materia & intellectu Corraſ. *lib. miſcel.* 3. *c.* 15. Thoming. *deciſ.* 35. Menchac. *lib.* 2. *controv. illuſtr. cap.* 61. & 83. Magon. *Lucenſi de* 146. Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignor. & cent.* 1. *diſt.* 43. *num.* 2.

Unde vulgaris eſt hujus textus allegatio ad illud, quod ſolutio facta etiam per decem annos, de per ſe 5
non inducit obligationem pro futuro tempore, de quo an, & quando verum ſit, vide Paris. *conſ.* 77. *à num.* 41. *lib.* 3. Tiraquell. *de præſcript.* §. 1. *num.* 13. *cum ſeqq.* Balb. *in ſimil. tract.* 2. *part. tertiæ princip. q.* 10. *fol.* 71. *mihi cum ſequentib.* Covarr. *in reg. poſſeſſor*, *part.* 4. §. 2. *n.* 2. & *var. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. *verſ. ſed quia*, *in medio*, Maſcard. *de probat. concl.* 481. *num.* 1. & 2. reſolvit quod debitum præſumitur præceſſiſſe ex ſolutione decem annorum, niſi fieret una ſolutio per decem annos, & *concl.* 1362. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 11. *num.* 56. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 108. *ex numero* 1. *uſque ad num.* 15 & *cap.* 562. *ex num.* 46. Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæſt.* 2. *per tot.* latè Surd. *de aliment. titul.* 8. *privileg.* 22. *à princip.* ubi firmat concluſionem, quod ſolutio facta per decem annos de per ſe non inducit obligationem pro futuro tempore, ſed neceſſe eſt allegare titulum, & probare ſolutionem decennalem: & *à num.* 28. dicit, quod quando ſolutio non eſſet facta in ſingulos annos, ſed unica ſolutione præſtitiſſet quis alimenta pro tribus annis, tunc ea ſolutio non induceret obligationem pro futuro tempore. Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 8. *num.* 18. ubi reſolvit quod ſi quis ad titulum emphyteuſis ſolvat alteri unicam & uniformem penſionem per decem annos, præſumetur conceſſa emphyteuſis, licèt inſtrumentum emphyteuticum, aut alius titulus non oſtendatur. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. cap.* 15. *n.* 12. *cum duobus ſeqq.* ubi aſſerit quod ex poſſeſſione decennali

præsumitur titulus allegatus, Felician. de Solis *de censib. lib. 2. cap. 5. n. 24.* Alexand. Raudens. *cons. 10. num. 129.* Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 15. à num. 5.* Garc. Mastrill. *Siciliæ decis. 227.* D. Barbos. *in leg. quæ dotis 34. n. 53. ff. soluto matrim. & in l. 2. de præscript. triginta, ex n. 109. cum multis seqq.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 3. tit. 15. n. 52. cum seqq.* Joan. Garc. *reg. 465.* ubi refert Bernard. *reg. 26.* & alios.

6 Pro intellectu, & conciliatione hujus textus cum *leg. excepto ff. locati*, vide Pinel. *in rubr. de rescind. vendit. part. 2. cap. 7. n. 7.* ubi ait inter has leges nullam esse repugnantiam, quia *in d. l. excepto*, oneratur aliquis in futurum ex præteritis solutionibus, in hac verò lege agebatur de aliquo onerando ad solvendum ex præteritis in futurum, causa non probata, cùm alterius re non fruebatur.

---

## SUMMARIUM.

1 *Privilegio fori renuntiari potest.*
2 *Declaratur textus l. si quis in conscribendo, de pactis, & n. 3. & 4.*
5 *Cingulum, id est privilegium militare.*
6 *Militia non est dignitas.*
7 *Renuntiare quilibet potest favori suo.*

## L. Si quis in conscribendo. XXIX.

*Imp.* JUSTINIAN. A. *Joanni. P.P.*

1 PRivilegio fori potest renunciari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. numero 1. suprà hoc titul.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius.

2 De hac conclusione vide Perez *l. 3. vers. sed est dubium, in fine, tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 469.* Aloys. Rice. *in collect. dec. p. 4. collect. 750.*

Difficilis est hic textus dum constituit in fori præscriptione jus esse renuntiari sacerdotij prærogativæ, quasi id cernatur in jure privatorum: quod grave atque durum videtur, cùm Sacerdotibus ne quidem judicum Ecclesiasticorum jurisdictionem prorogare fas sit sine sui diœcesani licentia, *cap. significasti, de foro compet.* cum citatis per me *in praxi exigendi pensiones, quæst... à princ.* pertinet enim ad boni pastoris officium oves suas cognoscere, atque eas pro cujusque natura pascuis propellere, ut verbis Domini expressum est. Neque eis juri publico renunciare licet, quod sacris & Sacerdotibus, & magistratibus definitur *l. 1 §. jus publicum, ff. de justit. & jure, cap. jus publicum, 1. dist.* ut eo spreto apud judices profanos causam dicant, *cap. si diligenti, de foro compet.*

3 Pro quorum jurium conciliatione, & intellectu videndi sunt Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. n. 14. pag. 106.* Eduard. Caldeira *de erroribus pragmat. lib. 2. cap. 2. per totum*, Anguian. *de legibus lib. 2. controv. 21. n. 38. cum seqq.* Et illa videtur verior interpretatio, præsupponendo quod olim Monachi utriusque sexus, & Clerici conveniebantur in provinciis apud Præsidem, in urbe apud Præfectum Prætorii, & vocati ad forum venire compellebantur, ex constitutione Leonis *in l. omnes qui ubicumque, de Episcop. & cleric.* & actore volente conveniebantur coram Episcopo, *leg. decernimus, de Episcop. audient.* Immò poterant quem mallent judicem eligere, scilicet aut Episcopum aut Præsidem provinciæ, nec licebat eos ad alios judices trahi. Unde nil mirum, si pactiones illæ, de quibus in hoc textu, valerent, cùm versarentur circa privatam Clericorum utilitatem, quam singuli percipiebant ex publico privilegio: nec illis temporibus compertum fuit quod tales renunciationes ordini clericali nocumentum inferrent, quas postea docuit experientia statu Ecclesiastico injurias esse visumque fuit Principibus Ecclesiasticis, maximè Innocentio III. Pontifici Max. utile, & glorioſum futurum, si Clerici à cæteris secularibus in litibus, & contentionibus segregerentur, in quem finem in lucem emiserunt quamplurima salutaria decreta, quorum agmen ducit text. *in d. cap. si diligenti.*

Varii quidem, ac adinvicem contrarii extitêre Afri- 4
canus Jureconsultus *in l. si convenerit, ff. de jurisdict. omnium judic.* & Imperator Justinian. *in præsenti textu*, in ea quæstione dissolvenda, an pacto de litigando coram judice non suo quis stare cogi possit? Pro quorum jurium conciliatione laborant Accurs. Odofred. Alexand. Dec. Socin. Bald. & alii Ordinarii *in præcitatis juribus*, Nicol. de Salis *in suis sicilimentis juris civilis, pag. 3.* Joan. Corras. *lib. 4. miscell. cap. 5.* Fachin. *controv. juris lib. 1. cap. 61.* Marc. Anton. del Ré *in annot. ad d. l. si convenerit*, & ibi Govean. *n. 5.* Everard. Bronchorst. *cent. 1. assert. 24.* Anton. Fab. *in suis Rationalib. in Pandectas, d. l. si convenerit.* Jul. Pac. *1. tit. de jurisdict. q. 60.* Nicol. Genoa *de conciliatione legum quæ in toto corpore juris civilis invicem quasi ex diametro sibi contrariari videbantur, pag. 401.* alias *612.* ubi existimat verissimum intellectum illum Petri Rebuffi *in d. leg. si convenerit, in princ.* dum ratus est, quod in casu ipsius Africani intercessit nuda conventio extra judicium facta inter partes, seu pactum nudum, quod obligationem non parit, ut scribit, Ulpian. *in leg. juris gentium, ff. de Pactis*, ut constat ex ejus verbis ibi, *priusquam adiretur, mutua fuit voluntas.* Nam verbum *adeo*, capitur pro accedo, quasi ad judicem eo: deinde ex eo verbo, *convenerit*, quod regulariter & in dubio ad nudum pactum coërcetur, & non importat stipulationem, nisi evidenter materia subjecta exigat, ut *in leg. lecta ff. si certum petatur*; ideo non mirum, si licet unicuique ipsarum partium ab ipsa conventione extra judiciali resilire. In casu autem textus *in præsenti* conventio facta fuit in instrumento cum solemni stipulatione de respondendo coram judice aliquo: ergo nil mirum si contrarium hîc statuitur, stipulatio enim obligat, quamvis pactum nudum non *leg. pacto, supr. hoc eodem tit.* Hoc idem videtur insinuare Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. de jurisdict. omnium judicum, in prælud. n. 117.* dum verius existimat, *in dicta l. si convenerit*, ideo potuisse partem recedere & pœnitere à promissione, quia ante aditionem judicis conventio fuit nuda, & ideo non potuit compelli promittens.

*Non usurum fori præscriptione propter cingulum*, &c.) 5
Id est, militare privilegium, ut per Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. cap. 11.* ubi ait, quod hoc cingulum purpura, auróque intextum ductores militum gestabant.

*Militiæ suæ, vel dignitatis*, &c.) Ergo militia digni- 6
tas non est, ut per Rom. *sing. 505.* Tiraq. *in tract. de nobilit. cap. 8. n. 5.* Joan. Garc. *reg. 133.* ubi ex Guid. Pap. *sing. 331. §. militia* addit quod licèt non sit dignitas, nobilitat.

*Omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renunciare.*) Notatur ad hoc, quod qui- 7
libet renunciare potest favori suo, ut per Socin. *regul. 339.* Damas. *regula 138.* Aloys. de Albert. *singul. 87.* Chassan. *in catalog. gloriæ mundi, part. 7. consid. 13.* Marsil. *singul. 551.* Tiraquell. *in tractat. le mort, part. 7. declarat. num. 1. & 4. & de jure primogen. quæst. 24. à num. 4.* Alphan. *collectan. 447.* Donel. *comment. juris civilis lib. 18. part. 3. col. 9. vers. deinde*, Mascard. *de probation. conclus. 1266.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. & consil. 910. numero 1.* Surd. *consil. 198. num. 2.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collect. 153.* ubi occasione hujus regulæ plures casus decisos collegit, in quibus quis potest,

teſt, vel non juri ſuo renuntiare. Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 13. num. 17.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 1. in prælud. n. 19. & tit. 10. de locato, q. 2. num. 12.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, n. 12. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 12. tit. 18. n. 20.* Card. Tuſch. *tom. 6. litt. R, concl. 170. cum ſeqq.* Azor. *inſtitutionum moralium part. 1. lib. 5. cap. 22. quæſt. 10.* Monet. *de opt. canon. cap. 3. n. 207. & cap. 6. n. 4.* Mar. Anton. *variarum reſolutionum lib. 1. reſol. fin. caſu 13.* Ferrer. *in conſtit. Cathalon. gloſſ. 4. n. 8.* Soar. *de legibus lib. 8. cap. 33.* Rot. *dec. 263. n. 3.* apud Farin. *part. 1. recent.* Donat à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 110. pag. 304.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Pactum quo diſponitur de hæreditate viventis, non valet diſſentiente illo, de cujus hæreditate agitur, aut conſentiente non ad mortem in conſenſu perſeverante & num. 2. Nec confirmatur juramento, numero 3. Nec valet favore piæ cauſæ, numero 4. Nec denique ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, ut pacta futuræ ſucceſſionis abſque conſenſu ejus de cujus hæreditate agitur, valerent, num. 5.*

6 *Paciſci non poſſunt filii de hæreditate parentum ſuperſtitum, abſque eorum conſenſu.*

7 *Renunciatio, ſive pactum circa hæreditatem perſonæ incertæ valet.*

8 *Renunciationi hæreditatis perſonæ viventis ſi adſit conſenſus illius, de cujus hæreditate pactum initur, valet talis renunciatio, & quodcunque aliud pactum circa illam hæreditatem initum.*

9 *Pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, quando ille, de cujus ſucceſſione agitur, conſentit, & in hujuſmodi conſenſu perſeverat uſque ad mortem: limita ut n. 10. Sufficit autem tacita illius conſenſus revocatio, n. 11. & 12.*

13 *Pactum cum extraneo de bonis fideicommiſſi an fieri poſſit vivente gravato.*

14 *Spes ſuccedendi in filio vivente patre non eſt legitima.*

15 *Circa Hæreditatem tertiæ perſonæ viventis non poteſt fieri donatio, ſtipulatio, hypotheca, ſeu quivis alius contractus.*

16 *Pactum renunciationis hæreditatis perſonæ viventis abſque ejus conſenſu non valet, quamvis non ſit de tota hæreditate, ſed de ejus parte.*

17 *Fiſco locus fit quando quid aufertur propter læſos bonos mores naturales, ſive juris gentium.*

18 *Donatio hæreditatis per viam contractus valida.*

19 *Pactum veniens in conſequentiam alterius contractus præcedentis valet.*

## L. De quæſtione. XXX. & ult.

*Idem A. Joanni P.P.*

1 PActum quo diſponitur de hæreditate viventis, non valet diſſentiente illo, de cujus hæreditate agitur, aut conſentiente non ad mortem in conſenſu perſeverante. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad leg. 1. numero 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius, & Ludov. Gozadinus.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt, multiſque exornant *l. Hiſp. 13. tit. 5. part. 5. & l. 33. tit. 11. part. 5. ubi gloſſ. 2.* Jaſ. *in l. juriſgentium, §. ſi autem, n. 2. cum duobus ſeqq. ff. hoc tit.* Socin. *reg. 344. cum ſeqq.* Bernard. *reg. 514.* Alexand. *conſ. 28. vol. 5.* Marſil. *ſingul. 333.* Steph. Forcatul. *in necyomant juris, dialog. 15. n. 4.* Alphan. *Collect. 93.* Pill. *q. 67.* Anton. Gom. *l. 22. Tauri, n. 30. & variar. tom. 1. cap. 11. n. 14. poſt princ.* Joan. Gatc. *reg. 335.* Guillem. Benedict. *in cap. Raymutius, de teſtam. verbo Duas habens filias, n. 235. cum ſeqq.* Roderic. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, de inoffic. teſtam. limit. 5. ad leges Regni, à n. 1.* Gail. *lib. 2. obſervat. 125. & ſeq.* Covarr. *in cap. quamvis pactum, p. 3. in initio, n. 5. & 8.* & ibidem Joan. Gutier. *in initio repet. illus tex. n. 4. & 5. & verbo improbet tex civilis, n. 2. & de juram. confirm. p. 2. cap. 5. à princ.* Donat. a Fina. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 28. verſ. pactum ſuper hæreditate,* Turzan. *ibidem n. 80.* Viv. *n. 81.* Anton. Gabr. *lib. 3. commun. tit. de pactis, concl. 1. n. 11.* Hippol. *conſ. 106. n. 12.* Tell. Fernandez *leg. 6. Tauri, n. 64.* Tiraquell. *in leg. ſi unquam, verbo Donatione largitus, num. 267. & de jure mariti gloſſ. 8. n. 199.* Menchac. *uſufreq. cap. 44. & illuſtrium cap. 37. n. 6. & de ſucceſſion. creat. lib. 1. §. 18. n. 198. & ſeq.* Menoch. *conſ. 1. n. 139. cum ſeqq. & conſ. 92. n. 9. cum ſequent.* Valent. Forſt. *de ſucceſſ. deſcend. lib. 1. q. 2.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 3. n. 3. & 4.* Octavian. Cacheran. *Pedem. dec. 100. n. 31.* Mich. Graſſ. *recept. ſentent. §. ſucceſſio ab inteſt. q. 9. n. 6.* Seraph. *de privileg. juramenti, privileg. 20.* Honded. *conſ. 40. n. 35. lib. 1.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 4. princ. n. 105.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 11. n. 4. & 5.* Vincent. Marchin. *in tract. de jurament. part. 4. effectu 61. num. 5.* Gam. *Luſitan. dec. 377.* Molin. *de juſtit. tract. 2. diſput. 271.* Cabed. *Luſitan. deciſ. 164. num. 1. & 5. p. 1.* latè Caſtill. *controverſ. lib. 3. cap. 9. per tot.* latè etiam Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 2.* Franc. de Barry *de ſucceſſion. teſtati, & inteſtati, lib. 11. tit. 25. de pacto de non ſuccedendo;* Valaſc. *de partit. cap. 16. num. 41. cum ſeqq.* ubi *num. 49.* ait, quod ſecundùm caſum hujus text. debet fieri pactum ſuper hæreditate obventura certo modo diſponenda, ſeu dividenda, poſtquam in ea ipſi fratres patri ſucceſſerint.

Cum hujuſmodi pactum reprobetur tanquam contra bonos mores, non ſolùm civiles, ſed etiam Canonicos & naturales, propter periculum peccati & damni tertiæ perſonæ, de cujus hæreditate agitur, nempè periculum captandæ ejus mortis; ideo nequaquam juramento confirmari reſolvunt Covarr. *in d. cap. quamvis pactum, p. 2. in initio, n. 2. & part. 3. etiam in initio, n. 2. & 3.* Xuar. *d. limit. 5. n. 2. & 3.* Anton. Gom. *d. l. 2. Tauri, n. 31.* Molin. *d. lib. 1. cap. 3. n. 3.* Gutier. *in d. cap. quamvis pactum, in initio. n. 4. & 5. & de juram. confirm. p. 1. cap. 5. n. 2. cum ſeqq.* Simon de Prætis *de interpret. ult. volunt. lib. 2. dub. 1. ſolut. 4. n. 103. & 104.* Surd. *conſ. 133. n. 17. & conſ. 480. n. 2.* Graſſ. *d. q. 9. n. 6.* Anton. Theſaur. *Pedem. dec. 225. num. 6.* Burlat. *conſ. 432. n. 70. & 471. n. 14. vol. 4.* Peregr. *de fideicommiſſ. art. 51. n. 24. ad fin.* Fachin. *controv. lib. 8. cap. 72. in 3. ſententia,* Seraph. *de privileg. 20.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 3. 6.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 9. n. 5.* Gald. Pereira *de emptione & vendit. c. 30. n. 4.* Rebell. *de obligat. juſtit. part. 2. lib. 1. q. 9. n. 2. verſ. unde colliges,* Molin. *de Juſtit. tom. 3. diſp. 579. n. 38. & 80.* Azor. *inſtitutionum mor. p. 2. lib. 2. cap. 28. quæſt. 2.* Sanchez *d. lib. 7. cap. 2. num. 33.* ubi *num. 35.* reſolvit quod licèt id juramentum non confirmet contractum, obligat tamen; ita ut perjurus ſit illud non implens: & *num. 35.* perquirit an poſſit concedi hujus juramenti relaxatio ab Epiſcopo, ſicut conceditur relaxatio juramenti ſolvendi uſuras 3

Nec etiam favore piæ cauſæ pactum hoc de hæreditate tertiæ perſonæ viventis valere poſſe tenent Menoch. *conſ. 1. n. 11.* Menchac. *d. §. 18. num. 220. & de ſucceſſ. reſol. §. 6. num. 44.* Tiraquell. *de pia cauſa, privil. 105. & in l. unquam, verbo Donatione largitus,* 4

*n.* 327. Seraph. *d. privileg.* 10. *n.* 30. Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 40.

5 Nec denique ſtante ſtatuto, vel conſuetudine, ut tacta futuræ ſucceſſionis abſque conſenſu ejus, de cujus hæreditate agitur, valerent: quia cùm pactum hoc ſit bonis moribus adverſum, nullo ſtatupo, aut conſuetudine validum reddi poteſt, ut per Villalob. *commun. verbo Pactum, num.* 2. alias *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *num.* 99. *verſ. amplia* 1. Menoch. *d. lib.* 2. §. 18. *n.* 258. Graſſ. *d. quæſt.* 9. *num.* 8. Capell. Tholoſ. *dec.* 453. *in fine.* Fachinæ. *controverſ. lib.* 8. *cap.* 72. *verſ. reſpondeo negando utrumque*, quamvis contrarium teneat Aufrer. *ad Capell. dict. deciſ.* 453. *num.* 4. Tiraquel. *de jure primogen. quæſt.* 7. *n.* 5. & 6. Menoch. *d. conſ.* 1. *num.* 166. *in fine*, & ſaltem quando conſuetudo eſſet legitimè præſcripta, Sanch. *d. c.* 2. *n.* 38.

6 *Spes alienæ hæreditatis*, &c.) Deciſio hujus text. habet locum in filiis, itaut non poſſint de hæreditate parentum ſuperſtitum abſque eorum conſenſu paciſci, quia ratio legis in filiis quoque procedit; quamvis enim naturali charitate erga parentes alligentur, ac de eorum hæreditate his inconſultis paciſcentes oſtendant ſatis cupiditatem ſuccedendi eis amori ab ipſis præferri: ita gloſſ. *verbo Alienæ, in præſenti*, Menoch. *d. lib.* 2. §. 18. *num.* 214. & *controverſ. uſufreq. lib.* 3. *cap.* 44. *n.* 13. Graſſ. *d. q.* 9. *n.* 3. Peregr. *d. art.* 51. *n.* 24. Sanchez *d. cap.* 2. *n.* 11. ubi ait non obſtare, textum *in præſenti* loqui de aliena hæreditate, quia etiam reſpectu filiorum dicitur aliena, eo quòd non habeant patre vivente ejus dominium, quamvis propter ſpem dicantur quaſi domini, §. *ſui, Inſtit. de hæred. qualit.* & *n.* 12. aſſerit deciſionem hujus textus habere quoque locum in parentibus; ſi enim de filiorum hæreditate abſque eorum conſenſu paciſcantur, pactum erit irritum.

*Hæreditatis ex cognatione fortè ad eos devolvendæ.*) Hæc verba apponuntur gratiâ exempli, ac frequentioris uſus, frequentiùs enim hæ conventiones fiunt hæreditate cognatorum, ac proinde diſpoſitionem non reſtringunt, etiam quando extranei paciſcuntur de hæreditate alicujus viventis. Menchac. *dict. lib.* 2. §. 18. *n.* 218. Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 13.

*Pactaque inter eos inita*, &c.) Intellige, & deciſionem textus amplia, ſive pactum ſit de ſuccedendo, ſine de non ſuccedendo cum fratribus initum ſuper hæreditate parentum viventium; quia ejuſmodi non ſuccedendi pactum, ſi effectum conſideremus, eſt pactum de ſuccedendo, ſive de certo quodam modo quo futura viventis hæreditas diſtribuenda ſit, ita ut in illius diviſione nullam partem habeat renuntians, ſed cæteris fratribus accreſcat, & hoc igitur ſine conſenſu patris, de cujus hæreditate tractatur: ita Xuar. *d. limit.* 5. *num.* 3. Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, num.* 31. Menchac. *uſufreq. lib.* 3. *cap.* 44. *n.* 2. Cov. *in d. cap. quamvis pactum, part.* 3. *in init. num.* 7. *verſ. cæterum*, Sanch. *d. c.* 2 *n.* 7.

7 *Si ille mortuus fuerit*, &c.) Adverte quod renunciatio, ſive pactum circa hæreditatem perſonæ incertè valet, quia ſi perſona, de cujus hæreditate convenitur, incerta prorſus ſit, nullum captandæ mortis periculum ſubeſt, ac proinde quaſi ratione hujus legis ceſſante, ceſſat ejus diſpoſitio: ita *l. Hiſpan.* 13. *tit.* 5. *part.* 5. Monter. *in repet. l. pactum quod dotali, n.* 14. *ſup. hoc tit.* Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, n.* 31. *limit.* 1. Bernard. *d. reg.* 524. *limit.* 2. Gutier. *de juram. confirm. p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. Graſſ. *d. q.* 9. *n.* 16. Molin. *d. diſp.* 579. *n.* 38. Sanchez *d. cap.* 2. *n.* 22.

8 *Voluntatem ſuam eis accomodaverit*, &c.) Notatur ad hoc quod ſi renunciationi hæreditatis perſonæ viventis adſit conſenſus illius, de cujus hæreditate pactum initur, tunc valet talis renunciatio, & quodcunque aliud pactum circa illam hæreditatem initum; quippe quod is conſenſus tollit periculum captandæ mortis: ita Xuar. *dict. limit.* 6. *num.* 1. Seraph. *d. privil.* 20. *num.* 31. Sanchez *d. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 14. Caſtill. *d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 6. Et ad hunc effectum tacitum conſenſum illius, de cujus hæreditate agitur, ſufficere tenent Gozadin. *conſ.* 98. *collect.* 1. & 2. Cephal. *conſ.* 146. *n.* 5. *lib.* 1. & alii quos refert & ſequitur Menoch. *d. conſ.* 1. *n.* 16. & *conſ.* 92. *n.* 47. Surd. *conſ.* 355. *num.* 18. Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 16. ubi *num.* 28. reſoluit, quod ſatis eſt conſenſus ejus de cujus hæreditate agitur ſuperveniens contractui de hæreditate futura inito, & citat Mench. *d.* §. 18. *num.* 269. Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec.* 71. *in fine, part.* 1. Surd. *d. conſil.* 355. *n.* 15. Viv. *loco citato.* Non tamen præſumitur ex longo tempore intervenire, Menchac. *illuſtr. cap.* 64. *n.* 18.

*Et in ea uſque ad extremum vitæ ſpatium perſeveraverit.*) Notatur ad hoc, quod dictum pactum de futura ſucceſſione quærenda valet, & tenet quando ille, de cujus ſucceſſione agitur, conſentit, & in hujuſmodi conſenſu perſeverat uſque ad mortem, ut per Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *titul.* 3. *num.* 18. *verſ. limitatur primò*, & revocante conſenſum eo, de cujus hæreditate conventum eſt, liberantur prorſus paciſcentes obligatione pacti, quippe ea pendebat ex eo conſenſu, Sanchez *dict. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 18. itaut ex hoc conſenſu nullum jus acquiſitum ſit paciſcentibus; ſi enim jus aliquod acquiretur, nequaquam integrum eſſet conſentienti revocare conſenſum invitis paciſcentibus, idem Sanchez *num.* 16. *citato loco.* 9 10

Sufficit autem tacita illius voluntatis, ſive conſenſus revocatio, putà diſponendo aliquid contra vim pacti, Cov. *d. p.* 3. *in initio*, 8. ſtatim *in princ.* Mench. *uſufreq. lib.* 3. *cap.* 44. *num* 11. Sanchez *dict. cap.* 2. *n.* 15. Non tamen præſumitur ea voluntatis mutatio, ſed magis perſeverantia, ut de quacunque alia voluntate agentes firmant Aym. Cravet. *conſ.* 113. *n.* 6. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 176. *n.* 6. & 7. Joan. Mar. Novar. *quæſt. forenſ. p.* 1. *q.* 108. plures per me citati *axiom.* 230. *n.* 7. 11

Quod adeò verum eſt, ut licèt talis conſentiens ſeu tali pacto voluntatem ſuam accommodans juraverit ſe conſenſum, aut voluntatem hujuſmodi non revocaturum, adhuc poterit illam revocare, quia id pactum non alia ratione in hac lege approbatur, nec firmatur juramento, niſi quatenus accedit conſenſus perſeverans uſque ad mortem; quare eo ipſo quod conſenſus illa mutatur, ac deſinit eſſe, ceſſabit pariter obligatio pacti & juramenti: ita Anton. Gom. *d. l.* 22. *Tauri, n.* 31. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 4. Mench. *d. lib.* 2. §. 18. *n.* 198. & 199. & *uſufrequent. lib.* 3. *cap.* 44. *ex num.* 11. Graſſ. *dict. quæſt.* 9. *num.* 12. Franc. Viv. *Neapol. dec.* 507. *num.* 9. *lib.* 3. Surd. *dec.* 14. *num.* 7. Mancin. *de juram. part.* 14. *effectu* 61. *n.* 5. Caſtill. *d. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 6. *cum ſeq.* Molin. *d. tom.* 3. *diſp.* 579. *n.* 40. 12

Utrùm pactum cum extraneo de bonis fideicommiſſi vivente gravato fieri poſſit? affirmativa pars verior videtur: ratio eſt quia valet pactum de hæreditate mortui, ut notatur in hoc text. & ſubſtitutus per fideicommiſſum ſuccedit teſtatori jam mortuo, *l. cohæredi*, §. *cum filiæ, ff. de vulgari*, ita Jaſ. *in l.* 1. *n.* 18. *ſuprà hoc tit.* Gama *Luſit. dec.* 92. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 309. ubi ampliat, ſive pactum fiat inter ipſos confideicommiſſarios, ſive cum tertio. Idem in majoratu vivente poſſeſſore, Molin. *de primog. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 22. Guttier. *pract. lib.* 5. *q.* 79. *n.* 8. Phœb. *Luſit. dec.* 2. *à n.* 12. *tom.* 1. 13

*Acerbiſſima ſpes*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſpes ſuccedendi in filio vivente patre non eſt legitima, de quo vide Tiraquell. *de jure primog. quæſt.* 40. *num.* 220.

*Jubemus*

15 *Jubemus etenim neque donationes*, &c. ) Notatur ad hoc, quod circa hæreditatem tertiæ perſonæ viventis non poteſt fieri donatio, ſtipulatio, hypotheca, ſeu quivis alius contractus, ut per Sanchez *d. lib. 7. cap. 2. n. 4.* ubi *n. 5.* reſolvit, quod in generali hypotheca non continentur quæ ex viventis hæreditate ad ſe inde pervenerint, & *n. 6.* quod non valet hujuſmodi pactum, ſive ſit de dividenda hæreditate viventis poſt ejus mortem, ſive de deferenda alicui agatur, ſive de donanda alicui, vel quævis alia conventio fiat.

16 In gloſſ. *Declarabitur*, ibi, *dabo tibi tertiam partem*, &c. Notatur ad hoc, quod pactum hujuſmodi renunciationis hæreditatis perſonæ viventis abſque ejus conſenſu invalidum eſt, quamvis non ſit de tota hæreditate, ſed de ejus parte; quia text. *in præſenti* ſimpliciter irritat pactum de re aliena, in quam poſt mortem ſuccedendum eſt: tum etiam, quia cùm prohibitionis eadem ſit ratio (nempe periculum captandæ mortis) in parte, quæ eſt in tota, idem jus debet eſſe in parte, quæ eſt in tota. Ita Mench. *d. lib 2. §. 28. n. 217.* Villalob. & Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 3. n. 99.* Viv, *ibid. num. 81. verſ. limitatur ſecundò.* Sanchez *d. lib. 7. cap. 2. num. 3.* ubi ob eandem rationem idem dicendum aſſerit, etiamſi pactum ſit de ſpecie aliqua, aut re particulari illius hæreditatis, ut ſi dictum fuiſſet, quod altero moriente alter ſuccedat in bonis immobilibus, vel tali domo, villa, ſeu caſtro. Sed contrariam ſequuntur Hippol. *ſing. 331.* Cravet. *conſ. 19. num. 9.* Peregr. *dict. art. 51. n. 29. cum ſeqq.* Craſſ. *§. ſucceſſio, quæſt. 9. num. 10. & ſeqq.* Magon. *Florent. deciſ. 102.* Hieron. Gabr. *conſ. 137. num. 17. & 35. verſ. hinc eſt, & n. 37. lib. 1.* Honded. *conſ. 40. n. 32. & 47. lib. 1. & per tot. conſ.* Octavian. *Pedem dec. 100. n. 26.* Menoch. *conſ. 1. n. 161. & conſ. 92. n. 48. & conſ. 923. n. 13. verſ. ſecundò, & conſ. 1126.* Surd. *conſ. 247. n. 4. & conſ. 517. n. 2. verſ. demùm*, latè Fuſar. *defeicom. quæſt. 108. à num. 68. uſque ad n. 81.* ubi reſpondet ad contraria.

17 In gloſſ. *Obſervari* ibi, *ſed potiùs aufertur eis hæreditas ut ab indignis*, &c. Notatur ad hoc, quod fiſco locus fit quando quid auferrur propter læſos bonos mores naturales, ſive jus gentium, ut per D. Barboſ. *in l. ff. ſoluto matrim. p. 7. n. 18.*

18 In gloſſ. *Accommodaverit*, ibi, *ut ſi promittam tibi bona mea poſt mortem meam*, &c. Notatur ad hoc, quod per viam contractus valet donatio hæreditatis, ut per Gozadin. *conſ. 87. num. 2. & 3.* Tiraquell. *de jure primogen. q. 6. n. 5.* Menoch. *conſ. 97. n. 44.* Fuzar. *d. q. 308. num. 37.*

19 In gloſſ. *Paciſci*, *in addit. marginali*, ibi, *tu dic, quod ibi pactum venit in conſequentiam alterius contractus præcedentis, ideo valet.* Ita Bernard. *reg. 524. limit. 3.* Anton. Gomez *l. 22. Tauri, n. 16. in fine*, Monter. *in l. pactum quod dotali, n. 14. ſuprà hoc tit.* Mench. *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. n. 156.* Guttier. *de juram. confirm. part. cap. 43. num. 3.* Sanchez *dict. lib. 7. cap. 2. num. 41.*

## *De Tranſactionibus.*

## TIT. IV.

TRANSACTIO eſt rei dubiæ, vel controverſæ deciſio: ut obligationis conditionalis, aut rei litigioſæ, fitque aut nudo pacto, aut ſtipulatione, *l. 2. l. pacto 15. eod. tit.* Scripſerunt in hanc rubric. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Angel. Caſtrenſ. Fulgoſ. Philip. Dec. Jaſ. Curt. Joan. Mar. Jacobin. Riminald. Bologner. Alciat. Sichard. Donell. Padilla, Aloyſ. de Leo, Petr. Gilchen. Sebaſt. Nævius, poſt omnes Hubert. Giphan. item Cujas. Pac. & Weſembec. & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

De materia hujus tit. Vide Medic. *de definit. p. 2. definit. 47.* Connan. *lib. 5. comment. cap. 6.* Corraſ. *lib. 1. miſcell. cap 23.* Morl. *in emporio jurie part. 1. tit. 4. de tranſaction.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de tranſact.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom. 2. tit. 364. de tranſact.* Molin. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 26.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. n. 606. cum ſeqq.* Rebell. *de oblig. juſtit. p. 2 lib. 16. de tranſact.*

### SUMMARIUM.

1 *Tranſactio inita cum uno ex pluribus tutoribus obligatis, ad alios non porrigitur. Cum uno pro parte ſua facta, illa non obſtante, alii poſſunt pro eorum parte conveniri, n. 2. Facta cum quibuſdam tutoribus, vel curatoribus, non prodeſt cæteris, n. 3. Facta cum una perſona, non prodeſt alii, neque nocet, n. 4. 5. 6. 7. & 8.*

### L. Neque pactio. I.

*Imp.* ANTONINUS. A. *Celerio.*

TRanſactio inita cum uno ex pluribus tutoribus 1
obligatis, ad alios non porrigitur. Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Dec. Bald. Jaſ. Jacobin. de S. Georgio, Bellapert. Roman. Curt. jun. Joan. Sichard. Alciat. poſt omnes Hubert. Giphanius Riminald. Bolognet. Donel. Padilla, Aloyſ. Leo, Petr. Gilchenius, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

De materia vide Boër. *dec. 59. n. 8.* ubi tranſactio 2
cum uno pro parte ſua facta, illa non obſtante, alii poſſunt pro eorum parte conveniri, Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. de tranſactionibus, n. 27. pag. 305.* ubi quod tranſactio facta cum quibuſdam 3
tutoribus, vel curatoribus, non prodeſt cæteris, & *n. 37.* ubi quod tranſactio facta cum una perſona, alii non 4
prodeſt, neque nocet. Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 4. in prælud. n. 26. & 27.* ubi quod tranſactio cum una 5
perſona interpoſita aliis nocet, neque debet extendi ad alium, etiamſi habeat jus connexum. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib. 26. tit. 4. n. 1.* ubi per 6
hunc textum tenet, quod tranſactio facta cum uno, re- 7
gulariter ad alios non porrigitur, & *n. 8.* quod tranſactio facta cum quibuſdam adminiſtratoribus, cæteris cum quibus non eſt tranſactum, non ſuffragatur, & *n. 9.* 9
quod tranſactio non prodeſt, neque nocet alii habenti jus connexum cum tranſigente. Latè Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 36. tit. 4. n. 1. cum ſeqq. n. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. n. 606. verſ. quartum eſt, in med.*

### SUMMARIUM.

1 *Tranſactio timore litis extitura facta, valida eſt, & n. 2. & 3.*

4 *Tranſactio propriè dicitur non ſolùm ſuper lite pendente, ſed etiam futura.*

5 *Timor futuræ litis idem operatur, quod ipſa lis, ſi eſſet de præſenti, & n. 6.*

7 *Solutio indebitè facta ex cauſa tranſactionis, non repetetur, etiamſi extitiſſet per errorem ſolutum.*

## L. Cùm te II.

*Idem* A. *Luctatio.*

1 TRanſactio timore litis extituræ facta valida eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Connan. *comment. lib. 1. cap. 6. n. 4.* Cujac. *lib. 9. obſerv. 24.* Anton. Fab. *lib. 17. conject. cap. 4.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 2. n. 12. verſ. rurſus.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Per quod, n. 15. verſ. tertiò* ubi ait probari *in præſenti*, non modò ipſam litem tranſactioni cauſam dare poſſe, ſed etiam timorem futuræ
3 litis: & *n. 7.* colligit ex hoc textu, quod ſolus timor litis ſufficit ad tranſactionem validandam, quamvis alias neceſſaria ſit lis & controverſia, ut tranſigi de jure poſſit, optimè Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. covent. tom. 1. lib. 26. tit. 8. n. 20. & 21.* ubi ait, quod ſi quis habuit propoſitum inſtituendi litem, ſed nunquam edidit actionem, etiamſi haberet animum calumniandi tranſactio valet, & *eod. lib. 26. tit. 1. n. 16.* reſolvit ſatis eſſe litem moveri de facto, vel timorem
4 eſſe litis futuræ, ut tranſactio valeat, & *n. 19.* ſubdit quòd tranſactio propriè dicitur non ſolum ſuper lite pendente, ſed etiam futura.

5 *Tamen propter timorem litis*, &c.) Gregor. Lopez *l. 22. gloſſ. 1. tit. 1. part. 7.* ex hoc text. colligit, quod timor futuræ litis idem operatur, quod ipſa lis, ſi de præſenti eſſet, eſt enim in potentia propinqua, & habetur proinde ac ſi jam eſſet.

6 Eundem enim operatur effectum ſuſpicio metus futuri, ac ipſe metus de præſenti. Bald. *conſ. 165. ad fin. lib. 2.* Hippol. Riminald. *conſ. 77. num. 26. lib. 1.* Philipp. Paſcal. *de viribus patriæ poteſtatis, p. 3. cap. 2. num. 39.* Gregor. XV. *deciſ. 374. num. 17.* ac alii per me citati *in votis deciſivis Canon. voto 1. n. 130. cum ſequentibus.*

7 *Repetere non poſſes*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſolutio indebitè facta ex cauſa tranſactionis non repetetur, etiamſi extitiſſet per errorem ſolutum, ut per Dec. *conſ. 351. In caſu propoſito, n. 2.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 27. n. 13. verſ. ſed hoc non procederet, pag. 391.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Tranſactio facta ſuper parte litis, partem expreſſam ac nominatam perimit.*
2 *Tranſactio ſpecialis ſpecialem operatur effectum.*
3 *Reus qui opponit exceptiones generales, tenetur eas declarare quando conſiſtunt in facto, & non in jure, intelligе ut n. 4.*
5 *Tranſactio quando eſt ſpecialis, ad aliam rem, ſeu ſpeciem non porrigitur, intellige ut n. 6.*
7 *Cauſa certis finibus circumſcripta effectum producendum reſtringit.*
8 *Fides bona generaliter requiritur, tam in judiciis, quàm in contractibus.*

## L. Age cum Geminiano. III.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Taliæ.*

1 TRanſactio facta ſuper parte litis, partem expreſſam
2 ac nominatam perimit. Item ſpecialis tranſactio ſpecialem operatur effectum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

3 Vide Bald. *in l. fin. collect. 1. verſ. ſed exceptione, de fideicommiſſ.* qui allegat hunc textum ad hoc, quod reus qui opponit exceptiones generales tenetur eas declarare quando conſiſtunt in facto, & non in jure, refert & ſequitur Vincent. de Franch. *dec. 263. n. 1.* quod intel- 4
ligendum aſſerit quando actor habet ſuam intentionem fundatum, & *n. 2.* firmat quod reus in exceptione eſt actor, & quemadmodum tenetur actor declarare libellum generalem, ita & reus exceptionem generalem, cùm debeat exceptio eſſe clara. Et notatur ad hoc, 5
quod quando tranſactio eſt ſpecialis, ad aliam rem, ſeu ſpeciem non porrigitur, ut per Molin. *de iuſt. tract. 2. diſp. 558. n. 1.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 26. tit. 6. n. 7. verſ. primus*, ubi intelligit niſi ſit de appendicibus. Unde vulgaris eſt hujus t xt. 6
allegatio ad illud Axioma, quod limitata cauſa limitatum producit effectum, ut per Palat *in repet. capitis Per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 3. §. 24. n. 1. pag. 39*. ubi citato hoc text. ait quod cauſa certis fi- 7
nibus circumſcripta effectum producendum limitat, & reſtringit, Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, part. 1. n. 142. & de retract. lig. §. 32. gloſſ. 1. n. 46.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Cauſa 9.* Cardoſ. *in praxi judicum. & Advocat. eodem verbo, n. 3.* Surd. *conſ. 10. n. 49.* Gutier. *pract. lib. 9 q. 31. n. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. n. 8.* Staph. Gratian. *Marchiæ dec. 56. num 5.* Card. Mantic. *dec. 252. n. 9. & deciſ. 267. num. 4.* plures refero *de Axiomat. juris uſufrequent. axiom. 40. num. 19.*

*Judex contemplatione judicii quod bonæ fidei eſt*, &c.) 8
Intelligitur iſte textus ſe referre ad bonam fidem quæ generaliter requiritur tam in judiciis, quàm in contractibus, *l. bonam fidem, ff. de action. & obligat.* quæ bona fides movet judicem ad interrogationes faciendas in judicio, ubicumque ratio & æqualitas illum moverit, *l. ubicumque, ff. de interrog. action.* ita Valaſc. *conſult. 97. n. 2.*

---

### SUMMARIUM.

1 *Ad actionem extinctam non datur regreſſus, ſed de dolo actio.*
2 *Actio extincta per acceptilationem, niſi intervenerit dolus, retractari amplius non poteſt, & n. 3.*
4 *Actione remiſſa non cenſetur remiſſus dolus.*
5 *Actio ſemel extincta non reviviſcit.*

## L. Actione. IV.

*Idem* A. *Numidio.*

AD actionem extinctam non datur regreſſus, ſed 1
de dolo actio. Item actio extincta per acceptila- 2
tionem, niſi intervenerit dolus, retractari amplius non poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
Connan. *commentar. lib. 5. cap. 6. n. 5.* Fulgoſ. *in l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condict. cauſa data*, Alciat. *lib. 5. paradox. cap. 7.* Xuar. *alleg. 19. n. 12.* ubi ait, quod ubicunque per tranſactionem fuit extincta actio, ipſo jure actio prima non reſuſcitatur, ſed contra non implentem dantur certa remedia perſonalia, de quibus *in præſenti*: ſed cùm dicta remedia ſint perſonalia contra tertium poſſeſſorem, ceſſat actio in rem jam extincta per dominium tranſlatum in dictum tertium poſſeſſorem. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 26. tit. 7. n. 15. in princ.* ad hoc quod per tranſactionem extinguitur actio.

Notatur ad hoc, quod remiſſa actione, non cen- 4
ſetur dolus remiſſus, de quo an verum ſit, & ad gloſſ. *in præſenti* contrarium reſolventem, vide Covarr. *var. lib. 2. cap. 15. num. 3. & 4.* Ceſſ. Bard. *de dolo lib. 2. tit.*

*tit. de præterito, & de futuro dolo, num* 46. *&* 49. Farinac. qui quadrupliciter diſtinguit, *fragm. crimin. p.* 1. *tit. D, ex num.* 158.

5 *Et per acceptilationem extincta*, &c.) Notatur ad hoc, quod actio ſemel extincta non reviviſcit, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, vero ſuſceperit liberos, n.* 191. *de revocand. donat.* Gam. *Luſit. dec.* 133. *n.* 9. Aym. *conſ.* 293. *n.* 20. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. A, concl.* 116. *per tot.* Menoch. *conſ.* 176. *n.* 2.

---

## SUMMARIUM.

1 *Confeſſio probat, & defectus ſcripturæ tranſactionem non vitiat.*
2 *Confeſſionis propriæ probatio æquipollet juramento.*
3 *Confeſſio idem operatur, quod publicum inſtrumentum factum de contractibus.*
4 *Confeſſio non requirit ſcripturam.*

### L. Cùm te tranſegiſſe. V.

*Idem A. Evocato.*

1 CONfeſſio probat, & defectus ſcripturæ tranſactio-
2 nem non vitiat. Item confeſſionis propriæ probatio æquippollet juramento. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

3 In ſum. text. ibi, *idem operatur confeſſio, quod publicum inſtrumentum factum de contractibus.* Ita Ordin. Regia Luſit. *lib.* 4. *tit.* 19. §. 2. Roland. *conſ.* 6. *num.* 26. *lib.* 3. Gam. *Luſit. dec.* 43. *n.* 2. Angul. *in l.* 6. *de meliorat. gloſſ.* 10. *n.* 4. Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 7. *n.* 27. Azeved. *l.* 6. *tit.* 6. *n.* 17. *lib.* 5. *novæ Recopilat.* Thom. Valaſc. *allegat juris, tom.* 1. *allegat.* 72. *n.* 53.

4 *Nullum inſtrumentum interceſſerit*, &c.) Ergo tranſactio non requirit ſcripturam, de quo vide Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 71. Molin. *de Juſtitia tract.* 2. *diſp.* 556. *num.* 9. *prope fin.* ibi *habentque verum, etiamſi tranſactio ſine ſcriptura acta ſit.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Tranſactio ſuper in officioſo teſtamento à matre inita obligat hæredes.*
2 *Lis parentum tranſactione ſopita per hæredes non reſtauratur.*
3 *Contra tranſactionem non implentem ſervantemque, implere & ſervare parato actio ad intereſſe competit.*
4 *Stipulatio ſequitur naturam contractus Principalis.*

### L. Cum mota. VI.

*Idem A. Pomponiis.*

1 TRanſactio ſuper inofficioſo teſtamento à matre
2 inita obligat hæredes. Item lis parentum tranſ-
3 actione ſopita per hæredes non reſtauratur. Item contra non implentem & ſervantem tranſactionem, implere & ſervare parato actio ad intereſſe competit aliquando ex ſtipulatu, interdum præſcriptis verbis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. n.* 1. *ſupr. hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 53. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

De materia & intellectu hujus text. & conciliatione *cum l. ſi inſtituta, ff. inoffic. teſtam.* vide Alciat. *lib.* 5. *paradoxor. cap.* 6. Corraſ. *lib.* 2. *miſcel. cap.* 10. Connan. *commentar. lib.* 7. *c.* 15. *n.* 8. *&* 9. Mayn. *lib.* 1. *de actionib. cap.* 17. *pag.* 4. *&* 5. Strach. *de mercat. tit. de ſponſionib. p.* 2. *n.* 4. *verſ. aut in tertio*, Padil. *in l. naturalis*, §. *quod ſi faciam*, 7 *de præſcript. verb.* Alphan. *collect.* 370. Albert. Bolognet. *ad rubr. de verb. obligat. cap.* 42. *n.* 3. *& cap.* 43. *n.* 2. Fachin. *controverſ. lib.* 1. *cap.* 10. Jul. Pacium *cent.* 3. *tit. de inoffic. teſtam. q.* 56. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap* 2. *n.* 6. Joan. Borcholt. *in tit. de tranſact. cap. ult. n.* 15. *cum ſeqq.* P. Grangianum *in ſuis paradoxis juris civilis cap.* 31. Hieron. Torniel. *ad rubr. de verb. oblig. n.* 144. Genoa *in conciliatione cunctarum legum quæ in toto corpore juris civilis invicem quaſi ex diametro ſibi contrariari videbantur, pag.* 112. qui omnes varias excogitarunt conciliationes ad præcitata jura, & illa videtur verior, nempè in ſpecie ab Ulpiano propoſita *in d. leg. ſi inſtituta*, ita fuiſſe tranſactum, & conventum, ut à querela inofficioſi teſtamenti recederetur, adverſarius verò aliquid daret. Sed in ſpecie Alexandro propoſita *in præſenti tex.* conventum fuiſſe ut certa bonorum pars tranſigenti & querelam remittenti daretur, de quibus agebatur in accuſatione inofficioſi teſtamenti, ideo hoc poſteriori caſu querela inſtaurari non poteſt: nam querela ipſa inofficioſi teſtamenti, quæ univerſa bona vindicabat, per tranſactionem factam reſciſſa eſt ac diviſa in hunc mundum, ut ſcilicet pars bonorum debeatur querelam remittenti, altera verò pars poſſeſſori cedat. Quare ſi accuſatione inſtaurata omnia bona peterentur, pacti obſtaret exceptio ex quadam æquitate, quemadmodum *in l. ſi major* 36. *infr. hoc tit.* habetur, exceptionis æquitatem proficere, ut nil ampliùs peti poſſit quàm quod tranſactionis placito promiſſum eſt: quæ ratio in priore caſu locum non habet. Et enim in ſpecie iſta is, contra quem inofficioſi querela fuit inſtituta, promittendo actori partem bonorum de quibus agebatur, aliquid actori præſtitit, quia jam non amplius exceptionibus ſuis uti quoad illam partem poteſt, & ideo actor debet eum convenire, ut partem bonorum promiſſam tradat, non autem ipſam tranſactionem infringere: at in ſpecie *d. l. ſi inſtituta*, nihil reus conventus præſtitit, ideo dicta ratio ceſſat, & jure tranſactio reſcindi poteſt. Ita Hieron. Torniel. Andr. Fachin. & Nicol. de Paſſeribus à Genoa allegati *citatis locis.*

*Aut enim*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſtipulatio ſe- 4
quitur naturam contractus principalis, ut per Tiraq. *de conſtitute, p.* 3. *limit.* 7. *n.* 38.

---

## SUMMARIUM.

1 *Procurator ad agendum, conſtitutus, tranſigendo non præjudicat domino, & n.* 3.
2 *Actionis habens exercitium, poteſtate decidendi non cenſetur inſtructus.*
3 *Procurator alicujus conſtitutus ad agendum & defendendum, non poteſt tranſigere, aut compromittere, niſi ad id facultatem habeat ſpecialem.*
4 *Adminiſtrator, vel ſyndicus an poſſit tranſigere ſine mandato ſpeciali.*

### L. Tranſactionis placitum. VII.

*Imp.* GORDIANUS *A. Junio militi.*

PRocurator ad agendum conſtitutus tranſigendo 1
non præjudicat domino. Item exercitium actionis 2
habens, poteſtate decidendi inſtructus non cenſetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit. &* ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
Gregor. Lopez *l.* 19. *gloſſ.* 2. *tit.* 5. *p.* 3. Connan. *comment. juris civilis lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 1 Marant. *de ordine judiciar. part.* 6. *actu* 2. *de compromiſſo, num.* 8. Covarr. *lib. var. cap.* 6. *n.* 3. *verſ. quinto*, ubi ait quod licèt habens generale mandatum non poſſit tranſigere, ſi tamen illud

mandatum proceſſerit cum libera adminiſtratione, poterit tranſigere, & expedire ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt, Tiraq. *de jure maritigloſſ.* 8. *n.* 81. *& de judicio in rebus exiguis. verſ.* 41. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 11. *n.* 606. *verſ. quintum eſt*, ad hoc, quod procurator tranſigere non poteſt, etiamſi liberam habeat agendi poteſtatem. Molin. *de Juſtit.*
4 *tract.* 2. *diſp.* 157. *n.* 19. ubi quod Procurator alicujus conſtitutus ad agendum ac defendendum, non poteſt tranſigere, aut compromittere, niſi ad id habeat ſpecialem facultatem.

5 An adminiſtrator, vel ſyndicus poſſit tranſigere ſine ſpeciali mandato, vide Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imperialis, lib.* 2. *concl.* 72. *conſid.* 1.

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio ſuper futuris alimentis adhuc debitis, abſque Prætoris cognitione illicita eſt, & n.* 2. *Quid ſi firmata ſit juramento, n.* 3.
4 *In alimentis præteritis futurorum favor ceſſat.*
5 *Alimenta præterita quæ ſint.*

L. De alimentis. VIII.

*Idem* A. *Licinio.*

1 SUper futuris alimentis adhuc debitis, abſque Prætoris cognitione & decreto illicita eſt tranſactio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curt.

2 Hanc eadem concluſionem ex hoc text. deſumunt Jaſ. *in l. divortio, in princ. n.* 19. *ff. ſoluto matr* Felin. *in cap. ex parte, num.* 4. *de accuſat.* Ant. Gom. *l.* 80. *Tauri, num.* 2. Rojas *in epit. ſucceſſ. cap.* 11. *num.* 42. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 43. *cum ſeqq.* Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. parens, num.* 52. *& n.* 76. *ff. de liber. agnoſc.* Mench. *de ſucceſſion. lib.* 2. *§.* 18. *requiſ.* 29. *limit.* 1. *num.* 269. *pag.* 421. Menoch. *de arbitrar. caſu* 170. Vincent. de Franchis *Neapol. deciſ.* 203. *n.* 3. Fachinæ. *controverſ. juris lib.* 3. *cap.* 21. Surd. *de aliment. tit.* 5. *quæſt.* 1. *n.* 40. *& tit.* 6. *quæſt.* 10. *n.* 1. *& tit.* 8. *privil.* 56. *n.* 4. Gutier. *de jurament. confirm. part.* 1. *cap.* 3. *à princip.* Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 4. *in prælud. n.* 40. *cum ſeqq.* Aldovin. *conſ.* 73. *n.* 1. D. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 9. *ff. ſoluto matr.* Rebel. *obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 16. *quæſt. fin. n.* 2. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib* 26. *ttt.* 3.

3 Quid ſi juramento firmata ſit tranſactio ſuper alimentis, de quo vide Padil. *in præſenti, n.* 5. Tiraq. *in l. ſi unquam in princip. n.* 141. *&* 151. Covar. *in cap. quamvis pactum, p.* 2. §. 6. Mench. *de ſucceſſ. lib.* 2. §. 18. *requiſ.* 29. *limit.* 1. *n.* 169. ubi dicit quod iſta tranſactio cum juramento bene valet, ſecus autem dicit, ſi quis juraſſet non tranſigere ſuper alimentis. Cardin. Mantic. *d. tit.* 3. *n.* 12. *cum. ſeq.* ubi tenet, quod inconſulto Prætore de alimentis futuris tranſigi poteſt, ſi fuerit interpoſitum juramentum, niſi alimenta relicta ſint à patre filio, vel juramentum à minore & paupere ſit interpoſitum. Gutier. *d. tract. de juram. confirm. part.* 1 *cap.* 3. *n.* 4. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris. p.* 1. *tit.* 4. *in prælud. n.* 45. ubi *n.* 46. reſolvit eam prohibitionem tranſigendi ſuper alimentis inconſulto Prætore, & ſine cauſæ cognitione, non procedere ubi tranſactio evidenter utilis eſſet tranſigenti.

4 *De alimentis Præteritis*, &c.) Notatur ad hoc, quod in præteritis alimentis futurorum favor ceſſat, ut per Dec. *notab.* 3. & Anton. de Padil. etiam *not.* 3. *in præſenti*, Vincent. de Franch. *deciſ.* 203. *n.* 2. Anton. Theſaur. *deciſ.* 44. Dicuntur autem in hac ſpecie alimenta præterita, quæ uſque ad diem litis motæ, futura verò quæ à die litis motæ in futurum debentur, de quo vide Veral. *deciſ.* 20. *n.* 4. *& deciſ.* 22. *à n.* 2. *& deciſ.* 24. *per tot.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 6. *n.* 16. Cevall. *commun. q.* 897. *n.* 918. Vincent. de Franch. *deciſ.* 605. *n.* 2. Sigiſm. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 7. *n.* 15. Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſol. c.* 83. *n.* 1. Mar. Giurba *deciſ.* 37. *& in conſuet. Meſſan. cap.* 7. *gloſs.* 15. *n.* 31. Gail. *de except. part.* 2. *tit.* 4. *except.* 1. *n.* 44. Fontanell. *de pactis nupt. clauſ.* 6. *gloſſ.* 2. *part.* 3. *ex n.* 43.

*Sine prætore, ſeu Præſide*, &c.) Qui decernet an tranſigendum ſit, vel non, præhabita cauſæ cognitione, quæ verſabitur circa cauſam, tranſigendi modum, & perſonas tranſigentium, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 117. *à n.* 6. Morl. *d. tit.* 4. *in prælud.* 46. *in fine*, Card. Mantic. *d. tit.* 3. *n.* 7.

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio conditionalis valet, ſi aliquid ad tranſigentem perveniat, & talis tranſactio parit exceptionem contra realem actionem, & n.* 2.
3 *Dimittens ſimpliciter non dicitur velle transferre dominium.*
4 *Moræ purgatio non admittitur in conditionibus, etiam favore libertatis.*
5 *Mulier non poteſt ingredi fundum dotalem propria auctoritate, ſi alius tenet, & contradicit.*

L. Si ſuper. IX.

*Idem* A. *Agrippino.*

TRanſactio conditionalis valet, ſi aliquid ad tranſigentem perveniat, & talis tranſactio parit exceptionem contra realem actionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit Card. Mant. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 25. ubi hoc textu deducit quod ſi promitto tibi centum, ſi filius tibi naſcatur, ut recedas à lite, hujuſmodi tranſactio valet, & licèt conditio deficiat, quia filius non ſit natus, non poteſt amplius agi, quaſi nihil datum, vel promiſſum fuerit, quia ſufficit ſpes quod dare potuerim ſi filius natus eſſet. 2

*Poſſeſſiones ei cederes*) Notatur ad hoc, quod dimittens ſimpliciter, non dicitur velle transferre dominium, ut per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 14. *n.* 70. 3

*Ulterius quæſtionem non patereris*, &c.) Notatur ad hoc, quod in conditionibus non admittitur moræ purgatio, etiam favore libertatis, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 2. *gl.* 1. *n.* 4. 4

*Interpellatus vim fieri prohibebit.*) Notatur ad hoc, quod mulier non poteſt auctoritate propria ingredi fundum dotalem, ſi alius tenet & contradicit; quia tunc judex debebit vetare, ne hæres accedat ad poſſeſſionem ſine illius licentia, ut per Xuar. *ad declar. l.* 8. *lib.* 2. *foro* 55. *tit. de aditione hæreditatis, n.* 5. *pag.* 344. & fuit diſpoſitum per *l. Hiſpan.* 3. *tit.* 13. *lib.* 4. *novæ recop.* ubi Azeved. *n.* 35. 37. *&* 57. Menoch. *remed.* 9. *recup. n.* 215. *& remed.* 4. *adipiſc.* 421. Gutier. *in §. ſui, n.* 76. *Inſtit. de hæred. qual. & differ.* Perez *l.* 1. *verbo per el miſmo, tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin.* 5

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactionis exceptio impedit proceſſum inchoari ſuper his, quæ per tranſactionem fuerunt remiſſa.*
2 *Tranſactio fieri poteſt ſuper quæſtione, an quis ſit legitimus, vel non.*
3 *Inter fratres & liberos concordia, pax & amicitia ſervanda eſt.*

4 *Transactione facta inter partes, lis dicitur finita.*
5 *Transactionis exceptio peremptoria est.*

L. Fratres tui. X.

*Imp.* PHILIPPUS A. *Appollophaniæ.*

1 EXceptio transactionis impedit processum inchoari super his, quæ per transactionem remissa fuerunt.
2 Item transactio fieri potest super quæstione, an quis sit legitimus, vel non. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *sup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius.
3 *Parum probè postulas*, &c.) Quia inter fratres & liberos concordia, pax & amicitia est servanda, atque præ cæteris quibusvis rebus expetenda, ut per Tiraq. *de jure primog. q.* 4. *n.* 8. ubi citat hunc textum.
4 *Nullus etenim erit litium finis* &c.) Notatur ad hoc, quod facta transactione inter partes, lis dicitur finita, ut per Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit* 3. *n.* 38. Viv. *eod. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 26. *de receptis arbitr. n.* 14. *vers. nec non ipsum, pag.* 349. Gregor. Lopez *l. gloss.* 11. *q.* 2. *col.* 1. *ante fin. tit.* 1. *p.* 7. ubi quod instantia & processus per transactionem extinguitur, Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 19. *n.* 45. Marant. *de ordine judicitar. part. membr.* 8. *n.* 11. ubi quod exceptiones litis finitæ, ut est transactionis exceptio, impediunt litis, ingressum, ideo sic appellantur, quia sunt inductæ ut sint litium finis. Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.* 8. *num.* 39. ubi quod transactionis laudo, & emologatione subsequutis, litis ingressum præcludere solent, adeò ut si de eis excipiatur, ante litis contestationem agendum sit, Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, l.* 236. *n.* 5. ubi quod exceptio transactionis finem liti imponit.
5 Unde per hunc textum tenent communiter Doctores, transactionis exceptionem esse peremptoriam, ut per Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 20. *n.* 20. Menoch. *de arbitr. casu.* 202. *n.* 606. Suar. de Paz *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 7. *n.* 2. Bernardin. Muscatell. *in sua praxi aurea civili Neapol. p.* 4. *gloss. transactionis, pag.* 610. *cum seqq.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib.* 2. *tit. de exemptionib. resol.* 1. *n.* 12. Mendez de Castro *in praxi Lusitana, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 3.

---

## SUMMARIUM.

1 *Pactum successionis reciprocum inter fratres improbabile votum captandæ mortis removet.*
2 *Fideicommissum inter fratres potest remitti per transactionem, & pactum.*
3 *Fidicommissum reciprocum super spe pendente remissum à minore, non potest peti postea.*
4 *Renunciatio hæreditatis & futuræ successionis valet etiam inter minores.*
5 *Læsio non datur in his, quæ pendent à futuro eventu.*
6 *Restitutio denegatur retione dubii eventus.*
7 *Minor non restituitur adversùs ea qua se habent ad lucrum & damnum.*
8 *Fideicommissum conditionale, vel in diem potest renuntiari.*
9 *Minor, seu tutor non restituitur adversùs renunciationem fideicommissi, quando illud fuisset reciprocum, & interveniisset renunciatio mutua. Limita ut n.* 10.

L. De fideicommisso. XI.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALERIAN. *nobilis Cæs. Cajano militi.*

PActum successionis reciprocum inter fratres removet improbabile votum captandæ mortis. Item fideicommissum inter fratres potest remitti per transactionem & pactum. Item reciprocum fideicommissum super spe pendente remissum à minore, postea peti non potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius. 1

Celebris est hic text. secundùm Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 57. *col.* 4. *vers. mihi autem placet*, illum singularem & unicum in jure vocat Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, n.* 15. & 17. ad probandum quod renunciatio hæreditatis, & futuræ successionis valet etiam inter minores, qnia est reciproca, intelligendo de remissione & renunciatione futuræ successionis testatoris jam defuncti quam quis sperabat virtute fideicommissi conditionalis: iterum illum dicit singularem & unicum in suo casu idem Ant. Gomez. *l.* 30. *Tauri, n.* 66. *col.* 1. & *l.* 69. *num.* 1. & *variar. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 34. dum habet, quod si duo, vel plures hæredes ad invicem remittunt sibi fideicommissum reciprocum injunctum à testatore, ut ille qui decedet sine liberis: restituat alteri suam partem, valet & tenet, nec competit restitutio, licèt aliquis eorum sit minor, & in eo sit verificata conditio, & *cap.* 5. *n.* 3. *paulo post princ.* ubi pariter text. istum dicit singularem & unicum in suo casu, dum probat quod valet remissio, & renunciatio fideicommissi reciproci etiam inter minores, propter dubium eventum, adeo quod non habet locum restitutio ex persona alicujus. Pro unico commendat eum Bald. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor.* §. 50. *n.* 11. *ad finem.* 4

*Et non potest eo casu rescindi*, &c.) Notatur ad hoc, quod læsio non datur in his quæ pendent à futuro eventu, de quo vide Boër. *decis.* 72. *n.* 8. & 11. Tiraq. *in l. si unquam, verbo donatione largitus, num.* 128. & *de jure primog. quæst.* 6. *n.* 4. & *q.* 17. *opin.* 1. *n.* 96. Menoch. *cons.* 37. *n.* 152. & *cons.* 156. *n.* 37. & *cons.* 196. *n.* 18. & 19. latissimè Menchac *controvers. usufreq. p.* 2. *c.* 68. *à princ.* ubi exornat, & eleganter intelligit hunc text. dum probat quod dubii eventus denegatur restitutio. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 11. *num.* 11. *cum seqq.* & *dec.* 278. *n.* 9. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Vel adversarii dolo, n.* 12. ad hoc, quod minor restitui non potest adversùs ea, quæ se habent ad lucrum & damnum. Sfort. Odd. *de restitut, in integrum, quæst.* 85. *num.* 26. & 27. & *quæst.* 69. *n.* 17. *vers. nd* 3. Decian. *cons.* 39. *n.* 111. *lib.* 2. ubi ait dispositionem hujus generaliter procedere in quacunque conventione; nam si ea uterque ex contrahentibus potest consequi damnum & lucrum, licèt postea ex eventu damnum alter passus sit, non per hoc læsus dicetur, etiamsi sit minor. 5 6

*Cum pacto tali consenseris*, &c.) Notatur ad hoc, quod fideicommissum conditionale, vel in diem relictum potest renuntiari, ac proinde per renunciationem excluditur fideicommissarius, si illa transiret in pactum, ut per Peregr. *de fideicommiss. art.* 52. *n.* 11. & 14. & *cons.* 52. *n.* 16. *cum seqq. lib.* 5. plures quos refert & sequitur Fusar. etiam *de fideicommiss. q.* 587. *n.* 15. ubi *n.* 16. ampliat sive fideicommissum sit reciprocum, sive non, & *n.* 17. quod procedit etsi testator prohibuisset talem remissionem fieri posse, & *num.* 19. quod talis remissio potest fieri etiam modico accepto, vel gratis. 8

*Neque eam, cui subveniri*, &c.) Notatur ad hoc, quod minor, seu tutor non restituitur adversùs renunciationem 9

nunciationem fideicommiſſi à ſe factam, quandò illud fuiſſet reciprocum, & interveniſſet mutua renunciatio, ut per Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.* 128. Peregr. *d. art.* 52. *n.* 50. Magon. *Florentin. deciſ.* 91. *n.* 7. *& ſeq.* Sfort. Odd. *de reſtit. integr. q.* 85. *n.* 25. *cum ſeqq.* Ozaſch. *Pedem. deciſ.* 112. *n.*16.
10 Fuſar. *d. tract. de fideicommiſſ. p.* 590. *num.* 4. ubi *n.* 5. id limitat, ſi adeſſet aliqua conſiderabilis imparitas ex parte minoris.

SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrator Reipubl. ſuper re dubia tranſigit, non autem debitum liquidum remittit.*
2 *Adminiſtratores à lege adminiſtrationem habentes, intelliguntur mandatum cum libera habere.*
3 *Pro tranſactione rerum civitatis ſufficit ſola licentia Præſidis.*
4 *Adminiſtrator civitatis poteſt tranſigere quando lis eſt dubia.*
5 *Procurator Ripubl. non poteſt remittere debitum liquidum. Procedit in Procuratore, vel adminiſtratore ſimplici, non autem in domino, n.*6.
7 *Remiſſio ejus quod debetur, non autem liquidò, non eſt donatio propria, nec inſinuatione indiget.*
8 *Procurator Reipubl. non poteſt donare, licèt cenſeatur habere mandatum cum libera: limita ut num.* 9.
10 *Tutor minoris non poteſt remittere debitum non liquidum, etiam minimum.*
11 *Pater an poſſit tranſigere in peculio adventitio filij.*
12 *Præſes civitatis non poteſt expreſsè præjudicare civitati.*
13 *Tutores, curatores, & alij adminiſtratores remittendi debiti uſurarij jus habent.*
14 *Tutor poteſt pro ſalute animæ pupilli pecuniam uſuris extortam reſtituere abſque decreto judicis.*

## L. Præſes provinciæ. XII.

*Iidem* AA. *Primo.*

1 ADminiſtrator Reipubl. ſuper re dubia tranſigit, non autem debitum liquidum remittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7 Franciſcus Curtius.

2 Vulgò citari ſolet hic text. ad hoc, quod adminiſtratores à lege adminiſtrationem habentes, intelliguntur mandatum cum libera habere, de quod latè Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 2. *de procurat. reſolut.* 1. *per. tot.*

3 *Præſes provinciæ*, &c.) Ergo pro tranſactione rerum civitatis ſufficit ſola licentia Præſidis, & non requiritur Regis, de quo Gregor. Lopez *l.* 24. *gloſſ.* 3. *tit.* 4. *part.* 3.

4 *Utrum de dubia lite*, &c.) Notatur ad hoc, quod adminiſtrator civitatis poteſt tranſigere quando lis eſt dubia, ut per Menoch. *conſ.* 887. *n.* 22. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris cililis, p.* 1. *tit* 4. *in prælud. n.* 12.

5 *Id quod indubitatè deberi poſſet*, &c.) Notatur ad hoc, quod Procurator Reipubl. debitum liquidum remittere non poteſt, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 1. *tit.* 66. §. 17. Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 24. *n.* 7. Anton.
6 Gomez. *var. tom.* 1. *c.* 5. *n.* 2. *in fine*, ubi quod procedit in procuratore, vel ſimplici adminiſtratore, autem in domino, licèt gravato reſtituere, & Covarr. *lib.* 2. *var. c.* 4. *n.* 12. *ad finem*, hunc textum optimè adducit ad hoc,
7 quod remiſſio ejus, quod debetur, non autem liquidò, donatio propria non eſt, nec inſinuatione indiget.

8 Notatur etiam ac hoc, quod Procurator Reipubl. non poteſt donare, licèt cenſeatur habere mandatum cum libera, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore, n.* 120. Guttier. *de tutel. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 24.
9 Joan. Garc. *de donat. remuner. n.* 23. ubi limitat niſi remunerando.

10 Notatur etiam ad hoc, quod tutor minoris debitum non liquidum etiam minimum remittere non poteſt, de quo vide Paul. Montan. *de tutel. & curat. cap.* 33. *num.* 347. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *d. verbo ſine curatore, num.* 120. Joan. Garc. *d. expenſ. capit.* 20. *n.* 9. *verſ. unde in Prælatis*, Gutier. *de cap.* 6. *num.* 5. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 8. *lit. T, concluſ.* 448 *à n.* 2. Cardoſ. *in prxi Judicum & Advocat. verbo tutela, n.* 17. Idem in Prælato Eccleſiæ reſolvit Cald. Pereira *in d. l. ſi curatorem, verbo vel adverſarij dolo, n.* 16. *cum ſeqq.* quicquid dicat Paul. Montan. *d. cap.* 33. *n.* 357. Verum ſi tutor non habet probationes quibus ſe tueatur, & dubitet de jure minoris, poteſt licèt remittere debitum, juxta doctrinam *gloſſ. ult. in l. contra juris* 29. *ff. de pactis*, quam ſequuntur Pinel. *in l.* 1. *de bonis matern. part.* 3. *num.* 56. *verſ. ſed ego.* Covar. *lib.* 2. *var. cap.* 4. *n.* 12. *verſ. tertia ratio.* Guttier. *de juramento confirmat. p.* 1. *cap.* 50. *num.* 12.

11 Utrùm autem pater in peculio adventitio filij jus tranſigendi habeat? vide Pinel. *d. p.* 3. *n.* 21. & 46. Mynſing. *cent.* 6. *obſerv.* 61. *n.* 5. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 71. *n.* 14. Petr. Gilchen. *de præſcript. part.* 3. *cap.* 3. *n.* 389.

12 *Nocere civitati*, &c.) Notatur ad hoc, quod Præſes civitatis non poteſt expreſsè civitati præjudicare, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. *ad fin. n.* 20. & *de jure mariti gloſſ.* 7. *n.* 77.

13 In gloſſ. *Non ſinet, fin.* ibi, *ſed quia fortè uſura erat*, &c. Notatur ad hoc, quod tutores, curatores, & alij adminiſtratores remittendi debiti uſurarij jus habent, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n.* 202. ubi hanc gloſſam ad hoc notabilem dicit. Et eam allegat Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *quæſt.* 15.
14 *n.* 9. *verſ. ut ergo*, ad hoc quod tutor pro ſalute animæ pupilli poteſt abſque judicis decreto pecuniam uſuris extortam reſtituere, in quo aſſerit hanc gloſſam communiter recipi à Doctoribus.

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio metu facta non ratificatur: nulla eſt & invalida num.* 2.
3 *Metus juſtus reſcindens contractum, erit mortis periculum, aut corporis cruciatus.*
4 *Metus juſtus quis ſit.*
5 *Dolus ut probetur, ſive metus, qualitas cauſæ præcedentis non ſufficit.*
6 *Metus reverentialis an ſufficiat ad reſcindendum contractum, non probato metu aliàs quam per ſolam reverentiam, nempe per minas, aut verbera.*
7 *Dominus non tenetur fidem ſervo præſtare: declara ut n.* 8.
9 *Metus non ſufficit ut probetur in genere, niſi etiam probetur qualitas metus illati.*
10 *Metum juſtum cognoſcendi non datur in jure certa regula, ſed judicis arbitrio relinquitur.*

## L. Interpoſitas. XIII.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Proba.*

1 TRanſactio metu facta non ratificatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, & Adrianus Pulvæus.

2 *Ratas non haberi*, &c.) Notatur ad hoc; quod metu facta tranſactio nulla & invalida eſt, ut per Sebaſt. Næv. *de caſib. fortuitis p.* 1. *q.* 7. *n.* 52. Card. Tuſch. *pract. concluſ.*

*concluſ. verb. metus, concl.* 216. *n.* 13. *& concl.* 221. *n.* 14. Farinac. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. M, n.* 36.

3 *Nec tamen quilibet metus*, &c. ) Notatur ad hoc, quod metus juſtus reſcindens contractum, erit mortis periculum, aut corporis cruciatus, ut per *l. Hiſp.* 7. *tit.* 33. *part.* 7. *ubi gloſſ.* 4. Maſcard. *de probat. concl.* 1051. *num.* 18. Herculan. *de caut. de non offendendo, cap.* 1. *num.* 11. Joſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ.* 18. *n.* 6. Anton. Gom. *variar. tom* 2. *c.* 14. *n.* 27. *verſ. de his*, Burg. *conſ.* 5. *num.* 11. Decian. *conſ.* 96. *n.* 15. *&* 16. *lib.* 3. Card. Tuſch. *dicto verbo Metus, concluſ.* 215. *n.* 7. 9. 14. *&* 20. *& concluſ.* 217. *n.* 1. *&* 2. *& concluſ.* 213. *n.* 44. Farinac. *dicta lit. M, n.* 84. Sanchez *de matrimonio, lib.* 4. *diſp.* 5. *n.* 4. Et utiliter advertit Farinac. *loco proxime citato, n.* 86. non ſufficere metum alium, ſi levior quàm mortis, aut cruciatus corporis, intelligendo ut text. precedat ſolùm quando agitur ad reſcindendum contractum meticuloſum directa actione, *quod metus cauſa*, ſecus ſi ad idem ageretur eadem actione non directa, ſed utili, vel officio judicis, vel condictione ex lege, aut aliàs prout à jure permiſſum eſt; tunc enim ſufficit levior metus quàm mortis, aut corporis cruciatus,

4 & *n.* 89. reſolvit, quod metus dicitur juſtus & cadens in conſtantem virum, quando ex eo timetur amiſſio omnium bonorum, aut majoris partis eorum.

5 *Ad vim tamen, vel dolum arguendum*, &c. Collige ex text. ad probandum dolum, vel metum qualitatem cauſæ præcedentis non ſufficere, ut per Cardin. Mant. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 11. ubi ſubdit hunc tex. intelligi ſecundum communem ſenſum, ex eo dolum, vel metum non præſumi, quod quis cauſam claram, & magnæ utilitatis modica pecunia accepta remiſerit: unde etiam infert, quod ſi quis ſupra dimidium, quod conſiderato dubio litis eventu percipere veriſimiliter potuiſſet, ſe læſum eſſe dixerit, tranſactio reſcindi non debet.

6 *Sed quoniam eum*, &c. ) Adverte metum reverentialem non eſſe ſufficientem ad reſcindendum contractum, niſi probato metu aliàs quàm per ſolam reverentiam, nempè per minas, aut verbera, ita Tiraq. *ad leges connub. gloſſ.* 5. *n.* 39. Covarr. *de ſponſalib. part.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 4. Menoch. *de probat. concl.* 1051. *n.* 16. *&* 17. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 127. *n.* 1. *cum ſeqq.* Sanchez *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 6. *ex n.* 1. Caſtill. *controv. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 15. latè Farin. *d. lit. M, n.* 125. *cum ſeqq.* ubi *n.* 127. intelligit, niſi loco minarum, ſeu verberum concurrerent aliquæ metûs conjecturæ, vel quando ille, cui debetur reverentia, eſſet ſolitus malè tractare ſibi non obedientes; & *n.* 130. reſolvit quod licèt metus ex ſola reverentia juſtus non reputetur, ubi tamen ultra reverentiam in actu de quo agitur, intervenit læſio, tunc ex reverentia & læſione ſimul juſtus inducitur metus ad reſcindendum actum ſufficiens, de quo etiam bene Caſtil. *d. c.* 1. *n.* 155.

7 *Nec etiam juris dubij eſt dominus cum ſervis*, &c. Notatur ad hoc, quod dominus minimè tenetur fidem ſervo præſtare, quia inter illos nulla cadit obligatio, ut per *l. Hiſpan.* 6. *tit.* 11. *part.* 5. Bald. *in præſenti, n.* 5. Padill. *num.* 35. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 14. *n.* 21.

8 ubi *num.* 22. declarat id procedere quoad obligationem civilem, ſecus quoad naturalem.

9 In gloſſ. *Ne tamen*, ibi, *licèt dicat generaliter de metu*, &c. ) Notatur ad hoc, quod metum probare non ſufficit in genere, niſi etiam probetur qualitas metus illati, ut per Alexand. *poſt num.* 1. *in* 2. *notab.* Salicet. *num.* 1. *verſ. item quod metus*, Riminald. *n.* 3. Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuitis, p.* 1. *q.* 7. *n.* 10. Maſcard. *de probat. concl.* 1051. *n.* 12. Farinac. *d. lit. M, n.* 168.

10 In gloſſ. *Cruciatum*, ibi, *quod judicis decernitur arbitrio.* Notatur ad hoc, quod ad cognoſcendum quis ſit juſtus metus, non datur in jure certa regula, ſed judicis arbitrio relinquitur, ut per Boër. *deciſ.* 101. *num.* 3. Covarr. *de ſponſalib. p.* 2. *cap.* 3. §. 4. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. caſu* 135. *n.* 3. *& caſu* 136. Maſcard. *de probat. concluſ.* 1052. *n.* 3. Gutier. *conſ.* 16. *n.* 12. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 13. *quæſt.* 1. *n.* 59. *& lib.* 9. *q.* 25. *num.* 58. Caſtill. *lib.* 3. *quotid. c.* 1. *n.* 14. *cum ſeqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Tranſactio conſenſu & actu contrario diſſolvitur, & num.* ..

3 *Tranſactionem volens reſcindere non auditur, niſi priùs receptum illius vigore reſtituat.*

4 *Sententia ſecunda contra primam ferri non poteſt conſenſu partium.*

## L. Si diverſa. XIV.

### *Iidem* AA. *Sopatriæ.*

TRanſactio conſenſu & actu contrario diſſolvitur. 1 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 77. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2 munt Aym. *de antiquit. temporum, p.* 1. *c.* 3. *n.* 40. *fol. mihi* 23. Roman. *ſingul.* 185. *incip. Dictum*, Grammat. *dec.* 66. *n.* 22. Roder. Xuar. *allegat.* 19. *n.* 8. *&* 9. Sylvan. *conſ.* 81. *n.* 34. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 8. *n.* 1.

*Refuſa pecunia*, &c. ) Notatur ad hoc, quod tran- 3 ſactionem reſcindere volens non auditur, niſi priùs receptum illius vigore reſtituat, per Afflict. *deciſ.* 220. *num.* 4. Caputaquenſ. *deciſ.* 217. *n.* 2. *per tot. par.* 3. ubi *n.* 5. poſt Jaſ. *in præſenti*, hoc dictum intelligit quando mutuo conſenſu partium diſſolvitur tranſactio, quia tunc ſub illa conditione reſolvi videtur, ut omnia reſtituerentur, non autem quando reſolvitur culpa alterius partis non adimplentis. Puteus *dec.* 358. aliàs 343. *n.* 5. *lib.* 1. *in correctis.* Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 49. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 33. *verſ. itaque, pag.* 306. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 556. *n.* 9. *verſ. quod ſi contractum.* Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 21. *n.* 6. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloſſ.* 27. *n.* 22. *& gloſſ.* 56. *n.* 104. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 39.

In gloſſ. *Agi*, *ult.* ibi, *item quare ſecus in ſententia* 4 &c. Notatur ad hoc, quod non poteſt de conſenſu partium ferri ſecunda ſententia contra primam, ut per Bald. *n.* 3. & Jaſ. *n.* 5. *in præſenti*, qui dicunt hanc gloſſam notabilem & ſingularem, & non eſſe alibi, Franc. Marc. *deciſ.* 486. *p.* 1. Caroc. *de remed. contra præjudiciales ſent. except.* 41. *n.* 17. nam ſimplex conſenſus non tollit rem judicatam, ut per Felin. *in cap. inter monaſterium. n.* 16. *&* *n.* 23. *verſ. demùm, de re judic.* Dec. *in cap. quoniam contra*, *num.* 38. *de probat.* Xuar. *allegat.* 19. *n.* 16. Surd. *deciſ.* 185. *n.* 20. Sic etiam de conſenſu partium non poteſt recipi appellario poſt decem dies. Lancellot. *de attent. p.* 2. *cap.* 12. *limit.* 50. *n.* 85. Scacc. *de appell. quæſt.* 12. *n.* 101.

---

## SUMMARIUM.

1 *Tranſactio ſi fiat per acceptilationem, pracedente Aquiliana ſtipulatione, non poteſt actor redire ad priſtinam, etiam realem, licèt reus non obſervet tranſactionem.*

2 *Reſponſores prudentes non reſpondent præcisè, ſed cum diſtinctione, ſi poſſunt.*

L. Ut reſponſum. XV.

*Iidem* AA. *Pontio.*

1 SI tranſactio fiat per acceptilationem, præcedente Aquiliana ſtipulatione, non poteſt actor ad priſtinam, etiam realem redire, licèt reus tranſactionem non obſerver. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 2. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Notatur ad hoc, quod prudentes reſponſores non reſpondent præcisè, ſed cum diſtinctione, ſi poſſunt, quia magis tuta eſt illa reſponſio, quàm præciſa, ut per Boër *dec.* 44. *n.* 6. *verſic. quare prudentes.*

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio legitima non reſcinditur per reſcriptum Principis, & n.* 2.
3 *Reſcriptum ſimplex Principis non tollit rem judicatam.*
4 *Lis an dicatur poſt conteſtationem, & cauſa ante, controvertitur.*
5 *Exceptio quæ oritur ex tranſactione, eſt litis finitæ.*
6 *Lis dicitur finita per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam: intelliget n.* 7.
8 *Tò* Cauſa, *generale eſt, comprehendit civilem, & criminalem.*
9 *Cauſa licèt ſit ſopita tranſactione, poteſt nihilominus reſuſcitari per reſcriptum Principis dicentis, non obſtante tali lege.*

L. Cauſas, vel lites. XVI.

*Iidem* AA. & CC. *Cæcilio.*

1 LEgitima tranſactio per Principis reſcriptum non reſcinditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1 *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 5. *tit.* 24. *p.* 3. *ubi gloſſ.* 1. Dec. *in cap. fin. n.* 5. *d. conſt.* Socin. *conſ.* 120. *incip. circa primum, lib.* 4. Gerard. *ſingul.* 20. Alciat. *parerg. lib.* 10. *cap.* 22. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 52. *n.* 2. ubi quod reſcriptum ſimplex
3 Principis non tollit rem judicatam, Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 1. *q.* 6. *num.* 6. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib.* 26. *tit.* 7. *n* 12.

4 *Cauſas, vel lites*, &c.) Hinc Doctores aliqui in præſenti exiſtimarunt, litem dici poſt conteſtationem cauſam ante, de quo tamen an verum ſit, vide Alciat. *lib.* 2. *diſpunct. cap.* 24. Connan. *comment. juris lib.* 5. *c.* 6. *col.* 5. Rebuff. *ad litis nomen* 37. *verſ. ſextò, ff. de verbor. ſignific.* Cabed. *Luſitan. deciſ.* 15. *n.* 10. *cum ſeq. p.* 1.
5 *Tranſactionibus legitimis finitas.*) Notatur ad hoc, quod exceptio quæ oritur ex tranſactione, eſt litis finitæ, ut per Card Mantic. *de tacitis & ambig. con-*
9 *vent. lib.* 26. *tit.* 7. *n.* 6. nam lis dicitur finita per ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, ut per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 66. *n.* 18. ubi *n.* 20. id intelligit dummodò executioni demandata ſit, &
7 poſtquam res datur ei qui vicerit, quia aliàs per ſententiam & rem judicatam non dicitur lis finem accipere; hoc idem iterum tenet *cap.* 114. *num.* 34. *& ſeqq.*

8 In gloſſ. *Cauſa* 1. Notatur ad hoc, quod nomen *cauſa*, eſt generale, comprehendens civilem & criminalem, ut per Marant. *de ordine judic. p.* 2. *n.* 14. *part.* 7.

9 In gloſſ. *Opertet, fin.* ibi, *niſi diceret. non obſtante hac lege.* Notatur ad hoc, quod licèt cauſa ſit ſopita tranſactione, poſt nihilominùs reſuſcitari per reſcriptum Principis dicentis, non obſtante tali lege, ut per Xuar. *alleg.* 12. *n.* 58. *verſ facit gloſſ. ſingularis*, Card. Mantic. *d. lib.* 26. *tit.* 7. *num.* 13.

SUMMARIUM.

1 *Ex tranſactione pœnali, cum clauſula*, Rato manente pacto, *datur exceptio, & pœnæ exactio, & num.* 2.
3 *Clauſula*, Rato manente pacto, *operatur quod debitum principale ſimul & pœna exigi poſſint, & utrumque debeatur.*
4 *In alternativa remediorum electio non eſt debitoris, ſed creditoris, cui remedia competunt.*

L. Cùm proponas. XVII.

*Iidem* AA. & CC. *Marcello.*

EX tranſactione pœnali cum clauſula, *Rato manente pacto*, datur exceptio, & pœnæ exactio. Colligunt 1
ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curcius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Hippol. *ſingul.* 337. Alciat. *lib.* 5. *paradox. cap.* 6. & 7. 2
*col.* 2. Gigas *de penſion. q.* 66. *n.* 3. Rebell. *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 16. *tract. de tranſact. q.* 2. *n.* 3. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 556. *n.* 10.

Notatur ad hoc, quod clauſula, *Rato manente pacto*, operatur quod debitum principale ſimul & pœna 3
exigi poſſint, & utrumque debeatur, ut per Vital. de Camban. *in tract. clauſul. part.* 3. *n.* 1. *cum ſeqq.* Saluſt. Tiber. *in formul. inſtrument. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. & *cap.* 19. *n.* 14. Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, n.* 423. *ff. de legat.* 1. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 30. *n.* 52. quos refero *in tract. de clauſul. uſufrequent. clauſul.* 128. *n.* 5. ubi *n.* 10. relato hoc text. dixi etiam operari, quod quis poſſit uti remediis contrariis.

*Quod exceptionem pacti, & actionem*, &c.) Notatur 4
ad hoc, quod in alternativa remediorum electio non eſt debitoris, ſed creditoris, cui remedia competunt, quia ejus favore videntur poſita, & conceſſa, ut per Anton. Gomez *tom.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 42. *in princip.*

SUMMARIUM.

1 *Tranſire licet ſuper omni crimine capitali, excepto adulterio, & num.* 3. 11. & 21.
2 *Tranſactio licita eſt in criminalibus ingerentibus pœnam ſanguinis.*
4 *Tranſigens an dicatur fateri delictum ſuper quo tranſegit.*
5 *Tranſactio facta cum fiſco, ſeu parte, nullam inducit delicti, ſuper quo tranſigitur, confeſſionem, ſi ea quidem fiat in caſu à jure permiſſo, & in caſibus in quibus de jure tranſigere licet: ſecus ſi fiat in caſu non tranſigibili.*
6 *Crimen capitale, id eſt pro quo ingeritur pœna mortis.*
7 *Tranſigi an poſſit ſuper crimine, pro quo de jure communi imponitur pœna mortis.*
8 *Tranſigere licet non ſolùm in criminibus pro quibus ingeritur pœna mortis, ſed etiam in illis, pro quibus ingeritur pœna mutilationis membri, & ubi ſolummodò ingeritur pœna ſuſtigationis, n.* 9. *Secus ſi agatur de crimine, pro quo venit imponenda pœna perpetui carceris, n.* 10.
12 *Dolo futuro, aut delicto committendo non poteſt renuntiare etiam ille, ad quem utilitas negotii pertinet.*

13 *Transactio in quibus criminibus sit licita, & in quibus non, n.* 14.
15 *Transactio etiam valida in crimine falsi, sicut in delictis pro quibus imponitur pœna sanguinis.*
16 *Criminis capitalis nomine intelligitur crimen, pro quo imponenda venit pœna mortis naturalis.*
17 *Transigere licet non solùm delinquenti ut redimat sanguinem suum, sed etiam patri & consanguineis delinquentis.*
18 *Remissionem si fecerit pars offensa delinquenti, poterit aliquis tertius, cui in tali crimine competit jus accusandi, non obstante tali remissione ipsum delinquentem de eo crimine accusare.*
19 *Pax facta cum hæredibus proximioribus defuncti occisi, vel in aliis criminibus, præcludit alios accusare volentes.*
20 *Transigi potest super crimine raptûs.*

## L. Transigere. XVIII.

### *Iidem* AA. & CC. *Valenti.*

1 TRansigere licet super omni crimine capitali, excepto adulterio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 78. & ex Repetentibus Franciscus Curtius, & Jacobus à Villapanda, item Martin. Delrius, & Joannes Bernar. Brancha.

De materia & intellectu hujus text. vide *l. Hispan.* 22. *tit.* 1. *p.* 7. Roman. *sing.* 681. Alciat. *lib.* 5. *paradox. cap.* 9. *Corras. lib.* 2. *miscel. c.* 1. Connan. *comment. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 1. Ant. Govean. Lusitan. *lectionum juris var. lib.* 1. *c.* 30. *per tot.* Jacob. Rævard. *var. sive de juris ambi-*
2 *guitatibus lib.* 4. *c.* 6. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 7. *pag.* 305. ubi quod transactio licita est in criminalibus ingerentibus pœnam sanguinis, &
3 *num.* 39. quod in crimine adulterii non est licita talis transactio, vel pactum. Plaza *lib.* 1. *delict. c.* 39. *n.* 3. latè Jul. Clar. *recept. sentent.* §. *fin. q* 58. *n.* 5. *cum multis seqq.* Fachin. *lib.* 1. *controv. c.* 8. *&* 9. Perez *l.* 1. *sub vers. quæritur ulterius quando tempore, tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 308. Ant. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 54. Thesaur. *Pedem. dec.* 137. *n.* 15. *cum seqq.* Morl. *in emporio juris, p.* 1.
4 *tit.* 4. *de transact. in prælud. n.* 17. ubi intelligitur in omni crimine ex quo imponenda venit pœna sanguinis, latè D. Barbos. *in l.* 2. *ff. soluto matrim. in princip. ex n.* 104. ubi *n.* 110. *in fine*, explicat, an & quibus casibus decisiones hujus l. sint receptæ in Regno Castellæ, & Portugalliæ, Cardos. *in praxi judic. & Advocat. verbo adulterium, n.* 106. Cabed. *Lusit. decis.* 113. *per tot. p.* 1. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 8. *n.* 23. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p.* 2. *colect.* 192. Rebell. *de oblig. justit. p.* 2. *lib.* 16. *q. fin. n.* 3. *cum seqq.* Decian. *in tract. crim. lib.* 3. *c.* 34. *n.* 25. *cum multis seqq.* Collantes *in pragmant. agricolar. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 12. *cum seqq.* Molin. *de Justit. tract.* 3. *disp.* 46. *per tot.*

5 Utrùm autem sic transigens dicatur fateri delictum super quo transegit? vide Anton. Gom. *var. tom.* 3. *tit. de homicid. sub num.* 54. Ozasc. *Pedem. dec.* 138. *n.* 14. *in fine, & seqq.* Andr. Gabr. *commun. lib.* 7. *tit. de malefic. concl.* 23. *num.* 1. *cum seqq.* Fichard. & Bonacos. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2 *tit.* 4. *n.* 52. Octav. Vulpel *in tract. de pace, q.* 27. *n.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 500. *n.* 7. *&* 8. Morla *d. num.* 47. *vers. quare, in med.* Collant. *in pragm. agricol. lib.* 3. *cap.* 11. *ex n.* 12. Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 46. *num.* 15. *vers. secunda verò pars*, Decian. *d.*
6 *lib.* 3. *c.* 34. *à n.* 64. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst. num.* 18. ex quorum magis vera resolutione tenendum est, quod transactio facta cum fisco, seu parte, nullam inducit delicti, super quo transigitur, confessionem, si ea quidem fiat in casu à jure permisso, & in casibus in quibus de jure transigere licet, secus autem si fiat in casu non transigibili, quia tunc fateri videtur delictum.

*De crimine capitali.* ) Idest, pro quo ingeritur 7
pœna mortis. Sed quid si pro crimine pro quo de jure communi imponitur pœna mortis, putà homicidio, & ex statuto imposita sit pœna pecuniaria, nunquid eo casu poterit super tali crimine transigi, vel pacisci? In quo dubio Clar. *dict. quæst.* 58. *n.* 17. respondet quod non.

Amplia textum procedere non solùm in criminibus 8
pro quibus ingeritur pœna mortis, sed etiam in illis pro quibus ingeritur pœna mutilationis membri, ut per Anton. de Padilla *in præsenti, n.* 8. Clar. *d. q.* 58. *n.* 7. ubi 9
*num.* 8. quod etiam licita est transactio ubi solummodò ingeritur pœna fustigationis, & *n.* 9. quod non erit 10
licita transactio, si agatur de crimine pro quo venit imponenda pœna perpetui carceris, de quibus etiam vide Decian. *dict. lib.* 3 *cap.* 34. *ex n.* 25.

*Excepto adulterio* ) Notatur ad hoc, quod licèt pro 11
crimine adulterii imposita sit de jure communi pœna mortis, Tiraq. *l.* 13. *connub. n.* 19. *& seq. & de pœnis temper. causa* 44. *n.* 27. D. Barbos. *in d. l.* 2. *in princip. à num.* 105. Molr. *d. n.* 47. *vers. secunda*, nihilominus tamen non est super illo licita transactio, ut per Clar. *d. quæst.* 58. *n.* 11. ubi reddit rationem propter frequentiam, & immanitatem ipsius criminis, Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 5. *tit.* 25. §. 2. Morla *d. num.* 47. *vers. secunda*, ubi existimat, ideo prohiberi transactionem super adulterio, quia vix fieri possit sine delicto. Decian. *d. lib.* 3. *cap.* 24. *n.* 31. ubi *num.* 32. ait procedere in adulterio vero, non autem in præsumpto: & *n.* 33. extendit locum habere in transactione qua aliquid datur, secus in pacto gratuito, Fichar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 59. *pag.* 308. latè D. Barbos. *in d. l.* 2. *in princip. num.* 104. *vers. ulterius & circa*, D. Marta *de jurisdict. part.* 2. *c.* 19. *n.* 21. Perez *l.* 1. *sup. vers. quæritur ulterius, tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 308. Cebed. *d. Lusitan. decis.* 113. *n.* 7. *part.* 1. Molin. *de just. tract.* 3. *disput.* 46. *num.* 7. ubi *num.* 9. *&* 10. respondet ad aliqua jura quæ in contrarium faciebant, Sanch. *de matrimon. lib.* 10. *dis.* 6. *n.* 10. ubi ex D. Barbos. *d. l.* 2. *in princip. num.* 115. & Gam. *decis.* 13. *num. unic.* non valere remissionem adulterii pecuniâ factam, vel sub alio pacto lucrum afferente ipsi matito; secus sub alio quovis pacto carente eo lucro, & exemplificat Gam. ut est pactum, ut uxor includatur, exuletque, idem Sanchez *eod. lib.* 10. *disput.* 8. *n.* 22. P. Rebellus. *d. lib.* 16. *de transaction. quæst. ult. num.* 6. *& lib.* 6. *quæst.* 11. *num.* 31.

*Prohibitum non est.* ) Post delictum scilicet com- 12
missum, dolo enim futuro, aut delicto comittendo non potest renuntiare etiam ille, ad quem utilitas negotii pertinet, de quod vide Connan. *commentar. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 4. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 3. Alphan. *collect.* 757. Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 16. Donell. *comment. juris civilis lib.* 16. *cap.* 6. *col.* 6. Gutier. *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 10. *n.* 5. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 21. *cap.* 2. *num.* 12.

*In aliis autem publicis criminibus*, &c. ) Seu privatis; 13
nam si pro illis putà pro furto, vel hujusmodi, imposita sit pœna sanguinis, utique etiam in illis licita erit transactio, ut per Anton. Gom. *d. cap.* 3. *n.* 54. Clar. *d. quæst.* 58. *num.* 6. Decian. *d. lib.* 3. *c.* 34. *n.* 42. Cabed. *d. Lusit. decis.* 113. *n.* 10. *part.* Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 46. *num.* 1. *prope fin.*

*Quæ sanguinis pœnam non ingerunt.* ) Notatur ad 14
hoc, quod super criminibus, pro quibus non ingeritur pœna sanguinis, non potest fieri pax, sive transactio, ne scilicet delicta maneant impunita, ut per Padill. *hic n.* 103. Anton. Gom. *d. cap.* 3. *n.* 54. Clar. *d. quæs.* 58. *num.* 51. ubi *n.* 16. ampliat ut locum habeat etiamsi agatur de criminibus privatis, Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 46. *num.* 13. Decian. *d. lib.* 3. *cap.* 34. *n.* 41. ubi *num.* 42. ut procedat non modò in publicis criminibus, sed etiam in privatis.

15 *Circa falsi accusationem.* ) Notatur ad hoc, quod licèt crimen falsi publicum sit, & utplurimùm non puniatur pœna sanguinis, in eo tamen licita, validáque est transactio, sicut in delictis pro quibus pœna sanguinis imponitur, ut per *d. l. Hispan. 22. tit. 1. part. 7.* ubi Gregor. Lop. *verbo falsedad.* Alciat. *lib. 5. paradox. cap. 9.* Padil. *in præsenti, n. 19.* Clar. *dict. q. 58. n. 18.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 11. n. 69. & in l. si unquam, in princ. n. 7. & de pœnis temper. causa 44. n. 27.* Cujac. *lib. 6. observ. 11.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 3. num. 54.* Morla *d. n. 7. vers. quarta*, Molin. *d. disp. 46. num. 16.* ubi rationem præstat, quia qui de crimine falsi condemnatur, incideret in admodum notabilem infamiam inutilisque hominum convictui remaneret, eaque de causa jura voluerunt permittere transactionem circa hoc crimen, sicut & circa crimina capitalia.

16 In gloss. *Capitali 2.* ibi *Primò dicitur ultimum suplicium.* Notatur ad hoc, quod nomine criminis capitalis intelligitur crimen pro quo imponenda venit pœna mortis naturalis, ut per P. Molin *d. tract. 3. disp. 46 n. 2. in princ.* maximè in criminibus atrocissimis, ex adductis per *me in tract. de appellat. verborum utriusque juris significat. appel' 204.*

In ead. gloss. ibi, *secundò amissio libertatis.* Notatur ad hoc, quod decisio hujus l. non procedit in capitalibus in quibus ingeritur pœna mortis civilis, amissio scilicet civitatis, & libertatis, vel civitatis tantùm, ut per Boër. *decis. 254. num. 4.* Duen. *reg. 393. limit. 5.* Clar. *d. q. 58. n. 10.* Decian. *d. lib. 3. cap. 34. n. 38.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. q. 19. n. 2.* Molin. *dict. tract. 3. disp. 46. sub n. 4. vers. neque in crimine.*

17 In gloss. *Prohibitum 3.* ibi, *sed accusato licet qualitercunque redimere sanguinem suum*, &c. Et non solùm licet delinquenti transigere ut redimat sanguinem suum, sed id etiam licet patri & consanguineis delinquentis, & numeratis per text. & gloss. *in l. lex Cornelia, ff. de injur.* ut per Decian. *d. lib. 3. cap. 34. n. 28.* Fichard. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. n. 49. pag. 307.* Molin. *d. tract. 3. disp. 46. n. 5.* ubi dicit quod in causa sanguinis filis potest pater transigere, eo quòd proprium sanguinem videtur redimere, neque ex tali transactione inducitur probatio delicti filii.

18 In ead. gloss. ibi, *Item nunquid transactio talis præjudicabit aliis, si velint eum interim de eodem crimine accusare.* Notatur ad hoc, quod si pars offensa fecerit remissionem delinquenti, poterit aliquis tertius, cui in tali crimine competit jus accusandi, non obstante tali remissione, ipsum delinquentem de eo crimine accusare, ut per Covar. *lib. 2. var. c. 10. potest n. 5. vers. nonò idem,* Padil. *in præsenti, n. 51.* Anton Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 36. col. 1* Clar. *d. q. 58. n. 4.* Perez. *l. 2. tit. 11. lib. 1. Ordin. pag. 178.* ubi resolvit, quod pax facta cum hæredibus proximioribus defuncti occisi, vel in aliis criminibus, præcludit alios accusare volentes.

In ead. gloss. ibi, *idem statuitur in rebus virginum*, &c. Nota quod super crimine raptus transigere licet, ut per Hieron. Gabr. *cons. 172. n. 43. vol. 1.* Fichard. *tom. 1. commun. opin. 2. tit. 4. n. 48. pag. 307.* Boër. *dec. 91. num. 1. cum seq.* Duen. *reg. 36. limit. 9.* Molin. *d. tract. 3. disp. 45. n. 8.* ubi *n. 9.* tenet, quod in casu in quo pro stupro pœna sanguinis venit imponenda, licita est transactio.

19 In ead. gloss. ibi, *Item contrà in eo quod hìc dicit de adulterio, non posse transigi, in auth. ut licet matri & avi, §. fin. collat. 8.* Vide pro solutione Molin. *dict. tract. 3. disp. 46. n. 9. vers. transigere, & in vers. eidem legi, respondet ad auth. ut nulli judic. §. adulteram.*

20 In gloss. *Publicis* ibi, *quod autem erit in privatis delictis*, &c. Hanc glossæ distinctionem amplectuntur Barr. & Doctores communiter, ut per Gregor. Lop. *d. l. 22. verbo sobre y erro alguno,* Padil. *in præsenti, n. 14.* Anton. Gom. *d. tom. 3. cap. 3. n. 54.* Clar. *d. q. 58. n. 16.* Molin. *d. tract. 3. disp. 46. n. 14.*

## SUMMARIUM.

1 *Transactio bona fide inita prætextu instrumenti reperti non rescinditur.*

2 *Dolus surripientis & occultantis instrumenta, ob quorum amissionem transactio fuit extorta, transactionem vitiat, & n. 3.*

4 *Transactio est stricti juris, & strictè debet intelligi.*

## L. Sub prætextu. XIX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Irenæo.*

TRansactio bona fide inita prætextu instrumenti reperti non rescinditur. Item dolus surripientis & occultantis instrumenta, ob quorum amissionem transactio fuit extorta, vitiat transactionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & Giphan. item ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius. 1 2

Hanc eandem concluf. quoad primam ejus partem ex hoc text. desumunt Barr. *in leg. tres fratres, n. 3. ff. hoc tit.* Hippol. *in rub. de fidejuss. n. 76.* Connan. *comment. lib. 7. cap. 9. num. 13. & lib. 1. cap. 6. col. 3.* Socin. *reg. 36. 1.* Stort. Odd. *de restitut. in integrum, q. 73. à princip.* Boër. *decis. 307. col. 2.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 17. n. 53.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num. 153. vers. juvat, in fin.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. n. 45. pag. 306.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 26. tit. 7. n. 4. & tit. 9. n. 10.* Cevall. *commun. contra commun. tom. 3. q. 838. à princ.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 4. in prælud. n. 10. cum seqq.* ubi *num. 23.* notat omnes interpretes existimasse regulam hujus l. perpetuam non esse, sed pluribus in causis limitari, ut in negotio publico instrumentis postea repertis liceat causam agere, *l. Imperatores, ff. de re judic.* & in pupilli causa poterit etiam retractari sententia, *leg. Rempubl. de jure Reip. lib. 10.* Sed idem Morla verius existimat, rescriptum hujus l. vetare rescindi transactionem; non rescinditur autem in dictis juribus transactio, quæ nulla fuit. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. n. 606. vers. secundum est, in fine.* 3

Notatur ad hoc, quod transactio est stricti juris, & strictè debet intelligi, ut per Card. Mantic *de tacitis & ambig. convention. lib. 26. tit. 6. n. 1.* 4

## SUMMARIUM.

1 *Transactio & res judicata, quoad obsequium & observantiam, fideique implementum, æquiparantur, & num. 2.*

3 *Pacta ut serventur, juris naturæ, & rationis est.*

4 *Actus omnis extrajudicialis potest fieri de nocte.*

5 *Hora noctis secunda, id est, secunda ex duodecim, in qua nox ipsa dividitur.*

## L. Non minorem. XX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Antistia.*

TRansactio, & res judicata quoad obsequium & observantiam, fideique implementum æquiparantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. n. 1. sup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius. 1

Hanc eandem concluf. ex hoc tex. desumunt Connan. *comment. lib. 5. cap. 6. n. 1.* Padil. *in leg. si post, n. 24. in fine, de jurejur.* Menchac. *illustrium controvers. cap. 67. num. 2. in princip.* Hildeman. *p. 1. disp. 7. thesi 42.* Valer. Reginald. *in praxi pœnitent. lib. 25. num. 606.* 2

*vers.*

*verſ. ſecundum eſt, in princ.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 7. *ſub num.* 1. *& tit.* 9. *n.* 48. *in fin. & n.* 14.

3 *Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ* &c. ) Notatur ad hoc, quod juris, & naturæ, ac ſecundùm dictamen rationis eſt ut pacta ſerventur, ut per Mozon. *de treuga & pace q.* 17. *n.* 2. meipſum *in Axiom. juris uſufrequent. axiom.* 173. *n.* 2.

4 *Quod hoc ſecunda hora noctis,* &c. ) Notatur ad hoc, quod omnis actus extrajudicialis poteſt de nocte fieri, ut per Jaſ. *in l. non ſolùm, §. merte, num.* 43. *ff. de novi oper. nunciat.* Felin. *in cap. cum M, num.* 58. *de conſtitut.* Dec. *in cap. conſuluit, in* 3. *col. de offic. deleg.* Rober. *lib.* 1. *ſentent. juris, cap.* 1. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.* 10. *§.* 1. *num.* 1. *&* 2. *fol.* 336. Vezin. *tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 7. *tit.* 14. *de re judic. num.* 202. *pag.* 272. Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloſſ.* 11. *num.* 8. ubi ait quod partes contractum noctu facere poſſunt, & quod contractus nocte factus ex die deſignari poteſt.

5 Advertit Covar. *lib.* 4. *var. cap.* 20. *n.* 14. *in med. verſ. ſic & in l.* quod in hoc text. ſecunda hora noctis intelligitur, quæ eſt ſecunda ex duodecim, in qua nox ipſa dividitur.

---

SUMMARIUM.

1 *Emptio ſimulata tranſactionis causâ facta emptorem non obligat ad ſolvendum pretium.*
2 *Traditio ſimulata non transfert poſſeſſionem.*
3 *Contractus ſimulatus dicitur depictus, ſeu coloratus.*
4 *Simulatè geſta haberi pro infectis.*

L. Cùm ea quæ. XXI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Geminiano.*

1 SImulata emptio tranſactionis cauſâ facta emptorem non obligat ad ſolvendum pretium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 *Iis quæ ſimulatè geruntur, pro infectis habitis* ) Notatur ad hoc, quod ſimulata traditio non transfert poſſeſſionem, ut per Tiraq. *de retractu lig. §.* 1 *gloſſ.* 2. *num.* 15. contractus enim ſimulatus dicitur depictus, ſeu coloratus, quia extrinſecùs aliquis apparet, ſed intrinſecùs non habet ſubſtantiam, Pariſ. *conſ.* 53. *num.* 10. *& ſeqq. & conſ.* 54. *num.* 26. *lib.* 1. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 3.

4 *Pro infectis habitis* ) Si factum fieri infectum non poteſt, non ſolùm à lege, vel homine, ſed nec quidem à Deo, ut in confeſſo eſt apud omnes; quare ergo Imper. *in præſenti* pro infectis haberi voluit ea, quæ ſimulatè geruntur? Optimè reſpondet Tiraq. *de conſtituto, p.* 3. *limit.* 7. *n.* 44. ut ſcilicet non poſſit facere, quia id factum non ſit quantum ad rem ipſam, quod ſemel factum eſt. Poteſt autem facere lex, vel legiſlator, ut pro non facto habeatur quantum ad juris effectum, ſive rei ipſius validitatem.

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio non reſcinditur ex proteſtatione ſuper dolo facta à majori.*
2 *Proteſtatio facta de metu ad metum probandum non ſufficit.*

L. Si major. XXII.

*Iidem.* AA. *&* CC. *Alexandro.*

TRanſactio non reſcinditur ex proteſtatione ſuper dolo facta à majori. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc, quod ſola proteſtatio de metu ad metum probandum non ſufficit, ut per Pariſ. *conſ.* 10. *n.* 36. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 1. 288. 2

---

SUMMARIUM.

1 *Exceptio facti, vel intentionis non poteſt opponi poſt tranſactionem, lite finita.*
2 *Exceptio, Non ſum hæres, oppoſita creditoribus hæreditariis, eſt intentionis.*
3 *Defenſio cui denegatur, eidem actio magis interdicitur, & n.* 4.

L. Nec intentio XXIII.

*Iidem.* AA. *&* CC. *Tantiano.*

EXceptio facti, vel intentionis non poteſt opponi poteſt tranſactionem, lite finita. Item exceptio, Non ſum hæres, oppoſita creditoribus hæreditariis eſt intentionis. Defenſio cui denegatur, eidem actio magis interdicitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 1 2

*Indebiti promiſſi velamento defendi non poſſes,* &c. ) Notatur ad hoc, quod cui defenſio denegatur, eidem actio magis interdicitur; nam defenſio facilior eſt quàm actio, & qui poteſt agere, multò magis poteſt excipere, *cap. qui ad agendum, de regul. juris lib.* 6. ubi in Collect. plures retuli Doctores, *& in Axiom. juris uſufreq. axiom.* 85. *n.* 1. *&* 2. 3 4

---

SUMMARIUM.

1 *Solutio partis debiti ex cauſa tranſactionis inducit liberationem à toto, ſecus in confeſſione partis facta à reo.*
2 *Tranſigens pro certa ſumma, reliquum remiſiſſe videtur.*
3 *Tà Tantùm, non qualificat.*

L. Si quidem ex cauſa XXIV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Victorino.*

SOlutio partis debiti ex cauſa tranſactionis inducit liberationem à toto, ſecus in confeſſione partis facta à reo. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 1

De materia text. Vide Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 7. *n.* 3. ubi ait quod tranſigit pro certa ſumma, reliquum remiſiſſe videtur, quia ea eſt natura tranſactionis, ut amplùs non petatur, Menoch. *de arbitr. caſu* 93. *à n.* 34. ubi dicit quod, quando debitor interrogatus an deberet centum, reſpondit ſe debere quinquaginta tantùm, hac confeſſione creditor uti poteſt ad ſui commodum, ut quinquaginta conſequatur, neque prohibetur ex hoc quin reſiduum petere poſſit, & probare tenetur; nam quamvis text. in præſenti concedat petitionem, nec de probatione verbum faciat, nihilominùs ita intelligi debet: nam dum ibi præſupponitur debitorem illum ante 2 3

litem confeſſum eſſe ſe quinquaginta putà tantùm debere, cùm creditor peteret centum, non dicitur fateri totum ſub qualitate, ſed ſolùm partem: ut ergo creditor reſiduum conſequatur, probare illud debet, quoniam eis ſola aſſertio non ſufficit, & ideo in præſenti recte Salicet. dicit dictionem, *tantùm*, non qualificare, ſuper quo *ibi* Jaſ. hoc non intelligens dubitare ſe ait; qualificaret enim ſi ita facta eſſet confeſſio, *Fateor me olim mutuo centum à Caio ſuſcepiſſe, ex quibus nunc ſolum debeo quinquaginta*: nam confeſſio illa de centum deinde qualificatur ex ſequenti parte confeſſionis, quæ tamen qualificatio contrariam probationem non impedit. Hactenus Menochius. Maſcardus item *de prob. concl.* 980. aliàs 983. *& num.* 18. *uſque ad fin.* hoc idem ferè tenet dum reſolvit liberationem debitoris à reliquo non probari ex eo, quod debitor partem debit. ſolvens creditori dixerit, Accipe centum quæ tibi debeo, cum debitum majoris ſummæ eſſet, etiamſi debitor ſolvens commodo uſus fuiſſet dictione taxativa *tantùm*, vel ſimili, & etiamſi creditor majoris ſummæ minorem petierit; nam eo caſu non præſumitur liberatio à reliquo. Menochium in reſolutione ſuprà propoſita refert, & ſequitur Cald. Pereira *de emp. & vendit. c.* 19. *num.* 37. & 38.

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio non reſcin litur ob defectum cauſæ non expreſſæ, & num.* 2.
3 *Voluntas in mente retenta pro nihilo reputatur.*
4 *Voluntas captatoria quæ ſit.*

L. Si majores. XXV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Marcellæ, & Quirillæ.*

1 TRanſactio non reſcinditur ob defectum cauſæ non expreſſæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Bartol. *in l. cùm quid, n.* 9. *in fine, ff. ſi certum petatur*, Connan. *commentar. lib.* 5. *c.* 6. *in fine*, Tiraquel. *in tract. Ceſſante cauſa, limit.* 21. *n.* 1. *&* 2.

3 Vulgò notari ſolet ad hoc, quod voluntas in mente retenta nihil operatur, pro nihilóque reputatur. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n.* 24. *de revoc. donat.* ubi hunc text. citat. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo propoſitum*, Rot. *dec.* 354. *n.* 6. apud Farinac. *part.* 1. *recentior.*

4 *Ejus hæreditatis captandæ cauſâ*, &c.) Notatur ad hoc, quod captatoria voluntas illa dicitur, quæ fit ſub ſpe reciprocæ voluntatis; captare enim eſt aucupari hæreditatem alterius donis, illecebris, aut ſpe majorum, ut per Covar. *in cap. cùm tibi, n.* 1. *de teſtament.*

L. Tranſactione matris. XXVI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Dionyſiadæ.*

1 MAter tranſigendo filiis ſervitutis jugum imponere nequit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, & Martinus Delrius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Connan. *comment. lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 1. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignor. inſpect.* 53. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 4. *n.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Æger corpore, ſanus autem mente, licitè tranſigit, & num.* 2.
3 *Sanitas mentis quomodò probari poſſit.*

L. Sanum mente. XXVII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Catoni.*

ÆGer corpore, ſanus autem mente licitè tranſigit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc. tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 1

Per hunc text. reſolvit Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib.* 3. *quæſt.* 10. *n.* 3. infirmum poſſe tranſigere. 2

Quomodò probetur ſanitas mentis, vide Boër. *deciſ.* 23. *n.* 62. *cum ſeqq.* & per me citatos *in votis deciſivis Canonicis, voto* 11. *n.* 7. *cum ſeqq.* 3

SUMMARIUM.

1 *Tranſactionibus legitimè factis ſtandum eſt.*
2 *Tranſactio cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura facta in judicio, item apud acta, vel extra, producit exceptionem, actionem verò numquam, ſi fuit facta per nudum pactum, & num.* 3.
4 *Poſſeſſor penes quem virtute tranſactionis res dimittitur, retinet eam ut propriam, non ut rem actoris, nec dicitur ab eo cauſam habere.*
5 *Tranſactio eſt ex iis contractibus, in quibus ultrò citroque naſcitur obligatio, & in quibus contrahentes mutuò alter alteri aliquid dare, vel facere obligantur.*
6 *Tranſactio nuda non interpoſita ſtipulatione, regulariter actionem non parit.*
7 *Rem, vel fundum petens à poſſeſſore, facta inter eos tranſactione, ut aliquo dato actor dimittat rem penes reum conventum, & diſcedat à lite, non transfertur dominium, ſi actor erat dominus, ſed tantùm paratur reo exceptio.*

L. Sive apud acta. XXVIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Saparitæ.*

TRanſactionibus legitimè factis ſtandum eſt. Tranſactio cum ſcriptura, vel ſine ſcriptura facta in judicio, item apud acta, vel extra, producit exceptionem, actionem verò numquam, ſi fuit facta per nudum pactum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 2. *p.* 65. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius, & Petrus de Bellapertica. 1 2

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Bart. *in l.* 1. *§.* 1. *n.* 1. *ff. de pactis*, Aquilin. *ad rubr. ff. de verbor. oblig. n.* 239. *& ſeq.* Matheſil. *ſing.* 106. *num.* 9. Corraſ. *lib.* 1. *miſcel. c.* 23. *in princ.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 101. *n.* 1. *cum ſeqq.* Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 556. *n.* 9. *prope fin.* 3

*Nec hujus rei cauſa ſtipulationem*, &c. Notatur ad hoc, quod poſſeſſor, penes quem virtute tranſactionis res dimittitur, retinet eam ut propriam, non ut rem actoris, nec dicitur ab eo cauſam habere, ut per Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 38. *poſt med.* 4

Notatur etiam hic text. ad hoc, quod tranſactio eſt ex iis contractibus, in quibus ultro, citroque naſcitur obligatio, & in quibus contrahentes mutuo alter alteri aliquid dare, vel facere obligantur, ut per Caccialup. *in tract. de tranſaction. q.* 5 *in princip.* Hieronym. 5

Gabr

Gabr. *conſ.* 154. *n.* 12. *tom.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1387. aliàs 1393. *n.* 1. ubi *n.* 2. cum Bart. *in præſenti*, reſolvit non ante agi poſſe ab aliquo contrahentium, quàm ipſe ex parte ſua ad unguem adimpleverit, & ſe adimpleviſſe liquidiſſimè probaverit.

6 *Quamvis ex pacto non potuit naſci obligatio.* ) Notatur ad hoc, quod nuda tranſactio non interpoſita ſtipulatione regulariter non parit actionem; ſed ſi adverſarius non impleat promiſſionem, actor qui tranſegit, poteſt redire ad veterem actionem, ut per Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 7. *n.* 15. *in fine.* Nam actio de jure communi non oritur ex pacto nudo, ut per Guid. Pap. *ſing.* 343. Aviles *ad cap.* 10. *Prætor. gloſſ. executioni*, *num.* 20. Joan. Garc. *reg.* 16. ubi advertit de jure Regio Hiſpano *ex l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *novæ Recop.* hodie non procedere; nam quomodocunque videatur quis ſe velle obligare, remanet obligatus.

7 *Tamen rerum vindicatione pendente*, &c. ) Notatur ad hoc, quod ſi quis petit à poſſeſſore rem, vel fundum, & fiat inter eos tranſactio, ut aliquo dato actor dimittat rem penes reum conventum, & diſcedat à lite, tunc non transfertur dominium ſi actor erat dominus, ſed tantum paratur reo exceptio, ſi ampliùs ille fundus, vel res petatur ab actore, vel ſucceſſoribus ejus, ut per Anton. Gom. .. 45. *Tauri*, *n.* 71. *verſ. ſed attende.* Morl. *in emporio juris*, *tom.* 1. *tit.* 4. *q.* 1. *n.* 1. ubi *n.* 9. rationem præſtat, quia retinens eandem rem, tranſactionem non adimplevit, quo caſu non cenſetur dominium in eum tranſlatum, quantumvis tranſlatum eſſet à principio. Et Xuar. *alleg.* 19. *n.* 14. vocat textum iſtum fortem ad probandum, quod ſi actori tranſigenti competebat rei vendicatio, ſi reus veniat contra tranſactionem, actor poteſt redire ad primævam actionem, ſcilicet rei vendicationem.

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactionem generaliter finitam ſpecies repertæ non reſcindunt.*
2 *Tranſactio generalis perit generali exceptione in eo quod tunc poterat ſub tranſactione includi.*
3 *Error ſi potius ab alio, quàm tranſgredientibus cauſatur, non reſcindit tranſactionem.*
4 *Tranſactio generalis non reſcinditur propter ſpecies de novo repertas, non tamen extenditur ad ea, quæ tunc non poterant ſub generali tranſactione comprehendi.*
5 *In tranſactione generali veniunt omnia, etiam quæ non fuerunt cogitata: limita ut n.* 6. 7. 8. *&* 9.
10 *Actione reali in judicium deducta, tranſactio ad realem etiam actionem pertinet.*

L. Sub prætextu, ij XXIX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Martiæ.*

1 TRanſactionem generaliter finitam ſpecies repertæ non reſcindunt. Item generalis tranſactio perit generali exceptione in eo, quod tunc poterat ſub tran-
2 ſactione includi. Error ſi potius ab alio quàm tranſigentibus cauſatur, non reſcindit tranſactionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

4 *Specierum poſt repertarum*, &c. ) Notatur ad hoc, quod generalis tranſactio non reſcinditur propter ſpecies de novo repertas; non tamen extenditur ad ea, quæ tunc non poterant ſub generali tranſactione comprehendi, ut per Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 21. *pag.* 305. Hippol. *in l. parte*, *n.* 67. *ff. de quæſt.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 6. *n.* 7. *& tit.* 7. *n.* 5.

Notatur etiam ad hoc, quod in generali tranſactione veniunt omnia, etiam quæ non fuerunt cogitata, 5
ut per Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 14. *num.* 20. *col.* 3. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 5. *pag.* 304. Surd. *deciſ.* 185. *num.* 1. Valaſc. *conſult.* 39. *num.* 6. ubi per hunc text. tenet quod quando petitio eſt generalis & tranſactio ſeu quietatio eſt etiam generalis, præjudicat in omnibus, etiamſi aliqua ſint ignorata, & incognita; præſumitur enim qui generaliter loquitur, omnium quæ ſub generali ſermone poſſunt rectè comprehendi, meminiſſe, & tranſactio generalis inter eaſdem perſonas, & in eadem cauſa omnes ſpecies complectitur, & *n.* 7. limitat primò ut procedat de ignora- 6
tis & cogitatis in ſpecie, ſed tamen in genere ſaltem fuit de eis cogitatum, & *n.* 11. limitat ſecundò quando 7
licèt petitio fuerit generalis, & tranſactio generalis, fuit proſequutio ſpecialis, quoniam eo caſu generalis tranſactio reſtringitur ad proſequuta tantùm, & 8
*num.* 12. limitat tertiò, quòd etiam nimis generalis tranſactio non nocet quoad doloſè occultata per 9
fraudem alterius partis, & *n.* 13. limitat quartò præterquam in iis quæ dependent ex teſtamento, & *n.* 14. formam præſtat, qua poterit quis facere tranſactionem, ſeu quietationem talem, per quam omnia ſopiantur, ut ſit pleniſſima. Valaſcum refert & ſequitur Molin. *de juſtit. tract.* 1. *diſp.* 558. *n.* 4. *verſ. tertia concluſio.*

In gloſſ. *Poteſt*, *ult.* &c. ) Notatur ad hoc, quod 10
quando actio realis in judicium eſt deducta; tunc tranſactio ad realem etiam actionem pertinet, ut per Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 1. *verſ. tertiò*, *in fine*, Card. Mantic. *d. lib.* 16. *tit.* 6. *n.* 10. ubi aſſerunt hanc gloſſam eſſe communiter receptam.

---

SUMMARIUM.

1 *Ad tranſactionem reſcindendam proprium dolum allegans repellitur, dum crimen fateri videtur.*
2 *Dolum ad ſui commodum nemo regulariter allegare poteſt.*
3 *Turpitudinem, vel dolum ſuum allegans non auditur.*
4 *Nullitas non poteſt opponi niſi ab illo, in cujus favorem fuit introducta.*

L. Tranſactione finita. XXX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Antonino.*

AD reſcindendam tranſactionem proprium dolum allegans repellitur dum crimen fateri videtur. Item dolum ad ſui commodum nemo regulari- 1
ter allegare poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. 2

Vulgò allegari ſolet hic text. ad hoc, quod turpitudinem, vel dolum ſuum allegans non auditur, ut per 3
Bernard. *reg.* 24. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 18. *n.* 14. *&* 15. *& in tract. Ceſſante cauſa*, *limit.* 2. Paul. Fuſc. *lit. A*, *ſing.* 52. Cardoſ. *in praxi Judicum*, *& Advocat. verbo Allegatio*, *n.* 5. Surd. *deciſ.* 196. *num.* 6. *& deciſ.* 309. *num.* 16. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 8. *lit. T*, *concl.* 404. *per tot.* plures refero ego ipſe *de Axiomatib. juris uſufrequent. axiom.* 221. *per tot.* ubi multipliciter ampliat & limitat.

Notatur etiam ad hoc hic text. quod nullitas non 4
poteſt opponi niſi ab illo in cujus favorem introducta, de quo tamen vide Jaſ. *in* §. *actionum*, *num.* 41. *Inſt. de actionib.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.* 4. §. 1. *n.* 26. *fol. mihi* 129. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 42. *& poſt leges connub. gloſſ.* 6. *num.* 89. Menoch. *conſ.* 20. *num.* 55. *lib.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Verba generalia transactionum restringuntur ad causam super qua litigabatur, & n. 5.*
2 *Clausula generalis refertur ad specificata.*
3 *Transactio quantumvis generalis, facta per verba generalia, restringitur ad rem super qua litigabatur.*
4 *Renunciatio quantumvis generalis, non trahitur ad incogitata.*

## L. Si de certa re. XXXI.

*Iidem* AA. & CC. *Proculo.*

1 GEneralia verba transactionum restringuntur ad
2 causam super qua litigabatur. Item clausula generalis refertur ad specificata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. n. 1. sub. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius.

3 De materia hujus text. vide Bellacomb. *tom. 1. communium opin. lib. 2. tit. 4. n. 4. pag.* 304. ubi tenet quod transactio quantumvis generalis, facta per verba generalia restringitur ad rem super qua litigabatur, nisi id esset accessorium illius rei, quæ petebatur, vel esset connexa cum re super qua facta fuit transactio: idem dicit Donat. à Fina *ibidem n.* 43. Afflict. *decis.* 285. *num.* 4. ubi ait allegato hoc text. quod verba generalia posita in contractu post verba specialia videntur restringi ad specificata, & *num.* 15. hanc l. procedere ait solùm in transactione facta per verba generalia, qua restringitur ad rem, vel causam specificatam, per quam deventum est ad transactionem, Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 6. *num.* 12. ubi dicit quod quando petitio est specialis, & transactio generalis quoad verba, tunc illa debet restringi ad speciem petitam, & intelligit procedere ubi transactio generalis salva ratione recti sermonis ad petitionem restringi potest. Menoch. *cons.* 335. *num.* 12. ad
4 hoc, quod renunciatio quantumvis generalis non trahitur ad incogitata. Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib.* 11. *q.* 11. *n.* 7. & 43. ubi citato hoc text. dicit quod verba generalia posita restringuntur ad causam pro qua constitutio emanavit. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 606. *vers. quartum est,* ubi per hunc text. tenet transactionem ad alias res, vel personas non extendi, quàm illas, de quibus nominatim in ea actum est.

5 Unde ex hoc text. vulgò colligitur generalitatem, sive generalia verba, aut dispositionem quamcunque generalem, restringi ad rem, & casum specificatum super quo agebatur, & ad causam præcedentem, quam concluf. multis exornant Anton. Gabr. *commun. lib.* 6. *de regulis juris concl.* 4. Marc. Ant. Eugen. *tom. 1. cons.* 13. ubi quod habet locum prædicta conclusio hujus l. in compromissis, computis, pactis, renunciationibus, refutatione, transactione, rebus, & personis, prout ibi latiùs comprobat ex *n.* 21. *usque ad num.* 30. idque maximè quando generalitati adjicerentur aliqua verba, quæ restrictionem suâ naturâ denotarent, tunc namque dispositionem restringerent ad casum specialem, & in individuo expressum, vel ad rem, aut causam, seu personam super qua interponebantur. Menoch. *consil.* 496. *ex num.* 54. Surd. *cons.* 246. & 431. & *decis.* 228. *per tot.* & præcipuè *à num.* 6. & *decis.* 185. Honded. *cons.* 49. *per tot. lib.* 1. Anton. Fab. *in Cod. sub hoc tit. diffinit.* 5. 6. & 12. Card. Tusch. *pract. concluf. tom.* 8. *lit. T, concl.* 356. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 3. *sub hoc tit. de transact. resolut.* 2. *per tot.* ubi quod procedit in sententia, & in computationibus, seu calculationibus generalibus factis inter mercatores, & renunciationibus, & in donatione: & *n.* 10. declarat ut procedat quando salva ratione recti sermonis verba generalia possunt restringi, secus verò est si restringi non possint nisi offensa ratione recti sermonis, latè Castill. *controvers. lib.* 4. *cap.* 41. *ex num.* 71. & latiùs *cap.* 42. *à princip.*

SUMMARIUM.

1 *Transactio illicita est facta super sententia quæ transiit in rem judicatam, ob interpositionem Aquilianæ stipulationis.*
2 *Transactio facta post sententiam, quæ transivit in rem judicatam, nullius est momenti.*
3 *Transactio facta circa rem, circa quam latam est sententia, quæ in rem judicatam transivit, si juramento confirmetur in eventu, in quo juxta hactenus explicata secluso juramento esset invalida, vires ex juramento sumit, & valet. Limita ut n.* 4.
5 *Transactio valida est etiam post rem judicatam, si interceſſit appellatio, vel appellari potuit, & similiter si sententia lata dicatur esse nulla ex defectu jurisdictionis, citationis, mandati, vel alias: limita ut n.* 6.
7 *Transactio etiam in criminibus fieri nequit post sententiam, quæ transivit in rem judicatam.*
8 *Juramentum adjectum transactioni de non contraveniendo, facit valere transactionem omni meliori modo quo potest.*
9 *Transactio facta post sententiam transit in rem judicatam: valet adjecta clausula,* non obstante re judicata.
10 *Appellatio suspendit pronuntiatum.*
11 *Restitutio principaliter intentata habet effectum suspensivum, quemamodum appellatio.*

## L. Si causa cognita. XXXII.

*Iidem* AA. & CC. *Cyrillo.*

SUper sententia, quæ in rem judicatam transiit, ob 1
interpositionem Aquilianæ stipulationis, illicita est transactio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius.

Vulgò colligitur ex hoc text. quod transactio fa- 2
cta post sententiam quæ transivit in rem judicatam, nullius est momenti, ut per Jas. *in* §. *actionum, n.* 102. *in fine, & n.* 143. *Instit. de actionib. & in l.* 1. §. *si quis ita, num.* 31. *ff. de verborum obligat.* Felin. *in cap. inter monasterium, n.* 31. *ff. de re judic.* Sylvan. *cons.* 71. *n.* 1. Molin. *de justit. tract.* 2. *disp.* 556. *n.* 2. ubi bene, & *n.* 3. post 3
Padil. & Gutier. resolvit transactionem factam circa rem, citca quam lata est sententia, quæ in rem judicatam transivit, si juramento confirmetur in eventu, in quo juxta hactenus explicata secluso juramento esset invalida, vires ex juramento assumere, validámque in conscientia, & in exteriori foro reddi. Connan. *commentar. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 1. *col.* 4. Roman. *cons.* 504. *incip. in casu,* latè Caroc. *de remed. contra præjudiciales sententias, vel damnosas executiones, except.* 81. *ex n.* 1. ubi *n.* 2. limitat, si in transactione apponatur clausula, *non obstante sententia;* vel si transactio sit facta super re consignata, vigore sententiæ; vel si facta sit super primæva actione, Surd. *decis.* 185. *n.* 14. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 1. *n.* 21. ubi sub- 4
dit quod si appellatio interceſſerit, vel appellari potuerit, transactio valebit etiam post rem judicatam, & similiter si sententia lata dicatur esse nulla ex defectu jurisdictionis, citationis, mandati, vel aliàs, Donat. à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 22. *pag.* 305. Gutier.

*de*

6 *de juram.confirmat.p.3.cap.4.ex n.1.* ubi *n.2.* limitat ſupradictam text. concluſionem quando negatur judicatum eſſe, vel ignorari poteſt an judicatum, & *n.3.* tenet tranſactionem etiam in criminalibus fieri non poſſe poſt ſententiam, quæ tranſivit in rem judicatam, & *n.6.* reſolvit juramentum in propoſito adjectum dictæ tranſactioni de non contraveniendo, operari ut faciat valere tranſactionem omni meliori modo, quo poteſt, & *n.8.* dicit quod tranſactio facta poſt ſententiam tranſitam in rem judicatam valet adjecta clauſula *non obſtante re judicata.*

10 *Appellationis, vel in integrum reſtitutionis ſolemnitate ſuſpenſa.*) Notatur ad hoc, quod appellatio ſuſpendit pronuntiatum, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Per quod, n.35. de in integrum reſtit. minor.*

11 Notatur etiam ad hoc, quod reſtitutio principaliter & per viam actionis intentata, ſive contra ſententiam, ſive ad appellandum, ſive contra lapſum fatalium, antequam petatur ſententiæ executio, habet effectum ſuſpenſivum, quemadmodum appellatio, ut per Flores de Mena *variarum lib.1.q.5.n.51.*

*Fruſtrà tranſigi.*) Id eſt, tranſactionem ipſo jure non valere. Vide Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n.* 107. Surd. *dec.*185. Rebell. *de oblig.juſtit. p.1. lib.1.q.6.n.37.*

---

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio non reſcinditur prætextu evictionis, ſed agitur præſcriptis verbis ad id, quod dare, non retinere quis debet, & n.2. procedit etiam in arbitramento, n.3.*

4 *Tranſactionis titulus ad præſcribendum ſufficit, quando ex eo, vel cauſa traditur poſſeſſio.*

5 *Tranſactionis titulo transfertur dominium in eum, cui res eſt tradita.*

6 *Alienans per viam tranſactionis, non cenſetur alienaſſe, cum retinuerit dominium.*

7 *Tranſactione transfertur dominium rei quando continet dari, etſi ſecus quando datur ſola facultas retinendi.*

## L. Si pro fundo. XXXIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Euchruſio.*

1 RAtione & prætextu evictionis non reſcinditur tranſactio, ſed agitur præſcriptis verbis ad id, quod dare, non retinere quis debet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſuprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Cremenſ. *ſing.* 150. Gozadin. *conſ.* 94. *n.* 40. Cæpol. *conſ.* 133. *n.*81. *part.*1. Connan. *comment.lib.*5. *c.*6. *num.* 10. *in fine*, Tiraquell. *de retractu lign.* §.1. *gloſſ.*14. *n.* 67. Menoch. *conſ.* 123. *n.* 40. ubi *n.* 41. ſubdit hunc textum procedere etiam in arbitramento, poſteaquam

3 arbitramentum eſt tranſactio quædam, Morl. *in emporio juris, part.*1. *tit.*4. *q.*1. *n.*8. ubi rationem præſtat, Ant. Gom. *ad l. Tauri, n.* 73. *in princ.* ubi ex hoc textu infert quod ſi ab illo penes quem res dimittitur ex cauſa tranſactionis, res ſit evicta à tertio vero domino, quod actor, qui rem dimiſit aliquo recepto, non tenetur de evictione, ſecus tamen eſt ſi res daretur, vel traderetur ab uno alteri etiam in cauſa tranſactionis, quia tradens teneretur de evictione; & rationem aſſignat, quia ita demùm quis tenetur de evictione quando conceſſit titulum habilem ad tranſlationem dominii, aliàs verò non: idem Anton. Gomez *var. tom.* 2. *c.* 2. *num.* 38. *propè fin.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib.* 26. *tit.* 7. *num.* 22. *&* 25. ubi rationem aſſignat, quia contractus intelligitur celebratus ſuper lite, non ſuper re. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.*31. *num.* 104.

Notatur ad hoc, quod titulus tranſactionis ſufficit 4
ad præſcribendum, quando ex eo, vel cauſa poſſeſſio traditur, ut per Bald. *de præſcrip.*3. *part. princ. q.* 5. qui hunc textum ad hanc rem ſingularem dicit, Alexand. Corn. & Bart. quos refert & ſequitur Menchac. *illuſtrium controv. c.* 67. *n.* 2. qui omnes per hunc textum communiter tenent contrarium eo caſu, quo ex cauſa tranſactionis poſſeſſio ejus rei, de cujus præſcriptione agitur, non eſſet tradita, ſed tantùm retenta.

Notatur etiam ad hoc, quod ex titulo tranſactionis 5
transfertur dominium in eum, cui res eſt tradita, ut per
Roder. Xuar. *alleg.*19. *n.* 21. *in fine.* Alienans per viam 6
tranſactionis non cenſetur alienaſſe, cùm dominium retinuerit, ut citato hoc text. tenet Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.*17. *n.* 49 Menoch. *conſ.* 381. *n.* 2. ubi 7
etiam per hunc textum dicit, tranſactione transferri dominium rei quando continet dari, etſi ſecus quando datur ſola facultas retinendi.

---

SUMMARIUM.

1 *Scienti non infertur dolus.*

2 *Pollicitatio inſtitutionis atque ſucceſſionis non obligat pollicentem, & n.3.*

4 *Liberatio facta ex cauſa tranſactionis, ſub ſpe futuræ ſucceſſionis, non poteſt reſcindi, licèt illa ſpes deficiat.*

5 *Scienti & volenti non committitur dolus, nec injuria: limita ut n.6.*

7 *Volenti non fit injuria, remiſſivè.*

8 *Conditio impoſſibilis vitiat etiam liberationem.*

9 *Conditio impoſſibilis etſi vitiare contractus ſoleat, modus tamen impoſſibilis non vitiat, ſed ab ipſis contractibus rejiciendum erit: declara ut n.10.*

## L. Cùm donationis. XXXIV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Cyrillo Ptolemaidi.*

SCienti non infertur dolus, & pollicitatio inſtitu- 1
tionis atque ſucceſſionis non obligat pollicentem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſuprà* 2
*hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
Benedict. Pinel. *ſelect.juris interp.lib.*1. *c.* 10. *n* 9. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent.lib.*13. *tit.*43. *n.* 7. ubi dicit quod hanc legem Bald. in ſumma ita perſtringit, quod licèt pollicitatio de inſtituendo hærede non impleatur ab eo, cui tranſigitur, vel donatur tranſactio tamen, vel donatio non reſcinditur, & *n.*16. cum Paul. de Caſtro per hunc textum vult, quod liberatio 4
facta ex cauſa tranſactionis ſub ſpe futuræ ſucceſſionis non poteſt reſcindi, licèt illa ſpes deficiat.

*Nec unquam volentibus dolus inferatur.*) Notatur 5
ad hoc, quod ſcienti & volenti non committitur dolus, neque injuria, ut per Connan. *comment. lib.*5. *c.*6. *n.* 34. Roder. Xuar. *in l. quoniam, ampliat.* 10. *num.* 46. Tiraquel. *de retract. lign.* §.12. *gloſſ.*1. *num.* 8. *& de jure mariti gloſſ.* 8. *n.* 143. plures refert Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Volenti*, Surd. *deciſ.* 194. *num.* 1. Sim. de Prætis *conſil.* 15. *n.*9. *&* 10. Card. Tuſch. *pract. concl. tom.* 2. *lit. D, concl.* 589. *n.* 1. ubi *num.*2. limitat quando calliditate fuit ſciens ſeductus, & ſollicitatus, meipſum *de axiomat. juris uſufreq. verbo Dolus, axiom.* 76. *n.*9.

Et ad aliud axioma quod probatur in hoc text. quod 6
volenti non fit injuria, vide Xuar. *in l. quoniam, ampliat.*10. *n.* 31. *col.* 2. *pag.*420. cum aliis citatis per me *axiom.* 126. *n.* 1. *&* 2.

8 In gloss. *Astringitur, fin.* Notatur ad hoc, quod conditio impossibilis vitiat etiam liberationem, ut per Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 12. n. 67. vers. item adde*, ubi dicit hanc glossam singularem, & unicam, & ab omnibus Doctoribus summè commendatam.

9 Notatur etiam ad hoc, quod licèt conditio impossibilis contractus vitiare soleat, modus autem impossibilis contractus non vitiat, sed ab ipsis contractibus rejiciendus erit, per Anton. de Padilla *hìc n.* 8. Covar. *in cap. cum tibi, n. 13. de testam.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 12. n. 42.* ubi asserit hoc ab omnibus communiter
10 receptum esse Sarmient. *select. lib. 2. cap. 3. n. 7.* ubi declarat quod hæc gloss. non simpliciter vult quod modus impossibilis à contractu rejiciatur, sed tantùm ad effectum, ut si agatur, possit non obstante defectu modi impossibilis repelli actor exceptione: & ita potiùs vult gloss. quod modus impossibilis impediat actionem oriri ex contractu, non tamen ita reddat inutilem, ut ex eo exceptio oriri non possit.

SUMMARIUM.

1 *Transactione si lis est finita præsentibus, & intervenientibus amicis, metus ac dolus abfuisse præsumitur.*

2 *Contractus quando fit in præsentia propinquorum, seu amicorum, cessat omnis præsumptio fraudis, & metus: ampliat ut n. 3. & 4.*

5 *Dolum passus in contractu, si velit, cogit adversarium ut ei stet.*

## L. Transactionem. XXXV.

### *Iidem* AA. & CC. *Hammon.*

1 TRansactione si lis finita est præsentibus, & intervenientibus amicis, metus, ac dolus abfuisse præsumitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius.

2 Vulgò colligitur ex hoc text. quod contractus quando fit in præsentia propinquorum, seu amicorum, cessat omnis præsumptio fraudis, & metus, ut per Jas. *in §. quadrupl. n. 63. Instit. de action.* Hippol. *sing.* 314. & 317. Petrasancta *sing.* 57. Boër. *dec.* 100. *n.* 7. Corras. *lib. 6. miscell. cap.* 14. *n.* 2. Palat. *in repetit. rub. de donat. inter virum & uxorem, §.* 68. *n.* 3. Grammat. *dec.* 66. *n.* 9. Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt.* 21. Corr. *in memorab. verbo Contractus mulier.* Alphan. *collect.* 217. Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. num.* 34. Alexand. Trentacinq. *variarum resolutionum lib. 1. sub tit. de his quæ vi resol. 1. n. 20.* Simoncel. *de decreto, lib. 1. tit. 1. n.* 59. *vers. item operatur*, Sanchez *de matrimonio lib. 4. disp. 12. n.* 21. Farinac. *frag. crimin. p. 2. lit. M, n.* 151. Rebuff. *in auth. habita, ne filius pro patre, pag.* 578. Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 2. n. 2 in fine, & cap. 14. n.* 27. *in fine*, Tiraq. *de jure mariti, gloss. 5. n.* 37. Menoch. *consil. 1. num.* 290. & latè *de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 128. *per tot.* ubi *n. 6.* extendit ut locum habeat
3 non solùm quando intervenit præsentia propinquorum, sed etiam quando intervenit solus judex, & *n. 7.* ampliat non solùm in contractibus, sed etiam in ultrimis dispositionibus, & *n. 10.* limitat, ut locum non habeat hæc præsumptio quando adest enormis læsio. Sanchez *de matrimonio lib. 4. disp. 12. num. 21. vers. secundò*, Mascard. *de probationib. concl. 1055. num.* 23. latiùs *concl.* 437. *per tot.* ubi *num.* 4. limitat non procedere si absit præsentia plurium consanguineorum, vel saltem ad minimun duorum: hanc limitationem probat Tiraquell. *in l. si unquam verbo Susceperit liberos, n.* 238. cùm text. dicat in plurali, *amicis intervenientibus.*

*Rescindi postulantis*, &c.) Ergo dolum qui passus est 5
in contractu, si velit, cogit adversarium ut ei stet, ut per Tiraq. *in tract. le mort, p. 7. declar. 1. n. 8.*

SUMMARIUM.

1 *Oblatio post terminum in transactione locum habet.*

2 *In transactione reus purgare potest moram usque ad sententiam.*

3 *Moræ purgatio etiam in transactione admittitur.*

## L. Si major annis. XXXVI.

### *Iidem* AA. & CC. *Achillæ.*

OBlatio post terminum in transactione locum habet. Item in transactione reus purgare potest 1 2
moram usque ad sententiam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius. Vide Donat. à Fina, *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. n. 35. pag.* 306. ubi ait per hunc text. quod moræ purgatio etiam in 3
transactione admittitur.

## L. Promissis. XXXVII.

### *Iidem* AA. & CC. *Basilissæ.*

POena in stipulatum deducta ob non servatam 1
transactionem, non impleta transactione, exigenda est. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. dusumunt 2
*l. fin. tit. 11. part. 5. ubi gloss. fin.* Fulgos. *consil. 160. col. 3.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 19. n. 28.* Rebel. *de oblig. justitiæ, p. 2. tit. 16. de transactionibus, q. 2. n. 3.*

SUMMARIUM.

1 *Transactio continet facultatem dandi, retinendi, promittendique, si valida sit, & n. 2.*

3 *Transactio facta etiam pro modico super lite magni momenti valet, dummodò ex causa sit facta.*

## L. Transactio. XXXVIII.

### *Iidem* AA. & CC. *Theodotioni.*

TRansactio continet facultatem dandi, retinendi, 1
promittendique, si valida sit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit 2
Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 26. tit. 1. n. 23.* ubi quod si in instrumento dictum non sit aliquid fuisse datum, vel retentum, vel promissum, non præsumitur, & ideo transactio corruit, & *num. 24.* tenet
5 quod transactio facta etiam pro modico, super lite magni momenti valet, dummodò ex causa sit facta.

## L. Quamvis. XXXIX.

### *Iidem* AA. & CC. *Martianæ.*

IN contractu transactionis non est locus pœnitentiæ. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Franciscus Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Corras. *lib. 1. miscel. cap. 23. n. 4.* Alciat. *lib. 5. paradox. cap. 6. col. 2.* Connan. *comment. juris civilis lib. 5. cap. 6.*

*n.* 11. Joan. Oroſ. *in l. ſi cùm fundum, ff. de pactis, n.* 15. & 16. Duen. *reg.* 111. Joan. Garc. *reg.* 102. *n.* 8. *verſ. de* 18. *limitatur*, Rebell. *de oblig. juſt. part.* 2. *lib.* 16. *de tranſact. q.* 2. *n.* 1.

SUMMARIUM.

1 *Tranſactionibus ſi ſtipulatione, & acceptilatione firmata, actor conveniens repellitur, & data repetuntur, pœna etiam in ſtipulatum deducta exigitur, & n.* 2.
3 *Tranſactio Aquiliana ſtipulatione vallata, pœnáque appoſita contravenienti, quam incurrat toties quoties contravenerit, rato ſemper manente pacto, & inſuper juramento confirmata, habet pleniſſimum robur.*
4 *Reo ex cauſa tranſactionis ipſo jure liberato, poterit pœna peti, & actor repelli exceptione tranſactionis.*
5 *Actor ubi ſine actione experitur, poteſt judex ex officio eum repellere, etiam parte non petente.*

L. Ubi pactum XL.

*Imppp.* Grat. Valent. & Theod. AAA. *Eutropio P.P.*

1 SI ſtipulatione, & acceptilatione tranſactio eſt firmata, actor conveniens repellitur, & data repetuntur: pœna etiam in ſtipulatum deducta exigitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc legem, tom.* 1. *pag.* 69. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius.
2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Connan. *commentar. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Molin. *de juſtit.*
3 *tract.* 2. *diſp.* 556. *n.* 13. ubi etiam poſt Oroſ. & Gutier. ſubdit, quod ſi tranſactio Aquiliana ſtipulatione valletur, pœnáque apponatur contravenienti, quam incurrat toties quoties contravenerit, rato ſemper manente pacto, & inſuper juramento confirmetur, habet pleniſſimum robur, ita ut majus illi apponi non poſſit.
4 Notatur ad hoc, quod quando ex cauſa tranſactionis reus eſt ipſo jure liberatus, tunc poterit pœna peti, & actor repelli exceptione tranſactionis, ut per Tirequel. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, num.* 424. *de revoc. donat.*
5 In gloſſ. *Pœna*, ibi, *tertia, quia cùm judex*, &c.) Notatur ad hoc, quod ubi actor ſine actione experitur, judex poteſt ex officio eum repellere, etiam parte non potente, ut per Jaſ. *in præſenti, n.* 11. Hippol. *in l.* 1. §. *fin. n.* 71. *ff. de quæſtionibus*, Marant. *de ordine jud. part.* 4. *diſtinct.* 20. *n.* 15. & *part.* 6. *membr.* 9. *de except. n.* 7. Roderic. Xuar. *in l. ſi poſt rem judicatam, ſuper l. Regni, limit.* 7. *n.* 1. *pag. mihi* 640. Boër. *dec.* 344. *n.* 8. Anton. Gomez *variarum tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 24. latè Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 16. *à princ.* ubi *n.* 4. tenet judicem non repellentem agentem, ſine actione teneri ad intereſſe parti. Gam. *Luſitan. dec.* 206. *n.* 7. ubi *n.* 8. tenet judicem qui actorem agentem ſine actione non repulerit, teneri in ſyndicatu. D. Barboſ. *in l. ſi alienam, n.* 18. *ff. ſoluto matrim.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *cap.* 14. *n.* 82. *in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Tranſactioni juratæ contraveniens Deum ultorem habet, Notatur infamia, pœnam ſolvit, ſibi data reddit, & actionem perdit.*
2 *Diſpoſitio hujus leg. tanquam nimis rigoroſa & dura non ſervatur in practica. Contrarium vide n.* 3. *& amplia ut n.* 4. 5. *& ſeqq. uſque ad n.* 20. *Limita verò ut n.* 21. *uſque ad* 30.
31 *Juramento contraveniri tribus modis dicitur ad effectum incurrendi pœnas hujus leg. videlicet vel interpellando judicem, vel ſupplicando Principibus, vel non adimplendo promiſſa.*
32 *Contractum juratum non obſervans infamis eſt.*
33 *Juramento appoſito in tranſactione, vel alio contractu jurato contraveniens privatur omni jure, actione & commodo illius contractus in quo juramentum fuit præſtitutum.*
34 *Juris quæſiti privatio pœna eſt.*
35 τὸ Mox, *privationem ipſo jure inducit.*
36 *Juramentum moræ emendationem impedit.*
37 *Tranſactioni juratæ non contravenit, nec pœnas hujus leg. incurrit is qui Principi ſupplicat pro reſciſſione tranſactionis.*
38 *Perjurus in caſu hujus leg. ipſo jure infamiam incurrit, intelligе ut n.* 39.
40 τὸ Privatus exiſtat, *important privationem ipſo jure.*

L. Si quis major. XLI.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Rufino P.P.*

VEniens contra tranſactionem juratam, Deum ultorem habet, & infamiâ notatur, pœnam ſolvit, ſibi data reddit, & actionem perdit. Colligunt ex Ordinar. Doctoris citati *ad l.* 1. *ſuprà hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc legem, tom.* 1. *pag.* 71. & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciſcus Curtius. Thomas Parpalias, Hieron. Cagnol. & Bertazolus.

De materia & intellectu hujus legis vide Connan. *commentar lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 8. Afflict. *cap.* 1. *quo tempore miles, lib.* 1. *fol. mihi* 84. Robert. *lib.* 2. *ſentent. cap.* 20. Mantua. *lib.* 1. *locorum, cap.* 11. *in princ. & lib.* 3. *cap.* 49. Alciat. *lib.* 5. *paradox. cap.* 12. Covarr. *in cap. Raynaldus, §.* 3. *n.* 10. *col.* 7. *de teſtam. & in cap. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *part.* 1. §. 4. *n.* 5. *col.* 1. Bertrand. *conſ.* 237. *n.* 5. *vol.* 9. Fab. Turret. *conſ.* 48. *n.* 13. *lib.* 1. Frideric. Brukman. *in tract. de different. utriuſque ſexus, part.* 2. *art.* 11. *n.* 11. Joſeph. Ludov. *dec.* 22. *n.* 12. & *ſequent.* Roland. *conſ.* 31. *n.* 1. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 146. *n.* 4. *in fine*, Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de tranſact. concl.* 1. *ex. n.* 1. Perez *ad lib.* 8. *Ordin. tit.* 6. *pag.* 184. Villab. & Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 57. & 58. Gutier *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 60. *n.* 10. & 11. & *part.* 3. *cap.* 17. *n.* 2. Fachinæ *controv. juris lib.* 1. *cap.* 11. *cum duobus ſeqq.* Adolvin. *conſil.* 5. *n.* 40. *cum ſeqq.* Ceval. *commun. contra commun. q.* 117. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 19. *per tot.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib.* 4. *tit.* 31. *n.* 93. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *n.* 606. *verſ. quartum, in fine, &* Clar. *in* §. *perjurium, n.* 4. Dec. *tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 28. Farinac. *de falſitate & ſimul. q.* 160. *ex n.* 45. latiſſimè idem Farinac. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I, n.* 1141. *cum multis ſequent.* Rebell. *de oblig. juſtit. part.* 2. *lib.* 16. *de tranſact. q.* 2. *n.* 5. Mancin. *in tract. de jurament. parte* 5. *effectu* 11. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 556. *num... verſ. quando tranſactio.* Rot. *deciſ.* 583. *p.* 1. *diverſ.*

Diſpoſitio hujus leg. tanquam nimis rigoroſa & dura in practica non ſervatur. Silv. Nupt. *lib.* 5. *n.* 62. *verſ. & propterea audivi*, Roland. *conſ.* 57. *viſo proceſſu, n.* 47. *lib.* 1. Bec. *conſ.* 104. *n.* 9. & *conſ.* 106. *n.* 23. Polid. Ripa. *in obſerv.* 27. Anna *ſing.* 286. Seraph. *dec.* 1059. *n.* 3. & *dec.* 1136. *n.* 6. Surd. *conſ.* 103. *in fine*, Rot. *dict. dec.* 583. *num.* 3. *part.* 1. *diverſ.* Gutier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 61. *n.* 21. Azeved. *l.* 1. *n.* 85. *eit.* 17. *lib.* 8. *novæ Recop.* Ceval. *communium contra commun. q.* 117. *in fine.* Verùm hæc reſolutio non eſt tuta, quia hi omnes ferè Doctores loquuntur de conſuetudine ſuorum locorum, unde non debent extendi ad alia loca quare Bolognet. *in repet. hujus l. num.* 107. licèt admittat ejus pœnas rarò practicari, non tamen per hoc ſubdit diſpoſitionem

hujus

hujus legis esse correctam. Quando enim rarò practicatur, provenit primò, quia in multis partibus Italiæ adsunt statuta, quod admittatur purgatio moræ usque ad certum tempus: secundò, quia contravenire volens juramento, utplurimùm petit absolutionem ab eo: tertiò quia pœnæ prædictæ secundùm magis communem non incurruntur sine dolo, & facilè probatur causa, propter quam quis excusatur à dolo, & lata culpa, sequuntur Farin. *fragm. lit. I, n.* 1908. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 19. *n.* 23. *& seqq.*

4 Amplia primò dispositionem hujus leg. locum habere non solùm in contractu transactionis, de quo loquitur, sed etiam in omni alio contractu ponderando verbum *pacta*, hìc positum, quod quidem omnes contractus, omnesque conventiones comprehendit. Ita *in præsenti* Bart. *n.* 23. *vers. item quæro*, Thom. Parpal. *n.* 10. *in* 3. *notab.* Cagnol. *n.* 43. *cum seqq.* Cassad. *dec.* 2. *n.* 1. *& num.* 7. *de jurejur.* Anton. Gab. *dict. tit. de transact. concl.* 1. *n.* 5. Cephal. *cons.* 192. *n.* 17. *lib.* 2. Roland. *cons.* 57. *n.* 13. *cum seqq. lib.* 2. Fachinæ. *dict. lib.* 1. *cap.* 11. *vers. ego in hac re*, Menoch. *cons.* 373. *n.* 25. Hect. Felic. *in tract. de societate, cap.* 39. *n.* 38. Card. Tusch. *pract. concluf. verbo Lex, concl.* 284. *n.* 1. *cum seqq.* Farinac. *fragm. lit.* I, *n.* 1142. Gratian. *dict. cap.* 19. *n.* 1. *&* 3. Ballacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *de rebus credit. num.* 55. *pag.* 437. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 86.

5 Unde idem est dicendum de emphyteuta promittente cum juramento solvere canonem, qui cadit statim à commodo contractus, quamvis alias in Ecclesia debeat expectari biennium, & in privato triennium, nisi aliquo justo impedimento veniat excusandus: ita ex Repetentibus hujus legis Thom. Parpal. *n.* 11. Cagnol. *n.* 51. *cum sequent.* Bertazol. *à num.* 279. *usque ad n.* 284. *q.* 18. Addent. *ad Matheſil. singul.* 50. Anton. Gabr. *d. tit. de transact. concl.* 1. *num.* 41. *&* 43. Steph. Gratian. *d. cap.* 19. *n.* 6. Azeved. *l.* 1. *n.* 34. *&* 37. *tit.* 17. *lib.* 8. *novæ Recop.* Farinac. *fragm. d. lit.* I, *n.* 1143. ubi *n.* 1145. post Seraph. *de privil. juram. privil.* 84. distinguendos esse ttes casus existimat.

6 Idem in contractu casuali, quod in eo habet locum dispositio hujus legis, voluit Cassad. *dec.* 2. *de jurejurand.* Anton. Gabr. *d. tit. de transact. concl.* 1. *num.* 43. Mancin. *in tract. de Juramento, part.* 4. *effectu* 34. *n.* 1. *cum seqq.* Farinac. *fragm. dict. lit.* I, *n.* 1143. *vers. idem de contractu* ubi subdit, quod licèt censuarius morosus in solvendo censum etiam per centum annos, non cadat à commodo ipsius census, si tamen juravit dictum censum solvere, cadit si semel tantùm deficiat.

7 Idem in contractu emptionis, & venditionis, ut per Menoch. *cons.* 372. *n.* 23. Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 58.

8 Idem in locatione, in qua propter juramentum solvendi pensionem sufficit defectu unius termini, ut locator possit expelli non expectato biennio. Ita Roland. *consil.* 6. *n.* 42. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 372. *n.* 23. Steph. Gratian. *dict. cap.* 19. *n.* 7. ubi *n.* 8. subdit, expelli posse, si non solvit pensionem etiam authoritate propria, & quamvis de facto resisteret, & *n.* 26. *&* 27.

9 Idem in quolibet promittente, v. g. solvere centum ducatos in septem terminis, qui juravit, si cessaverit solvere in primo, vel in secundo termino poterit tunc conveniri ad integra centum, quia propter perjurium privatur jure suo, & non potest ampliùs allegare dilationem datam, ut per Bologn. *in præsenti, n.* 33. Roland. *cons.* 31. *n.* 7. *lib.* 2. Card. Tusch. *d. verbo Lex, concl.* 224. *num.* 22.

10 Idem in contractu societatis, ita ut socius incidat in pœnas hujus legis, si promissa & jurata in contractu societatis non servaverit, Castracan. *in tract. de societ. offic. cap.* 69. *n.* 3. Hect. Felic. *in tract. de societ. cap.* 39. *n.* 38. Farinac. *fragm. lit.* I, *n.* 1146.

11 Amplia secundò dispositionem hujus legis locum habere in universitate quoad privationem commodi contractus, licèt non quantum ad pœnas perjurii, & infamiæ, de quo tamen vide Jas. *consil.* 118. *n.* 13. *lib.* 1. Anton. Gabr. *dict. concl.* 1. *n.* 2. Bolognet. *n.* 19. Cagnol. *n.* 7. *& seqq.* Thom. Parpal. *num.* 83. *cum seqq.* omnes *in præsenti*, Menoch. *consil.* 709. *n.* 4. Fachinæ, *controvers. lib.* 1. *cap.* 12. Virgil. Boccac. *in constit. Marchiæ, gloss.* 2. *n.* 89. *cum seqq.* Steph. Gratian. *d. cap.* 19. *n.* 25. Farin. *fragm. d. lit. I, n.* 1147. *cum seqq.*

12 Amplia tertiò contravenientem juramento incidere in pœnas hujus legis, sive sit masculus, sive etiam fœmina. Ita *præsenti* Franc. Curt. *n.* 6. *cum seqq.* Thom. Parpal. *n.* 1. Cagnol. *n.* 10. *cum seqq.* Bologn. *n.* 18. Anton. Gabr. *d. tit. de transact. concl.* 1. *n.* 3. Tiraquel. *de retractu lig. §.* 1. *gloss.* 9. *n.* 213. Virgil. Boccac. *d. gloss.* 2. *n.* 87. Fachinæ. *d. cap.* 12. *vers. secunda est conclusio*, Farin. *fragm. dict. lit. I, n.* 1152.

13 Amplia quartò etiam quod contraveniens sit persona rustica, ut per Thom. Parpal. *hic n.* 2. Farin. *fragm. d. lit. I, num.* 1154.

14 Amplia quintò, sive sit actor contraveniens, sive etiam reus in illis pœnis, quæ reo adaptari possunt, ut per Thom. Parpal. *n.* 109. *in* 14. *quæst.* Cagnol. *n.* 192. Bolognet. *n.* 27. *in præsenti*, Roland. *consil.* 57. *n.* 14. *lib.* 1. Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *consil.* 57. Farin. *fragm. lit. I, n.* 1155. Steph. Gratian. *d. cap.* 19. *n.* 2.

15 Amplia sextò in hærede illius, cui fuit juratum, qui poterit agere ad pœnas hujus legis, secundùm Thom. Parpal. *in præsenti, n.* 94. Cagnol. *ibidem n.* 199. ubi loquitur quando contraventio fuit facta vivente eo cui fuit juratum, Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 22. Farin. *fragment. d. lit. I,* 1156. ubi *num. seq.* nunquid Pœnæ hujus legis transeant contra singularem successorem, & *n.* 1158. quærit utrùm juramento contraveniens, si fuerit non ipsemet qui juravit, sed jurantis hæres, nunquid incurrat pœnas hujus legis.

16 Amplia septimò contravenientem juramento incurrere pœnas hujus legis, etiam quod contraveniat in modico, ut per Thom. Parpal. *n.* 106. *in* 11. *quæst.* Cagnol. *n.* 194. *in fine, vers. juxta prædicta, & n.* 196. Anton. Gabr. *d. tit. de transact. concl.* 1. *n.* 4. Card. Tusch. *d. verbo Lex, concl.* 284. *n.* 14. Farin. *fragm. I, n.* 1159.

17 Amplia octavò in tantùm contravenientem incurrere pœnas hujus legis, ut purgatio moræ non admittatur, de quo an & quando sit verum, & procedat, vide Grat. *resp.* 93. *n.* 48. *& seqq.* Aym. *cons.* 146. *n.* 5. Gabr. *d. tit. de transact. concl.* 1. *n.* 12. *cum seqq.* Cephal. *cons.* 25. *per tot.* Sarmient. *select. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 3. Seraph. *de privil. juram. privil.* 38. *n.* 8. *cum seqq.* Hector Felic. *in tract. de societ. cap.* 9. *n.* 40. *&* *seq.* Card. Tusch. *d. verbo Lex, concl.* 284. *n.* 10. *cum seqq.* Farin. *fragm. d. lit. I, à n.* 1171. *usque ad* 1176.

18 Amplia nonò, contravenientem incurrere pœnas hujus legis, non solùm si contravenerit in committendo, sed etiam in omittendo, non adimplendo promissa. Franc. Curt. *n.* 31. *in princ.* Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 1178. Farin. *d. lit. I, n.* 1178.

19 Amplia decimò, juramento contravenientem incurrere pœnas hujus legis etiam quod promisisset simpliciter sub sua fide. Ita Thom. Parpal. *n.* 40. Anton Gabr. *d. lit. transact. concl.* 2. *n.* 28. *&* 29. Cevall. *communium contra commun. q.* 117. *per tot.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 59. *consid.* 1. Farin. *fragm. lit. I, n.* 1180. ubi *n.* 1179. resolvit, incidere in pœnas hujus legis non solùm qui juravit invocato Dei nomine, sed etiam qui juravit per salutem Principis.

20 Amplia undecimò, omnes pœnas hujus legis non alternativè, sed copulativè incurri, quia juramentum habet vim claus. *rato manente pacto.* Ita Franc. Curt. *in repet. n.* 58. Bolognet. *n.* 68. *&* 71. Cephal. *cons.* 14. *n.* 9. *lib.* Card. Tusch. *d. verbo Lex, concl.* 285. *n.* 1. Farin. *fragm. d. tit. I, n.* 1181. ubi *n.* 1182. *cum seqq.* resolvit juramento contravenientem incurrere pœnas hujus leg.

etiam

etiam quod illud fuerit interpoſitum ex intervallo poſt contractum, & etiam quod contractus, ſuper quo juramentum interponitur, ſit nullus, dummodò validetur per juramentum, & etiam quod juramentum ſit nullum, utputa quia contra bonos mores reprobatos à jure Canonico, ſecus à jure civili.

21 Limita primò ut diſpoſitio hujus legis non habeat locum, niſi contra doloſum, vide Caſſad. *dec. 2. n. 7. verſ. verum eſt, de jurejur.* Cephal. *conſ.* 24. *num.* 14. *lib. 1. & con.* 265. *n.* 2. *cum ſeqq. lib.* 2. Seraph. *dec.* 377. *num.* 6. & 1059. *n.* 1. & *concl.* 617. *n.* 1. ubi *n.* 7. ſubdit quod iſte dolus debet plenè, concludenter, non autem præſumptivè probari. Rot. *dec.* 277. *n.* 3. Surd. *dec.* 234. *n.* 3. *cum ſeqq.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Diſpoſitio* 13. Card. Tuſch. *d. verbo Lex, concl.* 224. *n.* 64. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 19. *à n.* 13. latè Farin. *fragm. d. lit. I, n.* 1185. ubi 1186. ſubdit, quod probata contraventione, cenſetur probatus dolus, qui propterea præſumitur ex eo, quod quis non obſervat promiſſa, & non facit ea, quæ facere debet, & *n.* 1186. declarat, ut à dolo excuſet quælibet cauſa, etiam injuſta, & quælibet etiam injuſta credulitas excuſat ad effectum evitandi pœnas.

22 Limita ſecundò, ut non habeat locum in minore jurante propter ejus imbecillitatem, ut Per Pur. *dec.* 123. aliàs 121. *part.* 3. ubi ait quod loquitur hæc lex in majore jurante, Joan Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. part.* 4. *collect.* 1088. *verſ. limita ſecundò*, Seraph. *de privileg. juram. privil.* 83. *n.* 34. Aldovin. *conſ.* 1. *n.* 140. Farin. *fragm. d. lit. I, à n.* 1188. ubi *n.* 1191. extendit etiam quod veniam ætatis impetraverit, vel ex diſpoſitione ſtatuti, & *n.* 1192. reſolvit in dubio præſumi juraſſe tempore minoris ætatis, & qui contrarium dicit, majorem ætatem probare debet, & hoc quia qualitas minoritatis requiſita in hac lege probari ſemper debet ab eo, qui allegat.

23 Limita tertiò in contraveniente, & promiſſa non adimplente juſſu judicis, ut per Thom. Parpal. *hîc n.* 33. *verſ. tertiò limitatur*, & Bologn. *n.* 57. Anton. Gabr. *d. tit. de tranſact. concl.* 1. *n.* 65. Farin. *d. lit. I,* 1194. ubi idem, & multò magis procedere ait in eo, qui contravenit ex juſſione & mandato Principis.

24 Limita quartò in contraveniente juramento de ſolvendo uſuras, ſecundùm Thom. Parpal. *hîc num.* 46. ubi loquitur quoad pœnam infamiæ, Bologn. *n.* 67. *in fine, in* 7. *limit.* Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 71. Farin. *d. lit I, num.* 1195.

25 Limita quintò quando priùs quis obtinuit ab Epiſcopo abſolutionem à juramento, ut per Alciat. *hîc n.* 20. *verſ. ſed quid ſi antequam*, Bologn. *num.* 15. *in fine, verſ. quare concludendum eſt*, Farin. *d. lit I, n.* 1198. ubi *n.* 1199. quærit, nunquid Papa debeat diſpenſare à pœnis hujus legis.

26 Limita ſextò in jurante non ſponte ſuo libero arbitrio, ſed aut præcepto judicis, aut vigore ſtatuti cogentis partes ad faciendum compromiſſum, ut per Thom. Parpal. *n.* 12. *cum ſeqq.* Cagnol. *à n.* 63. & Bolognet. *n.* 42. *in preſenti*, Anton. Gabr. *d. tit. de tranſact. concl. n.* 60. Farin. *dict. lit. I, n.* 1200 ubi *num.* 120. reſolvit contravenientem juramento ex neceſſitate ſtatuti præſtito non incurrere pœnas hujus legis quando ſtatutum expreſsè cogit ad jurandum.

27 Limita ſeptimò in contraveniente juramento per metum extorto, is enim non incurrit pœnas hujus legis. Ita Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 71. ubi etiam in juramento præſtito ſuper contractu ſimulato. Card. Tuſch. *d. verbo Lex, concl.* 224. *n.* 62. & *ſeq.* ubi ampliat etiam metu purgato. Farin. *d. lit. I, n.* 1201. Vel ſi ob paupertatem promiſſa cum juramento non adimplevit, Gabr. *dict. tit. de jurejur. concl.* 7. *n.* 11. Decian. *in tract. crimin. lib.* 6. *cap.* 11. *n.* 17. & *ſeqq.* Seraph. *dict. privil.* 74. *n.* 124. & alij, quos refert & ſequitur Alvarez *de privil. pauperum, p.* 2. *q.* 65. *n.* 27.

Limita octavò in Curia mercatorum, vel in foro 28
Eccleſiaſtico, aut alio ſimili, quo æquitas obſervari ſolet, Menoch. *conſ.* 355. *n.* 2. Bonacoſ. *in tract. de æquitate canon. conſ.* 108. ubi reſolvit hanc legem non habere locum de æquitate Cononica.

Limita nonò, pœnas hujus legis locum non habere 29
quando uterque eſſet in mora, & propterea agens ad pœnas prædictas debet priùs probare pro parte ſua adimpleviſſe, ut per Thom. Parpal. *n.* 32. *in 8. notab. & n.* 105. Cagnol. *n.* 195. *verſ. & eodem modo*, Bologn. *n.* 99. Menoch. *conſ.* 84. *n.* 74. ubi *n.* 72. reſolvit, debere qui aſſerit alium incidiſſe in pœnam hujus legis, probare ſe ex latere ſuo impleviſſe promiſſa. Card. Tuſch. *d. verbo Lex, concl* 224. *n.* 61.

Limita decimò, quando dubium eſt an contraveniens inciderit in pœnas hujus legis; nam tunc verius eſt non incidiſſe, quia licèt illa favorabilis videatur ex eo quod ad animæ noſtræ ſalutem pertineat jusjurandum ſervari, attamen videtur potiùs odioſa, & ſic non extendenda ad effectum incurrendi pœnas in ea contentas. Ita Anton. Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 72. Seraph. *dec.* 617. *n.* 6. & *dec.* 1059. *n.* 3. & *dec.* 1136. *n.* 6. Rot. *dec.* 583. *n.* 13. *p.* 1. *diverſ.* Menoch. *conſ.* 84. *n.* 75. 30

*Vel interpellando judicem, vel ſupplicando*, &c.) Notatur ad hoc, quod tribus modis dicitur quis contravenire juramento ad effectum incurrendi pœnas hujus legis, videlicet vel interpellando judicem, vel ſupplicando principibus, vel non adimplendo promiſſa, ut per Thom. Parpal. *à n.* 28. Cagnol. *n.* 170. *verſ. in eadem gloſſ. hîc*, Farin *fragm. dict. lit. I, n.* 1116. ubi *n.* 1162. ampliat ut per ſolam interpellationem judicis, ſeu ſupplicationem coram Principe, etiam lite non conteſtata, multò magis ſententia non expectata, dicatur qui contravenire ad hunc effectum, & *n.* 1163. dicit neceſſariam eſſe citationem, ita ut niſi pars fuerit citata, interpellans pœnas prædictas non incurrat, & *n.* 1164. intelligit, adummodò adverſarius coram eodem judice comparuerit; ſi enim adverſarius non comparuit, ſola judicis interpellatio non facit incurrere pœnas prædictas, & *n.* 1167. intelligit etiam procedere quando ſupplicans impetrato reſcripto illo uſus eſt, & *n.* 1168. extendit locum habere etiam quod pœnitentia ductus ulteriùs non proceſſerit, & non perſeveraverit. 31

*Nec ſolùm notetur infamia*, &c.) Notatur ad hoc, 32
quod non obſervans contractum juratum, & ſic perjurus eſt infamis, ut per Viv. *dec.* 120. *n.* 28. Seraph. *de privil. juram. privil.* 174. *n.* 7. Molin. *de Juſtit. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 16. Cald. Pereira *in comment. ad §. ſoror, n.* 42. *Inſtit. de inoff. teſtam.* Menoch. *de arbitr. caſu* 310. *n.* 3. Vincent. Mantic. *in tract. de juram. part.* 5. *effectu* 1. *n.* 1. Farin. *de falſitate & ſimulat. q.* 160. *n.* 147. *cum ſeq.* Card. Tuſch. *in verbo Perjurus, conc.* 289. *n.* 1. Soar. *de Religione, tract. de juramento, lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 15.

*Actione privatus*, &c.) Notatur ad hoc, quod 33
contraveniens juramento appoſito in tranſactione vel alio contractu jurato, privatur omni jure, actione, & commodo illius contractus, in quo fuit præſtitum juramentum, ut per Roman. *ſing.* 494. Joſeph. Ludov. *Peruſ. dec.* 18. *num.* 48. & *n.* 71. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 24. *tit.* 5. *n.* 13. Farin. *d. q.* 170. *num.* 45.

Notatur etiam ad hoc, quod juris quæſiti privatio 34
eſt pœna, ut per Socin. jun. *conſil.* 27. *n.* 26. *vol.* 4. Bero. *conſil.* 15. *n.* 6. *vol.* 1. Surd. *dec.* 99. *n.* 17.

*Et rerum proprietate careat.*) Vide Far. *d. q.* 160. *num.* 45.

*Mox.*) Vide Pichard. *in diſp. de mora, n.* 189. ubi re- 35
ſolvit in præſenti dictionem *mox*, ipſo jure privationem inducere, & *n.* 187. dicit intervallum aliquando recipere, in quo mora emendari poſſit. Gutier *de jurament.* 36
*confirm. part.* 3. *c.* 17. *n.* 1. ubi reſolvit juramentum impedire moræ emendationem. De hac dictione dixi latè *in tract. de dict. uſufreq. dict.* 203.

In

37 In gloss. *Principibus.* Notatur ad hoc, quod transactioni juratæ contravenire non dicitur, nec pœnas hujus legis incurrit is, qui Principi supplicat pro rescissione transactionis, de quo vide Alciat. *n.* 20. *vers. sed quid.* Thom. Parpal. *n.* 30. Cagnol. *n.* 177. *cum seqq.* Bologn. *n.* 53. *in versic. si tamen à principe*, Farin. *fragment. d. lit. I, n.* 1196. *& seqq.*

38 In gloss. *Infamia.* Notatur ad hoc, quod in casu hujus legis perjurus ipso jure infamiam incurrit, ut tenent hic Paul. de Castro *n.* 6. Thom. Parpal. *n.* 49. *in* 15. *notab. & n.* 66. Clar. *in pract.* §. *perjurium, num* 2. *vers. sed quæro*, Anton. Gabr. *dict. tit. de transaction. concl.* 1. *ex num.* 30. Bernard. *reg.* 177. Tiraquell. *in l. si unquam, verbo Revertatur, num.* 21. Salzed. *in pract. Canon. cap.* 26. *lit. E*, Cald. Pereira *de solut. emphyt cap.* 17. *num.* 12. *& quæstionum forens. in comment. ad* §. *sed hæc, n.* 92. *Instit. de inofficioso testam.* Alvarez de Valasco *de privil. pauperum, part.* 2.

39 *q.* 65. *num.* 25. Farin. *in præxi crimin. tit. de falsitate & simulat. q.* 160. *n.* 164. ubi *n.* 165. subdit, quod est necessaria declaratoria facti. Idem dicit *in fragm crimin. lit. I, n.* 1169. *& seq.* ubi *n.* 1171. intelligit procedere quoad pœnam infamiæ, & privationem actionis, non autem quo ad alias pœnas, videlicet restitutiones datorum, & receptorum respectivè, & solutionem pœnæ conventæ.

40 In gloss. *Privatus*, ibi, *ipso jure in omnibus*, &c. Hanc sententiam tenent *in præsenti* Alciat. *n.* 37. Rimin. *n.* 3. Francisc. Curt. *in repet. n.* 45. *cum seqq.* Claud. Seyssel. *n.* 18. Bologner. *n.* 89. ubi distinguit, & hoc procedere ait, si pœnæ ultra infamiam & privationem consistant in specie, secus si consistant in quantitate, refert Farin. *dicta lit. I, n.* 1171. *in fine.* Et quod verba illa, *privatus existat*, importent privationem ipso jure, dicit post multos à se citatos Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 56. *n.* 33.

---

## SUMMARIUM.

1 *Transactio jurata facta prætextu falsorum instrumentorum rescinditur, & n.* 2.

3 *Testis si in uno capitulo de falso sit convictus, an totum ipsius testimonium falsum censeatur.*

4 *Sententiæ, vel transactiones ex falsis probationibus, aut instrumentis latæ, non sunt nullæ ipso jure, sed per integrum restitutionem rescindendæ.*

### L. Si ex falsis. XLII.

*mpp.* Leo & Anthemius AA. *Arochirio P. P.*

1 TRansactio jurata facta prætextu falsorum instrumentorum rescinditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom* 7. Franciscus Curtius.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Connan. *comment. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 5. Joan. Aurpach. *lib.* 1. *epist. c.* 11. Cujac. *lib.* 6. *observ.* 11. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 4. *n.* 36. *pag.* 306. ubi dicit, quod retractatur tantùm quantum ad capitula, quibus causam dederunt falsa instrumenta. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 43. ubi ait locum habere, etiamsi transactio jurejurando sit confirmata, nisi super eo etiam quod falsum dicitur, transactum fuerit; nam & res judicata ex falsis instrumentis & testimoniis, comperta veritate retractatur: & *n.* 43. resolvit, quod si transactio plura habeat capitula, nihil prohibet unum dumtaxat posse rescindi, nisi sint connexa.

*Retractari præcipimus.*) Nota quod hæc verba, cùm sint futuri temporis, non operantur ipso jure, sed per sententiam, ut per Curt. Sen. *hìc n.* 32. Menoch. *de arbitr. casu* 15. *n.* 4.

*Aliis capitulis firmis manentibus.*) Utrùm si testis 3
in uno capitulo de falso convictus sit, totum ipsius testimonium falsum censeatur? vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 53. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 63. *n.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 743. *n.* 2. *&* 3. Farin. *in praxi crimen. q.* 67. *n.* 111.

In gloss. *Præcipimus.*) Notatur ad hoc, quod sen- 4
tentiæ, vel transactiones ex falsis probationibus, aut instrumentis latæ, non sunt nullæ ipso jure sed per in integrum restitutionem rescindendæ, ut per Covarr. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 11. *col.* 3. *&* 4. Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus, n.* 134. Sfort. *de restit. in integrum, p.* 2. *q.* 77. *art.* 4. *n.* 17. Menoch. *d. casu* 15. *n.* 6. Valasc. *cons.* 51. *n.* 12.

### L. Jubemus. XLIII. & ult.

*Imp.* Anastasius A. *Thomæ P. P. per Illyricum,*

QUæstio conditionis servilis, aut adscriptitiæ per 1
transactionem decidi potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Franciscus Curtius.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Roman. *sing.* 620. Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 1. *col.* 1. Morl. *in emporio, part.* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.* 159.

## *De errore Calculi.*

### TIT. V.

HIc titulus est pars superioris, quatenus pertinet ad transactiones. Quemadmodùm enim transactio potest rescindi propter dolum, nisi etiam de dolo sit transactum, *suprà tit. prox. l.* 4. vel propter falsa instrumenta, nisi etiam de falso transactum sit, *suprà eod. l. penult.* ita etiam retractari potest propter errorem calculi, nisi de hoc quoque errore transactum sit, ut constituitur *in seq. l. unic.* Scripserunt in hanc rubr. Angel. Fulgos. Jas. Dec. Joan. Marc. Jacobin. Riminald. Jacob. Ayrer. Aloys. de Leo, Petr. Gilchen. Sebastian. Næv. item Cujac. Pac. & Wesemb.

De materia tituli vide Viv. Soar. Kirchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin tit.* 5. Petr. Hiegium *in miscellan. quæst. p.* 1 *q.* 20. *n.* 23. 35. *&* 36. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de confessis, resol.* 1. *n.* 38. *cum seqq. & lib.* 3. *tit. de solut. resol.* 7. Mascard. *de probat. concl* 252. Flamin. Carthar. *dec.* 123. Escobar *de ratioc. cap.* 38. *&* 41. Armin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 1. *tit.* 152. *de errore calculi.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Calculi error non præjudicat veritati, & rationes erroneæ calculi prætextu retractari possunt.*

2 *Calculi erronei allegationi non est locus, sequuta sententia.*

3 *Per calculi errorem indebitum promissum condicitur.*

4 *Confutationum error alegari semper potest.*

5 *Calculi error in causa appellationis deduci potest, declaratur n.* 6.

7 *Rationes semel redditæ non solùm possunt retractari ubi error intervenerit in calculis, verùm etiam licèt in jure citatum fuerit.*

8 *Calculi errore probato, omnia pacta, conventiones*

&

*& ſtipulationes in quitatione appoſitæ, eodem errore confectæ præſumuntur.*

9 *Calculatione facta per calculatores nominatos à partibus, jurata tamen, vel vallata pacto partium de ſtando ei, non poteſt reiterari.*

10 *Calculatio fraudis ratione ſit irrita.*

11 *Tranſactio ob læſionem, quæ contingit propter errorem calculi, ſine dubio reſcindi poteſt.*

12 *Confeſſio geminata an revocetur ob errorem.*

13 *Calculi error ubi allegatur, non ſolùm ſemel, ſed bis, ter & quater calculandæ ſunt rationes.*

14 *Rationibus ſemel redditis, denuo ad iterandum calculum proceditur, ſi dolo redditas eſſe demonſtretur.*

15 *Sententia ut ſit nulla propter manifeſtam iniquitatem, requiritur conditionaliter quod in ea notoria contineatur injuſtitia.*

L. Errorem calculi. Unic.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aureliano quarto.*

1 2 ERror calculi veritati non præjudicat, & rationes erroneæ calculi prætextu retractari poſſunt. Sequuta ſententia non eſt locus allegationi calculi erro-
3 nei. Item indebitum per errorem calculi promiſſum condicitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Jaſ. Dec. Aloyſ. de Leo, Petr. Gilchen. & Sebaſt. Næv. poſt omnes Hubert. Giphan. ad hanc *l. tom.* 1. *pag.* 73. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

4 Vide de materia hujus legis, & de retractando calculi errore *l. Hiſpan.* 14. *tit.* 18. *part.* 3. Soar. Viv. & alios *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 1. *pag.* 309. ubi firmant, quod error computationum allegari ſemper
5 poteſt, atque emendari perpetuò debet, etiamſi rationes ſæpe ſæpiùs initæ proponantur: & *n.* 3. quod in cauſa appellationis error calculi deduci poteſt, ſive ille error deductus fuerit in cauſa principali, ſive non, niſi ſuper eo errore deducto in prima inſtantia, & non ob-
6 ſtante allegatione judicatum fuiſſet, & à tali ſententia non fuiſſet appellatum, & *n.* 7. declarat: quod licèt calculatio, & redditio rationum ratione erroris retractari poſſit, nihilominus tamen ſecus erit quando ultra calculationem intervenit pactum, vel tranſactio de ſtando calculo, quia tunc retractari non poteſt. Addent. ad Marant. *de ordine judic. p.* 6. *membr.* 6. *n.* 68. *pag.* 326. Pinel *in l.* 2. *de reſcind. vendit. part.* 1. *cap.* 4. *n.* 6. & *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. Rebuff. *in l. cognoſcere*, §. *diſpungere ff. de verbor. ſignific. pag. mihi* 228. Paul. Montan. *de tutelis & curis, c.* 38. *n.* 148. *cum ſeqq.* Eſcobar. *de ratiocin. admi-*
7 *niſtr. cap.* 41. ferè *per tot.* ubi *n.* 6. reſolvit, quod rationes ſemel redditæ non ſolùm poſſint retractari ubi error intervenit in calculis, verùm etiam licèt in jure erratum fuerit, ut quia adjudicatum fuit uni quod revera de jure adjudicandum non erat: vel ſi collatio fuit facta cum eo, qui non habebat jus collationis, &
8 *n.* 35. dicit, quod errore calculi probato, omnia pacta, conventiones, & ſtipulationes in quitatione appoſitæ eodem errore confectæ præſumuntur. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 29. *cap.* 4. *n.* 2. ubi etiam quod calculi error retractari poteſt uſque ad viginti annos, Flores de Mena. *var. lib.* 1. *q.* 15. *num.* 3. *cum ſeqq.* ubi quod ſi tutor, aut curator rationes reddit minori ſimpliciter, & abſque calculatoribus, nec ſint à judice per ſententiam approbatæ, nec ipſe generalem liberationem tutori, aut curatori fecerit, nec ſuper eis pacti ſint, & minor ipſo alleget errorem, vel errores, & petat denuò revideri, etiamſi pluries petat, audiendus eſt, quo caſu minor, & quivis alius, qui petit rationes revideri, non tenetur errores probare, ſed ſufficit allegare Maſcard. *de probation. concl.* 252. ubi agit, calculi error qua ratione probetur, & *concl.* 1256. aliàs 1363. *num.* 16. & *ſeq.* Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 77. Joſeph. de Seſſe *Aragoniæ dec.* 38. *per tot. tom.* 1. ubi *n.* 1. tenet, quod calculatio facta per calcu- 9
latores nominatos à patribus, jurata tamen, vel vallata pacto partium de ſtando ei, non poteſt reiterari, & *n.* 4. *citato hoc text.* dicit, quod fraudis ratione calcu- 10
latio ſit irrita. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 26. *tit.* 9. *n.* 41. *verſ. item*, ubi per hunc text. 11
tenet, quod tranſactio ob læſionem, quæ contingit propter errorem calculi, ſine dubio poteſt reſcindi, tametſi error non ſit expreſſus, niſi ſuper iſto errore tranſactum ſit.

*Unde rationes etiam ſæpe computatas*, &c.) Facit ad 12
quæſtionem an confeſſio geminata revocetur ob errorem, de qua vide Padil *in l. error*, *n.* 11. *de juris & facti ignor.* Mantuam *dialog.* 112. *à princ.* Anton. Gabr. *lib.* 1. *commun. tit. de confeſſis*, *concl.* .. *n.* 5. Roman. *conſ.* 346. *n.* 10. Maſcard. *de probat. concl.* 347. *n.* 45. *cum ſeqq.* Paul. Montan. *de tutel. & curis*, *cap.* 38. *cum ſeqq.*

Notatur ad hoc, quod ubi error calculi allegatur, non 13
ſolùm ſemel, ſed bis, ter & quater calculandæ, atque ineundæ ſunt rationes, ut per Paul. de Caſtr. *conſ.* 541. *col.* 2. *lib.* 1. Socin. Sen. *conſ.* 159. *col.* 3. & *conſil.* 190. *col.* 3. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 49. *n.* 62. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 22. *n.* 10. *lib.* 1. ubi *n.* 17. dicit, quod nova rationum redditio petenda non eſt quando calculatio fuit confecta & abſolutio ac pactum de non contraveniendo erroris causâ interceſſit.

Notatur etiam ad hoc, quod ſemel redditis ration- 14
ibus, denuo ad iterandum calculum procedi poteſt, ſi dolo redditas eſſe demonſtretur, ut per Socin. Sen. *conſil.* 159. *col.* 3. *lib.* 2. Jaſ. *conſ.* 219. *n.* 2. *lib.* 2. & *conſ.* 14. *col.* 3. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 209. *n.* 39. ubi *n.* 4. advertit hunc errorem doloſum eſſe claris ac perſpicuis probationibus detegendum.

In gloſſ. *Vel tranſactio.* Notatur ad hoc, quod ut 15
ſententia nulla ſit propter manifeſtam iniquitatem, requiritur conditionaliter, quod in ea notoria injuſtitia contineatur, hoc eſt, in tenore illius, quaſi non ſufficiat eandem ex actis colligi: ita *gloſſ.* 1. *in l. ex diverſo* 18. §. 1. *ff. ſoluto matrim.* ubi Imol. & omnes, communis & Alciat per text. *ibi in l. præſes*, *n.* 1. & 2. *ff. de re judic.* Afflict. *dec.* 28. *n.* 8. Guillem. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Mortuo, in* 1. *n.* 211. Duen. *reg.* 57. *verſ. tertio fal. lit*, Cotta *in memor ab. verbo Sententia*, D. Barboſ. *in l. maritum*, *n.* 51. *ff. ſoluto matrim.*



## *De Poſtulando.*

### TIT. VI.

SI pacto, ſeu tranſactione lis componi nequeat, lis procedit, & in primis apud jus dicentem poſtulatur. Poſtulare autem eſt deſiderium ſuum vel amici ſui in jure, apud eum, qui juriſdictioni præeſt, exponere, vel alterius deſiderio contradicere. Pro ſe poſtulat dominus litis, pro alio Advocatus, qui & patronus, & cauſidicus, & togatus, & orator appellatur, item tutor, & curator. Scripſerunt in hanc rubr. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide Viv. Bonacoſ. Soar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 6. Alexand. Trentacinq. *variarum reſol. lib.* 2. *ſub hoc tit.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 1. *tit.* 86. *de poſtulando.* Camill. Borel. *in ſum. omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 64. *de poſtulando.*

SUMMARIUM.

1 *Postulare non potest non appellans à sententia, per quam prohibetur causas agere.*
2 *Postulare in perpetuum potest judex condemnatus crimine legis repetundarum.*
3 *Non appellans videtur consentire in sententiam judicis à quo.*
4 *Præfectus Ægypti, qui & præfectus dicebatur Augustulis, qui fu.*

L. Cum à Præfecto. I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Artemidoro.*

1 NOn appellans à sententia per quam prohibetur causas agere, non potest postulare. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Castr. Cuman. Bald. Bellaperr. Butrigar. Odofred. Sichard. Aloys. Leo, Petr. Gilchen. Sebast. Nav.

2 Ex hac lege colligit Greg. Lop. *l.* 11. *gloss.* 2. *tit.* 6. *p.* 3. judicem condamnatum crimine legis Juliæ repetundarum, prohiberi in perpetuum postulare, quod crimen erat interveniente pecunia; sed advertit in leg. 11. Hispanica indistinctè prohiberi à postulando judicem, contra quem est probatum quod scienter fecit injustitiam, vel omisit facere justitiam.

3 *Non appellaveris*) Notatur ad hoc, quod non appellans videtur in sententiam judicis à quo consentire, ut per Bart. & Bald. *in præsenti n.* 1. Socin. *reg.* 43.

4 Adverte quod Præfectus Ægypti, de quo in hac lege, qui & præfectus Augustalis dicebatur, ille erat qui omnia tributa per Ægyptiacam diœcesim in cura & providentia sua habebat, & iste inter medios Magistratus spectabilis est, dictus Augustalis, quia Augustus eam dignitatem primus ei Præfecto, qui Alexandriam inhabitavit, concessit. Ita Calvin. *in suo Lexic. juridico, verbo Præfectus Ægypti.*

SUMMARIUM.

1 *Libertini advocant, si sint eruditi & probati, ut præstent patrocinia litigantibus.*
2 *Advocati esse non possunt illiterati.*
3 *Judices & magistratus debent esse juris periti.*

L. Nec cæterorum. II.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Polydoro.*

LIibertini possunt advocare, si eruditi & probati sunt, ut præstent patrocinia litigantibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

2 *Si ita sint litteris eruditi*, &c. Notatur ad hoc, quod illiterati Advocati esse non possunt, ut per Rebuff. *de privilegiis scholar. privil.* 39. Done'. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 2 *col.* 3. *& cap.* 3. *col.* 8. *vers. dixi-*
3 *mus.* Hinc judices & magistratus jurisperitos esse debere, resolvunt Ozasch. *in l.* 1. *n.* 16. *ff. de justit. & jure*, Bellug. *in speculo Principum, rubr.* 6. *lit. X*, Greg. Lop. *in l. fin. verbo Conocer, tit.* 10. *p.* 2. Simanch. *de Republic. lib.* 5. *cap.* 15. *& lib.* 9. *cap.* 10. *n.* 7. Segura *in direct. judic. p.* 1. *cap.* 4. *n.* 9. *vers. hinc passim*, Petr. Gregor *syntagm. juris p.* 3. *lib.* 47. *cap.* 10. Marta *in tract. de tribunal. Verbis, cap.* 6. *n.* 6. Mich. Ulcur. *de regimine mundi, p.* 4. *q.* 1. *n.* 3. Cervant. *in l.* 2. *Tauri, n.* 2. *&* 3. Joan. Garc. *de expens. cap.* 21. *n.* 20. ibi, *Iniquè enim & graviter peccant, qui ignavos judices creant: voco autem ignavos, viros illiteratos, etiamsi ingenio vigeant, & experimento docti esse videantur, quoniam quod attinet ad decisionem causarum & judiciorum ordinem, quæ judicia instruere, & dirimere suis sumptibus debent domini, nihil sapiunt isti illiterati; sæpe enim dilationes protrahendæ, sæpè contrahendæ sunt, sæpe ab ordine judiciorum constituto decedendum est, cùm sit sæpe summus ordo ordinem nullum servasse, sæpe tamen & sæpius non est temerè decedendum à lege, isthuc autem novit Jurisperitus, non legis & juris ignarus* &c. Thesaur. *in præfat. decis. n.* 25. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 9. *n.* 32. latissimè Garc. Mastril. *de magistrat. tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 3. *per tot.*

SUMMARIUM.

1 *Honorarium in mutuum conversum per Advocatum, cautione etiam insequuta, ut debitum non liquidum negare & condicere potest cliens, si Advocatus honorarium ut debitum liquidum exigit.*
2 *Promissum occasione salarii ex causa mutui intra tempus legitimum per exceptionem impugnatur, & liberatio condicitur.*
3 *Obligatio naturalis naturaliter oritur ex consensu agentium.*
4 *Possessio quando transeat, vel non.*
5 *Honorarii qui sint.*
6 *Honorarium pro mercede.*

L. Si sub specie. III.

*Imp.* GORDIANUS A. *Flaviano.*

HOnorarium in mutuum conversum per Advoca- 1
tum, cautione etiam insequuta, ut debitum non liquidum negare, & condicere potest cliens, si Advocatus honorarium ut debitum liquidum exigit. Item, 2
occasione salarii ex causa mutui promissum intra tempus legitimum per exceptionem impugnatur, & liberatio condicitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* post omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 75.

Allegari solet hic textus ad hoc, quod naturalis obli- 3
gatio naturaliter oritur, & fit ex consensu agentium, ut per Menchac. *controvers. usufreq. p.* 2. *cap.* 10. *n.* 2. *prope fin.*

Notatur etiam ad hoc, quod licèt in dubio ex con- 4
tractu simulato sequuta traditione non transeat possessio, tamen si præcessit alius contractus titulus aut causa justa, & illa non exprimatur, sed fingatur alia, tunc sequuta traditione bene transiret possessio, non virtute causæ simulatæ, sed ex vera, quæ præcessit inter partes, & possessio, & voluntas tradentis, & accipientis, ab ea recipit fomentum; quia etsi titulus, contractus, vel causa, quæ fingitur, vel simulatur, sit nulla, tamen illa causa, quæ verè agitur inter partes, & in veritate præcedit, remanet valida, & firma & habet omnes suos effectus, ac si verè illa sola, & non alia exprimeretur. Ita Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 28. *propè fin.* ubi hunc text. ad hoc notabilem dicit.

*Honorarii.*) Illi dicitur qui honorem tantùm, & 5
dignitatem consularem sunt consequuti, non verò si Consules fuissent. Ita Guid. Pancirol, *in thesauro variarum lect. lib.* 2. *cap.* 8. *vers. hoc verò ordine sedebant in senatu.* Hìc verò usurpatur pro mercede, quæ Advocatis, Jureconsultis, Medicis, liberalium artium Professoribus, mensoribus, & cæteris, qui operam beneficii loco præstabant, dabatur: dictum ab eo, quod pro mercede ad honorem eis tribueretur, laboris remunerandi gratiâ. Mercedes enim eas dicere displicuit, cùm non crederent inter hujusmodi personas locationem, & conductionem contrahi, sed in his operas beneficii

loco

loco præberi, & cùm quid datur, ad remunerandum dari. Ita Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Honorarium eſt merces.*

---

SUMMARIUM.

1 *Abſentia Advocati non vitiat ſententiam, excepto Advocati fiſci, & n. 2.*

3 *Sententia lata contra privatum, velamento abſentiæ ſui Advocati non reſcinditur: ſecus ſi ſit lata contra fiſcum, n. 4.*

L. Velamento. IV.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Theodotioni.*

1 ABſentia Advocati non vitiat ſententiam, excepto fiſci Advocato. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Donel. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 4. col. 1.* latè Peregr. *de jure fiſci lib. 7. tit. 2. n. 2. in fine*, ubi tenet quod ſententia lata contra privatum velamento abſentiæ ſui Advocati non reſcinditur, etiam quod inter duos privatos contendatur: at verò ſi lata ſit adversùs fiſcum, ejus Advocato abſente, nulla eſt & invalida: & *n. 3.* reſolvit quod ſententia pro fiſco lata, quamvis abſente ejus Advocato Procuratore, valet, quia prlvilegium ſuum ſibi nocere non debet.

---

SUMMARIUM.

1 *Paciſcens de quota litis cum gravi damno litigatoris, lucro caret, & officio, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Pactum de quota litis non valet, quamvis fuerit ſub nomine ſalarii, quod in jure appellatur Honorarium, declara ut n. 6.*

7 *Pactum etiamſi non fiat de quota litis, ſed de re certa in litem deducta, nullum eſt, etiamſi fiat de danda certa pecuniarum quantitate Procuratori, ſeu Advocato in caſu victoriæ tantùm, n. 8. Procedit etiam ſi promiſſa certa quantitas moderata, num. 9. limita tamen ut num. 10. Quid ſi in caſu victoriæ promittatur aliquid plus? diſtingue, & ſolve ut n. 11. Et quid ſi pactum de quota litis fuerit juratum, n. 12.*

13 *Advocati paciſcentes de quota litis reputantur crudeles. An & quando puniendi, n. 14. Privantur officio advocationis, n. 15. & 24.*

16 *Partis appellatione, ſi nulla adjiciatur quota, continetur dimidia, vel etiam totum, n. 17.*

18 *Pactum de minima etiam quota litis non valet: de aliquid dando in caſu victoriæ nomine palmarii valet, n. 19. Declara ut n. 21. & 22.*

20 *Palmarium quid ſit.*

23 *Pactum de quota litis quare improbetur à jure, oſtenditur.*

25 *τὸ* Penitùs *nullitatem actûs ipſo jure denotat.*

L. Si qui Advocatorum. V.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Helladio.*

1 PAciſcens de quota litis cum gravi damno, & deprædatione litigatoris, permenens in illicita iſtiuſmodi ſervitute, lucro & officio caret, ac privatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt
2 Ordin. Reg. Luſit. *lib. 1. tit. 48. §. 11. & l. Hiſpan. 14. tit. 6. p. 3. ubi gloſſ. 7.* Guid. Papæ *dec. 102. n. 1.* Plot. *de in litem jurando, §. 16. n. 8.* Bonacoſ. *commun. crimin. p. 1. verbo Pactum, fol. mihi 125. & p. 2. verbo Advocatus, fol. 3.* Franc. Marc. *dec. 19. n. 1. p. 1. & p. 2. dec. 470. n. 1.* Bertazol. *conſ. 91. num. 39. lib. 1.* Sot. *de Juſtit. lib. 5. q. 8. art. 4. verſ. unum autem*, Navarr. *in man. cap. 25. n. 30. ad fin. & conſ. 4. n. 2. de pactis*, Urſill. *ad Afflict. dec. 123. n. 6.* Vincent. de Franc. *dec. 264.* Arimin. Tepat. *variar. ſentent. lib. 1. tit. de poſtulando, fol. 96.* Viv. *opin. 28. n. 2. part. 1.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 29. n. 47.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendi. p. 2. cap. 2. n. 33.* Roland. *conſ. 36. n. 20. cum ſeqq. vol. 3.* Bellon. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 4. n. 3. pag. mihi 309.* Horat. Carpan. *in ſtat. Mediolan. cap. 429. vol. 1.* Maynard. *lib. 3. Tholoſ. dec. 12.* Læl. de Zanchis *de privil. Eccleſiaſt. privileg. 53. n. 1.* Hieron. Portoles *in ſchol. ad Molin. §. Advocatus, ex n. 120.* Sylveſt. *in ſum. verbo Advocatus, num. 12. in princ.* Alphonſ. Villag. *in pract. crimin. lib. 9. tit. de Advocatis, cap. 2. concl. 14.* Azeved. *l. 7. & 8. tit. 16. lib. 2. novæ Recop.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part. 3. lib. 49. cap. 3. n. 33.* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. 9. verſ. præterea non debet Advocatus*, Suarez de Paz *in pract. tom. 1. in initio, annot. 5. n. 63. fol. mihi 16.* Pedraza *in ſum. tit. de los abogados y procuradores, fol. 116. verſ. ſi ſe concerto*; Cened. *ad Decretum, collect. 28. n. 12.* Surd. *conſ. 306. n. 10.* Jacob. Benn. *de privil. Jureconſult. part. 3. privileg. 73. n. 5.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, p. 3. n. 47. verſic. ſextò pacta de quota litis non valent*, Menoch. *de arbitr. caſu 522. à princ.* Hieron. Treutler. *diſp. ſelect. p. 1. diſp. 8. theſi 2.* Camil. Borrel. *in ſum deciſ. tom. 1. tit. 65. n. 57. cum ſeqq.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 2. tit. de poſtulando, reſol. 1. & 2.* Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo Advocatus p. 1.* Ayrer. *proceſſ. p. 1. cap. 1. obſerv. 7. n. 4. cum ſeqq.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 3. cap. 14. n. 68. ad fin.* Jacob. de Graff. *in aureis dec. p. 1. lib. 3. cap. 8. n. 12.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 12. cap. 23. n. 30. cum ſeqq.* Farinac. latiſſimè *in praxi crimin. q. 166. per tot.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 3. in prælud. n. 60. cum ſeqq.* Cabed. *Luſit. dec. 19. part. 1.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conſ. 44. n. 7. & n. 22. cum ſeqq.* Fr. Paulin. Berty Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit. 4. cap. 7. n. 33.*

*Si qui Advocatorum*, &c. ) Vel Procuratorum ad 3
lites, in quibus non ſolùm tale pactum improbatur, ſed etiam in eos locum habet pœna privationis, licèt quoad infamiam mitiùs cum illis agatur: Ita Guid. Papæ *d. dec. 102. n. 2. in fine*, Grammat. *dec. 73. n. 16. verſ. tamen idem erit in Procuratore*, Franc. Marc. *deciſ. 39. n. 1. verſ. & idem eſt in Procuratore, & dec. 470. n. 6. p. 2.* Navarr. *d. conſ. 4. n. 2. in fine, de pactis*, Bertrand. *conſ. 160. n. 1. lib. 4.* Horat. Carpan. *in comment. ad ſtatuta Mediolan. c. 429. lit. B, & C*, ubi ait procedere in Procuratore ad lites, vel ut alii dicunt, in cauſis dico defendente ſuum principalem in judicio ſecus in Procuratore ad negotia, Farinac. *d. q. 106. n. 16. & 17.* ubi idem tenet.

Amplla etiam in Advocatis, ſem Procuratoribus illi- 4
teratis, & non exiſtentibus in matricula, Grammat. *deciſ. 73. n. 16. verſ. & idem dicit ipſe in Advocatis illiteratis*, Marcabrun. ab Anguil. *conſil. 45. n. 1.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, p. 3. n. 24.* Menoch. *d. caſu 522. n. 2.* latè Farin. *d. q. 106. n. 18.* ubi *n. 9.* poſt Peregr. *de jure fiſci lib. 4. tit. 7. n. 17.* Virgil. Boccac. *d. q. 3. n. 62.* extendit ad fiſcum, ita ut nec etiam poſſit paciſci cum aliquo de quota litis parte, & illius defenſionem ſuſcipere; & *n. 20.* poſt eundem Boccac. *n. 33. cum ſeqq.* reſolvit Procuratorem, ſeu Advocatum litis conſortem, & habentem intereſſe in cauſa; qui fecerit pactum de quota litis cum aliis collitigantibus, puniri ac ſi eſſet extraneus, & *n. 11.* cum eodem Boccac. *d. loco, n. 33. in fine, & n. 35. & 42.* extendit ad Procuratorem, ſeu Advocatum conſanguineum.

5 *Sub nomine honorariorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod pactum de quota litis non valet, quamvis factum fuerit sub nomine salarii, quod in jure appellatur Honorarium, ut per Alphons. Villag. *in pract. crimin. canon. lib. 9. tit. de Advocatis, rubr. fin. concl. 14. in princ. vers. neque poterit paciſci de mercede.* Virgil. Boccac. *d. part. 3. n. 41.* Farin. *dict. q. 106. n. 23.* ubi *n. 24.* de-
6 clarat procedere quando sub nomine honorarii, seu salarii fieret pactum de quota litis, videlicet rei, seu quantitatis in litem deductæ, & in casu victoriæ tantùm, secus si promitteretur salarium in certa quantitate, seu etiam re non deducta in litem moderata, & sive vincatur, sive perdatur lis, quia tunc sine dubio valet tale pactum, & conventio salarii.

7 *Emolumenta sibi certa partis*, &c.) Etiamsi pactum non fiat de quota litis, sed de certa re in litem deducta, ut tenet Gozadin. *conſ. 3. n. 25.* Guid. Pap. *dict. dec. 102. n. 1. vers. nec etiam de re certa.* Plot. *de in litem jurando*, §. 16. *n. 9.* Marcabrun. ab Anguil. *conſ. 4. n. 1.* Franc. Marc. *dec. 19. n. 1. vers. & pariter part. 1.* Peregr. *de jure fiſci lib. 4. tit. 7. n. 16.* Virgil Boccac. *d. tract. de pactis p. 3. n. 18.* Farin. *d. q. 106. n. 19.*

8 Et etiamsi pactum fiat de danda certa pecuniarum quantitate Procuratori, seu Advocato in casu victoriæ tantùm, talis namque promissio sic in pactum deducta dicitur illicita & reprobata, ut per Joan. de Amic. *conſ. 148. n. 9. vers. nisi fuisset in pactum,* Nav. *d. conſ. 4. sub n. 3. de pactis.* Virgil. Boccac. *d. p. 3. n. 27. vers. nam ubicunque*, Vincent. Mancin. *in tract. de juram. effectu 253. n. 3. cum ſeqq.* Farin. *d. q. 106. n. 38.* ubi
9 *n. 39.* procedere ait etiam quod sit promissa certa quantitas moderata, & *n. 41. & ſeqq.* resolvit quod si pro-
10 mitatur Advocato, seu Procuratori certa pecuniarum quantitas uniformiter solvenda, tam in casu victoriæ, quam in casu non victoriæ, & sive vincat, sive perdat tantùm, talis promissio sic in pactum deducta valet, & tenet, dummodò quantitas promissa sit mode-
11 rata, habito respectu ad salarium sibi debitum; secus si excessiva. Quid autem si in casu victoriæ aliquid plus promitatur? & videtur distingendum quando illud plus esset in magno excessu, quia tunc promissio esset illicita & reprobata, secus autem si non esset in magno excessu, ut tenet Nav. *d. conſ. 4. num. 4. & in man. cap. 25. n. 30. in fine,* Jacob. de Graff. *d. part. 1. lib. 3. cap. 8. n. 12.* Alphons. Villagut. *in pract. crimin. canon. lib. 9. tit. de Advocat. rubr. fin. concl. 14. in princ. vers. poterit tamen paciſci*, latè Farin. *d. q. 106. ex n. 43.* ubi *n. 47.* resolvit prohibitionem hujus legis locum habere, si promissum fuerit dare quotam litis, non ipsi Advocato, seu Procuratori, sed alteri personæ, putà ejus uxori, ex suppositione enim personæ major arguitur fraus.

12 Et licèt hujusmodi pactum de quota litis fuerit juratum; nam adhuc est illicitum & reprobatum, ita quod ex eo agi non potest, secundùm Ursil. *ad Afflict. dec. 123. n. 6.* ubi testatur ita bis fuisse apud eum judicatum in illo Consilio: sequuntur Viv. *opin. 38. n. 2.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, p. 3. n. 60. cum ſeqq.* Farin. *d. q. 106. n. 22.* Quamvis ex tali pacto, si interveniat juramentum, dari actionem tam de jure civili, quàm Canonico, existimaverint Seraph. *de privileg. juram. privil. 170.* Vincent. Mancin. *de juram. effectu 253. n. 2.*

13 *Cum gravi damno litigatoris*, &c.) Notatur ad hoc, quod Advocati paciscentes de quota litis parte reputantur crudeles, & deprædatores, ut per Plot. *de in litem jurando*, §. 16. *n. 8. vers. & dicuntur eſſe deprædatores*, Virgil. Boccac. *d. part. 3. n. 23. & n. 47. vers. tertiò paciſcentes, & n. 48.* ubi quod pactum de quota litis dicitur derobatio, & furtum, refert & & sequitur Farin. *d. q. 106. n. 12. & n. 66.*

14 *Qui in hujuſmodi ſævitate permanſerint*, &c.) Notatur ad hoc, quod ut Advocati pœnas ab hac lege inflictas subeant, necesse est ut in tali sævitia perseverent usque ad finem litis, & ideò si non perseverent eo usque, puniendi non sunt: ita Farin. *dict. q. 106. n. 54.* ubi *n. 55.* intelligit procedere, si ante litem finitam Advocatus pœnitentiâ ductus aut recedit à pacto, aut ampliùs litem non prosequitur secus quando à pacto non recedendo, & litem prosequendo fuerit ab accusatore, seu fisco præventus etiam ante litem finitam, quia tunc sine dubio erit locus pœnæ, nec poterit Advocatus opponere quod non perseveraret usque ad finem litis.

*Ab hac profeſſione penitus arceantur.*) Notatur ad 15
hoc, quod facientes hujusmodi pacta de quota litis advocationis officio privantur, ut per Grammat. *dec. 73. n. 16.* Bertaz. *conſ. 91. n. 38. lib. 1.* Guid. Pap. *dec. 102. n. 2.* Roland. *conſ. 36. n. 21. lib. 3.* Franc. Marc. *dec. 19. n. 1. vers. & ex pœna privationis, part. 1.* Horat Carpan. *in comment. ad ſtatuta Mediolan. cap. 429. lit. O*, Peregr. *de jure fiſci lib. 4. tit. 7. n. 18.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, par. 3. n. 47. in princ. & vers. quintò privantur.* Menoch. *de arbitr. caſu 522. n. 11.* Farin. *d. q. 106. n. 3.* ubi *n. 6.* resolvit, quod est necessaria sententia declaratoria, non super privatione, sed super declaratione delicti; sequuta autem declaratione ipso jure venit privatio.

In gloss. *Immenſa.* ibi, *nam appellatione partis, ſi* 16
*nulla adjiciatur quota, dimidia continetur.* Ita Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo Omnia, vel partem, n. 8.* Brun. *conſ. 9. n. 3. & conſ. 154. n. 28.* ubi ait procedere in dubio, Sund. *dec. 102. n. 1.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 4. ſolut. 4. n. 7. fol. 381.* Card. Tusch. *pract. concluſ. tom. 6. tit. P, concl. 103. n. 2. & 3.* quos refero ego ipse *in tract. de appellativa verbor. utriuſque juris ſignif. appell. 186. n. 1.* ubi *n. 2.* assero partis appellatione to- 17
tum contineri, quando pars non applicatur magis uni parti, quàm alteri, vel quando qualitas adjecta parti convenit etiam toti.

In eadem gloss. ibi, *& ſic dicit hanc legem loqui*, 18
*cum paciſcitur de magna parte, quod non placet.* Notatur ad hoc, quod pactum de minima etiam quota litis non valet, ut per Plot. *de in litem jurando §. 16. n. 9.* Roland. *conſ. 36. n. 2. ad med. lib 3.* Horat. Carpan. *in comment. ad ſtatuta Mediolan. c. 426. lit. G, in princ.* Farin. *d. q. 106. n. 27.*

In eandem gloss. ibi, *Præterea nomine palmarii*, &c. 19
Notatur ad hoc, quod pactum de aliquid dando in 20
casu victoriæ nomine palmarii valet, (palmarium enim aliud non est, nisi victoria.) Sequuntur Ursill. *in addit. ad Afflict. dec. 123. n. 6.* Navar. *conſ. 4. n. 1. de pactis*, Menoch. *de arbitr. caſu 522. num. 8.* Farin. *d. q. 106. n. 48.* ubi *n. 50.* declarat procedere, dummodò 21
pactum sub nomine palmarii, fiat post litem finitam, 22
secus autem si lite pendente: & *n. 25.* ulteriùs declarat locum habere quando id, quod promittitur, non est in magno excessu, quia tunc promissio non valeret etiam sub nomine palmarii, & *n. 53.* isto casu salarium dici moderatum asserit, non excedat summam centum aureorum.

In eadem gloss. in addit. ibi, *& ratio quod non va-* 23
*leat hujuſmodi pactum, eſt*, &c. Ratio quare pactum de quota litis factum inter Advocatum, & clientulum in casu victoriæ est improbatum à jure, præstatur ab hac gloss. videlicet quia sic paciscendo Advocati invitantur ad delictum calumniæ, & scientes se nihil habituros, nisi casu victoriæ, facient quicquid poterunt per fas & nefas, ut litem vincant. Ita Soar. *de Juſtit. lib. 5. q. 9. art. 4. vers. unum autem.* Plor. *de in litem jurando, §. 16. n. 8. vers. ne detur eis materia delinquendi.* Nav. *in man. cap. 25. n. 40. ad fin. & d. conſ. 4. de pactis. sub n. 3.* Jacob. de Graff. *in aureis deciſ. part. 1. lib. 3. c. 8. n. 12.* Alphons. Villag. *dict. concl. 14. in fine, vers. probatur & tertiò*, Vincent. de Franch. *dec. 255. n. 2. p. 2.* Marcabrun. ab Anguil. *conſ. 45. n. 6.* Virgil. Boccac. *in tract. de pactis, p. 3. n. 25.* Menoch. *d. caſu 522.*

*n. 4.*

*n.* 4. Mancin. *in tract. de juramento, effectu* 253. *num.* 4. Farin. *q.* 106. *n.* 2.

24 In gloſſ. *Arceantur*, ibi, *ipſo jure*. Notatur ad hoc, quod Advocatus paciſcens de quota litis, officio advocationis privatur ipſo jure abſque alia ſententia judicis, ut per Plot. *de in litem jurando*, §. 16. *n.* 8. *verſ. & privantur ipſo jure*, Virgil. Boccac. *in tract. de pact. part.* 3. *ſub n.* 60. Farin. *d. q.* 106. *n.* 4. ubi *num.* 6. dicit quod eſt neceſſaria ſententia, non ſuper privatione, ſed ſuper declaratione delicti, ſequuta autem declaratione ipſo jure venit privatio.

25 Notatur etiam ad hoc, quod particula, *penitus*, ſignificat nullitatem actus ipſo jure, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, n.* 105. *in fine*, Nav. *in cap. cum contingat, n.* 136. *de reſcrip.* Monet. *de diſtribut. quotid. p.* 3. *quæſt.* 7. *n.* 37. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 21. *num.* 57. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 8. *cap* 1. *num.* 4. & 5. & plures alios quos citavi *de dictionib. uſufreq. dict.* 249. *n.* 6.

---

## SUMMARIUM.

1 *Cauſidicus in uno, eodemque judicio non poteſt eſſe judex ſimul, & Advocatus.*

2 *Advocati citra litium utilitatem in licentiam convitiandi non prorumpant, & num.* 13. *Agant quod deſiderat cauſa, ab injuriis ſibi temperent, & probra in certamine rationi præferentes imminutionem opinionis patiantur, n.* 3.

4 *Judex minimè connivebit ut Advocati negotio principali relicto, in adverſarii contumeliam palam, aut ſubdolè pergant.*

5 *Pacta vetita, & contractus illiciti pendente lite inter Advocatum, & clientem ceſſabunt.*

6 *Advocatus arbitrio litigatoris oblatum honorarium decenter accipiat, nec illud aſpernetur.*

7 *Advocati ex induſtria non protrahent jurgia.*

8 *Honorati Advocatorum munere in urbe Romana fungantur.*

9 *Advocati officium ob turpe compendium ac ſtipem non deforment.*

10 *Advocati ob lucrum officia exercentes, ut viles & abjecti inter degeneres numerandi.*

11 *Advocatus & cauſidicus judicis & Aſſeſſoris vicibus ſimul fungi nullo modo poteſt.*

12 *Judex & Advocatus eſſe nemo poteſt eodem tempore.*

14 *Fama & honos rebus præponitur.*

15 *Advocati viles qui.*

16 *Jurgium nemo protrahat ex induſtria.*

17 *Contra teſtes opponens crimen, & non probans, non convenitur actione injuriarum.*

### L. Quiſquis vult. VI.

*Impp.* Valent. & Valens AA. *ad Olybrium P. V.*

1 Cauſidicus in uno & eodem judicio non ſimul ju-
2 dex & Advocatus eſſe poteſt, *in princ.* Citra litium utilitatem Advocati in licentiam convitiandi, & maledicendi temeritatem non prorumpant, *in verſ.*
3 *Ante omnia.* Advocati agant quod deſiderat cauſa, ab injuriis ſibi temperent: probra in certamine rationi præferentes, imminutionem opinionis patiantur,
4 *in verſ. Agant quod cauſa.* Connivebit minimè judex ut Advocati negotio principali relicto, in adverſarii contumeliam palam, aut ſubdolè pergant, *in*
5 *verſ. Nec enim.* Pendente lite pacta vetita, & contractus illiciti inter Advocatum, & clientem ceſſa-
6 bunt, *in verſ. Præterea nullum.* Ex arbitrio & gratia litigatoris oblatum honorarium Advocatus decenter
7 accipiat, nec illud aſpernetur, *in verſ. Nemo ex his.* Advocati ex induſtria non protrahent jurgia, *in verſ.* 8
*Nemo ex induſtria.* Honorati Advocatorum munere in 9
urbe Romana fungantur, exerceant Advocati officium 10
non ob turpe compendium, ac ſtipem deforment. Advocati ob lucrum & pecuniam officia exercentes, ut viles & abjecti inter degeneres numerandi, *in verſ. Apud urbem.* Advocatus, & cauſidicus judicis, & Aſſeſſoris 11
vicibus ſimul fungi nullo modo poteſt, *in verſ. Quiſquis igitur.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

*Non idem in eodem negotio ſit Advocatus, & judex.*) 12
Notatur ad hoc, quod eodem tempore non poteſt quis eſſe judex & Advocatus, quia in juriſdictone contentioſa non licet ſuſtinere vices plurium, ut per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 4. *n.* 8. & eſt incompatibile ut quis ſibi ipſi conſulere poſſit, Dec. *conſ.* 8. *n.* 3. *in fine, verſ. & hoc clarum.* Atque non ſolùm honeſtum, ſed neceſſarium quoque eſt judicibus abſtinere ab advocatione. Avendan. *de exequendis mandatis p.* 1. *cap.* 2. *n.* 23. *verſ. olim.* In tantum ut judex eſſe non poſſit in ea cauſa, in qua fuit priùs Advocatus, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 73. *n.* 4. Avendan. *d. n.* 23. *in fine*; Petr. Greg. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 49. *cap.* 6. *n.* 26. Azeved. *l.* 13. *num.* 3. *tit.* 16. *lib.* 2. *novæ Recop.* Cabed. *Luſit. dec.* 20. *n.* 2. *p.* 1. ubi etiam quod poterit eſſe judex in alia cauſa penitùs ſeparata. Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec.* 151. *n.* 35. & 41. Camill. Borell. *in ſumma omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 65. *n.* 125. Steph. Gratian. *dict. cap.* 4. *n.* 3. & 5. ubi id extendit, etiamſi fuiſſet Advocatus in alia cauſa, dummodò connexa & invicem dependente cum illa, in qua vult eſſe judex. Et advertit Azeved. *ubi proximè*, quod ultra quod delictum committeret ille qui judicat cauſam, in qua fuit Advocatus; talis ſententia eſſet nulla. Poterit tamen judex, qui protulit in prima inſtantia ſententiam, in ſecunda uti Advocatus defendere ſententiam ſuam gratis, Capell. Tholoſ. *dec.* 277. Azeved. *per text. ibi in d. l.* 13. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 6. *in fine*, Steph. Gratian. *dict. cap.* 4. *n.* 7. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imp. in proœmio, n.* 40. *& ſeq.*

*In licentiam convitiandi*, &c.) Notatur ad hoc; 13
quod Advocati ultra quàm litium poſcat utilitas, in licentiam convitiandi, & maledicendi temeritatem prorumpere non debent, ut per Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 49. *cap.* 6. *num.* 29. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 3. *c.* 14. *n.* 65. Surd. *dec.* 99. *n.* 25. ubi ex hoc text. colligit, quod licet Advocato convitia dicere quantum poſcit utilitas cauſæ, quia non ex dolo, ſed ex cauſa artis ſuæ hoc dicit. Et ratio prædictorum eſt, quia ſubſtantia in actione injuriarum eſt animus injuriandi ex ſtentia autem cauſæ indicat adeſſe animum injuriandi, & citat Oldrad. *conſ.* 54. *n.* 3. Roman. *conſ.* 96. *num.* 41 *verſ. imò quod plus eſt.*

*Opinionis ſuæ imminutionem patietur.*) Notatur ad 14
hoc, quod fama & honos præponitur rebus, ut per Surd. *dec.* 89. *n.* 21.

*Nemo ex iis, quos licebit*, &c.) Notatur ad hoc, 15
quod viles admodum fuerunt Advocati; ii quidem abjecti, atque degeneres inter viliſſimos computantur, qui vili pretio, ſive turpi compendio patrocinium præſtant, ut per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *n.* 6. ubi *n.* 53. hunc text. ita intelligit. Unde Advocatum pro modico patrocinantem, contemptibilem haberi reſolvunt Viv. *Neapol. dec.* 123. *n.* 1. Monter à Cueva *Aragon. dec.* 14. *n.* 62. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 44. *conſid.* 1. quos refert Parens meus *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſitan. lib.* 1. *tit.* 48. §. 27. *num.* 7.

*Nemo ex induſtria protrahat jurgium.*) Vide Donel. 16
*commentar. juris civilis lib.* 18. *cap.* 3. *col.* 9. *verſ. præterea univerſi.*

In gloſſ. *Utilitas.* Notatur ad hoc, quod opponens contra teſtes crimen, & non probans, non poteſt

teſt conveniri injuriarum actione, ut per Rebuff. *in tract. exceptionum, n.* 46. ubi hoc verum dicit maximè ſi fuerit proteſtatus quando opponit, quod animo injuriandi hoc non facit, ſed tantùm cauſa ſe defendendi, *& in declarat. arboris n.* 24.

SUMMARIUM.

1 *Advocati ſolertiâ, facundiâ & peritiâ pares eligendi, & partibus adjungendi ſunt.*
2 *Advocans, cui patrocinium partis per judicem injungitur, patrocinium recuſans ſine admiſſa excuſatione, fori exercitio carebit.*
3 *Litigator cum pluribus Advocatis tractans, &c. prodit iniquæ litis proſequutionem.*
4 *Advocati ſunt nobiles.*
5 *Antiquitas nobilitat.*
6 *Fama in probanda nobilitate ſufficit.*
7 *Advocatus recuſans patrocinium ſibi injunctum, foro arcetur, & patrocinandi munere ampliùs non fungitur: intellige ut n.* 8.
9 *Advocatum adverſario ſubtrahens malam cauſam fovere præſumitur.*
10 *Tò* Careat, *latam ſententiam ipſo jure importat.*

L. Providendum. VII.

*Iidem, &* GRATIANUS AAA. *ad eundem P. V.*

1 ADvocati ſolertiâ, facundâ & peritiâ pares eli-
2 gendi & partibus adjungendi ſunt. Advocans, cui patrocinium partis per judicem injungitur, patrocinium recuſans ſine admiſſa excuſatione probabili ac legitima, fori exercitio carebit. Litigator cum
3 pluribus Advocatis tractans, & adverſario idoneos & pares ſuo Advocato patronos & cauſidicos abſtrahens, prodit iniquæ litis proſequutionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

4 *Aut meritum nobiliſſimos fecerit.* ) Ergo Advocati ſunt nobiles, ut per Tiraq. *de nobilit. cap.* 29. *à princ. &* præcipuè *n.* 12. Rebuff. *de privil. ſcholar. privil.* 45. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 35. *n.* 6. *cum ſeqq.* Azeved. *l.* 8. *tit.* 7. *lib.* 1. *novæ recop. pag.* 113.

5 *Aut vetuſtas*, &c. ) Ergo antiquitas nobilitat, de quo vide Tiraquell. *de nobilit. cap.* 19. *à princ.* & eò nobilior, quò antiquior. Gam. *Luſit. dec.* 1. *n.* 21.

6 *Vel plures, quorum fama*, &c. ) Notatur ad hoc, quod fama in probanda nobilitate ſufficit, de quo vide Hippol. *in l. de minore, § plurium, n.* 88. *ff. de quæſt.* Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 8. *conſid.* 16. *verſ. & ideo*, Tiraquell. *de nobilit. cap.* 10. *n.* 6. *& cap.* 11. *n.* 7. Duen. *reg.* 299. *limit.* 3. Covar. *pract. c.* 21. *n.* 7. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 7. *n.* 11. *&* 12. Maſcard. *de probat. concl.* 1090. *n.* 11. Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 36. Cabed. *Luſit. dec.* 73. *num.* 15. *p.* 2.

7 *Si quis verò minus*, &c. ) Notatur ad hoc, quod vocatus recuſans patrocinium ſibi injunctum aliis præſtare, foro arcetur, & patrocinandi munere ampliùs non fungitur, ut per Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 32. Capell. Thol. *dec.* 481. *incip. item fuit quæſitum*, Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 43. *ſub n.* 1. quos refert & ſequitur Camill. Borrel. *in ſum. omnium dec. tom.* 1. *tit.* 65. *n.* 43. Roman. *ſing.* 259. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 14. *n.* 1. *& pract. cap.* 6. *n.* 4. Azeved. *l.* 16. *n.* 3. *tit.* 16. *lib.* 2. *novæ Recop.* Me-
8 noch. *de arbitr. caſu* 369. *n.* 4. & idem Camill. Borrell. *ubi ſuprà num.* 44. intelligit procedere quando excuſationem aliquam juſtam non habent, veluti ſi cogantur patrocinari contra filios, parentes, pupilloſve, quorum tutelas gerunt, vel quandoque contra amicos. Advertit igitur Azeved. *l.* 14. *n.* 19. *verſ. mandamos*, *tit.* 9. *lib.* 3. *novæ Recop.* quod in compellendo Advocatum patrocinium præſtare; debet eſſe judex diſcretus, ne faciat inimicum patrocinari, vel contra amicum poſtulare. Sed ſi Advocatus compulſus noluerit patrocinium præſtare, pro toto in illo anno illa, neque in alia advocare poterit cauſa quæ non ſit propria, ſecundùm *l. Hiſpan.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *fori, l.* 5. *tit.* 19. *lib.* 3. *Ord. & l.* 28. *tit.* 25. *lib.* 4. *novæ Recop.* per quam *dicta l.* 13. *ejuſdem novæ Recop.* declaratur, ſcilicet ut præcisè non compellatur Advocatus, ſed quod ſi noluerit obedire mandato judicis, incurrat illam pœnam, & detur parti alius Advocatus, quod idem. Azeved. intelligit ſi in loco illo eſſent alii Advocati; ſecus verò ſi deficerent, vel non poſſent in cauſa illa advocare, tunc enim eſſet omninò compellendus Advocatus.

*Oſtendet proculdubio iniquam à ſe litem foveri.* ) No- 9
tatur ad hoc, quod præſumitur fovere malam cauſam, qui adverſario Advocatum ſubtrahit, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 91. *n.* 10. Maſcard. *de probat. concl.* 174. *n.* 1. Greg. Lop. *per text. ibi in l.* 10. *gloſſ.* 3. *tit.* 6. *part.* 3.

In gloſſ. *Foro* ibi, *ipſo jure*. Notatur ad hoc, quod 10
verbum, *careat*, importat latam ſententiam, & ipſo jure, ut per Tiraquell. *in l. ſi unquam*, *verbo Revertatur*, *n.* 161. *de revocan. donat.* Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *n.* 354. Gam. *in tract. de ſacram. præſtand. ultimo ſupp. damnatis*, *q.* 5. *num.* 17. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 26. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *verbo Lex*, *n.* 129. quos refero *de diction. uſufreq. dict.* 53.

SUMMARIUM.

1 *Advocati Religioni Catholicæ ſint addicti, & n.* 5.
2 *Advocati munus contra præſcriptum Imperatoris ſubreptitiè impetrans, foro prohibetur.*
3 *Rectores provinciarum Advocatos hæreticos ad exercitia forenſia impunè non admittent.*
4 *Judæus, ſeu Maurus non poteſt eſſe Advocatus pro Chriſtiano, n.* 5.
6 *Stylus, pro ſcientia damnationis bonorum.*

L. Nemo. VIII. & ult.

*Impp.* LEO *&* ANTHEMIUS AA. *Nicoſtrato P. P.*

ADvocati Religioni Catholicæ addicti ſint. Item 1
Advocati munus contra præſcriptum Imperato- 2
ris ſubreptitiè impetrans, & ſuſtinens, foro prohibetur. Provinciarum Rectores Advocatos hæreticos impunè ad exercitia forenſia non admittent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.* 3

Per hunc textum tenet Bart. hîc, Judæum, ſeu 4
Maurum non poſſe pro Chriſtiano eſſe Advocatum, ita *l. Hiſpan.* 5. *in fine*, *tit.* 6. *part.* 3. ubi Gregor. Lop. *in gloſſ. fin.* dicit quod tamen tenet proceſſus ſi iſti, vel alii prohibiti poſtulare, poſtulent judice fortè ignorante. Cov. *in Clem. ſi furioſus*, *part.* 1. *§.* 2. *ad fin. in verſ. ſextò*, Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 49. *c.* 6. *n.* 25. Donell. *comment. juris lib.* 18. *cap.* 3. *col.* 7. *verſ. præterea*, Cardoſ. *in praxi judicum*, *verbo Procurator*, *n.* 110. Menoch. *de arbitr. caſu* 360. *n.* 69. ubi 5
refert Leonem Imperatorem, virum tunc Religioſiſſimum, *in hac l.* 1. conſtituiſſe, Advocatos non poſſe aſſumere patrocinia priuſquam ſint imbuti ſacroſanctis myſteriis Catholicæ Religionis, nec poſſe prohibitum patrocinium aſſumere.

*Stylum præſcriptionis*, &c. ) Stylum hîc pro ſenten- 6
tia damnationis bonorum ex Accurſio exponit Chriſtoph. de Paz *ad leges ſtyli*, *p.* 1. *rub. n.* 19. ubi dicit in

hoc

hoc ſignificari, hanc legem communiter recipi ab omnibus juris interpretibus.

## *De Advocatis diverſorum judiciorum.*

### Tit. VII.

ADvocatus, vel patronus, vel cauſidicus, vel togatus dicitur qui pro alio poſtulat. Scripſerunt in hanc rubricam Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli, & latè de Advocatis vide *Ordin. Regiam Luſitan. lib. 1. tit. 48. l. Hiſpan. 1. cum ſeqq. tit. 6. part. 3. & tit. 19. lib. 3. Ord. & tit. 9. lib. 3. novæ Recop.* Adrian Pulvæ. *in orat. de Advocatorum privilegiis*, Lancelot. Polit. *de Advocati officio, tom. 3. tract. Doct. part. 1. fol. 362.* Joan. Petr. Ala *de Advocato, & cauſidico Chriſtiano* Eraſm. à Cochier *de Advocatis feudalibus*, Martin. Magerum *de Advocatia armata, ſive clientelari patronorum jure, & poteſtate, clientumque officio*, Chaſſan. *in catalog. gloriæ mundi, p. 7. conſid. 28.* Perez *l. 1. tit. 19. lib. 2. Ordinam. & l. 2. tit. 4. lib. 3. ejuſdem Ord.* Anton. Gravar. *ad Veſtr. in pract. lib. 2. cap. 18.* Burg. de Paz. *in proœm. legum Tauri, ex n. 476.* Tiraq. *de nobilit. cap. 19.* Menoch. *de arbitr. caſu 494.* Jacob. Benn. *de Privil. Jureconſult. part. 2. privil. 28. & p. 3. privil. 71. ex n. 3.* Azeved. *tit. 16. in initio, ex n. 4. lib. 2. novæ Recopil.* Joan. Matienz. *in dial. rêlator part. 1. cap. 7. & 9.* Donell. *commen. juris civilis lib. 18. cap. 3.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 35. n. 11. cum ſeqq.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 12. cap. 22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 25. cap. 44. à n. 661.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 186. n. 6. cum ſeqq.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 44.* Valaſc. *conſ. 125. à princ.* Cabed. *Luſit. dec. 224. p. 4.* Mendez à Caſtro *in praxi Luſit. lib. 1. c. 3. n. 17. cum ſeqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Advocatus Prævaricator legitimè convictus impunis non eſt.*

2 *Sententia lata intercedente prævaricatione non meretur executionem.*

3 *Prævaricationem objiciens & non probans, de calumnia tenetur, & ſententia, quæ prætextu prævaricationis impugnatur, prævaricatione non probata in rem judicatam tranſit.*

4 *Advocatus ſi fuerit corruptus pecunia, an ſententia ſit nulla.*

5 *Prævaricationis nomine contineri videtur Advocatus, ſeu Procurator ille, qui viſis ſcripturis ſui clientuli, cauſam deſerit; & ad adverſarium confugit.*

L. S. patronum. L.

*Imp.* Antoninus A. *Doloni.*

1 ADvocatus prævaricator legitimè convictus im-
2 punis non eſt. Et ſententia lata intercedente præ-
3 varicatione executionem non meretur. Item prævaricationem objiciens, & non probans, de calumnia tenetur: ſententia, quæ prætextu prævaricationis impugnatur, prævaricatione non probata, in rem judicatam tranſit. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Sichard. Caſtrenſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. & remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

4 De materia hujus text. vide Gregor. Lop. *l. 13. in gloſſ. verbo Por dineros, tit. 22. part. 3.* ubi quærit, an ſi 4 corruptus fuit Advocatus pecuniâ, ſententia ſit nulla? Tiraquell. *de pœnis temper. cauſa 44. n. 37.* ubi cum gloſſ. *in præſenti* dicit ſecundùm aliquos, quod ſi Advocatus alicujus prævaricatur, aliquid omittendo ſcienter, & ex iſta omiſſione perdit cauſam, valet ſententia mero jure, eſtque opus in integrum reſtitutione, *l. minor autem, §. 1. ff. de minorib.* ſi autem prævaricatur commitendo, putà revelando parti adverſæ ſecreta cauſæ, & illum inſtruendo, aut aliud hujuſmodi, ſententia eſt nulla *& cauſa 49. n. 34.* ubi ait quod licèt propter immanitatem criminis accuſator non probans non dicatur calumniari, ut qui in accuſationem illius faciliùs profiliat, nihilominus tamen regulariter ſecus eſt, ut *in hac leg.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib. 22. cap. 10. à princ.* Menoch. *de arbitrar. caſu 323. de prævaricatorib.* Donel. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. 3.* Maſcard. *de probat. concl. 312.* Farinac. *in praxi crimin. q. 16. n. 11.* ubi poſt multos à ſe relatos & citato noſtro textu tenet, poſſe de calumnia condemnari illum, qui vel accuſationem non probavit, vel ab ea deſtitit, licèt talis non verus, ſed præſumptus dicatur calumniator: refert & ſequitur Caſtill. *quotid. lib. 3. cap. 21. n. 9.*

Sub prævaricationis nomine contineri videtur Ad- 5
vocatus, ſeu Procurator ille, qui viſis ſcripturis, ſeu inſtrumentis ſui clientuli, cauſam deſerit, & ad adverſarium confugit, illi ſecreta ipſius cauſæ pandendo, ut per Boſſ. *in pract. titul. de prævaricat. n. 4.* Menoch. *d. caſu 323. n. 4.* ubi *n. 5.* ſubdit, quod talis non proprie, ſed impropriè prævaricationis crimen committere dicitur. Et advertit Caſtrenſ. *in præſenti, prope fin.* ex noſtris Jureconſultis Oldradum hoc prævaricationis crimine notatum fuiſſe, & præ nimio dolore quòd delictum fuiſſet detectum deceſſiſſe, prout etiam refert Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 72. verſ. tergiverſator.* Avendan. *de exequendis mand. part. 1. c. 2. n. 25. in fine, verſ. conſulo.* Propriùs igitur non prævaricationis crimen, ſed falſi incurrere dicetur Procurator, ſeu Advocatus pandens ſecreta cauſæ parti adverſæ, ut tenent *l. Hiſpan. 2. verſ. eſſo miſmo, tit. 7. part. 7.* Avendan. *ubi proximè.* Roland. *conſ. 16. ex num. 13. vol. 3.* Petez *ad leg. 1. quæſt. 5. tit. 19. lib. 2. Ordin. pag. 400.* Gregor. Lop. *per text. ibi in l. 1. tit. 7. part. 7.* Avendan. *de exequend. mand. lib. 1. cap. 2. ex num. 14.* Azeved. *l. 17. à princip. tit. 16. lib. 2. novæ Recop.* Menoch. *conſ. 323. ex n. 5.* Stephan. Gratian. *diſpcept. ferenſ. cap. 100. n. 16.* Cald. Pereira *ad l. unic. ex delictis defunct. part. 4. num. 31. cum ſeqq.* Parens meus *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſitan. lib. 1. tit. 48. §. 2. n. 2.* latè Farin. *in praxi crimin. part 1. quæſt. 4. n. 15.* ubi ponit pœnas, quas talis Advocatus, ſeu Procurator incurrit: videlicet primò, quod incurrit infamiam: ſecundò quod ab advocandi, ſeu procurandi munere repellitur: tertiò erga dominum actione mandati ad damna & intereſſe tenetur: quartò punitur pœna extraordinaria judicis arbitrio juxta facti & perſonarum qualitatem: quintò ſententia lata ob prævaricationem Advocati, ſeu Procuratoris eſt nulla, & ſi non ipſo jure, ſaltem via reſtitutionis: & *num. 16.* cum Menoch. *d. caſu 323. in fine,* ſubdit poſſe Advocatum, ſeu Procuratorem etiam poſt viſas ſui clientuli ſcripturas, illi reſtituta mercede accepta, eo quòd viderit eum minùs juſtam cauſam fovere, ſuum patrocinium tali clientulo denegare, non tamen adverſarium adjurare. Hac in re optima *lex Hiſp. 19. tit. 6. p. 3.* dum vult, quod Advocatus cui pars nunciavit ſecreta ſua, non poſſit advocare pro parte adverſa, ſi labori ejus priùs ſatisfecerit; ſed non aperit an poſt nudata ſecreta cauſæ teneatur Advocatus ſuperſedere, expectans an ſibi velit ſolvere, vel non; in quo dubio Gregor. Lop. *ibi in gloſſ. verbo ſu ſalario*, ita concludit: ſi oſtendiſti jura tua, & requiſiviſti Advocatum

de patrocinio, & ipſe dedit tibi ſpem; ſi poſtea non ſtet per te, quia vis eum pro Advocato, & ſibi ſolvere, non poterit adverſæ parti patrocinari; ſed ſi non requiſiſti eum, vel per te ſtat quominus ipſe ſit tuus Advocatus, vel non ſolvere, tunc bene poterit tibi adverſari, & videtur de mente hujus l. & non deberet Advocatus præcipitare ſe in juvando alteram partem, niſi probaret partem, cui conſuluit nonlle ei ſolvere, ſeu nolle eum in Advocatum.

SUMMARIUM.

1 *Decurionibus, & patriæ officiis adjuncti favore defenſionis ultra priora munera Advocatorum provinciam in patria accipiunt, & adminiſtrant.*
2 *Advocati contra patriam non patrocinabuntur, & num. 4.*
4 *Judices, aut correctores, Advocati officio uti non poſſunt intra ſuum territorium.*

L. Qui neceſſariò II.

*Imppp.* Valens, Grat. & Valent. AAA. *ad Antonium. P.P.*

1 DEcurionibus, & patriæ officiis adjuncti, favore defenſionis ultra priora munera Advocatorum provinciam in patria accipiunt, & adminiſtrant. Item Advocati contra patriam non patrocinabuntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

2 *Cauſidicorum funguntur officiis*) Non ita ſi judices ſint, aut correctores, qui hi intra ſuum territorium advocationis officio uti non poſſunt; nam licèt olim jure communi attento, non imponeretur judicibus neceſſitas abſtinendi ab advocatione, hodie verò non ſolùm honeſtum, ſed neceſſarium quoque eſt, nam intentus officio advocationis impediret ſeipſum in adminiſtranda juſtitia. Ita Advendañ. *de exequendis mandat. part. 1. cap. 2. n. 23. in princip.*

3 *Ut non contra Remp. civitatis*, &c.) Notatur, quod Advocati contra Remp. ſuæ patriæ patrocinari non debent, ut per Rip. *in l. fin. n. 31. de revocand. donat.* Cott. *in memorab. verbo ingratitudo, el 2.* Joan. Gaſp. Hortigas *in patrocinio pro Cæſarauguſt. gymnaſio, p. 1. ex n. 3.* Cened. *ad Decretum, collectan. 28. num. 22.* Patriæ enim plurimùm habemus, ad not. per me *in collect. ad proœm. Decretal. n. 22.*

SUMMARIUM.

1 *Advocati vel ſponte, aut etiam inviti ad munus collectarum non accedant, nec trahantur, & num. 2.*
3 *Togati, pro Advocatis.*

L. Ne quis. III.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Ad Africanum. P.P.*

1 ADvocati vel ſponte, aut etiam inviti ad munus collectarum colligendarum non accedant, neque trahantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 De Advocatis onere aliquo collectarum non gravandis dicam commodiùs *ad l. ſancimus 6. infra hoc eodem tit.* Et quod ab oneribus realibus tributorum immunes ſint, Guid. Papæ *deciſ. 88. & 388.* Matth. Stephan. *de juriſdict. part. 2. cap. 10. num. 16. & ſequent.*

*Ex corpore togatorum.* Id eſt, Advocatorum, qui præterquam ubi cauſas orabant, penula uti poterant, ob idque togati appellantur in hoc text. ut per Guid. Pancirol. *in theſauro variar. lect. lib. 1. cap. 12.* 3

SUMMARIUM.

1 *Advocati occaſione officii acquiſita, ut peculium caſtrenſe tenent, & jure dominii poſt obitum parentum vendicant, & num. 2.*
3 *Peculium quaſi caſtrenſe quod ſit.*
4 *Salarium ratione adminiſtrationis in officio aquiſitum, peculium quaſi caſtrenſe dictum.*
5 *Tit.* Occaſionis, *notic.*

L. Fori tui. IV.

*Impp.* Honor. & Theod. AA. *Euſtaſio. P.P.*

ADvocati occaſione officii acquiſita, ut caſtrenſe peculium militum tenent, jure dominii poſt obitum parentum vendicant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc. tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Cacheran. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 6. de poſtulando, num. 2. pag.* 309. ubi ait peculium quaſi caſtrenſe dici illud, quod Advocatus lucratur, ſive ex ſalario publico, ſive aliàs, dum tamen ille ſit Advocatus approbatus publica auctoritate, & receptus in album Advocatorum; propterea de illis acquiſitis factis ab ipſo Advocato poterit ipſe diſponere, ac de illis teſtari, ac ſi eſſet paterfamilias. Peregrin. *de jure fiſci lic. 7. tit. 2. num. 15. in fine*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 49. cap. 6. num. 35.* Donel. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. 3.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 62. n. 18. ad fin. & ſeq.* ubi dicit, quod ſalarium ratione adminiſtrationis in officio acquiſitum, dicitur peculium quaſi caſtrenſe, & ponit exemplum in Advocato fiſci, vel pauperum, & ſimilibus, quibus de publico datur ſalarium, Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpret. lib. 1. c. 5. n. 20.* Vide Doctores citatos *ad l. 8. inf. hoc eodem tit.* 2 4

*Vel ipſius occaſione quæſierint.*) Ergo occaſio illa dicitur in præſenti, quæ non eſt ordinata ad effectum de quo agitur, ſed accidentaliter & fortuitò contingit, ut per Tiraq. *in tract. Ceſſante cauſa, limit. 13. n. 7.* ubi *in fine* ait, Bartolum ex hoc text. notare aliud eſſe, aliquid eſſe ex aliquo, aliud ejus occaſione.

SUMMARIUM.

1 *Privilegia quibuſdam conceſſa poſſunt ad alios per Principem generalibus verbis extendi.*
2 *Privilegia locumtenenti conceſſa, quando ſolus priùs regebat ſedem, & juſtitiam miniſtrabat, ad novos in eadem Curia Conſiliarios extendi debent.*
3 *Togatis, id eſt Advocatis, & patronis cauſarum.*

L. Quicquid animi. V.

*Impp.* Theod. & Valent. AA. *Cyro P.V.*

PRivilegia quibuſdam conceſſa poſſunt ad alios per Principem generalibus verbis transferri, & extendi. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Ex hoc text. colligit Boër. *deciſ. 346. num. 4.* quod privilegia locumtenenti conceſſa, quando ſolus priùs regebat ſedem, & juſtitiam miniſtrabat, ad novos in eadem Curia Conſiliarios extendi debent. 2

*Præſtitimus togatis.* Id eſt, Advocatis, & patronis cauſarum 3

cauſarum, qui in forenſibus negotiis prævenientes litigatoribus ſuum præbent patrocinium. Ita Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verb. togati.*

SUMMARIUM.

1 *Advocato nullum munus perſonale, nec judicandi, arbitrandi, & conſulendi neceſſitas extra patriam injungatur, & num.* 2.
3 *Advocati gaudent privilegiis, quibus legum Doctores, qui actu legunt: intellige ut n.* 4.
5 *Advocatus cogi non poteſt, ut ſubeat officium advocationis, & poſtulationis, niſi urgente neceſſitate.*

L. Sancimus ut Advocati. VI.

*Idem* AA. *ad Florentinum. P.P.*

1 ADvocato nullum munus perſonale, nec neceſſitas judicandi, arbitrandi & conſulendi extra patriam injungatur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 8. tit. 32. part. 2. ubi gloſſ. fin.* Mantua. *lib. 3. locorum, cap.* 42. Adrian. Pulvæ. *in orat. de Advocator. privilegiis fori, fol.* 17. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 18. *cap. 3. col. penult. verſic. præterea Advocati.*

3 Privilegiis itaque gaudent Advocati, ſicut & legum Doctores, qui actu legunt, ut nullum illis perſonale munus injungatur, nec onere aliquo collectarum graventur: ita Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 185. *n. 2. vol. 2.* Laurent. Sylvan. *conſ. 88. n. 4. & 14. vol. 1.* Nicol. Feſtaſ. *de æſtimo, part. 4. cap. 3. n. 46. cum ſeqq.* Roland. à Valle *conſ. 66. num. 36. & 38. vol. 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 379. n. 3.* Camil. Borrel. *de compromiſſ. §. 4. gloſſ. 2. n. 10. & in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 65. de*

4 *Advocatorum officio, ex num. 22.* ubi *num. 27.* intelligit in Advocatis & Doctoribus, qui poſtulando optimum, & ſolemne nomen ſibi quærunt, non autem in illis, qui nomine tenus Doctorum & Advocatorum nomen ſibi uſurpant, neſcientes, aut docere nolentes.

5 *Præter arbitrium*, &c.) Notatur ad hoc, quod Advocatus cogi non poteſt ad ſubeundum officium advocationis, & poſtulationis, & ſic ad præſtandum ſuum patrocinium, niſi urgente neceſſitate, ut per Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 6. num. 19. verſ. idem Advocat.* ubi etiam quod eadem præexiſtente neceſſitate cogi poteſt litigantibus conſulere, & ad ſuſcipiendam delegationem ſibi factam, ut etiam firmat Grac. Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 1. c. 30. n. 78.*

SUMMARIUM.

1 *Advocati diverſorum locorum uni Principi ſubjectorum fruuntur eiſdem, & conſimilibus locorum privilegiis.*
2 *Toga ſuper alias veſtes induebatur, ſiniſtrumque humerum tegebat, & ante pectus dimiſſa, fibula in dextero humero nectebatur.*
3 *Toga præfecturæ Illyricianæ, pro collegio Advocatorum iſtius fori.*

L. Iiſdem privilegium. VII.

*Idem* AA. *Thalaſſio P.P. per Illyricum.*

1 ADvocati diverſorum locorum uni Principi ſubjectorum fruuntur eiſdem, & conſimilibus locorum privilegiis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

*Potiri togam*, &c.) Toga ſuper alias veſtes induebatur, ſiniſtrumque humerum tegebat, & ante pectus dimiſſa, fibula in dextro humero nectabatur. Et toga præfecturæ Illyricianæ pro collegio Advocatorum ejus fori accipitur *in hoc text.* tempore enim patrocinii Advocati togati eſſe debebant, ita Guid. Pancirol. *in theſauro variar. lect. lib. 1. cap. 12. de toga civium Romanorum inſigni.*

SUMMARIUM.

1 *Advocatus fiſci liberatur à conditione cohortalium, & quod lucratur, inter peculium quaſi caſtrenſe reputabit.*
2 *Advocati cauſarum ad ſuprema tribunalia non omnes admittebantur, ſed certus conſtituebatur numerus; & n.* 3.
4 *Advocatus fiſci liberatur à Curiali conditione, vel altera viliori.*
5 *Filiusfam. Advocatus quidquid acquirit, peculii caſtrenſis loco habetur, & poſt patris mortem non tenetur illud conferre fratribus: intellige ut n.* 6.

L. Cùm Advocato. VIII.

*Idem* AA. *Cyro P.P.*

1 ADvocatus fiſci liberatur à conditione cohortalium, & quod lucratur, inter quaſi caſtrenſe peculium reputabit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc. tit.*

2 *Centum quinquaginta*, &c.) Nota quod Advocati cauſas defenſuri, ſive pro aliis acturi, ad mojora & ſuprema tribunalia non omnes admittebantur, ſed fiebat illorum delectus, & certus numerus conſtituebatur, ut in hoc text. Camill. Borrel. *in ſumma omnium deciſ. tom. 1. tit. 65. de Advocatorum officio, ex n.* 14. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. cap.* 184. *n.* 18. ubi dicit quod Advocatorum olim erat certus numerus, & qui ex illo erant numero, temporarii, non perpetui reputabantur, licèt deinde penuria & paucitas Juriſperitorum fecerit, ut perpetuarentur Cujac. *obſervat. lib. 16. c. 22.*

3 *A cohortis, vel alterius* &c.) Notatur ad hoc, quod Advocatus fiſci liberatur à Curiali conditione, vel altera viliori, ut per Pereg. *de jure fiſci lib. 7. tit. 2. num.* 15.

4 *Quaſi caſtrenſe ſibimet vendicare*, &c.) Notatur ad hoc, quod filiusfamilias Advocatus quicquid acquirit, caſtrenſis peculii loco habetur, & poſt patris mortem non tenetur illud cum fratribus conferre. Ita Franciſc. Marc. Delphin. *deciſ.* 638. *ſub num. 3. vol. 1.* Clem. Aſcan. *de patria poteſt. effectu 2. ſub. n. 6. & effectu 9. num. 2. cum ſeqq.* Cornel. Beninca. *de paupert. ſpec. 1. in judic. n.* 8. Clar. *in §. teſtamentum, quæſt. 17. in fine*, Joan. Anton. Mangil. *de imputat. q. 29. n. 27. cum ſeqq.* Roland. Cavagnol. *in decretis Montisferrati; decreto 41. §. n. 12.* Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib. 3. cap. 105. n. 4* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. pen. verſ. deinde Imper.* Hieron. Treutler. *diſp. ſelect. part. 1. diſp. 8. theſi 3.* Peregrin. *d. lib. 7 tit. 2. n. 15. prope fin.* Vincent. Caroc. *in tractat. de locato, tit. de fructibus & litium expenſ. q. 8. d. n. 49.* Camill. Borell. *in ſumma omnium. deciſ. tom. 1. tit. 65. de Advocatorum officio. num. 120.* ubi *n. 121.* id intelligit, dummodò tales Advocati filiifamil, in advocatorum matricula ſint deſcripti. Vide citatos *ad l. 4. ſuprà hoc eodem tit.* Unde in teſtando de rali lucro, vel ſalario Advocati militari potiuntur privilegio, ac etiam poſt pupillarem ætatem in eo ſubſtituere poſſunt, Perez *verbo llaman à los abogados, verſ. octavò ſubtiliter, tit. 19. lib. 2. Ordin.*

5 6

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Advocatus finito provinciæ munere, quod administravit, potest redire ad munus patrocinii, vel causidici.*
2 *Advocati ex studio, & labore patrocinandi vitæ subsidia quærere licitè possunt.*
3 *Officia ex quibus parantur vitæ subsidia, non sine gravi causa alicui adimenda, & n. 4. & 5. Amplia ut num. 6.*

L. Si quis. IX.

*Iidem* AA. *Appollonio P.P.*

1 ADvocatus finito provinciæ munere, quod administravit, redire ad patrocinii, vel causidici mu-
2 nus potest. Item Advocati ex studio, & labore patrocinandi vitæ subsidia quærere licèt possunt. Officia ex
3 quibus parantur vitæ subsidia non sine gravi causa alicui sunt adimenda, & interdicenda. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*
4 De officio nulli sine urgenti causa adimendo, vide Menoch. *de arbitr. q. 55. per tot.* Carol. Tap. *in l. fin. ff. de constit. Princip. cap. 9. n. 77. cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 16. n. 28.* Cabed. *Lusitan. decis. 10. part. 2.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons. 8. n. 66.* ubi
5 attestantur Reges Lusitaniæ, Castellæ, & Franciæ semel collata officia extra mortem, vel renunciationem, aut delictum tollere non solere Ceval. *commun. contra commun. q. 425. n. 16. cum seqq.* Gutier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 18. n. 15. & 16. & cap. 30. n. 19. & pract. lib. 3. quæst. 11. n. 9.* Fontanel. *de pactis nupt. claus. 4 gloss. 10. p. 1. n. 144.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 49. cap. cap. 8. num. 12.* latissimè Garc. Mastril. *in tractat. de magistratibus lib. 1. cap. 27. per tot.* ubi multipliciter ampliat, &
6 in primis *à num. 16.* extendit, etiamsi officii concessio facta fuerit ad beneplacitum, & cum clausul. *quoad placuerit*; nam absque justa causa minimè poterit revocari, & *n. 32.* quod nec minui poterit, & *n. 33.* dicit quod officiali absque justa causa revocato succurritur remediis possessoriis.

SUMMARIUM.

1 *Privilegium uni officii & artis causâ concessum, alteri qui eandem artem exercet cum utilitate publica, commune esto.*
2 *Advocatorum fisci aucto numero, privilegium simul auctum censetur.*
3 *Advocatus fisci eligitur de præstantioribus.*
4 *Salarium duplex accipit, qui duplex gerit officium.*
5 *Officia duo qualiter quis habere possit in eodem loco, remissivè.*

L. Binos qui. X.

*Impp.* VALENT. *&* MARTIAN. AA. *Palladio P.P.*

1 PRivilegium uni officii & artis causâ concessum, alteri qui eandem artem exercet cum utilitate pu-
2 blica, commune esto. Aucto Advocatorum fisci numero, privilegium simul auctum censetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*
3 *Qui priores,* &c.) Notatur ad hoc, quod fisci Advocatus eligitur de præstantioribus, ut per Pereg. *de jure fisci, lib. 7. tit. 2. n. 12. in principio,*
4 *Paribus dignitatis, & privilegiorum,* &c.) Notari solet hic text. ad hoc, quod potest quis duplex salarium percipere, si duplex officium gerat, ut per Lap. *allegat. 99. incip. Commune.* Gail. *lib. 1. observ. 44.* Pinel. *in l. 3. de bonis maternis, part. 3. n. 73. ad finem. vers. ad idem solet notari,* Menoch. *de arbitrar. casu 233. n. 7.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo Exercitium* 1. Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo duas habens filias, n. 63.* Capyc. *dec. 27. n. 20.* à Ponte *in tract. de potestate Proregis, tit. de abundant. civit. §. 6. n. 11. cum seq.* Joseph. Sesse *de inhibit. cap. 1. §. 8. num. 10. & 12. & decis. 174. n. 5. part. 2.* latè Garc. Mastrill. *in tractat. de magistrat. lib. 1 cap. 21. n. 72. & ibi lib. 2. cap. 11. per tot.* ostendit qualiter quis officia duo in eodem loco habere possit. 5

SUMMARIUM.

1 *In Advocatorum ordinem nemo recipiendus sub colore assidendi nec in eorum consortium cooptandus absque examine, aut cohortali statui ac fortunæ subjacens, n. 2.*
3 *In Advocatorum numerum promovendum, Doctores olim & examinatores de peritia legum jurato testimonio commendabant, & n. 7.*
4 *Advocatorum filii causas agentes, cæteris supernumerariis anteferendi.*
5 *Advocati supernumerarii apud Præfectum Augustalem, & Comitem Orientis perorare poterant.*
6 *Advocatorum numerus olim assignari solitus, remissivè.*
8 *Advocati, seu patroni officio olim fungi volens, tantùm apud Præsidem provinciæ docebat se non esse cohortalem.*
9 *Advocatus si ex ignorantia, aut imprudentia amittit causam, litem suam facit, teneturque partire sarcire damnum.*
10 *Filii remunerantur ex parentum meritis.*
11 *Duo ubi sunt æqualis scientiæ, is est præferendus, qui est de meliori sanguine.*

L. Nemini licere. XI.

*Imp.* LEO A. *Viviano P.P.*

SUb colore assidendi non debet quis ultra nume- 1
rum in Adovatorum ordinem recipi, *in princip.* Cohortali statui, ac fortunæ subjacens, item absque 2
examine in Advocatorum consortium cooptandus ne- 3
mo est, *in vers. Non aliter.* Promovendum in numerum Advocatorum Doctores, & examinatores de peritia legum jurato testimonio commendabant 4
quondam, *in vers. Si verò.* Filii Advocatorum causa 5
agentes, aut qui causis adfuerunt, cæteris supernumerariis anteferendi sunt, *in vers. Filios.* Advocati supermerarii apud Præfectum Augustalem, & Comitem Orientis perorare poterant, *in vers. illud ita.* Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

*Centum quinquaginta Advocatis.*) De certo Ad- 6
vocatorum numero quondam assignari solito, vide Camill. Borrel. *in sum. omnium decis. tom. 1. tit. 64. ex num. 14.* Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 245. in princ.* ubi ait quod in quolibet foro certus erat numerus Advocatorum, qui ad hunc numerum 7
non admittebantur, nisi priùs eorum præceprores Jurisperiti ipsos juris prudentia præditos esse jurati apud acta deposuissent.

*Nisi prius in examine,* &c.) Notatur quod antiqui- 8
tùs cùm quis patroni officio fungi volebat, satis erat si apud Præsidem provinciæ se cohortalem non esse docuisset, id est, Præsidis apparitioni non obnoxium: tunc Antecessor, à quo eruditus in jure fuerat, illum juris peritia instructum esse jurabat. Ita Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 1. c. 23. de insignibus Doctorum.*

Peritia

9 *Peritia juris inſtructum*, &c.) Ergo ſi Advocatus ex ignorantia & imprudentia ſua amiſit cauſam, facit litem ſuam, teneturque parti damnum reſarcire, de quo tamen vide Joſeph. Angel. *n.* 4. *ſentent. p.* 2. *tit. de injuſtitia Advocat. diffic.* 5. *dub.* 3. ubi meminit hujus text. Burg. de Paz *in proœm. ad leges Tauri, ex n.* 213. Perez *l.* 12. *in gloſs. verbo pero ſe acacciere, tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 410. Cened. *in collect. ad Decretum, collect.* 28. *n.* 18. Morl. *in emporio juris Canon. p.* 1. *tit.* 2. *q.* 9. *n. fin.* Valer. Regin. *in praxi fori pœnitent. lib.* 10. *num.* 98.

10 *Filios autem togatorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod filii remunerantur ex parentum meritis, ut per Roman. *conſ.* 29. *In cauſa majoris*, Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 49. *num.* 10. *& in l. ſi unquam, de revoc. donat. verbo donatione largitus, n.* 40.

11 Hinc ex hoc text. colligit idem Tiraq. *de nobilit. c.* 5. *num.* 7. quod ſi duo ſunt æqualis ſcientiæ, is eſt magis honorandus, qui eſt de meliori ſanguine: de quo vide Cott. *in memorab. verb. nobiles*, Covar. *var. lib.* 1. *cap.* 16. *ſub n.* 11. Simanch. *de Republi. lib.* 5. *c.* 3. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 66. Perez *l.* 1. *verſ. ſi tamen nobilitas, & verſ. ſit igitur, tit.* 1. *lib.* 4. *Ordinam.* Otalor. *de nobilit. c.* 4. §. 2. *n.* 2. *& cap. ult.* §. 1. *n.* 9. Joan. Garc. *eod. tract. gloſſ.* 35. *à princ.* Capiblanc. *de Baronib. prag.* 10. *n.* 72. à Ponte *de poteſt. Proregis, tit. de elect. offic.* §. 5. *n.* 9. *& ſeq.* latiſſimè Garc. Maſtrill. *in tract. de magiſtratib. lib.* 2. *cap.* 8. *per tot.*

## L. Sancimus. XII.

*Idem A. Euſebio P.P. Illyrici.*

1 ADvocatus fiſci biennii ſpatio finiebat officium, privilegiis ſalvis conſororii. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Peregrin. *de jure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 13. *verſ. durat autem*, Donel. *commentar. juris civilis lib.* 18. *c.* 4. *col.* 1.

---

SUMMARIUM.

1 *Nomina collegarum eandem artem profitentium eo tempore, quo collegæ recipiuntur in numerum collegarum, inſcribenda ſunt matriculæ.*

2 *Advocati urbis Alexandriæ quinquaginta collegiati fuerant, & in vacantia collegiatorum ſupernumerariis præferebantur filii Advocatorum.*

3 *Advocatus fiſci poſt finitum officium Exconſulis dignitate honorari, & pro uxore, liberis, collateralibus comparere poteſt.*

4 *Advocato fiſci mortuo, ejus hæredibus integrum anni ſalarium debetur, & proximus huic in collegium Advocatorum ſuccedet in officio.*

5 *Præferendus qui alium contemplatione laborum, quos ex injuncto ſibi munere ſubiturus eſt, ſuperat.*

6 *Advocatus fiſci cogitur patrocinari contra ſe & ſuos: ſi habet cauſam propriam filiarum, parentúmve ſuorum, vel pupilli, cujus eſt tutor, cauſam illam contra fiſcum agere non prohibetur, num.* 7.

8 *Statuto ſi cautum, ut in locum demortui ſumatur proximus ex ejuſdem genere, & nemo ſit natus, ſed aliquis ſit in utero, alius confeſtim aſſumendus eſt.*

9 *Advocatum fiſci ſi mori contingat, ſalarium illius anni ad hæredes tranſmittendum: an id procedat in Advocatis quibuſcumque, remiſſivè, n.* 10.

## L. Petitionem. XIII.

*Impp.* Leo & Anthemius AA. *Alexandro duci Ægyptiatici limitis, P.V.*

NOmina collegarum eandem artem profitentium eo tempore, quo collegæ recipiuntur in numerum collegarum, inſcribenda ſunt matriculæ. 1

Advocati urbis Alexandriæ erant quinquaginta collegiati, & in vacantia collegiatorum, filii Advocatorum ſupernumerariis præferebantur. Fiſci Advocatus poſt finitum officium Exconſulis dignitate honoratur, & pro ſua uxore, liberis, collateralibusque advocando comparere poteſt. Mortuo fiſci Advocato, ejus hæredibus integrum anni ſalarium debetur, & proximus huic in collegio Advocatorum ſuccedet in officio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* 2 3 4

*Contemplatione laborum*, &c.) Notatur ad hoc, quod præferendus ille eſt, qui alium ſuperat contemplatione laborum, quos ex munere ſibi injuncto ſubiturus eſt, ut per Nicol. Boër. *de auctorit magni Concil. n.* 245. *verſ. nam profectò*, Donell. *comment. juris civilis l.* 18. *cap.* 3. *col. ult. verſ. præterea*, optimè Menchac. *illuſtrium controverſ. lib.* 1. *in præfat. n.* 87. 5

*Tam pro ſe, quàm pro filiis*, &c.) Notatur ad hoc, quod Advocatus fiſci non cogitur contra ſe, & ſuos patrocinari ut per Peregrin. *de jure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 8. ubi *n.* 6. ſubdit, quod ſi hujuſmodi fiſci Advocatus haberet cauſam propriam filiorum, parentúmve ſuorum, vel pupilli, cujus eſt tutor, contra fiſcum cauſam illam agere, & tueri minimè prohibetur. 6 7

*Sine ulla dilatione*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi ſtatuto cautum ſit, ut in locum demortui ſumatur proximus ex ejuſdem genere, & nemo ſit natus, ſed ſit aliquis in utero, non eſt expectandum ut naſcatur, ſed alius confeſtim, & ſine ulla dilatione aſſumendus eſt, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſs.* 9. *n.* 80. 8

*In locum ejus ſubrogari*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi Advocatum fiſci mori contingat, ſalarium illius anni ad hæredes tranſmittit, ut per Cephal. *conſ.* 70. *ſub num.* 4. *vol.* 1. Hieron. Trentler. *ſelectar. diſput. part.* 1. *diſp.* 8. *theſi* 3. *in fine*, Peregrin. *de jure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 14. *verſ. & fiſcalis Advocatus*, Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 3. *col. ult. in fine.* Camill. Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 65. *de Advocatorum officio, n.* 122. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 22. *pag.* 312. Sed an id procedat in Advocatis quibuſcumque, ut id anni ſalarium quo moriuntur ad hæredes pertineat? vide poſita *in l. poſt duos* 15. *infr. hoc tit.* 9 10

---

SUMMARIUM.

1 *Advocati ambigua facta defenſionibus ſuis erigentes, & lapſa reparantes, patriam legibus & facundia, ut milites armis, & vulneribus, adjuvant.*

2 *Patroni cauſarum glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt.*

3 *Advocatorum officium non minimus humano generi neceſſarium, quàm ſi patriam vulneribus, ac præliis, parentéſque ſalvarent.*

4 *Patrimonium eſt altera vita hominibus.*

9 *Pecunia anima hominis dicitur; item ſecundus ſanguis, num.* 6. *& optimus fidejuſſor futuræ neceſſitatis, n.* 7.

## L. Advocati. XIV.

*Iid. Impp.* AA. *Callicrati P.P. Illyrici.*

ADvocati ambigua facta defenſionibus ſuis erigentes, & lapſa reparantes, patriam legibus, & facundia, 1

facundia, ut milites armis, & vulneribus, adjuvant.

2 Item causarum patroni glorioſæ vocis confiſi munimine, laborantium ſpem, vitam, & poſteros defendunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Pulchra ſunt verba hujus l. in Advocatorum laudem prolata, ex quibus colligitur, eorum officium non minus humano generi neceſſarium, quam ſi patriam vulneribus, ac præliis parenteſque ſalvarent; dicuntur enim non minus militare quàm milites, quia ſicut hi armis, ita legibus illi hominum vitas defendunt atque tuentur: vide Ferrand. *explicat. lib. 2. cap. 6.* Adrian. Pulvæ, *in orat. de Advocatorum privilegiis, pag. mihi* 19. Cujac. *lib. 16. obſervat. 9.* Tiraq. *de nobilit. cap. 19. n. 11. cum ſequent.* Guid. Pap, *Gratianop. deciſ. 88. num. 2. & dec. 388. n. 1. cum ſeqq.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 661. num. 4. vol. 1.* Baëz. *de inopè debit. cap. 16. n. 148. cum ſeqq.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 19. cap. 1. n. 8.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. 1. in fine.* Joan Grac. *de nobillit. gloſſ. 35. n. 10.* Chaſſan. *in catal. gloriæ mundi, p. 7. conſider. 28.* Anton. Scap. *de jure non ſcripto. lib. 5. cap 112. n. 9.* Jacob. Benn. *de privilegiis Jureconſult. p. 2. privileg. 38. n. 2.* Cavagnol. *in decret. Montisferrati, decreto 41. n. 10.* Camill. Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 64. de Advocatorum officio, num. 20. & 21.*

4 In gloſſ. *Vitam*, ibi, *ut non perdant quod habent.* Notatur ad hoc, quod patrimonium eſt altera vita hominibus. Sic Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo facultatum, num. 1. in fine, & de nobilit. c. 31. n. 364.* Covar. *de*

5 *ſponſalib. p. 2. cap. 3. §. 4. n. 18.* Gig. *conſ. 32. num. 36.* Clar. *lib. 5. §. homicidium, n. 23.* itaut pecunia dicatur anima hominis, juxta illud Heſiodi carmen,

*Pecunia eſt anima miſeris mortalibus.*

6 Referunt Baëz. *de inope debitore, cap. 2. n. 31.* Petr. Roiz. *Lituan. deciſ. 3. ex n. 315.* Et ſecundus ſanguis, Gerard. *ſing. 73. n. 5.* Tiraq. *d. cap. 36. n. 315.* Joan. Matienz *in Dialog. relator. p. 3. cap. 30. num. 3.* Menoch. *de arbitrar. caſu 110. n. 6.* Et eſt optimus fidejuſſor futuræ neceſſitatis, Nevizan. *in ſylva nupt. lib. 2. num. 96. in princip.*

## SUMMARIUM.

1 *Privilegia patronis fiſci, & horum liberis indulta, ad togatos numero præfinitos extendenda ex ſpeciali Imperatoris juſſu.*

2 *Patronus fiſci ante annum moriens integrum ſalarium annuum ad hæredes tranſmittit.*

3 *Salarium annuum tranſmittit Advocatus mortuus pro anno incepto. Ampliatur in Advocatis quibuſcumque, n. 4. & in Prætore moriente infra tempus ſui officii, & in Doctore legente & moriente, & in Medico de publico conducto, n. 5.*

### L. Poſt duos. XV.

*Imp.* Leo A. *Dioſcoro. P. P.*

1 PRivilegia patronis fiſci, & horum liberis indulta ad rogatos numero præfinitos extendenda ex ſpe-
2 ciali Imperatoris juſſu. Item patronus fiſci ante annum moriens integrum ſalarium annuum ad hæredes tranſmittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1 n. 1. ſupra hoc tit.*

3 Probat hic text. quod ſalarium annuum tranſmittit Advocatus mortuus pro anno incepto, ut per *l. Hiſp. 9. tit. 8. part. 5.* ubi Gregor. Lop. *verbo e los otros*, Donell. *comment. juris civilis lib. 18. c. 3. col. ult. in fine*, Azeved. *l. 20. n. 4. tit. 16. lib. 2. novæ Recopil.* Cephal. *conſ. 70. lib. 1.* latè Flores de Mena *var. lib. 1. q. 8. n. 53.* ubi *num. ſeq.* dubitat de validitate hujus opinionis, cùm text. hic loquatur in Advocato fiſci habente dignitatem cum officio, & locum non habere videtur in Advocato ſalariato ab aliquo particulari, ſeu ad aliquam particularem cauſam, quia tunc non lucrabitur ſalarium, niſi pro rata laboris, cùm clientes laborem & operam Advocati conſiderent, non verò ejus merita.

Verùm illud quod dicimus de Advocato fiſci, quod 4
ſi moriatur, tranſmittat ad hæredes ſalarium illius anni, ampliatur procedere in Advocatis quibuſcumque, ut per Cephal. *d. conſil. 70. ſub. n. 4. vol. 1.* Emman. Soar. *in theſauro recept. ſentent. verbo Advocatus, n. 102. & verbo mortui, num. 237.* Gail. *lib. 1. obſervat 44. n. 12.* Sebaſtian. Medic. *in tract. mors omnia ſolvit, p. 3. n. 26.* Parid. de Puteo *de ſyndicatu, verbo ſi officialis, n. 1. & 2.* Petr. Laud. *in tract. de privileg. Doctor. quæſt. 4. n. 13. circa med.* Joan. à Capiſt. *in ſpeculo conſcient. n. 56.* Hier. Treutler. *diſput. ſelect. part. 1. diſp. 8. theſi 3. in fine*, Camill. Borrell. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 65. de Advocat. officio, n. 123.* Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 6. n. 22. pag. 318.* ubi ait, quod Doctor, vel Advocatus, qui operas ſuas locaverunt, caſu quo moriantur pendente anno locationis, tranſmittunt ſalarium annuum ratione illius anni ad hæredes, & conſequenter eorum hæredes poſſunt petere integrum totius anni ſalarium, ubi etiam ampliat hoc locum habere in 5
Prætore moriente infra tempus ſui officii; & in Doctore legente & moriente, & in Medico de publico conducto, Gabr. Alvarez *de privileg. pauper. quæſt. 28. num. 5. & 16.*

## SUMMARIUM.

1 *Advocati Prætorianæ præfecturæ quindecim numero communia habeant privilegia cum Advocatis fiſci.*

2 *Eccleſia Romana, ejuſdemque Pontifices, Advocatos decem, quos Conſiſtoriales appellant, conſtituunt.*

### L. Adſimilitudinem. XVI.

Leo Junior, & Zeno AA. *Juſtiniano. P. V.*

PRætorianæ præfecturæ Advocati quindecim nu- 1
mero communia habeant privilegia cum fiſci Advocatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

De hoc vide Camill. Borrel. *in ſum. omn. dec. tit. 65.* 2
*de Advocatorum officio, n. 16.* ubi *num. 17.* ſubdit, quod ſancta Eccleſia Romana, ejuſque pro tempore exiſtentes Summi Pontifices, Advocatos decem, quos Conſiſtoriales appellant, conſtituunt utriuſque juris Doctores, prævia publica diſputatione, ac rigoroſo examine aſſumptos, qui in ſacro Senatu, ſive Conſiſtorio cauſas proponunt, tuenturque, de quo vide etiam Octavian. Veſtrium *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 2. c. 18.* Creſcent. *dec. 8. n. 7. de præbend.*

## SUMMARIUM.

1 *Officium morte finiri, aut tempore à legibus præfinito, paria ſunt.*

2 *Privilegia anteriorum Imperatorum Advocatis, & cauſidicis per ſuperſtites non ſublata, confirmata cenſentur.*

3 *Per mortem non extare, vel per remotionem, paria ſunt.*

4 *Mortis caſus videtur includi ſub caſu remotionis.*

5 *Subſtitutio vulgaris facta in caſum mortis trahitur ad omnem caſum impotentiæ: expreſſa in caſum mortis, extenditur ad omnes caſus, quibus*

*hæres*

*hæres à primo inſtitutionis gradu excludi poteſt, num. 6.*

7 *Donatarius, cui eſt conceſſa data officiorum quando vacaverint, poteſt etiam providere quando vacant per renunciationem, mortem, vel alio modo.*

8 *Mortis caſus comprehendit caſum finiti officii.*

L. Jubemus. XVII. & ult.

*Imp.* ZENO A. *Paulo P. P. per Illyricum.*

1 OFficium finiri morte, aut tempore à legibus præ-
2 finito, paria ſunt. Item privilegia anteriorum Imperatorum Advocatis, & cauſidicis per ſuperſtites non ſublata, confirmata cenſentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.*

3 *Vel profeſſionis fine, vel morte*, &c. Notatur ad hoc, quod paria ſunt non extare per mortem, vel per remotionem, gloſſ. *verbo mori, in Clem. 1. ut lite pend. gloſſ. verbo moriatur, in c. ſi cui, de præbend. in 6.* Ruin. *conſ. 87. n. 2. vol. 2.* Rimin. jun. *conſ. 259. num. 11.* Viv. *deciſ. 2. y. 10. & 43.* Carol. Tapia *in l. fin. ff. de conſtit.*
4 *Princip. p. 2. cap. 11. n. 80.* Surd. *deciſ. 202. n. 1. & ſeq.*
5 ubi ait quod caſus mortis videtur includi ſub caſu remotionis, & *conſ. 236. num. 3.* ubi dicitur quod vulgaris ſubſtitutio facta in caſum mortis, trahitur ad om-
6 nem caſum impotentiæ, Coſta *in cap. ſi pater, p. 1. verbo eidem filio, num. 47. de teſtam.* ubi aſſerit quod vulgaris expreſſa in caſum mortis, extenditur ad omnes caſus, quibus hæres à primo inſtitutionis gradu excludi po-
7 teſt. Cabed. *Luſit. deciſ. 23. n. 10. p. 2.* ubi tradit, quod donatarius, cui eſt conceſſa data officiorum quando vacaverint, poteſt etiam providere quando vacant per
8 renunciationem, mortem, vel alio modo, Fab. de Anna *conſ. 14. num. 9.* dicens quod caſus mortis comprehendit caſum finiti officii, latiſſimè Garc. Maſtrill. *in tract. de magiſtratib. lib. 1. cap. 26. per totum*, ubi diſputat, an conceſſo officio per mortem Titii, cenſeatur conceſſum ſi vacaverit per remotionem, vel cauſam finiti officii.

## *De Advocatis diverſorum judicum.*

### TIT. VIII.

HÆc rubrica deeſt in vetuſt. libb. nec valde neceſſaria videtur, cùm nihil interſit, Advocatos diverſorum judiciorum dicas, an diverſorum judicum, & omnes ſequentes leges ſunt tempore poſteriores iis quæ in priori titulo procedunt, adeò ut omnes commodè ſub uno titulo collocarentur, tam in veteribus Latinis codicibus, quàm apud Græcos auctores. Scripſerunt in hanc rubric. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide Doctores citatos *ad rubr. tituli præcedentis.*

SUMMARIUM.

1 *Advocati Comitis rerum privatarum, Principis, & Proconſulis Achaiæ, finito officio clariſſimorum titulum impetrant.*

2 *Advocati in matricula ſcripti, finitis officiis, quietis tempore pro fructu habitorum laborum, clariſſimorum nomine ac privilegiis digni ſunt.*

3 *Advocatus etiam depoſito officio Clariſſimus dicitur, num. 5. 6. & 7.*

4 *Prætor, judex, & Advocatus, etiam finito officio vocantur prætores, judices & Advocati in memoriam priſtinæ dignitatis.*

L. Suggeſtionem. I.

*Impp.* ANASTASIUS A. *Euſebio.*

ADvocati Comitis rerum privatarum, Principi, & 1
Proconſulis Achaiæ finito officio Clariſſimorum titulum impetrant. Item Advocati in matricula ſcripti, 2
finitis officiis, quietis tempore pro fructu habitorum laborum Clariſſimorum nomine ac privilegiis digni ſunt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet Bart. Bald. Caſtrenſ. Angel. Cuman. Fulgoſ. Sichar. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

*Ut poſtquam advocationis depoſuerint officium*, &c.) 3
Notatur ad hoc, quod qui depoſuit officium advocationis, eſt tamen, ut priùs, & appellatur Clariſſimus; nec debet torqueri, & ad eum mitti debet ut ad egregiam perſonam: ita Felin. *in cap. quæ in Eccleſiarum; col. 25. verſ. & hinc eſt quod qui depoſuit, de conſtit.* Jaſ. *conſ. 179. col. 2. verſ. & faciunt dicta*, Tiraquell. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 15. n. 8.* Bon. de Cortil. *de nobilit. p. 5. n. 9. tom. 16. tract. Doctor. fol. 15.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. tom. 2. cap. 291. n. 29.* ubi *n. 32.* ait, quod 4
Prætor, judex, & Advocatus, etiam finito officio vocantur Prætores, Judices, & Advocati in memoriam priſtinæ dignitatis. D. Barboſ. *in l. 1. p. 7. n. 66. ff. ſoluto matrim.* ubi colligit ex hoc text. quod Advocatus, qui 5
depoſuit officium advocationis, debet nihilominus gaudere privilegiis Advocatis conceſſis; ſubdit tamen 6
id non eſſe verum generaliter, ſed id ſpecialiter procedere in eo caſu, in quo Princeps id ſpecialiter ita declaravit; nam aliàs ſi privilegium conceſſum ſit propter officium, quod quis à ſe aſſumit, & non ab alio, debet continuò ſe exercere in illo, ut prædicto utatur privilegio.

*Clariſſimi primi ordinis*, &c.) Notatur ad hoc, quod 7
Advocati etiam depoſito officio in clariſſima dignitate conſtituti ſunt, ut per Tiraquel. *de nobilit. c. 29. num. 11* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. c. 3. col. fin. verſ. præterea.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 184. n. 20.* Pereg. *de jure fiſci lib. 7. tit. 2. n. 15.* ibi 8
*& clariſſimus appellatur.*

SUMMARIUM.

1 *Advocati fiſci unà cum liberis, tam natis, quàm naſciturîs, à conditione Curialium liberantur, & immunitatem impetrant, & n. 2.*

3 *Filii quandocunque geniti gaudent patris dignitate, & privilegiis.*

L. Advocatos. II.

*Idem* A. *Thomæ P. P. per Illyricum.*

ADvocati fiſci unà cum liberis tam natis, quàm 1
naſciturîs, à conditione Curialium liberantur, atque immunitatem impetrant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1 ſupr. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt Chaſſan. *in catalog. gloriæ mundi, p. 7. conſiderat. 33.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. fin. verſ. porro, & cap. 5. col. 1.* Tiraquell. *de jure primogen. quæſt. 31. num 12.* ubi quod filii quando- 3
cumque geniti, gaudent patris dignitate, & privilegiis.

SUMMARIUM.

1 *Advocatorum Comitis Orientis primus in ordine, Advocati fiſci munere fungitur.*
2 *Advocatus officio fiſci depoſito ad priſtinum redit conſortium.*
3 *Advocati ſportulas taxatas accipiunt.*
4 *Advocatorum, & Doctorum conſortio nullus dignus niſi per ſtatuta tempora legum cognitioni probetur inhæſiſſe.*
5 *Filii Advocatorum, & Doctorum eruditione, & morum integritate extraneis ſuperiores, ac pares, abſque ſportularum ſolutione in promotionibus ad Advocatorum, aliáque munera recipiendi ſunt.*
6 *Sportulæ, pro mercede Advocatis debita.*
7 *Merces Advocatis pro labore debita, remiſſivè.*
8 *Advocati ſi perpetuò electi in Reip. patrocinium decedant, eorum filii ſuperſtites ac Doctores, potiùs eligendi, quàm extranei.*
9 *Romani Senatorum filios unà cum patribus in Curiam admittebant, ut negotiis aſſiſterent exmplo parentis terminandis.*

L. Jubemus. III.

*Idem* A. *Conſtantino P. P.*

1 PRimus in ordine Advocatorum Comitis Orientis,
2 fiſci Advocati munere fungitur. Officio fiſci depoſito, Advocatus ad priſtinum conſortium redit.
3 Item ſportulas taxatas Advocati accipiunt. Advocato-
4 rum, & Doctorum conſortio nullus dignus, niſi per ſtatuta tempora legum cognitioni probetur inhæſiſſe.
5 Filii Advocatorum, & Doctorum eruditione & morum integritate extraneis ſuperiores, ac pares abſque ſportularum ſolutione in promotionibus ad Advocatorum, aliáque munera recipiendi ſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.*
6 *Pro ſportulis præterea*, &c.) Sportulas in hoc text. pro mercede Advocatis debita accipiendas eſſe advertit Guid. Pancirol. *in theſauro variar. lection. lib. 2.*
7 *cap. 195. verſ. Alibi in jure.* De mercede debita Advocatis pro labore, quem patrocinando patiuntur, vide Cornel. Benincaſ. *de privil. pauper. ſpec. 1. in judic. n. 1.* Jacob. Benn. *de privileg. Jureconſ. p. 3. privileg. 73.* Bernard. Græväe. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concluſ. 44.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 257.* Camill. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom. 1. tit. 65. de Advoc. offic. n. 103. cum ſeqq.* Dominum meum *in remiſſ. ad Ord. Reg. Luſitan. lib. 1. tit. 48. §. 27. & tit. 91. in initio*, meipſum, *in collect. ad c. non licet judici, 11 quæſt. 3.*
8 *Et filios Advocatorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi Advocati perpetuò electi in Reipubl. patrocinium decedant, eorum filii ſuperſtites ac Doctores potius eligi debent ab ipſa Republ. quàm alii extranei, ut per Donell. *comment. juris civilis lib. 18. c. 3. col. ult. in fine*, Petr. de Gregorio *in tract. de conceſſione feudi, part. 1. quæſt. 4. num. 18.* Valaſc. *conſ. 129. n. 13.* ubi ſubdit non eſſe dubitandum, quod Reges Luſitani ab antiquis temporibus ſolent providere filiis officialium benemeritis de officiis parentum, immò, quod tranſivit jam quaſi in obligationem & debitum ipſius Regis, ita ut injuriam feciſſe dicatur ſi alteri donaverit, latè Garc. Maſtrill. *in tract. de magiſtratib. lib. 1. cap. 28. à princip.* & idem pariter ſervari per Regem Catholicum
9 teſtatur à Ponte *in deciſ. 27.* Hinc eſt, quod Romani Senatorum filios unà cum patribus in curiam admittebant, ut negotiis aſſiſterent exemplo parentis terminandis, ut ex Gellio & aliis refert Petr. Greg. *ſyntag. juris p. 3. lib. 47. c. 9. ſub num. 23. verſ. bene conſultum.* Et tradit Simanch. *in tract. de Republ. lib. 3. c. 5.* quod in adipiſcendis patriæ honoribus; qui parentes, avos, majoreſque ſuos publicis honoribus honeſtos habuerunt, ij quaſi hæreditario quodam jure Reip. curam accipiebant, in eamque amplificandam nervos omnes intendebant.

SUMMARIUM.

1 *Advocati fiſci Kalendis Januarii inter ſpectabiles Conſiſtorii Comites ob laudabile officium referendi, & donis ornandi.*
2 *Filii Advocatorum ingenui, ſi parentes officio functi ſint, in numerum clariſſimorum Notariorum ſe conferre poſſunt.*
3 *Filii Advocatorum fiſci naturales legitimantur per inſequentes nuptias ſine dotalibus inſtrumentis per denunciationem factam patrono fiſci.*
4 *Advocati fiſci ſervos coram patronis fiſci manumittere poterunt.*
5 *Imperator & Princeps concedendo nova privilegia, priora tollere minimè cenſetur, & Princeps in liberalitate potius creſcere, quam decreſcere præſumitur.*
6 *Advocatorum officium, laus & prærogativæ, remiſſivè.*
7 *Comites Conſiſtorii, qui initimo Principis conſilio aſſiſtebant.*
8 *Advocati fiſci coram Principe inter Comites Conſiſtorii ſedebant.*
9 *Notarius Principis dicitur Clariſſimus.*
10 *Infamis non poteſt eſſe Amanuenſis, ſeu Notarius Principis, qui vulgò Secretarius dicitur.*
11 *τὸ* Puncti *quid, remiſſivè.*
12 *τὰ* Sine ſuffragii ſolutione, *id eſt, ſine pecunia, qua ratione honoris ſolvebatur.*

L. Laudabile. IV.

*Idem* A. *Euſtachio P. P.*

ADvocati fiſci Kalendis Januarii inter ſpectabiles 1
Conſiſtorii Comites ob laudabile officium referendi, & donis ornandi. Filii Advocatorum ingenui 2
ſi parentes officio functi ſint, in numerum clariſſimorum Notariorum ſe conferre poſſunt. Filii Advocato- 3
rum fiſci naturales legitimantur per inſequentes nuptias ſine dotalibus inſtrumentis per denunciationem factam fiſci patrono. Advocati fiſci ſervos coram pa- 4
tronis fiſci manumittere poterunt. Imperator & Prin- 5
ceps concedendo nova privilegia, priora tollere minimè cenſetur, & Princeps in liberalitate potius creſcere, quàm decreſcere præſumitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſupr.hoc tit.*

*Laudabile, vitæque hominum neceſſarium advocationis officium*, &c.) De officio, laude, & prærogativis 6
Advocatorum, vide Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 7 conſider. 28. & ſeqq.* Gregor. Lop. *l. 4. verbo por ſciencia, tit. 24. part. 7.* Tiraquell. *de nobilit. c. 29. n. 10. & 14.* Baëz. *de inope debitore, cap. 16. n. 148.* Simanch. *de Republ. lib. 7. cap. 21. n. 1. & 2.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 3. col. 1.* Joan. Garc. *nobilit. gloſſ. 35. n. 10. in fine, cum ſeq.* Bobadil. *in politica, lib. 3. cap. 14. num. 60.* Mart. *de juriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 115. n. 3. cum ſeqq.*

*Inter ſpectabiles ſacri noſtri Conſiſtorii Comites.*) 7
Dicebantur qui intimo Principis conſilio aſſiſtebant, de quo Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Comes ſacri conſiſtorii.* Et adverte hîc probari Advocatos fiſci coram Principe inter Comites hujuſmodi ſedere, ut per Donell. *d. lib. 18. cap. 5. col. 1.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 3. n. 9. & 10.*

Eos

9 *Eos clariſſimorum Notariorum* , &c. ) Ergo Notarius Principis dicitur clariſſimus , de quo vide Tiraquel. *de nobilit. c.* 30. *n.* 8. *&* 9. Et hinc colligit Cov.
10 *practic.c.*19.*n.*5.*verſ.prima concluſio* , quod infamis non poteſt eſſe Amanuenſis , ſeu Notarius Principis , quem vulgò Secretarium dicimus.

11 *Punctos.* Eleganter D. Laurentius Ramirez de Prado *ad Martialem lib.*1.*epigr.*26.*pag.*59.

12 *Sine quadam ſuffragii ſolutione.* ) Id eſt , ſine pecunia , quæ ratione honoris ſolvebatur : antiquis enim ante Juſtinianum mos obtinuerat ut magiſtratus pernicioſo exemplo emerentur , & pecunia , quæ dabatur , ſuffragium vocabatur , honeſto vocabulo , ita Guid. Pancirol. *in theſauro var.lection.lib.*2.*c.*198.

---

## SUMMARIUM.

1 *Advocati Syriæ biennium in cauſis fiſcalibus patrocinantur, & triginta numero aſſumuntur.*
2 *Advocati fiſci in Syria finito officio pro ſe , uxoribus , liberis , ſocero , ſocru , nuru , genero , ſervis poſtulant, & unica ex horum ædiculis immunis à metatorum moleſtiis.*
3 *Sportulis ultra taxationem Advocati non ſunt gravandi.*
4 *Advocatorum filii patribus officio cedentibus , aut mortuis in officiis ſuccedunt ſine ſportularum ſolutione,*
5 *Patroni fiſci , & horum hæredes inviti ad alia munera publica non compelluntur ſine ſpeciali Cæſaris auctoritate.*
6 *Advocati fiſcalis officium durat per biennium de jure ſcripto.*
7 *Metatores in præſenti qui.*
8 *In Advocatum nullus aſſumitur , niſi ſtuduerit in legibus per quinquennium.*
9 *Advocatus nullum munus perſonale ſubire compellitur , nec aliquo onere collectarum gravatur.*

### L. Petitiones. V.

*Idem* A. *Sergio.*

1 ADvocati Syriæ per biennium in cauſis fiſcalibus patrocinantur , & tringinta numero aſſumuntur.
2 Advocati fiſci in Syria finito officio pro ſe , uxoribus , liberis, ſocero, ſocru, nuru, genero , ſervis poſtulant , & unica ex horum ædiculis immunis à metatorum mo-
3 leſtiis. Sportulis ultra taxationem Advocati non ſunt
4 gravandi. Advocatorum filii patribus officio cedentibus , aut mortuis in officiis ſuccedunt ſine ſportularum ſolutione , præſertim ſi legitimo tempore ſtuduerunt , & peritiam legum probarunt. Fiſci patroni , &
5 horum hæredes inviti ad alia munera publica non compelluntur ſine ſpeciali Cæſaris auctoritate. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.*1. *ſupr. hoc tit.*

6 *Per biennium fiſci patroni* , &c. ) Notatur ad hoc , quod Advocati fiſcalis officium durat per biennium de jure ſcripto , ut per Peregr. *de jure fiſc. lib.* 7. *tit.* 2. *num.*13.

7 *Eorum metatorum nomine* , &c. ) Metatores in præſenti dicuntur illi , qui præcedentes locum eligunt caſtris; item qui diverſoriorum, & hoſpitiorum deſignant loca , quales ſunt , quos vulgo Mareſchallos hoſpitiorum,& fourerios dicimus : ita Calvin. *in ſuo Lexic. juridico,verbo metatores.*

8 *Nec de cætero quemquam* , &c. ) Notatur ad hoc , quod nullus in Advocatum aſſumi poteſt , niſi ſtuduerit in legibus per annos quinque. Præcipitur verò tempus quinquennii *in proœm. Digeſt. §. quibus ſi bene* , ubi Hieron. Cagnol. *num.* 225. *&* 226. ita Horat. Lut. *de privileg. ſcholar. c. utl. ſub num.* 30. Anton. Gom. *l.* 2. *Tauri , n.* 5. *in princip.* Peregr. *d. lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 6. ubi tantùm loquitur in Advocato fiſci. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 18. *c.*3. *col. pen. verſ. præterea Advocati.* Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 795. *n.*5. *col.*1. Camil. Borrel. *in ſum. omn. deciſ. tom.* 1. *tit.* 65. *de Advocat. offic. num.*31.

*Nolentes ſubire compelli* , &c. ) Notatur ad hoc,quod 9
Advocatus nullum munus perſonale ſubire compellitur , aut onere aliquo collectarum gravatur , de quo vide poſita *in collect. ad l. ſancimus* 6. *ſup. de Advocatis diverſ. judicior.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Patroni fiſci* 50. *auri libras ſub Zenone amiſſas ex gratia Juſtiniani recuperaverunt.*
2 *Primatibus Advocatorum privilegia Ordini conceſſa magis inſervient.*
3 *Approbatio Imperialis inſerviens clariſſimis Prætoriani Tribunis , & Notariis , ad filios horum , & alios illuſtrandos extenditur.*
4 *Advocati , clariſſima eloquentiæ lumina dicti à Juſtiniano.*
5 *Libra auri quid ſit.*
6 *Advocati aliquando clariſſimi , nonnumquam ſpectabiles nominati.*
7 *Imperatores Romani olim purpuream togam , aut chlamydem pro inſigni Regio habuerunt , quam Principes ſalutantes oſculabantur , quo actu ſacram purpuram adorare dicebantur.*
8 *Primates , id eſt Advocati fiſci , qui præſunt aliis : hodie ex diſpoſitione legum Hiſpaniæ in foro ſedent togati cum Senatoribus.*
9 *Recepti à majori , ſive digniori , cæteris receptis ab inferiori præferendi ſunt.*
10 *Nobilitatus ab Imperatore , vel Rege non recognoſcente ſuperiorem , anteponitur alteri nobilitate ab inferiore , qui nobilitare poteſt.*

### L. Reſtituendæ. VI.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Marino P. P.*

PAtronis fiſci quinquaginta auri libras ſub Zenone 1
amiſſas ex gratia Juſtiniani recuperarunt. Primatibus Advocatorum privilegia Ordini conceſſa magis 2
inſervient. Approbatio Imperialis inſerviens clariſſi- 3
mis Prætoriani Tribunis & Notariis , ad filios horum, & alios illuſtrandos extenditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

*Clariſſimis eloquentiæ luminibus* , &c. ) In his verbis 4
Juſtinianum appellare Advocatos clariſſima eloquentiæ lumina , advertit Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom.* 1. *tit.* 65. *de Advocat. offic. n.*17.

*Sexaginta auri libræ.* ) De his libris vide poſita in 5
collectan. *ad l.* 2. *prope fin. ſupr. de Epiſc. audient.* Et adde Calvin. *in ſuo Lexic. juridico , verbo libra auri* , ubi ait quod illam conſtituunt ſeptuaginta duo aurei.

*Viri clariſſimi fiſci* , &c. ) Advertit Tiraquell. *de* 6
*nobilit. cap.* 6. *num.* 22. priores Advocatos Principis clariſſimos aliquando appellari , nonnunquam ſpectabiles.

*Noſtram adoraturos purpuram*, &c. ) Nota quod olim 7
Romani Imperatores purpuream togam , aut chlamydem pro inſigni Regio habuerunt ; quam Principes ſalutantes oſculabantur , quo actu ſacram purpuram adorare dicebantur , ita Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection.lib.* 1. *c.*9.

In gloſſ. *Primatibus* , ibi , *id eſt* , *Advocatis fiſci* , *qui* 8
*præſunt*,

*præsunt aliis*, &c. Hodie ex dispositione legum Hispaniæ in foro sedent togati cum Senatoribus, Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 3. n. 10.*

6 In glos. *Judicati sunt, fin.* ibi, *Nota hic majorem honorem deberi*, &c. Notatur ad hoc, quod recepti à majori, sive digniori, cæteris receptis ab inferiori præferendi sunt, etiamsi illi sint tempore posteriores, ut per Tiraquell. *de nobilit. cap. 6. n. 8.* ubi hinc *n. 7.* infert nobilitatum ab Imperatore, vel Rege non recognoscente superiorem, anteponi alteri nobilitato ab inferiore, qui nobilitare potest. Princeps enim nobilitat quem vult, ex latè adductis per Garc. Mastril. *de magistr. lib. 3. c. 10. ex n. 99.*

---

SUMMARIUM.

1 *In togatorum triginta numerum nullus sine examine, & studiorum peritia, scientiáque legali cooptetur.*
2 *Advocatorum promotiones secundùm seriem & ordinem temporum ac statuta procedant.*
3 *Advocati fisci, relicta Curia cui præpositi sunt, alibi degere non possunt.*
4 *Advocati functi officio per triennium extra suæ Curiæ locum degentes, matriculam & privilegia togatorum amittunt.*
5 *Primates Advocatorum negligentes, absentes & vagos collegas non excitantes ad muneris exercitium, judices item horum ignaviæ conniventes non impunes sunto.*
6 *Advocato fisci sexcenti aurei pro salario olim destinati Kalendis januarii solvebantur.*
7 *Advocati fisci conventi tam in causis civilibus, quàm criminalibus immunes sunt ab omni sportularum solutione.*
8 *Consistoriales in Romana Curia qui & quales sint.*
9 *Officiales à loco administrationis recedere non possunt.*
10 *Officialibus competens salarium debet constitui.*
11 *Judices & magistratus, qui Principi inserviunt, quotannis summam aliquam in arca reponant, qua vel suæ senectuti, vel posteritati consulant.*
12 *Advocati fisci conventi, tam in causis civilibus, quàm criminalibus immunes sunt ab omni sportularum solutione.*

L. Per hanc legem. VII.

*Idem A. Theodoro P. P.*

1 IN numerum triginta togatorum nullus sine exa-
mine, & studiorum peritia, scientiáque legali co-
2 optetur *in princip.* Advocatorum in promotione secun-
dùm seriem & ordinem temporum ac statuta proce-
3 dat, *in vers. interdicenda.* Advocati fisci relicta Curia cui præpositi sunt, alibi degere non possunt, quatenus nunc Imperiales simul Procuratores & Advocati extra locum judicii vivere, & sine venia abesse non
4 possint, *in vers. Hoc etiam.* Advocati functi officio per triennium extra suæ Curiæ locum degentes matriculam & privilegia togatorum amittunt, *in vers. Noverint.* Primates Advocatorum negligentes, absentes,
5 & vagos collegas non excitantes ad muneris exercitium, judices item horum ignaviæ conniventes non
6 impunes sunto, *in vers. Quorum omnium.* Sexcenti aurei pro salario fisci Advocato olim destinati Kalendis
7 Januarii solvebantur, *in vers. Sexcenti autem.* Advocati fisci conventi tam in causis civilibus, quàm criminalibus immunes sunt ab omni sportularum solutione, *in vers. Cumque lite.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

8 *Facundiæ studiis eruditi*, &c.) His similes sunt decem illi Advocati, quos Consistoriales in Romana Curia appellamus, qui juris utriusque Doctores prævia publica disputatione, & rigoroso examine creantur, ut testantur. Crescent. *decis. 8. n. 3. de præbend.* Carmill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 65. num. 17. &* 19. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 49. c. 6. n. 10.*

*Interdicenda quoque cunctis*, &c.) Notatur ad hoc, 9
quod officiales à loco administrationis recedere non possunt, ut per Parid. de Puteo *de syndicatu, in verbo licentia officiis*, Viv. *dec.* 356. Garc. Mastrill. *de magistratib. lib. 1. cap. 24. n. 13. & cap. 29. n. 6. & cap. 23. num. 51. in fine*, ubi ait quod officialis officium derelinquens est graviter puniendus, *& lib. 4. c. 17. n. 21. & lib. 5. cap. 6. num. 136. & 258.* Et hoc in tantum est verum, ut talis officialis debeat etiam ultra tempus sui officii exercere jurisdictionem quousque veniat successor in officio, ita ut si recederet ante adventum successoris, posset puniri, Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 1. num. 23.* idem Mastrill. *d. lib. 1. cap. 21. n. 87.* ubi *num. 52.* resolvit quod officialis recedens à loco ubi officium exercet, absque licentia superioris, privatur salario: & *n. 56.* hoc intelligit in officiali recedente, & demum redeunte, aliàs si non fuit postmodùm reversus ad officium, privatur salario nedum temporis futuri, quo se absentavit, sed etiam temporis præteriti, quo servivit.

*Denis singuli libris auri ferientur.*) De his libris auri vide posita *in collectan. ad l. restituendæ 6. suprà hoc tit.*

*Sexcenti autem aurei*, &c.) Officialibus igitur te- 10
netur Princeps justum, & competens salarium constituere, *l. unic. de præbend. salar. lib. 10.* à Ponte *in tract. de potest. Proregis, tit. de abundant. civit. §. 6. num. 16.* Abhorret enim lex sine præmio homines laboriosis officiis præfici, *auth. de judiciis, §. si quis autem*, quia alicui officium suum non debet esse damnosum, *cùm uno deceat, de elect. in 6.* Menoch. *de arbitr. casu 514. à princip. & cons. 1047. num. 1. vol. 1.* Garc. Mastrill. *d. tract. de magistratib. lib. 1. cap. 21. per tot.*

*Ex arca tui judicii consulatur*, &c.) Notatur ad hoc, 11
quod Princeps rationem habere debet ut judices, & magistratus, qui ei inserviunt, quotannis summam aliquam in arca reponant, qua vel suæ senectuti, vel posteritati consulant; nullus enim est tam vilis mercenarius dietim operas suas locans, qui præter id, quod in se alendo impendit, nolit etiam mercedis partem supersesse, ita Menoch. *de cas. 514. n. 11.* Garc. Mastrill. *d. lib. 1. c. 21. n. 14.* ubi adducit ea quæ Princeps considerare debet in taxandis officialium salariis.

*Cumque lite quisquam*, &c.) Notatur ad hoc, quod 12
Advocati fisci conventi tam in causis civilibus, quàm criminalibus immunes sunt ab omni sportularum solutione. Vide Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 5. col. 1. vers. Advocatorum fisci*, Cujac. *lib. 13. observ. 1.*

---

SUMMARIUM.

1 *Beneficium per gradus, non saltum expetere, & impetrare decet, & n. 2.*
3 *Officia appeti an, & quando possint, remissivè.*

L. Nemo excepta. XIII.

*Idem A. Archelao P. P.*

BEneficia per gradus, non saltum expetere, & im- 1
petrare decet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Collige ex text. officia per gradus, & non per sal- 2
tum experenda, ut per Rebuff. *in tract. nominat. q. 10. n. 4.* Officia appeti an & quando possint, latè Garc. 3
Mastrill. *in tract. de magistratib. lib. 1. c. 30. à princ.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Advocati Illyrici ſine commeatu per biennium abſentes, per quinquennium matriculam amittunt.*
2 *Matricula, pro catalogo, deſcriptione, indicéque, & aliis juribus.*

## L. De conſtitutione. IX. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Joanni P. P.*

1 ADvocati Illyrici ſine commeatu per biennium abſentes, per quinquennium matriculam amittunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc. tit.*

2 *De matricula penitùs aboleatur.*) Vide Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 3. *col.* 10. Et matricula pro catalogo, deſcriptione, indicéque in præſenti & aliis juribus ab Imperatoribus uſurpatur, Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo matricula*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 18. *c.* 15. *n.* 1. Gail. *lib.* 1. *obſervat.* 21. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 4. *à princip.*

# De Advocatis fiſci.

## TIT. IX.

SUperius dictum eſt de Advocatis fiſci, prout ex ſingulis foris adſumuntur, ut in eiſdem foris cauſas agant fiſcales: nunc dicendum de Advocatis fiſci ſimpliciter, & in univerſum. Scripſerunt in hanc rubr. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli vide Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 3. *lib.* 49. *c.* 7. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 5. Peregrin. *de jure fiſci lib.* 7. *tit.* 2. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 3. *à princip.*

SUMMARIUM.

1 *Cauſam fiſcalem Advocatus non deſerit prætextu ſalarii non ſoluti, & n.* 2.
3 *Advocatus privati dimittere poteſt clientem ſuum ob non ſolutum ſalarium, hæreréque parti adverſæ: id non obſervari in Regno Neapolitano, n.* 4.

## L. Cùm te. I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Claudio.*

1 FIſcalem cauſam Advocatus non deſerit prætextu ſalarii non ſoluti. Colligunt ex Ordin. Doctores Salicet. Bald. remiſſivè Ximen. *in concord.* & Caſal. *in annot.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.* 1. §. 7. *n.* 44. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *c.* 5. *in fine*, Pereg. *de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 9.

3 In gloſſ. *Præſtare, fin.* ibi, *ſecus in patrono privati, ſi ſalarium non ſolvatur.* Notatur ad hoc, quod Advocatus privati ob non ſolutum ſibi ſalarium dimittere poteſt clientem ſuum, hæreréque parti adverſæ, & eam totis viribus juvare, ut per Amanell. *ſing.* 253. quem refert Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 6. *num.* 19.

4 *verſ. immò Amanellus, pag.* 311. ubi advertit quod Advocatus id agens in Regno Neapolitano certè nedum maxima reprehenſione dignus foret, verùm pœna etiam non levi plectendus veniret: concludit tandem ſe potiùs ſuadere, Advocato, ut totum ſalarium ſibi occaſione poſtulationis debitum amitteret, quàm cum perpetua ejus infamia parti adverſæ inhæreret: bene tamen verum aſſerit, quod ubicunque in Regno fieret præjudicum per aliquem clientem ſuo Advocato in deſerendo illum, & in eligendo alterum Advocatum, conſuevêre aliàs Advocati ita abſque eorum culpa à patrocinio amoti convolare, recurreréque mediantibus ſupplicationibus ad Regium Conſilium, in quo ſolet concedi ex rationabili cauſa Advocatis ita expulſis licentia & facultas advocandi & poſtulandi pro contraria parte in eadem cauſa. Franc. Marc. *Delphin. deciſ.* 644. *n.* 3. *p.* 1. Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum p.* 1. *q.* 28. *n.* 13.

## L. Poteſt auctoribus. II.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Frequentio.*

SPecialis fiſci Advocatus in diverſis cauſis pro & contra fiſcum agere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumit Peregrin. *in tract. de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 9. *verſ. in aliis autem cauſis poteſt.* 2

## L. Decreto. III.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Æliano P. V. Africæ, poſt alia.*

ADvocatus fiſci vigilantiam in officio oſtendat, & per calumniam actiones nullas moveat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Probat hic text. quod fiſci Procurator & Advocatus cavere debet a calumnia accuſando & defendendo in quantum Reip. intereſt, ut per Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 5. *in fine*, Petr. Gregor. *ſyntag. juris lib.* 49. *cap.* 7. *num.* 1. *in fine*, & *n.* 12. Peregrin. *de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 7. Surd. *deciſ.* 18. *num.* 4. Aliàs condemnatur in expenſis de proprio; Grammat. *deciſ.* 60. *num.* 11. Boër. *deciſ.* 324. *n.* 1. Surd. & Peregr. *citatis locis.*

SUMMARIUM.

1 *Procurator fiſcalis non habet cauſæ cognitionem abſente fiſci Advocato, & n.* 2.
3 *Cauſæ fiſcales non examinentur, niſi præſente Advocato fiſci.*
4 *Advocatus fiſci, & Advocatus privati differunt.*

## L. Rationales. IV. & ult.

*Imppp.* GRANT. VALENT. & THEOD. AAA. *ad Amianum com. R. P.*

FIſcalis Procurator non habet cauſæ cognitionem abſente fiſci Advocato. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Briſſon. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 21. Donell. *comment. juris civilis lib* 18. *cap.* 5. *in fine*, Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 49. *cap.* 7. *n.* 3. & 8. Pereg. *in tract. de jure fiſci, lib.* 7. *tit.* 2. *n.* 2. ubi ait quod debet adeò fiſci Advocatus intereſſe in fiſcalibus cauſis, ut ſententia adversùs fiſcum lata eo abſente nulla ſit, & invalida, ſecus ſi pro fiſco lata fuerit; optimè Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 3. *n.* 11. *cum* 2

5 *seq.* ubi notat ex hoc text. emanare praxim, ut causæ fiscales non examinentur nisi præsente Advocato fisci; quod si abesse contingat, supersedendum est; & deinde subdit, quod licèt gloss. hîc verbo *suscipiat*, dicat quod sententia sequuta rescinditur, si Advocatus fisci non interfuit examini causæ, nihilominùs tamen alia gloss. *in l. un. de sentent. contra fiscum latis non retract. lib.* 10. quam *ibi* sequitur Bart. *n.* 2. dicit quod talis sententia est nulla, & cum hac opinione remanet
4 Joan. Garc. *dict. gloss.* 3. *n.* 3. 6. & 14. constituens differentiam inter Advocatum fisci & Advocatum privati, quòd causa privati potest examinari etiamsi Advocatus non sit præsens *à la vista de pleito*, nec sententia sequuta est nulla, sed causa fiscalis non potest examinari absente Advocato fisci: quod si absit, *y el pleito se vea*, sententia est nulla.

## *De errore Advocatorum, vel libellos, seu preces concipientium.*

### TIT. X.

ERROR Advocatorum, litigatoribus expresè, vel tacitè consentientibus, ut quia præsentes non contradicunt, nocet: ignorantibus autem, aut absentibus, non nocet. Libellus & preces differunt, quia libellus preces, vel literas dimissorias, vel rei conventionem, vel alia acta continet; preces autem sunt desiderium, seu supplicatio, quæ libello continetur, *l.* 2. & *supr. de precibus Imper. offer. l. ult.* Scripserunt in hanc rubr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Wesembec.

SUMMARIUM.

1 *Pars ea protulisse censetur, quæ Advocatus parte præsente proponit, & n.* 2.
3 *Confessio facta per Advocatum lite contestata sciente clientulo, & intelligente, perinde est ac si per ipsum clientulum fieret.*

L. Ea quæ. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Aureliæ.*

1 PArs protulisse ea censetur, quæ Advocatus parte præsente proponit. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Castr. Cuman. Sichard. Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 8. *tit.* 6. *part.* 3. Rip. *de peste, tit. de remediis præstan. contra pestem, num.* 211. *pag.* 78. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 3. *col.* 3. Cardos. *in prax. judicum, verbo Confessio, n.* 19. Mascard. *de probat. concl.* 381. *n.* 1.
3 ubi ait quod confessio facta per Advocatum lite contestata, sciente clientulo, & intelligente, perinde est ac si per ipsum clientulum fieret: subditque *n.* 2. & 3. revocari posse illam confessionem vel ab Advocato, vel à clientulo usque ad triduum simpliciter, etiam non docto de errore, & usque ad sententiam, priùs tamen probato errore, de quo etiam Gregor. Lopez *l.* 1. *gloss.* 2. *tit.* 13. *p.* 3.

SUMMARIUM.

1 *Error scribentium non nocet parti, si error probetur.*
2 *Error libelli culpâ scribentis occurrens, veritati non obest.*
3 *Error non potest probari post conclusum in causa, sed bene potest revocari quando nihil venit probandum, & constat de errore.*

L. Errores. II.

*Imp.* GORDIANUS A. *Rogato militi.*

ERror scribentium non nocet parti, si error probe- 1
tur. Item error libelli culpâ scribentis occurrens 2
veritati non obest. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Vide circa hoc Alex. *cons.* 8. *n.* 18. *lib.* 3. Padil. *in l.* 3
*error, n.* 22. & *seq. sup. de juris, & facti ignorant.* Afflict. *decis.* 44. *n.* 2. *cum seqq.* ubi ait quod post conclusum in causa non potest probari error, sed bene potest revocari quando nihil venit probandum, & constat de errore; & talis error in libello non nocet, & dicitur constare de errore quando constat de contrario ejus quod fuit confessus.

SUMMARIUM.

1 *Errore Advocati revocari potest usque ad sententiam, etiam in causa appellationis, & instantia, & n.* 2.
3 *Pars intra triduum potest revocare confessionem Advocati, etiam non docto de errore.*
4 *Incontinenti, id est, intra triduum.*

L. Sententiis finita. III. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Ulpiæ.*

ERror Advocati revocari potest usque ad senten- 1
tiam, etiam in appellationis causa & instantia. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Gregor. Lopez *l.* 8. *gloss.* 3. *tit.* 6. *part.* 3. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 4. *col.* 1. Padil. *in error. n.* 9. & 10. *supr. de juris & facti ignorant.* Bellacomb. *tom.* 1. 3
*commun. opin. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 24. *pag.* 312. *in fine*, ubi ait quod pars intra triduum potest revocare confessionem Advocati, etiam non docto de errore; post triduum verò ita demùm eam revocabit, si doceat de errore, & tunc usque ad sententiam etiam in causa appellationis.

*in continenti.*) Id est, intra triduum, ut exponunt 4
Nevizan. *cons.* 56. *n.* 8. Gregor. Lopez *l.* 1. *gloss.* 2. *tit.* 13. *part.* 3. Menoch. *remed.* 1. *recuper.* 2. *n.* 255.

## *Ut quæ desunt Advocatis partium, judex suppleat.*

### TIT. XI.

POSTQUAM dictum est de errore Advocatorum, & libellionum, consequenter agitur de his, quæ ab Advocatis, vel à partibus, id est, à litigantibus sunt commissa. Scripserunt in hanc rubricam Aloys. Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Wesembec.

De

De materia tituli vide Bellacomb. & Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 7. *ſub hoc eod. tit.*

L. Non dubitandum. Unic.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *ad Honoratum.*

1 JUdex ea, quæ juris ſunt, ſupplere poteſt. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 4. *col. ultim. in fine*, Joan. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1019. Menchac. *controv. uſufrequent. p.* 2. *lib.* 2. *cap.* 39. *n.* 21. ubi regulam conſtituit, quod judex non poteſt ſupplere de facto, & tamen probat quod ubicumque in abſentem poteſt ferri ſententia, ibi judex ex officio ſuo poteſt quærere defenſiones pro reo, Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 7. *n.* 1. *in fine*, ubi dicit quando aliquid eſt notorium judici ut judici, poteſt ipſe ex officio ſupplere, licèt pars non alleget.

## *Ex quibus cauſis infamia irrogetur.*

## TIT. XII.

CUM dictum ſit de Advocatis, qui pro aliis poſtulant, conſequenter dicendum eſſet de procuratoribus, qui aliorum litem, vel aliud negotium gerendum ſuſcipiunt: ſed quia infames pro aliis poſtulare prohibentur, licèt Procuratores eſſe poſſint, idcirco dicendum hoc loco de his qui notantur infamiâ. Infamia autem propriè dicitur ea, quam vocant infamiam juris, cùm aliquis notatur vel edicto Prætoris, vel ſententia judicis. Alia dicitur infamia facti, quæ non jure, ſed re tantùm & opinione hominum infamat, & pudorem dumtaxat apud bonos, & honeſtos viros onerat. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Anton. Caſtrenſ. Alex. Sichard. Cuman. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv, item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli vide Donel. *comment. juris civilis lib.* 18. *c.* 6. Cald. Pereira *inter quæſt. forenſ. in comment. ad §. ſoror, tom.* 42. *cum ſeqq. Inſt. de inoff. teſtam.* Padil. *in ſumma legum pœnal. p.* 2. *c.* 43. *per tot.* Farin. *in praxi crimin. q.* 56. *à princ.* Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regularium, tit.* 2. *c.* 13. Nicol Garc. *de benefic. p.* 7. *c.* 8. meipſum *de officio & poteſt. Epiſcopi, p.* 2. *alleg.* 43. Sigiſm. à Bononia *in tract. de electione, dub.* 86. Molin. *de Juſtit. tom.* 5. *tract.* 3. *diſp.* 7. 8. & 9. *cum ſeqq.* Decian. *in tract. crimin. lib.* 3. *c.* 17.

### SUMMARIUM.

1 *Carceri incluſus pro delicto inquirendo per carcerem non infamatur.*
2 *Fama quid ſit.*

L. Infamia. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Manilio.*

1 CArceri incluſus pro delicto inquirendo, per carcerem non infamatur. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Caſt. Alex. Sichard. Cuman. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. & remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* Vide ad hoc Cujac. *lib.* 1. *obſerv. c.* 7.

In gloſſ. *Vincula*, ibi, *fama autem è contra eſt illæſa dignitatis ſtatus legibus, & moribus comprobatus, & in nullo diminutus.* De hac diffinitione famæ, vide Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Fama* 1. Padil. *in ſum. legum pœnalium, part.* 2. *caſu* 43. *n.* 1. Fr. Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. tit.* 2. *cap.* 13. *num.* 4. Molin. *de Juſtit. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 1. *num.* 4. & *diſp.* 7. *num.* 3. Rebell. *de oblig. juſtit. part.* 1. *lib.* 4. *q.* 1. *num.* 4.

### SUMMARIUM.

1 *Tributa duplicia accipiens, ob id per Præſidem condemnationem ſentiens, ad inſtar raptoris de peculatu condemnati, infamia nulla notatur.*
2 *Infamia irrogatur ex crimine privato, nempè furti, vi bonorum raptorum, & injuriarum.*

L. Nomen furti. II.

*Idem*, AA. *Venario.*

TRibuta duplicia accipiens, & ob id per Præſidem condemnationem ſentiens, ad inſtar raptoris de peculatu condemnati; infamia nulla notatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.*

*Neque furti, neque vi bonorum raptorum*, &c.) Notatur ad hoc, quod irrogatur infamia ex crimine privato, nempe furti, vi bonorum raptorum, & injuriarum, ut per Greg. Lopez *l.* 5. *gloſſ.* 2. *tit.* 6. *part.* 7. Anton. Gomez *var. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 38. *in princ.* Cald. Pereira *in comment. analyt.* §. *ſoror, Inſt. de inoff. teſtam. n.* 42. *verſ. irrogatur etiam, pag.* 62. Gam. *Luſit. deciſ.* 138. *n.* 4.

### SUMMARIUM.

1 *Pœna ubi cauſâ cognitâ minuitur, infamia ſimul remiſſa cenſetur, & n.* 4.
2 *Proconſul certis ex cauſis pœnam minuere potuit.*
3 *Ordo ad tempus remotus, finito tempore infamiæ labem non patitur.*
5 *Judex, qui ex cauſa à pœna legis divertit, tenetur talem cauſam in ipſamet ſententia exprimere.*
6 *Relegatus ad tempus, ſeu privatus aliqua adminiſtratione, cenſetur intra id tempus quoad id infamis, finito autem eo tempore, remittitur infamia.*
7 *Judex certam perſonam à jure præſcriptam imponere neceſſariò tenetur: ſine cauſa non poteſt minuere, vel augere pœnas ſtatutas à jure, n.* 8.

L. Etſi ſeverior. III.

*Idem* AA. *ad Metrodorum.*

PŒna ubi cauſa cognita minuitur, infamia remiſſa ſimul cenſetur; item Proconſul certis ex cauſis pœnam minuere potuit. Ordo ad tempus remotus, finito tempore infamiæ labem non patitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 82. & ex Repetentibus *tom.* 7. Petrus de Bellapertica. 1 2 3

Ad illud quod pœna, ubi cauſa cognita minuitur, infamia ſimul remiſſa cenſeatur, vide Gam. *Luſit. deciſ.* 139. *num.* 6.

*Certis rationibus*, &c.) Intellige de certis quibuſdam rationibus & cauſis delicto cohærentibus, à jure que determinatis, & expreſſis, ut interpretatur Anguian. *de leg. lib.* 2. *controv.* 5. *n.* 45. ubi *controv.* 7. *n.* 26. poſt Innoc. Tiraquell. Clar. Mench. Menoch. & alios 4

resolvit, judicem qui ex causa à pœna legis divertit, teneri talem causam in ipsamet sententia explicare & exprimere, & respondet ad text. *in cap. sicut de sentent. & re judic.* ex quo vulgò traditur non debere judicem exprimere causam in sententia, regulariter locum habere quando à pœna legibus præfinita ex causa non disceditur, & *n.* 27. subdit non requiri ita præcisè præfatam causæ expressionem, ut defectus illius inducat sententiæ nullitatem.

6 *Eo quòd post biennium remisisse*, &c.) Notatur ad hoc, quod ad tempus relegatus, sive privatus ab administratione aliqua, intra id tempus censetur quoad id infamis; finito autem eo tempore, omninò finiretur infamia, ut per Molin. *de Justit. tract.* 4. *disp.* 9. *n.* 20. *vers. ut verò, in fine.* Facit pro opinione dicentium relegatum ad tempus eo finito sine nova licentia posse reverti, de qua vide Dec. *in cap. quæstioni, n.* 2. *de appellat.* Cremens. *sing.* 47. Tiraquell. *in l. si unquam, verbo Revertatur, n.* 342. *de revoc. donat.*

7 In gloss. *Certis rationibus*, ibi: *Sed judex mitigavit*, &c. Utrùm judex certam pœnam à jure præscriptam teneatur necessariò imponere; vide Boss. *in pract. tit. de pœnis, à n.* 8. Tiraquell. *de pœnis temperand. in præfat. n.* 10. *cum seqq.* ubi *n.* 16. resolvit, non posse judicem temerè & sine causa minuere, aut augere, pœnas à jure statutas; ob causam verò utrumque impunè facere, immò etiam remittere, Covarr. *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *n.* 8. ubi tenet posse judicem proprio judicio & sententia legis pœnam vel augere, vel minuere, etiamsi lex certam pœnam statuerit, appositis dictionibus *præcisè, omni modo*, & similibus. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 85. *n.* 10. *cum seqq.* Mench. *illustr. controv. part.* 1. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 4. ubi *n.* 5. asserit standum esse assertioni judicis pronuncians & dicentis se ex causa pœnam à lege, seu statuto impositam alicui ob ejus materia minuisse, vel alterasse, Avendan. *de exequend. mand. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 11. Joan. Garc. *reg.* 344. Surd *cons.* 25. *n.* 10. Morl. *in emporio juris, parte* 1. *tit.* 1. *q.* 10. *per tot.* plures refert Cened. *ad Decretal. collect.* 46. *n.* 2.

---

SUMMARIUM.

1 *Pœna aucta, vel minuta cum causæ cognitione, tacitam transactionem infamiæ nomine designat, & n.* 2. *Distingue ut n.* 3.

## L. Si Possidonium. IV.

*Iidem* AA. *Vennstiano.*

1 POena aucta, vel minuta cum causæ cognitione tacitam transactionem infamiæ nomine designat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc. tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan.* 6. *tit.* 6. *part.* 7. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 18. *cap.* 8. *col.* 20. *vers. rursum*, Molin. *de Justit. tom.* 5. *tract.* 4. *disput.* 9. *n.* 10. ubi loquens quando judex ex rationabili causa auget pœnam, ita distinguit. Vel id facit quia circunstantiæ concurrentes augent
3 culpam delicti, augendóque pœnam, imponit eam commensuratam delicto, & tunc non censetur commutare infamiam in id augmentum pœnæ, ac proindè punitus majori ea pœna non excusatur ab infamia. Vel id facit in bonum commune, ut quando ob multitudinem grassatorum, aut aliter delinquentium augetur pœna, & tunc augmentum id pœnæ est in commutationem pro infamia, juxta text. *in præsenti, & l. qui cum una*, §. *ad tempus, ff. de re milit. & l. ordinem, ff. de municip.* ac proindè ita damnatus, ac punitus infamiam non incurrit, ut rectè ait Gregor. Lop. *d. l.* 6. *glos. penult.*

---

SUMMARIUM.

1 *Infamia non ex genere pœnæ, sed per sententiam infertur.*
2 *Condamnatus actione injuriarum incurrit infamiam. Limita ut num.* 3.
4 *Infamia ab ordine Decurionum repellit.*

## L. Decuriones. V.

*Iidem* AA. *Ambrosio.*

INfamia non ex genere pœnæ, sed per sententiam infertur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* 1

*Verùm si injuriam*, &c.) Notatur ad hoc, quod condemnatus actione injuriarum infamiam incurrit, ut per Tiraquell. *de judicio in rebus exig. vers. sexagesimoquartò, num.* 74. ubi subdit hoc non obtinere cùm quis pro parva, levíque injuria est condemnatus. Cald. Pereira *post quæst. forens. in comment. analytico ad* §. *soror, Instit. de inoffic. testam. num.* 44. *vers. addo etiam*, ubi periter *in vers. seq.* advertit, quod pro parva, levíque injuria non decet infamiæ notam irrogari, quàm non minus, quam mortem, graves, honestíque viri formidare consueverunt. 2 3

In gloss. *Prohibitum*, ibi, *sed propter decurionatum infligi non potest.* Notatur ad hoc, quod infamia ab ordine decurionum repellit, ut per Tiraquell. *dict. n.* 74. *in fine.* 4

## L. Ad tempus. VI.

*Iidem* AA. *Justo.*

IN causa famosa infertur infamia perpetua. Item damnatus ad tempus in opus publicum, finito tempore fit infamis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* 1 2

## L. Nemo ob id. VII.

*Iidem* AA. *Demetrio.*

EX eo quod quis repudiat hæreditatem patris, non fit infamis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.* 1

---

SUMMARIUM.

1 *Condemnatus de furto fit infamis, secus in receptatione facta ignoranter.*
2 *Pro furto incurritur pœna infamiæ.*

## L. Si furti. VIII.

*Iidem* AA. *Ulpiæ.*

COndemnatus de furto infamis fit, secus in receptatione ignoranter facta. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc. tit.* 1

Probat hic text. pro furto incurri pœnam infamiæ, ut per Zasium *lib.* 2. *singul. intellect. cap.* 2. Petr. Greg. *syntagm. juris lib.* 37. *cap.* 1. *n.* 2. *& 23. vers. erit tamen*, Didac. Quantera *in quæst. crimin. cap.* 8. *de furtis, n.* 9. *vers. ulterius pœna latronum*, Molin. *de Justit. tom.* 5. *tract.* 4. *disp.* 9. *n.* 13. *vers. licet*, ubi subdit quod si res furtiva apud aliquem reperta sit, atque condicatur, seu vendatur ex illa condictione furtiva, & sequatur sententia, non incurritur infamia, latè Farinac. *in praxi crimin.* 2

*crimin. tit. de furtis, quæſt.* 167. *num.* 10. ubi *n.* 13. tenet per hunc textum hanc pœnam infamiæ non afficere illum, penes quem res furata reperta fuerit, etiam ſcienter, dummodò eam non contractaverit, nec adhuc lucrandi animo habuerit.

L. Neminem. IX.

*Iidem* AA. *& Læto.*

1 DEfendens patriæ negotia infamis non fit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

L. Injuriarum. X.

*Iidem. AA. Severo.*

1 COndemnatus ob injuriam illatam perſonæ vili, infamiâ notatur. Collgunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

L. Debitores. XI.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Herennio.*

1 CEſſio bonorum infamiam non irrogat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc. tit.* poſt omnes Hubert. Giph. *ad hanc leg. tom.* 1. *pag.* 83.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Strach. *de mercatura, tit. de decoctorib. part.* 3. *num.* 2. *col.* 2. Anton. Cont. *lect. ſucciſivarum juris civilis lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 2. ubi propter illa verba hujus text. ibi, *licet ex ea cauſa bona eorum venierint*, ſæpe ſe dubitaſſe profitetur, cur hoc caſu infringeretur quaſi recepta juris regula, injuria & ignominia eum affici, cujus bona ob æs alienum vendita ſunt.

L. Si te. XII.

*Idem* A. *Donato.*

1 DAmnatus ob crimen expilatæ hæreditatis fit infamis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Gregor. Lopez. *l.* 5. *gloſſ.* 4. *ante fin. tit.* 6. *part.* 7. Donel. *comment. juris civilis lib.* 18. *c.* 8. *col.* 1. Molin. *de Juſtit. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 9. *n.* 14. *verſ. undecimò.*

L. Ea quæ pater. XIII.

*Idem* A. *Juventio.*

1 INcrepatio paterno teſtamento inſcripta filio non infamiæ maculam, ſed apud viros graves notam inurit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan.* 2. *tit.* 6. *p.* 7. *ubi gloſſ.* 2. Anton. Gom. *variar. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 38. *col.* 1. Emman. Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, p.* 1. *num.* 105. *& lib.* 1. *ſelect. cap.* 3. *num.* 6. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 223. *n.* 6. Padil. *in ſum. legum pœnal. p.* 2. *cap.* 43. *n.* 3. Molin. *de Juſtit. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 7. *num.* 6. ubi ait quod quando pater teſtamento aliquid infame filio diceret, quia ibi maturo judicio cenſeretur id dicere, & non calore iracundiæ, tunc licèt is filius ea de cauſa non contrahat infamiam juris, contrahit tamen infamiam facti, quia meritò apud graves, & probos viros ea de cauſa minoris æſtimationis haberi debet, quaſi pravo more ſit affectus.

L. Nullam æſtimationis. XIV.

*Imp.* GORDIANUS. A. *Jovinio.*

1 FUſtigatus, vel tortus ad veritatem eruendam, infamis non fit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Bart. *in repet. l. Barbarius, num.* 7. *ff. de offic. Prator.* Donell. *commet. juris civilis lib.* 18. *cap.* 6. *col.* 3. Molin. *de juſtit. tom.* 3. *tract.* 4. *diſp.* 9. *n.* 19. *in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Mulier intra annum habitum luctuoſum deponere; non autem durante luctûs anno alii nubere poteſt, & num.* 2.

3 *Uxoris ratione mortis mariti competit triſtior habitus.*

4 *Vidua nubens intra annum luctûs, & vir eam ducens; incurrit famiam ipſo jure.*

L. Decreto. XV.

*Idem* A. *Sulpitiæ.*

1 MUlier intra annum habitum luctuoſum deponere, non autem durante luctûs anno alii nubere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1 *ſupr. hoc tit.* poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 83.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Gregor. Lop. *l.* 2. *gloſſ.* 4. *in fine, tit.* 11. *p.* 6. Connan. *comment. juris civilis lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 3. Boër. *deciſ.* 185. *n.* 25. ubi ait, quod non deferre luctum ob mortem mariti non infamat, ſed feſtinanter nubere, niſi à Principe expreſsè impetratur. Molin. *Juſtit. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 1. *verſ. ſecundò.*

3 *Triſtior habitus*, &c.) Notatur ad hoc, quod uxori ratione mortis mariti competit triſtior habitus, ut per Perez *l.* 7. *verbo veſtir, tit.* 1. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 30. ubi poſt Capyc. *deciſ.* 26. & alios, quos citat, tenet etiam uxori de domo viri vidualia veſtimenta tradenda eſſe, ſi conſuetudo loci, & conditio perſonarum id ſuffere poſſit.

4 In gloſſ. *Contrahat, fin.* ibi *ipſo facto, ſive ipſo jure, non expectata ſententia.* Notatur ad hoc, quod vidua nubens intra annum luctûs, & vir eam ducens incurrit infamiam ipſo jure, ut per Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 87. *n.* 3. ubi ſubdit hanc gloſſ. dum ait incurri hanc infamiam non expectata aliqua judicis ſententia, intelligi debere de ſententia condemnatoria, non autem declaratoria.

SUMMARIUM.

1 *Ictus fuſtium ex interlocutoria lata, cauſa cognita infamat, & n.* 2.

3 *Damnatus ad pœnam fuſtigationis, ſi ex cauſa non vera, vel non juſtè fuſtigaretur, non eſſet infamis.*

L. Fuſtibus. cæſum. XVI.

*Idem* A. *Domitiano.*

1 ICtus fuſtium ex interlocutoria lata, cauſa cognita infamat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 5. *in fine, tit.* 6. *part.* 8. *ubi gloſſ.* 14. *&* 15. Gregor. Lop. *l.* 1. *gloſſ. fin. tit.* 6. *p.* 7. Cujac. *lib.* 13. *obſerv.* 3.

Rebuff.

Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.* 224. Gam. *Luſit. deciſ.* 139. *n.* 4. Molin. *de juſtit. tom.* 5. *tract.* 1. *diſp.* 9. *n.* 19. Ego ipſe *de officio*, *& poteſt. Epiſcopi*, *p.* 2. *allegat.* 43. *n.* 15. Molfeſ. *in ſum. Theolog. moralis*, *tract.* 6. *c.* 8. *n.* 14. advertens ex *l. ictus fuſtium*, *ff. hoc tit.* quod damnatus ad pœnam fuſtigationis, ſi ex cauſa non vera, vel non juſtè fuſtigaretur, non eſſet infamis. Maſcard. *de probat. concl.* 1356. *num.* 33. ubi etiam addit, quod ſi mille annis fuſtigatus viveret, propter infamiam non poſſet eſſe teſtis. Farinac. *in paxi crimin. p.* 2. *q.* 56. *n.* 456.

SUMMARIUM.

1 *Verbum injurioſum non infamat prolatum à judice*, *& num.* 2.

3 *Judex ſi in judicio aliquem reprehendendo illi diceret*, *ut meliùs viveret*, *aut Advocato & Procuratori ut deinceps caveret ab aliquo calumniosè accuſando*, *facti infamia illum infamem reddit.*

L. Verbum. XVII.

*Idem* A. *ad Magnum.*

1 INjurioſum verbum à judice prolatum non infamat. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan.* 4. *tit.* 4. *part.* 3. *ubi gloſſ.* 7. *in med.* Alciat. *lib.* 2. *diſpunct. cap.* 26. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 13. *cap.* 6. *col.* 3. Molin. *de juſt. tom.* 5. *tract.* 4. *diſp.* 7. *num.* 6.

3 *ant. med.* ubi ait, quod ſi judex in judicio aliquem reprehendendo illi diceret ut meliùs viveret aut Advocato & Procuratori, aut alteri diceret ut caveret deinceps ab aliquo calumniosè accuſando, licèt id juris infamiam non irroget, infamem tamen illum reddit facti infamia.

SUMMARIUM.

1 *Tranſactio in cauſa famoſa irrogat infamiam.*

2 *Pactum gratuitum*, *nec purgatio*, *aut juramantum infamant.*

3 *Delictum probatur tranſactione*, *limita ut n.* 4.

L. Nam damnatos. XVIII.

*Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA.

*Antiocho.*

1 TRanſactio in cauſa famoſa irrogat infamiam. Item pactum gratuitum, nec purgatio & juramentum
2 infamant. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Vide Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 8. *col. pen.*

3 *Quod ſi jurejuraudo deciſa*, &c.) Notatur ad hoc, quod delictum ex tranſactione probatur, ut per octavian. Vulpel. *conſ.* 68. *in princ. vol.* 1. Maſcard. *de pro-*
4 *bationib. concl.* 501. *num.* 1. ubi *num.* 4. limitat ex hoc text. quando tranſactio eſſet gratuita; nam tunc non inducetur confeſſio delicti, & citat Hippol. *in pract. §. diligenter*, *n.* 168. *verſ. quæro ulterius an tacita confeſſio*, Octavian. Vulp. *conſ.* 4. *n.* 9. *vol.* 1. *&* alios.

SUMMARIUM.

1 *Verba generalia non infamant*, *ut quis redeat ad meliorem vitam.*

2 *Admonitio Præſidis non infamat*, *ſi facta ſit aut ad meliorem vitam quis ſe reformet.*

L. Interlocutio. XIX.

*Impp.* CARIN. *&* NUMERIAN. AA. *Ariſtocrati.*

GEneralia verba non infamant, ut quis redeat ad 1
meliorem vitam. *Vel. ſic.* Admonitio Præſidis non
infamat, ſi facta ſit ut ad meliorem vitam quis refor- 2
met. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* Vide Molin. *de juſtit. tom.* 5. *tract.* 4 *diſp.* 8. *n.* 6. *verſ. item ſi judex.*

SUMMARIUM.

1 *Uſurarii improbum fœnus exercentes ſunt infames*, *& num.* 2.

3 *Pœna infamiæ irroganda eſt.*

4 *Uſurarius eſt infamis*, *etiam quod intra modum à jure civili permiſſum uſuras exerceat.*

L. Improbum. XX.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Fortunato.*

USurarii improbum fœnus exercentes ſunt infames. 1
Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2
*l. Hiſpan.* 4. *tit.* 6. *part.* 7. *ubi gloſſ.* 15. *& l.* 5. *tit.* 6. *lib.* 8. *novæ Recopilat.* Matheſil. *ſingula.* 49. *&* 197. Hippol. *ſingul.* 273. *num.* 2. *&* 3. Covarr. *lib.* 3. *variarum*, *cap.* 3. *num.* 1. *in fine*, Spin. *in ſpeculo teſtam. p.* 13. *rubr. num.* 22. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 7. *col.* 1. *verſ. qui fœnus improbum*, Salon. *in* 2. 2. *tom.* 2. *quæſt.* 78. *art.* 1. *controverſ.* 1. *n.* 2. *verſ. nam opinio*, Curt. *in memorabo*, *verbo uſurarii*, *pag.* 934. Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 91. *lit. A*, Germinian. *de uſuris commento* 4. *in præfat. n.* 3. Campan. *in diverſ. juris Canon. rub.* 11. *cap.* 20. *à princip.* Bellet *diſquiſit. clerical. tit. de diſciplina clericali*, §. 10. *n.* 53. Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. in comment. ad §. ſoror. n.* 44. *verſ. uſurarius*, *Inſtit. de in offic. teſtamen.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *quæſt.* 56. *n.* 35. Padil. *in ſolum legum pœnalium*, *part.* 1. *cap.* 30. *per tot.* Cardoſ. *in praxi Judicum*, *& advocat. verbo uſura*, *n.* 22. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 8. *n.* 20. *cum ſeqq.* Ego ipſe *de officio*, *& poteſtate Epiſcopi*, *part.* 2. *alleg.* 43. *n.* 3. Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 334. *in princ. & tract.* 4. *diſp.* 8. *n.* 15. ubi ſubdit quod hæc pœna comprehendit omnes uſurarios, qui veras uſuras naturali jure & Canonico damnatas exercent, eſto jure Cæſareo eſſent permiſſæ, & cum Gregor. Lop. *de l.* 4. *verbo uſurarios*, comprehendere ait etiam uſurarios occultos, eſto de eorum infamia non ſufficienter conſter, niſi poſt latam ſententiam, qua pronunciatur commiſiſſe uſuras.

*Pœna infiamiæ irroganda eſt.*) Ex his verbis futuri tem- 3
poris cenſetur ipſo jure pœna infamiæ impoſita, ne alioquin hæc lex ſuo effectu fruſtretur, ut per Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 201. Rebell. *de obligat. juſtit. part.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 6. *ſect.* 6. *n.* 39. Tiraq. *in l. ſi unquam*, *verbo revertatur. n.* 40. *cum ſeqq. de revocat. donat.* Molin. *d. tract.* 2. *diſp.* 8. *n.* 15. *in fine*, Farinac. *d. quæſt.* 56. *n.* 132. *in princip.*

In gloſſ. *improbum* 1. ibi, *id eſt intra legitimum mo-* 4
*dum* &c. Hæc gloſſ. communiter reprobatur, & contra eam tenendum, uſurarium eſſe infamem, etiam quod intra modum à jure civili permiſſum uſuras exerceat. Ita Salicet. *hîc n.* 2. Germin. *conſ.* 77. *poſt n.* 5. Covarr. *d. cap.* 3. *n.* 2. Calr. *in pract. §. uſura*, *verſ. punitur etiam*, Ludov. à Peguera *crimin. deciſ.* 31. *n.* 1. quos refert, & ſequitur Farin. *d. q.* 56. *n.* 132. *in princip.*

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Ætas minor infamiam non patitur ob artem joculatoriam, vel alioquin ludicram.*
2 *Ætate minores puniuntur mitiùs.*
3 *Joculatores ludentes in scenis sunt infames, intellige ut num.* 4.

L. Si fratres tui. XXI.

*Idem* AA. & CC. *Statio.*

1 ÆTas minor infamiam non patitur ob artem joculatoriam, vel alioquin ludicram. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 *Minores dumtaxat ætate* &c.) Notatur ad hoc, quod minores ætate mitiùs puniuntur, ut per Tiraq. *de pœnis temperand. causa* 7. *n.* 1. *cum seqq.* & plures citatos per Farin. *in praxi crimin. quæst.* 92. *n.* 41. *cum seqq.*

3 *In ludicræ artis ostentatione*, &c.) Notatur ad hoc quod joculatores ludentes in scenis sunt infames, ut per Bellet. *disquis. cleric. tit. de disciplina cleric.* §. 10.
4 *n.* 17. & 18. ubi *n.* 19. intelligit de his, qui publicè coram populo faciunt gesticulationes sui corporis, & se in illis assuefaciunt, bis saltem causâ quæstûs: refero ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p.* 2. *alleg.* 43. *n.* 10.

L. Fidem rumpens. XXII. & ult.

*Iidem* AA. & CC. *Domitiano.*

1 COndemnatus in actione pro socio ob fidem ruptam, infamiam incurrit. Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

## *De Procuratoribus.*

## TIT. XIII.

EXopsitis causis infamiæ, consequenter agitur de Procuratoribus. Procurator est, qui negotia aliena vel in judicio, vel extra judicium mandato domini administrat, *l.* 1. *ff. hoc tit.* dantur verò alii ad lites, seu judicia, alii ad negotia, *ff. eod. l. servum quodque, in princ.* Scripserunt in hanc rubr. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Jas. Alex. Sichard. Aloys. Leo, Petr. Gilchen Sebast. Næv. post omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 86. item Cujac. Pac. & Wesembec.

De materia tituli vide Soar. Viv. Kirchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *c.* 11. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *sub hoc tit. de procuratorib.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conven. lib.* 7. *tit.* 1. *cum seqq.* Arimin. Tepat. *var. tom.* 1. *tit.* 87. *de procuratorib. ad judicia.* Benedict. Ægid. *in repet l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, p.* 2. *c.* 10. *de procuratorib.*

De Procuratoris & defensoris potestate in causis criminalibus tractatum edidit Joannes Antonius Rubeus *tom.* 11. *tract. Doctor. p.* 1. *fol.* 201. & Procuratoribus substantialibus alium in lucem edidit Joannes de Grassis, *tom.* 3. *eorundem tract. p.* 1. *fol.* 366.

SUMMARIUM.

1 *Procurator de rato tunc principaliter cavet s ubi de ejus mandato emergit dubium, & n.* 2.
3 *Cautionis acceptio in jure.*

L. Cautio.

D. ANTONIN. PIUS. A. *Severo.*

PRocurator de rato tunc principaliter, ubi de ejus 1
mandato dubium emergit, cavet. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Jas. Alex. Castr. Sichard. Aloys. Leo, Petr. Gilchen. Sebastian. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* & ex Repetentibus Petrus de Bellapertica.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
*l. Hisp.* 21. *tit.* 4. *part.* 3. *ubi gloss. in sum.* Rom. *sing.* 98. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 14. *col.* 2. & 3. & *cap.* 13. *col.* 10. Menoch *controvers. usufreq. p.* 2. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 3. *in princ.* ubi air, quod si dubitetur an procurator habeat mandatum, tunc, non aliter admittitur; quàm si præbeat cautionem de rato, cum qua tamen non admittitur, si fatetur se non habere mandatum. Donat. à Fina. *tom. commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 11. *pag.* 314. Bellacomb. *ibidem, n.* 79. *pag.* 320. ubi intelligit locum non habere quando specialiter mandatum requiritur, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 296. Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Procurator, n.* 6. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 2. *quæst.* 34. *n.* 2. ubi limitat non habere locum ubi speciale mandatum requiritur, & in his negotiis quæ ardua sunt, prout est in causa matrimoniali, Rebuff. *in tract. except. n.* 306. ubi ait, quod hæc cautio de stylo Curiarum non solet à Procuratoribus præstari, nisi de mandato dubitetur, & *de privileg. scholar. privil.* 11. ubi limitat quando aliquis tanquam Procurator, seu consanguineus, vel amicus repetit libros scholastici, quia tunc non debent eidem restitui, nisi plenè probet mandatum speciale ad hoc, quamvis dare cautionem sit paratus, D. Barbos. *in l. divortio*, §. *interdum, n.* 34. *ff. soluto matrim* ubi ait quod Procurator actoris non auditur in judicio, si constet eum non habere mandatum, quantumcunque offerat cautionem de rato. Kirchov. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 45. ubi quod admittitur Procurator cum cautione si dubitetur de mandato, & non aliàs.

In gloss. *Cautio*, ibi, *quia hoc est certum de mandato.* 3
&c. De particula, *cautio*, quot modis in jure accipiatur, vide D. Barbos. *in l. divortio*, §. *interdum. n.* 14. & 15 *ff. soluto matrim.* Cautionis appellatione quæ veniant, dixi *de appellativa verborum utriusque juris significat. appel.* 45. *per tot.*

SUMMARIUM.

1 *Causa pecuniaria uxoris per maritum legitimè satisdantem agi potest, tam in instantia prima, quàm appellationis.*
2 *Fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendo, acceptus in causa principali, non tenetur in causa appellationis, nisi, &c.*
3 *Fidejussor in prima instantia non censetur repetitus in secunda etiam in criminalibus.*
4 *Fidejussor de solvendo judicatum per primum judicem, si reus est absolutus in causa principali, & condemnatus in causa appellationis, non tenetur, & num.* 5.

L. Cùm rem II.

*Divi* FRATRES *Sextilæ.*

CAusa pecuniaria uxoris per maritum legitimè 1
satisdantem agi potest, tam in instantia prima quam appellationis. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* Vide proposita *in collect., ad l. maritus, inf. hoc tit.*

In

2 In gloss. *Appellationes*. De materia hujus gloss. vide Balb. *tom. 2. comm. opin. lib. 8. tit. 25. de fidejuss. num. 70. pag. 377.* ubi ait, quod fidejussor de judicio sisti, & judicatum solvendo, acceptus in causa principali, non tenetur causa appellationis, nisi aliud sit actum, vel victus appellasset, & appellationem deseruisset non prosequendo, quia tunc tenetur etiam in casu appellationis, quia agitur ex prima sententia, Bonacos. *ibidem n. 86.* 3 ait quod fidejussor in prima instantia non censetur repetitus in secunda, etiam in criminalibus, Viv. *ibid. n. 105. pag. 380.* Boër. *decis. 315.* Parlador. *lib. 5. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 5. n. 8.* Vincent. de Franch. *Neapol. decis. 208. n. 1.* ubi resolvit, quod fidejussor de solvendo 4 judicatum per primum judicem, si reus est absolutus in causa principali, & condamnatus in causa appellationis non tenetur: & *decis. 320. n. 3.* ubi resolvit, quod fidejussor de solvendo judicatum, si in prima sententia principalis est absolutus & in causa appellationis condemnatus, non tenetur, ubi bona additio Joan. Aloys. Riccii. Muscatel. *de fidejussorib. modo 12.* Surd. *cons. 271. n. 54. lib. 2.* Caball. *resol. crimin. cas. 109. n. 9.* Fachin. *contr. lib. 8. cap. 57.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 11. tit. 14. n. 6. & 12.* latè & eleganter Stephan. Gratian. *discep. forens. tom. 2. cap. 348. à princip.* ubi *n. 2. cum seqq.* firmat non esse necessarium, satisdationem 5 fuisse præstitam judici sub ejus proprio nomine; sed sufficere simpliciter fuisse satisdatum, etiamsi fidejussor se obligaverit tanquam principalis, & insolidum de solvendo quicquid fuerit judicatum, quia istæ clausulæ non debent operari ut teneatur in plus quàm quod provisum est per decretum, cujus virtute fidejussit, sed dumtaxat in casu in quo fuisset condemnatus per judicem hoc mandantem, adeò ut neque juramentum interpositum in hujusmodi fidejussionibus aliquid alteret ut teneatur in causa appellationis. *voto n...* 10.

---

SUMMARIUM.

1 *Ob minorem indefensum, causa cognita, & deliberatione præcedente fit missio in possessionem.*
3 *Defensor negligens ab officio removetur.*
4 *Procurator abutens potestate sibi commissa, removetur ab officio, & num. 4.*

L. Eum qui. III.

*Impp.* Severus & Antoninus AA. *Pomponio.*

1 OB minorem indefensum causa cognita, & deliberatione præcedente fit missio in possessionem. Item defensor negligens ab officio removetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sub hoc tit.*

2 De materia vide Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 13. col. 4.* Marant. *de ordine judic. p. 6. tit...* & per- 3 venitur aliquando per viam denunciationis, *n. 193.* ubi ait quod inquirit judex de contemptu, & contumacia Procuratoris qui administrat negotia absentis; nam potest illum ex officio removere ab administratione, & sibi interdicere officium procurationis, Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. in princip.* 4 §. 17. *n. 2. & seqq. pag. 105.* ubi dicit quod si procurator abutitur potestate sibi commissa, quia dominum non defendit ut debet, interdicitur ei procurationis officium à judice.

---

SUMMARIUM.

1 *Defensus nullo modo, & defensus non legitimè, æquiparantur.*
2 *Mulier nisi in rem suam agere, & procurare non potest.*
3 *Mulieres Procuratrices ad judicia pro aliis esse non possunt, possunt pro re sua, num. 4.*

L. Quia absente. IV.

*Iidem* AA. *Saturnino.*

NUllo modo defensus & non legitimè defensus, 1 æquiparantur. Item mulier nisi in rem suam age- 2 re, & procurare non potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

*Cùm aliena negotia per mulieres*, &c.) Notatur ad 3 hoc, quod mulieres Procuratrices ad judicia pro aliis esse non possunt, ut per Duen. *reg. 311.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 8. n. 32. pag. 117.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 18 cap. 11. col. 3.* ubi *col. 3.* an pro patre & filiis, Frederic. Brunem. *in tract. de differ. inter utrumque sexum, p. 1. memb. 2. art. 2. n. 18.* Benedict. Ægid. *in tract. de jure & privil. honestatis, art. 2. de honestate in iis quæ ad judicia pertinent, n. 13.*

*Nisi in rem suam.* &c.) Ita Duen. *reg. 311. limit. 8.* 4

---

SUMMARIUM.

1 *Mandatum ad agendum, defensionem in consequentiam continet.*
2 *Procurator actoris dominum in reconventione non defensurus, ab agendo repellitur, & n. 3. Contrarium vide num. 4.*

L. Actionis. V.

*Imp.* Antoninus A. *Pancratiæ.*

MAndatum ad agendum defensionem in conse- 1 quentiam continet. Item procurator actoris do- 2 minum in reconventione non defensurus, ab agendo repellitur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Probat hic text. quod procurator ad agendum te- 3 netur dominum constituentem defendere in causa reconventionis, ut per Ordin. Regiam Lusit. *lib. 3. tit. 2. in princip. & l. Hispan. 21. tit. 4 part. 3. ubi gloss. 5.* Abb. *in cap. 1. n. 24. de mutuis petit.* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 13. col. 8.* Menchac. *controvers. usufreq. lib. 2. cap. 23. n. 3.* ubi contrarium tenet quando fuit datum mandatum ad agendum tantùm, Cardos. *in praxi judicum, verbo Procurator, num. 20.* 3

L. Reum criminis. VI.

*Imp.* Alexander A. *Martiano.*

ACcusatus de crimine quo usque processus pen- 1 det, Procuratoris officio fungi non potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Bart. *in l. Barbarius, n. 17. cum. seqq. ff. de offic. Prætor.* 2 Gregor. Lop. *l. 5. verbo algun, tit. 5. part. 3.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 19. cap. 11. col. 4.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. annot. 2. n. 27.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Procurator, n. 18.*

L. Militem. VII.

*Idem* A. *Macrino.*

MIles non potest esse Procurator alterius, etiam 1 conjunctæ personæ. Colligunt ex Ordin. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 6. tit. 5. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Hippol. *in l. ſi quis ne quæſtio, n. 112. ff. de quæſtion.* Additio ad Marthesil. *ſing. 12. n. 17.* Gerard. *ſing. 2.* Afflict. *lib. 1. conſtitut. rubr. 9. n. 28.* ubi de militibus noſtri temporis, Donell. *commentar. juris civilis lib. 18. cap. 11. col. 1. & 3.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo Procurator, num. 15.* latè Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure, part. 2. cap. 10. num. 15. cum ſeqq.* ubi latè an extendatur hæc prohibitio ad militem cœleſtis militiæ.

*Vel quaſi ſuffragatorum accedere.* ) Explicat Donel. *d. cap. 11. col. 1.*

## SUMMARIUM.

1 *Procurator ad litem alium ante litem conteſtatam conſtituere nequit, & n. 2. Limita in Procuratore rei qui ſatisfecit judicatum ſolvi, n. 3. Procedit hujus text. concluſio, quando Procurator eſt conſtitutus, & non habet mandatum ſubſtituendi, ſed tamen dominus promiſit habere ratum quicquid geſtum fuerit per Procuratorem, aut ſubſtituendum, n. 4. Non autem procedat quando eſt Procurator in rem ſuam, n. 5. Vel quando data eſſet facultas ſubſtituendi etiam non determinata perſona, n. 6. Vel in caſibus in quibus lis conteſtatur, num. 7. Vel quando diſputatur an ſit Procurator, n. 8. Nec procedit in Prælato Eccleſiæ, nec in conjuncta perſona, nec in Procuratore habente mandatum cum libera, & in Procuratore conſtituto ad excipiendum tantùm, num. 9.*

### L. Quod quis ſibi. VIII.

*Idem* A. *Manſueto.*

1 PRocurator ad litem conſtitutus alium ante litem conteſtatam conſtituere nequit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 19. tit. 5. part. 3. ubi gloſſ. 13. in princ.* Dominic. *in c. 1. §. 1. n. 7. de procurat. in 6.* Roman. *ſing. 214.* Socin. *reg. 391.* Boër. *deciſ. 285. n. 1.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu inhabil. n. 129.* Gail. *lib. 1. obſerv. 74. n. 11.* Donell. *comment. juris civil. lib. 18. cap. 12. col. 5.* Franc. Turzan. *conſil. 87.* Donat. à Fina, *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 12. pag. 314.* Turzan. *ibidem, n. 69.* ubi limitat in Procuratore rei qui ſatisfecit judicatum ſolvi, quia immediatè poſt ſatisfactionem eſt effectus dominus litis, Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſ. 38. n. 1.* latè Alex. Trentacinq. *variarum reſolut. lib. 2. reſol. 2. per totam, ſub hoc tit. pag. 372.* ubi *n. 1.* procedere ait hujus text. concluſionem quando procurator eſt conſtitutus, & non habet mandatum ſubſtituendi, ſed tamen dominus promiſit habere ratum quicquid geſtum fuerit per Procuratorem, aut ſubſtitutum, & *n. 2.* declarat non procedere quando quis eſt procurator in rem ſuam, quia tunc ipſe alium ſubſtituere poteſt etiam ante litis conteſtationem, & *n. 3.* declarat ſecundò quando eſſet data facultas ſubſtituendi, etiam non determinata perſona, & *n. 13.* quartò declarat non procedere in caſibus in quibus lis non conteſtatur, quia tunc poſt primum actum in quo incipit tractari de meritis cauſæ, poteſt ſubſtituere, & *num. 14.* declarat quintò non procedere quando diſputatur an ſit Procurator, tunc enim quoad iſtum articulum poteſt ante litem conteſtatam ſubſtituere, & *numeris ſeqq.* tenet hujuſmodi concluſionem ex text. deſumptam non procedere in Prælato Eccleſiæ, nec in conjuncta perſona, nec in Procuratore habente mandatum cum libera, & in Procuratore conſtituto ad excipiendum tantùm.

## SUMMARIUM.

1 *Miles bona fide Procurator conſtitutus in rem ſuam agere cauſam poteſt, & n. 2.*

3 *Procurator in rem ſuam factus quis.*

### L. Qui ſtipendia. IX.

*Idem* A. *Auſidio.*

1 MIlles bona fide Procurator conſtitutus in rem ſuam, cauſam agere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. 7. tit. 5. part. 3.* Duen. *reg. 88. limit. 9.* Cacheran. *deciſ. 58. n. 3.* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 11. col. 2. & cap. 13. col. 5.*

3 *Rem ſuam gerere*, &c. ) Ex his verbis, juncta gloſſ. *verbo ſuam rem*, colligitur, quod Procurator in rem ſuam factus ille dicitur, qui ex mandato procuræ commodum ſibi applicare debet, ut per Mart. *de clauſul. part. 1. clauſ. 188. n. 2.* Bartazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ. 29. gloſſ. 1. n. 1.* ubi *n. 5.* ex Bald. *in l. quæ omnia, §. fin. de procurat.* & Jaſ. *hìc* aſſerit cenſeri conſtitutum Procuratorem in rem ſuam altero de tribus modis; quando ſcilicet ſunt mandatæ actiones directæ, & ceſſæ utiles, quo caſu cenſetur etiam factus Procurator ceſſionarius in rem ſuam, & tertiò quando ſolùm ſunt mandatæ actiones directæ, quod minùs importat conceſſionem, refero ego ipſe *de clauſulis uſufreq. clauſ. 71. n. 2.* Procurator enim in rem ſuam non eſt propriè Procurator, ut per Menchac. *controverſ. uſufreq. lib. 2. cap. 39. num. 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Procurator egrediens fines mandati domino non præjudicat, nulliter agit ſi mandati fines excedat, n. 2. Secus ſi dominus ſciens tacuerit, n. 3. Dicitur habere liberam adminiſtrationem, n. 4.*

### L. Si procurator. X.

*Idem* A. *Caſtiæ.*

1 PRocurator egrediens fines mandati domino non præjudicat, & ejus fraus, & dolus obeſt domino, ſalva tamen mandati contra Procuratorem actione. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

*Officium mandati egreſſus*, &c. ) Notatur ad hoc, quod Procurator nulliter agit, ſi mandati fines excedat, quia illi ſunt à Procuratore diligenter obſervandi, ut per Socin. *reg. 309. l. Hiſpan. 19. tit. 5. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Joan. Garcia *reg. 305.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo libertis, num. 59. de revocand. donat.* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 17. in fine, & cap. 18. in princip.* Menoch. *conſ. 134. n. 3.* Benedict. Capra *reg. 55. n. 2.* Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 65. & 66. pag. 319.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 37. n. 5. & dec. 117. à n. 12.* Azeved. *l. 1. n. 7. titul. 6. lib. 3. & l. 5. n. 1. tit. 4. lib. 5. novæ Recop.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo mandatum, num. 7. & 8.* Camill. Borrel. *in ſumm. omnium deciſ. tom. 2. tit. 66. num. 437.* Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 5. lit. M, concl. 39. per totam.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. tract. 8. cap. 1. ſect. 2. n. 612.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 15. n. 51.* ubi dicit, quod geſta per Procuratorem ultra fines mandati tenent, ſi dominus ſciens tacuit: refero ego ipſe *axiom. 134. n. 1. & 2.* ubi *n. 3.* dicitur, quod non ſolùm tenetur Procurator ſervare fines circa mandatum, ſed etiam circa omnes qualitates.

*Quod si plenam*, &c.) Et ita dicitur habere liberam administrationem, de quo Jaſ. *in l. hujuſmodi*, §. *ædes*, *n.* 1. *ff. de legat* 1. Bart. *in l. alio hærede*, *n.* 9. *in fine*, *ff. de adim. legat.* Gregor. Lop. *l.* 1. *in gloſſ. verbo libre el lenero*, *tit.* 5. *part.* 3. ubi dicit, quod hæc lex videtur velle, quod ſufficeret ſi plenam haberet poteſtatem, quamvis non diceret, & liberam.

## SUMMARIUM.

1 *Tutor, & curator ante litis conteſtationem ex ſua perſona actorem, non Procuratorem conſtituunt.*
2 *Pupillus, & adultus tutore interveniente Procuratorem conſtituunt, & n.* 5.
3 *Tutor, & curator poſt litem conteſtatam Procuratorem conſtituere non prohibentur, & n.* 6.
4 *Minor* 25. *annis poteſt cum curatoris auctoritate conſtituere Procuratorem ad litem.*
7 *Pater adminiſtrans bona filii adventitia, an poſſit conſtituere Procuratorem, & n.* 8.
9 *Minor major* 14. *annis ut Procuratorem conſtituat, neceſſaria eſt auctoritas ſui curatoris, limita ut num.* 10.
11 *Procurator ad judicia poſt litem conteſtatam poteſt alium Procuratorem ſubſtituere.*
12 *Sententia lata pro pupillo ſine curatore valet.*

### L. Neque tutores. XI.

*Idem A. Sebaſtiano.*

1 TUtor, & curator ante litis conteſtationem ex ſua perſona actorem, non Procuratorum conſtituunt.
2 Item pupillus & adultus tutore interveniente Procu-
3 ratorem conſtituunt. Tutor & curator poſt litem conteſtatam Procuratorem conſtituere non prohibentur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

4 Vide *l. Hiſpan.* 3. *tit.* 5. *part.* 3. ubi probatur quod minor 25. annis poteſt cum curatoris auctoritate conſtituere Procuratorem ad litem. Nam ſi ſine curatore eam conſtituat, valet judicatum pro eo, ſed non contra eum: curator autem, ſeu tutor per ſe non poteſt, niſi priùs lis per eum conteſtetur. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 26. *pag.* 317. ubi ait, quod adultus ſine curatore non poteſt Procuratorem conſtituere. Idem dicit
5 Tiraq. *de jure mariti gloſſ.* 5. *n.* 183. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 12. *col.* 1. Cevall. *commun. contra*
6 *commun. q.* 330. *n.* 1. ubi tenet, quod tutor, vel curator, niſi poſt litem conteſtatam, ad negotia pupillorum non poſſunt Procuratorem conſtituere, Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 106. *n.* 5. *& conſiderat.* 1.

7 *Sed auctorem conſtituere debent.*) An idem ſit in patre adminiſtrante bona filii adventitia; Negant Tiraq. *in l. ſi unquam*, *in princ. n.* 29. *de revoc. donat. & de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 1. *num.* 24. Cevall. *commun. contra*
8 *commun. q.* 330. *ex num.* 1. ubi *n.* 2. reſolvit, quod poſito, quod pater (ut verum eſt) poteſt ad negotia filii ante litem conteſtatam Procuratorem conſtituere, tunc non eſt neceſſarius filii conſenſus.

9 *Tutore, vel curatore interveniente*, &c. Notatur ad hoc, quod minor major quatuordecim annorum, ut procuratorem conſtituat, neceſſaria eſt auctoritas ſui curatoris ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, in prin-*
10 *cip. n.* 21. ubi limitat in caſibus, in quibus ille minor legitimam habet perſonam ſtandi in judicio, quod in pupillo non procedit, ſiquidem is nullum negotium poteſt ſine tutoris conſenſu agere. At verò ſi minor infans ſit, & omnino ignorans, qualis eſt mutus, furioſus, & abſens, tunc eorum vicem judex ſupplet, & cum ejus decreto & auctoritate debet tutor agere, vel cauſam defendere, & citat Vant. *de nullit. tit. de nullit. proceſſus ex defectu mandati, n.* 140. *& ſeq.*

*Ipſi etiam tutores*, &c.) Notatur ad hoc, quod Pro- 11
curator ad judicia poſt litem conteſtatam poteſt alium Procuratorem ſubſtituere, ut per D. Barboſ. *in l. cum prætor*, §. 1. *n.* 104. *ff. de judic. & n.* 107. rationem præſtat, quia in lite conteſtata cenſetur quidam quaſi contractus celebratus inter partes *l.* 3. §. *idem ſcribit*, *ff. de peculio*, propter quem Procurator efficitur dominus litis ex hoc text.

In gloſſ. *Interveniente*, ibi, *ſed quid ſi citra tutoris* 12
*auctoritatem Procuratorum ad litem fecerit pupillus, & non fuit repulſus? Reſp. non valet judicium contra eum prolatum*, &c. Notatur ad hoc, quod ſententia lata pro pupillo ſine curatore valet, minoribus enim ætas in damnis ſubvenire, non in rebus proſperè geſtis obeſſe conſuevit, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 13. *n.* 25. *& de jure mariti gloſſ.* 8. *n.* 68.

## SUMMARIUM.

1 *Ex parte defenſoris non requiritur mandatum, ſed cautio judicii ſolvendi.*
2 *Defenſor nemo eſt legitimus ſine ſatisdatione.*
3 *Filius à judicio repellitur ob ætatem illegitimam, ſed ut defenſor patri injuſtè rejicitur.*
4 *Conjunctus pro conjuncto abſque mandato admittitur in judicio, intellige ut n.* 5. *& declara ut n.* 9. *In conventione ſpirituali quid, n.* 10.
6 *Affinis admittitur pro affine: procedit in tranſverſalibus, n.* 7. *Amplia procedere in valde amico, n.* 8.
11 *Minor* 25. *annis non poteſt eſſe Procurator alterius ad judicia, ad negotia verò ille qui eſt* 17. *annorum, poteſt eſſe Procurator.*
12 *Reum conventum abſentem defendere quilibet, quamvis extraneus poteſt, & pro eo reſpondere.*
13 *Conjuncta perſona poteſt agere ſine mandato, cum cautione de rato, in eis quæ requirunt mandatum ſpeciale.*

### L. Exigendi. XII.

*Idem A. Frontoni.*

EX parte defenſoris non requiritur mandatum, ſed 1
cautio judicati ſolvendi. Item defenſor nemo eſt 2
legitimus ſine ſatisdatione. Item ob ætatem illegiti- 3
mam filius à judicio repellitur, ſed ut defenſor patris injuſtè rejicitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom.* 7. Petrus de Ballapertica.

Probat hic text. admitti conjunctum pro conjuncto 4
abſque mandato, ut per *l. Hiſpan.* 10. *tit.* 5. *part.* 3. ubi extendit uſque ad quartum gradum, licèt de jure communi uſque ad decimum, Hippol. *ſing.* 245. Bernard. *reg.* 129. Duen. *reg.* 123. Joan Garc. *reg.* 21. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 14. *n.* 106. ubi ſubdit talem non eſſe procuratorem. Cott. *in memorab. verbo conjuncta perſona.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 100. ubi intelli- 5
git dummodò conſanguineos poſtea ratificet, alioquin inutile erit, quod à conjuncto ita actum eſt. Flamin. Cartahat. *deciſ.* 54. *n.* 4. Joſeph. Ludov. *Peruſin deciſ.* 49. *&* 110. *n.* 12. Menchac. *controv. uſufrequent. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 6. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 11. *col.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 3. *quæſt.* 8. *n.* 10. ubi dicit regulare, 6
quod in quacumque cauſa conjunctus admittitur ad agendum pro conjuncto, ſive deſcendens ſit, ſive etiam tranſverſalis uſque ad decimum gradum, D. Barboſ. *in l.* 3. *n.* 10. *ff. ſoluto matrim.* Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli*, *l.* 10. *n.* 7. *&* 8. ubi *n.* 69. ſubdit, quod admittitur quoque conjunctus conjunctione civili, ut Canonicus pro Eccleſia, & ſimiles, & *n.* 10. quod affinis pro affine admittitur. Magon. *Lucenſi deciſ.* 6. ubi 7
procedere ait in tranſverſalibus.

Amplia

8 Amplia procedere in valde amico, Bald. *decis.* 92. Bart. *in l. non solum, §. qui alieno, n.* 1. *ff. hoc tit.* Panorm. *in cap. accedens, in* 2. *n.* 8. *lit. A, ut lite non contest.* Jas. *in l. Titia, n.* 14. *ff. de verbor. oblig.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo testamentum, el* 3. *à n.* 47. Tiraquel. *in l. si unquam, verbo libertis, n.* 75. *cum seqq. de revocand. donat.* Cott. *in memorab. verbo conjuncta persona*, Alphan. *collect.* 109. Mench. *controvers. usufrequent. lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 7. Amicitia enim vera similis est consanguinitati proximiori, ad not. per Rebuff. *de privileg. schol. privileg.* 104. Tiraquel. *de pœnis temper. causa* 22. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *n.* 70. *cum seqq.* Azeved. *ad l.* 34. *n.* 3. *tit.* 6. *lib.* 3. *novæ Recop. pag.* 274. Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 21. *n.* 4. Sanchez *de matrimon. lib.* 6. *disp.* 26. *n.* 2. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conventionib. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 20. *num.* 2. *cum seqq.*

9 Declara quod licèt conjunctus pro conjuncto agat absque mandato, intervenire debet postea ratificatio per principalem, Magon. *Lucensi decis.* 6. *n.* 6. Hieron. de Laurent. *Avenion. decis.* 24. Tiraquel. *de retractu lign. §.* 1. *gloss.* 10. *n.* 97. Joan. Garc. *d. reg.* 21. *n.* 9. Et ipse conjunctus conjunctorio nomini, non autem pro-

10 curatorio debet intervenire, Jaffred. Bald. *decis.* 415. Cavalcan. *decis.* 24. *de judic.* Limita tamen suprà positam regulam non procedere in conjunctione spirituali, ut resolvunt Tiraquel. *in l. si unquam, verbo suscepe-rit liberos, n.* 30. Matiens. *in dialog. relat. part.* 3. *cap.* 15. *n.* 2. Joan. Garcia *d. regul.* 21. *n.* 6. ubi *n.* 11. dicit quod iste conjunctus licèt possit agere, non tamen poterit substituere alium.

11 *Sanè quod nedum legitimam ætatem*, &c. ) Notatur ad hoc, quod minor 25. annis non potest esse Procurator alterius ad judicia, ad negotia verò ille, qui est 17. annorum, potest esse Procurator, ut expressè probat text. *in cap. qui generaliter, §. fin de procuratorib. & l. Hispan.* 19. *ad fin. tit.* 5. *part.* 3. Gutier. *de juram. confirm. p.* 3. *cap.* 11. *n.* 1. Cardos. *in praxi judicum, verbo Procurator, n.* 16. Capra *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 16. *pag.* 314. *& n.* 24. *pag.* 316. Benedict. Ægid. *in repet. ad l. ex hoc jure, ff. de just. & jure, part.* 2. *cap.* 10. *num.* 1. Et cum hac distinctione facili negotio componuntur Ordinat. Regiæ Lusitan. *lib.* 1. *tit.* 48. *§.* 50. *& lib.* 3. *tit.* 9. *§.* 5. quæ contrariæ sibi extare videntur, cùm una requirat decimumoctavum annorum, altera vigesimumquintum, quia illa quæ requirit 18. annum, procedit quando constituitur ad particularem causam; altera verò habet locum quando constituitur ad omnes causas; & ideo videtur minimè audiendus Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum, num.* 36. *cum seqq.* dum existimat ordinationes illas ex recopilatorum negligentia esse diversas: faciunt quæ Gregor. Lopez *l.* 19. *verbo desasiete, tit.* 5. *part.* 3. Molin. *de justit. tract.* 2. *disp.* 228. *vers. excipitur secundò, in fine.*

12 *Ob hoc quidem depellere*, &c. Notatur ad hoc, quod quiliber, quamtumvis extraneus, potest reum conventum absentem defendere, & pro eo correspondere, ut per Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, l.* 10. *n.* 15.

13 In gloss. *Non cogitur*, ibi, *An autem conjunctus admittatur ad agendum sine mandato in casibus illis ubi exigitur speciale mandatum? Resp. non*, &c. Notatur ad hoc, quod conjuncta persona sine mandato agere non potest cum cautione de rato in eis, quæ requirunt speciale mandatum, ut per Gregor. Lop. *l.* 10. *tit.* 5. *part.* 8. *ubi gloss.* 3. Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 6. *n.* 5. Castill. *l.* 70. *Tauri, n.* 2. *cum seq.* Duen. *d. reg.* 123. *limit. fin.* Tiraq. *de retractu lig. §.* 1. *gloss.* 13. *num.* 34. *cum seq.* Roman. *sing.* 613. Pontan. *sing.* 216. Matiens. *l.* 5. *gloss.* 14. *n.* 13. *tit.* 11. *lib.* 5. *novæ recop.* Joan. Garc. *d. sing.* 21. *n.* 7. Mench. *quæstion. usufreq. c.* 24. *n.* 12. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, n.* 8. *de in integ. restit. minor.*

In gloss. *Condemnatione*, ibi: *Unde hic adversarius inveniret se deceptum auctoritate Regis, quod esse non debet*, &c. Hanc rationem exornat. Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo hunc contractum, num.* 39. *paulo post princip.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Exceptio procuratoria apponenda ante litem contestatam, postmodùm non admittitur, nisi incontinenti, n.* 2. *Intellige ut n.* 3.

4 *Exceptio dilatoria quæ non fuit oppositа in prima sententia, non potest opponi in secunda.*

### L. Ita demùm. XIII.

*Imp.* Gordianus A. *Luciano militi.*

EXceptio procuratoria opponenda ante litem con- 1
testatam, postmodùm non admittitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

*Si cùm primùm litem contestareris*, &c. ) Notatur ad 2
hoc, quod exceptio procuratoria ante litem contestatam, vel post incontinenti opponi debet, ut per *l. Hispan.* 9. *tit.* 3. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez *gloss.* 1. intelli- 3
git quando Procurator erat habilis ad comparendum in judicio pro se; si verò esset inhabilis pro se, & pro alio, ut servus, Monachus, furiosus, vel pupillus, tunc etiam post litis contestationem posset opponi; deinde intelligit nisi allegaretur defectus ex parte constituentium, ut quia constituens erat servus, vel minor, vel Syndicus constitutus à minori parte universitatis. Ulterius intelligit si noticia hujus exceptionis interveniret post litem contestatam, vel opponeretur, quod esset falsus Procurator: item *l. Hispan.* 7. *vers. e la tercera, tit.* 5. *eadem part.* 3. Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, l.* 17. *num.* 12. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 13. *col.* 2. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, part.* 2. *cap.* 10. *n.* 17. ubi ait, quod si adversarius procuratoriam exceptionem ante litem contestatam opponere omisit, post eam contestatam tali exceptione audiendus non erit, & *n.* 12. *per gloss.* 1. *in præsenti*, tenet parte non opponente posse judicem ex officio suo ante litem contestatam militem à procurando removere, & *num.* 20. intelligit de illo, qui militiæ actum realiter exercet: & *n.* 21. limitat in substituto militis, cui ad substituendum data est facultas. Exceptio enim dilatoria, ut est hæc procuratoria, ante litem contestatam opponenda est, post litem autem contestatam non admittitur. Duen. *reg.* 264. Bernard. *reg.* 256. Joan. Garcia *reg.* 170. Plures Doctores refert Parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 3. *tit.* 49. *§. n.* 2. & vide posita *ad l. fin. de except.*

*Quod nec cùm appellatio agitur*, &c. ) Notatur ad 4
hoc, quod in causa appellationis exceptio dilatoria quæ non fuit oppositа in prima instantia, non potest opponi in secunda, cùm sit opponenda ante litis contestationem, ut per Lap. *alleg.* 82. Duen. *regul.* 48. *limit.* 3. Joan. Garc. *reg.* 39. *n.* 1. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo appellatio* 28. Rebuff. *ad leges Galliæ, in tract. de rescript. art.* 3. *gloss.* 4. *num.* 13. Mascard. *de probat. concl.* 118, *n.* 45. Valasc. *cons.* 91. *c.* 3. *in fine*, ubi dicit quod exceptio dilatoria si non fuit oppositа ante litem contestatam in causa principali, non potest postea opponi in causa appellationis, & *n.* 4. resolvit, quod generaliter & absolutè non est verum, quod appellatio reducit causam ad statum ut possit pars ea omnia facere, quæ poterat in prima instantia; sed quod intelligitur ea traditio de eo statu in quo lis erat ante lits contestationem: & ita concludit, quod licèt appellatio suspendat pronunciatum, non tamen suspendit ea, quæ ordinantur ad illud, nec ea, quæ ordinata sunt ante litem contestatam, dicens ad hoc esse casum notabilem in hac lege.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata pro Procuratore minoris non legitimè constituto valet, & n. 2. amplia ut n. 3. & intellige ut n. 4. cum limitatione, ut n. 5. & 6.*

L. Non eo minus. XIV.

*Idem* A. *Sabiniano.*

1 SEntentia lata pro Procuratore minoris non legitimè constituto valet, & tenet, quia minoribus ætas in damnis, non in rebus prosperè gestis prodest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 11. in fine, tit. 2. part. 3. gloss. ult. in fine, & l. 2. tit. 5. part. 3. ubi gloss.* Dec. *in cap. causam quæ, n. 6. de judic.* Aufrer. *ad Capell. Tholos. decis. 102. & 106.* Palar. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem, §. 68. n. 6. & 7.* Cephal. *cons. 743. num. 19. lib. 5.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloss. 13. num. 25. & de jure mariti gloss. 8. n. 68. cum seqq.* Marant. *de ordine judic. part. 4. distinct. 16. n. 44.* Mynsing. *centur. 2. observat. 36.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu mandati, n. 21. & tit. fin. n. 81.* Paul. Granut. *theorem. 8. n. 23.* Sarmient. *de redditibus Ecclesiast. part. 1. cap. 3. num. 13.* Menchac. *controvers. usufrequent. cap. 9. n. 25.* ubi etiam resolvit sententiam pro Ecclesia latam valere quando Procurator est minùs legitimè constitutus, Rebuff. *in compendio alienat. n. 35.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 39. de bonis matern.* Menoch. *cons. 655. n. 15.* Parlador. *lib. 2. rerum quotidian. cap. fin. part. 3. §. 1. n. 9.* Alfar. *de officio fisci, gloss. 16. n. 211.* Seraphin. *de privileg. jurament. privileg. 83. n. 50. & 51.* Stephan. Quarant. *in sum. Bullarii, verbo alienatio, n. 34. pag. 26.* Sigism. Scacc. *de judic. lib. 1. cap. 101. n. 39.* Aldovin. *consil. 37. n. 10.* Sanchez *de matrim. lib. 6. disp. 38. num. 9.*

3 Amplia supradictam conclusionem ex hoc text. desumptam procedere in fisco, contra quem indefensum sententia lata in ejus favorem sustinetur, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloss. 8. n. 71.* Peregrin. *de jure fisci lib. 7. tit. 2. n. 3.* Alfar. *de officio fisci, gloss. 18. n. 15.* Cabed. *Lusitan. decis. 119. n. 5. part. 2.*

4 Intellige procedere dummodò non sit sententia lata contra alium minorem, ad not. per Cal l. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n. 169.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. tit. de rescript. resol. 1. num. 2.*

5 Limita non habere locum in infante, quia cum eo non est judicium, caret enim omni sensu, nec potest in judicio esse. Verall. *decis. 153. p. 2.*

6 Limita etiam ubicumque adest statutum prohibens obligationem minorum sine solemnitatibus in eo requisitis, quia tunc si illæ solemnitates non sint adhibitæ, non sustinetur actus, quamvis ipsi minori sit utilis. Ita Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 31. vers. ego autem non dubito, de bonis maternis.* Tiraq. *ad leges connub. gloss. 8. n. 56.* Surd. *decis. 278. n. 19.* Cevall. *commun. contra commun. quæst. 675. n. 13.* Hieron. Gabr. *cons. 67. n. 20. lib. 2.* quos refert & sequitur Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 27. à princip. & ferè per totum.*

SUMMARIUM.

1 *Pactum de quota litis reprobatur in Procuratore, & illum ab agendo repellit, & num. 2.*

3 *Cum procuratore minius agi, quàm cum Advocato quantum ad infamiam. Limita ut n. 4.*

5 *Mandatum nisi sit gratuitum, nullum est.*

L. Litem. XV.

*Impp.* Diocletian. & Maximian. AA. & CC. *Cornificio.*

PActum de quota litis in procuratore reprobatur, & illum ab agendo repellit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Guid. Pap. *decis. 102. n. 2. in fine*, Grammat. *decis. 73. num. 16. vers. tamen idem erit in Procuratore*, Franc. Marc. *decis. 38. n. 1. vers. idem est in Procuratore*, ubi pariter secundùm Alber. subdit, quod quantum ad infamiam mitius agitur cum procuratore, quàm cum Advocato, *& decis. 470. n. 1. part. 1.* Næv. *cons. 4. n. 2. in fine, de pactis*, Marcab. ab Anguil. *cons. 45. num. 1.* quos refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. q. 106. n. 16.* ubi *num. 17.* post Bertrand. *cons. 160. n. 1. lib. 4.* & Horat. Carpan. *in comment. ad statuta Mediolan. cap. 429. lit. B, & C*, limitat procedere in Procuratore ad lites, vel ut alii dicunt, in causidico defendente suum principalem in judicio, secus autem in Procuratore ad negotia. De pacto verò de quota litis lato inter Advocatum & cilentulum in casu victoriæ, latè tractavi *in collect. ad l. qui Advocatorum, sup. de postulando.* 2 3 4

*Quod officium gratuitum esse debet.*) Notatur ad hoc, quod mandatum, nisi sit gratuitum, nullum est, ut per Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 3. num. 8.* 5

L. Procuratorem. XVI.

*Idem* AA. & CC. *Paconiæ.*

PRocurator, vel actor sine speciali mandato non potest vendere rem in præjudicium domini. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Rebuff. *in praxi benefic. tit. de forma vicarii n. 59.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, num. 5. col. 5.* Cardos. *in praxi judicum & Advocat. verb. procurator, n. 41.* Mozz. *de contractibus tit. de empt. & vendit. cap. de personis quæ possunt emere, n. 28. pag. 356.* Roland. à Valle *cons. 9. n. 40. lib. 3.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. q. 3. princip. n. 22.* Bertazol. *de clausulis, claus. 5. gloss. 1. n. 1. & claus. 2. n. 4.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 15. num. 1.* 2

SUMMARIUM.

1 *Procuratoris officium regulariter nemo invitus in se recipit. Limita ut n. 3. fallit n. 4.*

2 *Procurator defensionem absentis invitus non suscipit.*

5 *Procurator condemnatus non solùm potest, sed etiam debet appellare. Limita ut n. 6.*

7 *Procurator qui omisit appellare, dicitur colludere, limita ut n. 8.*

L. Invitus. XVII.

*Iidem* AA. & CC. *Mardonio.*

INvitus quis regulariter officium Procuratoris in se non recipit. Item procurator defensiones absentis invitus non suscipit; fidem enim susceptam implere sufficit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.* & ex Repetentibus *tom. 7.* Petrus de Bellapertica. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 2. tit. 23. p. 3. ubi gloss. 1.* Roman. *singul. 673.* 2

incip.

*incip. Procurator*, Pil. *quæſt.* 26. Cujac. *lib.* 13. *obſerv.* 5. Joan Garc. *regul.* 19. *num.* 6. ubi quod non tenetur quis invitus procurare, Matth. Coler. *deciſ.* 139. *num.* 1. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 23. *concl.* 9. *& c.* 16. *col.* 1. Bernad. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *conſ.* 43. *concluſ.* 1. *n.* 17. Cardoſ. *in praxi Judicum &*
3 *Advocat. verbo Procurator, n.* 68. ubi ait quod procuratoris officium non cogitur quis invitus acceptare neque pro reo, neque pro actore, niſi conſueviſſet operas ſuas locare, vel poſtquam renuit acceptare, pœnituiſſet: & ſubdit fallere concluſionem hujus text. reſpectu
4 Reip. aut fiſci, quia tunc poterit quis cogi invitus acceptare officium Procuratoris, & *num.* 69. reſolvit quod Procurator poſtquam acceptavit procurationem ſui clientuli, tenetur eum defendere, & agere in omnibus cauſis, & negotiis ad quæ ratione procurationis ſe adſtrinxit, nec ſine juſta cauſa excuſare valet, & ſi non præſtiterit ea, quæ in cauſa requiruntur, tenebitur domino ad intereſſe ratione mandati, & etiam de culpa levi, ſeu leviſſima. Advertit tamen Tiraquell. *de pœnis temper. cauſa* 22. *num.* 56. quod conjunctus Procurator conſtitutus videtur tacitè non contradicendo acceptare mandatum, licèt ſit ſecus in extraneo.

5 *Nec eandem ultrà, niſi procurationis cauſa*, &c.) Notatur ad hoc quod Procurator condemnatus non ſolùm poteſt, ſed etiam debet appellare, ut per *l. Hiſpan.* 3. *tit.* 23. *p.* 3. *& l.* 23. *tit.* 5. *ead. part.* Put. *deciſ.* 272. aliàs 267. *in correct. lib.* 1. ubi tenet quod Procurator ad certam litem & cauſam conſtitutus poteſt appellare, ſed non appellationem proſequi, *& deciſ.* 345. aliàs 335. *eod. lib.* 1. ubi dicit quod Procurator conſtitutus in una inſtantia poteſt tantùm appellare, non autem appellationem proſequi, niſi ſpecialiter habeat quod poſſit proſequi, vel habeat ad cauſas futuras,
6 Boër. *deciſ.* 85. *num.* 9. ubi *num.* 11. limitat in Procuratore conſtituto ad omnes cauſas, & in tutore & curatore, & in cauſa reſtitutionis in integrum, latè Menchac. *controverſ. uſufreq. cap.* 19. *à princip.* ubi *num.* 2. videtur defendere opinionem illam, quod ſcilicet Procurator appellationem proſequi teneatur: & *num.* 3. *in fine*, ad hoc expendit textum *in præſenti* Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l.* 13. *n.* 2. *cum ſeqq.* ubi dicit quod Procurator datus cogitur provocare, non verò exercere invitus, aut appellationem proſequi obſtringitur, ubi circa hoc declarat nonnullas leges Partiræ. Benedict. Capra. *conſil.* 65. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 114. *pag.* 323. ubi quod Procurator tenetur appellare, Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 6. *num.* 7. Bernad Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 45. *num.* 2. *cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 22. *num.* 18. *&* 19. ubi ait quod Procurator tenetur appellare, ne alioquin ſententia tranſeat in rem judicatam, & ſubdit in ſacro Auditorio Rotæ fuiſſe deciſum: quod Procurator finita prima inſtantia, licèt teneatur appellare à ſententia contra dominum lata, non tamen cogitur proſequi appellationem, niſi Procurator ſit conſtitutus ad proſequendam etiam appellationem, quia tunc ſi mandatum ſine proteſtatione ſuſcepit, tenetur illam proſequi.

7 Nota quod Procurator quo omiſit appellare, dicitur colludere. Bart. *in l.* 1. §. *adverſus, ff. quando appellandum ſit*, Moned. *deciſ.* 2. aliàs 78. *de appell.* Creſcent. *deciſ.* 7. *eod. tit.* Caſſad. *deciſ.* 5. *eod. tit. de appellat.* Afflict. *deciſ.* 344. *num.* 2.

8 Limita in appellatione ab interlocutoria, quæ in intermediis cauſæ fertur, quia tenetur eam Procurator proſequi, ſi in eodem loco appellatio interpoſita ab hujuſmodi interlocutoria veniret tractanda, ſecus ſi in alio loco remoto, ut per Jaſ. *in l. cùm procurator. n.* 6. *de novi oper. nunc.* Boër. *deciſ.* 285. *num.* 10. Azeved. *l.* 20. *num.* 2. *tit.* 16. *lib.* 2. *novæ Recop.* ubi reſolvit quod de jure civili obligatus Advocatus defendere cauſam, non tenebatur defendere in appellatione à diffinitiva, ſed tantùm ab interlocutoria, niſi appellatio ab interlocutoria eſſet ventilanda in loco remoto, ſubditque *ibidem* per *d. l.* 20. eſſe deciſum, quod ſi appellatio ab interlocutoria, vel definitiva ſit tractanda in eodem loco, ubi fuit factum pactum de ſalario pro lite illa præſtando, in omnibus inſtantiis debet ibidem partem adjuvare uſquequo cauſa finiatur, ſecus verò aliàs.

---

## SUMMARIUM.

1 *Mulier ob ſexum non defendit, ſed tutorem petit filio, & num.* 2.
3 *Mulieri an agere liceat pro parentibus & filiis remiſſivè.*
4 *Mulier non poteſt eſſe procuratrix, & num.* 7. *quod ſic num.* 6.
5 *Mulier etiam pro filio pupillo in judicio non admittitur.*
8 *Contra mulierem in judicio procuratricem conſtitutam ſi nihil opponatur, valebit judicium.*

### L. Alienam. XVIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Dionyſiæ.*

MUlier ob ſexum non defendit, ſed tutorem filio petit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Corraſ. *lib.* 4. *miſcel. cap.* 20. Connan. *comment. juris civilis lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 1. Gregor. Lopez. *per text. ibi in l.* 5. *tit.* 5. *part.* 3. Duan. *regul.* 311. ubi limitat diverſis modis, Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. 11. *col* 1. 2. *&* 3. ubi an mulieri agere liceat pro parentibus & filiis, Didac. del Caſtillo 15. *Tauri, ex num.* 32. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 32. *pag.* 317. ubi quod mulier non poteſt eſſe procuratrix, Joan. Garcia *reg.* 210. ubi quod fœmina etiam pro filio pupillo in judicio non admittitur, latiſſimè Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure, par.* 2. *cap.* 10. *num.* 6. *cum multis ſeqq.* ubi plures caſus percurrit, in quibus poteſt mulier procuratrix conſtitui, Cardoſ. *in praxi judicum, & advocat. verbo mulier, num.* 8. ubi per hunc textum reſolvit quod mulier non poteſt filium ſuum in judicio defendere, cùm filius ſit in pupillari ætate, quoniam hoc eſt officium virile, & extra ſexum muliebrem, ſed debet petere tutorem filio pupillo, & *verbo Procurator, num.* 14. dicit 7
quod mulier non poteſt procuratorio officio fungi in judicio contentioſo, quia ſexui non decet niſi pro ſe & parentibus morbo detentis, & impeditis, & pro marito, D. Barboſ. *in leg, cùm Prætor*, §. *fin. num.* 256. *ff. de judic.* ubi ait, quod ſi nihil opponatur contra mu- 8
lierem in judicio procuratricem conſtitutam, valebit judicium. Vide poſita *ad l.* 2. *infr. de negot. geſtis, fine.*

### L. Si pretium. XIX.

*Iidem* AA. *&* CC. *Firmo.*

PRetium converſum in utilitatem domini rem vindicantis, debet emptori reſtitui. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad leg.* 1. *n* 1. *ſuprà hoc tit.*

L. Nihil arbitramur. XX.

*Idem AA. ad Verrinum Præſidem Syriæ.*

1 PRocurator poteſt conſtitui ante, & poſt litem conteſtatam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Maritus uxoris eſt legitimus Procurator, etiam ſine mandato, præſertim ſi de rato caveat, & num. 2. Procedit in marito putativo, num. 3. In ſponſo per verba de præſenti, n. 4. In vero marito tempore quo celebratur actus, de quo quæritur, & non in marito poſt celebrationem actus, n. 5. Non procedit in ſponſo de futuro, num. 6. Nec quando maritus agit tanquam Procurator uxoris, cum in rei veritate non haberet mandatum, n. 7. Nec in criminalibus, in quibus, etiam cum cautione de rato, ſive ad defendendum, ſive ad accuſandum non admittitur abſque mandato, n. 8. reſolve ut n. 9.*

10 *Mandatum eſt ſtricti juris.*

11 *Procurator poteſt conſtitui ſine ſcriptura.*

12 *Mandatum per teſtes probari poteſt.*

L. Maritus. XXI.

*Imp.* CONSTANTINUS A. *ad Concilium provinciæ Africæ.*

1 MAritus uxoris eſt legitimus Procurator, etiam ſine mandato, præſertim ſi de rato caveat. Colligunt Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *lex Hiſpan. 3. tit. 7. part. 3.* Corſet. *ſing. 24.* Connan. *comment. juris civilis lib. 9. cap. 3. n. 3.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 6. gloſ. 1. à princip.* Tiraq. *de retractu lig. §. 8. gloſ. 1. num. 1. & 2. & §. 10. gloſ. 1. ex n. 1. & ad leges connub. gloſ. 5. n. 212.* Anton. Gom. *l. 59. Tauri n. 20. col. 2. & l. 60. col. 2. & var. tom. 1. cap. 3. n. 10. in fine, & tom. 2. cap. 3. n. 8. col. 1.* Gail. *lib. 1. obſer. 133.* Alphan. *collect. 648.* Donell. *comment. juris civilis lib. 28. cap. 12. col. 14.* Capra *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 153. & tom. 3. eorundem commun. tit. de procuratorib. concl. 1.* Nicol. Mozz. *de contractib. tit. de mandato, cap. de diviſione mandati, n. 63.* Surd. *de alimentis tit. 1. q. 33. n. 17.* Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l. 10. n. 1. cum ſeqq.* Gironna *de privilegiorum & exempt. explicat. n. 767.* Bernad. Grævæ. *ad practicam Camera Imper. lib. 1. concl. 133. n. 5. cum ſeqq.* latè Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. ſub hoc tit. de procuratorib. reſol. 5. per tot. pag. 382.* ubi *n. 2.* procedere ait in marito putativo, & 3 *n. 3.* in ſponſo per verba de præſenti, & *n. 4.* in vero 4 marito, tempore quo celebratur actus de quo quæritur, & non in marito poſt celebrationem actus.

5 Limita non procedere in ſponſo de futuro, Roland. à Valle *in tract. lucro dotis, q. 12. n. 9.* Alph. *collect. 648.*

6 Paul. Montan. *de tutel. & curis, cap. 35. n. 40.* Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 1. n. 7.* ubi *n. 8.* pariter limitat, non procedere quando maritus egit tanquam Procurator uxoris, cum in rei veritate non haberet mandatum; nam tunc proceſſus nullus, dato quod potuiſſet agere ut maritus, & legitimus adminiſtrator, & *n. 9.* limitat 7 etiam in criminalibus, in quibus etiam cum cautione 8 de rato, ſive ad defendendum, ſive ad accuſandum, non 9 admittitur abſque mandato, & *n. 10.* reſolvit quod in bonis dotalibus certum eſt maritum eſſe dominum, & pro illis poſſe agere ſine mandato, quando nomine ſuo proprio judicium proponeret: in aliis verò bonis, ſeu rebus mulieris, non tamen paraphernalibus ſubdit maritum admitti abſque mandato, cum cautione tamen de rato: & quod in hoc caſu loquitur text. *in præſenti.* Denique in bonis paraphernalibus agere poterit maritus aſque eo quod caveat de rato, ſi mandatum habuerit expreſſum, vel tacitum; quando verò nullum habuerit, tunc non poterit agere ſine cautione, cum verò maximè.

*Id ſolùm exequi debet* &c.) Notatur ad hoc, quod 10 mandatum eſt ſtricti juris, ut per Flamin. Pariſ. *de reſignat. lib. 9. q. 17. n. 7. cum ſeqq. & n. 9.*

In gloſſ. *Præſcripſerit, fin.* ibi *ſine ſcriptura*, &c. 11 Notatur ad hoc, quod Procurator poteſt conſtitui ſine ſcriptura de quo vide Perez *l. 3. verſ. utrum autem, tit. 4. lib. 4. Ordin.* Sanch. *de matr. lib. 3. diſp. 11. n. 4.*

Notatur etiam ad hoc, quod mandatum per teſtes 12 probari poteſt, de quo vide etiam Bernad. *reg. 609.* Boër *deciſ. 281. n. 1.* Villalob. & Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 143.* Menchac. *controverſ. uſufrequent. cap. 16. n. 6.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1010.* Perez. *l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. pag. 533.* Soar de Paz *in pract. p. 1. in init. annot. 4. n. 11.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo procurator. n. 8.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 3. n. 26.*

L. Procuratoribus. XXII.

*Idem A. ad Baſſum P. V.*

1 PRocurator litem conteſtando fit Dominus litis, nec poteſt ſine cauſa removeri, aut dominus in ſe litem transferre. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Cujac. *lib. 2. obſer. 31.* Boër. *deciſ. 285. n. 1. & 4.* Donell. *comment. juris civilis lib 18. c. 12. col. 7. cap. 15. col. 6.* Viv. *tom. 1. commmun. opin. lib. 1. tit. 8. n. 23. pag. 316.* ubi ait quod Procurator litem conteſtando, cùm per hoc dominus litis effectus ſit, ipſe tunc non autem dominus citandus erit, & ſi aliter fieret, proceſſus non valeret, niſi procurator conſtitutus reperiretur abſens, quia Procuratore à loco judicii abſente, vel impedito poſt litis conteſtationem, poſſet & deberet tunc abſque dubio aliquo citari dominus: & citat Marant. *de ordine judic. p. 4. princ. diſt. 16. ſub n. 35.* Vant. *de nullitatib. tit. de nullit. ex defectu citat. ſub n. 85.*

SUMMARIUM.

1 *Mandatum non finitur morte domini, facta à Procuratore litis conteſtatione, & poteſt alius à Procuratore ſubſtitui.*

2 *Procurator per conteſtationem factus eſt dominus litis, itaut domino mortuo, non expiraverit ejus poteſtas: intellige ut n. 3. 4. & reſolve ut n. 5.*

6 *Procurator ſi dominus litis effectus alium ſubſtituerit per mortem ipſius Procuratoris ſolvitur mandatum in perſona ſubſtituti, qui ſit effectus dominus litis.*

7 *Procurator qui dominus litis effectus eſt in prima inſtantia, non poteſt procedere in cauſa appellationis.*

L. Nulla dubitatio. XXIII.

*Imp.* JULIANUS A. *Secundo P. P.*

1 POſt conteſtationem factam à procuratore, domini morte non finitur mandatum, & poteſt alius à Procuratore ſubſtitui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

*Utpote dominum litis*, &c.) Notatur ad hoc, quod 2 Procurator per conteſtationem litis dominus factus eſt,

eſt, itaut domino mortuo non expiraverit ejus poteſtas, quia ſi dominus moritur lite jam conteſtata, Procurator judicium proſequi poteſt, aut per *l.* 23. *tit.* 5. *part.* 3. Octavian. Veſtr. *in praxi Romanæ Curiæ*, *lib.* 4. *cap.* 4. *à num.* 12. Guid. Pap. *q.* 119. Caſſador. *deciſ.* 2. *num.* 2. *de procurat.* Marant. *de ordine judic. p.* 6. *actu* 1. §. *expedita*, *num.* 109. Vant. *de nullitat. tit. ex defectu juriſdict. n.* 106. Surd. *deciſ.* 89. *num.* 6. & 17. ubi intelligi reſpectu litis, quam eſt conteſtatus, *l. Hiſpan.* 22. & 23. *tit.* 5. *part.* 3. Boëu. *deciſ.* 285. *n.* 7. & 8. Robert. *lib.* 2. *ſentent. cap.* 1. *part.* 2. Bonacoſ. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 144. *pag.* 324. ubi ſubdit hunc text. ex ſtylo Curiæ non habere locum, quia hæres defuncti vocandus eſt. Donel. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 12. *col.* 7. Flores de Mena *lib.* 1. *q.* 5. *num.* 21. Card. Mantic. *de tacitis*, & *ambig. convent. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 25. ubi *n.* 30. intelligit non habere locum, ſi prælatus, vel Rector Eccleſiæ conſtituerit Procuratorem ad agendum nomine Eccleſiæ, vel pro ſuo beneficio, quia quamvis Procurator litem ſit conteſtatus, tamen mandatum morte ipſius Prælati, vel Rectoris intelligitur ſolutum. *Clem. ult. hoc tit.* idem Card. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 21. *ex num.* 9. ubi dicit, quod in madato ad lites res res deſinit eſſe integra, quando facta eſt litis conteſtatio, & *n.* 10. reſolvit Procuratorem poſt litem conteſtatam ab eo, qui illum conſtituit, revocari non poſſe, niſi conſenſus ipſius & adverſarii accedat, qui etiam tacitus ſufficit veluti ſi ex ejus ſcientia & taciturnitate colligatur, & *n.* 12. advertit, quod in cauſis in quibus non eſt neceſſaria litis conteſtatio, illa tacitè intelligitur cùm primùm cœpit tractari de meritis cauſæ, hoc eſt, cùm principale negotium diſcuti incepit; tantundem enim operatur quaſi litis conteſtatio, quantum vera conteſtatio litis, latè Alexand. Trentacinq. *variarum reſolut lib.* 2. *tit. de procuratorib. reſolut.* 4. *n.* 1. ubi ex hoc text. colligit, quod poſt conteſtationem litis factam à Procuratore, per mortem domini non extinguitur mandatum, ubi *num.* 2. extendit ad cauſas in quibus lis non conteſtatur, itaut ſtatim quod incipitur tractare de meritis cauſæ, habeatur talis actus pro litis conteſtatione, & operetur illos effectus, quos conſuevit operari litis conteſtatio: & *n.* 3. poſt Capyc. *deciſ.* 186. ait procedere in cauſis feudalibus, & *n.* 4. *cum ſeqq.* per *Clem. fin. de procurat.* limitat non procedere in Prælato, vel Rectore Eccleſiæ hoſpitalis, civitatum, ſeu univerſitatum, qui conſtituit Procuratorem ad agendum nomine Eccleſiæ ſuæ, hoſpitalis, civitatis, univerſitatis, vel pro ſuo beneficio; quia quamvis Procurator ſit litem conteſtatus, tamen per mortem naturalem, ſeu civilem illius Prælati, ſeu Rectoris finitur mandatum, & *n.* 14. declarat quoque non procedere quando nullus exiſtit hæres, quia nullo exiſtente hærede mandatum Procuratoris exipirat mortuo domino: & *n.* 15. declarat etiam non procedere qnando hæres mortui eſt pupillus; nam tunc per mortem conſtituentis expirat Procuratoris mandatum.

6 *Quippe cùm & Procuratorem poſſe eum inſtituere*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi Procurator dominus litis effectus alium ſubſtituerit, per mortem ipſius Procuratoris ſolvitur mandatum in perſona ſubſtituti, qui ſit effectus dominus litis, Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 1. *tit.* 48. §. *pen.* Rot. *deciſ.* 33. *de procur. in novis*, Cardin. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 25. & 26. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 2. *collect.* 351.

7 In gloſſa *Dominus litis*, ibi, *ideſt*, *inſtantiæ litis*, &c. Notatur ad hoc, quod Procurator, qui dominus litis effectus eſt in prima inſtantia, non poteſt procedere in cauſa appellationis, quia non intelligitur dominus litis, ſed inſtantiæ, ut per Card. Mant. *d. lib.* 7. *tit.* 22. *num.* 22.

## SUMMARIUM.

1 *Exceptio falſi Procuratoris reddit judicium retrò nullum, & ideo poteſt quandocunque opponi, & n.* 2. *intellige ut n.* 3.
4 *Procurator quis falſus dicatur.*
5 *Exceptio falſi Procuratoris in quacunque parte judicii opponi poteſt.*
6 *Exceptio dilatoria quæ reddit judicium retro nullum, quocunque tempore opponi poteſt.*
7 *Mandatum cùm in facto conſiſtat, non præſumitur.*
8 *Procurator poſt litem ab eo conteſtatam non tenetur docere de mandato, ſed qui opponit, probare debet eum non eſſe legitimum Procuratorem.*

## L. Licèt in principio. XXIV.

*Imppp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Pancratio P. V.*

EXceptio falſi Procuratoris reddit judicium retro 1
nullum, & ideo poteſt quandocunque opponi. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

Probat hic text. exceptionem falſi Procuratoris 2
reddere judicium retro nullum, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 20. §. 12. *l. Hiſpan.* 10. *tit.* 5. *part.* 3. Roman *ſingul.* 169. Socin. *regul.* 265. *in fine*, Duen. *regul.* 264. Donell. *comment juris lib.* 18. *c.* 12. *col.* 2. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 156. 3
*verſ. factum à falſo procuratore*, *pag.* 322. Intellige quando ante oppoſitam exceptionem non fuit exhibitum mandatum, quia per illius exhibitionem geſta comprobarentur. Menoch. *conſil.* 100. *num.* 38. *cum ſeqq.* Poſtquam verò ſemel ab adverſario fuit allegata hæc exceptio, non licebit géſta approbare per quamcunque ratificationem, ſive ſufficientis mandati exhibitionem, ad tradita per Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *n.* 32. & 33. *de bonis mater.* Surd. *de alim. tit.* 7. *privileg.* 56. *n.* 82. & *deciſ.* 108. *num.* 21. D. Barboſ. *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 5. *ff. ſoluto matrim.* Falſus autem Procurator dicitur non ſolùm 4
qui nunquam habuit mandatum, ſed qui habuit, & fuit revocatum vel mandatum eſt minus ſufficiens. Bald. *in cap. nonnulli* 28. *n.* 3. *in fine*, *de officio de legat.* Curt. jun. *hic n.* 2. Maſtril. *deciſ.* 179. *num.* 9. *part.* 2. Rot. *deciſ.* 121. *num.* 3. *part.* 4. *diverſ.* & fuit ſubſtitutus à non habente poteſtatem ſubſtituendi. Marant. *de ordine jud. p.* 4. *diſp.* 16. *num.* 21. *pag.* 212. *in edit. Veneta* 1601.

*Si tamen falſus Procurator inveniatur*, &c.) Notatur 5
ad hoc, quod exceptio falſi Procuratoris in quacunque parte judicium opponi poteſt, ut per Duen. *reg.* 264. Hippol. *ſing.* 323. *in fine*, Afflict. *deciſ.* 345. *num.* 8. & *mandati*, *num.* 59. Rebuff. *de exception. n.* 389. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 24. *n.* 36. *pag.* 612. Brunor. à Sole *in locis communibus*, *verbo Exceptio* 13. Menoch. *conſ.* 345. *n.* 12. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 533. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt.* 17. *num.* 12. Menchac. *controverſ. uſufrequent. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 3. *cum ſeq.* ubi aſſerit ſæpe vidiſſe poſtquam lis per multos annos duraverat, acta erat cum Procuratoribus, & inſtrumentum mandati fortè ſubtractum fuit, allegari illum non fuiſſe Procuratorem, & talem exceptionem admitti etiam poſt concluſum in cauſa, Cardoſ. *in praxi Judicum*, & *Advoc. verbo Exceptio*, *num* 7. & 8. Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi*, *ſeu examinandi proceſſum*, *cap.* 5. *num.* 73. Bernard. Muſcatel. *in ſua praxi aurea Neapol. part.* 2. *gloſſ. veniens*, *n.* 4. Eſto quod opponens uſque ad finem litis conſcius omiſerit exceptionem; nec enim

ſcientia illius redditur judicium validum, ſed conſenſu, & mandato domini cujus nomine agitur, ut per gloſſ. Bart. Bald. & Jaſ. *in præſenti*, Pinel. *d. p. 3. n. 32.*

6 Notatur etiam ad hoc, quod exceptio dilatoria, quæ reddit judicium retro nullum, quocumque tempore oponi poteſt, ut per D. Barb. *in l. cùm prætor, §. ult. num. 145. ff. de judic.*

7 Mandatum cùm in facto conſiſtat, non præſumitur, Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib. 9. q. 22.* Cardiu. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 7. tit. 4. à princ.* etiamſi Notarius ſcribat in inſtrumento ſe mandatum legiſſe, quia inſtrumentum mandati debet proferri. Chaſſan. *in conſuet. Burgun. rubr. 4. §. 5. num. 5.* Avil. *ad cap. 15. Pertor. num. 24. verſ. in tantum*, Flamin. *d. lib. 9. quæſt. 8.* Cardin. Mantic. *d. lib. 4. num. 6.* Et quamvis multum tempus etiam mille annorum tranſierit, Hippol. *in l. ſi quis ne quæſt. n. 102. ff. de quæſt.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 33.* Maſcard. *de probat. concl. 1003. & ſeq.* Card. Mantic. *d. tit. 4. n. 13.*

8 In gloſſ. *Inveniatur*, ibi, *quod aſſerendo permittitur adverſario probare*, &c. Notatur ad hoc, quod Procurator poſt litem ab eo conteſtatam non tenetur docere de mandato, ſed qui opponit, probare debet eum non eſſe legitimum Procuratorem ut per Alex. *in præſenti, n. 5.* Gozadin. *conſ. 96. n. 15.* Aym. *de antiq. tempor. p. 2. n. 60.* Cardin. Mantic. *d. lib. 7. tit. 3. n. 15.* ubi rationem aſſignat, quia cùm Procurator fuerit admiſſus ad conteſtandam litem, videtur ab adverſario approbatus, & poſitus in quaſi poſſeſſione officii, quæ in eum tranſfert onus probandi contrarium & *n. 16.* fatetur tamen quod judex officio poteſt ipſum compellere ad exhibendum mandatum, vel cavendum de rato, ne proceſſus ſit nullus. Quamvis contrarium, immò ipſum Procuratorem allegantem ſe habere mandatum, teneri illud probare, poſt multos non improbabiliter defendat Turzan. *conſ. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 8. n. 90. verſ. gloſſ. in l. licet' p. 321.*

---

SUMMARIUM.

1 *Præfecti prætorio, & magiſtri militum per Procuratores litigant.*
2 *Perſonæ illuſtres per ſe non litigant, ſed per Procuratores, niſi in cauſa criminali, num. 4.*
3 *Perſonæ, quibus litium proſecutio individuo prohibita eſt, non litigantes per Procuratorem cauſam perdunt.*
5 *Nobilis per Procuratorem comparent in criminalibus.*
7 *Perſonæ illuſtres tenentur reſpondere per Procuratorem in judicio, nec poſſunt, etiamſi velint, ſe defendere perſonaliter in cauſa civili, n. 7.*

## L. Quicumque Prætorianæ. XXV.

*Imppp.* Valent. Theod. & Arcad. AAA. *Juliano. P.P.*

1 Præfecti prætorio, & magiſtri militum per Procu-
2 ratores litigant. Item illuſtres perſonæ per ſe non
3 litigant, ſed per Procuratores. Perſonæ, quibus litium proſequutio in individuo prohibita eſt, non litigantes per Procuratorem cauſam perdunt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

4 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. & ſeq. deſumunt *l. Hiſpan. 11. tit. 5. part. 3.* ubi ſtatutum eſt, ut Rex, Epiſcopus, Baro, dominus militum, magiſter Ordinis militiæ; aut alius Regis Locumtenens non litigabit pro ſe in ſua cauſa, ſed per Procuratorem, niſi in cauſa criminali contra eum mota; bene tamen poteſt aſſiſtere ad informandum Procuratorem, vel ad reſpondendum interrogationibus per judicem factis. Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 7. conſid. 3.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 141.* ubi dicit quod nobiles per Procurato- 5
rem comparent in criminalibus. Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo perſona, num. 4. in princip.* ubi 6
dicit quod perſonæ illuſtres tenentur reſpondere per Procuratorem in judicio. Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 15. ad fin.* ubi ait quod perſona illuſtris in civili cau- 7
ſa, etiamſi velit, non poteſt agere, nec ſe defendere perſonaliter, ſed tenetur conſtituere Procuratorem, licèt poſſit adeſſe cauſæ dum agitatur, & judices inſtituere, & de ſuo facto & jure docere. Boër. *deciſ. 285. n. 3.* ubi quod perſonæ illuſtres poſſunt agere & convenire per Procuratorem. Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l. 30. num. 10.* ubi dicit quod illuſtris perſona per ſe litigare non debet, ſed ut Procuratorem nominet, à jus dicente compelli poteſt.

---

SUMMARIUM.

1 *Perſonæ illuſtres per Procuratorem agunt, aliæ autem juri communi ſe conformant.*
2 *Vſque, regulariter ſtat incluſivè.*
3 *Perſonæ illuſtres accuſati ſedere, & non ſtare debent, quando conveniuntur in provinciis ſecus ſi in Curiis.*

## Auth. Hoc jure.

Illuſtres per Procuratorem agunt, aliæ autem per- 1
ſonæ juri communi ſe conformant. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* Vide poſita ad legem præcedentem, quæ cum hoc text. concordat.

In gloſſ. *Vſque 2.* ibi, *& incluſivè*, &c. Notatur ad 2
hoc quod regulariter dictio, *uſque*, ſtat incluſivè ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 11. n. 66.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de ſentent. proviſ. gloſſ. 3. pag. 162. & in comment. ad l. abſentem 199. verſ. regula igitur, ff. de verbor. ſignif. pag. 633.* Menoch. *conſ. 337. n. 20. & 21.* Azeved. *ad l. 1. num. 33. tit. 4. lib. 4. novæ Recop.* Surd. *conſ. 429. n. 71.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 12. §. 1. n. 2.* Bened. Ægid. *in repet. l. 1. de ſacroſ. Eccleſ. part. 1. §. 5. n. 17.* quos & alios refero ego ipſe *in tract. de dict. uſufreq. dict. 437. n. 1. cum ſeqq.* ubi amplio undecim modis, & limito ſex.

In ead. gloſſ. ibi *ſed ſi allegarent, ſtare debent*, &c. 3
Vide Boër. *deciſ. 222. n. 14. ad fin.* ubi reſolvit, quod illuſtres accuſati ſedere, & non ſtare debent aliquantulum inferiùs à cognitore cauſæ, quando conveniuntur in provinciis ubi non ſunt magni judices, ſecus ſi conveniantur in Curia Romana, vel Conſtantinopolitana, ubi ſunt magni judices, quia tunc cum illis accuſatione pendente non ſedebunt, & ſubdit ſic ſervari in Curiis ſupremis Regni Franciæ, ubi tales accuſati juxta eorum Advocatos cooperto ſtant capite, niſi quando Advocati, aut Procurator Regius contra eos proponit, quia tunc capite ſtant diſcooperto.

---

SUMMARIUM.

1 *Reus citatus in cauſis pecuniariis, per Procuratorem comparere poteſt, & num. 3.*
2 *In cauſis pecuniariis & civilibus nullus eſt compellendus ut perſonaliter compareat. Ut quis perſonaliter veniat, cauſa in citatione exprimenda eſt, num. 4.*
5 *Cauſæ ad perſonaliter comparendum ſufficientes quæ ſint.*
6 *Pars quæ ſenſerit ſe gravatam ex mandato generali facto in perſonam Procuratoris minus inſtructi, poteſt petere ut adverſarius compareat perſonaliter.*

L. In

I. In pecuniariis. XXVI. & ult.

*Imppp.* Arcad. Honor & Theod. AAA. *Anthemio. P.P.*

1 CItatus in cauſis pecuniariis, per Procuratores quis comparerè poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Nicol. Mil. *in repert. verb. citatio fol.* 30. Socin. *in tract. de citat. art.* 20. *à n.* 25. Perez *ad l. 8. tit. 2. lib. 3. Ordin. pag.* 499. ubi de hoc text. Azeved. *l. 15. n. 1. tit. 3.*

3 *lib. 4. novæ Recop.* ubi dicit quod in cauſis pecuniariis & civilibus nullus eſt compellendus ut perſonaliter compareat. Chriſtoph. de Paz *in ſcholiis ad leges ſtyli, l. 30. ex n. 2.* ubi legem illam ex hoc text. deſumptam aſſerit, probaréque ait reum citatum ut per ſe in judicio compareat, Procuratorem mittere poſſe, ſi cauſa non ſit de his, in quibus perſona revocari poſſet, advertitque quod quamvis nonnulli intelligant textum *in præſenti*, quando citatio ſimplex eſt, neque fuit adjectum ut vocatus, vel Procurator ejus ſupereſſent, quo caſu poteſt quis accedere, vel Procuratorem mittere, ſecus verò quando jubet judex perſonaliter adeſſe; tunc enim judici parendum eſt, nec diſtinguendum an cauſa ſit civilis, vel criminalis: nihilominùs tamen Bart. *in princ. hujus text.* & Alex. *ibi* in ejus additione hunc text. in omni caſu accipiunt, nempè ut quamvis perſona ſpecialiter vocata ſit, ſi tamen cauſa ſpecialis non intercedat, per Procuratorem reſpondere poſſit; omnis enim in jus vocatus habet poteſtatem per ſe, vel per Procuratorem reſpondendi, licèt in citatione dicatur ut ipſemet judicio adſit, niſi juſta cauſa moveat ad aſtringendam perſonam. Hactenus Chriſtoph. de Paz.

4 *Nonnunquam ob cauſas vehementiores.*) Notatur ad hoc, quod in citatione, ut quis perſonalirer veniat, debet exprimi cauſa, ut per Socin. *reg.* 302. Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 59. Azeved. *d. l. 15. num. 2. tit. 3.*

5 *lib. 4. novæ Recopilat.* ubi cauſas ad perſonaliter comparendum reputat ſufficientes, ſi ipſemet citatus ſciret melius veritatem, quàm Procurator ſuus; vel ſi dominus eſt legalior, quia Procurator eſt rixoſus, vel rabula, niſi Procurator haberet mandatum ſpeciali ad ſic & ad ſic reſpondendum; quia tunc etſi dominus legalior eſſet, & Procurator rixoſus, vel rabula, non teneretur perſonaliter comparere, & hoc niſi natura cauſæ domini præſentiam requireret: & *n.* 3. quærit quid erit in Procuratore in rem ſuam, nunquid debebit cogi cedens actiones ad perſonaliter comparendum, ſi per debitorem petatur ut compareat perſonaliter in aliquo ex dictis caſibus. In Hiſpania ſtatutum eſt per *d. l. 15. tit. 3. lib. 4. novæ Recop.* ut nullus teneatur ad citationem perſonaliter comparere, ſed ſufficiat per Procuratorem literæque citatoriæ jubentes perſonaliter comparere, ſunt nullæ & ſubreptitiæ, neque adimplendæ ſunt, niſi ubi Regi conveniret aliter fieri, & per Regium Conſilium viſum approbatumque fuerit: quod intelligendum eſt convenire quoties tales litteræ ſubſcripiæ fuerint ſaltem à tribus ex Regio Conſilio. Et adverte quod nec etiam tenetur perſonaliter comparere citatus in illis caſibus, quibus ad perſonaliter comparendum citari poteſt, ſi ex tali comparitione timeat ſibi vim inferri, de quo vide Hippol. *ſing.* 311. Ceſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. §. 16. n.* 95.

6 In gloſſ. *Juſtiores*, ibi, *vel tertiò, quia dominus melius ſcit veritatem*, &c. Notatur ad hoc, quod pars quæ ſenſerit ſe gravatam ex mandato generali facto in perſonam Procuratoris minus inſtructi, poteſt petere ut adverſarius compareat perſonaliter tanquam verior, & legalior, meliuſque de cauſa inſtructus ut examinetur, ut per Marant. *in repet. l. ſi actor, n.* 63. *ff. de procur.* utier. *pract. lib.* 1. *q.* 62. *n.* 3.

## *Ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus præſtare, vel actiones in ſe transferre.*

## Tit. XIV.

PErgit conditor Codicis in tractu de Procuratoribus, & dat hunc titulum, quo vetat potentiorum patrocinium in litem adſumi. Eſt autem duplex patrocinium, alterum Advocatorum, qui etiam patroni cauſarum vocantur: alterum Procuratorum. Sed hic tit. eſt de patrocinio Procuratorum, ut titulus 18. in fin. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Bart. Angel. Fulgoſ. Cuman. Alex. Jaſ. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Nev. item Cujac. Pac. & Weſembec.

De materia tituli vide Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 39. l. Hiſpan. 15. tit. 7. p. 3.* Socin. *reg.* 68. Duen. *reg.* 88. Adrian. Pulvæ *lib. 8. obſerv.* 31. Xuar. *alleg.* 19. Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de ceſſione juris, art. 1. gloſſ. 3. & 10. & art. 2. gloſſ. fin. verſ. ultimò non licet*, Franc. Marc. *Delphin. deciſ. 394. num. 3.* Avil. *ad c. 3. Prætor. gloſſ. procuratores, num.* 26. Avendan. *de exequen. mandatis, p. 2. cap. 1. n. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu* 276. *num. 6. & caſu* 438. *num.* 11. Alexand. Trentacinq. *var. reſ. lib. 2. tit. de poſtulando, reſ. 2. pag.* 66. Cardin. Tuſch. *lit. C, concl.* 208. D. Barboſ. *in l. 1. p. 7. n.* 46. *cum ſeqq. ff. ſoluto matrim.* Chriſtoph. de Paz, *in ſchol. ad leges ſtili, l. 17. n. 4. cum ſeqq.* Mart. *de juriſd. p. 4. caſu* 91. latè farin. *fragm. crim. lit. L, ex n.* 297.

Potentior quis dicatur ad hunc effectum, vide Ordin. Reg. Luſit. *d. tit.* 39. §. 1. & 2. Jacob. de Arena *de penſione juris à n.* 1. Joan. de Graſſis *eod. tract. §. 1. n. 1.* Rebuff. *d. tit. de ceſſione juris, art. 1. gloſſ. 2. & 5.* Menoc. *de præſ. lib. 3. præſ. 229. n.* 37. ubi dicit in propoſito potentiorem reputari, qui adverſarium terrere poteſt, item qui habet merum & mixtum imperium, ac poteſtatem de jure & de facto. Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 2. n. 6.* Cald. Pereira *de poteſtate nominandi, c. 1. n. 6. cum ſeqq.* Chriſtoph. de Paz *d. l. 17. ſtyli, n. 3.* Aym. *conſ. 295. n. 43.* ubi loquitur in his, qui habent merum imperium vel in militibus, qui habent poteſtatem perterrefaciendi. Ozaſc. *Pedem deciſ. 144. n.* 12. ubi declarat tunc demum retione officii quem reputari potentiorem, ſi talis ſit qui poſſit metum inferre adverſario, aliàs ſecus: & *n.* 13. declarat perſonam Magiſtratus dici potentiorem, quando juriſdictionem habet. Et licèt ceſſionem factam Clerico contra laicum non dici factam in potentiorem, niſi Clericus habeat poteſtatem de jure & facto, exiſtimaverit Marta *d. caſu 91. n. 3. cum ſeq.* nihilominùs tamen contrarium receptius videtur, de quo vide Duen. *reg.* 88. *ampl.* 4. Jacob. de Aren. *ubi ſup. n.* 50. Rebuff. *d. art. 1. gloſſ. 2.* Xuar. *alleg. 19. à princip.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de actionib. concl. 5. n.* 52. Matienz. *l. 11. gloſſ. 5. num. 1. tit. 10. lib. 3. novæ Recop.* Manoch. *conſ. 2. num. 310. & conſ. 38. n. 48.* Surd. *conſ. 22. n. 3.* Alexand. Trentac. *d. reſol.* Cald. Pereira *de poteſt. nomin. cap. 1. n.* 11. D. Barboſ. *in l. 1. p. 7. n. 44. ff. ſoluto matrim.* Maſcard. *de probat. concl. 559. n. 19. & 20.* ubi limitat non procedere in ſimplici Clerico, Thom. Valaſc. *alleg. juris tom. 1. alleg. 47. n. 12.* ubi limitat in Clericis in minoribus Ordinibus conſtitutis, quia licèt obſervent requiſita Concilii Tridentini, non mutant forum in cauſis civilibus, ſed tantùm in criminalibus, & ceſſante hac mutatione fori non dicentur potentiores ratione fori.

SUMMA

SUMMARIUM.

1 *Potentiores non ſunt Procuratores.*
2 *Patrocinium potentiorum ad debilioris oppreſſionem captans cauſâ privandus.*
3 *Seniores ut interceſſionibus importunis potentiorum non opprimantur, omnium intereſt.*
4 *In oppreſſis miſerabilibus levandis non ſemper attendi gradus juriſdictionum.*
5 *Advocantes patrocinium, ſive per viam advocationis, ſive procurationis, ſive ceſſionis, cauſam perdunt, & potentiores arbitrio judicis puniuntur: amplia ut n. 6. 7. 8. & limita ut n. 9. 10. 11. & 12.*
13 *Divitiæ reddunt quem potentiorem.*
14 *Cauſa ſi committatur per legem certo officiali, hæc juriſdictio quaſi data per legem cenſebitur ordinaria.*

L. Divinè. I.

*Impp.* DOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Ariſtobulo S.*

1 POtentiores non ſunt procuratores. Item patroci-
2 nium potentiorum ad debilioris oppreſſionem
3 captans cauſâ privandus. Omnium intereſt ut tenuiores interceſſionibus importunis potentiorum minimè opprimantur. In levandis oppreſſis, & miſerabilibus
4 gradus juriſdictionum non ſemper attenduntur. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Fulg. Cuman. Alex. Jaſ. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſtian. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot* &c. Ximen. *in concord.*

5 Probat hic text. quod advocantes patrocinium potentiorum, ſive per viam advocationis, ſive procurationis, ſive ceſſionis, cauſam perdunt, & potentiores arbitrio judicis puniuntur, de quo *l. Hiſp.* 8. *tit.* 5. *p.* 3. *& l.* 16. *tit.* 7. *eod. p.* Duen. *reg.* 88. Garc. *reg.* 339. Avendan. *de exequend. mandat. p.* 2. *c.* 1. *n.* 1. ubi ait hanc legem facere contra procurantes litteras miſſivas judicum ſuperiorum ad inferiores. Menoch. *de arbitr. caſu* 438. *n.* 11. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de poſtulando, reſol.* 2. *à princip.* Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyli, l.* 17. *n.* 3. *cum ſequentib.* Alfan. *collect.* 326. Farin. *frag. crim. p.* 2. *lit. L, n.* 300.

6 Amplia primò, ſuprà poſitam reſolutionem procedere non ſolùm in actore, ſed etiam in reo; nam licèt hæc lex 1. loquatur in actore, tamen habet locum etiam in reo, cùm ſint correlativa: ita Joan Garcia *d. reg.* 339. *n.* 4. Duen. *d. reg.* 88. *ampl.* 1. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *tit. L, n.* 312. Alexand. Trentacinq. *de reſol.* 2. *num.* 2. Chriſtophor. de Paz *d. l.* 17. *n.* 7. *ubi in fine.* indubitatè reſolvendum ait, tam auctoris, quàm rei neminem adverſario ratione officii potentiorem procuratorem eſſe poſſe.

7 Amplia ſecundò, ſive palam ſive occultè patrocinium præſtetur, & etiam per interpoſitam perſonam, Joan. Garc. *d. reg.* 339. *n.* 5. Alexand. Trentacinq. *d. reſol.* 2. *num.* 3.

8 Amplia tertiò, etiamſi quis procuraverit patrocinium familiaris potentiorum, pro ut comprobari videtur ex illis verbis hujus text. ibi, *quàm potentiorum domorum opibus niterentur*, quia illud verbum, *domorum*, non intelligitur pro ædificio, ſed accipitur pro illis de familia: ita Joan. Garcia *d. reg.* 339. *num.* 3. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. L, num.* 304. Alexand. Trentacinq. *d. reſol.* 3. *num.* 4. ubi intelligit quando domini auxilium præſtant familiaribus, vel probatur quod familiaris eſt potens ratione familiaritatis, quam habet cum domino. Sic. Greg. Lop. *l.* 6. *gloſſ. ult. tit.* 5. *part.* 3. ubi tenet quod non punitur amiſſione cauſæ qui familiaris alicujus potentiis patrocinium recepit.

Limita temen non procedere ſuprà poſitam con- 9
cluſionem quando ille, qui aſſumpſit patrocinium potentioris, ſeu in potentiorem facere ceſſionem, litigaret cum æquè potentiori, quia tunc videtur feciſſe non ut metum infert, ſed excludat: ita Chriſtoph. de Paz *d. l.* 17. *ſtyli*, *num.* 10. Alex. Trentacinq. *de reſol.* 2. *n.* 8.

Limita ſecundò quando hujuſmodi perſonæ po- 10
tentiores vellent eſſe Procuratores, Advocatique pro Rege, libertate, vidua, orbo, & alia miſerabili perſona, & pro liberando ad mortem injuſtè damnatum: ita *l. Hyſp.* 7. *&* 11. *tit.* 5. *p.* 3. Chriſtoph. de Paz *d. l.* 17. *ſtyli, n.* 9.

Limita tertiò quando ceſſio, vel alienatio fit per
patrem filiis, vel deſcendentibus, potentioribus, vel 11
advocat pater patrocinium filiorum, quia licèt filius ſit major & potentior patre, fortè factus Marchio à Rege, non comprehenditur inter potentiores prohibitos, ut per Alexand. Trentacinq. *de reſolut.* 2. *num.* 10. D. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 7. *num.* 47. *ff. ſoluto matrimon.* ubi tenet quod ſi ceſſio fiat in filium, vel conſanguinem potentiorem rarione officii, tunc locus erit prohibitioni hujus textus, niſi clariſſimè conſtiterit quod non animo vexandi, ſed ex juſta cauſa facta ſit ea ceſſio. At verò circa ceſſionem factam per patrem filio ſcholari *in l. Hiſp.* 18. *verſ. pero por quanto, tit.* 7. *lib.* 1. *Ordinam.* conſtitutum eſt, quod hæc ceſſio poſſit fieri per patrem filio ſcholari, dummodò juret quod facit eam ceſſionem ut filius ſuſtineat ſe in ſtudio, & quod ex ea nulla ad eum debet reſultare utilitas, vel ad alios filios, & quod ſit prædicta ceſſio abſque ulla fraude, quod in Francia latiùs permiſſum eſt; nam non ſolùm pater poteſt facere prædictam ceſſionem filio ſcholari, ſed & aliis conſanguineis ſcholaribus, præſtito juramento ab utraque parte quod nulla fraus, vel ſimulatio intervenit in illa ceſſione, prout atteſtantur Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de ceſſione act. art.* 2. *gloſſ.* 4. *& ſeq. & in l. unic. n.* 349. *de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt, & de privileg. ſcholar. privil.* 177. Horat Lut. *in ſimili tract. privil.* 55. quos refert D. Barboſ. *d. p.* 7. *num.* 49. *in fine*, & *num.* 48. *prope fin.* ait in Regno Portugaliæ non valere ceſſionem factam in filium ſcholarem, cùm in eo Regno diſpoſitio juris communis obſervanda ſit.

Limita quartò, non procedere in mulieribus, &
maximè miſerabilibus, quoad jacturam cauſæ & actio- 12
nis, ſi advocant patrocinium potentioris, vel cedant actionem, & jura in potentiorem; quia juris ignoratia in damno evitando mulieribus prodeſt, & maximè miſerabilibus perſonis, Bald. *conſ.* 151. *in fine, vol.* 1. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 2. *n.* 12. Sic vice verſa non procedit quoque in eo, qui petit auxilium mulieris potentis, ut intercedat pro eo: ita Balb. *conſ.* 296. *lib.* 3. Joan. Garc. *d. reg.* 339. *n.* 7. ubi de hac opinione ſe dubitare ait, quia magis conſequimur hodie mulierum precibus, quàm aliis.

*Quàm potentiorum dominorum opibus* &c.) Notatur
ad hoc quod divitiæ reddunt quem potentiorem, ut 13
per Cald. Pereira *de poteſt. eligen. cap.* 1. *n.* 7.

In gloſſ. *Afficerentur*, ibi *Tu dic per ſententiam, nam dicit, afficerentur, & non ſunt affecti.* Vide *gloſſ. fin. l.* 6. *tit.* 5. *part.* 3. *gloſſ.* 4. *l.* 8. *tit.* 5. *p.* 3. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, n.* 21. *&* 39.

In gloſs. *Specialiter*, *fin.* Notatur ad hoc, quod ſi
cauſa particularis committatur per legem certo offi- 14
ciali, hæc juriſdictio quaſi data per legem cenſebitur ordinaria, ut per D. Barboſ. *in l.* 1. *art.* 1. *n.* 211. *ff. de judic. & in l. cum prætor* §. 1. *n.* 68. *ff. eod.* ubi ait, quod ſi cauſa cognoſcenda committatur habita relatione ad officium, tunc jure ordinario videtur facta commiſſio, & *ibi* refert Baldum ad hoc extollere hanc gloſſ. Et per illam tenet Menoch. *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 16. *n.* 8. quod quando lex ſimpliciter conſtituit aliquem judicem

dicem, & dubitatur quam jurisdictionis speciem tribuerit, præsumitur concessa ordinaria.

SUMMARIUM.

1 *Cedens actionem potentiori ratione officii perdit causam & n. 2.*

3 *Actio quando transfertur in alium qui potentior fit, tunc cessio aut translatio hujusmodi non solùm est invalida, sed etiam qui illam transfert, amittit in pœnam jus quod habebat ad tale debitum.*

L. Si cujuscumque. II. & ult.

*Imppp.* Arcad. Honor. & Theod. AAA. *Joanni. P.P.*

1 CEdens actionem potentiori ratione officii perdit causam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Adrian. Pulvæ. *ad edictum de alienat. judicii mutandi causa facta, cap. 6. prope fin.* Æmil. Verall. *decis. 105. n. 2. part. 1.* ubi ait hanc legem locum habere, quando quis vel impetrando patrocinium, vel cedendo actiones id dolosè fecerit, quia tunc punitur jactura causæ, & crediti amissione, propter dolum suum. Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 340. n. 6.* ubi dicit quod quando actio transfertur in alium, qui potentior sit, tunc cessio, aut translatio hujusmodi non solùm est invalida, sed etiam qui illam transfert, amittit in pœnam jus, quod ad tale debitum habebat. Vide etiam Doctores citatos *ad l. 1. n. 2. sup. hoc eod. tit.*

## *De his, qui potentiorum nomine titulos prædiis affigunt, vel eorum nomina in lite prætendunt.*

## Tit. XV.

HUic titulo adjiciuntur alii duo modi, quibus aliquis potentiorum auctoritate adversarium opprimere conatur. Primus modus est, si quis titulos alicujus viri potentis prædiis affigat, quasi ad virum illum potentem pertinentibus. Secundus, cùm conventus viri potentis nomen, quasi ad illum causa spectet, in litem prætendit. Scripserunt in hanc rubric. Salicet. Bart. Castr. Fulgos. Cuman. Jas. Sichard. Petr. Gilchen. Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Wesembec.

SUMMARIUM.

1 *Titulos, seu insignia potentiorum prædiis affigens, & potentiorum nomina in lite prætendens, jure suo privatur.*

2 *Titulos potentiorum hisce insciis ædibus alienis affigens, in metallum damnatur.*

3 *Lite pulsatus exceptionibus potentioris nomen inferens terrendo adversarii nomine, causam perdit.*

4 *Litibus alienis se immiscentes absque possessionis & proprietatis titulis, ut prodigi famæ & calumniarum redemptores notandi sunt.*

5 *Incorporalium quasi possessio, possessio dicitur.*

L. Animadvertimus. Unic.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Messalæ P.P.*

TItulos seu insignia potentiorum prædiis affigens & potentiorum nomina in lite prætendens, jure suo privatur. Titulos potentiorum, hisce insciis ædibus alienis affigens, in metallum damnatur *in vers. Quod si nullum.* Lite pulsatus exceptionibus potentioris nomen inferens, terrendi & concutiendi adversarii nomine, causam perdit: *in vers. quisquis igitur.* Litibus alienis se immiscentes absque possessionis & proprietatis titulis, ut prodigi famæ, & calumniarum redemptores notandi sunt, *in vers. Eos sane.* Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Castr. Alex. Fulgos. Cuman Jas. Sichar. Petr. Gilchen. Sebast. Næv. Remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

*Ut affecti plumbo*, &c.) Vide Strach. *de mercatura, tit. de decoctorib. p. 3. n. 4.*

*Cùm ipse & rei sit possessor, & juris*, &c.) Notatur ad hoc, quod incorporalium quasi possessio, possessio dicitur, ut per Padil. *in l. 1. n. 4. de servitut.* Veram autem non dari possessionem, resolvunt Covarr. *in reg. possessor p. 2. in princip. n. 6. & 8.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 1. cap. 13. n. 12. cum seqq.* Sebast. Medices *ad l. fin. ff. de legib. gloss. 1. p. 2. à n. 9.* Petr. Gilchen. *de præscript. part. 2. memb. 3. cap. 12.* Fachinæ. *controvers. lib. 3. cap. 20. num. 22. cum seqq.* Peregr. *var. lib. 3. n. 49.* Cardin. Tusch. *tom. 6. lit. P, concl. 403.*

## *Ut nemo privatus titulos prædiis suis, vel alienis imponat, vel vela regia suspendat.*

## Tit. XVI.

CUm dictum sit de titulis virorum potentium dicendum nunc de titulis regiis, & de velis regiis. Scripserunt in hanc rubr. Castr. Bald. Angel. Cuman. Jas. Alex. Fulgos. Sichar. Petr. Gilchen. Sebastian. Næv. item Cujac. Pac. & Wesemb.

L. Regiæ. I.

*Impp.* Honor. & Theod. AA. *Flaviano P.P.*

REgis aut Principis insignia rei suæ applicans, rem ad Regem, vel Principem transtulisse videtur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Castr. Angel. Cuman. Jas. Alexan. Fulgos. Sichard. Sebast. Næv. Remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

De materia vide Mascard. *de probat. concl. 806. n. 4.* ubi post Bartol. *in tract. de insig. & arm. in princip.* resolvit quod cujus dominus, vel bona Principis ipsius gentilitiis insignibus insignita fuerint, hujus domum, vel bona ad fiscum pertinere ex hoc probatur. 2

Hinc etiam ballæ Mercatorum præsumuntur esse eorum, quorum insignia ibi sunt, Boër. *decis. 105.* Rot. Genuens. *decis. 201.* Calvacan. *p. 2. decis. 7.* Rot. Avenion. *divers. decis. 30.*

SUMMARIUM.

1 *Vela regia nemo bonis ſuis appendere poteſt, judice inſcio.*
2 *Plebeius vela regia rebus privatis, Prætore, aut judice inſcio appendens ultimo ſupplicio ſubditur: clariſſimi Curiales milites hoc perpetrantes deportantur.*
3 *Verborum illicitorum, item inſignium remotio cuilibet, in cujus præjudicium ſunt appoſita, indulta.*
4 *Vela regia quæ ſint.*
5 *Plebius præſumitur, niſi nobilis probetur.*
6 *Florentini ſoli de jure communi nobiles.*
7 *Pœna mitior à jure imponitur conſtituto in dignitate & nobilitate.*
8 *Miles inter nobiles perſonas connumeratur.*
9 *Clericus in majoribus Ordinibus conſtitutus nobilis.*
10 *Bona mobilia Clerici condemnati ad perpetuos carceres, vel ad degradationem, pertinent ad Epiſcopum; immobilia verò ad Regem, vel alium dominum temporalem.*

L. Ne quis vela. 1 I. & ult.

*Impp.* VALENT. & THEOD. AA. *ad Florentium P.P.*

1 JUdice inſcio nemo vela regia bonis ſuis appendere
2 poteſt. Plebeius vela regia rebus privatis, Prætore, aut judice inſcio appendens ultimo ſubditur ſupplicio: clariſſimi Curiales milites hoc perpetrantes deportantur. 3 Verborum illicitorum, item inſignium remotio & avulſio cuilibet, in cujus præjudicium appoſita, eſt indulta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. v. 1. ſup hoc tit.*

4 *Vela regia ſuſpendere*, &c.) Quæ ſint, vide Card. Cæſar. Baron. *annal. Eccleſ. tom. 5. anno Chriſti* 439. *pag.* 512. Jacob. Rævard. *var. ſive de juris ambiguitatibus lib. 5. cap.* 11. ubi ait vela regia in præſenti dici vela purpurea auro, pretioſiſque lapillis, & gemmis prætexta, quibus Imperatores, aliique Reges, & Summi Pontifices in ſuis palatiis uti conſueverunt. Sed Menoch. *de abitr. caſu* 338. *n.* 12. poſt Guillelm. Cun. *in tract. de ſecurit. n.* 30. aliter declarat, videlicet quod ſolet ſalvaguardia per litteras patentes in privilegii modum concedi, & in ſignum conſeſſionis ſigna quædam apponuntur in prædiis haſtæ infixa, vel ſi pro domo concedi contingat, valvis januæ affigebantur, quæ ſigna appellari exiſtimat vela regia *in hoc text.*

5 *Si plebeius eſt*, &c. Prout præſumitur, niſi nobilis probetur, ut per Bart. *in l. 1. n. 10. de dignit. lib. 12.* ubi ait
6 quod ſoli Florentini de jure communi ſunt nobiles, & non alii. Tiraquell. *de nobilitate, cap.* 10. *n.* 13. Covarr. *lib. 1. variar. c.* 16. *n.* 10. *circa fin.* Anton. de Padilla *in l. ſi ædibus, n.* 5. *cum ſeqq. de ſervit. & aqua*, Maſcard. *probationib. concl.* 1090. aliàs 1094. *n.* 1. Bäez. *de inope debit. cap.* 16. *n.* 100. Menoch. *conſil.* 321. *n.* 11. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 60. Gam. *Luſit. deciſ.* 86. *num. ult.* Joan Garc. *de nobilit. gloſſ.* 10. *n.* 1. *& gloſſ.* 11. *num.* 51. *& gloſſ.* 12. *num.* 15. Guttier. *practic. lib.* 3. *quæſt.* 14. *num.* 4. *&* 5. Thom. Valaſc. *allegat. juris tom.* 1. *alleg.* 6. *n.* 31.

7 *Si clariſſimus*, &c.) Ergo conſtituto in dignitate, & nobilitate mitior pœna à jure imponitur, ut per Tiraquell. *de nobilit. c* 20. *n.* 108. Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 16. *princip. n.* 75.

8 *Vel miles*) Ergo miles inter nobiles perſonas connumeratur, de quo Tiraq. *de nobilitate, c.* 8. *n.* 2.

9 *Vel clericus.* In majoribus ſcilicet, quia in minoribus Ordinibus conſtituti ex ſolo clericatu non ſunt nobiles, niſi aliqua alia qualitas ei inſit, quæ præſtet nobilitatem: ita Thom. Valaſc. *d. allegat.* 6. *n.* 30. ſed Clericum in plebeios non eſſe numerandum per hunc text. tenet Tiraq. *de nobilit. cap.* 9. *n.* 4.

*Proſcribendum, deportandumque*,) Notat Rebuff. 10 *in comment. ad leges Galliæ, tom.* 1. *in præm. gl.* 5. *n.* 15. in hac lege fundari generalem Franciæ conſuetudinem, qua habetur bona mobilia Clerici condemnati ad perpetuos carceres, vel ad degradationem, pertinere ad Epiſcopum; immobilia verò ſpectare ad Regem, vel alium dominum temporalem imperium inibi habentem.

## *Ut nemini liceat ſine judicis auctoritate ſigna imprimere rebus quas alius detinet.*

## TIT. XVII.

UEMADMODUM jura prohibent titulos aliis prædiis imponi, ita etiam prohibent imponi ſigna rebus ab alio poſſeſſis, priuſquam per judicem ſint nobis adjudicatæ, etiamſi noſtras eſſe, vel nobis obligatas concedamus. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Angel. Fulgoſ. Alexand. Jaſ. Aloyſ. Leo, Sichard. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia & explicatione tituli vide Forner. *lib.* 1. *ſelectar. cap.* 24. Jacob. Rævard. *variorum, ſive de juris ambiguitatibus lib.* 5. *cap.* 16. ubi *num.* 1. reſtituit titulum ut eſt ſcriptum, cum antea mendosè inciperetur, *Ut nemini liceat ſine judicis auctoritate ſigna rebus imponere alienis.*

SUMMARIUM.

1 *Inſignia impoſita rei meæ ſine judicis auctoritate licet mihi propria authoritate removere.*
2 *Signa rebus litigioſis imponere veritum.*
3 *Ædificare non licet etiam in ſuo proprio ſolo, quando ex ædificio aliquid eſt immiſſum, vel projectum in re, vel fundo, vel domo alterius.*
4 *Armorum & inſignium delatione, conſervatio domus ac familiæ inſtitutoris inducitur.*

L. Sæpe reſcriptum. 1.

*Imp.* PROBUS A. *Octavio.*

INſignia impoſita rei meæ ſine judicis auctoritate, 1 licet mihi propria auctoritate removere. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Alexand. Jaſ. Aloyſ. Leo, Sichard. Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

*Ante ſententiam*, &c.) Ex his verbis, junctis aliis 2 ibi, *ut amotis his, cauſa qua ex officio tibi infertur, terminetur*, colligit Jacob. Rævard. *variorum, ſive de juris ambiguitatibus lib.* 5. *c.* 16. *n.* 3. *&* 4. Imperatorem *in præſenti text.* rebus litigioſis ſigna imponi vetuiſſe, ut nullos ex litigatoribus rebus controverſis cuſtodiæ, ſequeſtrationiſve cauſâ depoſitis, ſine judicis authoritate ſigna imponere tanquam propriis paterentur: nimirum quod ſigna rebus dumtaxat propriis potuerint imponi, quarum numero non poſſunt res litigioſæ comprehendi.

*Quas aliquis tenebat*, &c.) Notatur ad hoc, quod 3 non poteſt quis ædificare etiam in ſuo proprio ſolo, quando ex ædificio aliquid eſt immiſſum, vel Projectum

ctum in re, vel fundo, vel domo alterius, ut per Ant. Gom. *l.* 46. *Tauri, n.* 19. *in princip.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod ex armorum, atque inſignium delatione conſervatio domus, atque familiæ inſtitutoris inducitur, ut per Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 6.

L. Rebus quas alius. II. & ult.

*Imp.* Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Crangaſio.*

1 Lite pendente, in rebus ab aliis detentis nemo ſigna licitè apponit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide poſita *in rubr.* & *l.* 1. *ſup. hoc tit.*

## *Ne fiſcus, vel Reſpublic. procurationem alicui patrocinii causâ in lite præſtet.*

## Tit. XVIII.

Prohibitum ſuprà, ne viri potentes procurationem ſuſcipiant: nunc idem interdicitur fiſco, & Reipublic. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Bart. Alex. Jaſ. Angel. Fulgoſ. Sichard. Petr. Gilchen. Sebaſt. Næv. Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide Adrian. Pulvæ. *ad edictum de alienat. judicii mutandi causâ facta, cap.* 6. *in fine*, Peregrin. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 42. *cum ſeqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Fiſcus non recipit in ſe patrocinium ſub prætexta pecuniæ Reipub. debitæ.*

2 *Actio litigioſa, vel dubia, non debet in ſolutum dari fiſco, & n.* 3.

L. Reipublicæ. I.

*Imp.* Gordianus A. *Legitimo & aliis.*

1 Sub prætextu pecuniæ Reipubl. debitæ fiſcus in ſe
2 patrocinium non recipiet. Item actio litigioſa, vel dubia non debet in ſolutum dari fiſco. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Alex. Jaſ. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Sichard. Petr. Gilchen. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1.

3 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Alfar. *de officio fiſci gl.* 16. *n.* 14. & *n.* 144. *cum ſeqq.* Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 42. ubi ait fiſcum ſibi oblatas actiones, vel res litigioſas non ſuſcipere: & *num.* 45. tenet cum Bart. *hîc* fiſcum actiones debitoris ſui litigioſas, vel dubias non ſuſcipere, nec ſub prætextu crediti illi debitori patrocinium præſtare debere.

### SUMMARIUM.

1 *Fiſcus, vel Reſpubl. non poteſt ſuſcipere actionem litigioſam, vel dubiam.*

2 *Fiſcus, & Reſpubl. non paciſcuntur de quota litis; reſolve ut n.* 3. 4. & 5.

L. Cùm allegas. II.

*Idem* A. *Tertullo.*

Actionem litigioſam, vel dubiam ex cauſa donationis fiſcus; vel Reſpubl. ſuſcipere non poteſt. Item fiſcus, & Reſpubl. non paciſcuntur de quota litis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

Vide Jaſ. *in l. ſervi electione*, §. *Labeo, n.* 14. *de legat.* 1. & *in l. ex hoc jure, num.* 10. *ff. de juſtit. & jure*, Adrian. Pulvæ. *ad edictum de alienat. judicii mutandi causâ facta, cap.* 10. *in prin.* Boër. *deciſ.* 320. *n.* 10. ubi argum. hujus text. reſolvit, quod ſi duo fratres habentes caſtrum commune, & unus expellat alium, & frater expulſus vadat ad propinquam civitatem, vel Principem propinquum, & illi vendat, vel donet, & cedat, quod talis venditio eſt nulla, quia præſumitur ad æmulationem alterius facta. Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 44. ubi reſolvit per hunc text. quod ſi privatus offerat partem rei, vel etiam relicturum, aut donaturum fiſco bona ſua, vel partem eorum, ut ſibi patrocinium præſtet adversùs aliquem, audiendus non eſt, & *tit.* 7. *num.* 17. ubi per hunc text. reſolvit quod nec fiſcus cum aliquo de quota litis parte paciſci poteſt. 2 3 4 5

### SUMMARIUM.

1 *Fiſcus contra privatum non præſtat procurationem prætextu debiti.*

2 *Fiſcus non debet ſuſcipere ſponte oblatas à debitore fiſcali actiones, ſed eas in ſubſidium capere.*

L. Abhorret. III.

*Impp.* Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Amphioni.*

Fiſcus contra privatum prætextu debiti procurationem non præſtat. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 2. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

Vide Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 6. *n.* 46. ubi per hunc text. reſolvit, fiſcum ſponte oblatas à debitore fiſcali actiones non debere ſuſcipere, ſed eas in ſubſidium capere poſſe. 2

L. Ad fraudem. IV. & ult.

*Idem* AA. & CC. *Achilli.*

Reſpublica debitorem ſuum non juvabit contra alium prætextu debiti ſui. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Vide Peregr. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.* 7. *n.* 17. *in fine.* 1

## *De negotiis geſtis.*

## Tit. XIX.

Postquam dictum eſt de Procuratoribus, qui mandato domini adminiſtrant: conſequenter agitur de negotiorum geſtoribus, qui mandato carent. Negotiorum geſtor dicitur is, qui ſponte ſua, non domini mandato (ut Procurator) ſed ratione ſibi incumbentis officii (ut tutor & curator) aliena negotia adminiſtrat. Scripſerunt in hanc rubr. Cyn. Bart. Alexand. Angel.

Cuman. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tituli vide Soar. Viv. Kirchov. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 9. à pag.* 325. Arimin. Tepat, *variar. ſentent. tom. 1. tit. 9.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp.* 553. *cum ſequentib.* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 17. quæſt. unic. de negotiorum geſtore.*

## SUMMARIUM.

1 *Expenſæ factæ ex pietate materna, vel affectione domeſtica, non repetuntur, dum animo repetendi non conſentur factæ, & n. 2.*

3 *Expenſa facta per matrem in accuſando ſuſpectum tutorem, non repetitur.*

### L. Cùm tutores. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Sopatræ.*

1 EXpenſæ factæ ex pietate materna, vel affectione domeſtica, non repetuntur, dum animo repetendi factæ non cenſentur. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Alexand. Angel. Caſtr. Cuman. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 35. tit. 14. part. 5. ubi gloſſ. 2.* Cujac. *in lib. 1. quæſt. Pauli ad l. Neſennius 34. ff. hoc tit. col. mihi* 538. ubi probat ex hoc text. expenſas factas pietate materna, vel affectione domeſtica, non repeti, quia animo repetendi factæ non videntur: ſubditque idem non inveniri conſtitutum in patre, quia in eo hoc erat certum, cùm debeat jure naturali filiis alimenta præſtare: deinde dicit in hac lege affectionem domeſticam accipi etiam pro ea, quam extranei habent erga familiam, vel domum aliquam. Anton. Gom. *l. 29. Tauri, n. 20.* ubi per hunc text. tenet, quod ſi pater, vel mater ſolvit pro filio pœnam pecuniariam, in qua fuit condemnatus propter maleficium, non tenetur illam conferre, quia videtur ſolutum causâ pietatis; præterquam ſi ſolviſſet ex neceſſitate, quia eſſet fidejuſſor, vel niſi filius haberet bona adventitia, in quibus pater eſſet legitimus adminiſtrator, quia de eis videtur ſolviſſe. Surd. *de aliment. tit. 6. q. 1. à princip.* Joan. Garc. *de expenſ. cap. 4. num. 24.* Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. tom. 2. lib. 15. tit. 20. num. 5.* ubi citato hoc text. dicit, quod ſi quis pro domeſtica affectione aliquos ſumptus fecerit, nulla ratione poteſt eos repetere, intelligens de eo, qui fuit amicus patris illius, pro quo expendit, quia tunc videtur id ex pietate paterna feciſſe, & ideo hujuſmodi expenſæ tanquam à patre factæ intelliguntur. Molin. *de Juſtit. tractat. 2. diſp. 544. n. 6.*

3 In gloſſ. *ſuſpectos faceres.* Notatur ad hoc, quod expenſa facta per matrem in accuſando ſuſpectum tutorem, non repetitur, ut per Surd. *de aliment. tit. 6. q. 8. n. 89.* ubi reſtringit, niſi quando eſſet proteſtata quod faciebat animo repetendi, quæ tamen proteſtatio nihil operabitur, ſi impenſa ſit modica.

## SUMMARIUM.

1 *Pupillus, niſi locupletior factus, ex negotio geſto non tenetur, & n. 2.*

3 *Actio negotiorum geſtorum contraria datur etiam adversùs furioſum, & adversùs hæreditatem jacentem.*

4 *Mulier matertera, extranea ſcilicet perſona, admittitur in judicio pro alio.*

### L. Contra impuberes. II.

*Iidem* AA. *Ruffinæ.*

PUpillus niſi locupletior factus, ex negotio geſto non tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1 n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 28. tit. 12. part. 5. ubi gloſſ. 9. in fine.* Hippol. *in l. ſi quis ne quæſtio, num. 40. ff. de quæſtion.* Sichrad. *in tract. de feudis, part. 9. partis 2. ſect. 2. n. 83.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 555. n. 1. in medio,* ubi dicit quod ſi tertius aliquis negotium gerat circa rem pupilli, quam tutor adminiſtrabat, & fecerit expenſas neceſſarias, quas pro munere ſuo facere tenebatur tutor, tam pupillus, quàm ipſe tutor ei teneatur actione negotiorum geſtorum illas ſolvere, quia negotium utriuſque egit: ſi verò fecerit expenſas, quæ à principio ſolùm ſunt viſæ utiles ac rationabiles, tutor tenetur ad eas integras, pupillus verò quatenus ex illis effectus fuerit locupletior; ſubditque tempore litis conteſtatæ attendendum eſſe an minor ſit tunc locupletior ex expenſis ſupradictis, ut intelligatur quouſque teneatur, vel non teneatur illas ſolvere, Soar. de Paz. *in pract. tom. 3. c. 6. §. 4. num. 15.* ubi citat hunc text. ad hoc, quod actio negotiorum geſtorum contraria datur etiam adversùs furioſum, & adversùs hæreditatem jacentem, quamvis delatam pupillo extraneo hæredi; ſecus verò pupillo ſuo hæredi, niſi quatenus locupletior factus fuiſſet. 2 3

*Quam Romam tutorum petendorum gratiâ duxiſti,* &c.) Ergo mulier matertera, extranea ſcilicet perſona, admittitur in judicio pro alio, contra reg. text. *in l. alienam, ſup. de procurator.* Et quamvis Bart. Alex. & alii exiſtimaverint hoc eſſe ſpeciali favore pupilli introductum, nihilominùs tamen dicendum eſt, ſpecialitatis cauſam in eo conſiſtere, quod mulier factum proprium docere intendebat, nempè ſe rem pupilli propriis ſuis impendiis facere paratam fuiſſe; quia ergo factum proprium prætendebat, & in pupilli favorem docere intendebat, quaſi de illo bene conſcia, in judicio admitteretur: ita Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure ff. de juſtit. & jure, c. 10. ex n. 8.* 4

## SUMMARIUM.

1 *Actio negotiorum geſtorum pro ſolutione nomine alieno ſine juſſu utiliter facta competit.*

2 *In actionem negotiorum geſtorum venit quod cohæres pro cohærede utiliter ſolvit.*

3 *Expenſæ pro parte ſocii aliquando repetuntur.*

4 *Judicium familiæ erciſcundæ datur, ſi nondum inter cohæredem illud redditum ſit, alioquin negotiorum geſtorum tantùm competit.*

### L. Sive pro fratre. III.

*Iidem* AA. *Hadriano.*

PRo ſolutione nomine alieno ſine juſſu utiliter facta negotiorum geſtorum actio competit. Item illud quod cohæres pro cohærede utiliter ſolvit, venit in actionem negotiorum geſtorum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1 2

Vide Bart. *in l. 2. num. 1. ad med. de actionib. & obligation. & l. 4. §. Cato, n. 15. ad med. ff. de verborum obligat.* Anton. Gom. *variarum tom. 2. cap. 10. n. 3. col. 2.* ubi ex hoc text. probari ait, quod ſi quis tenebatur ad certam pecuniam, vel quantitatem, & deceſſit relictis pluribus hæredibus, & unus ſolvit totum, repetit ab aliis actione negotiorum geſtorum; ſi verò ſolviſſet ex neceſſitate 3

necessitate, repetit judicio familiæ herciscundæ. Cujac. *lib.* 26. *observ.* 36. Jul.Pac.*lib.*2.*enant.c.*63. Joan.Garc. *de expensis,c.*19. *n.* 6. ubi dicit quod aliquando expensæ pro parte quoque socii repetuntur, scilicet actione negotiorum gestorum, & in hunc sensum accipiendam esse hanc legem asserit.

Videtur text. iste in supradicta conclusione contrariari dispositioni text. *in l. hæredes, §. si unus,& §. non tantùm, ff. famil. herciscund.* dum vult negotiorum gestorum actionem cum familiæ herciscundæ judicio concurrere non posse, de quorum jurium conciliatione agit Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 3. *cap.* 14. quem refert Nicol. de Passeribus à Genoa *de conciliatione cunctarum legum, prope fin. pag.* 732.*n.* 178. ubi
4 intelligit ideo in terminis *d. §. si unus, & §.non tantùm.* familiæ herciscundæ judicium dari, si nondum inter cohæredem illud redditum sit, alioquin negotiorum gestorum tantùm competere, ad quod alludunt verba hujus text. ibi,*si non est inter vos redditum,* &c. Vide latè Greg. Lop. Madeta *animadvers. juris cap.* 30. *n.* 1. ubi agit de intellectu horum jurium.

## L. Qui pupillæ. IV.

*Idem* AA. *Claudio.*

1 MAndatum tutoris non impedit actionem negotiorum gestorum inter gerentem, & dominum negotiorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Officii necessitate facta impediunt actionem negotiorum gestorum.*
2 *Officii, simpliciter prolati notio.*

## L. Officio. V.

*Idem* AA. *Tryphonio.*

1 OFficii necessitate facta impediunt actionem negotiorum gestorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup.hoc tit.*

2 Vide D. Barbos. *in l.*1.*p.*4.*n.*18. *&* 19. ubi ait quod verbum *officium*, simpliciter prolatum significat illud, quod unusquisque pro conditione sua facere debet, & ei competit & convenit, & citat ad hoc textum *in præsenti*, & Cæsar à Costa *lib.* 1. *de variis ambiguitatibus juris,cap.*9.

SUMMARIUM.

1 *Curator paterno testamento datus, quod expendit ante confirmationem, per actionem negotiorum gestorum repetit.*
2 *Curator non datur ex testamento, sicut tutor, sed per judicem.*

## L. Curatorem. VI.

*Idem* AA. *Gallo.*

1 CUrator paterno testamento datus, quod expendit ante confirmationem, per actionem negotiorum gestorum repetit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*supr.hoc tit.*

2 *Quod non potest videri jure factum.* ) Ergo curator non datur ex testamento, sicut tutor,sed per judicem, ut per Bertazol. *in tract. de clausul. instrument. clausc.* 8. *gloss.* 7. *num.* 2. Aldovin. *cons.* 78.*n.* 7. Molin. *de Justit.* *tract.* 2. *disp.* 220.*n.*24. ubi subdit, quod si curator detur testamento ab iis, qui tutorem dare possunt, judex debet illum confirmare, & citati *l. Hispan.* 15. *tit.* 16. *part.* 6. ubi Gregor. Lopez disputat, an quando à patre relictus est curator filio, ita confirmandus sit à judice, ut filius teneatur illum suscipere etiam invitus: & affirmativam partem sequitur.

## L. Si ab eo. VII.

*Imp.* ANTONINUS A. *Euphratæ.*

1 HÆreditatis aditio debitum non confundit, nisi pro hæreditaria portione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1.*n.*1.*sup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Debitum per longum temporis spatium non exigens, ob impedimenta occupationum, minimè remississe videtur.*
2 *Taciturnitas longi temporis non est sufficiens ad præsumendam solutionem.*

## L. Adversùs eos. VIII.

*Idem* A. *&* C. *Severo.*

1 OB impedimenta occupationum debitum per longum temporis spatium non exigens, remisisse hoc minimè videtur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati. *d.l.*1.*n.*1.*suprà hoc tit.*

Vide Rot. apud Pacificum *post tract.de Salviano interdicto, decis.* 185.*n.*2. ubi dicit quod taciturnitas longi temporis non est sufficiens ad præsumendam solutionem, Maresc ot. *var. lib.* 2. *cap.*67.*n.*35.eadem Rot. *decis.* 788. *n.* 12.*part.*1.*diverf.* ubi dicit, quod sola tarditas creditoris in petendo creditum non sufficit ad præsumendam solutionem, aliàs præscriptio esset frustratoria, & debitor non solùm debet probare solutionem respectu creditoris, sed etiam respectu alterius habentis causam ab eo. At verò nonnullis concurrentibus conjecturis, verum quoque est, ex diuturnitate temporis præsumi solutionem, cùm non si verisimile creditorem tandiu cessasse à petitione sui crediti, vel tandiu tacuisse, si ei debitum solutum non fuisset, ad tradita per Calcan. *consil.* 23. *n.* 5. *circa med. vers. non enim est verisimile*, Paris. *cons.* 137.*n.* 12. *lib.* 4. Cephal. *consil.* 240. *num.* 9. *lib.*2.Simon. de Prætis *cons.* 68.*ex mm.* 1. Bertazol. *consil.*118. *num.* 6. *cum seqq.* Mascard. *de probation. conclus.* 1324. *n.* 27. Menoch. *consil.* 521. *num.* 98. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 135. *num.* 19. *cum seqq.* Afflict.*decis.*13.*sub n.*21. *& decis.* 58. *num.*8.Hect.Felic. *allegat.*41.*n.* 10. *& alleg.*44.*n.*3.*lib.*3.

## L. Si pecuniam. IX.

*Idem* A. *Salustio.*

1 RAtihabitio insequens negotium per alium gestum, parit negotiorum gestorum actionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* Vide posita *in collect. ad reg. ratihabitionem* 10. *de regul. jur. lib.*6.Cujac.*in l.semper.ff.de regul. jur.*

2 De intellectu hujus text. cui adversari videtur, Accursii judicio Ulpian. *in l. semper qui non prohibet, ff. de regul. juris*, dum in his terminis Jurisconsultus mandati actione experiri debere ait, non ergo negotiorum gestorum, vide Gregor. Lopez Madera *animadversionum juris civilis libro unico,cap.* 31. qui rejectis Accursii solutionibus à Bart. & Alex. *in præsenti* veris

reputatis, & à Maixer. *in d. l. ſemper qui non prohibet, ad fin.* tandem concludit in caſu noſtræ legis tres perſonas eſſe conſiderandas, quæ neceſſariò hîc intervenire debent; perſonæ autem ſunt, dominus, ſeu creditor, debitor & exactor. Pone ergo quod ego decem Saluſtio debeam, quæ cùm à me Julianus exegiſſet, Saluſtius ratum habuit Si quæras de actione, quæ eſt inter Julianum, & Saluſtium, reſpondendum eſt cum Saluſtio teneri actione negotiorum geſtorum, ut probatur *in iſto text.* hîc enim ratihabitio conſideratur ad hoc ut liberetur debitor; nam aliter, niſi ea interveniat, non liberatur, ut agnovit *in præſenti* Accurſius *gloſ.* 2. argumento *l. ſolvendi, ff. eod. tit.* quod & alii ex Doctoribus agnoſcunt, ad hoc etiam ut debitore liberato, cum juliano exactore agere poſſit Saluſtius: non tamen hoc negotiorum geſtorum actionem excludit, etſi ratihabitio hæc mandato comparetur, ad ſupradictos nempè affectus. Si verò quæratur de actione, quam habeo adversùs Saluſtium ego debitor, tunc cum Ulpiano dicendum eſt, Saluſtium actione mandati mihi eſſe obſtrictum, ut & ne repetat, & liberationem præſtet. Agitur ergo ibi de actione mandati contraria, quæ eſt inter creditorem & debitorem; unde creditorem actione mandati obſtringi Ulpianus ait. Quæ verba hoc inſinuant, non tamen quod ſemper, & inter geſtorem etiam & dominum illa concedatur, contra textum *in præſenti*. Hactenus Madera.

## L. Si ſervum. X.

*Imp.* ALEXANDER A. *Secundo & aliis.*

1 CUrans ſervus alienum non inutilem domino, habet negotiorum geſtorum actionem. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Joan. Garc. *de expenſis, cap. 21. n. 2. & 3.* ubi dicit quod ægrotantem curans, & ob eam rem impenſas faciens, accerſendo Medicum, & medicamenta adhibendo, repugnante iſto ægroto, poterit vel ab eo, vel ab heredibus has expenſas recuperare, quia utiliter negotium ejus geſſit, idque etiam ſi moriatur æger.

---

## SUMMARIUM.

1 *Expenſas alimentorum pietatis causâ factas, mater juris titulo non recuperat; in res autem alias repetendi animo factas, actione negotiorum geſtorum repetit, num. 2. & 3.*

4 *Alimenta à matre filio præſtita præſumuntur donata, & non animo repetendi facta: ampliatur n. 5. limitatur n. 6. & reſolvitur n. 7. Ampliatur etiam avia materna, ſeu avo materno, & aliis aſcendentibus per lineam maternam, n. 8. & extenditur ad filium naturalem, & ſpurium, n. 9. Reſtringitur autem quando mater adminiſtrabat bona filii, num. 10. Limitatur quando mater proteſtata fuiſſet à principio alere ſe filium repetendi, non donandi animo, n. 11. Et quando mater ſuper libro rationum familiarium ſcripſiſſet filium debitorem pro alimentis, quæ illi præſtabat, n. 12.*

13 *Proteſtatio declaratoria voluntatis non prodeſt in his, quæ non pendent à voluntate.*

14 *Mater, ſive legitima, ſive alia quævis, tenetur filium trimum lactare.*

## L. Alimenta quidem. XI.

*Idem* A. *Herenniæ.*

1 ALimentorum expenſas pietatis præſumptione fa-
2 ctas mater juris titulo non recuperat. In res autem alias factas repetendi animo mater actione negotiorum geſtorum repetit. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
*l. Hiſpan. 36. tit. 12. part. 5. ubi gloſſ. 4. & l. fin. ubi gloſſ. 3. eod. tit.* Rip. *lib. 2. reſp. 24. n. 6.* Joſeph. Ludov. *Pemſ. deciſ. 78. num. 10. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat.* 4
*concl. 6. ex num. 1.* ubi firmat concluſionem ex hoc text. quod alimenta à matre filio præſtita præſumuntur donata, & non animo repetendi facta: & *n. 3.* ex- 5
tendit ad aviam reſpectu nepotum, & *num. ſequentibus* diverſis modis limitat: idem repetit *concl. 554. n. 89.* 6
*cum ſeqq.* limitans quando impenſæ pro alimentis eſſent magnæ, vel quando mater præſtitiſſet alimenta filio, qui erat in poteſtate patris adhuc ſuperſtitis, & *concl. 727. n. 3.* ubi tenet quod expenſæ alimentorum 7
factæ filio à matre, vel ab alio aſcendente in deſcendentem, vel à conſanguineo in conſanguineum, præſumuntur factæ non animo repetendi, ſed potius donandi: Et *n. 5.* reſolvit, quod expenſæ alimentorum præſumantur factæ animo repetendi, ſi alimenta præſtita fuerint cum proteſtatione à matre, quod ea vellet repetere, idem ſi fuerunt ſeorſum in librum rationum 8
deſcriptæ. Surd. *de aliment. tit. 6. q. 1.* ubi ait, quod animus repetendi præſumitur in eo, qui præſtitit alimenta illi cui non tenebatur, niſi darentur alicui pauperi; quia tunc non præſumitur data repetendi, ſed donandi animo, ut ipſemet probat *n. 17. cum ſeqq.* latè *tit. 6.* 9
*q. 8. ex num. 41.* ubi *num. 42.* ampliat ut procedat in avia materna, ſeu in avo materno, & aliis aſcendentibus per lineam maternam: & *num. 44.* extendit ad filium naturalem & ſpurium, quia ſi mater illum aluit, videtur ei donaſſe alimenta, & repetere non poteſt, cùm reſpectu matris nihil prorſus differant à legitimis: & *n. 46.* reſtringit quando mater adminiſtrabat bona filii, 10
quia tunc impendendo in illius alimenta, minimè videtur ei donare, & *à n. 64.* limitat quando mater proteſtata fuiſſet à principio alere ſe filium repetendi, non 11
donandi animo, quia ſi facta eſſet poſt alimenta jam filio præſtita, non valeret proteſtatio, & *à n. 73.* limitat 12
etiam quando mater ſuper libro rationum familiarium ſcripſiſſet filium debitorem pro alimentis, quæ illi præſtabat, niſi talis liber probaretur ſcriptus poſt factam impenſam. Joan. Garc. *de expenſ. cap. 4. n. 42.* Rebel. *de obligat. juſtit. part. 2. lib. 17. q. unic. de negotiorum geſtore, num. 6.* latè Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 554. n. 8.* ubi refert quid ſtatuat hac in re jus Hiſpanicum, & Luſitanum, & demùm dicit quod quando mater, aut avia inſumerent aliquid in rebus aliis neceſſariis, aut nepotibus, quæ alimenta non eſſent, tunc in dubio non cenſerentur inſumpſiſſe illa animo ea donandi, ſed repetendi; neque enim eſt tanta præſumptio, ſumptus in aliis rebus eſſe factos animo donandi pietate paterna, quanta eſt de ſumptibus factis in alimentis, majorque eſt favor alimentorum, quàm aliarum rerum; additque idem Molina, hæc eandem longè majori ratione vim habere in patre, aut avo, atque ea intelligit quando non conſtat de mente & animo eos ſumptus facientis.

Notatur hic text. ad hoc, quod proteſtatio declara- 15
toria voluntatis non prodeſt in his, quæ non pendent à voluntate. Jaſ. *in §. fuerat, num. 107. Inſtit. de actione* ubi dicit quod ſi quis tenetur ex neceſſitate juris, fruſtrà proteſtatur, Cephal. *conſ. 407. n. 42.* Surd. *de aliment. tit. 6. q. 3. n. 47. & q. 5. n. 23. & deciſ. 62. n. 34.* Marant. *de ordine judic. p. 6. memb. 6. ad fin.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. lit. P, conc. 944. num. 41.* meipſum *de Axiom. juris uſufreq. axiom. 194. in fine*, Anton. Gom. *l. 60. Tauri, n. 5.*

In gloſſ. *Materna pietate. 2.* ibi, *& hoc etiamſi fuerit proteſtata, quod has expenſas animo repetendi, non donandi fecit.* Ita Palat. *in repet. cap. per veſtras notab. 3. §. 14. n. 1. cum ſeqq.*

In

4 In ead. gloſſ. ibi, *& tunc intra triennium*, &c. Notatur ad hoc quod mater, ſive legitima, ſive alia quævis, tenetur filium trimum lactare, ut per Cordub. de Lara *in l. ſi mater, n. 2. cum ſeqq. ff. de liber. & poſthum.* Joan. Garc. *de expenſ. cap. 13. n. 29. cum ſeqq.* D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrim. p. 2. n. 53.* Valaſc. *conſ. 92. n. 1.*

SUMMARIUM.

1 *Filius donandi animo ſolvens debitum paternum, actione negotiorum geſtorum ſolutum non repetit. Sui juris factus negotium patris gerens, & ſolvens, ſolutum condicit: num. 2.*

3 *Filius ſi aliquid inſumpſit cum patre extra alimenta ei debita, illi ſeu ipſius hæredibus competit actio negotiorum geſtorum ad ea repetenda, niſi, &c. Reſolve ut num. 4.*

5 *Solvens pro alio, de ſuo proprio ſolviſſe cenſetur.*

## L. Si filius. XII.

*Idem* A. *Theophilo.*

1 FIlius donandi animo ſolvens debitum paternum,
2 actione negotiorum geſtorum ſolutum non repetit. Item filius ſui juris negotium patris gerens & ſolvens. ſolutum condicit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *d. l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

3 Vide Molin. *de juſtit. tract. 2. diſp. 554. n. 9.* ubi reſolvit citato hoc text. quod ſi filius aliquid cum patre extra alimenta ei debita inſumpſerit, illi, ſeu ipſius hæredibus competit actio negotiorum geſtorum ad ea repetenda, niſi conſtaret de animo liberali filii, quo
4 gratis ea inſumere intendiſſet. Surd. *de aliment. tit. 6. quæſt. 9. n. 10.* ubi reſolvit, quod filius repetit impenſam, quam fecit circa rem patris aut matris, putà quando eorum debitum exſolveret, quia tunc ſolutum repetit.

5 Notari ſolet hic text. ad hoc, quod ſolvens pro alio, de ſuo proprio ſolviſſe cenſetur, ut per Gam. *Luſit. deciſ. 245. num. 2.* Flores de Mena *ad eundem. Gam. deciſ. 245. num. 2.* Cravet. *conſ. 191. num. 8. lib. 1. & conſil. 244. n. 6. lib. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 46. n. 7.*

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ factæ pro curanda uxore ægra non repetuntur per maritum in expenſis funerum, dote apud maritum remanente, & num. 2.*

3 *Vir an, & quando teneatur ſuis ſumptibus alere uxorem, eique victum & alimenta præſtare, remiſſivè.*

4 *Hæres mariti non tenetur dare veſtes lugubres uxori defuncti, niſi adſit conſuetudo patriæ.*

5 *Vir uxorem pauperem de ſuo funerat, & pertinet ad ipſius dignitatem.*

## L. Quod in uxorem. XIII.

*Idem* A. *Aquiliæ.*

1 EXpenſæ factæ pro curanda uxore ægra non repetuntur per maritum in expenſis funerum, dote apud maritum remanente. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Palat. *in repet. rub. notab. 3. in princip. num. 4. & §. 1. num. 1. & 2.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 4. §. 23. n. 16. fol. 193.* Rot. Bononienſ. *deciſ. 22. num. 9.* Ozaſc. *deciſ. 122. n. 127.* Maſcard. *de probat. concl. 77. à princ.* ubi *num. 2.* ſubjungit, non præſumi hujuſmodi expenſas & alimenta donata, quando proteſtatus eſt ſe ea præſtare animo repetendi, cujus dictum exiſtimat Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 33. num. 7.* procedere quando maritus ultra debitum modum, & pluſquam ferant vires acceptæ dotis, ac fortè ſui patrimonii, exhibuit alimenta, non autem ſi pro dotis qualitate, & debito conjugali aluit uxorem ſive ſanam, ſive ægram. Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 5. tit. 10. de donat. inter virum & uxor. n. 23. pag. 736.* ubi quod maritus uxori infirmæ tenetur ſubvenire de alimentis, medicinis, & aliis omnibus neceſſariis. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 33. n. 27.* ubi ait, quod ſi uxor habet patrem vel fratres, maritus non tenetur eam infirmam curare ultra vires dotis, *& tit. 6. q. 3. n. 69.* ubi tenet quod maritus poteſt alimenta, quæ uxori infirmæ præſtitit, repetere, & procedere ait etiam in muliere dotata, quia in ſecunda parte mentionem facit de dote, maximè ubi alimenta excedunt redditus dotis. Joan. Garc. *de aliment. cap. 3. n. 44.* ubi dicit quod hæc medicamenta præſtari debent per maritum uxori reſpectivè, id eſt ratione dotis, itaut ſi morbus graviſſimus ſit, & maximæ impenſæ fiant in uxore ægrotante, quæ dotis uſuras excedant, tunc vir in dotem computare eas debet, quia licèt teneatur alere illam, ac ſubinde mederi, id tamen eſt reſpectu dotis.

Utrùm autem, & quando teneatur vir ſuis ſumptibus uxorem alere, eique victum & alimenta præſtare, vide Cordub. de Lara *in l. ſi quis liberis, §. ſi quis ex his, n. 18. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſcend.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 32. n. 17. cum ſeqq.* D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto matrimonio, part. 2. n. 42. & in l. 2. in princip. part. 2. à num. 17.* Sanchez *de matrimonio lib. 9. diſput. 4. n. 19. cum ſeqq.* 3

*In funus ſanè ejus*, &c.) ex hoc text. colligit D. 4
Barboſ. *in l. quæ dotis 34. n. 81. ff. ſoluto matrim.* hæredem mariti non teneri veſtes lugubres dare uxori defuncti, niſi adſit patriæ conſuetudo, Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 78. à num. 1. cum ſeqq.* ubi latè agit de ſumptibus funeris præſtitis conjunctis, an recuperentur, necne, ubi de matre, patre, fratre, & adminiſtratore, latè Joan. Garc. *de expenſ. cap. 8. num. 24.* ubi quod vir uxorem pauperem de ſuo funerat, & pertinet ad ipſius dignitatem: & *n. 24.* reſolvit mulieres de dotibus ſuis eſſe funerandas, atque in onus funeris ad eum cenſet pertinere, qui dotem vel juris beneficio, vel pacto, vel conſuetudine lucratur, per *l. in eum, ff. de relig. & ſump. funer.* & *n. 49.* intelligit textum *in præſenti*, ubi funeris impenſa erogata in uxorem à marito, Imperator rogatus reſpondet ad eam teneri patrem, quia ad eam dos pervenit, & *n. 50.* advertit quod ſi uxor patrem habeat hodie, & ex juris noſtri Hiſpani diſpoſitione marito tertiam bonorum partem relinquat, quod poſt *l. 6. Tauri*, ſecundùm juris diſpoſitionem ad utrumque funeris impenſa pro rata bonorum pertinebit: pater duas partes, maritus tertiam præſtabit ad funus.

SUMMARIUM.

1 *Mandatum tertii non impedit actionem negotiorum geſtorum oriri inter gerentem, & eum cujus negotia geſta ſunt, ſed inter mandantem, & mandatarium parit actionem mandati.*

2 *Mariti mandato negotia tam mariti, quàm uxoris utiliter gerens contra maritum habebit actionem mandati. & contra uxorem negotiorum geſtorum.*

3 *Bonorum alienorum cura ubi alicui incumbat, actio directa negotiorum geſtorum ei competit.*

L. Mandatum. XIV.

*Idem* A. *Mutiano Rufo.*

1 MAndatum tertii non impedit actionem negotiorum geſtorum oriri inter parentem, & eum, cujus negotio geſta ſunt; ſed inter mandantem & mandatarium parit actionem mandati. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.*

2 Vide Rebell. *de obligat. juſtit.p. 2. lib. 17. q. unic. de negotiorum geſtore, n. 2. in fine*, ubi per hunc textum tenet, quod ſi ex mariti mandato quis negotia tam mariti, quàm uxoris utiliter geſſit, contra maritum habebit actionem mandati, & contra uxorem negotiorum geſtorum. Unde ex hoc text. colligit Molin. 3 *de Juſtit. tract. 2.diſp.553. n. 3.* quod quando cura bonorum alienorum alicui incumbebat, ſive tanquam mandatario, aut procuratori, ſive tanquam tutori, aut curatori, ſive quacumque alia ratione, tunc ſi tertius aliquis illa adminiſtret in abſentia ejus, cui illorum cura incumbebat, aut eo præſente, ſed id ignorante, competit indifferenter actio directa negotiorum geſtorum adversùs hunc tertium adminiſtratorem domino eorum bonorum, atque ei, cui illorum cura incumbebat, eo quod verè negotium utrique geſſerit: è contra verò competit huic tertio adminiſtratori actio contraria negotiorum geſtorum, ſi quid utiliter expendit, indifferenter adversùs dominum eorum bonorum, vel adversùs eum, cui illorum cura incumbebat.

SUMMARIUM.

1 *Vitricus in privignum paterno affectu expendens non repetit, niſi animum negotii gerendi habuerit, & num.2.& 3.*

L. Si Paterno. XV.

*Imp.* Gordianus. A. *Eutychiano.*

1 VItricus in privignum paterno affectu expendens non repetit, niſi animum negotii gerendi habuerit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.2.n.1.ſup.hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 37. tit. 12. part. 5.* Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, n. 106. & §. ſi mater, num. 61. cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Menoch. *de arbitr. caſu 88. n. 23.* ubi citato hoc textu dicit, quod quando vitricus impendit pro privigno, donare non præſumitur, niſi affectu paterno impendat. Latè Surd. *de alim. tit. 6. n. 11. à princ.* ubi *n. 4.* tenet quod vitricus in dubio præſumitur aluiſſe privignum animo repetendi: & *n. 14. & 15.* quod vitricus repetit à privigno quicquid impendit circa res illius, & quidquid pro eo ſolvit magiſtro, qui illum docuit Grammaticam, vel artem: & *n. 16. & 19.* quod vitricus non repetit alimenta à privigno, quando ille alendus erat à matre, vel quando eum habuit in ſuis ſervitiis, & obſequiis, vel quando erat illius adminiſtrator, ſi eum habuit in obſequiis. Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 553. n. 6.* ubi *n. 10.* ait quod illud, quod cum privignis eſt inſumptum, niſi conſtet animo liberali inſumptum eſſe, ſanè ſive in alimentis, ſive in aliis rebus ſit inſumptum, conceditur actio negotiorum geſtorum ad id repetendum, quoniam in vitrico non eſt præſumendus liberalis animus, niſi ex conjecturis de aliquo animo liberali conſtet ac probetur; ſolùm enim lex iſta denegat actionem, ſi paterno affectu ſumptus facti ſint, non tamen affirmat aut innuit præſumendum eſſe factos fuiſſe paterno affectu; ac ſanè quando vitricus tutor eſſet privignorum non dubito præſumendum non eſſe animum liberalem, ſicut præſumitur in matre & avia tutricibus & adminiſtratricibus bonorum filiorum ac nepotum. Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 17. q. unic. denegot. geſt. n. 6. in fin.*

*Si paterno affectu privignas tuas aluiſti.*) Ergo vitricus, ſi bonis moribus imbutus ſit, ut omni ſuſpicione vacet, à privigni educatione non excluditur, ut per Caſtr. *n. 3.* Alex. *n. 1. notab. 2. in præſenti*, Greg. Lop. *l. 16. verbo que caſare, tit. 16. par. 6.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſine curatore, n. 110. verſ. unde quarta & ultima, de in integr. reſtit. minor.* Sanch. *de matr. lib. 7. diſp. 88. n. 17.* Guttier. *de tutel. p. 2. c. 8. n. 12.* 3

L. Si negotium. XVI.

*Impp.* Gallus & Volusian. AA. *eidem.*

SOlvens tributa pro fratre & ſorore, nullo extante mandato, actione negotiorum geſtorum ſolutum repetit. Colligunt ex Ord. Doct. cit. *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.* 1 2

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Dec. *conſ. 443. num. 36. & 37. & conſ. 628. n. 7. & 8.* Ruin. *conſ. 161. n. 1. lib. 3. & conſ. 100. n. 4. & 145. n. 9. lib. 4.* Cravet. *conſ. 86. n. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 88. n. 10.* ubi ex hoc text. colligit, quod ſi frater pro fratre aliquid ſolvit, ut collectas vel quid ſimile, non præſumitur facere animo donandi, ſed repetendi, Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 17. q. unic. de negotiorum geſtore, n. 6. prope fin.* Maſcard. *de probat. concl. 554. n. 42.* 3

SUMMARIUM.

1 *Obligatio contracta ratione adminiſtrationis, tranſit ad hæredes: contra hæredes geſtoris datur utilis negotiorum geſtorum actio, n. 1.*

3 *Officia induſtrialia non ſunt ad hæredem tranſitoria.*

L. Curatoris. XVII.

*Impp.* Diocletian. & Maximian. AA. & CC. *Claudiæ.*

OBligatio contracta ratione adminiſtrationis tranſit ad hæres. Item contra hæredes geſtoris datur utilis negotiorum geſtorum actio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.2.n.2.ſup.hoc tit.* 1 2

*Nec ad eos officium adminiſtrationis tranſire.*) Notatur ad hoc, quod officia induſtrialia ad hæredem non ſunt tranſitoria, ut per Gregor. Lop. *l. 2. gloſſ. 3. verbo murieſſe, tit. 8. part. 5.* ubi etiam reſolvit in hærede artificis, qui locavit operas ſuas, ſeu promiſit facere certum ædificium ſub certa mercede, vel pretio, ſine dubio eſſe electam induſtriam perſonæ, & ſic locationem hujuſmodi non tranſire ad hæredem. 3

L. Ob negotium. XVIII.

*Iidem* AA. & CC. *Pomponio.*

IN actionem negotiorum geſtorum, ſicut in ſimiles bonæ fidei, uſuræ computantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſupr.hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Pro negotio communi geſto locum habet negotiorum geſtorum actio.*

2 *De rem communem habentibus, expendentibus, aut meliorantibus, vel reficientibus, remiſſivè.*

3 *Res vendita aliena ut aliena, ſemper videtur fuiſſe vendita nomine alino.*

L. Ab

L. Ab uno. XIX.

*Iidem* AA. & CC. *Alexandro.*

1 ETiam pro communi negotio gesto locum habet negotiorum gestorum actio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 De his qui rem communem habent, expendentibus, aut meliorantibus, vel reficientibus, vide Joan. Garc. 3 *de expensis cap. 19. per totum.* Notatur ad hoc, quod si quis vendit rem alienam, ut alienam semper videtur res fuisse vendita nomine alieno, non ipsius vendentis, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 2. n. 20. in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Tutor & curator distincta officia à gestoribus habent, & tutelæ actione, non negotiorum gestorum prætextu expensas repetunt.*
2 *Gratificari citra officii necessitatem paucis sufficit.*
3 *Tutor ratione administrationis tenetur de dolo, lata, & levi culpa, usquequò pupillus sui juris sit.*
4 *Tutor, & negotiorum gestor differunt.*
5 *Negotiorum gestor regulariter de dolo, lata & levi culpa tenetur.*

L. Tutori, vel Curatori. XX.

*Iidem* AA. & CC. *Octaviano.*

1 TUtor & curator distincta officia à gestoribus habent, & tutelæ actione non negotiorum gestorum prætextu expensas repetunt. Item paucis gratificari citra officii necessitatem sufficit. Tutor ratione administrationis tenetur de dolo, lata & levi culpa, usquequo pupillus sui juris sit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

4 *Huic autem propria voluntas facit*, &c.) Nota discrimin. inter tutorem, & negotiorum gestorem, quia tutor, & curator compelluntur omnia gerere, negotiorum verò gestor non nisi velit, & quæ velit, ut per Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 17. quæst. unic. de negotiorum gestore, n. 17.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 553. n. 6.*

5 *Cum non tantùm dolum, & latam culpam*, &c.) Notatur ad hoc, quod de dolo, lata & levi culpa tenetur regulariter negotiorum gestor, ut per Gregor. Lopez *l. 10. gloss. 1. tit. 12. part. 5.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 555. in princip.*

L. Si cognati. XXI.

*Iidem* AA. & CC. *Michræ.*

1 OBligatio personalis non impedit libertatem servi, & liberatus non tenetur de prioribus gestis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Negotiorum gestor nisi casum fortuitum speciali pacto præstare in se recipit, de casu fortuito non tenetur, & num. 2.*
3 *Negotiorum gestor, si admonitus à domino ne sua negotia in ipsius absentia ageret, nisi ea lege ut teneretur de casu fortuito, tunc si secus agat, tenetur de casu fortuito.*
4 *Expressum dicitur quod in genere dicitur.*

L. Negotium. XXII.

*Iidem*, AA. & CC. *Eulogio.*

1 NEgotiorum gestor nisi casum fortuitum speciali Pacto præstare in se receperit, de casu fortuito neutiquam tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lop. *l. 10. gloss. 1. tit. 12. part. 5.* Strach. *de mercatura, tit. mandati, num. 36.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 533. n. 5* ubi subdit, quod si dominus negotiorum 3 gestorum admonuit ne sua negotia in ipsius absentia ageret, nisi ea lege ut tenetur de casu fortuito, tunc si ea in illius absentia agat, tenetur de casu fortuito.

4 In gloss. *Speciali* 2. ibi, *sed ipse exponit speciali, ideest, expresso*, &c. Notatur ad hoc, quod expressum dicitur quod in genere dicitur, ut per Tiraq. *de jure mariti gloss. 7. num. 87. & 148.* Neguisant. *de pignorib. p. 2. memb. 3. num. 21.*

L. Negotiis XXIII.

*Iidem* AA. & CC. *Theodoro.*

1 ACtio negotiorum gestorum personalis est, non realis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc. tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Molin. *de Justitia, tract. 2. disp. 553. n. 1. in fine.*

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio domini negotiorum gestorum actionem impedit in his, quæ post prohibitionem geruntur, & num. 2. & 4. limita ut n. 5.*
3 *Socer non repetit à genero alimenta quæ filiæ præstitit contra voluntatem generi.*
6 *Medicus, vel alius, qui invitum infirmum curavit, quod possit petere salarium, remissivè.*
7 *Expensæ factæ post denunciationem, ne illas faceret, non possunt repeti.*
8 *Fidejussor non potest repetere quod solvit pro debitore, invitio & contradicente. Limita ut n. 9.*

L. Si quis nolente. XXIV. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS *A. Joanni P.P.*

1 PRohibitio domini negotiorum gestorum actionem impedit in his, quæ post prohibitionem geruntur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 12. tit. 22. part. 5. ubi gloss. 3. & l. 12. tit. 13. part. 1. ubi gloss. 4.* Mantua *lib. 3. locorum, cap. 56. p. 2.* Socin. *reg. 157.* Roman. *sing. 124.* Corset. *sing. 90. verbo Expensæ.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 13. n. 11.* Monoch. *de arbitrar. lib. 1. quæst. 69. n. 17.* Alphan. *collect. 958.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 5. n. 16. cum seqq.* ubi quod socer 3 non repetit à genero alimenta, quæ filiæ præstitit contra voluntatem generi, Joan. Garcia *de expens. cap. 6. n. 9.* ubi ait hunc text. rectè & propriè applicari domino qui ab initio prohibet meliorationes fieri, Molin. *de justit. tract. disp. 554. n. 1.* ubi ex hoc text. colligit, quod 4 quis alicui expressè significavit, ut non gereret negotium aliquod, aut negotia ipsius, si post talem expressam prohibitionem ille id agat, atque aliquid expendat, etiamsi utiliter id expenderit, non competit ei actio negotiorum gestorum adversùs eum,

cujus negotium geſſit, & in cujus utilitatem id expendit, ſed id omninò amittit; ſecus ſi quid expendit ante eam prohibitionem, nam id repetit actione negotiorum geſtorum: ſubditque Gregor. Lop. *in d. l.* 12. *tit.* 12. *part.* 5. *gloſſ. ultim.* cum Bart. & aliis, quos citat excipere niſi in eis expenſis favor pubicus verſetur, ut ſi eas faciat ad liberandum hominem morte, mutilatione, gravi morbo, aut carceribus, vel pro muliere maritanda, aut aliter publicus favor in eis faciendis verſetur; nam tunc eas repetit, eſto is, cujus negotium ea in parte agitur, contradixerit, ac prohibuerit eas facere antequam fierent. In aliis verò eventibus eas amittit ſaltem in pœnam ex legis diſpoſitione, ac proindè eſto is, in cujus commodum factæ ſunt, locupletior ex illis ſit effectus, afferítque ſe credere in conſcientiæ foro ad eas non teneri, quamvis deceat ut eas ſolvat, quatenus ex illis effectus fuerit, locupletior. Rebell. *de oblig. juſtit. p.* 2. *lib.* 17. *q.* 1. *de negot. geſtore, n.* 1.

5 Regulam hujus text. limitat D. Barboſ. *in l.* 3. *n.* 34. *ff. ſoluto matrim.* niſi ea ſolutio, quæ me invito facta eſt, ex poſtfacto mihi quæratur; nam tunc quaſi utiliter negotium geſtum fuerit, teneor illud ratum habere, *l. Pomponius* 19. *ff. hoc tit.*

6 De Medico, vel alio qui invitum infirmum curavit, quod poſſit petere ſalarium, vide Tiraq. *de nobilit. c* 6. *n.* 38. Rebuff. *de priv. ſchol. priv.* 58. Surd. *deciſ.* 255. *n.* 25.

7 *Poſt denunciationem*, &c.) Notatur ad hoc, quod quando dominus denunciavit facienti ne illas impenſas niſi oneroſas faceret, tunc eas faciens expenſas petere non poteſt, de quo vide Boër. *deciſ.* 44. *num.* 8. Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 2. *gloſſ. fin. n.* 2. Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 7. *gloſſ.* 1. *n.* 5. Pinel. *in Auth. niſi. n.* 16. *de bonis mater.* Gam. *Luſit. deciſ.* 74. *n.* 1. Valaſc. *de jure emphyteut. quæſt.* 25. *n.* 9. & 10. D. Barboſ. *in l. divortio*, §. *fin. part.* 1. *n.* 76. *ff. ſoluto matrim.*

8 In gloſſ. *Currentem*, *ult.* ibi, *item an de æquitate dabitur aliqua actio*, &c. Notatur ad hoc, quod nulla actione, vel remedio ex æquitate, vel rigore poterit fidejuſſor repetere quo ſolvit pro debitore invito & contradicente, ut per Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 13.

9 *n.* 11. *fine*, ubi *n.* 12. limitat & intelligit præterquam ſi ſolvat pro liberanda perſona alicujus, etiam eò invito, quia tunc bene repetit, quia illa prohibitio eſt nulla favore publicæ utilitatis.

## *De his, quæ vi, metúſve cáusâ geſta ſunt.*

## TIT. XX.

POSTULATIONE utriuſque partis audita, Prætor, aut judicem dabat, aut ipſe cognoſcebat, ut de reſtitutionibus in integrum. Primo autem loco Prætor propoſuit ea, quæ per vim & metum geſta ſunt, de quo hoc tit. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Bald. Fulgoſ. Caſtr. Pac. & Cuman. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. & Weſembec.

De materia tituli vide Mogollon. *in ſpeciali tract.* Suar. Viv. Kirchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 9. *pag.* 325. *cum. ſeqq.* Gal. *de pace publica, lib.* 1. *c.* 2. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *ſub hoc tit.* Azor. *inſtit. moralium p.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 1. *quæſt.* 5. meipſum *in votis deciſivis canon. voto* 1.

### SUMMARIUM.

1 *Interitus periculum fert & ſuſtinet fur, item metum inferens.*
2 *Interitus rei ſemper imputatur moroſo, etiam abſque ejus culpa contingens.*
3 *De interitu rei plura, & num. ſeq.*
5 *In participe idem eſt, quod in principali.*
6 *De interitu rei quinam teneantur, vel non, remiſſivè.*

### L. Perſecutionem. I.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Felici.*

INteritus periculum fert & ſuſtinet fur, item metum inferens. Colligunt ex Ord. Cyn. Salic. Bart. Bald. Fulgoſ. Caſtrenſ. Cuman. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Vide Covarr. *ad reg. peccatum, de reg. jur. in* 6. *p.* 2. §. 6. *ante n.* 1. ubi per hunc textum tenet, quod moroſo ſemper imputatur rei interitus, etiam abſque ejus culpa contingens. Hoſtienſ. *in ſum. hujus, tit. n.* 7. *verſ. ſalva tamen pace ſua*, ubi dicit, quod ſi res periit ante ſecundam ſententiam, quandocunque tenetur qui metum intulit de omni interitu, Mogoll. *de metu, c.* 11. *n.* 4 ubi dicit, quod ſi pereat res petit periculo metum inferentis: & *n.* 5. idem dicendum aſſerit contra principem, quod in ipſo principali. De interitu rei quinam teneantur, vel non, vide Andr. Fachin. *controv. juris lib.* 2. *c.* 72. 2 3 4 5 6

### SUMMARIUM.

1 *Solutio ſpontanea purgat metum adhibitum in promittendo, & actionem quod metus cauſa tollit: purgat vim, dolum, metum præcedentem, num.* 2. *Limita ut num.* 3.
4 *Metus per actum voluntarium purgatur, ſi intervenit ex intervallo.*
5 *Metus non præſumitur.*

### L. Cum te. II.

*Idem* A. *Alexandro.*

SPontanea ſolutio metum in promittendo adhibitum purgat, & actionem quod metus cauſa tollit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Vide *l. Hiſpan.* 28. *tit.* 11. *part.* 5. & *l.* 48. *tit.* 14. *eod. part.* ubi dicitur, quod ſolutio ſpontanea purgat vim, dolum, vel metum precedentem, in qua l. 48. Gregor. Lop. *gloſſ.* 2. hoc procedere ait, quia ſolutio ſpontanea, quæ ſequitur, tendit ad excuſationem actus præcedentis, neque ad aliud poteſt ordinari: non ergo procederet in alio actu ſequenti, qui non ordinaretur ad excuſationem præcedentis. Latè Vezin. & Fichard. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 51. *pag.* 328. ubi firmat concluſionem ex hoc text. deſumptam, quod metus purgatur per ſolutionem ſpontaneam ſubſequutam, & limitat procedere in ſoluto, ſecus in ſolvendo, vel ubi ageretur aliquo remedio poſſeſſorio, ſeu interdicto recuperandæ, & etiam in ſolutione, quæ tendit in præjudicium ſolventis, ſecus eſt receptione pretii, quæ tendit in favorem: limitat quoque quando tempore factæ ſolutionis ceſſabat metus, vel quando duraret eadem cauſa metûs, ſeu etiam quando ſolutio facta fuit tempore coactionis, vel modicùm poſt, Andr. Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 93. *n.* 29. Tiraquel. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloſſ.* 5. *n.* 21. & 22. Afflict. *deciſ.* 336. *n.* 7. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 42. Maſcard. *concl.* 1055. *n.* 35. Joſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ.* 18. *num.* 2. & 21. Aloyſ. Ricc. *collect.* 878. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo metus, n.* 13. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *ſup. hoc tit. reſol.* 1. Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom.* 3. *tit.* 1. *n.* 617. & 618. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *verbo metus, n.* 136. *cum ſeqq.* Mogol. *in tract. hujus tit. cap.* 12. *ex n.* 14. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 296. & *ſeqq.* & *conſ.* 410. *n.* 7. & *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 116. *num.* 35.

*n.* 35. ubi dicit, quod metum purgaſſe præſumitur ille, qui metu contraxiſſe dicitur, ſi ſponte ſolvit, vel exegit, vel alio modo obſervavit quod promiſit, Adrian. Pulvæ. *ad l. interpoſitas, in princ. de tranſact.* Azeved. *l.* 1. *n.* 194. *& ſeq. tit.* 21. *lib.* 4. *novæ Recop.* ubi dicit ſpontaneam ſolutionem metum purgare & dolum, Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. *n.* 380. ubi *n.* 381. ait textum *in præſenti*, in intervallo temporis conſiſtere, neque locum ſibi vindicare, ſi ſtatim quod fuit pecunia promiſſa, eſſet & ſoluta.

4 Notari ſolet hic text. ad hoc, quod metus, licèt à principio interveniat, tamen per actum voluntarium purgatur, ſi ex intervallo poſtmodùm intervenit, & tempore illo non durabat metus, nec ejus cauſa, ut per Pariſ. *conſ.* 76. *n.* 2. *vol.* 4. Bonacoſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 10. *n.* 49. Nam præſumitur ſemper durare metus quamdiu metum paſſus eſt in poteſtate, & cuſtodia ipſius metum inferentis, nec purgant illum metum quicumque actus voluntatis ſpontanei per ipſum metum paſſum quomodocumque facti. Everar. *conſ.* 4. *n.* 21. *inter conſil. Zileti, tom.* 2. Ego ipſe *in votis deciſivis Canon. voto* 1. *ex n.* 104. Alex. Trentacinq. *ver. reſol. lib.* 1. *ſub hoc tit. reſol.* 1. *n.* 15.

5 *Niſi & in ſolvendo vim te paſſum dicas*, &c.) Notatur ad hoc, quod metus non præſumitur, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 105. *num.* 1. *cum ſeqq.* Surd. *deciſ.* 194. *num.* 21. Farin. *fragm. crim. p.* 2. *verb. metus, num.* 167. *cum ſeqq.* meipſum *d. voto* 1. *n.* 97.

---

SUMMARIUM.

1 *Vendens metu, utili actione repetit oblato pretio, niſi obſtet præſcriptionis juſta exceptio, & n.* 2.

3 *Actio quæ ſequitur poſſeſſorem, non eſt merè perſonalis, ſed in rem ſcripta.*

4 *Actio* quod metus cauſa, *per tertium poſſeſſorem longo tempore præſcribitur, intellige ut num.* 5. *& reſolvitur num.* 6.

7 *Pretium quod reſtituendum ſit.*

8 *Uſucapit dominus revocabilis non rem ipſam, quæ jam ſua eſt, ſed actionem, per quam revocari poteſt.*

L. Si vi, vel metu. III.

*Imp.* GORDIANUS *A. Caio.*

1 VEndens metu fundum, utili actione repetit oblato pretio, niſi obſtet præſcriptionis juſta exceptio. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc leg. tom.* 1. *pag.* 85.

2 Vide *l. Hiſp.* 56. *tit.* 5. *p.* 5. ubi ſtatutum eſt reſcindi venditionem ſi fuit facta per vim vel metum, hoc jure probato, nec etiam valent acceſſoria ad firmitatem poſita, etiam juramento firmata. Tiraq. *de retractu lign.* §. 12. *gloſſ.* 1. *n.* 18. ubi dicit, quod ſi vi, vel metu fundum venditum emptor alteri vendidit, venditor poteſt à ſecundo emptore repetere, redito ei pretio, Boër. *dec.* 76. *n.* 8. Gam. *Luſit. deciſ.* 74. *n.* 2. ubi dicit, quod pretium eſt emptori, contra quem fertur ſententia annullationis venditionis.

3 *poſtquam placuit in rem quoque dari actionem.*) Notatur ad hoc, quod actio, quæ ſequitur poſſeſſorem, non eſt merè perſonalis, ſed in rem ſcripta, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 8.

4 *Longæ poſſeſſionis præſcriptione*, &c.) Notatur ad hoc, quod actio *quod metus cauſa*, per tertium poſſeſſorem longo tempore, ſcilicet, vel viginti annorum, præſcribitur, ut per Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 14. ubi advertit, quod licèt hæc actio duret triginta annis adversùs eum, qui metum incuſſit, tamen ſi res alteri fuit vendita, ea actio adversùs ipſum emptorem longo tempore extinguitur, Angel. *in* §. *quadrupli, n.* 4. *in fine, Inſtit. de action.* Sarmient. *lib.* 2. *ſelect. cap.* 11. *n.* 8. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 19. *verſ. nec quicquam facit*, Viv. *deciſ.* 707. *n.* 18. *lib.* 3. Mortaner. *in addit. ad Oliban. tit. de actionib. cap.* 9. *n.* 17. *p.* 1. latè Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *ſub hoc tit. reſol.* 2. *n.* 1. & 2. Pinel. *in Auth. niſi tricennale, n.* 35. *de bonis mat.* ubi allegato hoc text. dicit, quod tertius habens cauſam ab alio, etiam habente rem ab hærede, ordinariè uſucapiet.

Intellige hanc reſolutionem locum habere, ſi in hujuſmodi tertio poſſeſſore titulus, & bona fides intervenerit, ut tenet Alex. *in præſenti, n.* 6. quem ſequuntur Bald. *de præſcript. in* 1. *part. quartæ partis princip. in* 1. *quæſt. ſub n.* 3. Octavian. Cacheran. *deciſ.* 172. *n.* 14. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 2. *n.* 2. ubi *n.* 3. reſolvit, quod ſi tertius poſſeſſor, hoc eſt ſecundus emptor, ſciebat per metum primum emptorem emiſſe, ideſt coëgiſſe venditorem per metum ad vendendum, tunc in caſu iſto hujuſmodi ſecundus emptor, vel alius tertius poſſeſſor non præſcribit, cùm fuerit in mala fide. 5

Utrùm autem text. *in præſenti*, ſit correctus per *Auth. malæ fidei, de præſcript. long. temp.* diſputat Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 2. *n.* 4. ubi reſolvit, quod non eſt correctus, quando ille, qui per metum compulſus fuit ad vendendum, ſcivit per emptorem fuiſſe denuo alteri rem illam venditam, quia dicta Auth. non loquitur, nec locum habet quando dominus ſcivit alienationem factam fuiſſe. Quando verò ille, qui per metum compulſus fuit ad vendendum, ignoravit, & juravit, tunc non corrigitur hic text. per dictam Auth. ſecus ſi non juravit, & citat Ruin. *conſ.* 105. *n.* 16. *vol.* 1. 6

In gloſſ. *Reddito*, ibi, *Reſp. quod præſtitum eſt avo*, &c. Notatur ad hoc, quod reſtituendum eſt primum pretium tantùm, ſi minus eſt, ſi majus ſit, primum illud pretium, quia ſcilicet ſecundus minoris emerit, & illud quidem quod minus eſt, id eſt ſecundum pretium, ſi agens volet, reſtituet, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 12. *gloſſ. n.* 18. ubi poſt Petr. Cyn. & Raym. *in hoc text.* tenet illud omninò reſtituendum, quod à primo emptore fuit datum, ſive majus, ſive minus ſit; quia ſicut illi, ſi contra eum ageretur, illud primum pretium eſſet reſtituendum, ita quoque ſecundum, in quem primus totum ſuum jus tranſtulit, additque ex eiſdem Doctoribus, quod ſi poſſeſſor rei non habeat cauſam à primo emptore, non eſt illi reſtituendum pretium, cùm id non ob aliud repetat, quàm quod repræſentat perſonam prioris. 7

In gloſſ. *Munitus*, *fin.* ibi, *Præterea quia eſt dominus*, &c. Notatur, quod dominus revocabilis poteſt uſucapere, non rem ipſam, quæ jam ſua eſt, ſed actionem per quam revocari poteſt, ut per Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 2. *gloſſ. unic. num.* 45. 8

---

SUMMARIUM.

1 *Venditio metu juſto mortis, aut cruciatu corporis extorta, præſertim metu non purgato, nulla eſt.*

2 *Actio* quod metus cauſa, *elapſo anno in ſimplum datur.*

3 *Contractus meticuloſus, ſi ceſſante cauſa illationis metus fuerit poſtea voluntario aliquo acta corroboratus, validus efficitur, limita ut n.* 4. *& ſ.*

L. Si per vim. IV.

*Idem. A. Primo & Euthydico.*

1 VEnditio metu juſto mortis, aut cruciatu corporis extorta, præſertim metu non purgato, nulla eſt.

2 Item actio *quod metus cauſa*, elapſo anno in ſimplum datur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

3 *Et non poſtea eam conſenſu corroboraſtis*, &c.) Notatur ad hoc, quod ſi maiculoſus contractus ceſſante cauſa illationis metus fuerit poſtea voluntario aliquo actu corroboratus ac ratificatus, validus efficitur, ut
4 per Doctores citatos *ſupr. ad l. 2. hoc tit.* Quæ quidem concluſio limitatur ut non procedat, quando non fit ratificatio tempore habili, veluti ſi lege aliqua, vel ſtatuto determinatum eſſet tempus, intra quod deberet fieri? extra illud enim tempus non valet ratificatio. Joſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ. 18. n. 2. & 11.* Item limi-
5 tatur in contractibus ab initio nullis, quia ex actu ſubſequuto ex intervallo non dicitur purgatus metus ad hoc, quod actus ab initio nullus reconvalidetur, & ſit validus ex tunc, Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 1. ſub hoc tit. reſol. 1. n. 41. verſ. tertio.*

*Conſenſu*,) Ideſt, libero: nam ſi adhuc viget cauſa metûs conſenſus nihil operatur, ut per Boër *deciſ. 100. num. 15. & 16.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Actio* quod metûs cauſa, *competit tam ob venditionem coactam, quàm minori pretio factam; competit etiam ſi metum paſſus rem venalem & animum vendendi haberet, ſi vi, vel metu compulſus fuiſſet rem viliori pretio vendere, n. 2.*

## L. Non intereſt. V.

*Idem A. Rufo militi.*

1 ACtio *quod metûs cauſa*, competit tam ob venditionem coactam, quàm minori pretio factam. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. num. ſup. hoc tit.*

2 Ex hoc text. vulgò colligitur, competere actionem *quod metus cauſa*, etiamſi metum paſſus rem venalem & animum vendendi haberet, ſi vi, vel metu compulſus fuiſſet rem viliori pretio vendere, ut per Mench. *controverſ. uſufreq. lib. 3. cap. 65. à n. 4. uſque ad finem*, ubi quatuor adducit opiniones quoad quæſtionem, an in hoc caſu agendum ſit ad rem recuperandam, vel ad pretij ſupplementum, Primam Bart. & Angel. *l. in præſenti*, qui præcisè ad pretii ſupplementum actionem dari tenent, non tamen ad rem recuperandam. Secundam etiam & *in præſenti*, & Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. p. 3. c. 1. n. 22.* Tertiam verò inferenti metum ad libitum licere rem reddere, vel pretium ſupplere. Quartam è contrario. Quarum primam communem dicit ex Pinel. *ubi ſuprà* & pro eo allegat *gloſs. fin.* Bellap. Cyn. Balc. Salicet. Alex. & Fulgoſ. *hîc*, à qua unà cum Pinel. idem Mench. diſſentit, & ſecundam ſequitûr, videlicet ad rem conſequendam præcisè agendum eſſe, planéque probari inquit ex hac lege, quatenus dicit improbè factam in priſtinum ſtatum reponi, nonnulliſque rationibus comprobat.

---

## SUMMARIUM.

1 *Violentia non probatur ex ſola dignitate contrahentis, & n. 2.*

3 *Metus reverentialis per ſe ſolum non ſufficit ad reſcindendos contractus ſimili metu initos.*

4 *Metus reverentialis quibus caſibus videatur ſufficiens ad reſcindendos contractus tali metu initos.*

## L. Ad invalidam. VI.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Polliæ.*

EX dignitate ſola contrahentis violentia non proba- 1
tur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2
Ruin. *conſ. 121. lib. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 126. n. 8. & lib. 4. præſ. 11. n. 5.*

*Ad arguendum metum*, &c. Ergo metus reveren- 3
tialis per ſe ſolum ſufficiens non eſt ad reſcindendos ſimili metu initos contractus, de quo vide Afflict. *deciſ. 69. num. 4.* Bernard. *reg. 532.* Hippol. *ſing. 347. & conſ. 124. n. 16.* Bertach. *lit. M, verſ. metus non præſumitur, n. 10.* Roland. *conſ. 95. à n. 28. vol. 1. & conſ. 83. n. 28. vol. 2.* Cephal. *conſ. 62. n. 29. & conſ. 41. num. 45 vol. 1. & conſ. 592. n. 11. vol. 4.* Boër. *deciſ. 100. num. 11.* Grammat. *deciſ. 150. n. 4. & deciſ. 262. n. 1.* Capyc. *deciſ. 95. & deciſ. 159. num. 34.* Joſeph. Ludov. *Lucenſi deciſ. 18.* Xuar. *alleg. 24. ad fin.* Cov. *de ſponſal. part. 2. cap. 3. §. 6. n. 7. & 8.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 17. n. 11. 19. & 34.* Anton. Gom. *tom. 2. variar. cap. 24. num. 27.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 3. n. 9.* Maſcard. *de probat. concl. 1055. n. 17. & 22.* Paz. *conſ. 3. n. 53. & conſ. 5. n. 11.* Joan. Garcia. *reg. 314.* Menoch. *de arbitr. caſu 136. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 126. n. 12. & præſ. 127. num. 2. 8. & 9. & conſ. 1. n. 493. & 181. n. 88. vol. 2.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 1. n. 15. & conſ. 16. n. 16.* Azeved. *l. 1. n. 191. tit. 21. lib. 4. novæ Recop.* Matienz. *in Dial. relatoris, p. 4. cap. 20. num. 2. & in l. 11. gloſſ. 3. n. 2. tit. 1. lib. 5. novæ Recop.* Mandell. *conſ. 77. vol. 1.* Honded. *conſ. 29. n. 42. cum ſeqq. lib. 1.* Gam. *Luſit. deciſ. 350. n. 4. & deciſ. 262. n. 1.* Fachinæ. *controverſ. lib. 2. cap. 96.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo laſis, n. 40. de renovat. emphyt. q. 16. n. 59.* Cevall. *communium contra commun. quæſt. 727. n. 21. cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 23. q. 8.* Mogoll. *in tract. de metu, c. 4. §. 1.* Gabr. Pereira *Luſit. deciſ. 30. n. 2.* Surd. *deciſ. 513. n. 10.* Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 234. n. 5.* Decian. *conſ. 18. n. 127. vol. 1.* Joſeph. Seſſe *Arag. deciſ. 60. num. 11. tom. 1.* Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. collect. 154. & 1176. in fine.* Monter. à Cueva *Arag. deciſ. 33. n. 19. 31. & 32.* Sanchez *de matrim. lib. 4. diſp. 6. n. 7.* Caſtill. *lib. 3. quotid. cap. 1. n. 149.* Theſaur. *q. 51. lib. 1.* Alex Trentacinq. *var reſol. lib. 1. ſup. hoc tit. reſol. 1. n. 5. 7. &* Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ. 7. gloſſ. 2. part. 5. n. 34.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. M, verbo Metus, concluſ. 219. num. 8.* Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. M, n. 125.* Montaner. *de Oliban. de actionib. p. 2. lib. 1. cap. 9. n. 13.* Rebell. *de obligat. juſtit. lib. 1. quæſt. 5. n. 10. cum ſeqq.* Mart. *de ſucceſſ. legali, tom. 2. p. 4. q. 1. art. 6. num. 31.*

Tribus potiſſimùm caſibus hujuſmodi metus reve- 4
rentialis ſufficiens videri poteſt ad reſcindendos ſimili metu initos contractus.

Primus erit ſi preces immodicæ, nimiæ, inſtantiſſimæ, ſæpiùs inculcatæ, ac repetitæ cum reverentiali metu concurrant, ut latè Sanchez *dicto lib. 4. diſp. 7. per tot.* ubi poſtquam tres retulit opiniones, *in n. 7.* ſecundæ inhæret, dicens probabiliorem, videlicet hîc traditam, & ibi per eum citatis addo Alexand. Trentacinq. *cit. loco, reſol. 1. n. 7. verſ. idem eſt, & in verſ. ſublimita*, Mart. *de ſucceſſione legali, p. 4. q. 1. art. 6. n. 32. tom. 2.* Caſtill. *lib. 3. cap. 1. n. 105. cum ſeqq.*

Secundus, quando unà cum metu reverentiali concurrunt minæ, vel verbera, gloſſ. *verbo quolibet, in l. metus autem, ff. ex quibus cauſis major.* Covar. *de ſponſal. p. 2. cap. 3. §. 6. n. 4.* Xuar. *allegat. 24. ad fin.* Boër. *deciſ. 100. n. 11. & 12.* Cacheran. *deciſ. 279. n. 3. & 5.* Aloyſ. Ricc. *d. collect. 1176. ad fin.* Anton Gom. *tom. 2. var. cap. 14. n. 7.* Menoch. *conſ. 2. num. 493. & de arbitr. caſu*

*caſu* 136. *n.* 6. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 126. *n.* 24. *&* 25. Marienz *in Dial. relat. p.* 3. *cap.* 20. *n.* 2. *&* 3. Mogolon. *de metu, cap.* 2. §. 6. *n.* 39. *& cap.* 8. §. 3. *n.* 11. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 11. 18. *&* 19. Theſaur. *d. quæſt.* 51. *n.* 7. *lib.* 1. Caſtill. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 153. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *n.* 7. Marta *de ſucceſſ. legali, tom.* 2. *part.* 4. *q.* 1. *art.* 6. *num.* 29. *&* 31. Gabr. Pereira *Luſit. deciſ.* 30. *num.* 7.

Tertius quando unà cum metu reverentiali, ſeu debita reverentia, concurrit in contractu, ſeu actu enormis vel enormiſſima læſio, ſeu ultra dimidiam; quia tunc contractus reſcinditur, quamvis ſit corroboratus juramento, & nullæ probentur minæ, ſeu verbera, & adfuerit præſentia judicis, ſeu propinquorum: vide Cov. *d.* §. 6. *n.* 4. Padil. *in l. interpoſitas, n.* 21. *de tranſact.* Sebaſt. Medic *de caſib. fort. part.* 1. *q.* 7. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. caſu* 136. *n.* 9. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 126. *n.* 17. *& præſ.* 127. *n.* 14. *& lib.* 4. *præſ.* 328. *n.* 9. *&* 10. Mogoll. *dict. cap.* 4. §. 1. *n.* 10. Surd. *conſ.* 395. *n.* 29. *& conſ.* 480. *n.* 14. *conſ.* 433. *n.* 36. *& deciſ.* 194. *n.* 20. Cevall. *q.* 727. *n.* 21. *&* 25. Amatis *deciſ.* 47. *n.* 10. Flores de Mena *in addit. ad Gam. deciſ.* 251. Morquech. *de diviſ. bonorum, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 42. *& lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 60. Sanch. *d. diſp.* 6. *n.* 15. Farin. *d. lit. M, à n.* 130. Caſtill. *d. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 155. Cancer. *var. tom.* 3. *cap.* 1. *de action. & obligat. à n.* 86. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *n.* 8. Pontan. *d. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *p.* 9. *à n.* 48. Benechend. *ad Seraphin. de privileg. juramenti, privil.* 110. *n.* 12.

---

SUMMARIUM.

1 *Contractus quilibet juſto metu celebratus, ſive ſit hinc inde obligatorius, ſive ex altera tantùm parte reſcinditur.*
2 *Metus contractum donationis nullum reddit, & invalidum.*
3 *Donatio eſt contractus.*
4 *Tranſactio metu facta nulla eſt.*
5 *Stipulatio eſt contractus.*
6 *Minæ capitales dicuntur periculum, quo quis metuit jacturam libertatis, aut timet incurrere in pœnam legis, qua civitas amittatur.*
7 *Contractus probabili metus ſuſpicione initi reſcinduntur.*
8 *Compulſus, aliquid faciens aut metuens ne compellatur. idem eſt.*

L. Si donationis. VII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Cotui.*

1 QUiliber contractus celebratus juſto metu, ſive ſit hinc inde obligatorius, ſive ex altera tantùm parte, reſcinditur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 *Si donationis* &c.) Notatur ad hoc, quod metus reddit contractum donationis nullum, & invalidum, ut per Roland. *conſ.* 2. *n.* 47. *cum ſeqq. lib.* 1. Sebaſt. Medic. *de caſibus fort. p.* 1. *q.* 7. *n.* 30. Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. lit. M, concl.* 221. *n.* 11. quos refert, & ſequitur Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. M, n.* 24.

3 Et notatur ad hac, quod donatio eſt contractus, de quo vide Tiraq. *de jure mariti gloſſ.* 5. *num.* 43. *&* 44. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 3. *à princip.*

4 *Vel tanſactionis*, &c.) Notatur ad hoc, quod tranſactio metu facta nulla & invalida eſt, ut per Sebaſt. Medic. *d. quæſt.* 7. *num.* 52. Card, Tuſch. *d. lit. M, concluſ.* 215. *& concl* 221. *n.* 14. Farin. *d. lit. M, n.* 36. Et vide poſita *in collect. ad l. interpoſitas, de tranſact.*

5 *Vel ſtipulationis*, &c.) Ergo eſt contractus. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 6.

6 *Capitales minas* &c.) Dicuntur in hoc text. periculum, quo qui metuit libertatis jacturam, aut timet incurrere in pœnam legis qua civitas amittatur: ita Azor *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 1. *c.* 10. *q.* 8.

7 *Pertimeſcendo.*) Notatur ad hoc, quod contractus probabili metûs ſuſpicione initi reſcinduntur, ut per Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuit. p.* 1. *q.* 7. *n.* 7. *verſ.* 16. Grammat. *deciſ.* 5. *n.* 5. 7. 8. *&* 9. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tract. de reſciſſione contractus, gloſſ.* 12. *n.* 6. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 6. Paz. *conſ.* 25. *in fine*, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1055. *n.* 26. *&* 49. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 13. *in fine, & n.* 14. ubi ait idem eſſe ſi quis faciat aliquid compulſus, aut metuens ne compellatur, Cacheran. *deciſ.* 107. *n.* 3. Gabr. Pereira *Luſit. deciſ.* 30. *n.* 4. *&* 5. Fontanel. *de pactis nuptialib. clauſ.* 7. *gloſſ.* 2. *n.* 75. Mogollon. *de metu, c.* 2. §. 6. *à n.* 1. Joſeph. Ludovic. *Lucenſi deciſ.* 18. *n.* 6. *&* 7. & faciunt per me tradita *in votis deciſ. canon. voto* 1. *n.* 29.

---

SUMMARIUM.

1 *Venditio facta ne quis ad civilia trahatur munera, non reſcinditur per actionem* quod metus cauſa.
2 *Metum allegans neceſſariò tenetur illum probare.*

L. Cùm te. VIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Tryphonio.*

1 VEnditio facta ne ad civilia munera quis trahatur, non reſcinditur per actionem *quod metus cauſa.* Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Vulgò citari ſolet hic text. ad hoc, quod metum allegans, neceſſariò illum tenetur probare, ut per Cov. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 3. §. 4. *n.* 1. Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 14. *n.* 27. *prope fin.* Sebaſt. Medic. *de caſibus fortuitis, p.* 1. *q.* 7. *n.* 5. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tract. de reſciſ. contract. gloſſ.* 12. *n.* 11. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 228. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 126. *n.* 1. *& præſ.* 127. *n.* 1. Decian. *conſ.* 18. *n.* 131. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 1055. *n.* 1. Magoll. *de metu, cap.* 10. §. 1. *n.* 7. Surd. *conſ.* 513. *n.* 9. *& conſ.* 427. *n.* 47. *& deciſ.* 194. *num.* 21. Theſaur. *lib.* 1. *n.* 2. *in fine* Cacheran. *deciſ.* 142. *n.* 7. Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. lit. M, concluſ.* 215. *n.* 35. *& concluſ.* 223. *n.* 1. *&* 17. *& concl.* 224. *ex num.* 1. Cardin. Manic. *deciſ.* 142. *n.* 1. Montaner. *in addit. ad Oliban. de action. p.* 2. *lib.* 1. *cap.* 9. *cum.* 7. Carol. de Graſſis *de except. except.* 11. Weſembec. *in paratit. hujus tit. n.* 6. Farin. *fragm. crimin. part.* 1. *lit. M, n.* 167.

---

SUMMARIUM.

1 *Metus non jactationibus, ſed facti atrocitate probatur.*
2 *Minas jactans, aut parum exequutioni mandans, metum non incurrit cadentem in conſtantem virum.*
3 *Metus non probatur ſola proteſtatione.*
4 *Ad metûs probationem leviores ſufficiunt probationes.*

L. Metum. IX.

*Idem* AA. *&* CC. *Himnodæ.*

1 METus non jactionibus, ſed facti atrocitate probatur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Probat hic text. quod jactans minans, faciléque ira depoſita, nihil, aut parum exequutioni mandans, metum non incurrit cadentem in conſtantem virum, ut per multos quos plena manu refert Sanchez *de matrimonio*

*trimon. lib.* 4. *disp.* 1. *n.* 20. ubi *n.* 19. dicit, quod ad metum gravem requiritur ut metum incutiens potens sit minas executioni mandare, non enim est viri constantis ac fortis quibuscumque terreri minis. Hinc jactationem non probare, minúsque facere indicium ad torturam contra jactantem, per hunc text. probat Mascard. *de probat. conclus.* 871. *n.* 1. ubi *n.* 2. rationem assignat, quia sæpe minus faciunt homines, quia magna minantur: & *num.* 4. limitat quando qualitas personæ aliud indicaret, vel fuerit consuetus minas exequi.

3 Notatur etiam ad hoc, quod sola protestatio metum non probat, nisi & alia concurrant, ut minæ, verbera, læsio, & alia. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo Metus, n.* 2. Surd. *cons.* 395. *num.* 26. Mascard. *concl.* 1055. *n.* 9. Cardin. Tusch. *pract. conclus. verbo Metus, conclus.* 224. *c.* 18. Benechend. *in addit. ad Serap. de privileg. juram. privil.* 110. *n.* 20. Mogoll. *de metu, cap.* 30. §. 3. *n.* 16. *vers. resoluto*, hanc amplectitur opinionem, saltem, quando sequuta est protestatio incontinenti post factum & Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *sub hoc tit. resol.* 1. *n.* 38. *vers.* 2. hanc tenet, quando actus pendet à duorum voluntate, si tamen protestatio non
4 fiat in ipso actu, parte præsente.

Ad metûs probationem, cum sæpe sæpiùs occultè & intra domum, ac privatos parietes inferatur, leviores sufficiunt probationes, probatúrque conjecturis, præsumptionibus, ac indiciis Roland. *cons.* 23. *num.* 33. *lib.* 2. Boër. *decis.* 100. *c.* 8. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præsumpt.* 7. *in princip.* Covar. *de sponsal. p.* 2. *cap.* 3. §. 1. *n.* 10. Burg. de Paz. *cons.* 3. *n.* 38. & *cons.* 7. *num.* 10. Surd. *cons.* 395. *n.* 25. Guttier. *cons.* 16. *n.* 4. Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 17. *à n.* 32. Sebast. Medic. *de casibus fortuitis, p.* 1. *q.* 7. *n.* 7. *vers.* 22. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *sub hoc. tit. resol.* 1. *n.* 2. & 24. Mascard. *de prob. cons.* 1056. *n.* 3. Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib.* 13. *quæst.* 1. *n.* 99. Theasaur. *lib.* 1. *quæst.* 51. *n.* 22. Card. Mantic. *decis.* 112. *n.* 12. Marta *voto* 64. *n.* 5. Monter. à Cueva. *Aragon. decis.* 32. *n.* 32. & *decis.* 45. *in resp. pro amita part.* 1. *n.* 62. *cum seq.* Cacheran. *decis.* 177. *n.* 1. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 7. *gloss.* 2. *part.* 1. *n.* 39. Cardos. *in praxi Judicum, & Advoc. verbo metus. n.* 7. Castill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 1. *n.* 84. *cum seqq.*

---

SUMMARIUM.

1 *Accusationi institutæ, aut instituendæ timor non prodest ad rescindendam venditionem.*

2 *Statutum ita conditum, ut videatur dare licentiam occidendi alium ad privatam vindictam, tanquam nutritivum peccati non valebit.*

3 *Metum non dicitur pati qui est incarcere respectu judicis.*

L. Accusationis. X.

*Iidem.* AA. & CC. *Faustinæ.*

1 ACcusationi institutæ, aut instituendæ timor ad rescindendam venditionem non prodest. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc. tit*

In gloss. *Est desiderium, in fine*, ibi, *secus ubi deprehendo in adulterio*, &c.) Notatur ad hoc, quod si statutum conditum sit ut videatur dare licentiam occidendi alium ad privatam vindictam, tanquam nutritivum peccati non valebit, ut per D. Barbos. *in l. si ab hostibus, §. fin. n.* 44. *vers. infertur etiam. ff. soluto matrimonio*, ubi hinc, infert, quod in dubio non valebit prædictum statutum, cum in dubio semper quis credatur occidere ob privatum odium, & non ob publicam vindictam.

In eadem gloss. ibi *nam ibi possum, vel non possum jure occidi.* Hanc glossam ad hoc regulariter veram non esse, & debere declarari cum Castr. *hic ad fin.* advertit D. Barbos. *loco citato, sub n.* 57. *vers. neque etiam obstat*, subditque ibi illud in confesso esse, quod si post auditos adulteros judex eos condemnavit, & exequutorem mortis fecit maritum, valebit lex, neque maritus tunc occidendo peccabit, cum tunc manifestè occidat condemnatos, & auditos, tanquam minister legis.

In eadem gloss. ibi, *item quia non est ibi minister legis ut judex.* Notatur ad hoc, quod ille, qui est in carcere, non dicitur pati metum respectu judicis, ut per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 67. *n.* 29. ubi subdit hoc non procedere in his judicibus, & Potestatibus oppidorum atque villarum, qui habent vultum terribilem, & solent metum incutere. 3

---

SUMMARIUM.

1 *Venditio celebrata per impressionem officialis rescinditur, nec restituitur pretium, & n.* 2. *intellige ut num.* 3.

4 *Subditi si timeant, & vexationem suam redimant aliquid præstando, per talem præstationem jus non acquiritur.*

L. Si per impressionem. XI.

*Idem* CONSTANTINUS A. *ad Evagrium. P.P.*

VEnditio celebrata per impressionem officialis rescinditur, nec pretium restituitur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 5. *tit.* 5. *part.* 5. ubi Gregor. Lop. *gloss.* 6. ubi intelligit etiamsi modicum sit officium: idem Greg. Lopez *l.* 6. *in gloss.* 2. *col.* 3. *in princ. tit.* 25. *part.* 4. ubi ait, quod si subditi timeant, & vexationem suam redimant aliquid præstando, per talem præstationem jus non acquiritur. Joannet. *rerum quotidian. cap.* 44. Cald. Pereira *post quæst. forens. cons.* 34. *n.* 13. Vide *ad tit. & l.* 2. *de contractib. judicum*, ubi latè. 2 3 4

---

SUMMARIUM.

1 *Venditiones, donationes & transactiones per potentiam extortæ, nullæ sunt.*

2 *Metum gravem non inferunt preces Principis, ac Superioris non soliti tractare tyrannicè.*

3 *Tò* Extorquere. *significat violentiam.*

4 *Potentior quis sit.*

L. Venditiones. XII. & ult.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *ad Populum.*

VEnditiones, donationes, & transactiones per potentiam extortæ, nullæ sunt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n* 1. *sup. hoc tit.* 1

Notatur hic text. à contrario sensu ad hoc, quod preces Principis ac Superioris non soliti tyrannicè tractare sibi acquiescentes, non inferunt gravem metum, ponderando dictionem, *extortæ*: nam *extorquere* violentiam significat; ex quo perspicuè apparet solam potentiam absque tali extorsione non sufficere. Ita Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disp.* 7. *n.* 1. breviter Castill. *lib.* 4. *quotid. cap.* 1. *n.* 122. *in fine.* 2 3

*Quæ per potentiam*, &c.) Potentior quoad hoc propositum ille dicitur, qui Reipubl. administrationi admotus publico officio fungitur, ut per Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap.* 1. *n.* 6. ubi *n.* 9. utroque loco citato ex hoc text. tenet, quod familiaritas etiam, seu commensalitas reddit quem potentiorem. 4

De

## De dolo malo.

## Tit. XXI.

SECUNDA reſtitutionis cauſa eſt dolus malus. Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circunveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita, *ff. hoc tit. l. 1. §. dolum.* Dolus bonus eſt, ut militare ſtratagema, *d. l. 1. §. non fuit.* Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Butrigar. Alberic. Bellapert. Angel. Jaſ. Fulgoſ. Alexand. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſtian. Næv. Item Cujac. Pac. & Weſemb.

De materia tit. vide Celſum Bargalium *in ſpeciali tract. de dolo*, Bellacomb. Suar. & alios *tom 1. commun. opin. lib. 2. tit. 11. pag. 328. cum ſeqq.* Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 1. ſub tit. de dolo, pag. 190.* Maſcard. *de probat. concl. 531. cum duabus ſeqq.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 39. art. 3.* Farin. *in praxi crimin. q. 87. 88. & 89. & fragment. crim. part. 1. verbo dolus, à n. 147. uſque ad 192.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo dolus*, D. Barboſ. *in prælud. l. ſi mora, n. 33. cum ſeqq. ff. ſoluto matr.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſ. 3.* Arim. Tepat. *variar. ſentent. tit. 154. de dolo malo, & ejus exceptione, & fraude.*

### SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor pignora à creditore empta, debitori oblato prætio ſortis, & uſurarum reddit, & n. 2.*

3 *In fidejuſſore qui rem pignori obligatam emit à creditore, præſumitur dolus.*

4 *Fidejuſſor qui rem pignoris jure obligatam emit, à creditore conventus, oblato omni debito, rem ipſam reſtituere cum fructibus cogendus eſt actione de dolo.*

### L. Si fidejuſſor. I.

*Impp.* SEVERUS, *&* ANTONINUS AA. *Clementiæ.*

1 Fidejuſſor pignora à creditore empta, debitori oblato pretio ſortis & uſurarum reddit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bartol. Butrigar. Alber. Bellapert. Bald. Angel. Jaſ. Caſtr. Fulgoſ. Alexand. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. poſt omnes Hubert. Giphan. *ad hanc l. tom. 1. pag. 89.* Remiſſivè Caſſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit *l. Hiſpan. 45. tit. 13. part. 5. ubi gloſſ. 1.* Cujac. *lib. 3. obſerv. 37. n. 20. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 532. n. 92.* ubi quod præſumitur dolus in fidejuſſore, qui rem pignori obligatam emit à creditore, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 459. n. 26. cum ſeqq.* ubi ait, quod hic fidejuſſor emit rem debitoris, & magis videtur licere quàm emere propter fidem debitam debitori: additque in pignoribus hoc ideo eſſe, quia fidejuſſor debet pignora relevare, ne pereant, aut vendantur, non autem emere ad propriam utilitatem.

4 *De dolo poſſit actio exerceri.* ) Apertè probat hic text. fidejuſſorem, qui rem pignoris jure obligatam à creditore emit, conventum, oblato omni debito, rem ipſam reſtituere cum fructibus cogendum eſſe actione de dolo. Paulus autem *in l. ſi mandato, §. Paulus reſpondit, ff. mandati*, fidejuſſorem ipſum ad id actione mandati perſtringendum apertiſſimè docuit. Ad quorum jurium conciliationem multi multas exquiſierunt ſolutiones. In primis tota ferè Ordinariorum ſchola; & inprimis Accurſ. *in præſenti, verſ. de dolo, & in d. §. Paulus, verſ. debitoris, ad fin.* Bart. *hîc* Bald. *ibidem in fine*, & Sichard. etiam *hîc, n. 10.* necnon, *in d. §. Paulus*, Angel. Cyn. Fulgoſ. Odofred. & Butrig. intelligit, quod illa verba, *de dolo*, de quibus *in præſenti* intelligenda ſint, quod detur actio mandati in caſu *d. §. Paulus*, propter dolum.

Cujac. *lib. 3. obſerv. 25. ad fin.* his verbis de conciliatione horum jurium agit. Ejuſdem generis eſt *l. 1. de dolo*, quod niſi dicamus, vehementer pugnabit cum *l. ſi mandato Titii*, §. 1. *ff. mandati*, & ſanè non de prætoria de dolo actione quæ ſubſidiaria eſt actio, ſed de mandati actione, ut Joâni Azoni, & Accurſio viſum eſt, eâm *l. 1. de dolo*, accipiendam eſſe, illa verba indicant, *fidei ruptæ gratiâ*; in directis enim actionibus bonæ fidei fide rupta agitur, *l. ei apud quem ff. depoſiti*; & ideo actiones de fide mala dicuntur à Marco Tullio, *in 3. de natura Deorum.* Hæc eſt igitur ſententia *d. l. 1.* ob fidem mandati ruptam debitorem actione mandati (cui ut in omnibus bonæ fidei judiciis de dolo actio ineſt) cum fidejuſſore agere, qui pignus emit à creditore, neque id omni oblato debito cum fructibus debitori reſtituit. Hactenus Cujac. quem ſequutus eſt Jul. Pac. *cent. 2. tit. de dolo, quæſt. 74.*

Anton. Fab. *de erroribus pragm. decade 9. errore 4. in princip.* alio modo ſuprà dicta reſponſa conciliare ſtuduit. Tradidit enim diſpoſita in prædictis jutibus minimè eſſe contraria, quoniam in debitoris ejuſdémque actoris electione, & arbitrio eſt utra malit experiri, videlicet an actione mandari, an de dolo, cùm utraque ſit ejuſdem poteſtatis, eúmque effectum habeat etiam quoad infamiam irrogandam.

Domin. Arumæus *in ſuis diſp. in Pandectas, diſp. 12. theſi 14.* meliùs ad ſupradicta reſponſa quandam præſtitit conciliationem: libet autem ejus expreſſa verba tranſcribere. Putarem ſic dici poſſe in ſpecie *d. l. 1. de dolo*, fidejuſſorem ad tempus fidejuſſiſſe, eóque elapſo pignora emiſſe. Quæ reſponſio ut facilis, ita quæſtioni optimè conveniens. Excipiebat etiam fidejuſſor, ſe jam pignora, non ut fidejuſſor, ſed ut alius quivis extraneus emiſſe, ut ſic nullo modo ad eorum reſtitutionem urgeri poſſit. Replicabat actor, idémque debitor, in contractu fidejuſſionis, & maximè tempore finito bonam fidem exigit, ut ex re debitoris nullum lucrum capiat, *l. 2. l. 4. §. 1. ff. de diſtract. pign.* Huic quæſtioni reſpondentes Imperatores reſcribunt, non quidem mandati judicium ſupereſſe, verùm conſultius (quod verbum ponderandum eſt in hoc caſu) fidejuſſorem facere, ſi reſtituat, ne videlicet eo refragante fidei ruptæ de dolo poſſit actio exerceri. Hactenus Arumæus.

### SUMMARIUM.

1 *Actio de dolo cum alia non concurrit, & cauſa cognita competit. An concurrat cum præſcriptis verbis, remiſſivè num. 2.*

### L. De dolo. I I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Agrippæ.*

ACtio de dolo cum alia non concurrit, & cauſa cognita competit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Vide Bart. *in l. civitas, n. 9. ad. fin. ff. ſi certum petatur.* Alciat. *paradox. lib. 2. cap. 10. col. 2.* An hæc actio de dolo concurrat cum præſcriptis verbis, vide latè diſputantem Ferdin. de Mendoſa *diſputationum juris civilis in difficiliores leges, ff. de pactis, lib. 3. cap. 4. num. 17.* 2

SUMMARIUM.

1 *Absenti Reip. causâ agendi tempora ante reditum, & liberam facultatem non currunt.*
2 *absenti tempus deducitur de tempore utili.*

L. Non potest. III.

*Imp.* GORDIANUS *A. Aquilino.*

1 ABsenti Reip. causâ agendi tempora ante reditum,
2 & liberam facultatem non currunt. Item de utili tempore deducitur absentiæ tempus. Colligunt ex Ord.Doct.citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *In contractu* facio ut des, *ubi non servatur fides faciendi, & repetitioni locus non est, datur actio* de dolo *ad id quod interest ejus illud factum non præstitisse,n.5.*
2 *Actio* de dolo *datur in contractu* facio ut des.
3 *Actio* præscriptis verbis & de dolo, *datur ad interesse.*
4 *In contractu* facio ut des, *fide non servata, auctore Præside fidem servaturus rem retinet.*

L. Cùm proponas. IV.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Menandræ.*

1 IN contractu *facio ut des*, ubi non servatur fides faciendi, & repetitioni locus non est, datur actio *de dolo* ad id, quod interest ejus illud factum non præsti-
2 tisse. Item actio *de dolo* datur in contractu, *facio ut des*, actio *præscriptis verbis*, & *de dolo*, datur ad inter-
3 esse. In contractu: *facio ut des*, fide non servata, au-
4 ctore Præside fidem servaturus rem retinet. Colligunt ex Ord.Doct.citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Hubert.Giphan.*ad hanc l.tom.1.pag.89.*

5 Vide pro intellectu hujus text. Alciat.*lib.5.paradox. cap.* 7. ubi dicit in contractu, *facio ut des*, actionem præscriptis verbis non competere, sed actionem *de dolo*, quod ea ratione statutum fuisse asserit, quia cùm facta, ut in plurimum, repeti non possint, lex generaliter introduxit ut ageretur de dolo, sicut probat text. *in præsenti*,ubi quia factum illud manumissionis repeti non potuit, respondit Imperator actione *de dolo* competete Corras. *lib. 2. miscel. cap.* 10. *num. fin.* & Wesemb. *in paratit.l. juris civilis, lib.* 19. *Digestor. tit.5. de præscript. verbis,n.5. & 6.* dicunt, quod cùm actio *præscriptis verbis* sit civilis, nec detur, nisi in negotiis, quæ vicina & proxima sint civilibus habentibus nomen, non potuit competere in contractu innominato, *facio ut des*, quia non est reducibilis ad contractum nominatum; considerant enim quod contractus nominatus, *do ut facias*, veluti do scyphos ut tabulas pingas, rectè locationi comparatur; è contra autem tabulas pingo ut scyphos mihi des, locationi comparari non posse: quare cum in civilibus nullum sit adjumentum confugiendum est ad subsidiaria judicia, & sic actionem *de dolo*, & *in factum* prætoriam. Anton. de Leno *in l. cùm motas 4. sup. de transact.* existimat, quod ad hoc ut *in facio ut des*, competat actio *de dolo*, oportet, quod duo concurrant, primum, quod factum nequeat infectum fieri: secundum, quod implens *in facio ut des*, nullam senserit ex facto suo læsionem. Post omnes doctissimus Ferdinandus à Mendosa *disputationum juris civilis in difficiliores leges, ff. de pactis, lib.* 3. *cap.4.n.27.* ita concludit. Ad quintum de text.*in l.cum proponas, de dolo*, rejectis Accursij,Bartoli, Baldi Alberici, Claudii,Decii, Jasonis,& reliquorum interpretationibus,partim negantium in casu illius textus non esse contractum *do ut des*, sed *facio ut des*, partim id affirmantium: dices tu, quod sive sit contractus, *facio ut des*, vel *do ut facias*, vel *facio ut facias*,ad producendam actionem *de dolo*, nihil interest, cùm ex omnibus innominatis æqualiter cùm dolis principaliter arguitur, actio nascatur, ut *suprà* dictum est: quare non mirum erit si in casu illius textus, etiamsi contractus esset *do ut des*, cùm dolus argueretur, quod est subjecta materia,ex terminis habilibus(qui semper supponendi sunt) colligi potest actionem *de dolo* competere.

SUMMARIUM.

1 *Transactio velet inter patrem & filium emancipatum tutelæ per patrem administratæ.*
2 *Dolus patris purgatur per actionem in factum.*
3 *Novatio legitima confirmata per acceptilationem, actionem pristinam perimit.*
4 *Contra Novationem & acceptilationem ob læsionem immodicam filio contra patrem non doli, sed verecundiæ causa actio in factum competit.*
5 *Pater tutor, aut curator filii tenetur reddere rationem, ut quilibet alius tutor, aut curator.*
6 *Contractus cum patre gestus rescinditur per actionem in factum.*
7 *Dolus præsumitur ex enormissima læsione.*
8 *Transactione bona fide à patre cum filia emancipata, ex immodica læsione rescinditur, intellige ut n.9.*
10 *Læsio immodica quæ sit.*

L. Si superstite. V.

*Iidem* AA. & CC. *Amphidrosæ.*

VAlet transactio inter patrem & filium emancipa- 1
tum ratione tutelæ per patrem administratæ.Item dolus patris purgatur per actionem in factum.Item no- 2
vatio legitima per acceptilationem confirmata perimit 3
actionem pristinam. Ita contra novationem & accep- 4
tilationem ob læsionem immodicam filio contra patrem non doli, sed verecundiæ causâ in factum actio cõperi .Colligũt ex Ord.Doct.citati *ad l.1.n.1.sup.hoc tit.* 5

*Per legitimum tutorem patrem*, &c.) Notatur ad hoc, quod pater tutor,aut curator filii tenetur reddere rationem, ut quilibet alius tutor, aut curator: ita Tiraq.*l.si unquam de revocand.donat.in præf.n.29.*

*Quod si pactum tantum*, &c.) Notatur ad hoc, quod 6
per actionem in factum rescinditur contractus cum patre gestus, ut per Cald. Pereira *in l. si curatorum, verbo læsis,n.156.de in integ.restit.minor.*

*Sanè si læsa es immodicè*, &c.) Notatur ad hoc, quod 7
dolus præsumitur ex enormissima læsione, ut per Cov. *in cap. quamvis pactum, p.3.§ 4.n.5.& lib.2.var.cap.* 4. *n.* 5. Cravet. *cons.* 142.*n.*22.*& cons.*192. *sub n.* 6. *vers. tertiò principaliter.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo dolus, el* 2. *& verbo læsio* 1. ubi dicit, quod læsio demonstrat dolum. Mascard. *de probat. concl.*531. *n.* 25. nbi ait per hunc text. quod dolus præsumitur quando quis aliquem in pretio læserit ultra dimidiam. & *concl.* 1051. aliàs 1055. *n.* 15. tenet, quod metus præsumitur cùm ex actu gesto ingens damnum appareret, vel fieret inter personas,inter quas reverentia præsumitur.

Ad intellectum vide Cardin. Mantic. *de tacitis, &* 8
*ambig. convent. tom.* 2. *lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 5.*&* 24.ubi 9
ait, quod in hac l.deciditur, quod transactio bona fide facta à patre cum filia emancipata,ex immodica læsione rescinditur, quod intelligitur quando dolus patris ex proposito intercessit, quoniam hîc dicitur non de

dolo

dolo proprer paternam verecundiam, ſed in factum actionem filiæ, quæ læſa eſt immodicè, tribuendam eſſe; & ideo tranſactio intelligitur facta bona fide ex parte filiæ, non patris, quia tunc non poſſet dubitari an eſſet tribuenda actio de dolo, & conſequenter in ejus locum ſine dubio daretur actio in factum: ex quo ſequitur, quod ſi dolus ex propoſito non interceſſerit, tranſactio ex immodica læſione reſcindi non poſſet. Item ſi filia dolo patris in tranſactione immodicè læſa
3 eſt, actione in factum ſolummodò ei ſuccurritur, quæ ſubrogatur in locum actionis de dolo quæ propter reverentiam patri debitam non datur, *l. non debet, ff. de dolo*; ergo ſequitur, quod propter immodicam læſionem tranſactio non poſſit reſcindi ex *l. 2. de reſcind. vendit.* & qui interpretantur immodicè, non tamen infra dimidiam, verbis hujus l. vim facere videntur.

4 Ad idem conſulendus eſt Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, p. 1. cap. 8. n. 109. ff. de juſt. & jure*, ubi ita eleganter loquitur. Nec *l. ſi ſuperſtite, de dolo*, loquitur in læſione enormiſſima, immò immodicam læſionem, de qua *ibi*, illam intelligit gloſſ. *verbo immediatè* quæ ultra duos aureos erat, in quo tamen gloſſ. & Doctores eam *ibi* ſequentes confutat. Pinel. *in d. l. 2. par. 1. cap. 4. n. 24.* ubi læſionem de qua *ibi*, ad grandem refert, de qua *in d. l. 2.* ponderans utramque legem eoſdem habere auctores, Utcunque verè circa hoc res ſe habeat, immodica læſio, de qua *in d. l. ſi ſuperſtite*, ad enormiſſiam tantùm ſine magnifeſta violentia textus reſtringi nequit, nec eam etiam ad enormem reſtringo, ſecundùm terminos *d. l. 2.* itaut non aliàs actio in factum, de qua *ibi*, filiæ læſæ competeret adversùs patrem, quàm data læſione ultra dimidiam juſti pretii; ſed gloſſæ protiùs, verbo *ſi læſa*, ſententiam probo, quæ tenet dolum ibi interveniſſe dantem cauſam contractui, quo nempè dolo filia inducta fuit ad tranſigendum: quam receptiorem eſſe interpretationem fatetur Pinel. *d. cap. 4. n. 22. ad fin.* Quod verò dolus, de quo *ibi*, ad hanc doli ſpeciem pertineret, ex eo colligo, quia pater adminiſtrationis bonorum filiæ liberationem ab ea modico dato extorſit, ut text. probat. Unde quia de præteritis præſumitur ex ſubſequentibus, *cap. cùm per bellicam. prope fin. 34. q. 2.* tradunt gloſſa & ſcribentes *in cap. ſcribam, de præſumpt. l. Julianus*, §. *proinde, inf. ad ſenatuſconſ. Macedon.* Dec. *conſ. 283. col. 5. prope fin.* non temerè præſumitur patrem filiam ad tranſigendum dolo induxiſſe, quo prætenſam ab ea liberationem obtineret: atque ita dolo inducit ad tranſigendum, quæ aliàs de tranſactione non curabat, ſecundùm gloſſ. communiter receptam: & dolus quidem conijcitur ex immodica læſione illata filiæ, cujus ille tutelam geſſerat, & bona adminiſtraverat. Læſionem verò nec enormiſſimam, nec enormem tantùm requiro ad doli conjecturam eliciendam in caſu illius text. ſed eam judicis arbitrio relinquo cum gloſſ. *ibi*, dicto verbo *immodice*, in ſecunda interpretatione, ſicut & aliàs ſæpe relinquitur ſecundùm receptas traditiones, quarum *ſuprà* meminimus, itaque inſpecta perſonarum, negotii, ac rerum qualitate æſtimabit judex, an immodica læſio ſit, ex qua reſultet præſumptus dolus, qui ex perſpicuis indiciis probatur, juxta reg. *l. dolum ff. de dolo*, quam bene exemplificat. Pinel. *d. c. 4. n. 23.* in ſpecie *d. l. ſi ſuperſtite*. Hactenus Benedict. Ægidius.

---

## SUMMARIUM.

1 *Doli ex indiciis perſpicuis probatio, & num. 2. Amplia ut num. 3.*

4 *Dolus non præſumitur in dubio. Ex quibus præſumptionibus arguatur, remiſſivè n. 5.*

6 *Indicia perſpicua quæ ſint, proponitur mens auctoris, num. 7.*

8 *Indiciæ arguentiæ verum dolum qualia eſſe debeant.*



### L. Dolum. VI.

*Idem* AA. & CC. *Hymnodæ.*

1 DOlus ex indiciis preſpicuis probatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *d. l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Boër. *deciſ. 100. n. 2. & ſeq.* Anton. Gom. *l. 9. Tauri. n. 25.* Herculan. *de negativa, n. 275. ad finem*, Joan. Bapt. Lup. *de uſuris, commento 2. §. 1. num. 51.* Baiard. *ad Clar. §. fin. q. 58. n. 52.* Maſcard. *de probat. concl. 530. n. 1. cum ſeqq.* Menoch. *rem. 3. recup. 617. in fine, & de arbitr. caſu 116. ſub n. 21. & de præſumpt. lib. 1. præſ. 58. n. 10. & lib. 5. præſ. 3. n. 42. cum ſeqq.* Joan Garc. *de nobilit. gloſſ. 17. n. 32.* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benef. lib. 13. q. 1. n. 101. cum. ſeqq. & q. 3. 16.* Valaſc. *conſult. 56. n. 2.* Jacob. Ayrer. *in repet. l. ut vim. p. 2. n. 110. ff. de juſtit. & jure*, latiſſimè Facin. *in praxi crimin. p. 189. n. 16. cum multis ſeqq.* ubi *n. 20.* ampliat, quod ad probandum dolum admittantur conjecturæ, nedum juris, ſed etiam hominis: & *n. 22.* dicit, quod ad præſumendum dolum, ſeu fraudem, non ſufficiunt præſumptiones, & *n. 39.* tenet dolum non dici ex præſumptionibus probatum quando habet etiam contra ſe alias non doli præſumptiones: & *à n. 44.* prures refert præſumptiones excludentes dolum.

4 Notatur ad hoc, quod dolus in dubio non præſumitur, ut per Tiraq. *de retract. lig. §. 26. gloſſ. 1. n. 35.* Maſcard. *de prob. concl. 532. à princ. & concl. 814. cum. ſeq.* Perez *l. 2. col. 12. verſ. quoniam in dubio non præſumitur fraus, nec. dolus, tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 288.* Menoch. 5
*d. lib. 1. præſ. 58. n. 10. & lib. 4. præſ. 3. n. 42.* Card. Tuſch. *lit. D, concl. 573.* Ex quibus autem præſumptionibus dolus arguatur, latè tradit Farin. *d. q. 89. num. 74. cum multis ſeqq.*

6 *Ex indiciis perſpicuis.*) Quæ autem dicantur indicia perſpicua, non bene conſtat inter Doctores, Bart. enim *n. 1.* Bald. *verſ. nota quod ea*, & Albert. *n. 3. in fine*, *in præſenti text.* declarant indicia perſpicua, hoc eſt, non frivola, & injuſta, nec levia. Alii, ut ſunt gloſſ. *verbo perſpicuis, in præſenti*, & Dec. *in tract. crim. p. 1. lib. 1. cap. 3. n. 7.* intellexerunt, hoc eſt, manifeſtæ probationis. Aliqui, ex quorum numero ſunt Marian. Socin. *conſ. 37. n. 27. lib. 2.* Aym. *conſ. 8. n. 1.* Roland. *conſ. 11. n. 9. lib. 3.* Maſcard. *d. concl. 530. n. 9.* Virgil. Boccac. *in conſtit. Piceni, gloſſ. 8. ſub n. 282. in fine* dixerunt indicia preſpicua, hoc eſt aperta, manifeſta, ſeu manifeſtiſſima. Efficacia verò prefectè quidam dixerunt, ut ſunt Aym. *conſ. 8. poſt. n. 1.* Decian. *d. cap. 5. n. 7.* Virgil. Boccac. *d. gloſſ. 8. n. 282.* Nonnulli urgentia, ſeu concludentia hujuſmodi perſpicua indicia appellarunt, ut ſunt Bald. *in princ.* Alex. *n. 2.* & Joan. Sichard. *n. 3. ad fin. in præſenti.* Menoch. *præſumpt. 3. n. 44.* Virgil. Boccac. *d. gloſſ. 8.* 7
*n. 283.* Ego verò exiſtimo eſſe judicia arbitrio remiſſum quæ dicantur perſpicua indicia, ex Maſcard. *d. concl. 530. n. 10.* & quæ tradit Farin. *q. 86. n. 91. cum ſeq.*

8 In gloſſ. *Convenit.* Notatur ad hoc, quod indicia arguentia verum dolum, debent eſſe talia, quæ non poſſint interpretari niſi in malam partem: non autem in bonam, ut per Maſcard. *d. concl. 530. poſt n. 6. in 2. limit.* Virgil. Boccac. *d. gloſſ. 8. poſt n. 283.* Suar. *dec. c. 216. n. 45. in fine*, Farin. *d. q. 89. n. 29.* ubi meminit de fabula, quam hæc gloſs. commemorat, dum refert, Aldricum poſuiſſe caſum in hac lege in Hiſpanis, qui invitaverunt eum ad prandium, ut fidejuberet pro eis, vel rationes ſuas accommodaret, & dabant ei vinum album quaſi aquam rubeo miſtam, ut ſic inebriaretur.

### L. Si minor. VII.

*Idem* AA. & CC. *Sebaſtiano.*

1 DOlo inductus ad repudiandam hæreditatem agit contra inducentem de dolo. Repudians hæreditatem

ditatem dolo substituti contra substitutum agit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Actio doli hodie durat biennio continuo à tempore doli commissi, nec habetur ratio absentis & ignorantis, & num. 2.*
3 *Ignoranti tempus currit.*
4 *Actio omnis perpetuatur litis contestatione, nisi solùm duæ, quæ hic excipiuntur.*

L. Optimum. VIII. & ult.

*Imp.* CONSTANTIANUS A. *ad Simmachum vicarium.*

1 DOli actio hodie durat biennio continuo à tempore doli commissi, nec habetur ratio absentis & ignorantis.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 6. tit. 16. p. 7. ubi gloss.* Hippol. *in l. 1. §. præterea, num. 131. ff. de quæst.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 21. cap. 5. col. fin.*

3 *Sive abfuerit, sive præsto sit*, &c. Ergo ignoranti currit tempus, de quo vide Tiraq. *de retract. lig. §. 35. gloss. 4. à princ.* ubi *n. 8.* meminit hujus legis.

4 In gloss. *Finiendæ, ult.* Notatur ad hoc, quod omnis actio perpetuatur litis contestatione, nisi solùm duæ quæ hîc excipiuntur, ut per Roder. Xuar. *in lect. ad l. post rem judicatam, notab. 2. vers. considera, num. 5. pag. mihi* 582. ubi ad hoc hanc glossam singularem dicit.

## *De in integrum restitutione minorum XXV. annis.*

## TIT. XXII.

SEQUITUR tertia restitutionis causa, quam Doctores minorennitatem appellant, cùm scil. minor 25. annis læsus est. Anni hîc computantur de momento ad momentum, id est, ut minor intelligatur usque ad eam horam, ex qua incipit agere annum vigesimum sextum, *l. 3. §. minorem, ff. hoc tit.* Scripserunt in hanc rubr. Castr. Fulgos. Aret. Alex. Jas. Angel. Sichard. Aloys. Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac Wesembec.

De materia vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 41. l. Hispan. tit. 12. part. 6. l. 5. & 6. tit. 5. & lib. 4. novæ Recopilat.* & integros Tractatus de hoc tit. in lucem ediderunt Joan. Maurit. *tom. 5. tractatuum Doctor. fol.* 114. Jabob. Cujac. Sfortia Oddus, & Robertus Lancellottus: solemnem repetitionem *ad l. si curatorem, infr. hoc eod. tit.* doctè admodum typis mandavit Lusitanus noster Franciscus de Caldas Pereira, & plura cumularunt Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de restitut.* Suar. Viv. Villalob. & alii *commun. opin. lib. 2. tit. 12. pag. 330. cum seqq.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. sub hoc tit. à pag. 160. ad 173.* Arim. Tepat. *var. sentent. tit. 106. pag. 208.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 21. cap. 4.* Molin. *de justit. tract. 2. disp. 573.* Morl. *in empor. juris, part. 2. tit. 5. de in integr. restitut.*

SUMMARIUM.

1 *Minor læsus in renuntiando querelæ inofficiosi testamenti restituitur, & num. 2.*
3 *Minores eo ipso, quod renunciarunt juri suo, læsi censentur, juvantúrque ope restitutionis in integrum.*
4 *Minor an læsus in renunciatione beneficii Ecclesiastici, restituatur ad illud si jam alteri est collatum.*
5 *Renunciat qui non facit intra tempus præstitutum.*
6 *Verbum unum eodem loco diversis respectibus diversimodè accipitur.*

L. Illud. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Plotianæ.*

MInor læsus in renunciando querelæ inofficiosi testamenti restituitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Castr. Fulgos. Aretin. Jas. Alex. Sichard. Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen *in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n. 28. vers. ex his itaque debemus*, ubi ait restituendum esse minorem adversùs omissam querelam palam, hoc est pacto, & verbis expressis; vel tacita dissimulatione, hoc est temporis lapsu: & *n. 29.* dissolvere nititur antinomiam, quæ extare videtur inter text. *præsenti*, dum restitutionem concedit minori læso in renunciatione querelæ inofficiosi testamenti, & text. *in l. 2. in quib. caus. restit. necess. non est*, dum habet quinquennii tempus datum ad querelam minoribus non currere, ac proindè necessariam non esse restitutionem, & fatetur Cald. Pereira arduam ac difficilem esse horum jurium repugnantiam, commodéque pacari, & in amicitiam reduci non posse; sed tamen sequutus Maurit. *in tract. hujus tit. cap. 149.* & intellectum gloss. pen. hujus text. secundo loco relatum, ait tempus quinquennii ad querelandum statutum minoribus non currere, secundùm *d. l. 2.* (quod & videtur annuere text. *in præsenti*, ut colligitur ex intellectu gloss.) & communem, per quod verbum *cadere*, ponitur propriè, & *verb. auxilium ætatis*, ad restitutionem non refertur, sed magis privilegium ætatis significat, quo in favorem minorum statutum est, tempus querelæ præfixum non currere, subditque illam verborum improprietatem ferendam esse ut sopiatur tanta legum contrarietas, & correctio. 2

Notatur hic text. ad hoc, quod minores eo ipso, quod renunciarunt jure suo, læsi censentur juvanturque ope restitutionis in integrum, ut per Roder. Xuar. *alleg. 20. n. 8.* Franc. Sarmient *select. lib. 3. cap. 13. n. 2.* ubi hunc text. notabilem dicit ad hoc, quod ubicunque minor facit actum, ex quo sibi nulla sequi utilitas potest, sed posset sibi damnum inferri, læsus hoc ipso est, & danda restitutio: idem dicit Suar. de Paz *in pract. tom. 1. p. 1. temp. 8. n. 124.* 3

Utrum autem minor læsus in renunciatione beneficii Ecclesiastici restituatur ad illud, si jam alteri est collatum? vide Boër. *decis. 350. n. 4.* Covar. *lib. 1. var. cap. 5. à princ.* Emman. Costa *in l. Gallus, §. quid si tantum, p. 2. n. 63.* Menoch. *remed. 10. recuper. n. 104.* Put. *p. 1. decis. 437.* aliàs *427.* in correctis, *& p. 3. decis. 63.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n. 38. & 39.* Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo minor, n. 48.* Peregrin. *de jure fisci lib 5. tit. 2. n. 36.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. tom. 1. lib. 3. quæst. 7. num 10. cum seqq.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 5. quæst. 8. per tot.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 20. q. 9. in fin.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 3. n. 61.* 4

In gloss. *Cadere, pen.* Notatur ad hoc, quod renunciat, qui intra tempus præstitutum non facit, ut per Tiraq. *de retractu, tit. 1. §. 1. gloss. 2. n. 51.* 5

In ead. gloss. ibi, *propriè, & impropriè ponitur*, &c. Notatur ad hoc quod verbum unum eodem loco diversis respectibus diversimodè accipi potest, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 18. num. 12.* 6

## L. Eo tempore. II.

*Imp.* GORDIANUS A. *Alexandro.*

LIberorum numerus non ſupplet ætatem ad privationem beneficiis in integrum reſtitutionis. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

### SUMMARIUM.

1 *Minor habens curatorem, dum eo abſente contrahit; contractus eſt nullus; ſi contraxit ſine curatore conſtituto, reſcinditur contractus per reſtitutionem, & n. 2.*

3 *Adultus habens curatorem non poteſt donare, aut contrahere ſine auctoritate curatoris; poteſt tamen liberè donare causâ mortis, ipſo curatore inconſulto, inſcióque.*

4 *Adultus curatorem habens æquiparatur pupillo, & non poteſt contrahere abſque auctoritate ipſius curatoris. Amplia ut n. 5.*

6 *Quod minor habens curatorem non obligatur ex contractu à ſe geſto abſque illo, intelligendum utique de obligatione civili.*

7 *Contractus celebratus inconſulto curatore, non tenet ex parte minoris, ut minor ipſe non maneat oligatus; obligetur verò alter cum illo contrahent.*

8 *Venditio facta à minore ſine ſolemnitate requiſita valet; ſi ille ſuam conditionem fecerit meliorem.*

9 *Adultus rectè teſtatur ſine licentia ſui curatoris, & poteſt donare causâ mortis ſine auctoritate curatoris, & eo contradicente, n. 10.*

11 *Contra teſtamentum adulti non poteſt peti reſtitutio in integrum.*

## L. Si curatorem. III.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Attiano.*

1 MInor habens curatorem, dum eo abſente contrahit, contractus eſt nullus: ſine curatore conſtituto, ſi contraxit, reſcinditur contractus per reſtitutionem. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* & ſuper hunc text. inſignem & doctiſſimam edidit repetitionem omnibus numeris abſolutam noſter Luſitanus Franciſcus de Caldas Pereira, vir ſanè doctus.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp. 3. tit. 11. part. 3. ubi gloſſ. 2. & l. 4. tit. 11. p. 5. ubi gloſſ. 5. in princ.* Corraſ. *lib. 6. miſcel. cap. 21. n. 3.* Jaſ. *in l. 2. n. 13. & 14. ff. de legat. 3.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 14. n. 14.* Emman. Coſta *ſelect. lib. 2. c. 10. n. 8.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n. 253.* ubi air, quod licèt adultus habens curatorem non poſſit donare, aut contrahere ſine auctoritate curatoris, poteſt tamen liberè donare causâ mortis, inconſulto inſcióque ipſo curatore, Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. rubr. 9. n. 2.* ubi dicit, quod diſpoſitio hujus legis verificatur ſolùm in illo cui datur curator propter fragilitatem judicii, & ſic non habet locum in muto, Donel. *in comment. ad l. 2. n. 7. de reſcind. vend. & ad l. puberes* 101. *n. 4. ff. de verb. oblig. & comment. juris civilis lib. 21. cap. 9. col. 5.* Montan. *de tutel. & curis c. 36. reg. 7. n. 16.* Fachinæ. *controverſ. lib. 3. c. 1. & 9.* Gutier. *de juram. confirm. p. 1. c. 13. n. 3.* ubi dicit, quod adultus curatorem habens æquiparatur pupillo, & non poteſt contrahere abſque ipſius curatoris auctoritate. Molin. *de primogen. lib. 2. c. 9. n. 37.* ubi refert, quod æquiparatio, quæ in hac lege dicitur eſſe inter prodigum & minorem curatorem habentem, ſolùm in actibus viventium, non autem in ultimis voluntatibus intelligenda eſt. Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 5.* ubi tenet æquiparationem hujus text. de adulto habente curatorem cum minore impubere tutorem habente, intelligi debere quoad contractum, & obligationem, per quam ipſe tenetur alteri; ſecus verò quoad teſtamentum, quia poteſt liberè teſtari ſicut major, & bona ſua etiam immobilia alienare, legare, & ſuper eis ad libitum diſponere, immò ipſum curatorem inſtituere, & licentiam executoribus dare vendendi bona immobilia ſine decreto. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p. 3. collect. 683.* latè Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure, part. 2. cap. 5. n. 10.* ubi *num. 19.* reſolu- 5
tionem illam, quod adultus curatorem habens, & ſine illo contrahens minimè obligetur, extendit tam cùm minor contrahit circa caſtrenſia, quàm cùm circa alia aliunde conquiſita.

*Hunc contractum ſervari non oportet.*) Advertit Be- 6
nedict. Ægid. *in repet. ad l. ex hoc jure, p. 2. n. 10.* illud quod dicitur *in præſenti*, minorem ſcilicet habentem curatorem ex contractu à ſe ſine illo geſto non obligari, de civili utique obligatione eſſe intelligendum.

In gloſſ. *Res*, ibi, *ſcil. mobiles, vel hodie quæ ſervando ſervari non poſſunt*, &c. Notatur ad hoc, quod diſtinctio hujus legis locum etiam habet quando minor alienat mobilia, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ut per Campeg. *de dote part. 2. q. 10.* Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 81.* Sarmient. *de reddit. Eccleſ. part. 2. à num. 14.* Contrarium tamen ſuſtinnet Cald. Pereira *in repet. hujus l. verbo Res.* Benedict. Ægid. *ubi ſup. num. 10.* D. Barboſ. *in l. ſi ante 6. n. 14. in fine, ff. ſoluto matrim.* ubi *n. 15.* reſpondet, regulam generalem hujus legis procedere in his quæ contineri poſſunt ſub auctoritate curatoris; nam hæc tacitè videntur interdicta minori, ne illa faciat ſine curatoris auctoritate. Cæterùm in his ad quæ non pertinet auctoritas curatoris, nulla poteſt videri facta interdictio, ac ita quaſi quoad illa ſibi non fuerit datus curator, quod ipſe ſolus fecerit, mero jure valebit. Et hinc hanc gloſſam intelligendam aſſerit in reſolutione ſuprà poſita, quando mobilia quæ ſervando ſervari non poſſunt, alienantur per minorem per tale genus alienationis, quod cadat ſub jure adminiſtrando conceſſo curatori; nam aliàs quaſi curatorem non haberet, mero jure valebit alienatio.

In gloſſ. *Abſimilis*, ibi, *quantum ad hoc, item quan-* 7
*tum ad aliud, ut ſe non obliget, ſed alios ſibi, ſic.* Notatur ad hoc, quod contractus à pubere celebratus, inconſulto curatore, non tenet ex patte minoris, ut minor ipſe non maneat obligatus, obligetur vero minori alter cum illo contrahens, ut per Benedict. Ægid. *in* 8
*repet. d. l. ex hoc jure, part. 2. n. 21.* Venditio enim à minore facta ſine ſolemnitate requiſita valet, ſi ille ſuam conditionalem meliorem fecerit, ut reſolvit Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 6. n. 63.* prout etiam generale eſt, ut qui contrahere prohibentur propter interdictam bonorum adminiſtrationem, poſſint ſolemnitate legis omiſſa, meliorem facere conditionem ſuam, ad tradita per Tiraq. *poſt leges connub. gloſſ. 8. q. 8. n. 65. cum ſeqq.* Pinel. *in l. 1. de bonis mater. pag. 3. n. 30. cum ſeqq.* Matienz. *l. 2. gloſſ. 1. n. 14. cum ſeqq. tit. 3. lib. 5. novæ Recopil.*

In ead. gloſſ. ibi, *quia adultus teſtatur.* Notatur ad 9
hoc, quod adultus poteſt teſtari ſine licentia ſui curatoris, ut per Cald. Pereira *in repet. hujus l. verbo hunc contractum, n. 20.* Guttier. *de juram. confirm. part. 1. c. 13. n. 1. & de tutel. part. 2. cap. 14. n. 15.* ubi etiam tenet, 10
quod poteſt donare causâ mortis ſine auctoritate curatoris, & eo contradicente, & *n. 17.* reſolvit, quod contra teſtamentum adulti non poteſt peti in integrum reſtitutio. 11

### SUMMARIUM.

1 *Reſtitutionem in integrum petens ratione minoris ætatis neceſſe habet probare ætatem quam allegat;*

*adversarius verò quod tempus petendæ restitutionis sit elapsum, & num. 2. & 4.*

3 *Minor probatur per donationem curatoris cum decreto.*

5 *Ætatis probatio per aspectum.*

L. Si minorem. IV.

*Idem* AA. & CC. *Isidoro.*

1 QUi petit restitutionem in integrum ratione minoris ætatis, necesse habet ætatem probare quam allegat; adversarius verò qui vult ipsum excludere, necesse habet probare, quod tempus petendæ restitutionis in integrum sit elapsum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *ad hanc l. tom. 1. pag. 92.*

2 *Cùm contraheres, ostenderis*, &c.) Notatur ad hoc, quod cum minor debeat esse is, qui restitutionem petit, & aliter audiri nequeat, utique cùm ætas sit fundamentum suæ intentionis, debet illam probare, ut per *l. Hispan. 4. tit. 14. part. 3. ubi gloss. 2. & l. 2. tit. 19. part. 6. ubi gloss. fin.* Duen. *reg. 258.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 14. in princip.* Hippol. *in l. si quis ne quæstio, n. 50. & seqq. ff. de quæstionib.* Turzan. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 12. n. 27. pag. 332.* Viv. *ibidem, lib. 4. tit. 9. de probat. n. 59. pag. 480.* Joseph. Ludov. *tom. 3. tit. de probation. concl. 1. corol. 124. & Perusina decis. 56.* Maurit. *de in integr. restitut. cap. 316.* Sfort. Odd. *eod. tract. p. 1. q. 37.* Cald. Pereira *in l. si curatorem. verb. minoribus, n. 10. & verbo infra legitimum, n. 19.* Mascard. *de probat. conclus. 666. n. 2. & concl. 1059. n. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 50. n. 18.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 2. cap. 24. num. 14. & 15.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Ætas*, Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. n. 39.* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 573. vers. porro*, Nicol. Garc. *de benefic. part. 6. cap. 2. n. 185. cum seqq.*

3 Minor probatur per dationem curatoris cum decreto, Turzan. *d. tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 12. n. 28. & 29. pag. 332.* Jaffred. Balb. *decis. 193.* Hieron. de Laurent. *Avenion. decis. 63.*

4 *Et tempora restitutionis*, &c.) Ergo adversarius, qui excipit de lapsu temporis, debet illud probare, ut per Emman. Cost. *in repet. l. si ex cautione, n. 4. vers. quæro igitur, de non num. pecun.* Sfort. Odd. *in d. tract. p. 1. q. 39. art. 1. n. 1.* Cald. Pereira *verbo infra legitimum, sub n. 19. vers. sed contrariam sententiam*, Mascard. *de probat. concl. 1282. n. 2. in nova edit.*

5 In gloss. *Comprobatum*, ibi, *secus autem si ex aspectu appareat contrarium*, &c. Notatur ad hoc, quod ætas probatur per aspectum, ut per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verba minoribus, num. 14.* Mascard. *de probat. concl. 1194.* aliàs *1200. n. 47.*

---

SUMMARIUM.

1 *Ætas minor, & læsio ubi reperiuntur, ibi in integrum restitutio competit, & n. 2.*

3 *Læsionem allegare quibus casibus sufficiat, absque ejus probatione, remissivè.*

4 *Negligentia sola non sufficit, sed requiritur & dolus adversarii.*

5 *Ætas 25. annorum, tam in masculis, quàm fœminis excludit restitutionem.*

L. Minoribus. V.

*Idem* AA. & CC. *Rufo.*

1 UBi reperitur minor ætas & læsio, ibi competit in integrum restitutio. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Probat hic text. ad concedendam in integrum restitutionem non sufficere aliquem minorem esse, nisi & læsum, & circunscriptum se doceat, ut per *l. Hispan. 4. in fine tit. 14. p. 3. l. 2. & l. 6. in fin. tit. 19. par. 6.* Octavian. *Pedem. decis. 157. n. 9.* Donell. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 9. & 10. in princ.* Mascard. *de probat. concl. 963. & concl. 1273.* aliàs *1279. à princip.* ubi resolvit, quod potens restitutionem in integrum, læsionem probare debet. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo, n. 1. cum seqq.* Pichard. *in §. extraneis, n. 53. cum seqq. Instit. de hæred. qualit.* Morl. *in emporio juris par. 1. tit. 5. in prælud. n. 7.* ubi *n. 8.* sex casus enumerat in quibus sufficit tantùm læsionem allegare, absque eo quod quis obstringatur ad ejus probationem. 3

*Etiamsi sine dolo adversarii*, &c) Ergo non sufficit negligentia propria, sed requiritur etiam dolus adversarii, ut per Sfort. Odd. *de in integr. restit. par. 1. quæst. 4. art. 2. num. 8.* 4

*Ante impletum etiam quintum & vigesimum annum.*) Ergo ætas 25. annorum, tam in masculis, quàm in fœminis restitutionem excludit, ut per Ordinat. Regiam Lusit. *lib. 3. tit. 4. §. 2.* Morl. *d. tit. 5. in prælud. n. 9.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo minoribus, n. 1.* 5

---

SUMMARIUM.

1 *Judicibus restitutionis in integrum non extinguitur per mortem rei, sed ad hæredem transit, & n. 2.*

3 *Lis quando dicatur inchoari.*

L. Si intra ætatem. VI.

*Idem* AA. & CC. *Sententiæ.*

1 JUdicium restitutionis in integrum non extinguitur per mortem rei, sed ad hæredem transit. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. num. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. *desumunt* Bart. *in l. ult. n. 3. in fine, ad Senatusconsf. Velleian.* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia solvit, concl. 97. fol. mihi. 173.*

3 *Lis inchoata est.*) Quando dicatur lis inchoari, vide *l. si fundus, §. in venditione. ff. de pignorib. l. evictis, ff. de usuris, l. is autem 12. ff. ex quibus causis majores*, ubi gloss. *verbo inchoata*, dicit, id est ordinata per libellum, licèt non sit lis contestata: refert parens meus Emman. Barbosa *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 2. in princ. num. 3.*

---

SUMMARIUM.

1 *Tutelæ assumptio, sanguinisque conjuncti præsumptionem de pupilli ætate contra tutorem, aut consanguinem excitant.*

2 *Scientia præsumitur in factis consanguineorum. Limitatur n. 3. & 4. Præsumitur etiam in minore conjuncto, n. 5. Non autem in consanguineo puero, vel infante, n. 6. Nisi agatur de errore juris, n. 7.*

8 *Scientia præsumpta ex consanguinitate non est sufficiens ad impediendam restitutionem in integrum ex capite ignorantiæ.*

9 *Scientiæ præsumptio in consanguineo locum habet etiam in conjunctis remoti gradus.*

10 *Dispositio quamtumcunque, exorbitans ac correctoria, loquens in contractu habet locum in distractu.*

11 *Contractus & distractus à pari procedunt, & ejusdem naturæ sunt.*

12 *Testis si deponat primo loco per verbum* credo, *in secundo per verbum assertivum veritatis, eo casu standum est dicto secundo.*

L. De

L. De tutela. VII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Severæ.*

1 ASſumptio tutelæ, & ſanguinis conjunctio præſumptionem, de pupilli ætate contra tutorem, aut conſanguineum excitant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſub hoc tit.* poſt omnes Gipan. *ad hanc legem, tom.* 1. *pag.* 92.

2 *Quam ſanguinis proximitas*, &c. ) Notatur ad hoc, quod ſcientia præſumitur in factis conſanguineorum, ut per Duen. *reg.* 125. Socin. *reg.* 98. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 23. *n.* 2. Menoch. *remed.* 16. *recuper. n.* 41. *cum ſeqq. & conſ.* 1. *n.* 182. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 351. *pag.* 511. Maſcard. *de probat. concluſ.* 407. *n.* 1. *& concl.* 413. *etiam n.* 1. Card. Tuſch *pract. concl. lit. C, concl.* 741. *n.* 1. latè Farin. *fragm. crim. p.* 2. *lit. I, n.* 268. *cum ſeqq.* ubi *n.* 195. limitat in cõjuncto qui non
3 controverſatur cum conjuncto, & *n.* 196. limitat etiam in
4 cõjuncto, qui ægrotabat tẽpore actus geſti à conſanguineo, & *n.* 198. reſtringit quoque in conjuncto novo.

5 Et nuncupatim quod ſcientia præſumatur in minore conjuncto, reſolvunt Anton. Gabr. *comm. opin. lib.* 1. *tit.*
6 *de præſumpt. concl.* 6. *n.* 14. Maſcard. *d. concl.* 407. *n.* 3. *& concl.* 413. *n.* 19. ubi declarat hoc non procedere in conſangineo puero, vel infante. Menoch. *de præſumpt.*
7 *lib.* 6. *præſ.* 24. *n.* 36. ubi intelligit niſi de juris errore agatur. Farin. *d. p.* 2. *lit. I, n.* 184. *& n.* 106. poſt Surd.
8 *conſ.* 251. *n.* 15. & Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcientia, & ignor. inſpect.* 73. *n.* 12. reſolvit quod ad impediendam reſtitutionem in integrum ex capite ignorantiæ, præſumpta ſcientia ex conſanguinitate non ſufficit.

9 Quæ quidem ſcientiæ præſumptio in conſanguineo locum habet etiam quoad conjunctos remoti gradus, ut per Duen. *d. reg.* 125. *limit.* 4. Anton. Gabr. *d. concl.* 6. *n.* 12. *&* 43. Maſcard. *d. concl.* 413. *n.* 7. Menoch. *d. præſump. n.* 24. 35. Farin. *d. lit. I, n.* 183. ubi extendit uſque ad gradus juris civilis.

10 *Præſtitiſti liberationem*, &c. ) Notatur ad hoc, quod diſpoſitio, quantumcunque exorbitans, atque etiam correctoria, loquens in contractu habet locum in di-
11 ſtractu, ut per Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.* 5. *n.* 6. Apari enim procedunt, & ejuſdem ſunt naturæ contractus, & diſtractus, ut per Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 22. *n.* 6. Cald. Pereira *de poteſt. elig. c.* 7. *n.* 15. Eſcobar. *de ration. c.* 14. *n.* 42. Stephan. Grat. *diſcept. for. c.* 168. *n.* 7. *&* 10. *cum ſeqq.* Cevall. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 897. *n.* 886. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 15. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens,* §. *proinde, n.* 13. *ff. de judic.* quos refero ego ipſe *de appellativa verborum utriuſque juris ſignificat. appell.* 59. *n.* 4.

12 In gloſſ. *Probata*, ibi, *vel tunc credidit ſe majorem, & nunc aliter credit*, &c. Notatur ad hoc, quod quando tiſtis primo loco depoſuit per verbum, *credo*, in ſecundo deponit per verbum aſſertivum veritatis, eo caſu ſemper ſtandum eſt ſecundo dicto, ut per Crot. *de teſtib. n.* 343. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 53. *n.* 16.

L. Minoribus. VIII.

*Impp.* Honor. *&* Theod. AA. *Juliano Proconſuli Africæ.*

1 IN omiſſis ex certa ſcientia, vel ſine, minor reſtituitur. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

4 *Minor ut reſtituatur, probare debet quod adverſarii dolo, ſuáve facilitate fuit circunventus.*

5 *Videtur, pro præſumitur.*

6 *Læſus gerens ſe ut prudens pater familias; an teneatur probare, remiſſivè.*

L. Non videtur. IX. & ult.

*Imp.* Zeno. A. *Æliano P. P.*

MInor læſus non ſua facilitate, quia facit id, quod 1
diligens paterfamilias faceret, nec etiam læſus dolo adverſarii, ſed cãſu fortuito, non dicitur circunſcriptus, & ideo non reſtituitur in integrum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſub hoc tit.* poſt omnes Giphan. *ad hanc l. tom.* 1. *pag.* 93.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2
*l. Hiſpan.* 6. *tit.* 19. *part.* 6. *ubi gloſſ.* 15. Matheſil. *ſing.* 58. Alciat. *de præſumption. reg.* 1. *præſ.* 42. *n.* 6. Cujac. *lib.* 16. *obſerv.* 14. Vezin. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 37. *pag.* 332. ubi quod minori ex accidenti læſo non ſuccurritur. Tiraquel. *ad finem tit. de retractu lign. num.* 51. ubi quod non videtur deceptus minor jure communi uſus *& n.* 54. *& ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl.* 1058. aliàs 1062. *n.* 25. *in fine*, ubi quod non videtur circunſcriptus minor, qui jure ſit uſus communi, 3
Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 10. *qu.* 4. *n.* 8. Ant. Gom. *l.* 50. *Tauri, n.* 14. *in princ.* ubi quod minor non reſtituitur, ſi fecerit quod quilibet major & prudens feciſſet, Valaſc. *conſult.* 138. *n.* 26. D. Barboſ. *in l.* 1. *part.* 4. *n.* 128. *ff. ſoluto matr.* ubi ait quod minor, qui jure communi uſus eſt, reſtitutionem petere non poteſt.

Notatur ad hoc, quod minor debet probare ad hoc 4
ut reſtituatur, quod adverſarii dolo, ſuáve facilitate fuit circunventus, ut per Mandoſ. *de ætate min. q.* 4. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de reſtit. art.* 1 *gloſſ.* 3. *n.* 26. Menoch. *conſ.* 100. *n.* 189. Maſcard. *dict. concl.* 1062. *n.* 25. *in princ.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.* 1.

*Videtur.* ) Deſt, præſumitur, ſecundùm Innoc. *in cap.* 5
*auditis, n.* 3. *de reſtit. in integrum.*

In gloſſ. *Qui, ult.* Utrùm læſus gerens ſe ut prudens 6
paterfamilias, teneatur probare læſionem? vide Alc. *d. præſ.* 42. *n.* 6. Maur. *de reſtit. c.* 174. Rebuff. *d. gloſſ.* 3. *n.* 16.

## *De filiofamilias minore.*

## TIT. XXIII.

QUum tractatus de reſtitutione minorum latè pateat, idcirco generali titulo ſubjiciuntur multi ſpeciales, ex quibus hic 23. & tres qui proximè ſequuntur, ad perſonas reſpiciunt, ideſt ad minorem, ad ejus fidejuſſores, vel tutores, ſive curatores, vel ſocios & conſortes. Hoc igitur tit. agitur de filiofam. minore, quia dubitabatur, an ei ſuccurrendum eſſet, ne per eum proſpiciatur patri perfectæ ætatis, contra ſcopum edicti prætorii. Et reſponſum fuit, ipſum filiumfam. eſſe reſtituendum: ejus autem patri, ſi de peculio conveniatur, reſtitutionem denegandam, *infr. ſi minor: ſe major. dix. l. ult.* Scripſerunt in hanc rubricam Angel. Fulgoſ. Alex. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Item Cujac. & Pac. Weſembec.

SUMMARIUM.

1 *Minor læſus non ſui facilitate, nec etiam dolo adverſarii, ſed caſu fortuito, non dicitur circunſcriptus, & ideo non reſtituitur in integrum, & n.* 2.

3 *Minor non videtur deceptus jure communi uſus.*

SUMMARIUM.

1 *Patris auctoritas non firmat contractum filiifam. ut non ſit locus reſtitutioni in integrum.*

2 *Filiusfam. minor fidejubens pro patre, ejus ſucceſſione omiſſa, adhuc petit reſtitutionem in integrum.*

*grum : & n. 3. Fallit, si fidejubeat pro liberandi patre à carceribus, n. 4.*

L. Filiusfamilias. I.

*Imp.* GORDIANUS A. *Gaudiano militi,*

1 AUctoritas patris non firmat contractum filiifam. ut reſtitutionis in integrum non ſit locus. Item
2 filiusfam. minor pro patre fidejubens, ejus ſucceſſione omiſſa in integrum reſtitutionem adhuc petit. Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Alex. Aloyſ. Leo, Sebaſtian. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

3 Vide Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. ubi citato hoc text. dicit, quod ſi minor 25. annis pro alio fidejubeat, licèt mero jure teneatur, poteſt reſtitui, modò ſit fidejuſſor extranei, modò conjunctæ perſonæ, & modò debitor principalis ſit ſolvendo, modò non, immò quod magis eſt, hoc caſu præſumitur læſio : ſubditque hoc ſingulariter limitari, præterquam ſi fidejubeat pro patre incarcerato, quia tunc tenetur & efficaciter obligatur, cùm quilibet major, & prudens hoc faceret. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tract. de reſtitution. art.* 3. *gloſſ.* 3. *n.* 4. ubi per hunc text. tenet quod reſtitutio minoris non prodeſt fidejuſſori, & quamvis minor reſtitutus ſit adversùs principalem, tamen cogetur fidejuſſor ſolvere, & poſtea aget contra minorem. Sfort. Odd. *de in integ. reſtitut. part.* 2 *q.* 54. *art.* 2. Aldovin. *conſ.* 1. *num.* 23. Gam. *Luſitan. deciſ.* 162. *n.* 5. ubi tenet per hunc text. quod fidejuſſio etiam pro patre de per ſe ſolùm ſine alia probatione læſionis læſum fidejuſſorem eſſe demonſtrat, Guttier. *pract. lib.* 2. *q.* 128. *n.* 3. *verſ. in contrarium. in fine*, ubi ait quod minor fidejubens, & intercedens pro alio, eo ipſo dicitur læſus, & potoſt reſtitui adverſùs fidejuſſionem ſine alia prabatione læſionis : optimè Molin. *de juſtit. tract.* 2. *diſp.* 540. *n.* 25. *verſ. minor*, ubi dicit haberi in hoc text. quod minor. 25. annis, quamvis fidejuſſor pro aliquo exiſtat, non eſt ea obligatio ipſo jure nulla : per beneficium tamen reſtitutionis in integrum eliditur, atque annullatur, eſto ſit fidejuſſor patris, & eſto debitor principalis non ſit ſolvendo, quia eo ipſo quod talis minor ſolvere debet pro debitore principali, cenſetur læſus ea fidejuſſione. Idem dicit Rebellus *de obligat. juſtit. part.* 2. *lib.* 16. *de contractu fidejuſſ. quæſt. unic. n.* 14.

4 *Sed etſi pro patre*, &c. Fallit ſi fidejubeat pro liberando patre à carceribus, Anton. Gom. *ubi ſuprà*, Molin. & Rebellus *dictis locis*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 108. *n.* 41. *cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Filius adversùs mutuum reſtituitur, niſi intervenerit juſſu patris & n.* 2.

3 *Minor ex ætate lapſus reſtitutionem in integrum poſtulat.*

L. Si frater tuus. II. & ult.

*Idem* A. *Triphoni militi.*

1 FIlius adversùs mutuum reſtituitur, niſi juſſu patris intervenerit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Matheſil. *notab.* 58. Sfort. Odd. *de integr. reſtit. p.* 2. *q.* 51. *n.* 39. *cum ſeqq.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *c.* 7. *vol.* 3. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 1. *n.* 2. *col.* 2. ubi dicit quod minor *in præſenti*, deſtitutus erat omninò omni remedio juris ordinario, quia ut text. dicit, exci-pere nihil poterat, nec item agere, unde minor læſus remedio juris ordinario deſtitutus reperiebatur, quapropter ut læſio reſtauraretur, meritò recurrendum erat ex bono & æquo, quod in reſtitutione verſatur ad beneficium juris indultum minoribus, atque adeò ad reſtitutionis auxilium ; ſubditque hunc text. rectiſſimè allegari poſſe ad id, ut ſcilicet reſtitutio ita demùm concedatur, ſi nullum aliud remedium ſubſit ordinarium.

*Lubricum ætatis*, &c.) Vide Donell. *dict. lib.* 21. 3 *cap.* 10. *col.* 2. *in princip.* ubi ait, quod ſic per metaphoram imbecillitas conſilii deſignatur, quia tanquam loco lubrico verſans facilè labitur, & *ibi* notatis adde Oſualdum Hilligerum *lit. A.*

## *De fidejuſſoribus Minorum.*

## TIT. XXIV.

MInor cùm vendit prædium ſine auctoritate curatoris, & decreto judicis, venditio ipſo jure nulla eſt : venditione autem rectè facta, ita ut ipſo jure valeat, ac fidejuſſor acceſſit, hic caſus pertinet ad hunc tit. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Angel. Aretin Alex. Fulgoſ. Aloyſ. de Leo, Sebaſtian. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio minorem liberat ab onere evictionis, & num.* 2. *De ejus fidejuſſore quid, num.* 3.

L. Poſtquam. I.

*Impp.* SEVERUS, & ANTONINUS AA. *Minor.*

REſtitutio minorem liberat ab evictionis onere, ac 1 præſtatione. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet Bart. Angel. Caſtr. Aretin. Bald. Alex. Fulgoſ. Aloyſ Leo, Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt, il- 2 liuſque materiam latè explicant, & præcipuè ad hoc, quod licèt minori læſo per reſtitutionis integrum beneficium ſuccurratur, ejus tamen fidejuſſori non ſemper ſuccurritur, Roman. *ſing.* 551. Hipol. *in* 3 *repet. rubr. de fidejuſſor. n.* 267. Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.* 18. & 19. Rebuf. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tit. de reſtit. art.* 2. *gloſſ.* 3. *n.* 4. Duen. *reg.* 330. *à princip.* Connan. *commentar. juris civilis lib.* 6. *cap.* 7. *n.* 8. Maurit. *de reſtitut. in integ. cap.* 14. Sfort. Odd. *in ſimili tract. q.* 57. *art.* 6. *n.* 47. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 21. *c.* 14. *col.* 3. *cum ſeqq.* Anton. Fab. *lib.* 8. *conjectur. cap.* 3. Greg. Lop. 4. *in gloſſ. por razon, tit.* 12. *part.* 5. ubi ex Bart. dicit, quod ſi minor vendens prædium promittat de evictione, & det fidejuſſorem, tunc fidejuſſor non remanſit obligatus civiliter, nec naturaliter ; ſed ſi extraneus promittat de evictione, & det fidejuſſorem, tunc tenebitur fidejuſſor. Menoch. *conſ.* 179. *n.* 1. ubi citato hoc text. dicit, quod minore liberato mediante recitatione in integrum, non liberatur ejus fidejuſſor, quia hujuſmodi reſtitutionis in integrum beneficium perſonæ minoris conceſſum non extenditur ad ejus fidejuſſorem. Guttier. *de juram. confirm. part.* 3. *c.* 15. *n.* 16. ubi tenet quod minor non poterit in ſe ſuſcipere judicium habitum contra ſuum fidejuſſorem ad utilitatem ipſius fidejuſſoris, cùm adversùs ſuum fidejuſſorem competat ſibi reſtitutio. Baëza *de non meliorandis, c.* 35. *n.* 11. ubi dicit concluſionem textus procedere,

quia

quia hîc minor peculiari perſonæ privilegio ſe tuetur, ſi autem jure communi ſe defenderet, etiam fidejuſſor eodem jure tutus eſſet. Gam. *Luſit. deciſ. 79. n. 2.* ubi quod fidejuſſio accedens venditioni rei minoris factæ ſine decreto judicis, & curatoris auctoritate, non valet. D. Barboſ. *in l. quia tale, n. 68. ff. ſoluto matrim.* ubi advertit ut fidejuſſor minoris videat quid ſibi ſit utilius, an tueri ſe ex ſua perſona ope exceptionis, vel expectare quod minor impetret reſtitutionem, quæ etiam ei proderit, *& in l. maritum, eod. tit. n. 83.* ubi admonet quod fidejuſſor conventus debet denuntiare principali, ut veniat ad ejus defenſionem, qui veniens ex propria perſona poterit opponere exceptionem perſonalem ſibi competentem, & faciet eam prodeſſe fidejuſſori, ne aliàs prædicta exceptio ſibi competens reddatur inutilis: & *n.* 87. per hunc text. reſolvit fidejuſſorem adversùs minorem non poſſe habere recurſum. Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advoc. verbo fidejuſſor, n. 6. verſ. fidejuſſori*, ubi dicit quod illi pro minore non competit reſtitutio in integrum, quamvis minori competeret. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, n. 42. ad fin.* ubi ait Imperatores *in præſenti* reſcripſiſſe reſtitutionis beneficium minori conceſſum ejus fidejuſſori nullatenus prodeſſe *& quæſt. forenſ. lib. 1. q. 15. n. 13. ad fin.* ubi quod fidejuſſor minoris contra eum non habet recurſum, *& de empt. & vendit. cap. 32. n. 14.* ubi reſolvit quod licèt minori læſo per reſtitutionis integrum beneficium ſuccurratur, ejus tamen fidejuſſori non ſemper ſuccurritur, quia beneficium hujuſmodi eſt perſonale, ac proinde fidejuſſori non prodeſt: & *n.* 15. limitat quando remedio ordinario minori ſuccurritur, putà quia dolo adverſarii minor fuit deceptus, quoniam tunc fidejuſſor etiam ex perſona ſua de dolo agere poſſet: & *n.* 16. limitat etiam quando creditor poſſet habere regreſſum contra alium quàm fidejuſſorem, tunc minoris reſtitutio proderit fidejuſſori: & *n.* 17. limitat quoque quando fidejuſſore convento, qui eſſet habiturus regreſſum contra minorem debitorem principalem, ipſe minor compareret ut deffenſor neceſſarius in judicio pro ipſo fidejuſſore, & peteret reſtitutionem in integrum, tunc reſtitutio etiam fidejuſſori proderit: & *n.* 19. limitat pariter quando reſtitutio nullum eſſet allatura commodum minori, ſi reſtitutio ſua non prodeſſet fidejuſſori, ſcilicet quia eſſet caſus in quo minor adversùs fidejuſſorem reſtitutionem petere non poſſet, tunc etiam reſtitutio minori conceſſa tranſiret ad ejus fidejuſſorem: & *n.* 20. denique limitat quando fidejuſſor pro re minoris ſtipularetur, & fidejuberet, utpote ſi minor rem venderet, in qua eſt deceptus, ſi aliquis fidejuſſerit pro eo, illi fidejuſſori, poſt minoris reſtitutionem ſuccurritur, idem ſi ſatisfecerit.

---

## SUMMARIUM.

1 *Fidejuſſor minoris ex perſona minoris non gaudet beneficio reſtitutionis, excepto dolo adverſarii, & num. 2.*

3 *Decretum judicis in contractibus minorum non ſupplet auctoritatem tutoris, vel curatoris: diſtingue ut n. 4.*

5 *Reſtitutio minoris prodeſt fidejuſſori quando propter hoc creditor non remanet in damno.*

### L. Si ea quæ tibi. II. & ult.

*Impp* DIOCLET. *&* MAXIM. AA. *Curioni.*

1 FIdejuſſor minoris ex perſona minoris reſtitutionis beneficio non gaudet, excepto adverſarii dolo. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, 2
& præcipuè ad hoc quod ubicumque dolo adverſarij minor fuit deceptus, tunc fidejuſſor etiam ex perſona ſua de dolo agere poſſe, *l. Hiſpan. 4. tit. 21. part. 5. ubi gloſſ. 2.* Duen, *reg. 330. limit.* Tiraq. *in l. ſi unquam, in fine, n. 6.* Joſeph. Ludo. *Peruſ. deciſ. 27. n. 10.* Sfort. Odd. *de reſtitut. in integrum. part. 1. q. 48. art. 2.* Cald. Pereira. *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, n. 51.* ubi rationem præſtat, quia æquius eſt adverſarium, qui dolum commiſit, damnum pati, quàm fidejuſſorem, qui bona fide interceſſit, de proprio patrimonio ſolvere *& de empt. & vendit. cap. 32. n. 15.* ubi ſubdit quod fidejuſſor prohibetur, tantùm agere ratione ætatis, non alia ex cauſa, utpote ſi deceptus fuit minor ultra dimidium, vel dolo aut metu inductus, quia hoc caſu minoris reſtitutio etiam fidejuſſori proderit. D. Barboſ. *in l. quia tale, n. 97. ff. ſoluto matrim.* ubi ait textum *in præſenti* ſub diſtinctione decidere, quod ſi minor ſit læſus ſua facilitate, tunc reſtitutio minoris non prodeſt fidejuſſori: ſi verò ſit læſus dolo adverſarii, tunc reſtitutio etiam prodeſt fidejuſſori: & deinde quærit de quo dolo textus iſte intelligi debeat? latè Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 540. n. 26.* ubi dicit quod quando aliquis pro minore fidejuſſor extitit, minor ſe invenit læſum, aut intervenit dolus in eo, in quo minor eſt læſus, ſaltem materialis, atque re ipſa, ita quod quamvis dolus non fuerit inventus, læſio temen eſt talis ut quoad eam neque obligatio civilis, neque naturalis oriatur ex eo contractu ex parte minoris, ut ſi minor vendidit rem ultra dimidium juſti pretii, vel eam emit ultra dimidium juſti pretii, non intendente altero contrahente eum decipere: aut non intervenit dolus etiam materialis explicatus, ſed minor obligatus non ſit ſaltem naturaliter; cæterùm minor propter læſionem beneficio reſtitutionis in integrum reſcindit contractum: tunc in priori eventu ſive dolus intervenerit formaliter ſive materialiter ſolùm, utique quaod id, quoad quod nec naturalis obligatio conſurrexit ex parte minoris, ſi minori ſubveniatur quocunque modo, etiam beneficio reſtitutionis in integrum, fidejuſſor pro eo adhibitus quoad id præcisè quoad quod neque naturalis obligatio conſur rexerat ex parte minoris, ad nihil tenetur creditori quoniam obligatio fidejuſſoris ſemper nititur alicui obligationi ſaltem naturali, principalis debitoris, ejuſve, pro quo fidejuſſor extitit: quare ſi illa non extitit ex parte illius, pro quo fidejuſſit, neque ipſe quoad id tenetur. Additque idem Molina id intelligendum eſſe non ſolùm quando intervenit, dolus formaliter, ſed etiam quando intervenit ſolùm materialiter modo explicato, & non ſolùm in obligatione fidejuſſoria, ſed etiam in principali; ut ſi quis poſt contractum minoris debitum illius in ſe ſuſcepiſſet confirmando contractum; quia enim hæc obligatio etiam nititur primæ obligationi minoris, utique ſi illa nulla fuit omninò, hæc quoque nulla omninò eſt cenſenda. Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 16. de contractu fidejuſſ. q. unic. n. 5.* ubi reſolvit quod minoris fidejuſſor non tenetur, ſi ejus obligatio non fuit valida, ſaltem naturaliter; ſemper enim obligatio fidejuſſoria obligationi alterius innititur: unde ſi prior iſta obligatio nulla eſt, neque etiam obligatio fidejuſſoris, qualis eſset ſi dato fidejuſſore minor vendidiſset ſine decreto judicis rem immobilem, vel rem pretioſam, quæ ſervando ſervari poterat, ut etiam venditio hæc eſt ipſo jure nulla ex parte minoris, etiam fidejuſſio exhibita pro ea.

In gloſs. *Præſidis*, ibi *item & curatoris*, &c. Notatur ad hoc, quod judicis decretum in contractibus minorum non ſupplet tutoris, vel curatoris auctoritatem, cujus contrarium tenere videtur gloſs *in l. ſi curatorem, ſup. de in integ. reſt. minor*, pro quarum concordia laborat Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 15. n. 37. cum ſeqq.* ubi *n.* 39. poſt. Simoncel. *in tract. de decretis, lib. 1. tit. 7. inſpect. 2.* 3

5 *inſpect. 2. n. 25. cum ſeqq.* diſtinguit quod ſcilicet ſi ſumus in actu, qui ultra tutoris & curatoris autoritatem, requirit etiam judicis decretum, utputà in alienationibns mobilium minoris, tunc utique concludi debet, quod judex nec tutoris, nec curatoris defectum ſupplere poſſit, quo caſu procedit reſolutio hujus gloſſæ. Secus verò ubi ſumus in actu, qui per ſolum tutorem, ſeu curatorem abſque judicis decreto expediri poteſt, tunc judex valebit defectum tutoris, vel curatoris ſupplere, ſive ſimus in actu neceſſario, ut putà liberationis, & ſic in ſolutione facienda, ſive etiam in actu voluntario, & ita procedit dictum gloſſæ *in citata l. ſi curatorem.*

5 Ad gloſſ. *Utrique fin.* Notatur ad hoc, quod reſtitutio minoris prodeſt fidejuſſori quando propter hoc creditor non remanet in damno, quia ſcilicet ſupereſt debitor principalis, à quo id, quod ſibi debetur, poſſit exigere, ut per Rebuff. *ad leges Galliæ, tom. 2. titul. de reſtit. art. 2. gloſſ. 3. num. 11.* Duen. *reg. 330. limit. 2.* D. Barboſ. *in l. quia tale, n. 70. in princ. ff. ſoluto matrim.* ubi ſubdit ideo reſtitutionem minoris non prodeſſe fidejuſſori, quia ſi prodeſſet hoc eſſet in necem, & manifeſtum damnum creditoris; & à ceſſante ratione infert, quod ſi creditor non remanet in damno, quia adhuc habet à quo ſuum debitum exigat, reſtitutio minoris non ſolùm illi proderit, ſed & fidejuſſori.

## *Si tutor, vel curator intervenerit.*

## TIT. XXV.

TUTOR, vel curator tribus modis intervenire poteſt. 1. Si minor tutore, vel curatore auctore, vel in judicio, vel extra judicium aliquid geſſit. 2. Cùm tutor tutorio, vel curator curatorio nomine aliquid geſſit. 3. Cùm tutor, vel curator ſuo nomine contrahit, nihilominus reſtitutio conceditur; ſed tutori, vel curatori non prodeſt. Scripſerunt in hanc rubr. Angel. Alex. Fulgoſ Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

### SUMMARIUM.

1 *Minor adversùs aditam hæreditatem infra legitimum tempus reſtituitur.*
2 *Minor ſi legitimam ætatem adimplevit ob læſionem per aditionem hæreditatis factam, convenit curatorem.*

### L. Si jam puberes. I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Martianæ, & aliis.*

1 MInor adversùs aditam hæreditatem infra legiti-
2 mum tempus reſtituitur. Item minor ſi legitimam ætatem adimplevit, ob læſionem per aditionem hæreditatis factam, convenit curatorem. Colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Angel. Caſtrenſ. Alexand. Fulgoſ. Bald. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Vide Cald. Pereira *in l. curatorem, verbo læſis, ſub n. 50. de in integrum reſtit. minor.* ubi dicit quod Imper. *in præſenti*, filiis adeuntibus hæreditatem paternam in integrum reſtitutionem pollicetur.

### SUMMARIUM.

1 *Minoribus circumventis in judicio non obeſt præſentia tutoris in impetrando beneficio reſtitutionis.*
2 *Minoribus læſis, tam in judicialibus, quàm extrajudicialibus concedenda reſtitutio.*
3 *Tutoris auctoritas atque conſenſus licèt expreſsè interponi debeant in actibus extrajudicialibus, in judicialibus tamen ejus præſentia ſufficiet, qui debet conſentire, vel autoritatem præſtare, ſi non contradicat.*

### L. Minoribus. II.

*Imp.* ALEXANDER A. *eidem.*

CIrcumventis in judicio minoribus tutoris præ- 1
ſentia non obeſt in impetrando reſtitutionis beneficio. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Vide Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, ſub* 2
*num. 50. de in integrum reſtitut. minor.* ubi aſſerit textum *in præſenti* probare minoribus læſis tam in judicialibus, quàm extrajudicialibus concedendam eſſe reſtitutionem, nulla conſideratione facta an lædantur ex contractu, ſeu quaſi, vel diſtractu. Sanchez. *de matr. lib. 6. diſp. 38. n. 11.* ubi *per hunc text. & l. 1. ſupr. proximam* reſolvit, quod minor etſi auctoritate tutoris contrahat, ſi læſus ſit, poteſt petere reſtitutionem; & addit idem dicendum eſſe quando interveniente judicis decreto contraheret.

Notatur ad hoc, quod licèt auctoritas, aut conſen- 3
ſus ſolemnitatis debeant expreſsè interponi in actibus extrajudicialibus, videlicet contractibus, & ſimilibus; at in judicialibus ſufficit ejus præſentia, qui debet conſentire, vel auctoritatem præſtare, ſi non contradicat, ut per Tiraquell. *de jure mariti gloſſ. 7. num. 37.*

### SUMMARIUM.

1 *Reſtitutionis remedium ut extraordinarium, ſi ſit pinguius, minor omiſſio ordinario, actionem tutelæ intentare poteſt.*
2 *Minor adversùs contractum geſtum cum tutore, aut curatore, poteſt reſtitui, in quo ille malè negotium geſſit, & ſic quando læſio intervenit.*
3 *Remedium extraordinarium ſi eſt utilius ordinario, omiſſo iſto, poteſt intentari illud.*
4 *Minori non denegatur reſtitutio, quoties per hanc plenius, ſeu pinguius illi ſuccurritur.*

### L. Ad invidiam. III.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Nicomedi.*

REſtitutionis remedium ut extraordinarium, ſi ſit 1
pinguius, minor omiſſo odinario, actionem tutellæ intentare poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

*Malè geſſiſſe probari poſſunt.* &c.) His verbis innuit 2
Imper. eo caſu adversùs contractum cum tutore, aut curatore geſtum poſſe minorem reſtitui, in quo ille malè negotium geſſit, & ſic quando læſio intervenit. Ita textum hunc intelligunt Menchac. *controverſ. uſufreq. Part. 2. cap. 66. n. 4.* Clad. Pereira *in l. ſi curatorem, de integr. reſtit. min. verbo læſis, n. 61. in princ.*

*Licèt perſonali actione*, &c.) Notatur ad hoc, quod 3
ſi remedium extraordinarium utilius ſit ordinario, omiſſo iſto, poteſt illud intentari, ut per Zaſ. *lib. 1. reſponſ. cap. 29. n. 20.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. part. 3. cap. 1. n. 19.* Maurit. *de reſtitut. in integrum. c. 11. n. 7.* Sfort. Odd. *in ſimili tract. p. 1. q. 17. n. 13.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 5. q. 3. n. 12.* Unde provenit 4
ut minori non denegetur reſtitutio, quoties per hunc

pleniùs

pleniùs, ſeu pinguiùs illi ſuccurritur, ad not. per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n.* 114. *de revocand. donat.* Maur. *d. c.* 11. *n.* 7. Cald. Pereira *d. verbo læſis, n.* 11. quos refero ego ipſe *de Axiom. juris uſufreq. axiom.* 202. *n.* 2.

L. Si creditor. IV.

*Iidem* AA. & CC. *Iſidoro.*

1 MInor non reſtituitur adversùs obligationem quam in ſe recipit ejuſdem curator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 De intellectu hujus text. agit Donel. *ad l. ei qui* 7. *n.* 2. *verſ. hic nonnulli, infr. quod cum eo*, ubi citat. Bart. *in princ. & n.* 2.

SUMMARIUM.

1 *Minor quamvis poſſit reſtitui, contra adminiſtratorem; tamen poteſt experiri, nec eidem præjudicat electio.*
2 *Contractus & diſtractus, à pari procedunt, & ejuſdem ſunt naturæ.*
3 *Inſtantia perempta, & lata ſententia ab obſervatione judicii non pereunt effectus inducti per litis conteſtationem.*
4 *Minor poteſt vel agere ad intereſſe contra tutorem, vel etiam petere reſtitutionem in integrum quando fuit læſus in actu tutoris.*

L. Etiam tutoribus. V. & ult.

*Iidem* AA. & CC. *Valentino.*

1 QUamvis minor poſſit reſtitui, tamen contra adminſtratorem poteſt experiri, nec eidem præjudicat electio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 *Diſtrahentibus, vel aliàs contrahentibus*, &c.) Ergo contractus, & diſtractus à pari procedunt, & ejuſdem ſunt naturæ, de quo vide Surd. *de aliment tit.* 8. *privil.* 22. *n.* 6. Cald. Perira *de poteſt. elig. cap.* 7. *n.* 15. Eſcob. *de ratiocin. cap.* 14. *n.* 42. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 168. *n.* 7. & 10. *cum ſeqq.* Ceval. *commun. contra commun. tom.* 3. *quæſt.* 897. *n.* 886. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 15. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens,* § *proinde n.* 13. *ff. de judic.* quos refero *de appellativa verbor. utriuſque juris, ſignif. appell.* 59. *n.* 4.

3 In gloſſ. *Generando, fin.* ibi, *ſed ſpeciale in judiciis.* &c. Notatur ad hoc, quod peremptа inſtantia, & lata ſententia ab obſervatione judicii, non pereunt effectus inducti per litis conteſtationem, ut per Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 31. *verſ. quartò facit.*

4 Notatur etiam ad hoc, quod minor poteſt vel agere ad intereſſe contra tutorem, vel etiam petere reſtitutionem in integrum, quando fuit læſus in actu tutoris, ut per Roland. *conſ.* 72. *n.* 47. *vol.* 3. Surd. *dec.* 253. *n.* 18.

## *Si in communi, eadémque cauſa reſtitutio poſtuletur.*

## TIT. XXVI.

IN communi cauſa minor pro ſua tantùm parte reſtituitur, ſed ea reſtitutio non prodeſt conſorti. Scripſerunt in hanc rubr. Fulgoſ. Aloyſ. de Leo, Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Weſembec.

SUMMARIUM.

1 *Pactum ſororis natu majoris non præjudicat fratri.*
2 *Reſtitutio minoris non prodeſt majori habenti cauſam communem.*
3 *Minore reſtituto in ſua parte, non cenſentur reſtitui alii ſocii.*
4 *Reſtitutio minoris, etiam in re communi, & indiviſa conſorti non prodeſt.*
5 *Jus ſororitatis, vel fraternitatis nihil operatur, quo magis frater poſſit tranſigere in cauſa communi ſui & fratris.*
6 *Bona minorum communia ſi ſunt ab altero minore alienata ſine ſuo conſenſu & mandato, & factus major qui non vendidit, ratificet, & qui vendidit reſtitui petat, non poterit etiam qui ratificavit, reſtitui.*
7 *Ratificari poteſt quod nomine geſtum eſt, quantum ad ipſius ratificantis præjudicium.*
8 *Minor ſi rem propriam alienavit, obſervatis juris ſolemnibus, non poteſt major factus contra alienationem hujuſmodi beneficio minoris ætatis ampliùs reſtitui, ſi illam jam ratificavit.*
9 *Res vel cauſa quando eſt individua, ut ſervitus, tunc reſtitutio conceſſa minori prodeſt majori.*

L. Nec ſi major. unic.

*Impp* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aphobio, & aliis.*

PActum ſororis natu majori non præjudicat fratri. 1
Item reſtitutio minoris non prodeſt majori communem cauſam habenti. 2
Colligunt ex Ord. Cyn. Salicet. Bald. Angl. Jacob. de S. Greorgio, Caſtr. Fulgoſ. Alex. Aloyſ. Sebaſt. Næv. remiſſivè. Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 3
Alex. *concl.* 55. *n.* 17. *lib.* 5. Alfan. *collect.* 437. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 10. ubi quod reſtituto minore in ſua parte, non cenſentur alii ſocii reſtituti, D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matr. p.* 3. *n.* 63. ubi ait certum 4
eſſe reſtitutionem minoris etiam re commui, & indiviſa, conſorti non prodeſſe. Menoch. *controverſ. uſufreq. part.* 2. *cap.* 23. *n.* 12. *in princip. ubi* ex hoc text. 5
colligit jus ſororitatis, vel fraternitatis nihil operari, quo magis frater poſſit tranſigere in cauſa communi ſui & fratris, Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 129. *& ſeqq.* 6
ubi dicit *in præſenti* eſſe caſum notabilem, dum probatur hîc, quod ſi minorum bona communia ſint ab altero minore alienata ſine ſuo conſenſu & mandato, & factus major, qui non vendidit, ratificet, qui vendidit reſtitui petat non poterit qui ratificavit, reſtituit. Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap. ult. verſ. qua de re.* ubi ſic dicit: Quæ ſi cum alio communis, pro parte ſua reſtituitur, nec ætas ejus cæteris Patrocinatur. Paul. Montan. *de tutelis, & curis, cap.* 33. *num.* 517.

Notatur ad hoc, quod poteſt ratificari quod noſtro 7
nomine geſtum eſt, quantum ad ipſius ratificantis præjudicium, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 248. & citatos per me *ad reg. rerum* 9. *de regul. juris lib.* 6.

*Nam ſi cognitis* &c.) Notatur ad hoc, quod ſi mi- 8
nor rem alienavit propriam, obſervatis juris ſolemnibus, non poteſt major factus contra alienationem hujuſmodi beneficio minoris ætatis ampliùs reſtitui, ſi illam jam confirmavit, rarámque habuit, ut per Menoch. *d. remed.* 15. *recup. num.* 101. Simoncel. *de decretis lib.* 3. *tit.* 9. *in præfat.* Sfort. *de integ. reſtitut. quæſt.* 25. *n.* 5. *cum ſeqq.*

In

9 In gloss. *Patrocinari*, *fin.* ibi, *si autem esset individua, puta servitus fortè*, &c. Notatur ad hoc, quando res vel causa est individua, ut servitus, tunc restitutio concessa minori prodest majori, quia si plures habent jus servitutis in fundo alieno, qui remiserunt servitutem; & unus eorum est minor, & restituitur, ejus restitutio prodest aliis majoribus, ut per Gam. *Lusit. decis.* 291. *n.* 1. ubi dicit quod in individuis, & in quasi individuis restitutio minoris prodest majori consorti litis, Afflict. *decis.* 213. ubi *n.* 3. inquit fuisse per sacrum Consilium conclusum, quod in individuis & connexis benficium quod competit minori, extenditur ad consortes ejusdem litis majores, Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 131. *& cons.* 123. *n.* 15. *& cons.* 136. *n.* 23. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 14. *n.* 1. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo, num.* 25. *cum seqq.* D. Barbos. *in d. l.* 1. *part.* 3. *num.* 63. latè Gutier. *practic. lib.* 1. *q.* 67. *per tot.* ubi *in vers. quid tenendum*, ait hanc opinionem veram esse, si causa verè individua, & connexa sit, ita quod separari commodè non possit, per text. *in l. si communem, ff. quemadmod. servit. amitt.* cui congruè responderi non potest. Quamvis contrarium, immò quod indistinctè talis restitutio tantùm prosit minori, non verò consorti majori, etiam in individuis adversùs hanc gloss. post omnes ordinarios *in præsenti* teneat Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 10. dicens hanc esse veriorem, & communiorem opinionem, quia licèt servitus sit individua, & pro parte constitui non possit; in casu tamen suprapositio non restituitur inimori pro parte, sed in solidum; & si alii socii majores uti velint servitute, obstabit eis exceptio, & repellentur, argum. text. *in l. si per fundum, ff. de servitut. rustic. præd.*

## Si adversùs rem judicatam restitutio postuletur.

## TIT. XXVII.

HACTENUS de personis, consequenter agitur de negotiis & factis, adversùs quæ minor restitui petit: & prmùm de re judicata Aloys. de Leo, Sebastian. Næv. Item Cujac. Pac. & Wesembec.

De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 41. *& l. Hispan.* 1. *cum seqq. tit.* 25. *part.* 3. Vezin. Villalob. Donat. à Fina & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 13. *pag.* 334. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *vers.* 11. Mynsing. *cent.* 7. *observat.* 80. Octavian. *de stylo Curiæ lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 3. *cum seqq.* Zoanet. *rerum quotidian. cap.* 21. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 2. *tit. de restit. art.* 10. *n.* 20. *cum seqq* Maurit. *de in integr. restit. cap.* 192 Sfort. Odd. *eod. tract. p.* 2. *q.* 82. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare, n.* 46. Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 5. *q.* 4. *num* 11. Joan. Bapt. Costa *in tract. de ratione quotæ, n.* 137. Flores de Mena *var. quæst. lib.* 1. *quæst.* 5. *à princip.*

### SUMMARIUM.

1 *Minor contra sententiam condemnatoriam restitutionem petit in tantum, quantum se probat gravatum.*

2 *Minori contra sententiam latam post legitimam ætatem, ætatis prætextu non competit restitutio, & n.* 3.

4 *Expensæ ubi fuerint petitæ, & judex omiserit earum condemnationem, non censetur absolvisse ab expensis, imò jure omissa est earum condemnatio.*

5 *Sententia est stricti juris, strictéque intelligenda est.*

6 *Solidum licèt quis intentet, si probat justitiam habere tantùm in parte, super illa parte obtinere debet.*

7 *Restitutio an competat, quoties actus de quo agitur, licèt cœptus sit in minore ætate, in majore tamen fuerit perfectus.*

8 *Sententiæ tres ubi latæ sint, quarum prima condemnat in* 100. *secunda in* 80. *tertia in* 60. *aureis, illæ sunt conformes in summa minori.*

L. Minus ex tutelæ. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Viliis.*

1 CONtra sententiam condemnatoriam minor petit restitutionem in tantum, quantum se gravatum probat. Item minori contra sententiam post legitimam ætatem latam, ætatis prætextu non competit restitutio. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Castr. Bald. Aloys. Leo, Sebestian. Næv. post omnes Giphan. Remissive Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 2

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt. *l. Hispan.* 6. *tit.* 25. *part.* 3. *ubi gloss.* 2. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. *vers. undecimò infertur*, ubi per hunc text. tenet, quod si minor sit condemnatus per sententiam diffinitivam in causa civili, vel criminali, & in ea sit læsus errore, vel imperitia judicis, vel culpa & facilitate minoris, quia non opposuit, vel probavit exceptionem sibi competentem, vel aliam juris defensionem, potest restituti: quod tamen intelligit & declarat isto modo; nam si minor, est læsus in ipsa sententia, quia plenè de jure suo probavit, & judex eum injustè condemnavit, debet intentionem suam fundare in hoc, & petere ut restituatur, & iterum rectè judicetur ex eisdem actis: si verò non est læsus in ipsa sententia, sed ex eo quod omisit aliquam exceptionem peremptoriam, vel probationem necessariam pro victoria causæ, tunc debet restitui adversùs sententiam, & omnia alia acta processus usque ad illam tantùm partem, in qua fuit læsus, ut reponatur in illo statu. Sfort. Odd. *de in integ. restitut. quæst.* 72. *art.* 1. *num.* 2. Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.* 7. *col. ult.* Garcia Mastrill. *Siciliæ decis.* 44. *per. tot.*

4 Notatur ad hoc, quo ubi petitæ sunt expensæ, & judex omisit earum condemnationem, non censetur absolvisse ab expensis, imò jure omissa est earum condemnatio, ut per Covar. *pract. cap.* 25. *n.* 6.

5 Notatur etiam ad hoc, quod sententia est stricti juris, & strictè quoque est intelligenda, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 184. Sigism. Scacc. *de appell. quæst.* 17. *limit.* 21. *n.* 49. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 20. Monter à Cueva *decis.* 36. *n.* 52. Cacheran. *decis.* 65. *n.* 11. *& decis.* 145. *n.* 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 214. *n.* 11.

6 Notatur etiam ad hoc, quod licèt quis intentet solidum, si probet justitiam habere tantum in parte, super illa parte debet obtinere, ut per Tiraq. *de retractu convent. ad finem tit. n.* 99. *vers. verùm*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo solidum, fol.* 18.

7 *Cæterum si post*, &c.) An autem restitutio competat, quoties actus de quo agitur, licèt cœptus sit in minore ætate, in majore tamen fuerit perfectus? vide Afflict. *decis.* 210. *num.* 2. *cum seqq.* Govean. *var. lib.* 1. *cap.* 12. Maurit *de in integrum restitut. cap.* 196. Sfort. Odd. *in simil. tract. q.* 25. *num.* 31. *com seq.* Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 126. *cum seqq.* Donell. *comment.*

*comment. juris civilis, lib.* 21. *c.* 7. *in fine*, Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare*, *n.* 50. ubi cum aliquibus excitatis reſolvit ceſſare reſtitutionem quando actus geſtus cum minore perficitur eodem majore facto; inſpici enim debet finis quo actus perficitur, & abſolvitur, niſi dolo adverſarii actus perfectio tempore majoris ætatis fuerit producti, quod ipſe intelligit procedere quando in minore ætate nihil omiſſum eſt, & ſic quando ſententia lata in majore ætate non dependet à geſtis in minore: nam ſi dependeret, quia ſcilicet minor probationes omiſit, vel aliquid aliud, concedenda eſt reſtitutio.

8 In gloſſ. *Minus* 1. ibi, *vel pone quod generalis*, &c. Notatur ad hoc quod ſi latæ ſint tres ſententiæ, quarum prima condemnat in centum, ſecunda in octoginta, tertia in ſexaginta aureis, illæ ſæ ſunt conformes in minori ſumma, ut per Abb. *in cap.* 1. *numero* 22. *col.* 2. *de judic.* Capell. Tholoſ. *deciſ.* 178. & 215. Covarr. *lib.* 1. *var. cap.* 2. *n.* 6. & *pract. cap.* 25. *n.* 6. *in fine*, ubi ſubdit hanc opinionem tunc obtinere cùm ille, cui præjudicat diminutio quantitatis, conſentit expreſsè, aut tacitè ſententiæ latæ in minori ſumma, & denique omnibus quoad illam minorem quantitatem.

## SUMMARIUM.

1 *Minor reſtituitur contra ſententiam latam pro patre reſpectu poteſtatis patriæ, & n.* 2.
3 *Contra Factum proprium quis venire poteſt, ſi prætendat factum fuiſſe minus ſolemniter.*
4 *Statutum ſi prohiberet fieri alienationem in alios, quam in conſanguineos, & qui extraneo venderet, poſſet forte venditor reſtituto pretio hanc alienationem à ſe factum contra prohibitionem ſtatuti retractare.*
5 *Minor adversùs ſententiam jam latam auditur, & reſtituitur.*

## L. Si cùm pater. II.

*Imp.* GORDIANUS A. *Serenæ.*

1 MInor poteſt reſtitui contra ſententiam latam pro patre reſpectu patriæ poteſtatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. p.* 2. *q.* 55. *art.* 1. *num.* 7.

3 *Minimèque emancipationem à ſe factam valere diceret*, &c.] Notatur ad hoc quod quis poteſt venire contra proprium factum, ſi prætendat minùs ſolemniter fuiſſe factum, ut per D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio, part.* 5. *numero* 18. *verſ. non obſtat ſecundum.* Et per hunc textum tenet Tiraquel.
4 *de retract. lign.* § 1. *gloſſ.* 9. *numero* 42. quod ſi ſtatutum prohiberet fieri alienationem in alios, quàm in conſanguineos, & quis extraneo venderet, poſſet fortè venditor reſtituto pretio hanc alienationem à ſe factam contra prohibitionem ſtatuti retractare.

5 *Cùm adversùs eam ſententiam*, &c.] Notatur ad hoc quod adversùs ſententiam jam latam poteſt minor audiri, & reſtitui, ut per *l.* 8. *in fine*, ibi, *fueras ende ſi el pleytò fueſſe de huerfano menor*, &c. ubi Gregor. Lopez.

## SUMMARIUM.

1 *Adversùs ſententiam vicarii, & delegati Principis, ſolus Princeps cognoſcit, & reſtituit, & n.* 2.
3 *De nullitate ſententiæ lata à delegato Principis ſolus Princeps cognoſcit, intellige ut n.* 4.
5 *Judex inferior non poteſt ſe intromittere ad cognoſcendum de viribus ſententiæ ſuperioris, & maximè delegati a Principe, ſed ſolus Princeps cognoſcit.*

## L. Adversùs ſententiam. III.

*Imp.* PHILIPPUS A. & PHILIPPUS *Cæſ. Æliano.*

ADversùs ſententiam vicarii, & delegati Principis ſolus Princeps cognoſcit, & reſtituit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Maurit. *de reſtit. in integr. cap.* 37. Rebuff. *tom. ad leges Galliæ, tit. de litter. civilib. in præfat. n.* 5. Viger. *in methodo juris, p.* 7. *lib.* 24. *c.* 2. §. 4. Sfort. Odd. *in tract. de integr. reſt. p.* 1. *q.* 32. *art.* 21. *n.* 154. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo imploranda, numer.* 29. *verſ. in contrarium*, ubi cum Maurit. *cit. loco* firmat hanc legem minimè probare delegabilem non eſſe reſtitutionis cauſam, quamvis illam ad ſolum Principem ſpectare probet, quando ea petitur adversùs ſententiam ſui delegati: recurrendum autem fore ad Principem putat, quando delegatus negat illam poſtulanti concedere: quo caſu, inquit, Ordinarius tanquam inferior adiri non poteſt, per *l. minor*, *ff. de minorib.* & proinde neceſſariò eſt Princeps adeundus quaſi ſuperior, ſibique reſervaverit. 2

*Nequaquam poteris*, &c.] Ex hoc text. colligit Jacob. Butrig. *in præſenti*, quod de nullitate ſententiæ latæ à delegato Principis ſolus Princeps cognoſcit; hoc tamen procedere ait Tiraq. *in tract. res inter alios acta, in princ. n.* 3. quando principaliter de ipſa nullitate ageretur: quod ſi incidenter agatur, poterit etiam alius quàm Princeps cognoſcere, qua ratione incidentium quæſtionum augetur juriſdictio. Vide Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 76. 3 4

Et notari ſolet ad hoc quod judex inferior non poteſt ſe intromittere ad cognoſcendum de viribus ſententiæ ſuperioris, & maximè delegati à Principe, ſed ſolus Princeps cognoſcit, ut per Marant. *diſp.* 1. *n.* 2. 5

## SUMMARIUM.

1 *Sententia lata adversùs minores indefenſos eſt ipſo jure nulla, & n.* 2. *ſecus ſi pro eis, n.* 3.
4 *Judicium agitatum cum pupillo ſine tutoris auctoritate eſt nullum.*
5 *Sententia lata in cauſa criminali contra minorem curatore ſuo non vocato, nulla eſt. Amplia etiamſi ſententia ſit inter locutoria, n.* 6.
7 *Confeſſio minori non nocet ſi curatore carens deliquiſſe fateatur.*
8 *Minor etſi litiget per Procuratorem, ſi damnum illi reſultet, reſtituitur læſione probata.*
9 *Sententia lata contra minorem, non habentem curatorem, nulla eſt Contrarium vide n.* 10.
11 *Contra ſententiam alias nullam, ut pote latam contra minorem non habentem curatorem, non eſt neceſſaria reſtitutio.*

## L. Cùm & minores. IV.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Urbinio, & aliis.*

1 SEntentia lata adversùs minores indefendos est ipso jure nulla. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 41. §. 2.* ibi *sero por directo nen huan*, &c. *l. Hispan. 1. tit. 25. part. 3. ubi gloss. 5.* Bernard. *reg. 319. vers. tertiò fallit*, Marant. *de ordine judic. part. 6. actu 1. num. 105.* ubi *num. 106.* secus dicit si pro eis, quia tunc bene valet, *& p. 4. dist. 16.*

3 *num. 43.* ubi similiter dicit judicium agitatum cum

4 pupillo sine tutoris auctoritate esse nullum. Hippol. *in l. de minore, in princip. num. 55. & 56. ff. de quæstion.* Zas. *lib. 2. sing. intellect. cap. 16. ad fin.* Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. num. 64. cum seqq.* Clar. *§ fin. q. 50. num. 2.* Menoch *cons. 100. a num. 120.* ubi quod simi-

5 liter non valeat sententia lata in causa criminali

6 contra minorem, curatore suo non vocato, *& cons. 790. num. 3. decis. 108. num. 1.* ubi ampliat etiamsi sententia sit interlocutoria, Pereg. *cons. 75. num. 2. cum seqq. lib. 4.* Sfort. Odd. *de in integ. rest. q. 17. ex n. 66. & q. 72. ex num. 80.* Guttier. *in auth. Sacramenta puberum, n. 128. & de tutel. p. 2. cap. 4. num. 11.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num. 167.* & latius *in princip. ejusdem l. n. 9. cum seq.* Don. Garc. Mastrill. *Siciliæ decis. 44. num. 4.*

7 Notatur etiam ad hoc, quod confessio minori non nocet, si curatore carens deliquisse fateatur, ut per Menoch. *de arbitr. casu 268. num. 2.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, in princip. n. 1. 10.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 5. c. 3. § 4. num. 211.* Ludov. Miranda *de ordine judiciar. q. 17. art. 1. concl. 2. in fine.*

8 *Etiamsi per Procuratorem vestrum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod etsi minor litiget per Procuratorem, si tamen damnum illi resultet, restituitur minor adversùs actus gestos cum suo Procuratore, probata læsione, ut per Azeved. *l. 3. n. 21. tit. 8. lib. 4. novæ Rec.* Flores de Mena *var. lib. 1. q. 5. num. 10.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. p. 1. q. 22. n. 71. in fine.*

9 In gloss. *Nullum 2.* ibi, *sed dic contrà secundùm omnes* &c. Vult hæc gloss. jure non probari sententiam latam contra minorem curatorem non habentem, n ullam esse, sed illam improbant Thom. Gram. *cons. civil. 124. à n. 8.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, in prin. n. 10. vers. facit etiam.* Surd. *de aliment. tit. 8. priv l. 8. n. 1.* ubi ait omnia acta reddi nulla, si gesta sint sine curatore, sive habeat, sive non.

10 In ead. gloss. ibi, *& ideo non est necessaria restitutio.*

11 Notatur ad hoc quod contra sententiam aliàs nullam, ut pote latam contra minorem non habentem curatorem, non est necessaria restitutio, ut per Ordinat. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 41. §. 2.* Maurit. *de restitut. in integrum, cap. 189.* Sfort. *eod. tract. q. 17. à n. 66. & q. 72. num. 80. cum seqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Sententia contra tutorem lata in causa pupilli prodest pupillo ad petitionem restitutionis.*

2 *Remedium ordinarium ubi datur, scilicèt appellationis, denegatur extraordinarium, videlicèt restitutionis. Limita si remedium extraordinarium utilius sit ordinario*, num. 3.

4 *Minori non denegatur restitutio, quoties per hanc plenius illi succurritur.*

5 *Appellandi facultas, aut nullitatis etsi denegata aut submotum judicis officium, non est negata in integrum restitutio.*

6 *Minor potest petere restitutionem adversus sententiam, etiamsi Procurator suus appellaverit.*

## L. In rem pupilli. V. & ult.

*Iidem* AA. *&* CC. *Marciano.*

SEntentia contra tutorem in causa pupilli lata 1
prodest pupillo ad restitutionis petitionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

In gloss. *Constat, ult.* ibi, *Unde dicunt hodie, non* 2
*esse dandam restitutionem contra sententiam, cum jure communi possit appellari.* Notatur ad hoc, quod ubi datur remedium ordinarium, scilicet appellationis, denegatur extraordinarium, videlicet restitutionis, ut per Orden. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 41. §. 2.* ibi, *por que regra geral he ad que tem remedio ordinario*, &c. Zas. *lib. 1. resp. cap. 20.* Tiraq. *in l. si unquam, verbo libertis, num. 114. de revoc. donat.* Marsil. *sing. 99.* Alphan. *collectan. 755.* Menoch. *remed. 15. recup. numer. 12.* Maurit. *de restitut. in integrum, cap. 12.* Sfort. *eod. tract. p. 1. q. 17. &* 18. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo per quod pristinum, n. 16. & verbo implorare, n. 9. & verbo læsis, n. 169.* Morla *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 5. in prælud. n. 26. &* 27. *q. 3. n. 2.* Christoph. de Paz *in scholis ad leges styli l. 171. num. 1.* Cardin. Tusch *practic. conclus. tom. 1. lit. O. concl. 182.* D. Barbos. *in l. quia tale, num. 63. ff. soluto matr.*

Limita si remedium extraordinarium utilius sit 3
ordinario, secundùm Zas. *d. c. 20. n. 20.* Pinel. *in l. 2. de rescind. vend. part. 3. cap. 1. num. 19.* Maurit. *d. c. 11. num. 7.* Sfort. *d. q. 17. num. 33.* Morla *d. q. 3. numer. 12.* 4
Ex quo procedit, ut minori non denegetur restitutio quoties per hanc plenius, seu pinguius illi succurritur, ut notant Doctores *in l. provinciali, ff. de novi oper. nuntiat.* Tiraq. *in l. si unquam, verbo libertis, num. 114. de revocand. donat.* Maurit. *dict. cap. 11. n. 7.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo læsis, n. 11.* D. Barbos. *in l. quia tale, n. 68. in fine, ff. soluto matrim.*

In ead. gloss. ibi, *tamen plus est restitui*, &c. No- 5
tatur ad hoc, quod etiamsi lex neget appellandi facultatem, aut nullitatem, aut officium judicis submoveat, non est negata in integrum restitutio, ut per Maurit. *d. tract. cap. 292.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo Implorare, num. 46.* qui hoc idem probant stante statuto quod adversùs sententiam non possit quis reclamare, aut se læsum dicere.

In ead. gloss. ibi, *unde etiamsi appellavit curator pro* 6
*adulto*, &c. Notatur ad hoc, quod minor potest petere restitutionem adversùs sententiam, etiamsi suus Procurator appellaverit, ut per Flores de Mena *var. lib. 1. q. 5. num. 11.*

# TIT. XXVIII.

## *Si adversùs venditionem.*

*SI adversùs venditionem.* ] Id est, si minor rem suam vendidit. Regulariter autem minor adversùs venditionem restituitur, *supr. de fide juss. min. l. 1. &* 2. *& ff. de minor. l. 7. §. 1.* Scripserunt in hanc rubr. Angel. Jas. Aloys. Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Vvesembec.

De materia vide Sfort. Odd. *de in integ. restitut. p. 2. qu. 57.* Viv. Soar. Kirchov. & alios *tom. 1. comm. opinion. lib. 2. ti. 14.* Xuar. *alleg. 21. num. 5.* ubi est doctrina Bart. ait, quod quandocunque minor est, de-

ceptus

ceptus in eo, quod vendidit, quia non expediebat sibi vendere, tunc restituitur adversùs venditionem per hunc tit. ut ipse habeat rem sicut si venditio facta non fuisset.

## SUMMARIUM.

*Minor ubi mediante juramento renuntiavit restitutioni, perfidiæ ac perjurii auxilium frustrà implorat à Cæsare, & num. 2.*

3 *Restitutionem petere potest qui promisit se controversiam non moturum.*

4 τὸ Controversia *comprehendit restitutionem in integrum.*

## L. Si minor I.

*Impp.* ALEXANDER. A. *Florentino militi.*

1 UBi mediante juramento minor restitutioni renuntiavit, perfidiæ, ac perjurii auxilium à Cæsare frustrà implorat. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 95.* remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordat.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Bart. *in l. omnes populi, num. 32. in fine ff. de justit. & jure,* Fortun. Garc. *de ultimo fine, num. 459.* Pinel. *in l. 2. de rescind. venditione, p. 1. c. 1. n. 4. & 6. in fine,* Donell. *comment juris civilis lib. 21. cap. 12. col. fin.* Seraphin. *de privileg. juram privileg. 69.* Gutier. *in Aut. Sacramenta puberum, num. 9.* ubi quærit an illa Auth. addat aliquid dispositioni hujus l. ubi præter resolutionem *gloss. 1. in præsenti*, addit quod illa Auth. ampliùs disponit, quia hæc lex loquitur in juramento accedente venditioni prædii minoris, & sic in hoc casu speciali: dicta verò Auth. loquitur generaliter in contractibus rerum minorum, dum tamen puberes sint qui jurent non venire contra suam alienationem, neque eam retractare, & *n. 27.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. n. 1. vers. ex quo primò,* ubi tenet quod si talis minor sit læsus in contractu emptionis, vel quolibet alio oneroso, potest restitui, sic declarando quod ubi minor vendidit rem quam non debuerat, nec expediebat sibi vendere, & sic in tali contractu fuit læsus, restituitur adversùs ipsum contractum ut habeatur pro non facto: si verò læsus in pretio, quia vendidit, vel locavit minori pretio quàm res valeret, vel emit, aut conduxit majori pretio, licèt læsio non excedat dimidium justi pretii, restituitur non adversùs contractum, sed adversùs pretium, Joan. Garc. *de expensis c. 18. n. 44.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 38. n. 13.* ubi ait expresè probari *in hac l.* venditionem prædii factam à minore firmari juramento; Benedict. Capta *commun. opin. tom. 1. lib. 2. tit. 14. n. 6.* ubi per hunc text. tenet quod juramentum præstitum super contractu solemniter inito tollit beneficium restitutionis adversùs eundem, Duard. Caldetia *de errorib. pragm. lib. 2. c. 4.*

3 *Nullam de cætero te esse controversiam facturum.*] Notatur ad hoc, quod restitutionem petere potest qui promisit se controversiam non moturum, ut per Rebuff. *in comment. ad l. restituere 75. ff. de verb. sign. vers. item dicitur movere controversia, pag. 321.* quidquid dicat Tiraq. *de retract. lign. §. 35. gloss. 4. num. 40.*

4 ubi dicit quod verbum, *controversia*, de quo *in hoc text.* comprehendit etiam restitutionem in integrum, ut qui promiserit nullam se controversiam moturum, non possit in integrum restitui.

## SUMMARIUM.

1 *Contractus puberum confirmati juramento non rescinduntur per restitutionem, nisi vis ac metus intervenerit.*

2 *Auth. Sacramenta puberum, si adversùs venditionem, non servatur in Gallia, facileque gratia juris jurandi Episcopo fit minoribus læsis.*

3 *Sacramenta pro juramentis, & quare sic dicta.*

4 *Pubertas desideratur in minore jurante ut juramentum confirmet contractum: extende ad juramentum Hebræi minoris, num. 5. limita in prodigo, cui bonis per judicem interdictum est, n. 6. extenditur hæc constitutio ad omnes contractus minoris, num. 7. 8. 9. & 11. nisi minor ignoraret quod donat, vel voluit donare modicum, & donavit plus, & c. n. 10 limita quoque ut num. 12. locum habet etiam in judiciis, num. 25. in Ecclesiæ autem contractibus quid statuendum sit, vide n. 13. limitanda pariter hæc constitutio in confessione minoris jurata etiam sine curatore, n. 14.*

15 *Juramentum ut vim habeat confirmandi contractus, nihil attinet per minorem proprium præstetur, sed satis est si per Procuratorem cum speciali mandato jurandi, dummodo in ea commissione interveniat juramentum minoris; si verò minor in contractibus, seu conventionibus per illum juratis fuerit enormissimè læsus, poterit restitutionem petere adversùs contractus etiam si læsioni hujusmodi renuntiaverit, n. 16. satis etiam quod juramentum præstetur in ipso contractu, aut antè vel post, n. 26.*

17 *Minor, vel alius ubi enormissimè læsus, an sit necessaria juramenti relaxatio, & n. 18.*

19 *Absolutio à juramento ut obtineatur, an necessaria citatio partis.*

20 *Juramentum interponere in contractibus, sub gravissimis pœnis interdictum, etiam in quasi contractibus. num. 21. limito tamen ut num. 22. opinionem aliorum vide n. 23.*

24 *Juramentum per vim, aut metum extortum obligat relaxationeque indiget,*

## AUTH. Sacramenta puberum.

COntractus puberum juramento confirmati per restitutionem non rescinduntur, nisi jus ac metus intervenerit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. super hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 59.* ex repetentibus *tom. 7.* Philippus Corneus, Franciscus Curtius, Joannes Igneus, Ubertus de Bonnenco, Joannes Guttierrez. 1

De materia & intellectu hujus text. vide *l. Hisp. 16. tit. 11. p. 3. ubi gloss. 1. & l. 6. tit. 19. part. 6. ubi gloss. 2.* Jas. *in §. item si quis, n. 10. Inst. de act.* Boër. *decis. 350. n. 4. col. 3.* Capell. Theol. *decis. 45. 49. & 161.* Mantua *lib. 3. locorum, cap. 49.* Mathesil. *sing. 164. n. 2.* Afflict. *decis 322.* Gall. *lib. 2. observ. 41. num. 6. cum seqq. & observ. 65. à n. 5.* Marant. *de ord. jud. 3 p. q. 6. n. 91. cum seqq.* Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 1. n. 66.* Sarmient. *de reddit. Eccles. p. 1. c. 4. n. 7.* Rimin. *cons. 5. lib. 1. & cons. 228. n. 18. lib. 2.* Honded. *cons. 42. à n. 9. & cons. 18. ex num. 58. lib. 1.* Achil. Pedroch. *cons. 26. à princip.* Mandel. *cons. 11. num. 4.* Turrer. *cons. 50. lib. 1.* Alpha *collect. 216.* Simoncel. *de decretis, lib. 3. tit. 8. inspect. 18. num. 133. cum seqq.* Donell. *ad l. 1. num. 8. de rescind. vendit.* latè *comment. juris civilis lib. 21. cap. 12. per totum.* ubi Osualdus, Anton. Gabr. *commun. tit. de minorib. concl. 5.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 18. ex n. 50. & num. 70.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo dispositio 4. & verbo juramentum 22. & var. quæst. 22.*

Cor dub. de Lara *in l. ſi quis à liberis, §. parens, n. 115. ff. de liber, agnoſc.* Azeved. *l. 6. tit. 10 lib. 9. novæ Recopil.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. 4. princip.* Fachinæ. *lib. 3. controv. cap. 10. & 11.* Horat. Carpan. *in ſtat. Mediolanenſi, cap. 453. vol. 1.* Azin. *de execution. § 9. cap. 125. cum ſeqq. & cap. 326. cum ſeqq.* Celſ. Bargal. *lib. 3. de dolo, cap. 14.* Sfort. Odd. *de in integrum reſtit. part. 1. quæſt. 26. ex num. 23.* Maurit. *eod. tractat. cap. 19. & cap. 218. cum ſeqq.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 10. num. 648.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 3 ex num. 14.* Joan. Bottæ. *conſ. 51. num. 13. cum multis ſeqq.* Marc. Anton. Eugen. *conſ. 3. num. 6. cum multis ſeqq. lib. 1.* D. Barboſ. *in lib. 1. ff. ſoluto matrimon. part. 5. num. 44.* Duard. Caldeira *de erroribus pragm. lib. 2. cap. 1. cum ſeqq.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, num. 2. cum ſeqq. & verbo læſis, num. 8.* Seraphin. *de privil. juram. privil. 38. & 88.* Paul. Montan. *in tract. de tutel. cap. 33. num. 577.* Guttier. *in ſimili tract. part. 2. cap. 5. num. 72. & cap. 15. n. 25.* Alexánd. Trentacinq. *variarum reſol. tit. de minorib. reſol. 1.* Burg. de Paz. *conſ. 3. num. 15. cum ſeqq.* Aldov. *conſ. 1. per tot.* Anton. Fab. *in ſuo Codice, ſub hoc tit. definit. 2. n. 1.* Sayr. *in clavi Regia lib 5. cap. 6. n 21.* Soar. *de Relig. tom. 2. tractat. 5. de juament. lib. 2. cap. 11, num. 13. cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. tom. 2. lib. 11. tit. 8. num. 3. & lib. 24. tit. 5. n. 11.* latè Caſtill. *quotidian. lib. 3. cap. 2. per tot.* Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imperialis, lib. 2. concl. 41.* Sanchez *de matrim. lib. 1. diſp. 32. num. 6. & lib. 6. diſp. 38. num. 13. & in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 12.* Viv. Soar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 14. à num. 1. uſque ad num. 9.* Hermoſil. *ad l. 4. gloſſ. 7. num. 41. tit. 5. part. 5. fol. 34. verſo, & l. 56. gloſſ. 11. & 12. ex num. 60. cod. titul. 5. part. 5. fol. 326. verſo.*

2 Apud Gallos hanc Authenticam non ſervari, faciléque gratiam juriſjurandi ab Epiſcopo fieri minoribus læſis, referunt Rebuff. *ad leges Grallię, tom. 1. in proœm. gloſſ. 5. n. 50.* Paul. Montan. *de tutel. c. 33. num. 477.* Oſuald. *ad Donell. lib. 21. cap. 13. litt. A, verſ. ac apud Gallos.*

3 *Sacramenta.* ] Id eſt, juramenta, ſic dicta, quia juris jurandi ſacratione interpoſita geruntur, de quo vide S. Thom. 22. *part. 3. q. 50. art. 1.* Covarr. *in cap. quamvis pactum, part. 1. initio, num. 2.* Sayr. *de ſacramentis in genere, lib. 1. cap. 1. art. 1. part. 8. & in ſua clavi Regia lib. 5. cap. 1. num. 2.* Et habet locum in juramento promiſſorio relato ad futurum, uon autem in aſſertio relato ad præſens, vel præteritum, ſecundùm Hippol. *ſing. 299.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. p. 5. num. 44.* ubi ſubdit, quod ſi contractus fuerit aliàs nullus etiam ratione minoris ætatis, non confirmabitur per illud juramentum aſſertorium. Sanchez *d. cap. 12. n. 16.*

4 *Puberum.* ] Ergo deſideratur pubertas in minore jurante, ut juramentum confirmet contractum, de quo an verum ſit, ſufficiatque quod jurans hujuſmodi ſit pubertati proximus, aut doli capax, vide Afflict. *dec. 322. num. 5. & ibi* Urſil. *in addit. num. 1.* Gregor. Lop. *d. l. 6. verbo major, tit. 19. part. 6.* Covar. *de ſponſal. part. 1. cap. 5. §. 1. num. 4. & in cap. quamvis pactum p. 3. §. 1. n. 3.* Anton. Gabr. *comm. d. tit. de minorib. concluſ. 5. n. 39.* Donell. *d. lib. 21. cap. 13. verſ. Ait. auth. Sacramenta puberum,* Peregr. *conſ. 77. n. 4. lib. 1.* Vincent. Mancin. *de jurament. part. 4. effectu 1. q. 13. n. 20.* Fachin. *controv. lib. 3. cap. 10.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 4. litt. I. concl. 528. n. 50. & 51.* Joan. Girc. *reg. 1. n. 4.* Cevall. *commun. contra commun. q. 13. n. 8.* Surd. *conſ. 25. n. 22.* Seraphin. *d. privil. 83. n. 24. & privil. 164. n. 62.* Corneus *de abſol. juram. p. 4. cap. 7.* Camill. Borrell. *in ſumm. deciſ. p. 1. tit. de jurament. n. 100.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 19. n. 3.* Sanchez *de matrim. lib. 6. diſp. 38. n. 15. & 16. & in Præcept. Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 12. à n. 27.*

Extende ad juramentum Hebræi minoris, quia 5
Judæi adſtringuntur conſtitutionibus civilibus diſponentibus ſuper juramento, licèt non Canonicis, & lex civilis mandat juramenta puberum ſervari: inde tamen Tiraq. *de jure primog. q. 66. n. 24. & ſeqq.* Mancin. *de juram. p. 4. effectu 1. q 7 n. 5.* Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c. 233. n. 26. & ſeqq.* Sanchez *d. lib. 3. c. 12. n 14.* Surd. *conſ. 122. n. 21. cum ſeqq. lib. 1.*

Limita in prodigo, cui bonis per judicem inter- 6
dictum eſt; nam ejus contractum non firmari ipſius juramento, reſolvunt Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 14. n. 32.* Covar. *in c. quamvis pactum p. 2. §. 4. n. 8.* Ant. de Padill. *in l. 2. n. 36. de reſcind. vend.* quos refert, & ſequitur Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 32. n. 6.* ubi reſpondet textum *in præſenti* non obſtare, quia loquitur in adultis jurantibus, qui licèt aliquam intellectus imbecillitatem habeant, negari non poteſt, quin eo non careant, ſicut prodigus, qui nullus habet diſcretionem, nec judicium, ac proinde juramentum in prodigo deficit in ſubſtantia ſua, ſicut in furioſo, cui æquiparatur prodigus, cui bonis interdictum eſt.

*Super contractibus rerum ſuarum*, &c.] Locum ob- 7
tinet in omnibus contractibus minori. Aldovin. *conſ. 1. n. 4. & ſeq.* Caſtill. *quotid, lib. 3. c. 2. n. 4. in princip.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 1. c. 223. n. 8.* ubi extendit ad contractus venditionum, permutationum, & ſimilium, necnon ad fidejuſſiones, ita ut prætextu læſionis, ſtante juramento non detur illarum reſciſſio, nec reſtitutio Ratio eſt, quia hæc Auth. non eſt reſtringenda tanquam odioſa, ſed tanquam favorabilis ad quoſcumque contractus debet extendi, quippe quoties lex aliqua agit de obſervantia juramenti, eſt favorabilis, & extendenda, etſi ſit correctoria, Ant. Padil. *in l. ſi quis major, n. 4. de tranſact.* Sfort. Odd. *de in integr. reſt. p. 1. q. 26. art. 6. n. 3.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 1. lib. 3. cap. 12. n. 30.* Unde.

Ad quaſi contractus, & diſtractus extendunt Guil- 8
lelm. Bened. *in cap. Raynuntius, verbo teſtamentum 3. n. 36. de teſtam.* Anton. Gom. *d. cap. 14. n. 18.* Tiraq. *de jure mariti gloſſ. 5. n. 7.* Anton. Padill. *in l. ſive apud acta, n. 6. & in l. ſi quis major, n. 73. de tranſact.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, n. 9. verſ. neque,* Seraph. *de privil. juram. privil. 83. n. 33.* Peregr. *conſil. 77. n. 1. vol. 1.* Sanch. *d. cap. 12. n. 30. in fine.*

Et non ad ſolos contractus oneroſos, ſed etiam ad 9
gratioſos, ut donationes minorum, & fidejuſſiones, extendunt etiam Gregor. *l. 6, verbo la poſtiera, tit. 18. part. 6.* Anton. Gom. *d. cap. 14. num. 18.* Guttier. *in præſenti, num. 118. & 123.* Surd. *conſ. 114. n. 11. lib. 1.* Sanchez *dict. cap. 12. num. 30. in med.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap. 233. num. 25. & 28.* ubi *num. 29.* aliud eſſe dicit quando minor ignoraret quod donat, vel voluit donare modicum, & donavit plus, vel ubi adeſſet læſio ultra dimidiam facultatum minoris, & vel quando dolo patris eſſet ſeductus ad donandum, vel ſi non eſſet ſimplex donatio, ſed ob cauſam, vel correſpectiva, vel quando donaretur hæreditas, aut jus aliquod univerſale, & non probaretur ſcientia æſtimationis bonorum, de quo etiam Honded. *conſ. 42. numero 16. 21. 23. & 24. lib. 1.* Surd. *conſil. 42. à numero 9. uſque ad numero 17. & per tot. tib. 1.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 12. numero 6.* Et addit idem Gratian. *ubi ſup. num. 31.* quod per juramentum tollitur beneficium reſtitutionis in donatione ſimplici, ut neque abſolutio à juramento ſit concedenda minori donati, ob læſionem, & ſi concederetur, ſolùm faceret, ut minor non incurreret in perjurium agendo, non tamen removeret vinculum juramenti reſpectu obſervantiæ contractus jurati.

Et

11 Et cùm dubitari posset, an juramenta hujusmodi à minoribus præstita super contractibus rerum suarum non retractandis, solùm comprehendant contractus sua natura à principio validos, communis fetè omnium maximè recentiorum sententia obtinuit in hac quæst. constitutionem hujus Auth. indistinctè accipiendam esse in omnibus contractibus etiam invalidis, & ipso jure nullis. Ita Donel. *dict. lib.* 21. *c.* 13. *col.* 5. *vers. ait super*, Guttier. *in præsent. num.* 11. *cum seqq.* Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 5 *quæst.* 1. *num.* 29. Valasc. *consult.* 16. *num.* 14. Quod adeò verum est, ut contractus à minore gestus, etiamsi alio respectu quàm minoris ætatis nullus sit, juramento ab eo præstato confirmatur & virtute juramenti observandus sit, quamvis ob solemnitatis defectum aliàs invalidus esset, de quo Covar. *in cap. quamvis pactum p.* 2. §. 1. *n.* 7. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 23. Simoncel. *lib.* 3. *tit.* 8. *de inspect.* 18. *n.* 137. & 125. *vers.* 6. *casus*, Anton. Gom. *d. c.* 14. *n.* 18. *vers. tertio extende*, ubi quamvis sit nullus ipso jure, Maurit, *de in integr. rest. cap.* 309. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minoribus, num.* 2. 3. & 4. Anchar. Regiens. *lib.* 1. *quæst. famil. quæst.* 50. *num.* 17. Guttier. *in præsenti*, *num.* 23. *cum sex seq.* Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 61. ubi Benechend. & *in addit ad privileg.* 129. *num.* 2. ubi contractum minoris invalidum juramento firmari, & insuppleri omnes solemnitatum defectus multis comprobat, quidquid dicant gloss. *verb. Sacramenta, in l.* 3. *si minor se maj. dix.* Grivel. & ab eo citati *dec.* 14. *à num.* 36.

12 Limita quando contractus minoris alio respectu, quàm ætatis contragentis, & defectus solemnitatis esset nullus, ut quia res erat dotalis, vel ex alia causa prohibita alienari, & tunc juramentum non convalidat contractum: ita *in præsenti* Jas. *numero* 40. Corn. *num.* 30. Seraphin. *de privileg. juram. priv.* 83. *à num.* 34. & *ibi* Benechend. *num.* 8. ex aliis hanc limitationem veram esse dicit, quando minor juravit non contravenire contractui ratione minoris ætatis, vel quando minor solùm juravit confirmando contractum; secus verò quando promisit non contravenire ratione minoris ætatis, vel alia quacunque causa, quia tunc beneficio *l.* 2. *de rescind. vendit.* & minoris ætatis privatur, secundum Bart. *numer.* 3. Castr. *num.* 20, & Jas. *num.* 46. *in præsenti.* Gregor. Lop. *l.* 16 *gloss.* 2. *tit.* 11. *part.* 3. Anton. Gom. *d. cap.* 14. *num.* 20. Covar. *in cap. quamvis pactum, p.* 3. §. 4. *n.* 6. Guttier. *in præsenti, num.* 32. & 88. Simoncel. *d. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 18. *num.* 229. *vers.* 8. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsus, num.* 1. Surd. *cons.* 283. *à n.* 3. Seraph. *d. privil.* 84. & *ibi* Benechend *n.* 34. & 35.

13 In Ecclesiæ verò contractibus, & conventionibus diversum jus statuendum est; nam quamvis omnes Prælati juramento promiserint non petere in integrum restitutionem, nihilominus vel ipse, vel ejus successor poterit restitutionem petere, etiam propter modicam vel ordinariam læsionem; quia Ecclesia non jurat, & ita restitutionem petens non venit contra juramentum, ac proinde potest restitui, sic Anton. Gabr. *d. concl.* 5. *n.* 11. Guttier. *in præsenti, num.* 141. Seraphin. *d. privil.* 88. *n.* 76. Morla *d. tit.* 5. *q.* 9. *n.* 53.

14 Prout etiam in confessione minoris jurata etiam sine curatore limitanda venit hujus text. constitutio; quippe quod illa procedit in contractibus, non autem in judiciis, & sic minor qui promisit & juravit non venire contra confessionem, potest non obstante juramento contra suam confessionem venire, & annullare illam, si respectu ætatis, vel defectu alicujus solemnitatis nulla sit, ita Marian. *in c. qualiter, & quando, il* 2. *num.* 998. & *seqq. de accusat.* Joseph. Ludov. *Lucensi decis.* 17. *n.* 2. *p.* 1. Visill. *in addit. ad Afflict. decis.* 208. *post. n.* 2. Roland. *cons.* 51. *n.* 37. *lib.* 2. Sfort. *de rest. in integrum. q.* 65. *n.* 19. *cum seqq.* Vulpe *cons.* 34. *n.* 1. Decian. *cons.* 18. *num.* 175. *lib.* 1. Guttier. *in præsenti n.* 132. Farin. *in prax. crimin. p.* 3. *q.* 81. *n.* 359.

Quamvis plures Doctores petant ad contractuum confirmationem, & ut juramentum noceat ipsi minori, ut ille sit certior factus de beneficio restitutionis sibi competenti, at verius est id non requiri: sed quia in hac enodanda quæstione adeò pugnant inter se Interpretes nostri, ut vix dignoscipossit utra harum opinionum crebrior sit, & receptior sit, ideo remittentum duxi benevolum lectorem ad Gregor. Lop. *d. l.* 6. *verb. juraſſe*, Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 18. Anton. de Padilla. *d. l.* 2. *num.* 34. *de rescind. vendit.* Gill. *lib.* 2. *obser.* 41. Maurit. *in tract. de restit. in integ. cap.* 113. *per tot.* latè Achil. Pedroch. *cons.* 26. *ex num.* 8. *usque ad num.* 23. Guttier. *in præsenti ex n.* 114. *usque ad num.* 116. Seraphin. *de privileg. juram. priv.* 64. & 99. Simoncel. *d. lib.* 3. *tit.* 8. *in pract.* 18. *num.* 259. Ceval. *commun. contra commun. quæst.* 723. Paul. Montan. *d. cap.* 33. *num.* 586. Castill. *d. lib.* 3. *c.* 2. *ex n.* 8. Sanch. *d. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 29.

Non est opus ut juramentum vim confirmandi 15
contractus habeat, id per proprium minorem præstari, sed satis est per Procuratorem cum speciali jurandi mandato, dummodò in ea commissione interveniat minoris juramentum; si enim id non interveniat, & lædatur eo mandato, poterit adversùs illud restitui, & consequentur rescindetur contractus; quia cùm nullum sit juramentum illi mandato adjectum, nihil est huic restitutionis beneficio implorando obstans: ita Alber. *in præsenti, n.* 6. Anton. Gom. *d. cap.* 14. *n.* 18. Sanch. *d. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 25.

Si verò minor in contractibus, seu conventioni- 16
bus per illum juratis fuerit enormissimè, aut graviter læsus, poterit restitutionem petere adversùs contractus, etiamsi læsioni hujusmodi renuntiaverit, aut juraverit se illos ratione cujuscunque læsionis non impugnaturum: ratio est, quia ex nulla renunciatione, quantumcunque specifica, atque amplissima, non censetur exclusa ea læsio, quæ enormis, aut enormissima fuerit: tum quia tales clausulæ, quæ hujusmodi renuntiationes continent, dolosæ sunt ad facilioremque fraudibus parandum aditum apponuntur, ac ita quemadmodum & contractus ipsi uti principalia dolosi sunt, ita & clausulæ ipsæ uti accessoriæ ad ipsum contractum ejusdem naturæ esse præsumuntur. Vide Cov. *in cap. quamvis pactum, p.* 3. §. *ult. n.* 3. & *lib.* 2. *var. cap.* 4. *n.* 5. Ant. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 20. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 19. & 20. Joseph. Ludov. *dec. Perus.* 18. *n.* 66. Marc. Ant. Eug. *cons.* 12. *n.* 70. *lib.* 1. Simoncel. *de decretis, lib.* 3. *tit.* 8. *insp.* 18. *ex n.* 207. *à fol.* 474. & præcipuè *n.* 130. & 232. Menoch. *cons.* 371. *n.* 25. & 26. Burgos de Paz. *cons.* 3. *n.* 20. & *cons.* 5. *n.* 7. Mozz. *de contractib. tit. de mutuo, c. quomodo deficiat, seu quomodo reservatur, n.* 18. Vincent. de Franch. *dec.* 247. *in fine*, Seraph. *de priv. juram. privil.* 61. *n.* 22. Aldovin. *cons.* 2. *num.* 97. Guttier. *in repetit. hujus authent. n.* 92. *cum seqq.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.* 1. *in fine*, Gam. *Lusit. decis.* 94. *n.* 2. & *dec.* 323. *n.* 4. & *dec.* 257. *n.* 2. Flores de Molina *ad eundem decis.* 66. *in fine*, Paul. Montan. *de tutel. & curis, cap.* 33. *num.* 579. *cum seqq.* Peregr. *var. lib.* 6. *n.* 82. *vers. sed contra*, D. Barbos. *in l.* 1. *ff. soluto matrim. p.* 5. *n.* 33 Valasc. *consult.* 130. *n.* 25. Castill. *d. lib.* 3. *c.* 2. *ex num.* 28.

Sed dubium est, an in hoc casu, quando scilicet 17
minor, vel alius est enormiter, aut enormissimè læsus, si necessaria juramenti absolutio, seu relaxatio? Necessariam non esse, ita ut ea non obtenta, absque metu perjurii possit contravenire, tenent Roland. *cons.* 59. *num.* 27. *lib.* 1. & *cons.* 60. *n.* 68. *vers. & ideo, lib.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 532. *num.* 26. Matienz.

*l.2.gloss.8. num.49. tit.11.lib 5.novæ Recopilat* Joseph. Ludov. *Lucensi dec.27.n.18. & 20.* Mancin. *de juramen. part.6.q 4 num 1.* Caroc. *de locato, & conduct. p.1. C. de rescind. locat. num. 35. & 36.* Farin. *fragm. crim. litt. l. n.1290.* Cevall. *commun. contra commun. q.171.n.1. & 2* Benechend. *in addit.ad Secrap. de privil. juram. privil.31.n.16.& 17.& privil.61.n.55.*

18 Contrarium verò, immò quod absque relaxatione, & absolutione juramenti minor, sive alius sic enormissimè, seu enormiter læsus, non sit audiendus, sustinent. Afflict. *dec.322. num.9.* Capyc. *decis. 159.* Pinel. *in l.2. de rescind. vend. p.3.cap.1.n.8.vers. aliis quibus,* Covar. *in cap.quamvis pactum, p.3. § 4. num.3. & 5.* Gutier. *in præsenti, n.96.* Azeved. *l.4. num. 137. tit.21. lib 4. novæ Recopil.* Fachin. *controvers. lib. 8. c.69. in fine,* Cancer. *var. part.1.cap.13.de empt n.11. vers.ex quibus,* Castill. *d. cap.2. n.26. & seq.* Maresc. *lib.2. var. cap 24.n.16.* Et secundùm hanc opinionem consulendum tutius mihi videtur, ob periculum animarum: sed si relaxatione hujusmodi omissalis cœpta fuerit, ab incursu in perjurium actor rectè defendi poterit. Quod si juramento promissum fuerit, non petere juramenti relaxationem, & petita non uti, adhuc non obstante hujusmodi promissione, eam petere, & impetrare valebit; dummodò etiam relaxationem ab hac promissione de non petendo relaxationem juramenti, & ab aliis juramentis, & promissionibus impetrer. Moli. *d. lib.2.cap.3. n.25. in fine,* Caroc. *de locato, p,1.C. de rescind. locat. n.38.*Matienz. *l.1. gloss.8.num.51.in fine, tit.11. lib.5. novæ Recop.* Guttier. *in præsenti, n.109. & seq.*Maresc. *lib.2. var. cap.84.num.4.cum seqq.* Parlad.*lib. 2. rerum quotid. cap.4. n.49.vers. quam quidem,* Cevall. *comm. contra commun. q. 171. n.3. & 4.* Seraphin. *de privil. juram. privileg.83.n.46.*Farinac.*d.litt.I,n.1298.* Corn. *de absol.juram. p.4. casu 2.per tot.*

19 In illa quæstione an ad obtinendum absolutionem à juramento sit necessaria partis citatio,ita est distinguendum. Aut absolutio juramenti simplex, & plena petitur,quatenus est remotio, seu ruptio ejus vinculi, & tunc non est concedenda absque partis citatione. Aut.petitur ad effectum agendi, vel excipiendi,quo casu absque ulla partis citatione concedi potest, & ita distinguunt Bernard. *reg.5.* Covar. *n.5.* Guttier. *n.11.& 12. dictis locit.* Azeved. *l.4. n.138. tit.21. lib.4. novæ recop.* Rot.Genuens.*dec.197.*Caroc. *d.cap.de rescind. d. locat. num.83. vers. maximè,*Card Tusch.*præst. concl. litt. B, concl.61.* Cacheran. *dec.25. n.7.*Joseph. Ludov. *Perus. dec.18.* Thom. Trivi an. *Venetiæ dec.63.p.1.* Leo *Valentia dec.94. num.6. & 9.* Seph. Grat. *Marchiæ dec.165.* Aloys. Ricc. *in coll. dec.p.1.collect.39* Maresc. *lib.2. var.c.84.n.19. & 20.* Verùm autem judex sæcularis possit compellere laicum suscipientem juramentum illicitum ad faciendam ejus remissionem,seu relaxationem? vide Afflict. *dec.80.n.5.* Covar. *lib.1. var.cap. 4. num.5.* Guttier.*in præsenti, n.160.* Bobadil. *in sua politica, lib.1. cap.18. n.273.* qui affirmativè respondent quando non dubitatur de nullitate, & injustitia juramenti.

20 *Inviolabiliter custodiantur.* ] De jure Lusitano per Ordinat. Regiam. *lib.4. titul.73.* & apud Hispanios per *l.11. tit.1. lib.4.novæ recopil.* sub gravissimis pœnis prohibitum est juramentum in contractibus interponere, & si de facto opponatur, contractus annullantur, & executioni mandari non possunt, & tam paciscentes, quam tabelliones graviter puniuntur: de quarum legum validitate, & intellectu multa cumulant, eaque per Principes sæculares de jure rogari posse defendunt ex alienigenis. Azin.*de exec. §.9. n.165.* Oswald. *ad Donell.commen. jur. civilis lib.21. cap. 13. litt. A, in fine,*Mascard. *de probat. concluf.1059. n.14.* Decian. *in tract. crimin.lib.2. cap.34. numer. 6.* Fachinæ. *controv. lib.3. cap. 13. per tot.* Ex Hispanis Greg. Lopez. *l.6. gloss. 1. tit. 4. part. 6.* Fortun. Garc.*de ultimo fine, illat.20. num.270.* Palat. Rub. *in repet.cap.per vestras,§. fin. num. 30 de donat. inter vir. & uxor.* Arias *in l.65. Tauri, n.64. cum seq.* Segur. *in l.1.§.fin.verbo Uxori, num.133. ff. de acquir. possess.* Anton. Gomez *var. com.2.cap.14.n.22.*Covar. *in cap. quamvis pactum, p.1. §.3. num.8.* Menes. *in l.2. de rescind. vendit. num.35.* Olan. *in reduct. antinom. lib. 1. num. 28.* Salzed. *ad Bernard. reg.386.* Avend. *de exequend.mand.p.2. cap.27. num.14.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. cap.4. n.52. & 53.* Azeved. *in d.l. 11. num.1.cum seqq. tit.1. lib.4. novæ Recop.* Mazienz.*l.2. gloss.3.n.7.& 8.tit. 2.& l.1. gloss.8. n.52. & l.22. gl.8. n.1.cum seqq. tit.11. lib.5. novæ Recop.* Perez *in lib. 1. tit.1.lib.3.Ord.pag.474.& lib.1.tit.8.pag.602.* Guttier. *in præsenti, n.45.& 46.& à n.151. & in l. nemo potest, ff. & de legat.1.num.46. & 47. & de juram. confirm. p.2.cap.12.num.9.* Cevall. *commun. contra communes, q. 188. num. 5.* Padil. *in summ. legum pœnal. part. 2. casu 13. & casu 54. num. 10.* Molin. *de justit. tract.2. disp.271. vers. addidimus.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib.10. cap.7.* Francisc. Suarez *de Religione, tom. 2. tract.5. lib.2. c.38.n.15.*

Ex Regni Aragoniæ Jureconsultis, Bellug. *in speculo Principum, rubr.12. §. quædam, n.61. cum seqq.* Cened.*p.3. coll.2. n.4.* Morla *in emperio juris part. 1. tit.9. de contrahenda empt. q.24. n.7.* Cancer. *part.1. variarum res. cap.8. de donat. n.40.& part.2. c.1. de minorib. num.5. cum seq.* Fontanel. *de pactis nuptialib. clauf.3.gloss.3.n.13. vers. hic nobis.*

Ex nostris Lusitanis doctiss. Pinel. *in lib. 2. de rescind. vendit.p.3.c.1. n.11.* Subtil. Acosta *in l. si ex cautione, de non numerata pecunia, fallent.10.n.4. & in §.cum in bello, verbo Agnati,n.8.*insign.D.Barbos. *in l.1.ff.soluto matr.part.1. n.78.* Gam. *Lusit.dec.247.n.2.* Cald.Pereira *in l. si curatorem, verbo Minoribus,n.4. & 6. & qq.forens.lib.1.q.23.n.12.& de empt.& vendit. cap.30.n.40.*Alvar.Valasc.*consult.16.n.14.& cons.99. & cons. 132.n.7.& de partit.c.16.n.8.* Thom. Valas: *alleg. juris tom.1 alleg.72.31.* Rebellus *de oblig. justit. p.2.lib.1. q.9. à princ.* Gabr. Pereira *de manu Regia, p.2. cap.19. per totum.* Emman. Barbosa, quem non minus naturæ, quàm doctrinæ meæ revereor auctorem, *in remiss. ad Ord. regiam,d.tit.73.*

Ampliat Alvar. Valasc. *d. cons.99. n.11.* legem Lusitanam procedere in quasi contractibus,& Azev. *in d. l.11. n.26.* extendit aliam Hispanam ad contractus innominatos. Limitat eadem *lex Hispana 11. in fine,* in locationibus reddituum Ecclesiarum, monasteriorum, Prælatorum, & Clericorum, ut refert Guttier. *in præsenti, n.157.* In compromissis etiam, contractibus dotium, promissionibus arrarum, venditionis, donationibus, & alienationibus perpetuis, & cæteris contractibus, pro quorum validitate juramentum requiritur,ut sunt contractus minorum, & mulierum nuptiarum,*ex ead.l.11.*de quibus omnibus Guttier. *in præsenti, à n.156.* Matienz. *in l.1. gloss.8. n.52.in fine, tit.11.lib.5.novæ Recop.* Monteros. *in sua praxi de Escrituras publicas, tract.7.6.en que casos los Escrivanos publicos.* Denique in testamentis, & codicillis juramentum interponi posse tenent Avendan. *lib.2.c.29.n.12,vers. quintò ex supradictis.* Perez *in l.1. vers. hodie tamen, tit.2. lib.5.Ord.*Guttier. *in præsenti, n.159.*D.Barbos. *in d.l.1.ff.soluto matrim. p.1.num.80.* licèt de hoc dubiter Azeved. *d. l.11.n.20.* 21 22

Et quamvis praxis Hispaniæ, & Lusitaniæ ita observet, ut de illarum legum justificatione non sit amplius dubitandum; nihilominus tamen contra hæc,& similia statuta insurgunt Maria *de jurisd. p.4. cent.1.casu 72.* Marescot. *lib.1. var.cap.62. à num.20.* Seraphin. *de privil. juram. privil.66.* ubi Benechend. 23

&

*& privil. 76. n.18.* Sahag. *in cap. decernimus, n.128. de judic.* ubi addit pro bono publico hujusmodi constitutiones rectè sustineri posse quoad Notarii pœnam, sed non quoad nullitatem contractus ex defectu otestatis.

24 *Per vim autem, vel metum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod juramentum per vim, seu metum extortum obligat, relaxationéque indiget; nam text. *in præsenti*, dum dicit hujusmodi juramentum in contractibus majorum, qui aliàs validi erant, esse nullius momenti, intelligitur quoad obligationem homini acquisitam, & quoad ejus firmitatem; nam ratione metus potest facilè relaxari. Vide Cov. *de sponsal. p.2. cap.3. §.5. n.2. & in c. quamvis pactum, p.3. §.4 n.2. & lib.1. var. c.4. n.7.* Molin. *de primog. lib.2. cap.3. n.12. & 13.* Gutier. *de juram. confirm. p.1. c.57. num.19.* Fachin. *controvers. lib. 102.* Soar. *de Relig. tom.2. tract. de juramen. lib.2. c.11. à n.14.* Molin. *de Justit. tr.2. disp.149. vers. quatuor.* Seraph. *de privil. juram. privil. 110. n.16.* Sayr. *in clavi Regia, lib.5. cap.6. n.14. cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.2. quæst.2.* Less. *de Justitia lib.2. c.42. dub.6. n.50. & 51. & cap.42. dub.6. num.32.* Castill. *controvers. lib.3. c.2. num.7.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom.1. lib.3. c.12. n.20.* Farin. *fragment. crimin. part.2. lib. 1, ex n.1270.*

25 In gloss. *contractibus*, ibi, *item quid in judicio*, &c. Ergo locum habet etiam in judiciis, quia in eis quasi contrahitur, ita Anton. Gom. *tom.2. var. c.14. n.18. vers. Octavò* Marant. *de ord. judic. p.6. tit. de appellat. n.103.* Tiraq. *de jure mariti, gl.5. num.208.* Vant. *de nullitat. tit. de ex defectu mandati, n.35.* Et ita minor ratione prædicti juramenti non potest venire contra sententiam, etiamsi indefensus proponatur, Curt. jun. *in præsenti, n.154.* & Gutier. *n.1228.* Gerard. *sing. 66.* Boër. *dec.92. n.1.* Maurit. *de in integ. restitut. c.261. & 280.* Anton. Gabr. *d. tit. de minoribus, concl.5. n.12.* Avendan. *resp.4. n.4.* Seraph. *privil.133.* Cald. Pereira *l. si curatorem, in princ. num.35.* Steph. Grat. *discept. for. c.27. n.30.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. q.15. n.32. num. seqq.*

26 In gloss. *Super*, ibi, *sive in ipso contractu, sive prius, sive post, etiam quandocumque.* Notatur ad hoc, quod ad hoc ut locum habeat dispositio hujus Auth. satis est juramentum præstari in ipso contractu, aut ante, aut post, ut per Gregor. Lopez *l.6. verbo Jurasse, in fine, tit.19. part.6.* Anton. Gom. *d. c.14. n.18.* Sfort. Odd. *de in integ. restit. part.1. quæst.14. art.3. n.13. in fine*, Seraphin. *privileg. 61. num.8.* Sanchez *dict. lib.3. cap.12. n.29.*

## SUMMARIUM.

1 *Minor restituitur adversùs venditiones nocivas, tam sibi, quam tutori factas.*

2 *Venditio quæ pupillum ladit, præsumitur ficta, & simulata.*

## L. In integrum II. & ult.

*Impp.* Constantin. Constantius *& Constans AAA. Ad populum.*

1 MInor restituitur adversùs venditiones nocivas, tam sibi, quàm autori factas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. supra hoc cit.*

2 Notatur ad hoc, quod venditio, quæ pupillum lædit, ficta & simulata præsumitur, ut per Alciat. *in tract. de præsumpt. reg. 1. præs.42. num.2.* Menoch. *in simili tract. lib.3. præs.82. n.3.* Sfort. Odd. *in tract. de integ. restitut. p.2. q.57. art.2. à num.8.*

*Si adversùs venditionem pignorum, &c.*

## Tit. XXIX.

*Si adversùs venditionem pignorum.* ] Id est, si creditor minoris rem sibi pignoratam, aut si rei judicatæ executor rem minoris ex causa judicati captum distraxerit. Scripserunt in rubr. Salicet. Jas. Aloys. Leo, Sebast. Næv. item Cujac. Pac. & Vvesembec.

De materia tituli vide *in l.9. ff. de minoribus*, Sfort. Odd. *in tractat. de in integrit. restit. part.2. quæst.53. art.3. cum seqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Adversùs pignus prætorium, quod incipit à minore, si vendatur, restitutioni locus est.*

2 *Per pignoris alienationem si damnum obveniat enorme, datur restitutio.*

3 *Restitutionis beneficium competit minori, non solùm contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, si scivit rem esse minoris, si verò ignoravit, in subsidium.*

4 *Minor illæsus restituitur in bona alienata: excipe ut num.5.*

6 *Hæredi minori licèt non succurratur ratione ætatis, subvenitur tamen propter ignorantiam.*

7 *Minoribus competit in integrum restitutio adversùs bonorum addictionem.*

8 *Minoris damnum si sit minùs grave, datur ei restitutio in integrum contra emptorem sui pignoris, secus si sit modicum resolve ut n.9.*

10 *Damnum parvum, seu leve, magnum, vel grave, quod judicis arbitrio relinquitur.*

11 *Læsio modica, seu minima, item major, seu enormis, & maxima, quæ vocatur enormissima, quæ sit.*

## L. Etiam I.

*Impp.* Dioclet. *&* Maximian. AA. *&* CC. *Sabinæ, & aliis.*

ADversùs pignus prætorium, quod incipit à minore, si vendatur, restitutioni locus est. Ob enorme damnum minori per pignoris alienationem obveniens, restitutio datur. Colligunt ex Ordinat. Bart. Salicet. Bald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. post omnes Giphan. *tom.1. pag.99.* remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1 2

Vulgò allegari solet hic text. ad hoc quod restitutionis beneficium competit minori, non solùm contra primum emptorem, sed etiam contra secundum, si scivit rem minoris esse; si verò ignoraverit, in subsidium: vide Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vend. q.4. num.32.* Roder. Huar. *alleg.21. n.7.* Anton. Gom. *tom.2. variar. cap.2. n.41. & c.14. num.7.* Covar. *lib.2. var. cap.3. à n.10.* Acosta *in repet. §. & quid si tantum, part.2. à num.49.* Sfort. Odd. *de in integrum restitut. part.1. q.31. art.17. à num.85.* Cavalcan. *de tutoribus & curatoribus, n.123. & 151.* Cald. Pereira *in l. si curatorem verbo implorare, num.15. & de empt. & vendit. c.8. num.52.* ubi tradit minorem illæsum restitui adversùs alienationem bonorum majorum. Mori. *in emporio juris civilis, part.1. tit.5. quæst.2. per totam*, & præcipuè *num.4.* ubi tenet quod minor 3 4

poteſt in integrum reſtitui in bona alienata, etiamſi ipſa alienatio tranſierit jam in tertio poſſeſſores; quamvis cum eis minor non contraxerit dummodò qui comminore contraxit, non habeat bona, quibus
5 ſolvere poſſit. Excipit tamen duos caſu, in quibus neceſſaria eſt reſtitutio indiſtinctè, & directè contra tertio poſſeſſores. Primus eſt caſus eſt quando minor fuit deceptus, & læſus non in pretio, ſed in venditione, ſecundus quando tertius poſſeſſor, ſciens, & prudens emit rem minoris.

6 Notatur etiam ad hunc textum, quod licèt hæredi minori non ſuccurratur ratione minori ætatis in caſu hujus textus; tamen ei ſubvenitur propter ignorantiam, ex clauſ. *ſi qua mihi juſta cauſa videbitur*, ut per Tiraquell. *de retractu lignag.* §. 35. *gloſ.* 4. *num.* 50.

7 Notatur denique ad hoc, quod in integrum reſtitutio adverſus bonorum addictionem minoribus competit, ut per Guid. Pap. *dec.* 31. Parlard. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. 16. *num.* 9. ubi intelligi, modò grave damnum, aut certè non minimum exinde eos ſequatur.

8 *Si tamen magno detrimento afficiantur.* ] Notatur ad hoc, quod ſi damnum minoris ſit nimis grave, & enorme, datur ei reſtitutio in integrum contra emptorem ſui pignoris ſecus ſi modicum ſit, ut per Sfort.
9 Odd. *in tract. de in integrum reſtitut. part.* 2. *quæſt.* 53. *ex num.* 27. ubi *à num.* 21. idem reſolvit quando pignus eſſet conventionale. Idem Sfort. Odd. *dict. tract.*
10 *parte* 1. *quæſt.* 4. *artic.* 12. *num.* 97. Quod autem dicatur parvum, & leve, aut magnum, & grave incommodum, ſive damnum, judicis arbitrio relinquitur, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo omnia,*
11 *num.* 31. ubi allegat textum *in præſenti.* Et ſimiliter quæ dicatur læſio modica, ſeu minima; item major, ſeu enormis, & quæ maxima, quæ vocatur enormiſſima, non bene conſtat inter Doctores, vide tamen de hoc Maurit. *de in integrum reſtitut. cap.* 124. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 18. *in fine*, Joan. Garc. *de expenſis, cap.* 18. *num.* 21. *ad fin.* Seraphin. *de privil. juram. privileg.* 83. *num.* 89. *cum ſeqq.* Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I, num.* 1289. Eſcobar. *de ratiocin. comput.* 6. *num.* 10. Franciſc. Molin. *de retu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 96. *num.* 45. Caſtill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 13. & 42. Giurb. *deciſione* 110. *num.* 3. *verſ. conſiſtorium*, Valaſc. *de partit. cap.* 35. *num.* 37. Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt.* 19. *num.* 16. & 17. latè Sfort. Odd. *d. tract. de in integr. reſtit. p.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 12. *ex numero* 110. *uſque ad n.* 125.

---

## SUMMARIUM.

1 *Si pignus, quod à majore minor accepit, venditur, nullo modo minor reſtituitur.*

2 *Minor ſuccedens extraneo in re per hæreditatem acquiſita, reſtitutionis beneficio non gaudet, & num.* 3.

4 *Preſcriptiones conventionales à prædeceſſore incipiunt currere contra majores abſque reſtitutioni auxilio, ex capite ſcilicet de minoribus: reſtitui tamen poterunt ex clauſula generali.*

5 *Minor ſuccedens majori non reſtituitur adversùs actus dependentes à facto, vel contractu majoris, etiamſi demum ſuo tempore acceperit perfectionem.*

6 *Reſtitutio minori Eccleſiæ, & ſimilibus, quibus de jure competit, pro modica læſione competit.*

## L. Rem quam. II. & fin.

*Iidem* AA. Et CC. *Severæ Clementinæ.*

SI pignus, quod à majore minor accepit, venditur, 1
nullo modo minor reſtituitur. Idem minor ſuc- 2
cedens extraneo in re per hæreditatem acquiſita, reſtitutionis beneficio non gaudet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 99.

Hinc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 3
munt Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.* 9. *col. fin.* Sfort. *de in integr. reſtit. quæſt.* 53 *art. fin.* Morol. *in empetorio juris, part. tit.* 5. *q.* 5. *n.* 16. ubi *per l. Æmi-* 4
*lius* 39. *ff. de minoribus*, tenet præſcriptiones conventionales à prædeceſſore incipientes currere contra minores abſque reſtitutionis auxilio, ex capite ſcilicet de minoribus, reſtitui tamen poterunt ex clauſula generali *ſi qua mihi inſta cauſa*, & ex *cap. juſtæ ignorantiæ*; potuit enim minor defuncti conventionem ignorare & hæ cauſæ juſtæ ignorantiæ poterunt potiſſimùm Imperatorem movere *in d. l. Æmilius.* ad reſtituendum minores. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 27. & 30.

Notatur ad hoc, quod minor ſuccedens majori, 5
non reſtituitur adversùs actus dependentes à facto, vel contractu majoris, etiamſi damnum ſuo tempore perfectionem acceperit, ut per Afflict. *dec.* 212. *num.* 1. ubi dicit quod minor non utitur jure ſuo quando ſuccedit defuncto, cui non competebat reſtitutio in integrum, & Cæſar de Urſil. *in addit.* firmat reſtitutionem non dari minori quando ſuccedit majori, niſi aliquid fuiſſet geſtum cum ipſis minoribus. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 1. *à n.* 17. Anton. Theſaur. *Pedem. dec.* 103. *num.* 1. *cum ſeqq.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, à num.* 49. Flores de Mena *d. quæſt.* 5. *num.* 15. inducens textum *in præſenti*, dum probare dicit, quod ſi creditor ex pacto appoſito cum defuncto ob non ſolutionem debiti à defuncto contracti, vendat pignus, licèt id accideret tempore minoris, quia minor non ſolverat, non reſtituitur minor adversùs ipſam venditionem.

In gloſſ. *Verſatus*, ibi, *quia ſi ceperit conventionale* 6
*pignus à minore, reſtituitur pro modico damno*, &c. Notatur ad hoc, quod pro modica læſione reſtitutio minori, Eccleſiæ, & ſimilibus, quibus de jure competit, concedi debet, ut per Pinel. *in lib.* 2. *de reſcind. vendit. part.* 1. *c.* 1. *num.* 26. Acoſta *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantum, p.* 2. *num.* 77. & 78. *ff. de liber. & poſthum.* Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 11. Sfort. Odd. *in tract. de in integrum. reſtit. q.* 4. *n.* 105. *verſ.* 3. Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.* 9. *col. pen. & cap.* 12. *verſ.* 9. Maſcard. *de probat. concl.* 1058. *n.* 5. Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 27. & 28. & *lib.* 11. *q.* 4. *n.* 66. & 67. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo vel adverſarii dolo, n.* 7. Valaſc. *conſult.* 109. *n.* 10. & *de partitionibus c.* 39. *n.* 38.

## *Si adversùs donationem.*

## TIT. XXX.

DONATIO à minore facta quandoque ipſo jure non valet: quandoque valet, ſed per reſtitutionem reſcinditur: quandoque valet, nec datur contra eam reſtitutio. Scripſerunt in hanc rubr. Jaſ. Salicet. Sebaſt. Næv. item Cujac. Pac. & Vveſemb. Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. p.* 2. *q.* 58.

SUM

## SUMMARIUM.

1 *Minor non restituitur contra donationem propter nuptias congruam.*
2 *Donatio sponsalia non immoderata prætextu ætatis minimè revocatur, & n.3.*
4 *In Donatione minoris necessaria est curatoris auctoritas quod procedit in donatione propter nuptias, num. 5.*

### L. Si quæ res I.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Theodoræ.*

1 MInor non restituitur contra donationem pro-
2 pter nuptias congruam. Sive, donatio sponsalitia non immoderata, prætextu ætatis minimè revocatur. Colligunt ex Ordin. Bart. Silicet. Bald. Castr. Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Gregor. Lop. *l.* 14. *glos.* 2. *ante fin. tit.* 11. *part.* 4. Antom. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. *vers. secundò infertur*, ubi per hunc text. dicit, quod si minor faciat donationem ante nuptias, vel propter nuptias, aut sponsalitiam largitatem, attenta qualitate personarum, & consuetudine regionis, valebit talis donatio, & non potest restitui. Perez de Paz *conf.* 3. *n.* 33. Maurit. *in tract. de in integ. restitut. cap.* 207. *cum seqq.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.* 10. *col.* 2. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 573. *vers. si minor.* Sfort, Odd. *in tract. de in integr. restituit. part.* 2. *q.* 58. *n.* 5. *art.* 5. *à num.* 32.

4 *Curator præsente.*] Ergo in donatione necessaria est autoritas curatoris, ut per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo hunc contractum, num.* 19. *vers. inter-*
5 *tur etiam*, ubi ait procedere in donatione propter nuptias, quæ habet separatam naturam ab aliis donationibus, cùm accedat contractui oneroso.

## SUMMARIUM.

1 *Consensus patris non obest minori in re, quæ sine decreto alienari non potuit, & n.* 2.
3 *Vir & uxor si in eodem instrumento donaverunt, rem viri tantùm donasse censentur.*
4 *Donatio remuneratoria facta per minorem valet, etiam si fiat de rebus immobilibus.*
5 *Minor non habens curatorem, solus ex causa dotis bona sua alienare poterit.*

### L. Si in re II. & ult.

*Idem* AA. & CC. *Medeæ.*

1 COnsensus patris non obest minori in re, quæ sine decreto alienari non potuit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 69 *vers. & si dicas*, ubi colligit quod qui non potest alienare sine decreto, ita nec alienanti consentire, & extendit ex Bald. hîc ad statutum disponens quod minor non possit aliquam venditionem facere sine consensu consanguineorum, etiamsi juraverit, non poterit vendenti consentire, & super declaratione *leg. Regni, limit.* 5. *num.* 13. *col.* 3. *in fine*, Tiraquell. *in l. si unquam, in princ. num.* 30. ubi quod pater tutor, vel curator filii emancipari non potest sine decreto illius bona alienare, etiamsi illa à patre fuerint antèa filio donata: & de jure mariti *glos. s. num.* 54. ubi textum allegat ad hoc quod minor potest sine decreto consentire patri alienanti rem immobilem ipsius filii minoris, quam ante à patre ipse dono habuerat. Maurit *de in integrum restitut. cap.* 295. Barg. de Paz *conf.* 3. *num.* 38. Donell. *comment. juris civilis lib.* 12. *cap.* 12. *col.* 8. *in fine*, Pinel. *in l.* 5. *de bonis matern. p.* 3. *num.* 58. *vers. sed contrarium.* ubi citato hoc text. tenet solemnitatem legis, vel statuti in alienatione mulieris, vel minoris necessarium esse, etiamsi alienatio fiat in eum, à quo res obvenerat, & *num.* 60. *col.* 5. *vers. probatur sextò*, idem dicens ait eum, cui res aliqua donata fuit, non posse eam liberè donare primo donatori, etiam parenti, sed tunc eandem solemnitatem exigi, quæ requiritur in vera donatione.

*Pater vester donationem fecit*, &c.] Notatur ad hoc, 3
quod si vir & uxor in eodem instrumento donaverunt rem viri, ipse vir tantùm censetur donasse, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 30. *gl.* 1. *n.* 2.

*Quæ etiam sine decreti recitatione*, &c.] Ergo à 4
contrario sensu interveniente decreto valebit donatio remuneratoria facta per minorem, etiamsi fiat de rebus immobilibus, & sic probat minores sine decreto non posse remunerationis causâ donationem facere, ut per Mench. *de succession. resoll. lib.* 1. §. 5. *num.* 8. D. Barbos. *in l. si ante* 6. *num.* 21. *in med. ff. solutio matrim.* ubi ex Paul. de Castro *hîc num.* 5. advertit, texum *in presenti* loqui de donatione remuneratoria.

Notatur etiam ad hoc, quod minor curatorem 5
non habens poterit solus ex causa dotis bona sua alienare, ut per D. Barbos. *in d. l. si ante, n.* 13.

*Si adversùs libertatem.*

## TIT. XXXI.

ADversus libertatem minor restituitur vel a Principe ex magna causa, vel per actionem de dolo adversùs manumissum. Prætor autem non rescindit libertatem, quæ semel competit, *l.* 9. §. *ult. & l. seqq. ff. de minoribus.* Scripserunt in hanc rubr. Sebast. Næv. Cujac Pac. & Vvesemb.

De materia tituli vide Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Lasis, n.* 158. *cum seqq.* Sfort. Odd. *in tr. de in integ. restit. p.* 2. *q.* 55. & Præum *q.* 130.

## SUMMARIUM.

1 *Minor restituitur contra sententiam, qua pronuntiatur aliquem liberandum, non autem restituitur adversùs sententiam libertatis, & n.* 2.
3 *Condemnare, vel absolvere aliud, aliud condemnandum, vel absolvendum pronuntiare.*
4 *Ex rescissionis petitione contra sententiam consequitur quis rescissionem judicii.*
5 *Restitutionem potens adversùs sententiam non petit per beneficium restitutionis reformari sententiam.*
6 *Consurter si dicat in consilio aliquem fore condemnandum, vel absolvendum, & judex in sententia dicat, Pronuntio secundum formam consilii, non valet sententia.*

## L. Si post. I.

*Impp.* AA. SEVERUS & ANTONINUS AA. *Hamniæ.*

1 MInor restituitur contra sententiam, qua pronunciatur aliquem liberandum, non autem restituitur adversùs sententia libertatis. Colligunt ex Ord. Bart. Salicet. Bald. Castr. Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Maurit. *in tract. de in integ. restitut. cap.* 250. *num.* 1. Sfort. Odd. *in simili tract. quæst.* 72. *num.* 26. Donell. *comment. juris civilis libro* 21. *cap.* 12. *col.* 1. Cald. Pereira *in si curatorem, verbo læsis, num.* 161. *in fine*, ubi dicit citato hoc textu, quod minor adversùs sententiam pro libertate non restituitur, quando scilicet per sententiam servus qui erat, pronuntiatur liber; secus verò si pronuntiatur manumittendus, quoniam adversùs eam sententiam datur restitutio, quemadmodum etiam adversùs dandam libertatem minor restitui potest, quia adhuc mutatus status non est, ita etiam adversùs sententiam qua pronuntiatur libertatem dandam esse. Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 31. *num.* 31. *vers. non obstat sextum* ubi dicit quod si pronuntietur aliquem liberum esse, non restituitur minor, at si pronuntietur esse manumittendum, vel liberandum, restituitur minor, quia tunc non est data libertas.

3 Notatur ad hoc quod aliud est condemnare, vel absolvere, aliud condemnandum, vel absolvendum pronuntiare, ut per Sarmient. *libro* 1. *select. cap.* 14. *à princip.*

4 Notatur ad hoc, quod ex petitione rescissionis contra sententiam consequitur quis rescissionem judicii, ut per Gregor. Lop. *in l.* 3. *per text. ubi gloss. ult. tit.* 15. *part.* 3.

5 *Ætas tua litis instaurationem admittit.*] Vide Bart. *in l. divus, num.* 7. *ff. de in integrum restit.* ubi sciendum advertit, quod ille qui petit restitutionem in integrum adversùs sententiam, non petit per beneficium restitutionis sententiam reformari, ut putà si fuerit reus absolutus, cùm deberet condemnari, non petam restitutionem in integrum ut condemnetur, sed petam quod per beneficium restitutionis rescindatur illa sententia, & ego reponar in eo statu, in quo eram priùs, & sic quando fui læsus solùm in ipsa sententia processus, aut ille fuit legitimè factus usque ad conclusionem, tunc restituat ut rescissa sententia iterum sententietur ex eisdem actis, secus verò quando læsio contingit non solùm in sententia, sed in tota processu, veluti quando pendente judicio post litem contestatam incœpi esse absens, & sic non potui producere defensiones, & juramea, quia tunc restituat ut possint uti defensionibus, & juribus meis.

In gloss. *Admittit*, ibi, *vel ut solvas utrumque*
6 *dic.* &c. Notatur ad hoc quod si consultor dicat in consilio aliquem fore condemnandum, vel absolvendum, & judex in sententia dicat, Pronuncio secundùm formam concilii, non valet sententia, ut per Bald. *tom.* 2. *commun. opin. libro* 7. *tit.* 14. *de re judicata, num.* 4. *pag.* 260.

### SUMMARIUM.

1 *Minor adversùs libertatem manumisso ex dolo præstitam non restituitur, manumissum autem convenit ex dolo, & num.* 2.

3 *Libertas semel acquisita revocari non debet.*

## L. Etsi minor. II.

*Imp.* GORDIANUS A. *Soloniæ.*

MInor adversùs libertatem manumisso ex dolo 1
præstitam non restituitur, manumissum autem ob dolum convenit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *super à hoc tit.*

Hinc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
mit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsit, n.* 159. *in princ.* ubi dicit quod licèt adversùs libertatem restitui minor non possit, quia servus manumissus omnino mutat statum, novusque efficitur homo, propter quod cessare debet restitutio, nihilominus tamen hoc casu minori succurritur per actionem de dolo, vel in factum, quod inductum ex ratione est, ut minor indemnis conservetur: constat namque aliquando minoris plurimùm interesse servum manumissum non esse.

Notatur etiam ad hoc; quod libertas semel ac- 3
quisita revocari non debet, ut per Sanchez *in præcepta decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 12.

### SUMMARIUM.

1 *De libertatis nullitate cognitio, non rescissio nullitatis licita, & num.* 2. *Procedit in libertate jam concessa, secus in concedenda, num.* 3.

4 *Minor restituitur adversùs manumissionem, quando ex magna causa Principi ita videatur.*

## L. Quos retrahi III.

*Impp.* VALENRIAN. & GALLIEN. AA. *Marthonæ, & Sabinillæ.*

DE nullitate libertatis cognitio, non rescissio 1
nullitatis licita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt Donell. *comment. juris civilis lib.* 12. *cap.* 12. *col.* 1. Sfort. Odd. *in tract. de in integrum restituit. p.* 2. *quæst.* 55. *art.* 3. *per totum*, ubi *n.* 38. ait procedere 3
in libertate jam concessa, secus autem in concedenda: & *num.* 40. affert exemplum *in l. si verum*, §. *quod si minor. ff. de minor.* ubi si minor vendiderit servum hac lege ut manumitatur, potest restitui minor, si manumissio sequuta non sit, si verò sit sequuta, secus. Et *artic.* 4. resolvit quod minor restitui- 4
tur adversùs manumissionem quando ex magna causa Principi ita videatur, ubi plura exempla hujus magnæ causæ adducit.

### SUMMARIUM.

1 *Contra sententiam libertatis licita est appellatio, sed non restitutio in integrum, & n.* 2.

3 *In libertate judex aliquando pronuntiat quem liberum, aliquando manumittendum.*

L. In

L. In judicio. IV. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Iuliano.*

1 COntra sententiam libertatis licita est appellatio, sed non in integrum restitutio. Colligunt ex Ordin. Doctore citati *ad leg.* 1. *numero* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *lex Hispan.6. tit.19 p.6. ubi gloss.* 13. Maurit. *de in integ. restit.c.202. & cap.249. cum seqq.* ubi super differentiæ ratione insistit quare minor hoc casu audiator appellans, non restitutionem petens, Sfort.Odd. *in simili tract. p.2. q.15. num.* 41. *& q.72. n.25.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num.* 162. ubi advertit minorem cavere debere, cùm sententia fertur in favorem libertatis, ut statim suo loco & tempore appellationem ab ea interponat, Franc. *ad rubr. de appell. num.* 2. Sigism. Sacc. *de appell. q.* 17. *in princ. num.* 11.

3 Et observat per hunc text. Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 14. *num.* 10. quod in libertate judex aliquando pronuntiat quem liberum, quia vel est ingenuus, vel à lege, vel ab homine manumissus, aliquando manumittendum, quia ex testamento, vel contractu à domino est manumittendus, ut in priori specie sententia ipsa secum executionem trahat, in altera verò ejus executio à domino fieri debeat.

## *Si adversùs transactionem, vel divisionem minor restitui velit.*

## TIT. XXXII.

MINOR etiam adversùs transactionem, vel divisionem restituitur. Is autem contra quem minor restituitur, actionibus, quæ sibi contra minorem competebant, uti poterit: nam si nudo pacto transactum fuit, & agenti minor opponat exceptionem pacti, hæc exceptio per doli mali replicationem elidetur, atque ita actio contra minorem efficax reddetur; sin autem per acceptilationem actio sublata fuit, à Prætore restituetur, *l.*1. *&* 2. Scripserunt in hanc rubr. Alpys. Leo, Sebast Næv. item Cujac. Pac. & Vvesembec.

De materia tituli, & de restitutione concedenda ex læsione in transactione contingente, vide Maurit. *in tract. de in integ. restitut. cap.*210. Rebeff. *tom.*2. *ad leges Galliæ, tit. de rescissione contractuum, art.* 1. *gloss.*11. *num.*18. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num*153. Sfort. Odd. *in tract. de in integ. restitut. p.*2. *q.* 66. *art.* 4. *cum seqq.* Tiraq. *in tract. de legib. connub. gloss.* 3. *num.* 216. *q.* 22.

## SUMMARIUM.

1 *Minore restituto contra transactionem, actio pristina adversario remanet, & num.* 2.

3 *Minori transigenti restitutio concedenda est, si constet de læsione.*

4. *Restitutio in pristinum statum reponit.*

5 *Minor non potest sine decreto cedere actionem, quam ipse habet ad rem immobilem.*

6 *In transactione rerum minoris, quæ alienationis nomine venit, necesse est judicis decretum intervenial.*

L. Cùm in integrum. I.

*Impp.* SEVERVS & ANTONINVS. AA. *Antonio.*

MInore restituto contra transactionem actio pristina adversario remanet. Colligunt ex Ordinar. Bant. Salicet Sald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hunc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan.*2. *tit.*20. *part.*3. *ubi gloss.*4. Tiraquel. *de retractu lig. §.*1. *gloss.*14. *num.*74. ubi textum probare ait, quòd si minor restituitur adversùs transactionem, competunt veteres actiones, quæ scilicet ante transactionem competebant, quasi scilicet partes in eundem statum reponantur, in quo erant tempore transactionis, Donell. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.*14. *col. pen.* 2

*Rescindit transactionem*, &c. ] Notatur ad hoc quod minori transigenti restitutio concedenda est, si de læsione constet, ut per Maurit. *in tractat. de in integrum restit. cap.* 210. *&* 233. *col.* 1. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num.*153. ubi *num.* 154. advertit gloss. *in l. minoribus.6. ff. de minorib.* afferentem minori negandam esse restitutionem adversùs transactionem, intelligendam esse si modica sit læsio, quæ etsi in cæteris contractibus sufficiat, in transactione tamen non sufficit, subditque transactionem hoc speciale habere, ut rescindi à minore non debeat, nisi enormis accedat læsio, ex ea ratione, quia transactio per quam minor à lite recessit, suâ naturâ est utilis, eo quòd litem extinguit, quæ utilitas cum aliquo damno compensari debet, ac proinde, ut nihilominus minor læsus maneat, necessaria est grandis, & enormis læsio, non qualisqualis, latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. part.* 2. *quæst.* 66. *art.* 4. *ex num.* 16. ubi *num.* 18. intelligit etiamsi ex ea transactione sequuta sit sententia contra minorem, & *num.*20. etiam intelligit, si minor probat se enormiter fuisse læsum; modica enim læsio hoc casu non sufficit, & *àn.*21. quærit quæ læsio necessaria sit, & quanta sufficiat, & *art.*5. ex *num.* 26. disputat, an minor restituatur adversùs transactionem à se fieri omissam. 3

*Quas pridem habuisti, uteris.* ] Notatur ad hoc quod restitutio in pristinum statum reponit, ut per Tiraquel. *de retractu lib. §.*32. *gloss.* 1. *num.*69. Menoch. *de arbitr. casu* 171. *num.* 35. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num.* 153. Sfort. Odd. *dict. part.*2. *q.*44. 4

In gloss. *Tu quoque*, ibi, *solus hic habebat actionem*, &c. Notatur ad hoc quod minor sine decreto non potest cedere actionem quam ipse habet ad rem immobilem, quia de actione idem est judicandum, quod de ipsamet re, ut per Anton. Gom. *tom.*2. *var. c.*14. *num.* 14. *vers. quartò extende.* Pinel. *in rubr. de bonis mater. p.*1. *n.*33. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Contractum feci ti, n.* 7. *in princip. & de resol. emphyt. cap.*16. *num.*75. *& de empt. & vendit. cap.*17. *num.*11. Tiraq. *de retractu lig. §.*1. *gloss.*7. *num.* 11. Avendan. *de censib. cap.* 56. *num.* 36. Gutier. *de tutel. part.* 2. *cap.*5. *num.*25. Montan. *in simili tract. cap.*33. *n.* 150. Ratio etiam est, quia hujusmodi actio ad rem immobilem connumeratur inter bona immobilia minoris. Tiraq. *de retractu lig. §.*1. *gloss.*7. *n.*1. *&* 2. *& de jure primogen. q.* 81. *n.*2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.*142. *num.*16. *cum seqq.* Colet. *de processib. execut. p.*1. *c.*3. *à num.* 236. Valasc. *consult.*77. *in princ.* Cald. Pereira *de resolut. emphyteus. c.*12. *num.*9. *&* 10. *& de empt. cap.*13. *n.*11. 5

6 In gloss. *Uteris*, *fin.* ibi, *& tunc ipso jure nulla sit sine decreto.* Notatur ad hoc quod judicis decretum intervenire debet in transactione rerum minoris, quæ alienationis nomine venit, ut per Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 14. n. 70. & 71. & de jure mariti, gloss. 5. num. 205.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 14. n. 15. vers. octavo* Hieron. Gibr. *cons. 36. n. 13. vol. 1.* Mench. *de succes. creat. tit. de test. potest. §. 10. sub nu. 72. ampl. 20.* Menoch. *de arbitr. casu 171. num. 41. & 42.* quos omnes & alios refert Farin. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 15. num. 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Actio per restitutionem elisa roboratur, vel denuo oritur, si prima ipso jure erat extincta.*

2 *Minore restituto adversarius per restitutionem jus replicandi acquirit, & ex eadem restitutione, quæ conceditur minori, succurritur ejus adversario, etsi ipse etiam restitutionem non imploret.*

### L. Si ex persona. II. ult.

*Impp.* Diocl. & Maximian. AA. & CC. *Hymnodæ.*

1 PEr restitutionem actio elisa roboratur, vel denuò oritur, si prima ipso jure extat extincta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Notatur adhoc, quod restituto minore, adversarius per restitutionem jus replicandi acquirit, ut per Hieron. Magon. *Florent. decis. 1. num. 38.* Et ex eadem restitutione, quæ conceditur minori, succurritur ejus adversario, etsi ipse aliam restitutionem non imploret, *l. Hispan. 2. tit. 25. part. 3.* ibi, *Essa misma deven fazer, y otorgar a su contendor, è trinar el pleito en aquel estado que antes era*, ubi Gregor. Lop. *gloss. 4. verbo essa misma*, hunc text. allegat. Æqualitas enim (ut dicit glos. *verbo instauratione*) in præsenti servanda est, ad not. per me *de Axiomat. juris usufreq. axiom. 16.*

*Si adversùs solutionem à tutore vel à se factam.*

## Tit. XXXIII.

DUÆ sunt partes hujus rubricæ, & sub ea duæ leges: quarum prior decidit priorem casum, posterior posteriorem: utroque autem casu restitutio minori conceditur causâ cognitâ. Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Viv. & Kirch. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 15.* Sfort. Odd. *in tract. de in integ. restitut. p. 2. q. 52.*

## SUMMARIUM.

1 *Minor causa cognita restituitur adversùs solutionem factam ejus curatori.*

2 *Debitor solvens minori cum auctoritate tutoris, vel curatoris, ipso jure remanet liberatus, sed restituitur minor si pecunia sit deperdita, vel consumpta facilitate, aut culpa ipsorum, & n. 3. plura n. 4. 5. & 6.*

7 *Debitor minoris plenissimam liberationem consequitur, quando solvit præcedente judicis præcepto.*

### L. Exemplo. I.

*Impp.* Diocl. & Maximian. AA. & CC. *Soterico.*

MInor causa cognita restituitur adversùs solu- 1
tionem factam ejus curatori. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Nav. post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 10.* remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

De materia hujus text. vide Donell. *comment. juris* 2
*civilis lib. 21. cap. 11. ad fin. & cap. 12. §. 5.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 14. num. 4.* ubi dicit, quod debitor solvens minori cum auctoritate tutoris, vel curatoris ipso jure remaneret liberatus, sed restituitur minor si pecunia sit disperdita, vel consumpta facilitate, aut culpa ipsorum. Si verò debitor solvat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & etiam coactus, & compulsus per judicem, quia allegavit creditorem esse minorem, & non esse tutum ei solvere, & hoc non obstante judex præcipit ei solvere, tunc perfectè remanet debitor liberatus, adeò ut licèt postea sit perempta, vel consumpta pecunia culpâ, aut facilitate eorum, perfectè remanet liberatus, & nulla competit restituto, Sfort. *de in integrum restitut. part. 2. q. 52. art. 2.* Acosta *in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 5. n. 26. & 27. ff. de liberis, & posth.* Maurit. *de in integr. restit. cap. 106. & seqq.*

Vincent. de Franchis *Neapol. decis. 206. num. 11.* 3
*cum seqq.* ubi dicit in hoc text. probari adversùs solutionem factam minori cum auctoritate tutoris, seu curatoris, si minor est læsus sua facilitate, dari in integrum restitutionem, subditque idem, & fortiùs, quando dolo curatoris, quia licèt text. *in præsenti* loquatur quando est facta solutio minori cum auctoritate tutoris, vel curatoris, procedit tamen, & fortius quando est facta solutio ipsi tutori, vel curatori, ut data læsione competat restitutio in integrum: & *num. 19.* tenet ex hoc text. ut quis plenissimam consequatur liberationem, super solutione facienda judicis decretum requiri, ita ut simplex præceptum non sufficiat, & *n. 14.* dixerat quod licèt hujus text. decisio dura videatur, servanda tamen erit, quia debet imputari debitori, qui non expectat jussum judicis postquam lex ei dat hoc remedium, ut plenissimè liberetur.

Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo lasis, num. 60.* 4
*& 61.* ubi ait verba hujus text. concedere posse tutori, aut curatori debita solvi, salva tamen in integrum restitutione, cum pluribus per eum ibi relatis, quæ maximè conducunt ad intellectum hujus text.

Latè Menchac. *controvers. usufreq. cap. 66. & 67.* 5
*per totum*, ubi in principio advertit ex hac l. secundùm aliquos probari solventem minori tutore vel curatore authore, consequi plenam liberationem, nisi læsio, quæ à principio non intervenit, ex postfacto contingat, quia scilicet pecunia soluta perempta fuit, vel à curatore malè consumpta; hoc enim casu concedunt isti minori adversùs debitorem actionem ex beneficio restitutionis in integrum, ut sic denuò solvat, semélque extincta liberatione actio reviviscat; in quo tamen asserit hanc legem irrationabilem omninò esse, & exulare jubendam ab omni Republ. puniretur enim rectè ab initio solvens ex amissione postea contingente, cùm tempus contractus an fierit læsus, necne, considerandum sit; nam

emer

emergentia post contractum contingentia ad eam rem non spectant, *l. verum* 12 § *faciendum, ff. de minorib.* & videtur secundùm eundem *dict. cap.* 77. *n.* 2. *& cap.* 69. *post num.* 3. textum hunc concedentem minori restitutionem, intelligendum esse per alia jura quando in ipsa solutione debiti, & sic ab ipso primordio solutionis receptæ læsus fuit minor, quod fortè minus re, aut tempore, aut loco, aut causa, vel conditione recepit, aut juris solemnitas servata non fuit.

6 Guttier. *de tutel. & curis part.* 2. *cap.* 22. *per tot.* ubi latè agit de solutione debiti minoris, & quomodò sit facienda ut securè solvatur: & demùm *n.* 26. Menchac. & Cald. Pereira rejectam intellectui ad hanc l. tenet quod illa apertè non disponit passim debere minorem restitui adversùs debitorem solventem tutori, vel curatori ejusdem minoris perdituro, sed tantum si justa causa accesserit, ut patet ex illis verbis ibi, *& an sit tribuendum* (scilicet beneficium restitutionis, de quo ib in præcedentibus proximis verbis fit mentio) per cognitionem examinari potest: unde si debitor solvens tutori, vel curatori minoris præsciret eum consumpturum pecuniam, quia noverat illius qualitatem malè versantis in re pupilli, cùm ejus substantiam prodigeret, minúsque bene esse ex hoc succursum minori, tunc quidem debitor hic solvens nihilominùs hujusmodi tutori, vel curatori debitum pupilli absque auctoritate judicis, in culpa prorsus esset, cùm sinceriùs cum minore versari & judicis mandato ad minus talem solutionem facere debuisset, meritò tunc contra ipsum aliter solventem competit restitutio in integrum, in hoc autem causæ cognitio intervenire debet, ut sciatur an sit tribuendum beneficium restitutionis, ut concedatur omnino si de prælictis constiterit prævio examine per causæ cognitionem. Si autem probetur bene impensam eam pecuniam, quæ soluta fuit tutori vel curatori, aut in minoris utilitatem conversam, aut curatorem solvendo esse, vel ignoratam fuisse qualitatem tutoris, vel curatoris, cessare debet restitutio: & ideo consultius erit si de curatoris vel tutoris qualitate dubitetur, ut jubente Prætore fiat à debitore solutio: alias enim si læsus fuerit minor tempore solutionis ex solutione facta ipsius tutori, vel curatori, veluti si aliquid remiserit, quod revera minori debetur, & in præjudicium illius eam remissionem minimè facere potuerit, tunc restitui quidem poterit adversùs præfatam læsionem.

7 In gloss. *Potest, ult.* ibi, *plenissimam quando cum judice*, &c. Notatur ad hoc, quod plenissimam debitor minoris liberationem consequitur quando solvit præcedente judicis præcepto, cujus auctoritas efficit ut omninò liberetur, nec restitutio in integrum adversùs eam solutionem sic factam competat, nec concedenda sit, ut per Guid. Pap. *sing.* 95. Anton. Gom. *d. cap.* 14. *n.* 4. Mench. *d. cap.* 77. *num.* 3. Cald. Pereira *d. verbo læsis, num.* 59. Sfort. Odd. *d. part.* 2. *quæst.* 52. *art.* 3. *num.* 20. *cum seqq.* Guttier. *d. part.* 1. *cap.* 22. *num.* 4.

## SUMMARIUM.

1 *Minor restituitur contra solutionem debiti naturalis, quam facit ex lapsu erroris, & n.* 2.

3 *Repetitio pro restitutione.*

4 *Minor integra legata persolvens per errorem, non deducta quarta falcidia, quam deducere poterat.*

5 *Minor solventi legatum indebitum, quia scil. testamentum erat imperfectum, negatur repetitio jure directo per conditionem indebiti, sed magis per extraordinarium restitutionis in integrum ei succurritur.*

## L. Indebito legato. 11. & ult.

*Impp.* AA. *&* CC. *Laurinæ.*

1 MInor restituitur contra solutionem debiti naturalis quam facit ex erroris lapsu. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1 *n.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.* 69. ubi colligit minori solventi debitum tantum naturaliter concedendam esse restitutionem, asserens per hanc leg. intelligenda esse alia jura negantia huic minori repetitionem, ut solùm procedant in agente remedio ordinario conditionis indebiti, quam negare oportet, & sic procedere ait *l. si pupillus, ff. ad leg. Falcid. & l. si ejus, ff. ad Trebell.* latè Benedict. Ægid. *in repet. l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, part.* 1. *c.* 10. *num.* 23. *cum multis seqq.* ubi dicit, quod si minor, sive pupillus, sive adultus errans solvisset, tametsi quod naturaliter debebat solvisset, & errore juris solvisset, adversùs solutionem hujusmodi tanquam læsus restituitur. Et rationem assignat quia quamvis bonum & æquam sit naturale debitum persolvere, & fidem duram servare, unde deneganda videbatur restitutio ei, qui quod æquum, & bonum naturaliter erat, præstitit, sivè sciens, sivè ignorans; nihilominùs tamen, quia actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si certum petatur*; & minor, qui naturale debitum persolvit, putans se ad id efficaciter teneri, non habuit intentionem naturalis æquitatis, ac fidei servandæ, quam jure civili servare non tenebatur; sed ejus intentio fuit, ut liberetur à debito, quod à se invito extorqueri posse credebat, meritò solutio, quam præstitit, naturali æquitati, ac bonæ fidei agnitioni, quam non intendit, referenda non erit, sed potiùs errori juris, quo ductus solvit; qui error cùm non cadat in virum prudentem, non ut vir prudens censeri debet minor dum hoc errore solvit, sed potiùs ut circumscriptus, sine dolo adversarii, sive facilitate sua, idcirco tanquam læso succurretur ei restitutionis auxilio.

*Repetitionem ei decerni.* ] Id est, restitutionem, 3
secundùm Joan. Gatc. *de nobilit. gloss.* 6. *§.* 1. *num.* 9. *ante finem.*

In gloss. *Indebito* 1. ibi, *vel quia poterat per legem* 4
*Falcidiam retineri.* Notatur ad hoc, quod minor integrè legata persolvens per errorem, non deducta quarta Falcidia quam deducere poterat, restitui potest, ut tenent plures, quo refert Cald. Pereira *in leg. curatorem, verbo læsis, num.* 72. sed *ibidem num.* 73. contrarium probabiliter defendit, per text. *in leg.* 1. *de legem Falcidiam*, ex cujus decisione apparet eum, qui integra legata persolvit, cùm quartam potuit detrahere, plus debito non solvisse, ac proinde si is minor sit, quasi non læso negari debet restitutionis auxilium: & respondet textum *in præsenti* non probare contrarium, cùm intelligi debeat quando minor solvit ex testamento imperfecto, quo casu de jure civili legata non sunt debita, & *num.* 74. admonet cavendum esse ab hac gloss. & sequacibus, dum intelligunt hunc textum procedere in minore solvente legata integra absque quartæ detractione, nisi dicamus eum intellectum defendi posse, habito pro constanti hanc legem procedere in minore errante in jure, & existimante quartam sibi non licere detrahere, quo casu adversùs integram solutionem legatorum restitui potest, ut voluit gloss. *in l.* 1. *ad legem Falcidiam.*

5 In eadem gloss. ibi, *vel quia non erat solemne testamentum.* Notatur ad hoc, quod minori solventi legatum indebitum, quia scilicet testamentum erat imperfectum, negatur repetitio jure directo, & ordinario per conditionem indebiti, sed magis per extraordinarium restitutionis in integrum ei succurritur, ut per Cald. Pereira *d. verbo lasi, n.71.* Si autem velis scire, an relicta in minus solemni testamento debeantur naturaliter? consule Gregor. Lopez *l. 31. verbo acabadamente, tit.14.part.5.* Tiraquel. *pos. leges connub. glos. 4. num. 20. cum seqq.* Padil. *in l. cum quis, n.7. cum seqq. de juris, & facti ignorant.* Mechac. *de succes. creat.§.1. n.22.& §.1. num. 2.* Menoch. *de præsumpt.lib.1.præs.80. num. 4.* Spin. *in speculo testament. glos.8.princ.n.69.* Guttier. *in l. nemo potest, num. 457. cum seqq. ff. de legat. 1.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.2. tit. 14. per tot.* Cevall. *commun. contra communes q.137.* Sayr. *in clavi Regia, lib.3.c.7.n.9.*

*Si adversùs dotem restitutio postuletur.*

## TIT. XXXIV.

*Adversùs dotem.*] A minore datam, vel promissam. Veluti si puella minor 25. annis dotem viro promiserit ultra vires patrimonii sui, restitui poterit: & si prius quam restitutionem petat decesserit, hæres ejus intra statuta tempora restitutionem rectè petet, *l. unic. hoc tit.*

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Sfort.Odd. *de in integ. rest.quæst.59.* Morl. *in emporio juris civilis, part.1.tit.5. q.4.*

## SUMMARIUM.

1 *Virgo minor circumventa in dotis nimia assignatione, qua maritus est indignus, restitui potest, & beneficium restitutionis ad hæredes transmittitur &* num.2.

3 *In Dote constituenda nobilitas viri consideranda est, ut scil. major dos constituatur propter ipsius nobilitatem, & num.5.*

4 *Mulier minor contrahens matrimonium cum pari, dotem in rebus immobilibus constituere potest.*

## L. Quoniam. Unic.

*Impp.* ALEXANDER. A. *Valenti.*

1 VIrgo minor circumventa in dotis nimia assignatione, quia maritus indignus est, potest restitui, & beneficium restitutionis ad hæredes transmittere. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Sebast. Næv. remissivè Casal. Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Covarr. *lib.2.variarum, cap.5. num.8. vers. rursus,* ubi dicit ex hac lege probari, minorem restitui in integrum posse ac debere si circa dotem in contractu matrimonii læsus fuerit, quia licèt in matrimonii contractu minor etiam enormiter læsus nequaquam sit restituendus, quoad substantiam scilicet ipsius matrimonii, propter ejus indissolubile vinculum à consensu procedens; non tamen per hoc excluditur minor, quin restitui in integrum jure debeat quoties in matrimonio, & aliis spiritualibus læsus fuerit circa ea quæ vel accidentalia sunt, aut semel statuta reparari per in integrum restitutionem possunt, prout est dotis nimia assignario in terminis hujus text. Negusant. *de pignorib. part.8. membr. 1. n.26. & p.2. membr.4. num.75.* Donel. *comment. juris civil. lib.22. cap.10.col.2.* Anton. Gom. *l. 59. Tauri, n.16. in fine,* ubi post quam firmavit conclusionem quod dos potest fieri de omnibus bonis, respondet text. *in præsenti*, in contrarium non facere; quia hic minor restituitur non ex eo quod omnia bona dedit in dotem, sed quia maritus non fuit dignus tanta dote secundùm qualitatem suæ personæ, loci, & patrimonii, idem Anton. Gomez *variarum tom.2.cap.14. num.2. in princ.* ubi per hunc textum resolvit quod si mulier minor 25. annorum nubat, & dedit ampliam dotem secundùm qualitatem, & conditionem mariti, & consuetudinem loci, potest restitui, maximè si fecit pactum de dote, vel parte ejus lucranda, vel fecit aliud pactum quod sibi noceat. Roland. *de lucro dotis, quæst.46.* Phanuc. *eod. tract. glos. 2. n.21.* Sfort. Odd. *de in integr. restit. quæst. 59. à num. 13.* Loriot. *de tutel. axiom.31.& 32.* Pinel. *in l.2. de rescind. vendit. part.1.cap.1.n.11. in fine,* Cujac. *lib.7.observ.1.* Sard. *de alim. tit.9. q.44. num. 58.* ubi dicit, quod si mulier sit minor, non datur tacita hypotheca in ejus bonis pro restituenda dote, additque promissionem dotis factam à muliere minore haberi pro indiscreta, nisi priùs per judicis solertiam discussum fuerit, an in ea quantitate, vel in eis bonis dotem constituere expediret minori. Idem Surd. *decis.178. num.1.* ubi citato hoc textu, ex eo colligit mulierem minorem non posse sine decreto immobilia in dotem constituere, quod asserit, sine dubitatione prodedere quando adesset pactum de dote lucranda, vel etiam quando extaret statutum, quod maritus dotem lucretur, & *decis.187. num. 8.* ubi tenet mulierem minorem, quæ majorem dedit dotem quàm viri qualitas exigeret, vel ipsius matrimonium ferre posset, restitui debere, D. Barbos. *in l. si ante 6. num. 13. ff. soluto matrim. & in l. si æstimatis, num. 23. cum seqq. ff. eod.* latè Morl. *in emporio juris civilis, p.1. tit.5. q.4.* ubi disputat an mulieri, quæ in dotis constitutione læsa fuerit, restitutionis auxilio succurri debeat, & agit de intellectu & conciliatione text. *in l. sive generalis, ff. de jure dat.* dum probat quod similiter decepta ultra patrimonium dotem promiserit, ipso jure promissionem illam nullius esse ponderis, atque momenti, in quo videtur contrariari dispositione hujus text. & *l. si ex causa, §. in dotis, ff. de minoribus,* dum fatentur mulierem in dote deceptam adjuvandam esse remedio restitutionis in integrum, ac proinde supponunt hujusmodi promissionem fuisse validam; sed *num.3. prope fin.* rejecta communi interpretatione, & conciliatione ait, quod *in d. l. sive generalis,* ideo promissio dotis ultra patrimonium mulieris facta ipso jure non valeat, quia dolo malo in tam effusa dotis constitutione curator auctoritatem suam interposuit, ut ex verbis ejusdem legis constat, ibi, *quoniam lege rata non habetur auctoritas dolo malo facta;* quibus verbis plane significatur quod si dolus curatoris non interveniisset, promissio mero jure valerer, quamvis restitutio concedenda esset, ut *in d. §. in dotis. & in hac l.* multipliciter hanc materiam declarat Sfort. Odd. *d.q.59. à num.13.* & resolvit puellam minorem 25. annis restitui in integrum adversùs excessivam quantitatem dotis marito suo datam, & *n.* 30. ait dicta in dotibus, & restitutione in integrum adversùs illis habere locum in donationibus propter nuptias, & in sponsalitiis largitatibus, & *à num.31.* tenet dicta in restitutione mulierum adversùs dotes habere locum in hæredibus earum.

In gloss. *Sororem 2.* ibi, *quia cùm nobiliori, & ditiori*

*ri*, &c. Notatur ad hoc, quod in constituenda dote nobilitas viri consideranda est, ut scilicet major dos constituatur propter ipsius nobilitatem, ut per Tiraq. *de nobilit. cap.* 20. *n.* 163.

4 In gloss. *Omnia bona*, ibi *sed an prædicta possint dari in dotem*, &c. Notatur ad hoc, quod mulier minor contrahens matrimonium cum pari, dotem in rebus immobilibus constituere potest, ut per Tiraquel. *de jure mariti, gloss.* 8. *num.* 198. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo contractum feciſti, num.* 13.

5 In gloss. *Pertinuit*, ibi, *cum vir non esset dignus*, &c. Ergo dignitas mariti attenditur in dote constituenda, de quo vide Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. notab.* 3. *§.* 23. *n.* 3. *vers. considerabit.*

## *Si adversùs delictum.*

## TIT. XXXV.

MINOR restituitur adversùs delictum per ignorantiam commissum : secus dolo malo ; quia malos mores infirmitas ætatis non excusat, *lib.* 1. *hoc tit. & l. auxilium, ff. de minor.*

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesembec. Maurit. *de in integr. restitut. cap.* 153. Sfort. Odd. *in simili tract. p.* 2. *q.* 80. Farin. *in praxi crimin. tit. de pœnis temper. q.* 92. *num.* 171. *cum multis seqq.* Duen. *reg.* 259. *à princip.* Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 7. *per tot.*

## SUMMARIUM.

1 *In delictis non dolo, sed culpâ commissis restitutio minori patrocinatur, & num.* 2.

3 *Minor in criminibus non excusatur in totum : at verum est illum aliquanto mitiùs puniri.*

4 *In delictis dolo commissis minor ætas non excusat, nec ei per restitutionem subvenitur.*

5 *Dolus verus, & dolus præsumptus; quis, & an in delicti, dolo præsumpto commissis restituatur minor rem issivè.*

6 *Minor reus si in processu accusatus læsus fuerit, restituendus erit & consequenter audiendus si alleganda non allegavit, aut probanda non probavit.*

7 *Vel per imprudentiam, facilitatem, vel aliam causam confessus fuit delictum, n.* 7.

8 *Crimen, delictum, maleficium quomodo accipiantur apud Jurisconsultos remissivè.*

## L. In crimilibus. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Longino.*

1 IN delictis non dolo, sed culpâ commissis restitutio minori patrocinatur. Colligunt ex Ordin. Bart. Salic. *in annot.* & Xipen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt *l. Hispan.* 4. *tit.* 19. *part.* 6. *ubi gloss.* 2. Boër. *decis.* 63. *num.* 6. *cum seqq.* Duen. *reg.* 259. *à princ.* Donel. *comment. juris civilis lib.* 10. *cap.* 1. *vers. in delictis*, Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 1. *n.* 58. *ad fin.* Menoch. *remed.* 9. *recuper. num.* 44. ubi quod minor restituitur cùm dat operam rei, quàm licitam credit, & quod debet hujusmodi credulitatem probare, & ostendere se dolo carere, idem Menoch. *cons.* 100. *n.* 8 dicens quod ubi delictum est commissum per culpam, non autem dolo, ut putà si omittendo minor delinquit, restituitur in integrum, & *n.* 287. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo, n.* 62. ubi ait quod in delictis sola culpa, non verò dolo perpetratis, minori concedenda est restitutio, hinc inferens ad casum notabilem de minore violenter ingresso, possessionem rei communis, quàm ipse pro indiviso possidebat, ut excusetur saltem per restitutionem in integrum, quia potuit arbitrari id sibi licere propter partem rei, quam habebat.

*In criminibus quidem ætatis suffragio minores non juvantur.* ] Intellige ut in totum excusentur, quia ad hunc effectum non datur eis restitutio, secus ut illi delinquentes mitiùs puniantur : vide Tiraq. *de pœnis temper. causa* 7. *num.* 8. *vers. nam in crimin. lus*, Petr. à Plaza *in epit. delict. cap.* 32. *num.* 6. *post vers. extatque hodie.* Maurit. *de in integr. rest. c.* 153. *n.* 1. *cum seqq.* Sfort. Odd. *in simili tr. p.* 2. *q.* 80. *n.* 57. *cum seqq.* Farin, *in praxi crim. tit. de pœnis temp. q.* 92. *n.* 172. 3

*Etenim aliorum mores infirmitas animi non excusat.* ] Notatur ad hoc, quod in delictis dolo commissis minor ætas non excusat, nec ei per restitutionem subvenitur, ut per Bonacos. *commun. opin. part.* 1. *verbo minori nunquam subvenitur, fol.* 114. Clar. *in pract. §. fin. ad finem princip.* ibi, *quando autem minor*, Petra Plaza *d. c.* 32. *n.* 4. *in fin. vers. quibus & illud subjiciam.* Duen. *reg.* 259. *in* 1. *limit.* Farin. *d. cap.* 92. *n.* 173. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 5. *q.* 7. *per tot.* & præcipuè *n.* 6. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare, n.* 41. *vers. hoc tamen*, ubi ait quod minor de dolo convictus non restituitur, quamvis delictum sit in omittendo, seu negligendo: subditque minorem de dolo convinci, si monitus non satisfaciat, vel Clam quid faciat. Unde minorem non restitui adversùs dolum verum, scripserunt Maurit. *d. tract. cap.* 173. *in princ.* Sfort. Odd. *d. q.* 83. *n.* 12. *cum seqq.* Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 3. *n.* 11. Qui autem dicatur dolus verus, & dolus præsumptus, & an in delictis dolo præsumpto commissis restituatur minor, vide Morlam *d. q.* 7. *n.* 10. Cald. Pereira *d. verbo, vel adversarii dolo, n.* 63. ubi tenet quod in casibus in quibus de jure præsumitur dolus in majoribus in eisdem illum in minoribus cessare, nisi essent de prohibitis ratione naturali. 4 5

Quamvis in delictis non excusetur minor, quia malos mores, & facta ætatis imbecillitas non excusat, ut probat hic text. tamen si in processu reus accusatus læsus fuerit, restituendus erit, & consequenter audiendus, si alleganda non allegavit, aut probanda non probavit, Greg. Lop. *l.* 4. *glos.* 2. *tit.* 19. *part.* 6. Cald. Pereira *d. verbo vel ad adversarii dolo, n.* 39. *in princ.* Vel per imprudentiam, facilitatam, vel aliam causam confessa fuit delictum, de quo Afflict. *decis.* 208. *n.* 5. Sarmient. *lib.* 3. *select. c.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 268. *num.* 3. Cald. Pereira *d. verbo, vel adversarii dolo, n.* 38. *in med.* ubi tenet minori eo ipso quod est confessus delictum aliter non probatum, concedendam esse in integrum restitutionem adversùs illam confessionem, etsi non errore prolapsum doceat, quia sola confessione fuit læsus, Fachinæ, *lib.* 1. *controvers. c.* 72. Sfort. Odd. *de restit. in integ. q.* 65. *n.* 37. Gutier. *in Auth. Sacramenta puberum. num.* 131. Morla *d. tit.* 5. *q.* 7. *n.* 12. Farin. *in praxi crimin. q.* 91. *n.* 374. *cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 112. *n.* 17. 6 7

In Gloss. *Delictum.* Vide Cald. Pereira *in comment. ad. unic. ex delictis defunctor. p.* 1. *n.* 1. ubi citato hoc textu agit qualiter hæc nomina, crimen, delictum, maleficium, accipiantur apud Jureconsultos. 8

## SUMMARIUM.

1 *Mater minor non potens tutorem filio impuberi, ipso jure illæsa conservanda est, & num. 2. resolve ut num. 10.*

3 *Mater tutrix testamentaria tenetur facere inventarium, aliàs non succedit filio, nisi esset minor 25. annis.*

4 *Mater minor excusatur contrahens secundas nuptias non petito priùs tutore filiis primi matrimonii: non excusatur facta major privilegio, vel statuto, n. 5. procedit etiam in masculis, n. 6.*

7 *Minor restituitur adversùs delictum quod consistit in omittendo, non verò si in committendo, nisi esset in dolo, n. 8.*

9 *Pœna an, & quando minuenda minoribus ratione ætatis.*

### L. Licèt in delictis II. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Proculæ.*

1 MAter minor non petens tutorem filio impuberi, ipso jure illæsa est conservanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Tiraq. *tr. cessante causa, limit. 4. num. 7. & 8.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. titul. 48. num. 5. vers. limita*

3 *nisi esset, pag. 297.* ubi dicit, quod mater tutrix testamentaria tenetur facere inventarium, aliàs non succedit filio, nisi esset minor 25. annis, Anton. Gom. *var. tom. 3. capite 1. num. 59. in princip.* Azeved. *lib. 2.*

4 *num. 20. tit. 1. lib. 2. novæ recop.* ubi quod excusatur mater minor contrahens secundas nuptias non petito priùs tutore filius primi matrimonii, quia in omittendo deliquit, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Contractum, num. 22. vers. prædicta, & verbo implorare, num. 40. cum seqq.* ibi, *in vers. prædicta, & verbo im-*

5 *plorare, num. 40. cum seq.* ibi, *in vers. obstat tamen,* hujus text. conclusionem non procedere ait quando mater privilegio, vel statuto esset facta major, quia tunc tanquam minor excusabitur, & *verbo vel adversarii dolo, num. 64. vers. quæ jura* ubi asserit hanc

6 legem etiam in masculis procedere, Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 1. q. 7. in fin.*

7 Notatur ad hoc, quod restituitur minor adversùs delictum quod consistit in omittendo, non autem si consistit in committendo, ut per Corser. *sing. 15. in verbo pœna,* Hippol. *sing. 68.* Menoch. *cons. 100. num. 282.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 44. num. 43.* ubi *num. 44.* addit, quod pupillus si omittendo deliquerit, non solum non est opus restitutione in integrum, sed mero jure non punitur, Anton. Gom. *d. tom. 3. cap. 1. n. 59. in princip.* ubi tunc minor ex delicto tenetur quando delictum consistit in faciendo, secus tamen est si consistat in omittendo, vel negligendo, Sarmient. *select. lib. 3. cap. 12. n. 9.* D. Barbos. *in l. si mora. num. 29. ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *d. verbo, vel adversarii dolo, n. 64. vers. interpr. nostri,* ubi tenet in delicto in omittendo dolum non præsumi latè Sf. Odd. *de in integ. rest. p. 2. q. 80. ex n. 9.* ubi *n. 15.*

8 limitat, nisi minor esset in dolo, & *à n. 21.* latè declar.

9 *Neminem excusari constet, &c.* ] An & quando ratione pætatis pœna minoribus sit minenda? Vide Tiraq. *de pœnis tempor. causa 7.* Duen. *reg. 258.* Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 62. cum seq.* Menoch. *de arbit. casu 329.* Morla *d. q. 7. n. 7. & duobus seqq.* latè Farin *in praxi crimin. p. 3. q. 92. n. 41. cum seqq.*

*Cum hoc in majoribus matribus, &c.* ] Advertit 10
Cald. Pereira *d. verbo vel adversarii dolo, n. 66.* quod hæc lex, quæ matrem minorem filiis tutorem non petentem excusat, in his Regnis observanda non est in matre, quæ vigesimam annum excedit, & *n. 67.* intelligit resolutionem illam de matre minore excusanda non potente tutorem filiis, procedere etiamsi infra annum, quem habet à morte viri ad petendum tutorem major fiat, quia scilicet erat tempore mortis mariti ætatis 19. annorum cum dimidio, & non petiit tutorem antequam excederet annum vigesimum, & sic antequam esset per leges Regias major facta, nihilominùs enim excusari debet, quia hoc casu initium est attendendum.

*Si adverrùs usucapionem.*

## TIT. XXXVI.

MINOR restituitur etiam adversùs usucaonem, qua alius rem ejus adquisivit, *unic. hoc tit.*

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Viv. Soar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 16.* Tiraq. *de retract. tit. 2. § 1. gloss. 2. num. 56. & seqq.* Donell. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 9. vers. ad res quæsitas,* Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 5. q. 5.* Sfort. Odd. *tr. de in integ. restit. p. 2. q. 90.*

## SUMMARIUM.

1 *Minor restituitur adversùs usucapionem, & num. 2.*

2 *Usucapio non currit contra prohibitum alienare.*

3 *Res quæ servando servari non possunt, quænam sint.*

5 *Fructus solo triennio servari possunt.*

6 *Præscriptio quando incepit tempore alterius, cui minor successit, tunc illa mero jure currit, & nocet.*

7 *Præscriptio inchoata contra defunctum, currit contra hæredem.*

### L. Contra. Unic.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Isidoræ.*

COntra usucapionis usum minor restituitur. 2
Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet Bald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè. Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt 2
*l. Hispan. 8. titul. 19. part. 6. ubi gloss. 4.* Bald. *de præscript. 1. p. c. 6. num. 33. & seqq.* Bernard. *reg. 467.* ubi quod minori etiam pupillo currit præscriptio legalis inchoata cum defuncto, sed datur restitutio. Anton. Gomez *variarum tom. 2. c. 14. n. 3.* ubi dicit, quod si est impubes minor quatuordecim annorum, nulla præscriptio, nec usucapio contra eum currit, neque est opus restitutione, *l. bonæ fidei, ff. de acquirend. rerum domin.* Si verò sit adultus, & sic major quatuordecim annorum, usucapio rei mobilis currit, sed restituitur secundùm hanc leg. Menoch. *lib. 1. de testatoris potentia. §. 10. num. 41. 61. & 64.* Petr. Gilchen. *de præscript. part. 3. cap. 1. num. 77.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 5. num. 37.* ubi quod præscriptio cœpta contra prædecessorem currit contra minorem successorem, licèt restituatur adversùs tempus, quod

suo

suo tempore completum est, affirmans hanc legem non esse correctam per *l. fin. in quibus causis in integ. restit. & num.* 39. resolvit, quod minor succederit, majori, restituitur adversùs dilationem judicialem, aut legalem, quæ incepit currere tempore prædecessoris, & finita est suo tempore, dum tamen damnum resultet ipsi minori, & causa ad illum spectet saltem te ipsa. Menoch. *cons.* 361. *num.*21. Molin. *de Instit. tr.*2. *disp.*80. *à princ.*

3 In gloss. *Usucapione*, 1. *& unic.* ibi, *nec in prædiis adulti*, &c. Notatur ad hoc, quod usucapio non currit contra prohibitum alienare, ut per Tiraquell. *de retractu lign. §.*1. *gloss.*9. *num.*251.

4 In eadem gloss. ibi, *quia tanto tempore*; &c. Notatur ad hoc, quod illæ dicuntur res, quæ servando servari non possunt, quæ non possunt durare triennio, ut per Tiraquell. *de retractu lign. §.*1. *gloss.* 7. *num.*52. Anton. Gomez *var. tom.*2. *cap.* 14. *num.* 13. *col.*1. Negusant. *de pignorib.*5. *part. membr.*5. *num.*12. Viv. *decis.*22. *num.* 3. *in fine*, Montan. *de tutel cap.*33 *num.*166. Pinel. *in l.*1. *de bonis maternis, part.*2. *n.*43. *vers. ex prædictis*. Surd. *decis.*81. *num.*1. *& decis.*287. *n.*12. ubi ideo resolvit posse minorem habere fructus bonorum immobilium sine decreto, quia sunt ex iis rebus, quæ servando servari non possunt, & reputantur mobilia.

5 Notatur etiam ad hoc, quod fructus solo triennio servari possunt, hoc enim elapso consumpti præsumuntur, ut per Geminian. *de usur. commento* 3. §.6. *num.*246. D. Barbos. *in l. divertio*, §. *interdum*, *n.*43. *ff. solut. matrim.* Sanchez *in præcept. Decalogi*, *tom.*1. *lib.*2. *cap.*23. *num.*74.

6 In eadem gloss. ibi, *sed tu dic quemlibet*, &c. Notatur ad hoc, quod quando præscriptio incepit tempore alterius, cui minor successit, tunc illa mero jure currit, & nocet, ut per Cald. Pereira *in d.l. si curatorem, verbo sua facilitate*, *num.* 46. *& de revocat. emphyt. quæst.*9. *num.*27. *in fine*, ubi ait, quod inchoata contra defunctum præscripto currit contra hæredem, *& de extinct. emphyt. cap.*14. *numero* 29. Per hanc gloss. tenet quod si contingat minoris patrem requiri, ut consensum præstet alienationi emphyteusis, isque intra triginta dies moriatur, nec minor illi succedens quicquam respondeat; hujusmodi tempus currit, quod vivo patre cœpit, illúdque sine dubio adversùs minorem ejus successorem continuatur.

*Si adversùs fiscum restitutio postuletur.*

## TIT. XXXVII.

MINOR non tantùm contra privatos, sed etiam contra fiscum restituitur.

De materia tit. vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Peregrin. *de jure fisci*, *lib.*6. *tit.*8. *de præscriptionibus fiscalibus*. Maurit. *de in integr. rest. c.*217. *cum seqq.* Sfort. Odd. *art.*11. *cum seqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Minor restituitur si læsus fuit in venditione facta per fiscalem, & n.*2.

3 *Minori decepto ultra dimidiam justi pretii negandum remedium restitutionis, competit vero si læsus sit ultra dimidium circa rem & pretium, num.* 4.

### L. Si probus. I.

*Impp.* SEVERUS, *&* ANTONINUS AA. *Longina.*

MInor restituitur si in venditione per fiscalem facta fuit læsus. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicer. Bald. Castrens. Aloys. Leo, Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen *in concordant.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Sfort. Odd. *in tr. de in integrum rest. p.*1. *q.* 18. *art.*11. *ex n.*65. Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *verbo læsis*, *n.* 170. ubi ait hac l. probari minori adversùs alienationem factam in favorem fisci concedendam esse restitutionem, si læsus reperiatur, quod ex eo procedere subjungit, quia minor damnum vitare, fiscus verò lucrum facere contendit. 2

In gloss. *Minore*, ibi, *non tamen ultra dimidiam justi pretii*, &c. Notatur ad hoc, quod minori decepto ultra dimidiam justi pretii negandum est remedium restitutionis, quoniam ad illam venditionem rescindendam remedium sit ordinariam, *l.*2. *de rescind. vendit.* Ita Roland. *cons.*53. *num.*3. *vol.*1. Guid. Pap. *quæst.* 351. Redoan. *in tract. de rebus Eccles. non alien. in quæst. de restit. in integrum, in princip. num.* 1. *&* 2. Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de empt. & vendit. concl.*1. *num.*11. Perez de Lara *de vita hominis cap.*25. *num.*98. Contrarium tamen resolvunt Covar. *lib.*1. *variarum, cap.*3. *num.*11. *vers. tertiò*, Pinel. *in l.*2. *de rescind. vendit. part.*3. *cap.*1. *num.*19. Maurit. *de in integrum restit. cap.*289. Sfort. Odd. *in simili tract. q.*17. *num.*111. *vers. in contrarium*, Cald. Pereira *in d. si curatorem, verbo Imperatore, num.*12. Seraphin. *de privileg. juram. privileg.*83. *num.*58. Jacob. Cancer. *var. resolut. lib.* 2. *cap.*1. *num.*16. ubi ait quod si minor sit læsus solùm in pretio, & læsio excedat dimidiam justæ æstimationis, non potest agere nisi remedio ordinario, *dict. lib.*2. cùm per illud omninò ei subveniatur: si verò circa rem & pretium sit læsus ultra dimidiam, tunc ei competere etiam remedium restitutionis in integrum. 3 4

### SUMMARIUM.

1 *Inter Privatum ex parte una, & fiscum ex parte altera, cognoscit Procurator Cæsaris adjuncto Præside, & num.* 2. *Hodie contra fiscum solus Princeps restituit, num.*3. *Princeps tenetur ad hoc unire Principis, seu Cæsaris Procuratorem, & patronum fisci, nisi isti duo judices essent in locis diversis, num.*4. *loco Procuratoris fisci hodie succedunt Præsides provinciæ, vel judices Cameræ summariæ, num.* 5.

6 *Advocatus fisci non habet jurisdictionem, sed tantum proponit. & Procurator Cæsaris non debet causam dicere absente Advocato fisci, alias sententia rescinditur.*

7 *Advocatus fisci debet interesse in causis fiscalibus, adeò ut sententia lata adversùs fiscum eo absente sit nulla, & invalida.*

8 *Sententia pro fisco lata, quamvis absente ejus Advocato & Procuratore, valet.*

9 *Fisci ubi nihil interest, & lis movetur inter privatos, utique competens erit Præses Provinciæ.*

10 *Fiscus quamvis sit actor, non agit nisi coram suo judice, & multò magis si uti reus convenitur. Ejus atuem judex competens est Procurator Cæsaris, qui si non adsit in Provincia, ejus loco cognoscit Præses Provinciæ, num.*11.

## L. Si adversùs. II.

*Impp.* ALEXANDER. A. *Antiocho, & aliis.*

1 INter privatum ex parte una, & fiscum ex parte altera, cognoscit Procurator Cæsaris, Præside adjuncto. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Sfort. Odd. *in tract. de in integ. restit. p. 1. q. 18. n. 67.*

3 ubi *num.* 68. advertit quod hodie contra fiscum

4 solus Princeps restituit, & *num.* 69. quod Princeps tenetur ad hoc unire Principis, seu Cæsaris Procuratorem, patronum filci, nisi isti duo judices essent in diversis locis. Ursill. *ad afflict. decis. 4. num. 1.* ubi

5 *num. 3.* advertit, quod loco Procuratoris fisci hodie successerunt Præsides provinciæ, vel judices Cameræ summariæ: &

6 *num.* 4. quod Advocatus fisci non habet jurisdictionem, sed tantùm proponit, & Procurator Cæsaris non debet causam dicere absente Advocato fisci, aliàs sententia rescinditur, idem Ursil. *ad decis. 366. n. 2. &* 3. Peregrin. *de privileg. fisci,*

7 *lib. 7. tit. 2. num. 2.* ubi citato hoc text. dicit quod fisci

8 Advocatus debet interesse in fiscalibus causis, adeò ut sententia adversùs fiscum lata, eo absente sic nulla & invalida, & *num. 3.* resolvit sententiam pro fisco latam, quamvis absente ejus advocato & procuratore, valere, quia privilegium suum sibi nocere non debet. Alphar. *de officio fiscalis, gloss. 18. n. 15. & gloss. 34. num.* 329. Cabed. *p. 2. decisionum Lusitaniæ, arresto* 67.

Notatur ad hoc, quod si fisci non interfit, & lis inter privatos moveatur, utique competens erit Præses Provinciæ, ut per Cald. Pereira *de empt. & vindit. cap. 31. num. 99. in fine:*

10 *Quod si adversùs fiscum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod fiscus, quamvis sit actor, non agit nisi coram suo judice, & multò magis si uti reus convenitur, ita Afflict. *in cap. si duo fratres, num. 44. de fratre de novo investiendo*, Boss. *in tit. de fisco, & ejus privil. num. 43.* Franc. Lucas de Parma *in tract. de fisco, & ejus privil.*

11 *part. 1. n.* 86. Ejus autem judex competens est Procurator Cæsaris, qui si in provincia non adsit, ejus loco cognoscit provinciæ Præses, vide Peregrin. *de jure fisci lib. 7. tit. 1. à princip.* Farin. *fragm. crimin. p. 1. lit. F. num.* 180. *cum seq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Fiscus quando vendit rem minoris tanquam sui debitoris, nisi fraus interceserit, vel solemnitas debita neglecta sit, non est locus restitutioni, & num. 2.*

3 *Princeps si vendat rem alienam jure proprio, tunc emptores sunt securi.*

4 *Fiscus si vendat, sed minùs solemniter, rem sui debitoris, potest debitor revocata venditione rem suam rehabere, resolve ut num. 5.*

6 *Emptores, & causam habentes à fisco, pro re à fisco proveniente, petunt remissionem causæ ad judices fiscales.*

7 *Procurator fiscalis non habet jus, nec manum potest immittere, si debita solemnitas fuit observata, & cessavit læsio.*

8 *Addictio non retrotrahitur, nisi reddito prius pretio.*

9 *Debitor volens annullare subhastationem, debet pretium solutum per licitatorem restituere.*

20 *Minor si non peteret pretium à fisco infra quadriennium, posset elapso quadriennio adhuc illud petere.*

11 *Minor restituendus est contra dispositionem l.* benè à Zenone, *ad rem ipsam, etiam post quadriennium recuperandam, contrarium qui teneant, remissivè, num. 12.*

## L. Edicto quidem. III. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Laurentio.*

QUando fiscus vendit rem minoris tanquam sui debitoris, nisi fraus interceserit, vel solemnitas debita neglecta sit, restitutioni non est locus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt 2 Dec. *cons. 357. num. 7. in medio.* Duen. *reg. 338. limit. 1. & 7.* Sfort. Odd. *de in integ. restitut. q. 18. num. 73. cum seqq.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 21. capite 12. col. 6.* Mozz. *de contractib. tit. de empt. cap. de rebus quæ emi, vel vendi possunt, n. 42 ver. item limita*, Menoch. *cons. 2. num.* 332. Cevall. *commun. contra communes, quæst. 822. num. 29.* ubi quod si Princeps vendat rem 3 alienam jure proprio, tunc emptores sunt securi. Peregrin. *de jure fisci lib. 6. tit. 4. num. 18.* ubi *citato hoc text.* tenet quod si fiscus vendat, sed minus solem- 4 niter, rem sui debitoris, potest debitor revocata venditione rem suam rehabere: & *lib. 7. tit. 1. n. 5. etiam per* 5 *hunc text.* resolvit emptores, & causam fisco habentes, judices habere fiscales, & idcirco coram alio judice conventos pro re à fisco empta petere posse remissionem ad judices ipsos fiscales. Surd. *decis. 46. n. 7.* ubi ait hunc text. mandare rem venditam non servatis solemnitatibus restitui, ipso tamen domino, & debitore satisfaciente, & *de alimentis titul. 9. q. 32. num. 49.* ubi quod re alienata à fisco sine debitis solemnitatibus, non admittitur dominus ad eam revocandam, nisi soluto pretio pro quo facta est alienatio, latè Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 12. num. 29.* ubi concludit quod hodie emptor, vel alio modo acquirens à fisco, vel Imperatore, statim securus est nec ullam à vero domino in majore ætate controversiam timere debet; secus quoad minorem, cui etiam lapso quadriennio ad vindicandum salva actio supereat hac lege, quam correctionis expertem remanere asserit, & *n. 30. in fine*, adjungit novam mutationem edicti D. Marci quoad rei recuperationem tantùm, non minores respexisse.

*Procuratoris nostri*, &c. ] Notatur ad hoc, quod 6 emptores, & causam habentes à fisco, pro re à fisco proveniente possunt petere remissionem causæ ad judices fiscales, ut per Mart. Laudens. *in tract. de fisco, q. 193.* Franc. Lucan. de Parma *in simili tract. n. 31.* Boss. *in tit. de fisco & ejus privileg. n. 43. vers. & pariter inter privatos*, Peregr. *d. lib. 7. tit. 1. n. 5.* Farin. *fragm. crimin. part. 1. lit. F. num. 182.* ubi *num. 184. cum seqq.* multipliciter ampliar.

*Nec servatam solemnitatem hastarum*, &c. ] Ergo 7 si debita solemnitas fuit observata, & cessavi læsio, tunc non habet Procurator fiscalis ullum ejus nec manum immittere potest, ut per Maurit. *de in integr. restit. q. 119. in fine.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 21. num. 99.*

*Fisco te satisfaciente*, &c. ] Notatur ad hoc, quod 8 addictionem retractare nemo potest, nisi reddito priùs pretio, ut per Gam. Lusit. *decis. 40. n. 1. & decis. 77. num. 1.* Debitor enim volens annullare subhastationem, debet pretium solutum per licitatorem restituere Bald. *hîc num. 3. vers. nota ex hac leg.* Næviz. 9 *cons. 37.*

*conſ.37. num.12.* Stephan. Gratian. *diſcept.forenſ. c.7. num.29.* Et poſt Gregor. Lopez *l.35. in gloſſ. verbo coſa agena, in princ. tit.5. part.5.* dicit Caſtill. *lib.2. quotid.*
10 *cap.5. num.22. in fine*, quod ſi minor non peteret pretium à fiſco infra quadriennium, poſſet elapſo quadriennio adhuc illud petere.

11 In gloſſ. *Debiti*, ibi, *ſed neque res minoris intelligebatur excepta*, &c. Notatur ad hoc quod minor reſtituendus eſt contra diſpoſitionem *l. bene à Zenone*, ad rem ipſam etiam poſt quadriennium recuperandam, ut per Duen. *reg.238. limit. 10.* Caſtill. *lib.2. quotid. cap 5. à num.20.* ubi *num.21.* plures refert, te-
12 nentes contrarium, immò minorem ad pretium tantum reſtituendum eſſe, etiam poſt quadriennium, & non ad rem ipſam.

*Si adversùs creditorem.*

## TIT. XXXVIII.

SI minor mutuum acceperit, niſi in rem ejus verſum ſit, adeó ut inde factus ſit locupletior, etiamſi ſoluturum creditori caverit, in integrum reſtituitur. *leg.1. §.2. hoc tit.*

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſembec. Giphan. *ſuper Codicem, tom.1. pag.102.* Maurit. *de in integrum reſtit. c.221. & ſeqq.* Pinel. *in l.2. de reſcind. vend. part.3. cap.1. num.30. cum ſeqq.* ubi latè diſputat, an hic text. ſpecialiter intelligatur in creditore ſub uſuris mutuante, ita ut diverſum ſit in alio creditore non fœneratitio.

## SUMMARIUM.

1 *Minor reſtituitur adversùs fœneratorem non probantem locupletiorem factum ex mutuo minorem, & num.2. intellige ut num.3.*

4 *Minor non tenetur, etiamſi ei mutuetur cum tutoris vel curatoris ſcientia, ſeu interpoſita eorum auctoritate, niſi in id quod probetur verſum in ejus utilitatem, nec ſi tutor, vel curator ejus nomine recepit mutuum, etiam major factus tenebitur ad ſolutionem, n.5. procedit etiamſi factum ſit mutuum minori adulto, qui nullum habebat curatorem, num.6.*

7 *Minor tenetur ex mutuo ſibi etiam ab alio minore facto, ſi in ejus utilitatem ſit verſum, ſecus verò è contra.*

8 *Probandi onus cui incumbit, mutuum verſum fuiſſe in utilitatem minoris, vel non.*

### L. Cùm & ipſe I.

*Impp.* ANTONINUS PIUS A. *Prunico.*

1 MInor reſtituitur adversùs fœneratorem non probantem locupletiorem factum ex mutuo minorem. Colligunt. ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 *Ex eo contractu locupletiorem.*] Notatur ad hoc, quod minor non obligatur ex mutuo, niſi in ejus utilitatem verſum fuiſſe probetur, ut per Joan. Petr. Ferrar. *in praxi, tit. de forma libell. in act. hypothec.45. gloſſ.2. num.10.* Maurit. *de in integrum reſtit. cap.221. 222. & 282.* Rebuff. *tom.2. ad leges Gallie, tract. de reſtit. art.1. gloſſ.3. num.21.* Pinel. *in l.2. de reſcindend. vendit. part.2. cap. ult. num.67. & part.3. cap.1. num. 30.* Gregor. Lopez *per text. ibi in l.5. gloſſ. 2. tit.1. part.5.* 3
ubi dicit, quod hæc lex intelligitur de mutuo fœneratitio. Covar. *lib.2. var. cap.17. num.3.* latè Maſcard. *de probat. concl.1162.* alias *1167. n.1. cum multis ſeqq.* Menchac. *uſufreq. cap.66. num. 6.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, num. 30.* ubi tenet minorem adversùs mutuum eſſe reſtituendum, etſi non probet ſe ex illo læſum. Felician. *de cenſib. lib.2. cap.2. num.6.* Avendan. *in ſimili tract. cap.64. num.4. & 7.* Nicol. Mozz. *de contract. in tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, reſolvatur, ſeu fin. mutuum, num. 6.* Sfort. Odd. *de in integr. reſtitut. p.2. q.51. art.4.5. & 6.* Joan. Matienz. *l.22. gloſſ.2. num.1. & 2. rit. 11. lib.5. nova Recop.* Gaſp. Roderic. *de annuiis redditib. lib.1. quæſt.14. num.33.* Bobadill. *in ſua politica, lib.3. cap.8. num.87.* Matth. Coler. *de proceſſib. execut. p.1. cap.10. num.29.* Petr. Franciſ. Linglois *deciſ.1 quæſt.1. num.6.* Alex. Trencinq. *var. reſolut. lib.1. reſol.6. de actionib. num. 2.* Marcel. Cala *in tr. de modo articulandi, gloſſ. unic. §.2. num.467.* Narbon. *in comment. in 3. p. nova Recopil. lib.4. tit.21. l.25. gloſſ.10. n.20.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.8. tit.6. num.3. cum ſeqq. & tit.13. num. 14.* ubi quod minor reſtituitur adversùs creditorem niſi probaverit verſionem in ejus utilitatem Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 27. num.12.* ubi quod læſio præſumitur, niſi probetur minorem factum locupletiorem, *& cap 196. num.10.* Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure, p.2. cap.5. n.16.*

Amplia primò minorem non teneri, etiamſi ei 4
mutuetur cum tutoris, vel curatoris ſcientia, ſeu interpoſita eorum auctoritate, niſi in id quod probetur verſum in ejus utilitatem, Matienz. *in dict. l.22.* 5
*gloſſ.2. num.8. tit.11. lib.5. nova recop.* Nec ſi tutor, vel curator ejus nomine mutuum recepit, etiam major factus tenebitur ad ſolutionem, Pinel. *in l.2. de reſcind. vendit. p.3. cap.1. num.32.* Molin. *de Juſtit. tract.2. diſp.300. verſ. minor tutorem*, Leſſ. etiam de *Juſtit. lib.2. cap.20. de mutuo & uſura, dub.2. num.13.* ubi addit in hoc caſu teneri tutorem, vel curatorem.

Amplia ſecundò eandem concluſionem, ut pro- 6
cedat etiamſi factum ſit mutuum minori adulto, qui nullum habebat curatorem, quia etſi metu jure valeat mutui contractus, & datur tamen in minore reſtitutio in integrum, ut non reſtituere compellatur, niſi quatenus in ejus emolumentum probatum fuerit mutuum fuiſſe converſum, ex Pinel. *in dict. l.2. part.2. cap. ult. num.67. & part.3. cap.1. n.32. verſ. probari efficaciter*, Matienz. *dict. l.22. gloſſ.2. num. 8.* Marcel. Cala *d. tract. de modo articulandi & prob. gloſſ. unic. §. 2. num. 467. cum tribus ſeqq.* Mantic. *d. lib.8. tit. 6. num. 6.* Alexand. Trencinq. *var. reſol. lib.2. tit. de minorib. reſol.6. num.1.* Gaſp. Roderic. *de annuis redditib. lib.1. q.14. num.33.* Sfort. Odd. *de in integrum reſtit. part.2. q.51. art.4.* Molin. *d. diſp. 200. verſ. quando minor.* Leſſ. *d. dub.2. n.17.*

Amplia tertiò minorem teneri ex mutuo ſibi 7
etiam ab alio minore facto, ſi in ejus utilitatem ſit verſum, ſecus verò è contra, Nicol. Vigel. *in methodo juris civilis, p.5. lib.17. cap.2. replicat.2. verſ. hujus replicationis, & replicat.3.* Azeved. *lib. 10. num.15. & 24. tit.3. lib. 5. nova Recop. & l.2. num.247. tit.10. lib.8.* Pichard. *in §. illud propriè, num.5. in fine, Inſtit. quod cum eo* Cardin. Mantic. *d. lib.8. tit. 7. num. 26. inpoſteriori*, quia eſt duplicatus, Morl. *in emporio juris, p.1. tit.5. in prælud. num.27. verſ. neque his*, Novar. *de elect. & variat. fori, p.21. num.5. ſect.2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 196. num.20.* ubi ponit caſum in

minore qui alteri minori mutuavit, & mutuum perdidit, & dicit unum adversùs alterum non restitui, quia uterque æquè agit de damno vitando.

8 Quæstio est in hac materia multùm controversa, cui scilicet incumbat onus probandi, an creditori mutuum fuisse versum in utilitatem minoris, vel minori non versionem ejus utilitatem; Una sententia tenet, quod in mutuo fœneratio creditor teneatur probare versionem; in mutuo verò gratuito quod minor non versionem in ejus utilitatem: ita Anton. Gom. *var. tom.2. cap.14. num. 2. vers. quintò infertur.* Sfort.Odd. *d.p.2.q.51.art.5. ex num.46. cum seqq.* Cardin. Mantic. *d.lib.8.tit.6.num.6. cum duobus seqq.* Molin. *de justit. tract.2. disp. 300. in fine vers. quod es*, Mascard. *si probat. concl. 1167. numer. 5. cum seqq.* Rebell. *de obligat. justit. lib.8. tit. de contractu mutui & usura, quæst. 1. sect. 3. num. 22.* Benedict. Ægid. *d. part.2. cap.5. num.16.* ubi in mutuo tantùm fœneratitio intelligit hanc l. & seq. subditque quando mutuum tenet, quia rectè factum fuit; & tamen adversùs illud restitutionis auxilio utitur minor, si fœneratitium fuit, onus probandi incumbere creditori, juxta intellectum hujus text. si sine fœnore mutuarum fuit, penes minorem onus probandi esse. Denique concludit, quod si mutuum non tenuit, itaut adversùs illud restitutionis auxilio opus non sit, in utilitatem versum probare debet creditor, sive fœneratitium sit, sive sine fœnore datum. Et hinc dicit Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 82. num. 22. citato hoc text.* minorem cum fœneratore contrahentem præsumi læsum, nisi probetur factus locupletior.

Altera sententia contraria tenet, quod in mutuo, sive fœneratitio, sive gratuito, debet creditor probare versum fuisse mutuum in utilitatem minoris, ita Mathesil. *sing.58. incip. Nota unum casum quotidianum.* Pinel. *in d. lib.2. p.3. cap.1. ex n. 30.* ubi *n. 32. & 33.* resolvit hanc l. & totum tit. generaliter procedere in omni creditore ex causa mutui, non tantùm in fœneratitio, sed etiam in gratuito, Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.2. in tract. de restit. art. 1. gloss.3. num. 21.* Menchac. *controv. usufreq. lib. 3. cap. 66. per tot. & in num.6. in vers. quid dicendum*, inquit hanc esse longè veriorem, Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num. 30.* prima est verior.

## SUMMARIUM.

1 *Minor pro pecunia fœnori accepta cavens, pecuniâ in utilitatem hujus non conversâ, adversùs cautionem restituitur, quibus autem modis, & conjecturis, probari possit versio mutui in utilitatem minoris vel similis privilegiati, vide remissivè num. 2.*

3 *Mutuum si à principio versum sit in utilitatem Ecclesiæ, vel minoris, Ecclesia, vel minor tenebitur, quamvis utilitas non duret, etiamsi fortuitò pereat antequam in utilitatem convertatur, num.4. Si probetur minorem ex pecunia mutuo data rem emisse, debet attendi tempus litis contestatæ, & sententiæ, n.5.*

### L. Si, ut allegas. II. & ult.

*Impp.* GORDIANUS A. *Caiano.*

1 MInor pro pecunia fœnori accepta cavens, pecunia inutilitatem hujus non conversa, adversùs cautionem restituitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. super hoc tit.*

Vide notata *ad eandem l. 1. sup. hoc tit.*

*Nec ea in rem tuam versa est.* &c.] Quibus autem 2 modis & conjecturis probari possit versio mutui in utilitatem minoris, vel similis privilegiati, vide Pinel. *in l.2. de resc. vendit. part.2. cap.4. num.64. cum seqq.* ubi quærit, an sufficiat probare pretium, seu mutuum semel ad minorem perveniisse. Surd. *cons.290. num.11.* Mascard. *de probat. concl.1166. per tot.* Menoch. *de arbitr. casu 432. à num. 35.* Fachinæ. *lib.2. controvers. juris, cap.46.* Paul. Motan. *de tutel. cap.33. à num. 117.* Rota post tract. Ludovici Cencii *de censibus, decis.26. num. 3.* ubi dicit quod versio in causam expressam probatur conjecturis, & probationibus, alex. Trentacinq. *var. resol. lib.2.titul. de minorib. resol 6. num. 7.* ubi dicit non sufficere probare ad minorem perveniisse pecuniam, ut dicatur locupletatus. Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent.lib.8.tit.14.& 15.* Hect. Felic. *in tract.de societ. cap.31. à num.29.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.1. cap.14. num.31.*

At si à principio mutuum versum sit in utilita- 3 tem Ecclesiæ, vel minoris, Ecclesia vel minor tenebitur, quamvis utilitas non duret. Menoch. *dict. casu 432. num.40.& 41.* Mascard. *d. concl.116.num.36.* id ampliantes, etiamsi fortuitò pereat antequam in uti- 4 litatem convertatur, Alex. Trentacinq. *dict. titul. de minorib. resol.6. num.7. vers. & si probetur*, ubi docet 5 quod si probetur minorem ex pecunia mutuo data rem emisse, debet attendi tempus litis contestatæ, & tempus sententiæ.

*Si minor ab hereditate se abstineat.*

## TIT. XXXIX.

HÆc rubr. concipitur per verbum *abstineat*, quod differt à verbo *repudiare*; nam abstinere dicuntur non sui solùm, verùm & extranei, qui hæredes extiterunt; repudiare verò proprium est extraneorum hæredum. Ita Ant. Govean. *lectionum juris var. lib. 1. cap.25.* qui Lusitanæ genti, à qua ipse originem ducit, summa sua eruditione & mirabili ingenio honor est summè à nostris amplectendus, sicut & ipse suos vocat Lusitanos; illosque quamvis à se distantes, & jam à propria patria exul factus, maximo semper prosequutus fuit amore, ut ex *eod.lib.1.cap.24. in princ.* deprehenditur, dum ibi ait, *caput hoc meis potissimùm Lusitanis scribitur*, &c. Minor autem si temerè se immiscuit bonis paternis, potest impetrare restitutionem ut abstineat; & similiter, ut eam repudiet. Eadem est ratio bonorum possessionis petitæ.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Maurit. *de in integ.restit.cap.126.cum seqq.* Sfort.Odd. *in simili tract. p.2.q.62.art.2.* Morl. *in emporio juris, p.1. tit.6. q.9. per tot.*

## SUMMARIUM.

1 *Minor immiscens se hæreditati paternæ, damnum sentiens, per restitutionem in integrum id reparat.*

2 *Minor læsus adversùs hæreditatis additionem, vocatis ad hoc creditoribus hæreditaris, restituendus est.*

3 *Filiis adeuntibus hæreditatem paternam in integrum reſtitutio concedenda eſt.*

4 *Minor adversùs inconſultò aditam hæreditatem non reſtituitur, niſi quatenus ſe immiſcuerit.*

5 *Minori propter ætatem beneficium reſtitutionis concedendum eſt, etſi non probet hæreditatem eſſe damnoſam.*

6 *Hæres ſuus poteſt revocare immixtionem.*

7 *Aditio, vel immixtio hæreditatis non præſumitur in hærede ſuo, ex quo eſt quid facti.*

8 *Filius, ergo hæres.*

9 *Filius an mortuo patre conveniri poſſit à creditoribus hæreditariis antequam conſtet hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe.*

## L. Si vos paternæ. I.

*Impp.* SEVERUS *&* ANTONINUS AA. *Florentio, & aliis.*

1 MInor immiſceens ſe hæreditati paternæ, damnum ſentiens, per reſtitutionem in integrum id reparat. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Vide *l. Hiſpan. 7. tit. 19. part. 6.* quæ probat minorem læſum adversùs hæreditati aditionem, vocatis ad hoc creditoribus hæreditariis eſſe reſtituendum, ubi Gregor. Lop. *gloſſ. 1. verbo para deſamparla*, addit debere fieri cauſa cognita, conſiderato non tantùm eo, an ſit lucroſa hæreditas, vel non, ſed etiam eo, an interſit minoris litibus & ſumptibus non vexari: item an in hæreditate ſint multæ mortales res, vel prædia ruinæ ſubjecta, Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 4. verſ. octavò infertur*, ubi tenet quod ſi minor ſolus, vel cum auctoritate tutoris, aut curatoris adivit & acceptavit hæreditatem damnoſam ſibi delatam ex teſtamento, vel ab inteſtato, aut lucroſam omiſit, & repudiavit, poteſt reſtitui. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis,*
3 *n. 50.* ubi ex hac *l.* reſolvit filiis adeuntibus hæreditatem paternam, in integrum reſtitutionem eſſe concedendam.

4 *Non immiſcuiſtis*] Ergo minor adversùs inconſultò aditam hæreditatem non reſtituitur, niſi quatenus ſe immiſcuerit, ut per Sfort. Odd. *de in integ. reſtit. p. 2. q. 62. art. 2. num. 45.*

5 *Propter ætatem, &c.*] Ergo propter ætatem minori beneficium reſtitutionis eſt concedendum, etſi non probet hæreditatem eſſe damnoſam: de quo vide *l. Hiſpan. 13. tit. 6. part. 6.* ubi Greg. Lop. *gloſſ. ult. l. 38. eod. tit. & part.* ibi, *fueras eude*, &c. Cam. *Luſit. deciſ. 228. num. 6.* ubi quod ſatis ex ipſa abſtentione præſumitur læſus minor. Mench. *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 8. num. 7.* quod ſi minor annis 25. inſtitutus adivit hæreditatem, & poſtea per reſtitutionem in integrum eam hæreditatem omiſit, teſtamentum hujuſmodi infirmari poteſt: additque quod licèt teſtamentum principale infirmetur, tamen pupillare teſtamentum, quod ſemel in minoris ætate hæredis aditione confirmatum fuit, non evaneſcit. Franciſc. de Barry *de ſucceſſione teſtati ac inteſtati, lib. 11. tit. 23. num. 5.* ubi tenet quod ſi hæres adierit hæreditatem, cùm eſſet minor, licèt poſteà major factus continuaverit actus hæredicos, nihilominùs reſtitui poteſt adversùs aditionem, initio inſpecto, per *l. 3. ff. de minorib.* quod verum eſſe aſſerit quando actus qui in majore ætate factus eſt, pendebat à primo actu aditionis factæ in minori ætate, & in ejus conſequentiam factus eſſet, ſecus ſi eſſet diſtinctus, & ſeparatus à primo.

Notatur ad hoc, quod ſuus hæres poteſt revocare 6
immiſſionem, cujus revocatio ut valeat requiritur ut tempore revocationis vocentur omnes, quos negotium tangebat, & revocationi conſentiant, ut per Gam. *Luſitan. deciſ. 218. num. 5. & ſeq.*

In gloſſ. *Ob eam rem 2.* ibi, *quod ſuus hæres præ-* 7
*ſumitur adiiſſe, & teneri ſtatim creditoribus*, &c. Notatur ad hoc, quod aditio, vel immixtio hæreditatis non præſumitur in hærede ſuo, ex quo eſt quid facti, ut per Tiraq. *in tract. le mort, p. 7. declar. 2. ad fin.* Cravet. *conſ. 33. num. 2.* Menoch. *conſ. 115. num. 25. & conſ. 124. n. 121. & conſ. 320. num. 7.* hinc inferens quod qui aſſerit hæreditatem fuiſſe aditam, probare debet.

In ead. gloſſ. ibi, *ſi filius, ergo hæres*, &c. Notatur 8
ad illud vulgare dictum: Si filius, ergo hæres, de quo vide Tiraq. *de retract. lig. §. 1. gloſſ. 9. num. 51. & in tract. le mort, p. 7. declar. 2.* Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 1. numero 2. in med.* ubi citat Apoſtol. *ad Galat. cap. 4.* ſi filius, ergo hæres per Deum, & intelligit cum Theologis, quod ſi quis eſt filius Dei per adoptionem, & facit ejus voluntatem, conſequetur hæreditatem cœli & gloriæ. Joſeph. Ludov. *tom. 3. commun. opin. tit. de hæredibus, concl. 1. corol. 82. verſ. quinto modo, pag. 489.* ubi declarat illam propoſitionem Apoſtoli de hærede ſanguinis, & deinceps multipliciter declarat Menoch. *remed. 4. adipiſc. n. 76. & 80. & conſ. 116. num. 41.* ubi quod filius dicitur hæres patris, etiamſi ſe abſtineat ab hæreditate, itaut qui aſſerit filium eſſe hæredem, probare debeat eum ſe hæreditati paternæ immiſcuiſſe, *& de præſumpt. lib. 4. præſ. 76. num. 17.* ubi tenet quod eſt falſum, juris eſſe præſumptionem, quod filius ſit hæres patris, & veriùs aſſerit eum probare debere qui aſſerit filium eſſe hæredem, Maſcard. *de probat. concl. 804. per tot.* ubi probat quod qui dicit filium hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe, probare debet. Cald. Pereira *de nominat. emphet. quæſt. 7. num. 57.* ubi ex Covar. intelligit procedere vulgare illud dictum, ſi modò filius ſe dicat hæredem.

Notatur etiam ad hoc, quod filius mortuo patre 9
poteſt conveniri à creditoribus hæreditariis antequam conſtet hæreditati paternæ ſe immiſcuiſſe, de quo an verum ſit, vide gloſſ. *in l. ſi cum dotem 23. §. tranſgrediamur, ff. ſoluto matrim.* Socin. *in l. ſi filius qui patitur, num. 2. ff. de vulgari. & ibi* Alciat. *num. 19.* Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo mortuo itaque teſtatore, in 2. num. 87.* Tiraq. *in d. tract. de mort. part. 7. declar. 2. num. 8.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio adversùs hæreditatem conceditur poſt tres menſes, ſi citati non comparuerunt, & num. 2.*

3 *Ad reſtitutionem concedendam exigitur quod citentur tis, quorum intereſt reſtitutionem non concedi, reſolve ut num. 4. per quod tempus expectandi hujuſmodi citati, n. 5.*

6 *In reſtitutione adversùs aditam hæreditatem citari debent omnes prætendentes, ſeu qui prætendere poſſunt intereſſe.*

## AUTH. Si omnes.

REſtitutio adversùs hæreditatem conceditur poſt tres menſes, ſi citati non comparuerunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

Hanc

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan.7. tit.19. part.6. ubi gloſſ.2. & 3.* Guid. Pap. *deciſ.141. & 143.* Dec. *conſ.700. incip. in cauſa, n. 2.* Alphan. *collect.14.* Valaſc. *conſ.87. num.3.*

3 *A judice vocentur*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ad reſtitutionem condendam exigitur quod citentur ij, quorum intereſt reſtitutionem non concedi, ut per Maurit. *de in integr. reſtit. cap.134. & 137.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, num.14. in princip.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. part .1. quæſt.34. art.* 8. ubi reſoloit

4 citationem hujuſmodi adeò eſſe neceſſariam, ut ſi omittatur, judicium ſit nullum, & *art.9* reſolvit neceſſariam non eſſe citationem quando ij, qui citari deberent, ſunt præſentes, intelligens hunc textum dum probat ut creditores ſi præſentes ſunt, à Prætore in judicium vocentur, ut loquatur de præſentibus in civitate, ad differentiam eorum, qui abſunt à civitate, qui citari debent ſolemniter, ut hîc dicitur.

5 *Quamvis intra tres menſes non apparentibus*, &c. Ergo tres menſes aſſignari debent, & tanto tempore expectandi hujuſmodi citati ut per Marant. *de ordine judic.p.6. tit. de citat.n.103.* Sfort. Odd. *dict.q.34. art.12-n.56.* ubi *n.57.* limitat, niſi à ſtatuto tale tempus abbreviatum foret, vel prolongatum, & *n.* 58. limitat etiam, niſi judici videretur hoc tempus vel brevius, vel longius aſſignandum eſſe.

3 In gloſſ. *Citentur.* Notatur ad hoc, quod in reſtitutione adversùs aditam hæreditatem citari debent omnes prætendentes, ſeu qui prætendere poſſunt intereſſe, uti ſunt omnes legatarii, & creditores hæreditarii; Franc. Marc. *Delphin. deciſ.449.p.1.* Borguin. *in tract. de tutore & curat. num.103.* Sfort.Odd. *dict. q.24. art.10. & 12. num.55.* ubi intelligit procedere quando ſunt certi hi, qui prætendunt intereſſe: at verò quando ſunt incerti citationem hujuſmodi fieri debere per generale proclama, ſive voce præconis, ſive aliter, ſecundum,ſtylum, & conſuetudinem civitatis,ubi facienda eſt,per ea quæ tradunt Marant. *de ordine judic.part.6. memb.1. num.89.* Boër. *dec.255. num.* 5. Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub.1. §. 2. gloſſ.5. num.3.*

## SUMMARIUM.

1 *Ab hæreditate paterna quis abſtinere poteſt per reſtitutionem, & amplecti avitam, & n.2.*

3 *Minor reſtituitur adversùs inconſultò aditam hæreditatem.*

### L. Si cùm avi tui. I I. & ult.

*Impp.* GORDIANUS A. *Herodotæ.*

1 POteſt quis ab hæreditate paterna per reſtitutionem abſtinere, & avitam amplecti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg.1. num.1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit

3 Sfort.Odd. *in tract. de in integ. reſtit.part.2.quæſt.62. artic.2.numer.22.* ubi dicit reſtitui minorem adversùs inconſultò aditam hæreditatem, etiam quoad ſeparationem bonorum,id eſt,ut ope reſtitutionis ſin integrum liceat ipſi minori ſeparare hodie hæreditatem paternam ab avita, & unam amplecti, alteram verò repudiare, prout ſibi magis expedierit.

*Si ut omiſſam hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem, vel quid aliud acquirat.*

## TIT. XL.

MINOR reſtituitur, non ſolùm ſi quod habuit amiſit: verùm etiam ſi quod potuit acquirere, non acquiſivit: ut hæreditatem, *lib.* 1. vel bonorum poſſe[illegible], *lib.* 2. *hoc tit.*

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Sfort. Odd. *in tract. de in integr.reſtitut.part.2.q.63.* Bellacomb. Krchov. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.2. tit.17.*

## SUMMARIUM.

1 *Minor contra omiſſam hæreditatem, & damna inde exiſtentia regulariter reſtituitur, & num.2. amplia, & limita ut num.3.*

### L. Si minores I I.

*Impp.* GORDIANUS A. *Protæ.*

MInor contra omiſſam hæreditatem, & damna inde exiſtentia reſtituitur. Collunt ex Ordin. Bart. Salicet Bald. Caſt. Sebaſt. Næv. Jacob. de S. Georgio, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit. *l. Hiſpan.18. tit.6. part.6. ubi gloſſ.5.* Sfort. Odd. *de in integr. reſtitut. p.2. q.63. art.1.* ubi reſolvit minorem regulariter reſtitui adversùs omiſſam hæreditatem, & *numeris ſeqq.* diverſimodè ampliat, & limitat, & præcipuè *num.9.* extendit ut procedat 3 abſque alia probatione læſionis, & *art.* 2. diſputat, an ſupradicta concluſio locum habeat quando res non eſt amplius integra; quia ſcilicet hæreditas diſtracta fuerit à ſubſtitutis, vel gradu proximis, à quibus adita fuerat, & *art.8. & 9.* an conceſſa reſtitutione in integrum adversùs omiſſam hæreditatem ſubſtitutiones, quæ expiraverant, reviviſcant, & legata, fideicommiſſa, ac cætera in teſtamento diſpoſita convaleſcant. 2

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio minori læſo circa remedium ſucceſſionis Prætorium ſuccurrit cum collationis onere.*

2 *Reſtitutione conceſſa adversùs omiſſam hæreditatem, an locus ſit collationi bonorum.*

### L. Ad bonorum. II. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Sarapiadi.*

REſtitutio minori læſo circa remedium ſucceſſionis Prætorium ſuccurrit cum collationis onere. 1

Colli

Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtitu. p. 2. quæſt. 63. art. 10.* ubi quærit an reſtitutione conceſſa adversùs omiſſam hæreditatem ſit locus collationi bonorum?

*In quibus cauſis reſtitutio in integrum non eſt neceſſaria.*

## TIT XLI.

SEQUUNTUR caſus, in quibus adoleſcentes ipſo jure tuti ſunt, nec egent reſtitutione.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſemb.

## SUMMARIUM.

1 *Pœna inultæ mortis defuncti non habet locum in minoribus, & n. 2. amplia, & reſolve ut n. 3.*

## L. Minoribus. I.

*Impp.* ALEXANDER A. *Mutato.*

1 POena inultæ mortis defuncti non habet locum in minoribus. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Jacob. de S. Georgio, Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem deſumunt ex illo ſimili textu *in leg. minoribus, infr. de his, quibus ut indign.* Petr. à Plaz. *in epit. delict. lib. 1. capite 39. numero 24. verſicul. ſecundus ſubjicitur caſus*, Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 3. num. 53. & 59.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæſt. 13. num. 9.* qui ſimiliter reſolvunt, minorem hujuſmodi non teneri etiam in majori ætate accuſare & vindicare mortem defuncti, cujus hæreditatem habuit, abſque metu illius privationis, quia ſemel tale jus accuſandi in ejus perſona fuit extinctum, quod etiam eleganter reſolvit Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 4. num. 6.* per gloſſ. quam dicit notabilem *in præſenti text. verbo ulciſcantur*, latè Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſtit. part. 2. q. 82. art. 5.*

## SUMMARIUM.

1 *Tempus movendi querelam inofficioſi ipſo jure non currit minoribus, & n. 2.*

3 *Præſcriptio quinquennii, quâ repellitur quis à querela inofficioſi, non currit minoribus ipſo jure.*

4 *Reſtitutionis in integrum definitio, remiſſivè.*

5 *Minori remittenti expreſsè, vel tacitè querelam inofficioſi, an ſuccurrendum ſit*

## L. Adoleſcentiæ. II.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Theodoræ.*

1 TEmpus movendi querelam inofficioſi teſtamenti ipſo jure non currit minoribus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. num. 1. ſup. hoc titulo.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. 4. tit. 8. part. 6. ubi gloſſ. fin.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, num. 29.* ubi ait per hunc text. tempus quinquennii, per cujus lapſum à querelandi poteſtate majores ſubmoventur, minoribus non currere, & conſequenter neceſſariam non eſſe reſtitutionem. Vide Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſtit. p. 2. q. 85. art. 5.* ubi diſputat an minor reſtituatur adversùs renuntiationem querelæ inofficioſi teſtamenti, & *q. 88. n. 13.* ubi quod præſcriptio quinquennii, qua repellitur quis à querela inofficioſi teſtamenti, non currit minoribus ipſo jure. 2

*Quia non redintegratio, &c.* ] De deffinitione reſtitutionis in integrum vide Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de reſtitut. in præfat. num. 3.* Maurit. *de in integr. reſtit. cap. 1. à princ.* Sfort. Odd. *in ſimili tract. p. 1. q. 1. num. 44.* Donnel. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 4.* Moral. *in emporio juris, part. 2. tit. 5. in prælud. n. 3.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare, n. 3.* Cardoſ. *in praxi judicum, & Advocat. verbo reſtitutio. num. 1.* 3

Utrum autem minori remittenti expreſsè, vel tacitè querelam inofficioſi teſtamenti ſit ſuccurrendum; quæſtio dubia, in qua pro parte affirmativa eſt text. expreſſus *in l. 1. de in integr. reſtit. minor.* dum manifeſtè probat adversùs expreſſam, vel etiam tacitam renunciationem per lapſum temporis indictam ſuccurrendum eſſe minori. Pro negativa verò extat expreſſa deciſio textus *in præſenti*, de quorum jurium conciliatione agunt Maurit. *in tr. de in integrum reſt. c. 149.* Cald. Pereira *d. verbo læſis, n. 29.* ubi ait arduam eſſe ac difficilem horum jurium repugnantiam, & illa conciliare nititur. 4

## SUMMARIUM.

1 *Mora favore minoris ætatis re ipſa ſine interpellatione committitur in bonæ fidei contractibus, fideicommiſſis, legatis, & n. 2.*

3 *Minor re ipſa, & ſine interpellatione conſtituit ſuos debitores in mora: de Eccleſia quid, ibid.*

4 *Paupertas debitori nota expreſſæ interpellationis defectum ſupplet.*

5 *Morare ipſa quæ videtur contracta favore minoris ætatis, operabitur eoſdem effectus, quos operatur mora regularis in contractibus bonæ fidei.*

## L. In minorum. III.

*Impp.* DIOCLET & MAXIMIAN. AA. & CC. *Decimo.*

1 MOra favore minoris ætatis re ipſa ſine interpellatione committitur in bonæ fidei contractibus, fideicommiſſis, & legatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. numero 1. ſuprà hoc titul.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. 4. Hiſpan. tit. 19. part. 2. ubi gloſſ. 3. in fine*, Capell. Tholoſ. *deciſ. 407. col. 2.* Roman. *ſing. 116.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ. tit. de dilation. art. 5. gloſſ. unic. num. 33.* Bernard. *reg. 219. verſ. ſextò fallit*, ubi quod minor re ipſa, & ſine interpellatione conſtituit ſuos debitores in mora, & addit ſecus eſſe in Eccleſia, Covar. *var. lib. 3. cap. 17. num. 4. in princip.* ubi dicit favore Eccleſiæ ſicut & minorem conſtitui debitorem in mora abſque interpellatio- 3

ne Tiraq. *de privileg. pia cauſa, privil.* 141. ubi tenet minorem, cui quidquam debetur, conſtituere debitorem in mora abſque interpellatione, Baver. *tract. de mora, p.2. num.15. verſ.7.* Socin.ſen. *conſ.53.n.45. lib.4.* Menoch. *de arbitr. caſu* 220. *num.* 17. ubi dicit quod in hac lege cautum eſt favore minorum, ut debitor, qui non ſolvit abſque alia interpellatione, ſit in mora, & *conſ.* 8. *num.22. & conſ.* 81. *num.* 64. Baëz. *de decima tutor. cap.15. num.* 3. Menchac. *controverſ. uſufraq. cap.9. num.5.* ubi quod eodem modo Eccleſiæ fit mora re ipſa, Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſtitut. part.2. q.72 art.9. num.109.* ubi aſſerit quod quando adverſarius minoris fuit in mora, tunc ſi à minore non interpelletur, favore minoris tenetur ad uſuras, ſed non ope reſtitutionis, quia non eſt neceſſaria hoc caſu, ſed ipſo jure minor illas conſequitur: & *à num.*116. quærit in minor reſtituatur adversùs moram à ſe commiſſam in non ſolvendo. Sim. de Prætis *de in interpret. ultim. volunt. lib.3. interp.3. dub.5. ſolut.2. num.20. fol.* 348. aliàs *fol.*136. *verſo*, ubi quod mora ipſa fideicommiſſario abſenti, pupillo, vel furioſo per hanc leg. non eſt neceſſaria, Surd. *deciſ.* 579. *num.*6. ubi quod mora ipſo jure contrahatur favore minoris abſque interpellatione aliqua, & addit idem eſſe favore Eccleſiæ, fiſci abſentium, & aliarum perſonarum privilegiatarum, præcipuè pauperum, Theſaur. *deciſ.*80. *ad fin.* Vincent. de Franch. *part.* 1. *deciſ.*16. *num.* 1. ubi tenet regulam hujus textus limitari quando minor non haberet perſonam legitimam, cui ſolveretur, ubi Amendol. *in addit. num.* 4. limitat ſi ex parte minoris non adimpletur adimplendum, ut ei ſolvatur, Stephan.
4 Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 52. *n.*24. ubi quod ſpeciale eſt in minore quod debitor illius ſit re ipſa in mora ſine interpellatione. Idem dicunt Hercul. Mareſcor. *var. reſolut. lib.2. cap.*124. *num.*16. Muños de Eſcobar. *in tract. de ratiocin. cap.* 15. *num.*32. Gabr. Alvarez *de privil. pauperum. q.25. num.* 13. ubi *n.*14. idem in Eccleſiis dicit, & *n.*11. poſt Surd. *deciſ.*240. *num.*4. & *deciſ.* 341. *num.* 4. tenet quod paupertas debitori nota expreſsè interpellationis defectum ſupplet. Cald. Pereira *de emp. & vendit. cap.*23. *num.*46. ubi dicit hunc textum ſpecialiter procedere favore minoris, & *n.*49. tenet hanc leg. eſſe extendendam ad Eccleſiam, in cujus favorem citra ullam interpellationem debitor in mora conſtituitur, & *cap.*31. *num.*68. D. Barboſ. *in l. de diviſione 5. num. 55. prope fin. ff. ſoluto matr.* ubi aſſerit quod ſpecialis eſt favor minoris, ut ſemper cum illo contrahens videatur eſſe in mora re ipſa.

*Tardæ pretii ſolutionis*, &c.] Ergo cùm in præſenti fiat mentio de pretio, ſatis munitur in hoc textu agi de venditione, ac proinde cùm addat eo caſu favore minoris moram re ipſa videri contractam, ſignificat in eiſdem terminis diverſum eſſe in majore; cujus tamen contrarium probat *in l. curabit, de action. empti*, de quo latè Barboſ. *in d. l. de diviſione 5. ex num.*55. ubi ad hanc l. tres refert intellectus, eoſque reprobat, & demùm *num.*57. *poſt med.* ait veriorem eſſe intellectum, quod mora re ipſa, quæ videtur contracta favore minoris ætatis, operabitur eoſdem effectus, quos operatur mora regularis in contractibus bonæ fidei, ut colligitur ex generalitate hujus text. & expreſſum *in l. Titia Seio, §. uſuras, ff. de legat.* 2. unde prout mora regularis obligat ad fructus perceptos & percipiendos, *l. apud Iulianum* 40. *§.1. de legat.*1. painter & ad hoc obligabit mora irregularis contracta favore minoris. Cui intellectui non repugnat *d. l. curabit*, dum etiam loquitur in minore, quia eſt advertendum textum illum dicere illo caſu duplici ratione deberi uſuras pretii, ſcilicet quia emptor percepit fructus, & quia venditor, qui tradidit, erat minor: cùm autem certum ſit ad prædictum effectum alterum ex his ſufficere, non debet intelligi prædicta requiri copulativè, ſed diſjunctivè in hoc ſenſu, ut quamvis emptor non teneatur ad uſuras pretii ratione fructuum, quia illos non percepit, tamen ad illas tenebitur ſi venditor erat minor; nam cùm hujuſmodi mora habeat effectus moræ regularis, prout regularis obligat ad uſuras pretii & ad intereſſe, etſi non interveniat fructuum perceptio, per ſuprà tradita, idem etiam recipietur in mora contracta favore minoris ætatis.

## SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra tutorem, qui non habet adminiſtrationem, vel non cavet rem pupilli ſalvam fore, nulla per ſe eſt, & tali caſu reſtitutionis remedium erit ſuperfluum, & n.*2.

3 *Judicium eſt nullum quando fuit agitatum cum tutore, qui non fecit ſolemnia.*

4 *Satisdationis omiſſio inducit nullitatem tutelæ.*

5 *Tutor qui nondum ſatisfecit, poteſt obtinere ſententiam pro minore.*

6 *Minor poteſt ratificare geſta per falſum Procuratorem, quando ſecuta eſt ſententia favorabilis.*

## L. Si tutor IV.

*Iidem* AA. & CC. *Stratonicæ.*

SEntentia lata contrà tutorem, qui non habet adminiſtrationem, vel non cavet rem pupilli ſalvam fore, nulla per ſe eſt, & tali caſu reſtitutionis remedium ſuperfluum erit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num.1. ſup. hoc tit.* 1 2

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Bart. *in l. licet 56. ff. de judic.* Gregor. Lop. *l.99. gloſſ.1. in med. tit.*18. *part.3.* Marant. *de ordine judic. part. 4. diſt.* 16. *num.* 52. ubi tenet judicium eſſe nullum quando fuit agetatum cum tutore, qui non fecit ſolemnia, ut quia non ſatisfecit rem pupilli ſalvam fore, non fecit inventarium, non fuit ſibi decreta adminiſtratio per judicem; nam in iſto caſu dato quod talis gerebat ſe pro tutore, ſi tamen fuit lata ſententia contra eum, talis ſententia eſt ipſo jure nulla, & non nocet pupillo. Gutter. *de tutel. & curis p.1. cap.12.n.30. in fine*, ubi quod omiſſio ſatisdationis inducit nullitatem tutelæ, Marc. Anton. Eugen. *tom.* 1. *conſ.19. n.17.* ubi *num.* 18. hoc limitat in teſtamentario tutore. 3 4

*Vilam firmitatem obtinent.*] Id eſt, ipſo jure, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, n.*234. *de revoc. donat.* 5

In gloſſ. *Non potuit*, ibi, *ſed ſi pro te*, &c. Notatur ad hoc, quod tutor, qui nondum ſatisfecit, poteſt obtinere ſententiam pro minore, ut per Tiraq. *de jure mariti gloſſ.*8 *n.*79. Et per hanc gloſſ. tenet Surd. *deciſ.*70. *num.*24. quod minor poteſt ratificare geſta per falſum Procuratorem, quando ſequuta eſt ſententia favorabilis. 6

## SUMMARIUM.

1 *Præſcriptiones temporales, quæ olim currebant minoribus cum beneficio reſtitutionis, hodie ipſo jure non*

*non currunt, excepta præſcriptione 30. annorum, & num. 2. & 4.*

3 *Præſcriptio legalis, vel ſtatutaria, aut etiam conventionalis, an, quomodo, & quando currat adversùs minores, remiſſivè, & n. 5. 6.*

7 *Præſcriptiones judiciales ipſo jure currunt contrà minores, licèt contra illas poſſint reſtitui, amplia ut num. 8.*

9 *Præſcriptio quando incepit à prædeceſſore minoris quid?*

10 *Exceptionis non numeratæ pecuniæ tempus non currit minoribus.*

11 *Tempus datum ad appellandum an currat minoribus.*

12 *Axioma*, Melius eſt intacta jura ſevera, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere, *remiſſivè.*

13 *Præſcriptionum diſpoſitio in* l. ſancimus, *non procedit in Eccleſia, quæ in hoc vice minoris non fungitur.*

14 *L. non eſt ignotum, quibus non objicitur longi temp. præſcr. & l. ſancimus, in quib. cauſ. reſt. conciliantur.*

15 *Actiones loco immobilium computantur.*

16 *Alienatione prohibita, an prohibeatur etiam præcriptio,*

## L. Sancimus. V. & ult

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Joanni P. P.*

1 PRæſcriptiones temporales, quæ olim currebant minoribus cum reſtitutionis beneficio, hodie ipſo jure non currunt, excepta præſcriptione triginta annorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giph. *tom. 1. pag. 105.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. 8. Hiſp. tit. 29. part. 3. ubi gloſſ. 1. & l. 9. tit. 19. part. 6.* Bald. *de præſcript. 1. part. 6. princip. quæſt. 6. n. 36.* Bernard. *reg. 219. verſ. limita primò*, ubi quod præſcriptiones non currunt contra minorem, & *reg. 468.* ubi quod hodie præſcriptio decem, vel viginti annorum, aut minoris temporis non currit contra minorem, latè Tiraq. *de retract. lib. §. 35. gloſſ. 2. à princip.* ubi an, quomodo, & quando currat adversùs minores uſucapio legalis, vel ſtatutaria, vel etiam conventionalis, latè, & eleganter Mench. *lib. 1. de teſtatoris potentia, §. 10. n. 38. in fine, cum multis ſeqq. & n. 44.* ait hanc l. ſemper allegari ad hoc quod res minoris quæ olim præſcribebantur, & ad quos dabatur reſtitutio, hodie non præſcribuntur, & minor ſervatur illæſus, & *n. 45.* ait veram eſſe opinionem, quod iſta l. habeat locum in furioſo, & prodigo, licèt dicat ab ea non eſſe recedendum, ſubdit gratiâ diſputationis ſe attentare iſtam legem habere locum ſolùm in caſu, quo loquitur, putâ in minoribus. Donell. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 9. col. fin.* Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 6. §. 1. num. 12.* ubi quod longi temporis, vel minoris præſcriptio non incipit à minore: & *n. 15.* quod præſcriptio triginta annorum, & longioris temporis contra minorem inchoata ſuſtinetur, & ſemel cœpta currit, dummodò à pupillari ætate non incipiat, quia ſi à defuncto incepit, dormit tutò in pupillari ætate, & continuatur adveniente pubertate: & *n. 17.* quod tempus conventionale ſtatutum à prædeceſſore minoris, currit minori ſine ſpe reſtitutionis, Cald. Pereira *de extinct. emphyt. capit. 15. n. 21.* ubi intelligit hujus textus concluſionem, quod minoribus non currat tempus lapſum, ut referatur ad temporales præſcriptiones per antiquiora jura, non per conſtitutiones Juſtiniani, aut noviores ſtabilitas, quas comprehendere minores fatetur ex hoc textu, ibi, *vetera jura currere*, latiſſimè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. p. 2. q. 88. art. 2. cum ſeqq.*

An diſpoſitio hujus legis procedat in præſcriptionibus ſtatutariis, ſeu conſuetudinariis? In quo dubio negativè reſpondeo; nam vera eſt reſolutio quod adversùs præſcriptiones ſtatutarias, & conſuetudinarias, hujuſmodi etiam temporales minores non ſunt ipſo jure tuti, ſed reſtitutione in integrum indigent, de quo vide Boër. *deciſ. 140. n. 3.* Balb. *de præſcript. 1. p. 6. princip. n. 42.* Tiraq. *in ſimili tract. gloſſ. 9. pag. 123.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rub. 3. §. 1. verſ. nunquid autem, n. 7.* Flam. Pariſ. *de reſign. benefic. lib. 11. q. 4. n. 46. & 57.* Cald Pereira *de renovat. emphyt. q. 5. n. 22.* latè Sfort. Odd. *d. q. 88. art. 5.* 5

Et an procedat in præſcriptionibus conventionalibus, vide Bernard. *reg. 466.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 1. gloſſ. 2. num. 56. cum ſeqq. & in tract. de præſcript. c. 1. gloſſ. 9.* Mench. *d. §. 10. n. 65.* Cald. Pereira *in dict. l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n. 49.* qui reſolvunt minori etiam pupillo currere præcriptionem conventionalem procedentem ex contractu defuncti, ſicut cucurriſſet contra defunctum ſine ſpe reſtitutionis. Anton. Gom. *var. tom. 2. capit. 2. num. 27. verſ. quæſo*, ubi ait diſpoſitionem hujus l. procedere in præſcriptione legali, non verò in conventionali. 6

Et quid in judicialibus? Negativè eſt reſpondendum, ut reſolvunt Chaſſan. *de rubr. 5. §. 2. verſ. adde quando, num. 10.* Mench. *dict. §. 10. num. 51.* Flamin. *d. lib. 11. q. 4. num. 54.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, num. 37.* Sfort. Odd. *d. q. 88. art. 3. num. 41. cum ſeqq.* dicentes quod præſcriptiones judiciales ipſo jure currunt contra minores, licèt contra illa poſſint reſtitui, & idem Sfort. *citato loco, num. 49.* ampliat ad Eccleſias, pia loca, civitates, & alias univerſitates. 7

Et quid quando præſcriptio incipit à prædeceſſore minoris? Negant Bald. *ubi ſup. num. 33. & 35.* Mench. *d. §. 10. num. 58.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, numer. 48.* Sfort. Odd. *dict. q. 88. art. 4. num. 51. cum ſeqq.* reſolventes, quod hoc caſu minor ipſo jure tutus non eſt: & *num. 2.* limitat, ut non procedat quando defunctus fuiſſet impeditus impedimento tali, quod neque ipſi tempora cucurriſſent, ut ſi propter bellum, vel peſtem in civitate jus non fuit redditum. 8 9

*Exceptionem non numeratæ pecuniæ*, &c.] Notatur ad hoc quod exceptionis non numeratæ pecuniæ tempus minoribus non currit, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem verbo ſua facilitate, numer. 44.* ubi id ſanè intelligendum aſſerit, ita procedere, ut minores elapſo biennio ad probandum pecuniam non fuiſſe numeratam minimè adſtringantur, quod innuere videtur text. *in l. in contractibus*, ibi, *eodem auxilio, de non numer. pecun.* aliter enim nihil ſpecialiter eſſet ſtatutum in minoribus. 10

*Ipſo jure non currere.*] Non procedit in tempore dato ad appellandum propter auctoritatem judiciorum, ut per Sfort. Odd. *de in integr. reſtit. quæſt. 69. n. 10. q. 70. n. 71.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Sua facilitate, num. 36.* Cevall. *commun. contra commun. num. 3. q. 837.* 11

*Quàm poſt cauſam vulneratum remedium quærere.*] Allegatur ad illud vulgare dictum, quod *Melius eſt intacta jura ſervare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere*, ut per Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 21. titul. 8. num. 30. in fine.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 6. lit. P. concl. 648.* Bellet. *diſquiſit. clerical. part. 1. tit. de diſcip. cleric. §. 5. n. 105.* quos refero *de Axiom. juris uſufrequent. axiom. 146. numer. 1.* 12

13 Demùm adverte hujus l. diſpoſitionem in Eccleſia non procedere, quæ in hoc vice minoris non fungitur, ut per Mench. *dict.* §. 10. *n.* 63. *& controverſ. uſufreq. c.* 9. *n.* 2. quem refert, & ſequitur Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Sua facilitate, n.* 45.

14 In gloſſ. *Quærere*, ibi, *vel ſecundum Placentin. biberat hic Juſtinianus.* Hæc gloſſ. ex Placentini ſententia non dubitavit aſſerere Juſtinianum vino, & crapula victum non advertiſſe ad jura antiquiora, & temeto à ſe abductum illud aſſeruiſſe; quæ quidem verba contumelioſa ſunt, & indigna viris cordatis, nec de Imperatore Auguſto, pio & forti audiri patienter debent: ita Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 1. *n.* 12. Tiraq. *de nobilit. c.* 1. *p.* 31. *n.* 536.

15 In ead. gloſſ. ibi, *ſed quomodo Juſtinianus hoc ſibi attribuit*, &c. Miratur Gloſſ. quomodò Juſtinianus in hac l. aſſeruerit à ſe novè in favorem minorum fuiſſe inductum, ut longi temporis, vel minoris præſcriptio à minore non incipiat, quod omninò repugnat deciſioni text. *in l. non eſt ignotum* 3. *quibus non objicitur longi temporis præſcriptio.* Non defuerunt qui opinarentur Juſtinianum cùm promulgaret hanc l. immemorem fuiſſe alterius deciſionis *d. l.* 3. Alii verò intellexerunt *in d. l.* 3. currere præſcriptionem mero jure, ſed ſine effectu propter reſtitutionem concedendam, & hoc voluiſſe ibi Diocletianum; Juſtinianum verò oppoſitum diſpoſuiſſe, ſcilicet nullo modo eam præſcriptionem currere durante minori ætate. At his explosis intellectibus, rectiùs dicendum arbitror, deciſionem *d. l.* 3. procedere quando igitur de præſcribendo dominio, ut innuit littera ibi, *rie dominus*, Juſtinianum verò *in præſenti* quando agitur de præſcribendis actionibus prætoriis; quæ breviori ſpatio circunſcribuntur, anno ſcilicet, vel biennio: ita Paul. de Caſtro *hic col.* 2. *n.* 3. Bald. *de præſcript. p.* 6. *num.* 37. Mench. *d.* §. 10. *numer.* 42. *cum ſeq.* Greg. Lop. *l.* 9. *gloſſ.* 1. *in fine, tit.* 19. *part.* 9. Cald. Pereira *d. verbo ſua facilitate, n.* 47. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 6. §. 2. *n.* 12.

16 In ead. Gloſſ. ibi, *quia actiones loco immobilium computuntur*, ita Pinel. *in rubr. debonis matern. part.* 1, *num.* 25.

17 In eod. Gloſſ. ibi, *dic ergo tu quod non valet dicta argumentatio, Non poteſt alienari, ergo nec uſucapi.* Utrùm prohibita alienatione prohibeatur etiam præſcriptio, vide Socin. *reg.* 13. Afflict. *deciſ.* 13. *n* 4. Bald. *de præſcript. diſp.* 5. *num.* 33. Alphan. *collect.* 814. Anton. Gom. *l.* 40 *Tauri, n.* 90. Pinel. *in auth. niſi, de bonis matern. num.* 28. Anton. Gabr. *commun. tit. de præſcript. concl.* 13. *in princip.* Gam. Luſit. *deciſ.* 344. *num.* 2. Molin. *de primog. lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 10. D. Barboſ. *in rubr. de præſcript.* 30. *num.* 206. *cum ſeqq.* Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 528. Flores de Mena *ad Gam. deciſ.* 27. *&* 84. Caſtill. *controverſ. tom.* 5. *cap.* 93. §. 8. *n.* 47. qui reſolvunt, quod bona majoratûs ac feudalia, & fideicommiſſo ſubjecta tempore immemoriali non minus præſcribuntur, quia initium præſcriptionis contra ſequentem vocatum nunquam oritur niſi à morte præcedentis, & ſaltem reſpectu eorum, qui nati ſunt, fieri non debet computatio temporis jam decurſi, ſed omne illud deducendum eſt tanquam ſi nullo modo elapſum fuiſſet. Ideoque prædicta bona tempore ordinario impræſcriptibilia ſunt, tempore verò immemoriali præſcribuntur, cum ex tanti temporis lapſu omnia ad actûs confirmationem neceſſaria interceſſiſſe credendum eſt.

## *Qui, & adversùs quos in integrum reſtitui non poſſunt.*

## TIT. XLII.

NUNC dicitur quibus ex cauſis minori denegetur reſtitutio.

De hac rubrica vide Cujac. Pac. Vvetembec. Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtitut. part.* 1. *q.* 23, *art.* 3. *cum ſeqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio minori ſubvenit, ubi veriſimile non eſt minorem læſum intuitu ſagacitatis, induſtriave, quam oſtentavit in adminiſtratione rerum publicarum, & privatarum.*

2 *Minor prudens, ſagax, vel induſtrius, non excluditur a beneficio reſtitutionis in integrum, læſione probata.*

3 *Doctor minor annis* 25. *reſtituitur ex læſionis capite.*

4 *Judex in notoriis ſupplet uſque alia allegatione, ſi petatur.*

5 *Notorium non eget probatione.*

6 *Juramentum nunquam defertur in ſupplementum probationis, cùm id quod quis vult probare, non eſt veriſimile. Deferri poteſt pleniſſimè probanti in ſupplementum probationis, n.* 7.

## L. In conſilio. I.

### *Impp.* ALEXANDER A *Cononidi.*

UBI veriſimile non eſt minorem læſum intuitu ſagacitatis, induſtriæve quam in adminiſtratione rerum publicarum, & privatarum oſtentavit, ibi reſtitutio minori non ſubvenit. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſt. Sebaſt. Næv. Petr. de Bellap. Giphan. *tom.* 1. *p.* 109. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Vide Donel. *comment. juris civilis lib.* 21. *cap.* 11 *col.* 1. *&* 2. Sarmient. *ſelect. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 7. *cum ſeqq.* ubi quod minor prudens, ſagax, vel induſtrius non excluditur à beneficio reſtitutionis in integrum, læſione probata, latè Sfort. Odd. *in tractat. de in integr. reſt. part.* 1. *quæſt.* 23. *art.* 3. ubi reſolvit quod induſtria minoris ſimplex, & non publicè in actis redacta, non impedit beneficium reſtitutionis ex hoc capite, & *art.* 4. poſt Strach. Hippol. Roman. Alciat. Vivium, & alios tenet induſtriam minoris dublicè in actis redactam impedire beneficium reſtitutionis, quando ſcilicet minor fuit in matricula ejus artis deſcriptus, in qua nunc ſe læſum ſui facilitate prætendit, niſi deceptus eſſet enormiter, & ſic præſumpto dolo adverſarii, dum tamen læſionem ſuam non ſemiplenè probet, ſed plenè teſtibus vel ſcripturis, & *art.* 5. poſt Sermient. *citato loco*, tenet quod ſi minor lapſus ſit circa negotia ejus artis quam publicè profitetur, & cujus exercitium notariè, & palam facit, non auditur reſtitutionem petens; ſi verò ſit deceptus in alia ante quàm ea quam profitetur, nihil impedit quin reſtitui poſſit. 2

Utrùm autem Doctor minor annis 25. reſtituatur in integrum ex hoc capite læſionis? Negativa pars verior eſt quoad ea quæ concernunt juris peritiam

ritiam, turpe enim est patritio viro jus in quo versatur ignorare, *l.2. §. Quintus Mutius, ff. de origine juris*: ita Mantua *sing. 520.* Strach. *de mercat. part.3. c.27.* Boër. *dec.350. n.6.* Maurit. *de rest. in integrum c.23.* Jaffred. *decis.395. cent.4.* Anton.Gom. *var.tom.2. cap.4. n.5.* Calt. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.35.* Sfort. Odd. *dict. q.23. art.7.*

4 In gloss. *In consilio* 1. ibi, *& nota quod judex*, &c. Notatur ad hoc, quod in notoriis judex supplet absque alia allegatione, si petatur, ut per Mascard. *de probat. conclus. 1104. n.2.* alias 1109 *eod. n.2.* ubi hanc Gloss. allegat. & *concl. 1108. num.1.* ex ea colligit, quod notorium non est probandum.

5 In gloss. *Non sit*, ibi, *& sic sunt argumenta probabilia*, &c. Notatur ad hoc, quod nunquam defertur juramentum in supplementum probationis, cùm id

6 quod quis vult probare, non est verisimile, ut per Tiraq. *in l. si unquam, in princ. n.39.* Mascard. *de prob. conclus. 1402.* alias 1409. *n.15.*

7 In ead. Gloss. ibi, *quo casu defertur ei juramentum*, &c. Notatur ad hoc, quod semiplenè probanti in supplementum probationis juramentum deferri potest, ut per doctores, quos plena manu citavi *in collect. ad c.2. n.4. probation. in Decretal.*

## SUMMARIUM.

1 *Restitutio non datur minori contra parentes, & patronos ob verecundiam, reverentiam, & n.2. Contra omnes ascendentes, quibus debita est reverentia de jure communi, n.3. Secus quoties filius adversùs patrem nititur juris communis remedio, non speciali ætatis auxilio, quod est de jure speciali, n.4.*

5 *Minor restituitur contra patrem in causa status.*

6 *Minori aliquando succurritur ex tit.* quod metus causa.

7 *Contractus valet inter patrem, & filium adeò quod non competit restitutio, nisi minor velit restitui contra contractum factum ab eo, cui pater ejus successerit, vel eis, quibus ipsi successerunt, n.8.*

## L. Cùm apud. II. & ult.

*Impp.* JULIANUS A. *Joanni P. P.*

1 COntra parentes, & patronos ob verecundiam, & reverentiam restitutio minori non datur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom.1. pag.110.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu desumunt Duen. *reg.357.* Emman. Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, part.2. n.126.* Morl. *in emporio juris civilis, part.1. tit.5. q.1. n.53.* latè, & eleganter Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.155. cum seqq.* ubi *in*

3 *vers. ex quo*, ex Bald. hìc resolvit hanc l. in omnibus ascendentibus procedere, quibus debita est reverentia de jure communi, & *in vers. infertur etiam,*

4 pariter resolvit, hunc text. non procedere quoties filius adversùs patrem nititur juris communis remedio, non speciali ætatis auxilio, quod est de jure speciali, latè Sfort. *de in integr. rest. p.1. q.18. art.1. & 2.*

5 *Vel adversùs turpem*, &c.] Notatur ad hoc, quod in causa status minor restituitur contra patrem, ut per Sfort. Odd. *d. q.18. art.2. n.24.* ubi *n.18.* resolvit audiendum esse minorem, si velit restitui contra sententiam latam in favorem patris sui super causa status inter eos vertente.

6 *Omnem eis excludit restitutionem.* Poterit tamen aliquando succurri ex tit. *quod metus causa*, eo quod in præsenti solùm negatur auxilium ætatis, & sic remedium extraordinarium, & non actio, & sic ordinarium à jure communi procedens, ut per Cald. Pereira *d. verbo læsis, n.156. vers. hinc etiam.*

Notatur ad hoc, quod valet, & tenet contractus 7
inter patrem, & filium, adeò quod non competit restitutio, quia non præsumitur læsio, ut per Anton. Gom. *tom. 2. variarum cap. 14. num. 27. vers. secundo:* limitat tamen Sfort. Odd. *d. q.18. art.2. n.21.* quando 8
minor velit restitui contra contractum factum ab eo, cui patet ejus successerit, vel eis quibus ipsi successerunt, quia hoc casu possunt restitutiones procedere: & *n.31.* ait conclusionem hujus text. procedere quando concurrunt ista duo copulativè, videlicet quod restitutio veniat concedenda contra personam patris, vel patroni, & contra factum eorum simul: nam si contra personas, & non contra factum eorum concedenda veniret, vel è contra, non per hoc denegari debet.

*Si minor se majorem dixerit.*

## TIT. XLIII.

HOc hoc Titulo non restituetur minor, cùm malitia suppleat ætatem, *lib. 3. in principio hoc tit.*

Vide Cujac. Pac. & Vvesembec. Kirchov. Viv. Soar. & alios *tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 19.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. rest. quæst. 24.* de impedimento restitutionis in integrum, ex eo quia minor se majorem dixit, Bernard. Grævæ. *ad pract. Camera. Imper lib. 2. concl.65.* ubi quærit, an accedente juramento sibi præjudicet, & utrum possit restitui. Ægid. Benedict. *in l. ex hoc jure, ff. de justit. p.2. cap.3. ex num.27.*

## SUMMARIUM.

1 *Majorem se asserens per errorem, nihilominus juvatur auxilio restitutionis, & n.3.*

2 *Minor dolo adversarii majorem se pronuntians, restitutionis remedium minimè amittit.*

5 *Falsum committere non dicitur qui ignoranter falsis utitur probationibus.*

## L. Si cùm minor. I.

*Impp.* ALEXANDER A. *Maximianæ.*

MAjorem se asserens per errorem, restitutionis 1
auxilio nihilominùs juvatur. Item minor dolo adversarii majorem se pronuntians, restitutionis 2
remedium minimè amittit. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Aloys. Leo, Sebast. Nov. Petr. de Bellapert. Joan. de S. Georgio, remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 3
munt *l.1. titul. 10. part.3. ubi gloss.9.* Tiraquel. *de jure mariti gloss.8. numer. 135. cum seqq.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 51. num. 41.* Mascard. *de probat. concl. 1141. num.21.* Cald Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n.7. vers. diversum,* ubi tenet restitutionem indulgendam quando minor non dolo, sed errore deceptus se majorem asseruit, omni penitùs dolo, & machinatione semota, advertens in casu hujus legis, eas tabulas, quibus minor fuit deceptus, ab adversario fuisse productas, quibus visis minor justè potuit existimare veram esse tabulatum fidem, & testimonium: unde cùm justo errore fuerit deceptus

minor, æquum est rei restitutionem impertiri, Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. p.1. q.24. art.1.* ubi quod non impeditur restitutio, ubi minor se majorem dixit, & neque ipse, nec ejus adversarius dolum adhibuit. Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, p.2. cap.5. n.27.*

4 In gloss. *Probasti*, ibi, *id est, probatum credidisti*, &c.] Notatur ad hoc quod ignorantur utens falsis probationibus, falsum committere non dicitur, ut per Menoch. *de arbitr. casu 315. num. 6.* ubi hanc Gloss. dicit admodum notabilem, & summoperè commendatam à Baldo *n.3.* qui ob id infert, non sequi, Sunt falsi testes: ergo producens falsum commisit, quia produci possunt ab eo, qui credit capitula vera esse, ac etiam testes.

## SUMMARIUM.

1 *Majorem se asserens per fallaciam, non potest petere restitutionem, & num. 2. Quid si minor medio juramento asseruerit se esse majorem, an semper, & ubique impediatur propter juramenti religionem, num.3.*

4 *Mulier si consentiat alienatione animo decipiendi emptorem, tunc in præjudicium mulieris decipientis ea alienatio habebitur pro valida.*

5 *Axioma, Deceptis, & non decipientibus jura subveniunt, remissivè.*

## L. Si is qui. II.

### *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Vitaliano.*

1 PEr fallaciam se majorem asserens non potest petere restitutionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt *l.6. Hispan. titul.19 part.6.* Cremens. *singul.* 183. Afflict, *decis.*393. *num.*12. Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. numer.* 3. Tiraquel. *de jure marit. gloss.* 8. *num.*135. Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 51. n.*14. Guttier. *in authent. Sacramenta puberum, si adversùs vendit. num.56.* ubi quod minor 25. annis, qui gratiâ decipiendi adversarium, ut cum eo contraheret, dixit se esse majorem, si lædatur ex eo contractu, & probet se minorem, non debet restitui, quia hoc casu malitia sua, hoc est, dolus supplet ætatem, & sibi patrocinari non debet, & *num.* 57. hoc restringit, ut procedat eo casu, quo minor qui se minorem per mendacium dicit, eo tempore per suum aspectum id appareat, scilicet esse majorem; nam si clarè constaret eum esse minorem, licèt ipse se dolo majorem diceret, tunc hoc casu posset restitui, quia secum contrahens potuit id prævidere, & cum illo non contrahere. Sfort. Odd. *in tractat. de in integrum restitut. part. 1. quæst.24. articul. 6.* ubi quod restitutio impeditur, si in hac assertione ipse minor tantùm, non etiam adversarius ejus dolum adhibuit Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, num.7. in princ.* ubi quod minori restitutio denegatur, qui animo, & intentione decipiendi adversarium ut cum eo contraheret, falsò se majorem dixit, Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, part.2. cap.5. num.27. in princip.* ubi ait, quod si minor alterius circunveniendi causâ majorem se esse fallaciter asseveraverit, restitutionis beneficium in negotio illo perdit.

3 Qui autem dicendum si minor medio juramento asseruerit se esse majorem, an semper & ubique impediatur propter juramenti religionem in integrum restitutionem postulare? In quo dubio est distinguendum, aut minor dolosè majorem se esse juravit, sciens se minorem, aut cum adversarii dolo majorem se dixit, hoc jurejurando corporaliter præstito affirmans: vel adversarii dolo non interveniente, sed lubrico fragilis ætatis concilio majorem se esse cum juramento affirmavit. In primo casu dicendum est hujusmodi dolosò jura non subvenire, & malitiam supplere ætatem, juramento non obstante, secundùm Mascard. *de probat. concl.* 1059. alias 1063. *n.* 82. In secundò est resolvendum, minori non obstare jaramentum; nam cùm dolo adversarii inductus sit ad credendum se majorem, cùm non esset, eadem quoque facilitate inductum fuisse ad jurandum existimandum est. Ita contra Maurit. *de in integrum restit. c.*170. defendunt Sfort. Odd. *d. quæst.24. art.5. num.*43. Cald. Pereira *d. verbo læsis, n.*8. Benedict. Ægid. *in d.l. ex hoc jure, p.2. cap.5. num.27. in med.* In tertio casu recurrendum erit ad decisionem *l. si alterius 3. infr. hoc tit.* ubi dicimus.

Notatur hic textus ad hoc, quod si mulier consentiat alienationi animo decipiendi emptorem, ut quia tempore alienationis asseruit eam rem non esse dotalem, cùm tamen vera dotalis esset, tunc in præjudicium mulieris decipientis ea alienatio habebitur pro valida, quia dolus mulieris facit ne hoc casu illi competat favor, de quo *in l. unic. §. & cùm lex, ff. de rei uxor. act.* de quo vide Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p.5. num.43.* 4

*Errantibus, non etiam fallentibus*, &c.] Ad illud vulgare dictum, quod deceptis, & non decipientibus jura subveniunt, vide Thom. de Thomasset. *in floribus legum, reg.*88. ubi subdit procedere quando deceptio magna est, & considerabilis. Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt.* 78. *à princip.* quos refero *de Axiomat. juris usufreq. axiom.*227.

## SUMMARIUM.

1 *Minor alterius circumveniendi causâ majorem se venditans non restituitur. Majorem se venditans dolo adversarii, ut malitiosus non punitur, nec privatur remedio restitutionis, n.2. & 3.*

4 *Ætas per aspectum probari potest.*

5 *Malitia supplet ætatem.*

6 *Restitutio non denegatur cum dolus non interveniat ex parte minoris, tametsi adversarius in dolo non stetisset.*

7 *Minor ubi adversarii dolo non interveniente, sed lubrico fragilis ætatis consilio majorem se esse cum juramento affirmaverit, tunc ei neganda est restitutio, intellige ut n.8. & 9. & limita ut n.10.*

11 *Contractus nullus etiam ratione minoris ætatis confirmatur per juramentum assertorium.*

12 *Restitutio impeditur quando tam minor, quàm adversarius ejus fuerunt in dolo. In dubio quisnam fuerit in dolo, an minor, vel adversarius, tunc præsumitur contra minorem, qui se majorem dicit, & n.13. Contrarium vide n.14.*

## L. Si alterius. III.

### *Iidem.* AA. & CC. *Theodoræ.*

MInor alterius circunveniendi causâ majorem se aspectûs prætextu venditans, dum malitia ætatem supplet, non restituitur. Item minor dolo adversarii majorem se venditans, ut malitiosus non punitur, nec privatur remedio restitutionis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.* 1 2

Hanc

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l.6. Hiſpan. tit.19. part.6.* Cremenſ. *ſing.* 162. Tiraq. *de jure mariti gloſſ.* 8. *num.* 135. *cum ſeqq.* citati per Alphan. *collect.* 331. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Læſis, num.* 9. Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtitut. part.*1. *q.* 24. *art.*5. *cum ſeqq.* Benedict. Ægid. *in l. ex hoc jure, ff. de juſtit. & jure. p.*2. *cap.*5. *ex num.*17.

4 *Probare aſpectu laboraveris.* ] Ergo per aſpectum probari poteſt ætatis, ut Grammat. *deciſ.* 48. *num.*16. Mandoſ. *in tract. de ætate minori, quæſt.* 2. *numero* 1. Sfort. Odd. *de in integrum reſtitut. part.* 1. *quæſt.* 37. *num.*93. *& 94. cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib.*2. *præſumpt.*50. *num.*3. Maſcard. *de probat. concluſ.* 667. *num.*17. *&* 18. ubi intelligit ſi concurrat publica vox & fama latè Farin. *fragment. crimin. part.*1. *lit. A, à num.*248. *uſque ad num.* 165 ubi *n.* 151. aſſerit hanc opinionem eſſe veriorem quoad transferendum onus probandi contrarium in adverſarium, & *n.*152. poſt multos, quos refert, reſolvit quod ſententia, ſeu judicis pronuntiatio ſuper probatione ætatis ex aſpectu nunquam tranſit in judicatum.

5 *Cùm malitia ſuppleat ætatem.* ] Hoc dictum vice proverbii à noſtris celebratum aſſerit Tiraquell. *in præfat. de jure primogen. n.* 181. Cald. Pereira *in leg. ſi curatorem, verbo hunc contractum, num.* 46. *in principio.*

6 *Aditus itaque,* &c. ] Notatur ad hoc, quod reſtitutio non denegatur cum dolus ex parte minoris non intervenit, tametſi adverſarius in dolo non ſtetiſſet, ut per Benedict. Ægid. *d. p.*2. *cap.*5. *num.*28. *in principio.*

7 *Si tamen in inſtrumento per ſacramenti religionem,* &c. ] Notatur ad hoc, quod ubi minor adverſarii dolo non interveniente, ſed lubrico fragilis ætatis conſilio majorem ſe eſſe cum juramento affirmaverit, tunc ei neganda reſtitutio, ut per Maſcard. *de probat. concl.* 1059. aliàs 1068. *n.*63. *cum ſeqq.* Donell. *comment. juris civilis lib.*21. *c.*10. *verſ. ut minor,* Seraphin. *de privileg. juram. privil.*83. *n.*3. *&* 4. D. Barboſ. *in l.*1. *ff. ſoluto matrim. p.*4. *n.*44. *ante med.* Surd. *de alimen. tit.*7. *q.*38. *n.*39. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, num.*8. *& verbo infra, n.*20. Benedict. Ægid. *d. p.*2. *cap.*5. *num.*27. *in fine,* Sfort. Odd. *d. p.*1. *q.*24. *art.*2. *n.*8. ubi aſſerit probare hunc textum, quod ſi minor præſtitit hoc juramentum corporaliter, non ampliùs auditur, etiamſi clarè probare vellet ſe eſſe
8 minorem; ſi verò non corporaliter, ſed verbo tenus præſtitit, tunc aut minor vult probare teſtibus ſe eſſe minorem, & pariter non àditur, aut vero ſcripturis, & tunc ſecus; & ibi rationem præſtat, quare velit textus, quod poſſit in hoc ultimo caſu probari contrarium ſcripturis, & non teſtibus; quia contra ſcripturam non admittitur probatio in contrarium, niſi per aliam ſcripturam, & *art.*3. probat diſpoſitionem hujuſmodi non procedere quando minor non quidem ſpecificè juravit ſe eſſe majorem, ſed tantùm generaliter omnia & ſingula in inſtrumento contenta vera eſſe.

9 Intellige procedere quando minor vult venire per reſtitutionem in integrum, & eo reſpectu minorem ætatem probari, ſecus ſi vellet venire contra contractum per viam nullitatis, putà ratione ſolemnitatis requiſitæ per ſtatuta multis in locis exiſtentia in contractu minoris non ſervatæ. Ita Mandoſ. *in addit. ad Lap. alleg.* 24. *lit. D, & in tractat. de ætate minore, quæſt.* 7. *num.* 3. Borguin. *in tractat. de tutor. & curat. num.*266. Maſcard. *d. concluſ.*1063. *num.* 73. ubi
10 *num.*77. limitat quando minor juravit ſe majorem per dolum, & qui ſecum contraxit, erat in bona fide, tunc enim excluditur minor à probatione propter nullitatem, ſicut propter reſtitutionem in integrum, latè Sfort. Odd. *d. quæſt.*24. *art.*4. ubi proba diſpoſitionem hujus text. non procedere quando actus eſt nullus, ubi *num.*40. *&* 41. limitat hanc ultimam reſolutionem, niſi utrumque adeſſet juramentum in hoc contractu, videlicet aſſertorium, & confirmatorium ſimul, & niſi minor dolosè aſſeruiſſet & juraſſet ſe eſſe majorem.

Per hunc textum tenet Abb. *lib.*1. *conſ.*71. *num.* 7. 11 quod contractus nullus etiam ratione minoris ætatis confirmatur per iſtud juramentum aſſertorium, qui tamen reſpondet Curt. jun. *conſ.*119. *n.*3. Socin. jun. *conſ.*3. *à n.*26. *lib.*2. & vide citatos à D. Barboſ. *d. l.*1. *ff. ſoluto matrimonio, p.*5. *n.*44. *ad finem.*

In gloſſ. *Probare,* ibi, *minor volebat decipere, & ejus* 12 *adverſarius eum,* &c. Notatur ad hoc, quod reſtitutio impeditur quando tam minor, quàm adverſarius ejus fuerunt in dolo, ut per Maurit. *de in integrum reſtit. cap.*172. *in fine,* Mynſing. *cent.*4. *obſerv.* 20. ex ea ratione, quâ non dicitur decipi is, cui volenti dolus infertur, *l. cùm donationis, de tranſact.* Sed contrarium defendit Sfort. Odd. *d. q.* 24. *art.*7. & D. Barboſ. *in d. l.*1. *ff. ſoluto matrim. p.*5. *num.*46. *verſ. declara ſecundò,* ex ea ratione, quia in hoc caſu dolus cum dolo compenſatur.

In gloſſ. *Per teſtium,* ibi, *ſi verò non apparet, fece-* 13 *rit animo decipiendi, vel non,* &c. Tenet hæc gloſſ. quod quando dubium eſt quis fuerit in dolo, an minor vel adverſarius, tunc præſumitur contra minorem, qui ſe majorem dicit. Sed contrarium probant Gregor. Lop. *l.*6. *verbo engañ ſamente, verſ. quid autem dicendum, tit.*19. *part.*6. Sfort. Odd. *d. q.*24. *art.*8. *in fine,* ubi diſtinguit inter minorem aſtutum, ac ſaga- 14
cem, & non ſagacem, ut in illo dolus præſumatur ſecundùm hujus gloſſæ ſententiam, in iſto verò non ſecundùm contrariam, & *n.*29. *in princip.* advertit à cauſæ judice conſiderandum eſſe, an tempore quo minor ſe majorem aſſeveravit, ejus ætatis erat, qua minor aſpectu ipſo appareret, enim ſi cum præſente contraxit, quem ex aſpectu illius minoris ætatis cum eſſe facilè cognoſcere potuiſſet, reſtituendus ſemper erit, quamvis ab adverſario dolus illi in falſa aſſertione opponatur, cùm nec adverſarius ipſe excuſari à dolo poſſit propter minoris ætatis notitiam aſpectu ipſo perceptibilem.

---

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio non eſt neceſſaria, ſi ipſo jure ſententia annullatur, & num.*2.
3 *Probatio plena requiritur in probanda læſione.*
4 *Præſumptionibus & conjecturis locus non eſt, ubi conſtat de veritate.*

## L. Cùm circa. IV. & ult.

### *Iidem* AA. & CC. *Labio.*

RE Stitutio neceſſaria non eſt, ſi ipſo jure ſententia 1
annullatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Gregor. Lop. *l.* 6. *gloſſ.*10. *in fine, titul.* 19. *part.* 6. Sfort. Odd. *in tractat. de in integr. reſtitut. part.*1. *q.*17. *art.*7. *num.*70. *& part.*2. *quæſt.*78. *artic.*4. *numero* 45. ubi ait hîc dari reſtitutionem adversùs ſententiam latam ſuper ætate minoris ex falſa opinione judicis, qui erravit circa numerum annorum, vel aſpectum minoris.

3 *Ex probationum luce cognoverit*, &c. ] Ergo plena probatio regulariter requiritur in probanda læsione, de quo vide Sfort. Odd. *dict. part. 1. quæst. 36. art. 10. num. 65.* Mascard. *de probat. conclus.* 1274. alias 1280. *num. 10.*

4 Notatur ad hoc quod, præsumptionibus, & conjecturis locus non est, ubi de veritate constat, de quo vide Cardin. Mantic. *de conjectur. ult. volunt. lib. 1. tit. 1. à num. 10.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 31. num. 2. cum seqq.*

*Si sæpius in integrum restitutio postuletur.*

## TIT. XLIV.

RESTITUTIO semel petenti denegata non nisi ex novis defensionibus iterum petenti conceditur, *l. ult. hoc tit.*

De materia tituli vide Maurit. *in integr. restit. cap. 258.* Sfort. Odd. *in simili tract. p. 1. q. 16.* Soar. Kirchov. Viv. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 2. lit. 20.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, à num. 33.* item Cujac. P. C. & Vvesembec. Cabeb. *Lusit. dec. 200. p. 1.*

## SUMMARIUM.

1 *Restitutione semel denegata quoad appellationem, denuò licitè petere, & impetrare licitum est, & n. 2. Amplia ut n. 3.*

4 *Restitutio non datur adversùs sententiam, qua denegata fuit restitutio in integrum, sed appellatio, & si lapsus fuerit terminus appellandi, datur restitutio ad appellandum ab ea.*

5 *Minor quando restituatur ad appellationem omissam. Quid si Procurator non appellavit, remissivè n. 6. Et an tempus decem dierum datum ad appellandum currat minori, n. 7.*

8 *Appellari potest à denegata restitutione in integrum, & deinde ob omissam appellationem à denegata restitutione in integrum datur restitutio ipsi quidem minori ex causa juvenilis imprudentiæ, majori verò ex justa causa impedimenti, propter quod appellare non potuit, resolve ut num. 9.*

10 *Restitui petere ob probationem omissam, & ob injustitiam ejus, quæ constat ex eisdem actis, differunt.*

## L. Si post sententiam. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Romario, & aliis.*

1 RESTITUTIONE semel denegata quoad appellationem, denuò licitè petere, & impetrare licitum est. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Aloys. Leo, Petr. de Bellaper. Joan. de S. Georgio, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 *Frustrà rursus*, &c. ] Notatur ad hoc, quod restitutio non ampliùs conceditur ubi semel denegata fuit, ut per *l. Hispan. 6. tit. 19. part. 6. ubi gloss. 10.* Tiraq. *de retract. lig. §. 8. gloss. 7. n. 11.* Donell. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 12. col. 6.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, num. 34.* ubi intelligit textum *in præsenti* procedere quando restitutio implorata fuit à Præside negata, quo casu amplius concedi nequit, nisi adsit aliqua nova causa, & ratio propter quam semel negata restitutio concedi debeat, juxta leges sequentes hujus tit. limitantes dispositionem nostri textus latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. part. 1. q. 16. art. 1.* ubi *n. 7.* ampliat ut procedat sive petatur restitutio contra contractum, sive contra sententiam, *num. 8.* intelligit locum habere quando expressè denegata fuit restitutio, secus verò si non denegata, licet concessa non fuerit, & *art. 8. ex n. 34.* disputat an restitutio in integrum denegetur ex eo, quod semel obtenta fuit in eadem causa, & articulo, & *art. 9.* pariter quærit an restitutio in integrum denegetur, si petatur contra restitutionem in integrum jam obtentam. 3

*Appellare enim debuisti*, &c. ] Notatur ad hoc quod adversùs sententiam, qua denegata fuit restitutio in integrum, non datur restitutio, sed appellatio & si lapsus fuerit terminus appellandi, datur restitutio ad appellandum ab ea: ita Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. n. 5. vers. undecimò infertur*, Sfort. Odd. *d. tract. de integr. restitut. part. 2. q. 72. art. 1. n. 40.* ubi *n 41.* ait procedere, & loqui textum *in præsenti* quando fuit denegata restitutio propter defectum probationis læsionis; secus verò si ex defectu probationis ætatis, ut *in l. fin. sup. si minor se majorem dixerit.* 4

Quando minor restituatur ad appellationem omissam, vide Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 82. n. 18. cum seqq.* Mascard. *de probat concl. 960. num. 17. cum seqq. & concl. 1273. n. 6.* Gutier. *pract. lib. 3. quæst. 37. n. 17.* Sfort. Odd. *d. part. 1. q. 16. art. 3. n. 19. vers. aut enim loquimur.* Flamin. Paris. *de resignat. benef. lib. 11. q. 4. n. 55.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo, n. 18.* Flores de Mena *lib. 1. q. 5. n. 6.* Quid si procurator non appellavit, vide Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo Sua facultate, num. 35.* Et an tempus decem dierum datum ad appellandum currat minori, vide undem Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 14. n. 21. cum seqq.* 5 7

In gloss. *restituimus*, ibi, *sed à qua sententia*, &c. Notatur ad hoc, quod appellari potest à denegata restitutione in integrum, & deinde ob omissam appellationem à denegata restitutione in integrum datur restitutio in integrum, ipsi quidem minori ex causa juvenilis imprudentiæ cùm in sui præjudicium negligenter appellare omiserit; majori verò ex justa causa impedimenti, propter quod appellare non potuit. Ita Sfort. Odd. *dict. q. 16. art. 2. num. 13. & 14.* ubi *n. 15.* resolvit quod potest peti restitutio in integrum ob omissam appellationem, non solùm à sententia denegatoria restitutionis, sed etiam à sententia contra quam, ut peteretur restitutio, fuit omissa appellatio, quæ putà justius, & congruentius poterat interponi, quàm restitutio peti, idem Sfort. Odd. *d. tract. p. 2. q. 69. art. 2. num. 13.* advertit, quod quamvis minor contra ipsam sententiam priùs restitutionem petiisset, & non obtinuisset, nihilominùs tamen non poterit adhuc restitui ad appellandum ab illa sententia, adversùs quam restitui non potuit, etiamsi interim lapsum fuit tempus appellandi. 8 9

In eadem Gloss. ibi, *Item nota aliud esse restitui*, &c. Notatur ad hoc quod aliud est restitui petere ob probationem omissam, quia tunc minor non solùm restituitur adversùs solam sententiam sed etiam adversùs totam causam, & processum, & poterit novas probationes facere: aliud ob injustitiam ejus quæ constat ex eisdem actis, & tunc retractatur ipsa sententia, & ex eisdem actis potest illa dari, ut per Anton. Gom. *d. tom. 2. cap. 14. num. 4.* Joan. Gare.

de

*de nobilit. gloss. 6. §. 2. à num. 1.* Flores de Mena *var. quæst. 5. n. 3.*

## SUMMARIUM.

1 *Restitutio petitur ex nova causa, quæ aliàs fuit denegata, & n. 2. Amplia ut n. 3.*
4 *Unâ viâ electâ, non potest recurri ad aliam.*
5 *Causa nova quæ, remissivè.*

### L. Quamquam. II.

*Impp.* Alexander A. *Justo millti.*

1 EX nova causa peti potest restitutio, quæ aliàs fuit denegata. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem hoc textu desumit Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restitut. part. 1. q. 16. art. 5. ex num. 13.* ibi *num.* ampliat ut prætextu hujus
3 novæ causæ possit etiam bis, & tertiò peti, etiamsi semel, & bis denegata fuerit. Gam. *Lusit. decis. 110. num. 7.*

4 Notatur ad illud vulgare dictum, quod viâ unâ electâ non potest ad aliam recurri, ut per Turret. *de effectib. claus. codicil. quæst. 11. num. 3. & q. 15. num. 2.* Surd. *cons. 273. num. 20.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 4. n. 72.* Melpsum *de Axiomat. juris usufrequent. axiom. 225. n. 2.*

5 *Cùm tamen novis defensionibus,* &c.] Quæ autem dicatur nova causa in hac materia, dicam *infrà l. 1. seqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Restitutio sæpiùs petitur ex nova causa defensionis, & n. 2. Resolve ut n. 3.*
4 *Restitutio iterum petita dari ex causa novæ, quando ex novis probationibus super ætate, non autem super læsione petitur.*
5 *Causa nova ad restitutionem obtinendam sufficiens quæ sit.*

### L. In una, III. & ult.

*Impp.* Philippus A. *Anitiæ.*

1 EX nova defensionis causa restitutio in integrum sæpius peti potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Put. *part. 3. decis. 79.* Gam. *Lusitan. decis. 110.*
3 *num. 7.* Cabed. *Lusit. decis. 200. num. 4. part. 1.* ubi resolvit quod restitutio semel tantùm concedi potest in una, & eadem causa, seu in eisdem articulis, & non bis, secus si sint diversæ causæ, seu articuli, quia tunc potest concedi in uno quolibet separato, dum tamen semel, & ex nova causa concedatur.

4 *Nisi novæ defensiones,* &c.] Ex causa nova restitutio iterum petita dari debet; quando ex novis probationibus super ætate, non autem super læsione petitur. Ita Put. *d. part. 3. decis. 79.* quam distinctionem reprobat ipse Put. *ead. part. 2. decis. 278.* dicens textum in præsenti generaliter loqui de nova causa, & non magis super ætate quàm super probationibus.

5 Ex nova causa ad restitutionem obtinendam sufficiens in materia, de qua agimus, dicetur non solùm quæ ab initio aderat, sed allegata judici non fuit, sed etiam, quæ de novo penitùs emersit: ita Greg. Lop. *d. l. 6. verbo razones nuevas, tit. 19. part. 6.* Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo implorandum, num. 35.* Sfort. Odd. *dict. q. 16. art. 6. à num. 26.* ubi *n. 30.* limitat ut procedat quando ista causa de novo emergens deregit gravamen ab initio latens, secus verò si gravamen de novo induceret, & *art. 7. à n. 31.* resolvit quod nova causa dicetur, etiamsi allegata fuerit in prima petitione restitutionis, probata tamen fuerit, ex ea ratione, quia novitas causæ consistit non in allegatione ejus, sed in justificatione illius; non enim datur restitutio ob causam simpliciter, sed ob justam causam, unde justitia, vel injustitia causæ allegatæ, pro ut innotuit ab initio ipsi judici, vel non, facit causam dici veterem, vel non.

## *De his, qui veniam ætatis impetraverunt.*

## Tit XLV.

IMpetraverunt.) Scil. à Principe, ne in is, quæ post veniam impetratam gesserant, restituantur, *l. 1. hoc tit.*

De materia tit. vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 42.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 12.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr restitut. part. 1. quæst. 23. à num. 37. usque ad num. 50.*

## SUMMARIUM.

1 *Minores non restituuntur adversùs gesta post impetratam veniam ætati, insinuatam judici, & num. 2.*
3 *Minor quando veniam ætatis impetravit, quoad omnes actus est habitus pro majore, amplia ut n. 4. & limita ut n. 5.*
6 *Venia à sole Principe impetranda est.*
7 *Minor restituitur adversùs ipsum actum impetrationis veniæ, intellige ut n. 8.*

### L. Eos qui I.

*Impp.* Aurelianus A. *Agathocli.*

ADversùs gesta post veniam ætatis impetratam, judici insinuatam minores non restituuntur, Colligunt ex Ordin. Bart. Salic. Bald. Castr. Fulgos. Petr. de Bellap. Joan. de S. Georgio, Sebast. Nævi. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. n. 12.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 41. §. 1.* Donel. *comment. juris civilis cap. 12. col. 10.* Fortun. Garc. *in l. Gallus, §. & quid tantum, num. 121. ff. de liber. & posthum.* Boër. *decis. 350. ante n. 5.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorare. n. 47.* ubi etiam quod minor quando veniam ætatis impetravit, quod omnis actus est ha- 3
bitus pro majore, *& verbo minoribus, num. 1. in fine, & verbo infra legitimum, num. 22. Morl. in emporio juris civilis, part. 1. tit. 5. in prælud. n. 9. vers. quartò,* Molin. *de Justit. tract. 2. disp. 224. num. 25.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. p. 1. q. 23. art. 9. ex num. 37.* ubi *n. 41.* ampliat ut procedat etiam quoad cursum quadriennii; nam ad petendam restitutionem eorum

quæ geſſit minor ante impetrationem veniæ ætatis, incipit ei curcere tempus petendi illam ſtatim poſt impetrationem veniæ, id eſt, poſt 20. annum, & *n.* 42. limitat ut procedat ita demùm, ſi venia ætatis fuerit ſolemniter impetrata, aliàs ſecus.

6 *A principali clementia impetratum.* ] Ergo venia à ſolo Principe impetranda, ut per Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 42. in princip.* Menoch. *de arbitr. caſu 57. num. 42.* Gallin. *in comment. de verb. ſign. lib. 5. cap. 20. num. 135.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. in prælud. num. 66. in fine* Sfort. *d. par. 1. q. 15. num. 23.*

7 In gloſſ. *Principali, ult.* ibi, *ſed ſi in eo, quod impetrat veniam ætatis eſt læſus*, &c. Notatur ad hoc, quod adversùs ipſum actum impetrationis veniæ poteſt minor reſtitui, ut per Sfort. Odd. *d. q. 21. art. 10. n. 25.* ubi intelligit quando impetratio veniæ facta fuit publicè & palàm, & tunc cum Maurit. *in integ. reſtit. c. 126.* dicit hanc reſtitutionem ab impetratione veniæ non trahi ad actus factos poſt impetrationem, & ante reſtitutionem ad illa.

## SUMMARIUM.

1 *Maſculus probata ætate 20. annorum ſæmina verò, 18. conſequuntur veniam, immobilia tamen alienare non poſſunt.*

2 *Venia ætatis non conceditur maſculis, niſi poſtquam 20. annum expleverint, & fœminis poſtquam impleverint.*

3 *Per Procuratores, vel ſubſtitutos non poteſt qui tenetur facere manu, voce, & perſona propria.*

4 *Mulieres ſunt verecundiores, eaſque in primis decet verecundia.*

5 *Minor qui veniam ætatis impetravit, non poteſt alienare bona immobilia.*

6 *Minores cùm non poſſint aſpirare ad honores, ideo indigent Imperiali oraculo eis veniam ætatis concedente.*

7 *Venia impetratio non prodeſt ad ſolvenda munera publica.*

8 *Fœminas citius ſeneſcere, quàm maſculos.*

## L. Omnes II.

*Impp.* CONSTANT. A. *Ad Verrinum PP.*

1 MAſculus probata ætate viginti annorum, fœmina verò 18. conſequuntur veniam, immobilia tamen alienare non poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 *Cùm vigeſimi anni metas impleverint*, &c. Ergo hujuſmodi venia non conceditur maſculis, niſi poſtquam 20. annum expleverint, & fœminis poſtquam impleverint 18. & niſi minoribus, oeque judicio prædíti judicentur, ut idonei ad ea miniſtranda cenſeantur, & tam ætas, quàm reliqua coram judice & idoneis teſtibus comprobentur, comparente maſculo per ſeipſum coram judice, & fœmina per ſuum Procuratorem. Ita Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 42. in princip.* Anton. Gom. *tom. 2. variar. cap. 14. num. 12. in princip.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 224. num. 25. in princip.*

3 *Iidem ipſi per ſe*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ille qui tenetur manu, voce, & perſona propria aliquid facere, non poteſt mediante alio per Procuratores, vel ſubſtitutos, per Anton. Gom. *l. 8. Tauri, n. 109. prope fine.*

4 *Fœminas quoque*, &c. ] Notatur ad hoc, quod mulieres ſunt verecundiores, eaſque in primis decet verecundia, ut per Tiraq. *l. 9. connub. gloſſ. 1. part. 9. num 179.*

*Ut prædia ſine decreto*, &c. ] Notatur ab hoc, quod minor qui veniam ætatis impetravit, non poteſt bona immobilia alienare, ut per Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 42. §. 2.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo contractum, num. 21. & verbo vel adverſarii dolo, num. 66.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 5. in prælud. num. 68.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ deciſ. 13. n. 24.* Molin. *de Juſtit tract. 2. diſp. 224. verſ. judicis*, Mendez de Caſtro *in l. cum oportet, n. 121. de bonis quæ liber.* 5

In gloſſ. *Indigere*, ibi, *ideo indigent Imperiali oraculo*, &c. ] Notatur ad hoc, quod minores cùm non poſſint ad honores aſpirare, ideo indigent Imperiali oraculo eis ætatis veniam concedente, ut per Suar. *alleg. 12. num. 6.* Sed impetrationem veniæ ætatis quoad publica munera ſubeunda non prodeſſe, tenet Padil. *in l. ſi quis major. num. 7. de tranſact.* Cald Pereira *in dict. l. ſi curatorem, verbo hunc contractum, numer. 42. & 43.* Thom. Valaſc. *alleg. juris tom. 1. alleg. 8. num. 11.* 6 7

In gloſſ. *Octavum*, ibi, *reſponde, Mala herba*, &c.] Notatur ad hoc, quod fœminæ citius dicuntur ſenes quàm maſculi, quia ſagaciores, nam mala herba citò creſcit. Alii dicunt quod fœminæ cùm ſint minoris vitæ, quàm maſculi, citiùs perficiuntur, & ita contingit in quolibet animali, quia quantò res eſt brevioris vitæ, tantò citiùs perficitur. Vide gloſſ. *verbo completum, verſ. ſed quare, in l. qua ætate, ff. de teſtam.* Tiraq. *l. 4. connub. gloſſ. 1. p. 9. num 43.* Perez *l. 2. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 310.* Guttier. *in auth. ſacramentæ puberum, num. 2.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 58. n. 5.* Gam. *Luſit. deciſ. 310.* Cald. Pereira *in d. l. ſi curatorem, in princip. num. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 1152. num. 6. & 7.* Cabed. *Luſit. deciſ. 114. p. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 32. num. 16.* 8

## SUMMARIUM.

1 *Minor impetrata ætatis venia ſine decreto immobilia alienare, aut obligare non poteſt, &* numero 2. & 4.

3 *Statutum faciens majorem 20. annis, non intelligitur quantum ad alienationem bonorum.*

5 *Minori qui veniam ætatis impetravi alienandi bona immobilia, neceſſarium decretum, lege Luſitana.*

6 *Minor ſi poſt veniam ætatis alienet bona immobilia cum decreto, adhuc poteſt reſtitui: limita ut* numero 7. & 8.

## L. Eos qui veniam. III.

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Mennæ PP.*

MInor impetrata venia ætatis ſine decreto immobilia alienare, aut obligare non poteſt Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Ord. Luſitana *lib. 3. tit. 42. lib. 2.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 12. in princip.* ibi, *bona tamen immobilia non poterit alienare ſine decreto, & ſi cum decreto alienet. poteſt reſtitui.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ deciſ. 11. num. 24.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſput. 224. numero 25. verſ. ſi tamen bonum immobile,* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 2. in prælud. num. 67.* Strach. *de mercat. part. 5. num. 29. &* 30. Emman. Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, p. 4. n. 47. ff. de liber. & poſth.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem,* 2

*verbo hunc contractum*, *n.*21. Guttier. *de tutel. & curis p.*2. *cap.*5. *num.*71.

3 Notatur etiam ad hoc, quod ſtatutum faciens majorem 20. annis, cenſetur non intelligi quantum ad alienationem bonorum, ut ex Socin. & Franc. Curt. tenet per hunc text. Tiraq. *de nobilit. c.*20. *n.*42.

4 *Vel hypothecæ.* ] Notatur ad hoc, quod minor obtenta venia ætatis non poteſt bona immobilia pignori, vel hypothecæ dare, ut per Neguzant. *de pignorib. part.*2. *membr.* 1. *n.*5.

5 *Qui necdum veniam ætatis meruerunt*, &c. ] Advertit Cald. Pereira *in d. l. ſi curatorem*, *verbo hunc contractum*, *num.*21. quod attenta lege Luſitana decretum eſt neceſſarium illi, qui veniam ætatis impetravit ad alienanda bona immobilia, niſi in eadem veniæ conceſſione exprimatur, quod deinceps bona ſua poſſit liberè alienare, quaſi major eſſet annis 25. ex dictione illa *liberè*, quæ alterius excludit conſenſum, & auctoritatem: & quod magis eſt, exiſtimat nec etiam ſufficere, quod in veniæ conceſſione dicetur, quod poſſit deinceps bona quamvis immobilia, alienare, niſi adſit illud verbum, *liberè*, vel aliud æquipollens, per quod induci poſſit concedentem voluiſſe excludere decretum aliàs ſemper neceſſarium.

6 In gloſſ. *Similis*, ibi, *& cum decreta alienato prædio dabitur reſtitutio.* Notatur ad hoc, quod minor ſi poſt veniam ætatis impetratam bona immobilia cum decreto alienet, adhuc poteſt reſtitui, quia licèt *in hoc text.* nihil ſpecialiter de reſtitutione dicatur, tamen habetur hîc regula quod quoad alienationem prædiorum cum decreto omnes minores ſimiles ſunt, etſi impetraverint, vel non impetraverint veniam ætatis; atqui ubi decretum requiritur in alienatione bonorum minorum, ſi apponatur, & minor lædatur, ipſe reſtituitur; ergo quoad reſtitutionem quoque debet procedere ſimilitudo, de qua *in hoc textu.* Ita Anton. Gom. *d. cap.* 14. *num.* 12. *ante med.* Simoncel. *de decret. lib.*3. *tit.*8. *num.*23. *cum ſeq.* Sfort. Odd. *d. q.*23. *art.*11. *n.*47. & 48. ubi *num.*49. limitat, ut non procedat quando à ſtatuto prohiberetur minor contrahere ſine aliqua alia ſolemnitate;
7 excepto enim caſu alienationis prædiorum, ſi ſine illa ſolemnitate contraheret minor, qui veniam ætatis impetraſſet, non reſtitueretur: & *num.* 50. etiam
8 limitat quando ſtatutummet concederet veniæm ætatis, abbreviando ſcilicet ætatem minorem, & redigendo ad annos puta 20. ſecus ſi voluiſſet majores 20. & minores 25. fingere majores, quaſi beneficium ætatis concedendo, ut ſolet facere Principes cauſa cognita.

---

## SUMMARIUM.

1 *Ætas legitima, & perfecta de ætate* 25. *annorum, non de ſuppleta per gratiam Imperatoris, intelligenda, & n.*2.

3 *Axioma: Verba debent intelligi naturaliter, & propriè, non civiliter, & fictè, remiſſivè.*

## L. Si quis. IV. & ult.

### *Idem* A. *Ad Senatum.*

1 LEgitima, & perfecta ætas intelligitur de ætate vigintiquinque annorum, non de ætate per Imperatoris gratiam ſuppleta. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Emman. Coſta *in l. Gallus*, §. *& quid ſi tantùm*, *part.*5. *an.*69. *ff. de liberis, & poſthum. & lib.*2. *ſelect. cap.* 13. Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. part.*1. *q.*23. *n.*44. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem*, *verbo contractum feciſti*, *n.*22. *verſ. hinc nos ſumpta*, *in fine.* Rebuff. *in comment. ad l.*130. *verſ. legitima ætas ff. de verbor. ſignificat.* Roland. à Valle *conſ.* 100. *num.*35. *lib.*2. Menoch. *conſ.* 266. *num.* 31. Cardin. Tuſch. *practic. concluſ. tom.*7. *litt. V*, *concluſ.* 91. *n.*6. Molin. *de Juſtit. tract.*2. *diſp.* 224. *num.* 25. *in fine*, Joanc. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 21. *num.* 29. ubi apertè dicit, quod cùm de ætate legitima fit mentio, intelligitur de ætate, quæ legibus conſtituta eſt, ſcilicet ætas viginti quinque annorum, qui annis & veteribus, & novioribus terminus conſtitutus eſt, & veluti finis facilitatis, qua adoleſcens facilè decipi poteſt: ege ipſe *in tract. de appellativa verborum utriuſque juris ſignif. appell.* 10.

Ad illud vulgare dictum, de quo in ſummario 3
hujus text. videlicet quod verba debent intelligi naturaliter, & propriè, non civiliter, & fictè, vide Doctores, quos plena manu retuli *in tract. de axiom. juris uſufreq. axiom.*222. *n.*27. ubi extendo procedere in contractibus, ſententia, & ſtatutis.

### *Si major factus ratum habuerit.*

## TIT. XLVI.

QUI poſt legitimam 25. annorum ætatem rata habet quæ in minore ætate conſtitutus geſſit, non reſtituetur *l.*2. *hoc titul.*

De materia tit. vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap* 14. *num.* 11. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.*106. & 107. Kirchov. Soar. Viv. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *titul.* 21. Maurit. *in tract. de in integr. reſtit. c.*312. Sfort. Odd. *in ſimili tract. p.*1. *q.*25. *per tot.*

Quæ autem ſit differentia inter hunc tit, & alium ſimilem libri 5. hujus Codicis, *ſi major factus alienationem ratam habuerit*, ſolet à Doctoribus in dubium revocari. Et illa eſt magis communis, & receptior, quod hic titulus loquatur de ratificatione minoris, quæ venit ad confirmandum contractum, ita ut non poſſit ope exceptionis reſcindi; titulus verò libri 5. de ratificatione actus invalidi, & ſic quæ venit ad confirmandum contractum: ita ut non poſſit nec de nullitate dici, nec de læſione ope reſtitutionis: ita Paul. de Caſtro *in l.* 1. *hoc eod. tit. in fine*, Anton. Gom. *d. tom*2. *cap.*14. *n.*11. Menoch. *d. remed.*15. *recup. ſup. num.*106. Simoncel. *de decretis*, *lib.*3. *titul.* 9. *in præfat. col.*3. Sfort. Odd. *d. part.*1. *q.*25. *art.*3. *n.*26. ubi *num.*29. addit aliam differentiam effectualem inter dictos titulos, quia ille, de quo *in libro* 5. inducit, ut curſus quinquennii præſcribatur remedio nullitatis, & remedium reſtitutionis in integrum præſcribitur quadriennio tantùm: quæ autem ratio ſit, poteſt dici, quia ad convalidandum contractum omninò nullum longius tempus requiritur quàm ad reddendum irretractabilem contractum de ſe quidem validum, ſed ope reſtitutionis retractabilem.

## SUMMARIUM.

1 *Ratificatio minoris reconciliat contractum in minor ætate celebratum, & ipsum efficacem reddit, & inexpugnabilem, & num. 2.*
3 *Ratificatio illa quomodo fieri debeat.*
4 *Minor ratificans, & approbans factum, aliquod in minori ætate celebratum, non omittit beneficium restitutionis, dolo adversarii læsus : limita ut num. 6.*
5 *In dolo est qui emit à minore, non servatis solemnitatibus juris.*
7 *Dolus præsumptus sufficit.*
8 *Contractus ipse jure nullus an confirmetur ratificatione minoris majoris facti, etiam quoad beneficium restitutionis in integrum, remissivè. Et quid si major factus ignoravit nullitatem contractus, num. 9.*
10 *Ratificatio, & approbatio tacita ipsius minoris inducitur ex actus subsecutis, ita ut ei auferatur beneficium restitutionis in integrum. Referuntur exempla n. 11. 12. 13.*

## L. Si inter minores. I.

### *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Euthychiano*

1 RAtificatio minoris reconciliat contractum in minori ætate celebratum, & ipsum reddit efficacem, & inexpugnabilem. Colligunt ex Ordinar. Bart. Salicet. Bald. Castr. Petr. de Bellap. Jacob. de S. Georgio, Aloys. Leo Sebast. Næv. remissivè Casal, *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. n. 11.* ubi agit de contractu, qui mero jure valuit, sed minor fuit læsus, & poterat restitui, Donell. *in comment. ad 2. n. 10. de rescind. vendit. pag.* 325. Tiraquel. *de jure constituti limit.* 30. *n.* 11. ubi quod sufficit tacita ratificatio, Rebuff. *in comment. ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. num. 73.* latè Menoch. *remed. 15. recup. num. 110. cum multis seqq.* ubi declarat hanc ratihabitionem tribus modis fieri posse, vel verbis expressis, vel tacitè, vel facto aliquo. Cavalcan. *de tutore, &*
3 *curat. n. 75.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr. rest. part. 1. q. 15. art. 5. ex n. 39.* ubi *n.* 47. ampliat, ut procedat etiam in hærede ipsius minoris, qui si ratificet scienter id quod minor ejus author gessit, non potest nomine minoris restitutionem petere. Paul. Montan. *de jure tutel. cap. 33. à n. 526. cum seqq.*

4 *Facta sine dolo*, &c.] Notatur ad hoc, quod minor ratificans, & approbans factum aliquod in minori ætate celebratum, non amittit beneficium restitutionis in integrum, si dolo adversarii læsus fuit, ut per Mascard. *de probat. concl.* 1255. aliàs 1261. *n. 56.* Maurit. *de in integr. rest. cap.* 312. *in fine*, Roland. à Valle *cons. 70. à num. 42. lib. 4 & in num. 44*
5 ait in dolo esse qui emit à minore, non servatis juris solemnitatibus, Montan. *dict. cap. 13. num. 519. cum seqq.* Menoch. *d. remed. 15. recup. num. 132. & seqq.* Simoncel. *de decretis lib. 3. tit. 9. num. 32.* Alex. Trentecinq. *var. resol. lib. 2. tit. de minorib. resolut. 10. numer. 8.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 2. num. 20.* Cacher. *decis. 58. num. 32.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 513. numer. 12.* Ludov. Cens. *de censib. part. 1. cap. 2. quæst. 1. art. 2. num. 26.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. num. 49.* latè Sfort. Odd. *dict. part. 1. quæst. 25. art. 7. ex num. 71.* ubi *num. 63.* limitat, ut non procedat quando ratificatio fuit facta ab eo, qui sciebat dolosè se circun- 6
ventum fuisse, nisi dolus pervenerit ad notitiam minoris post approbationem, de quo Perez de Lara *dict. c. 22. num. 53.* cum Cacherano ait nunquam ratificationem convalidare actum dolo initium, sive ratificatio sit tacita, sive expressa : quæ opinio intelligenda est de ratihabitione generali expressa, non verò speciali expressa; nam data plena scientia doli potest verus dolus de præterito remitti, ut ex Steph. Gratian. *dict. cap. 513. num. 27.* Et sufficere dolum præ- 7
sumptum defendunt Roman. *consil. 57.* Simoncel. *dict. tit. 9. num. 44.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 513. num. 12.* Sfort. Odd. *dict. q. 25. n. 75.*

An autem ratificatione minoris majoris facti con- 8
firmetur contractus ipso jure nullus, etiam quoad beneficium restitutionis in integrum, vide Simoncel. *dict. tit. 9. inspect. 2. num. 26.* Calvacan. *de tutor. & curat. sub num. 146.* Montan. *d. cap. 33. num. 356.* Menoch. *d. remed. 15. num. 143. & 138. & cons. 13. n. 104.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. tit. de minorib. resol. 10. n. 7. vers. contrarium*, Grivel. *Dolana decis. 14. num. 63.* Ludov. Cenc. *d. art. 2. num. 23.* Sfort. Odd. *d. p. 1. q. 25. art. 8.* Mascard. *d. conclus. 2261. num. 57.* Et quid si major factus ignoravit nullitatem 9
contractus, Menoch. *d. remed. 15. num. 183.* Cacheran. *decis. 79. num. 13.* Sfort. *d. q. 25. num. 69.* Mont. *dict. cap. 33. num. 571.* Mastril. *Sicil. decis. 121. à n. 37.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 513. numer. 11.* Muta *decis. 105. num. 82.* Perez de Lara *dict. cap. 22. num. 43. & 53.*

In gloss. *Ratam fecerint, ult.* ibi, *vel aliquid fa-* 10
*ciendo, per quod videbantur habere ratum*, &c. Notatur ad hoc quod ratificatio, & approbatio tacita ipsius minoris inducitur ex actis subsecutis : ita ut ei auferatur beneficium restitutionis in integrum. Vide Montan. *d. cap. 33. n. 537.* Surd. *cons. 104. num. 1. cum seq q.* Menoch. *d. remed. 15. ex num. 150.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. n. 45.* Sfort. Odd. *d. p. 1. q. 25. art. 6. ex n. 58.* ubi *n. 61.* notat, quod quando istud, factum subsequutum est quædam executio necessaria actus facti in minori ætate, tunc restitutio non impeditur; secus verò quando est voluntaria penitùs : & *num. 63.* exemplificat quando minor transegit 11
in minori ætate, & posteà factus major aliqua capitula transactionis adimplevit; tunc enim non ampliùs restitui potest.

Exemplum deinde est tacitæ ratificationis, quæ 12
in contractibus onerosis inducitur per quinquennium, in lucrativis per decennium inter præsentes, & vicennium inter absentes, postquam vigesimumsextum annum attigit, ut per Menoch. *d. remed. 15. recup. num. 151. 136. cum seq.* Gam. *Lusit decis. 76. n. 1.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib. 4. c. 17. n. 10.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 10. n. 17. & 15.* Mantan. *d. cap. 33. num. 360.* Garc. Mastrill. *decis. 131. num. 22.* Cæs. Barz. *decis. 45. num. 13. & decis. 96. n. 47.* Jacob. Cancer. *var. tom. 2. cap. 1. num. 29.* Cardin. Montic. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 4. tit. 6. n. 65.* Ludov. Cenc. *d. art. 2. num. 23.* Perez de Lara *de vita hominis cap. 22. n. 45. & 46.*

Aliud exemplum est quando minor locavit fun- 13
dum, vel domum, & postea factus major, ipse vel hæres ejus censum, aut pensionem receperunt, quia tunc amittunt beneficium restitutionis in integrum : ita Tiraq. *de jure constituti limit. 30. num. 12.* Ozasch. *decis. 58. num. 11.* Menoch. *d. remed. 15. recup. n. 118.* Calvacan. *de tut. & curat. num. 147.* Et in individuo quod per exactionem reddituum minor jam major factus videatur censum ratificare, tenent Menoch. *d. remed. 15. n. 120. & cons. 439. num. 34. vers. quartò,*

Surd.

Surd. *conſ.* 60. *num.* 11. & *conſ.* 331. *num.* 4. Alexand. Trentacinq. *de reſol.* 10. *num.* 1. *verſ. hinc infertur*, Tuta *deciſ.* 67. *num.* 12.

## L. Qui poſt. II. & ult.

*Iidem* AA. & CC. *Sorti.*

1 RAtihabitio poſt 25. ætatis annum facta tollit reſtitutionis in integrum petitionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt. Rebuff. *ad leges Galliæ, in præcem. gloſſ.* 5. *n.* 73. Ant. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. *in princ.* Joan Grac. *de nobilit. gloſſ.* 17. *n.* 48. Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcientia, & ignorant. cent.* 2. *diſtinct.* 59. *num.* 2. & conducunt poſita *ad l.* 1. *ſup. hoc tit.*

*Ubi, & apud quem cognitio reſtitutionis agitanda ſit.*

## TIT. XLVII.

HIc titulus eſt de foro competenti, & hic quoque obtinet ea regula, *Actor ſequitur forum rei.*

De materia tit. vide Cujac Pac. Vveſembec. Bellacomb. Villalob. & Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 22. latè Sfort. Odd. *de in integr. reſt. q.* 32. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, à num.* 17. *de in integr. reſt. min.*

### SUMMARIUM.

1 *Contra ſententiam delegati, Vicarii, & Procuratoris ſolus Princeps reſtituit, & num.* 2. *reſolve ut num.* 3.

4 *To* Solus, *omnium aliorum excluſio.*

## L. Si quid I.

*Impp.* ANTONINUS A. *Severo.*

1 COntra ſententiam delegati, Vicarii, & Procuratoris Princeps ſolus reſtituitur. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. de Bellap. Jacob. de S. Georgio, Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem tenent Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, num.* 26. *verſ. in contrarium* Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. quæſt.* 32. *art.* 21. *num.* 144. ubi quod contra ſententiam delegati à Principe ſolus Princeps reſtituere poteſt, vel, ut moris eſt, cauſam reſtitutionis ſuis

3 Proceribus committere, & *art.* 22. *à num.* 155. reſolvit, quod contra ſententiam Vicarii Epiſcopi ſolus Epiſcopus reſtituere poteſt, & *ead. q.* 32. *art.* 3. *ex n.* 33. ubi dicit, quod contra ſententiam latam à Procuratore, vel delegato ſuo ſolus Princeps reſtituere poteſt.

4 *Princeps enim ſolus*, &c.] Ex his verbis, juncta Gloſſ. *verbo ſolus*, ibi, *vel ipſe qui judicavit*, &c. Colligitur per illam dict. *ſolus*, excludi omne alios judices præter illos, quibus aurea competebat juriſdictio generalis in eiſdem cauſis, ut per Dec. *conſ.* 3. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 8. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. *n.* 5. *verſ. Præterea facit.* Cott. *in memorab. verbo ſolut. pag.* 6. D. Barboſ. *in lib.* 1. *art.* 4. *n.* 100. *cum ſeqq. ff. de judic.*

### SUMMARIUM.

1 *Agens in cauſa reſtitutionis forum rei ſequitur, & n.* 2. & 5. *limitatur n.* 6.

3 *Minor quando petit reſtitutionem, debet agere in foro adverſarii.*

4 *Minor, & Eccleſia differunt.*

7 *Proponuntur plures quæſtiones.*

8 *In contractûs d ſtractu, reſolutione, & reſciſſione conveniendus eſt reus corum judice domicilii, non loci ubi fuit celebratus, & ita in diſtractu forum res ſequimur, limita ut n.* 9.

## L. Quoniam ea. II.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. & CC. *Aquilinæ.*

AGens cauſâ reſtitutionis forum rei ſequitur. 1
Colligunt ex ordinar. Doctores citat. *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt. *l. Hiſpan.* 8. *tit.* 19. *part.* 6. Roman. *ſing.* 470. Bernard. *reg.* 219. *verſ. ſecundò fallit*, ibi quod minor quando petit reſtitutionem, debet agere in foro ad- 3
verſarii, Covar. *lib.* 1. *var. cap.* 4. *à princip. lib.* 2. *etiam var. cap.* 12. *à n.* 1. Maurit. *in tract. de in integr. reſtitut. cap.* 31. Molin. *de Juſtit. tractat.* 2. *diſp.* 573. *verſ. interrogabis*, Morl. *in emporio juris civilis, part.* 1. *tit.* 5. *prælud. num.* 11. *verſ. quarta, & ultima*, ubi poſt Bernard. *citato loco*, & Cov. *d. cap.* 4. *num.* 2. necnon Rebuff. *ad leges Galliæ, num.* 2. *tit. de reſtit. in præfat. n.* 18. ac Marant. *de ordine judic. part.* 6. §. *& quandoque appellatur, num.* 118. *verſ. ultimò* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Implorandum, num.* 32. *in princip.* reſolvit diſcrimen in hoc eſſe inter minorem, & Eccleſiam, quia Eccleſia cenſetur oppreſſa in illa 4
læſione, & in oppreſſionis cauſa hujuſmodi competens eſt etiam inter ſæculares Eccleſiaſticus, latè Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtit. part.* 1. *quæſt.* 32. *art.* 13. *ex numer.* 105. ubi latè probat, 5
quod quando petitur reſtitutio in integrum, ſive agatur ad reſciſſionem contractus, ſive ad obſervantiam illius, actor debet ſequi forum rei, & *num.* 114. limitat quando reus reperiretur in loco 6
ubi contraxit; nam adversùs contractum illum, vel ad illius obſervantiam reſtitutio peti poſſet coram judice loci ubi contractus fuit celebratus: & *n.* 106. limitat etiam ex conſuetudine in Francia, ubi electio eſt actoris, ut impertet litteras Regias, vel coram judice domicilii defenſoris, vel rei petitiæ, ubi ſita eſt.

Materiam proſequitur idem Sfort. Odd. *dict. p.* 1. 7
*quæſt.* 32. *art.* 14. plures quæſtiones diſputando, an ſcilicet in decidenda cauſa reſtitutionis in integrum debeat attendi jus municipale ipſius actoris, vel rei, vel loci, ubi contractus fuit celebratus, vel ubi ſita eſt res: & *art.* 15. an, & quando reſtitutio in integrum coram judice Eccleſiaſtico peti debeat quando venit petenda inter Eccleſiam, & privatum ſæcularem, vel inter Eccleſiam, & Eccleſiam: & *art.* 16. an reſtitutio in integrum adversùs ſententiam debeat peti coram judice à quo, an verò coram judice ad quem?

Notatur hic textus ad hoc, quod pro diſtractu, re- 8
ſolutio

ſolutione, & reſciſſione contractus conveniendus eſt reus coram judice domicilii, non loci ubi fuit celebratus, & ita in diſtractu forum rei ſequimur, vide Tiraq. *de retractu*, §. 8. *gloſſ. 5. num.* 2. Lap. *alleg.* 10. Anchar Regien. *lib.* 1. *q.* 14. *n.* 12. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 14 *n.* 21. ubi *n.* 22. poſt Cov. *d. c.* 4. *n.* 1. *circa med.* & Coler. *de proceſſib. execut. p.* 2. *cap.* 1.
9 *n.* 24. & 44. ait textum *in præſenti* procedere quando reus non adeſt in loco contractus, ſecus ſi ibi adſit; quia ad hoc ibi non agitur, latè Cald. Pereira *in leg. ſi curatorem*, *verbo implorandum*, *num.* 30. ubi tenet, quod ad reſciſſionem ipſius contractû remedio reſtitutionis in integrum in loco contractus, & coram judice illius loci, ſi adverſarius ibi reperiebatur, agi poteſt; aliter verò ſi in loco contractus reperiatur, quia hoc caſu nihil obſtat quominus in eo conveniri poſſit, & in integrum reſtitutio poſtulari: & *in verſ. nec obſtant*, reſpondet quod hic text. debet intelligi in caſu, in quo reus non reperitur in loco contractus.

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutio in integrum poteſt peti coram judicibus ordinariis, & delegatis, tam ad cauſas ſpeciales, quàm univerſales, non coram arbitris, aut judicibus chartulariis.*

2 *Reſtituere poſſunt omnes illi, qui juriſdictionem habent ordinariam cum territorio, vel adminiſtratione.*

3 *Partes poſſunt competere, & in aliquem compromittere ut cognoſcat, & definiat, an læſionem prætendens reſtituendus ſit.*

4 *Arbiter non poteſt reſtituere, nec de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere.*

5 *Juriſdictio ordinaria ut dicatur competere alicui, oportet quòd habeat juriſdictionem cùm territorio.*

6 *Cauſa reſtitutionis in integrum omni jure delegari poteſt, tam jure antiquo, quàm novo.*

7 *Delegatus à Principe an, & qualiter poſſit reſtituere.*

8 *Delegatus qui nullam propriam juriſdictionem habet, ſed tantùm beneficio alieno, non poteſt cognoſcere de cauſa reſtitutionis in integrum.*

9 *Delegatus datus ab ordinario, & datus ab eo, cui mandata erit juriſdictio, differunt.*

## L. Cùm ſcimus III. & ult.

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Joanni PP.*

1 REſtitutio in integrum poteſt peti coram judicibus ordinariis, & delegatis, tam ad ſpeciales quàm univerſales cauſas, non coram arbitris, aut judicibus chartulariis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.* poſt eos Joan. Petr. de Monte Sperello, & Giphan. *tom.* 1. *pag.* 111.

2 *Sancimus, non ſolùm apud judices*, &c. Notatur ad hoc, quod omnes illi reſtituere poſſunt, qui juriſdictionem habent ordinariam cum territorio, vel adminiſtratione, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem*, *verbo implorandum*, *n.* 17. *verſ. tamen in hac materia*, Sfort. Odd. *in tract. de integr. reſt. part.* 1. *q.* 32. *art.* 3. *num.* 28. *verſ. ſed contrà eſt veritas, & art.* 17. *à num.* 131. probat quemlibet judicem ordinarium poſſe reſtituere contra propriam ſententiam, Morla *in emporio juris*, *part.* 1. *tit.* 5. *in prælud. num.* 10. *in princip.*

3 *Ut etiam apud compromiſſarios judices*, &c. ] Et his verbis, juncta gloſſ. *verbo compromiſſarios*, colligitur poſſe partes componere, & in aliquem compromittere ut cognoſcat, & definiat an læſionem prætendens reſtituendus ſit, ut per Cald. Pereira *d. verbo implorandum*, *num.* 27. *in princip.* & ſaltem jubente ſtatuto compromitti omnes cauſas cujuſcumque quantitatis ſint, &c. admittit Sfort. Odd. *dict. q.* 32. *art.* 11. *à n.* 59. Bernard. *reg.* 47. *limit.* 3.

*Vel arbitros ex communi ſententia electos.* ] Notatur ad hoc, quod arbiter non poteſt reſtituere, nec de cauſa reſtitutionis in integrum cognoſcere, ut per Bernard. *reg.* 47. *à princip.* Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 5. *in princ.* Bapt. de S. Blaſio *in tract. de arbitra & arbitrar. q.* 20. *in* 2. *vol. tract.* Joan Graciam *reg.* 408. Maurit. *in tract. de in integr. reſtitut. cap.* 36. alias 38. Morla *dict. titul.* 5. *in prælud. num.* 10. *verſ. tertia concluſio*, ubi tenet deciſionem hujus textus prohibentis, nec etiam incidenter arbitros de reſtitutione cognoſcere poſſe, interpretandam eſſe ex deciſione *capite cauſa*, *de in integr. reſtit.* Cald. Pereira *dict. verbo implorandum*, *num.* 15. ubi *num.* 26. latè agit an idem ſit ſi incidenter petatur reſtitutio, latè etiam Sfort. Odd *dict. quæſt.* 32. *articul.* 7. *ex num.* 64. ubi concludit, quod arbiter non poteſt in integrum reſtituere, & *art.* 11. *ex num.* 38. reſolvit arbitrium quamvis non poſſit reſtituere in integrum, poſſe ſaltem renuntiare reſtituendum, & *art.* 10. *à num.* 92. tractans de arbitratore, ſic diſtinguit, aut arbitrator vult in integrum reſtituere, ita ut ejus laudum habeat vim ſententiæ latæ ſuper hac cauſa reſtitutionis, & hoc caſu non poteſt, aut vult componere controverſiam oltam ſuper reſtitutione in integrum, & ſuper eam laudum ſuum per viam amicabilis compoſitionis pronuntiare, & determinare illam, & tunc bene poteſt.

*Cui & juriſdictio adhæret*, &c. ] Ergo ut juriſdictio ordinaria dicatur alicui competere, oportet quod habeat juriſdictionem cum territorio, de quo an verum ſit, vide latè D. Barboſ. *in l. cùm prætor*, §. 1. *ex num.* 41.

*Sed ne quid penitus dubitandum*, &c. ] Ex hoc text. colligit Bacon. *lib.* 6. *declarat. juris civilis*, *declar.* 80. *num.* 1. quod omni jure, tam antiquo, quàm novo, & quomodocumque delegari poteſt cauſa reſtitutionis in integrum. Sed Morl. *dict. tit.* 5. *in prælud. num.* 10. *verſ. ſecunda concluſio*, tenet quod delegari ſive à Principe, ſive ab Ordinario fuerint delegari, eodem modo poſſunt reſtituere, quo poterant ipſi Ordinarii. Cald. Pereira *in d. verbo implorandum*, *num.* 19. *verſ. qua ratione*, ubi reſolvit delegatum à Principe non poſſe reſtituere, & reſpondet ad hunc text. quod procedit in delegato ad univerſitatem cauſarum, vel in delegato, cui ſpecialiter commiſſa eſt in integrum reſtitutionis quæſtio: & deinde tenet delegatum ab Ordinario non habente adminiſtrationem non poſſe cognoſcere de cauſa reſtitutionis, euamvis ei ſpecialiter hæc cauſa committatur, latè Sfort. Odd. *d. q.* 32. *art.* 6. *à num.* 51. ubi firmat delegatum à Principe reſtituere poſſe, in delegato verò ab Ordinario ſic diſtinguit. Aut quærimus an incidenter poſſit cauſam reſtitutionis delegatus iſte cognoſcere, & tunc dicendum quod ſic. Aut quærimus an poſſit principaliter, & tunc ſubdinguendum. Aut quærimus, an hæc cauſa in ſpecie poſſit ab Ordinario delegari, & tunc tam de jure veteri, quàm novo dicendum quod ſic. Aut fuit delegata in genere, id eſt, ſub generalitate aliarum cauſarum, & tunc ab hiſce delegatis cognoſci poteſt, & poſtea reſpondet ad text. *in præſenti.*

In gloſſ. *Non habet*, ibi, *vel dic propriam, id eſt, ordinariam, non habet ſed delegatam*, &c. ] Notatur ad hoc quod delegatus, qui nullam propriam juriſdictio

dictionem habet, sed tantum alieno beneficio, non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum, ut per Longaval. *id l. imperium*, *num.* 128. *de jurisd.* 6 *omnium judic.* Vacon. *d. declar.* 81. *num.* 2. D. Barbos. *in l. cùm Prætor*, §. 1. *ex n.* 199. *ff. de judic.* ubi *n.* 201. colligit notabilem differentiam inter delegatum datum ab Ordinario, & datum ab eo, cui mandata erit jurisdictio, nam primus poterit cognoscere de restitutionè in integrum, non sic secundus.

## *De reputationibus, quæ fiunt in judicio in integrum restitutionis.*

## TIT. XLVIII.

MINORI petenti restitutionem reputantur ea, quæ accepit, veluti cùm rescindit venditionem, debet restituere pretium, aut compensare cum fructibus ab emptore perceptis.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesembec.

### SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum reponit in omnia in pristinum statum*, & num. 2. *Nisi in læsione ex dolo*, num. 3.

4 *Minor si ex transactione aliquid recepit ab adversario, & illam impugnare velit ex aliqua causa, non aliter audietur, quàm reddita quantitate, quam accepit, quatenus ex illa factus sit locupletior, intellige ut* num. 5. & 6. *& amplia, ut* num. 7. *nec sufficit obligatio verbalis, sed debet esse actualis, & realis, aut per verum depositum*, num. 8.

### L. Qui restituitur. Unic.

*Impp.* ANTONINUS A. *Tatiano.*

1 RESTITUTIO in integrum reponit omnia in pristinum statum. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Petr. de Bellap. Joan. de S. Georgio, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l.* 1. *tit.* 25. *part.* 8. Bernard. *regul.* 219. *vers. tertius est qui describitur*, ubi declarat Tiraquel. *de retractu lign.* §. 32. *gloss.* 1. *num.* 65. Emman. Costa *in leg. Gallus*, §. *& quid si tantum*, *part.* 2. *num.* 35. *ff. de liber. & posthum.* Cald. *in leg. si curatorem*, *verbo* 3 *Vel adversarii dolo*, *numero* 2. ubi ait regulam hujus textus non habere locum in læsione ex dolo procedente, Motl. *in emporio juris civilis*, *part.* 1. *tit.* 4. *in prælud. num.* 3. *vers. secundò præmittendum*, latè Sfort. Odd. *in tractat. de in integrum restitut. part.* 1. *q.* 47. *ex n.* 1. *& part.* 2. *quæst.* 62. *art.* 7. *n.* 91. ubi ex hoc textu colligit quod restitutio sit repositio in prestino statu hinc tam inde quoad ea quæ favent, & prosunt minori, quàm quoad ea quæ nocent: & addit hoc procedere quoad id advesùs quod specialiter petitur restitutio, ut scilicet si petatur adversùs venditionem à minore factam, quemadmodum prodest minori quoad rei suæ recuperationem, ita nocet quoad pretii refusionem; secus verò quoad alia quæ non sunt communia, vel connexa, aut correlativa illi actui adversùs quem petitur restitutionem.

*Ita nec in lucro*, &c.] Notatur ad hoc, quod si minor 4 ex transactione aliquid ab adversario recepit, & illam ex aliqua causa impugnare velit, non aliter audietur quàm reddita quantitate, quam accepit, quatenus locupletior ex illa factus sit, ut per Molin. *de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 43. Mench. *quæstion. usufrequent. cap.* 66. Simoncel. *de decretis lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 20. Ripa *observat.* 301. *num.* 8. Magon. *Florent. decis.* 119. *num.* 8. Pinel. *in l.* 2. *de rescind. vendit. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. ubi quod hoc casu non tenetur mi- 5 nor pretium emptori restituere, nisi emptor probet illud versum fuisse in utilitatem minoris. Marc. Anton. *variarum resolut. lib.* 2. *resolut.* 17. *num.* 4. *&* 5. Decian. *cons.* 56. *num.* 102. *vel.* 4. Honded. *consil.* 34. *n.* 34. *vol.* 2. Giurba *dec.* 130. *n.* 10. Menoch. *consil.* 616. *num.* 14. *& cons.* 674. *num.* 15. *& cons.* 714. *num.* 9. *& cons.* 1122. *n.* 66. *& de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 84. *n.* 1. Rot. *decis.* 440. *n.* 1. *part.* 1. *divers.* Et quod nullus etiam major sit audiendus super rescissione con- 6 tractus, prætextu læsionis, seu metus, aut ex alia quacunque causa, nisi ante omnia accepta restituerit, secundum Affict. *dec.* 230. *n.* 4. *&* 5. Cacher. *decis.* 1. 60. *in fine*, Cancer *var. resol. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 23. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 27. *n.* 22. *& gloss.* 56. *n.* 104. *&* 105. Mart. Ant. *var. resol. lib.* 1. *ref.* 11. 26. *& resol.* 16. *n.* 5. Surd. *cons.* 34. *n.* 24. *& cons.* 181. *n.* 47. Giurb. *decis.* 103. *n.* 5. Menoch. *cons.* 644. *n.* 2. *&* 7 *consil.* 1111. *n.* 112. ubi hoc procedere ait non solùm in transactione, sed in quibuscumque aliis contractibus nominatis, & innominatis. Et non sufficit oblatio 8 verbalis, sed debet esse actualis, & realis, aut per verum depositum, ad not. per Sfort. Odd. *de in integrum rest. q.* 47. *n.* 28. Giurba *d. decis.* 103. *num.* 12. Menoch. *d. cons.* 674. *numer.* 4. *&* 25. *& cons.* 1111. *num.* 66. *&* 73.

## *Etiam per Procuratorem causam restitutionis in integrum agi posse.*

## TIT. XLIX.

PROCURATORIO nomine restitutio peti potest, dummodò Procurator speciale mandatum habeat; quia generale non sufficit: aut si de speciali mandato dubitetur, de rato caveat.

De materia tituli vide Cujac. Pac. Vvesembec. Kirchov. Barb. Chærian. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 23. Sfort. Odd. *in tract. in integrum rest. part.* 1. *quæst.* 31. *art.* 9. *cum seqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Restitutio in integrum petitur per Procuratorem habentem speciale mandatum ad eam petendam, & numero* 2. *Limita ut numero* 3. *Resolve ut numero* 7.

4 *Conjunctus an petere possit restitutionem pro conjuncto absque mandato speciali limita ut n.* 5.

6 *Pater an possit petere restitutionem in integrum pro filio absque speciali mandato.*

## L. cauſam. Unic.

*Impp.* ALEXANDER A. *Licinio.*

1 REſtitutio in integrum poteſt peti per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum ad petendam reſtitutionem. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſt. Petr. de Bellapert. Jacob. de S. Georgio, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hinc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan. fin. in med. tit. fin. part.* 6. Capel. Toloſ. *deciſ.* 1. *n.* 3. *de procurat.* Alciat. *conſ.* 167. *n.* 4. Mynſing. *cent.* 2. *obſerv.* 16. Bellam. *deciſ.* 32. *n.* 2. Roland. *conſ.* 26. *n.* 1. & 7. *lib.* 2. Covar. *lib.* 1. *var. cap* 6. *in princ.* Menoch. *conſ.* 100. *n.* 298. Sfort. Odd. *in tract. de in integ. reſt. q* 31. *art.* 12. Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 5. *in prælud. n* 22. Cevall. *commun. contra commun. q.* 135. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, n.* 4. *cum ſeqq.*

3 Limitat multipliciter Sfort. Odd. *d. art.* 12. *ex n.* 50. ubi *n.* 51. *cum ſeqq.* quando in mandato generali adeſſent hæc verba, *Ad agendum, defendendum, ſupplicandum*, &c. Vel, *Et poſſit facere ea omnia, quæ poſſunt facere illi, qui habent ſpeciale mandatum.* Vel data eſſet Procuratori libera facultas ea omnia gerendi, quæ ipſemet dominus agere poſſet, & eſſet mandatum generale cum libera, vel Procurator de rato promitteret, vel eſſet Procurator fiſci, qui poteſt ejus nomine petere reſtitutionem in integrum abſque ſpeciali mandato, vel Procurator conſtitutus eſſet potius ut Syndicus, quàm ut Procurator, videlicet ab aliqua Univerſitate, vel petenda eſſet reſtitutio pro minore aliquo prodigo, vel eſſet Procurator rei, qui ſine ſpeciali mandato auditur, vel peteretur reſtitutio per viam exceptionis, vel niſi reſtitutio incedenter peteretur; in his enim caſibus Procuratori petenti reſtitutionem in integrum, non eſt neceſſarium ſpeciale mandatum.

4 Utrùm conjunctus pro conjuncto poſſit abſque alio ſpeciali mandato reſtitutionem petere? vide Rip. *in cap. cùm M, n.* 60. *de conſt.* Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 20. *num.* 98. *& gloſſ.* 13. *n.* 34. Mench. *uſufreq. cap.* 23. *n.* 12. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorandum, n.* 8. D. Barboſ. *inl.* 3. *n.* 13. *ff. ſoluto matr.* Covarr. *d. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 5. Sfort. Odd. *d. quæſt.* 31. *art.* 9. *n.* 39. ubi negativè reſpondet, & limitat
5 *n.* 38. quando iſte conſanguineus, putà frater, vel alius poſſet prætendere intereſſe ex hujuſmodi beneficio reſtitutionis, propter rem communem inter eos, *& art.* 10. *à n.* 40. diſputat an pater poſſit petere reſtitutionem in integrum pro filio abſque ſpeciali mandato, *& art.* 14. *ex num.* 71. poſt Maurit. *cap.* 24. Covarr. *d. cap.* 6. *n.* 2. & alios reſolvit hoc mandatum ſpeciale, quod requiritur ad petendam reſtitutionem in integrum per Procuratorem, non requiri in individuo, de quo etiam latè Cald. Pereira *in d. verbo Implorandum, n.* 6.

*In integrum reſtitutione poſtulatâ, ne quid novi fiat.*

## TIT. I.

APPELLATIONE pendente nihil innovandum eſt, *l. unic. ff. nihil innov. appelat. interp.* quod autem appellatio majoribus, hoc reſtitutio minoribus præſtat.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſembec. ancell. *de attent. p.* 2. *cap.* 18. Sfort. Odd. *de in integ. reſtitut. quæſt* 42. *&* 43.

## SUMMARIUM.

1 *Reſtitutione in integrum poſtulata, omnia in ſtatu ſuo permanebunt, donec cauſa finiatur per ſententiam, & n.* 2. *amplia ut n.* 3.

4 *Reſtitutione pendente, an bona ſubhaſtari poſſint, reſolve, ut n.* 5.

6 *Reſtitutio ad appellandum petita, an impediat, interim executionem ſententiæ, remiſſivè, reſolve ut num.* 8. *amplia ut num.* 9. *& limita ut num.* 10. 11. *Intellige ut numer.* 12. *limita quoque ut numero* 14.

7 *Reſtitutionem pendente nihil interim alienare poteſt.*

## L. Poſtulata. Unic.

*Impp.* GORDIANUS A. *Secundino militi.*

IN integrum reſtitutione poſtulata, per ſententiam cauſa finiatur, omnia in ſuo permanebunt ſtatu. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Petr. de Bellarpert. Jacob. de S. Georgio, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Aloyſ. *ſing.* 173. Maurit. *de in integrum reſt. cap.* 423. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo per quod, num.* 14. *&* 18. Sfort. Odd. *in ſimili tractu, part.* 1. *q.* 24. *art.* 1. *à n.* 1. ubi *n.* 8. ampliat ut procedat non ſolùm quando reſtitutionis petitio fuit à judice admiſſa, ſed ju- 3
dex ſtat adhuc in ſuſpenſo, an velit admittere: & *n.* 9. dicit, ut non ſolùm ea, quæ à parte interim attentata fuerint, poſſint à minore peti ut reſcindantur, & revocentur, ſeu reſtituantur, ſed judex ex officio ſuo revocare poteſt: & *art.* 3. *à num.* 15. diſputat, an 4
reſtitutione in integrum pendente, bona ſubhaſtari poſſint: & *art.* 6. poſt Anton. de Canar. *in tract. de execut. inſtrum. quæſt.* 21. Lancel. *d. part.* 2. *q.* 18. *n.* 131. *cum ſeqq.* reſolvit, quod reſtitutio in integrum im- 5
pedit interim executionem inſtrumenti, & idem Sfort. Odd. *d. q.* 42. *art.* 7. *ex n.* 32. diſputat, an reſti- 6
tutio in integrum ad appellandum petita impediat interim executionem ſententiæ.

In gloſſ. *debere*, ibi, *ut nec fiat alienatio rei*, &c. 7
Notatur ad hoc, quod pendente reſtitutione in integrum, nihil interim alienari poteſt, ut per Sfort. Odd. *l. d. q.* 21. *art.* 2. *ex n.* 10. ubi *n.* 11. dicit quod ſi interim ab eo contra quem reſtitutio petita eſt, aliquid alienetur, alienatio eſt ipſo jure nulla, & à judice ut de facto facta, revocari poteſt.

In eadem Gloſſ. ibi, *nec ſententia mandetur exe-* 8
*cutioni*, &c. Notatur ad hoc, quod regulariter executio ſententiæ impeditur pendente reſtitutione in integrum adversùs rem judicatam, ut per Ordin. Regiam Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 41. §. 4. *l. Hiſpan.* 2. *tit.* 25. *part.* 3. Covarr. *practic. cap.* 23. *num.* 6. *&* 7. Duen. *regul.* 1. *limitat.* 6. Caſſad. *dec.* 13. *de reſcript.* Marant. *de ordine judic. part.* 6. *actu ult. num.* 58. Chaſſan. *in catalogo gloria mundi, part.* 5. *conſid.* 24. *verſ.* 81. Veſtr. *in pract. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 17. Lancellot. *dicto cap.* 18. *num.* 10. *& ſeqq.* Suar. de Paz. *in ſua practica, tom.* 1. *part.* 4. *cap.* 3. *n.* 9. Joan. Garc. *de nob. lit. gloſſ.* 6. §. 2. *num.* 20. Azeved. *l.* 1. *num.* 174. *cum ſeqq. tit.* 22. *lib.* 4. *novæ Recopilat.* Parlador. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 5. §. 11. *à num.* 53. Guttier. *practic. lib.* 1. *quæſt.* 134. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo per quod num.* 18. Aloyſ. Ricc. *in collectan. deciſ. part.* 1. *collectan.* 188. Cevall. *communium contra commun. q.* 930.

*quæſt.* 930. Flores de Mena *variarum reſol. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 19. *cum ſeqq.* latè S giſm. Scacc. *de appellat. q.* 19.

9 *remed.* 2. *n.* 64. *cum ſeqq.* ubi pluribus modis ampliat & limitat, latè etiam Sfort. Odd. *dict. p.* 1. *quæſt.* 42. *art.* 1. *cum ſeqq.* ubi *ex num.* 3. ampliat ut procedat etiam de jure Canonico, & etiam quoad reſtitutionem in integrum ex clauſula generali, & quamvis petatur reſtitutio in integrum in ipſa executione ſententiæ.

10 Limita ut non procedat quando reſtitutio in integrum petitur contra ſententiam à Principe latam, ita Covar. *in pract. c.* 25. *num.* 7. *verſ. item quia*, Grav. *ad Octavian. lib.* 8. *cap.* 1. *num* 29. Boër. *deciſ.* 65. *n.* 7. Menoch. *remed* 4. *adipiſc. n.* 8, 1. Lancellot. *dicto c.* 18. *n.* 10. *& ſequent.* Afflict. *deciſ.* 356. *n.* 3. idem Menoch. *conſil.* 100. *num.* 258. latè Sfort. Odd. *d. part.* 1. *q.* 43. *art.* 2. *ex n.* 51.

11 Limita etiam quando petitur reſtitutio adversùs tres ſententias conformes, de quo vide Covarr. *dicto c.* 25. *num.* 7. Caſſad. *deciſ.* 1. *num.* 3. *de reſtitut. in integr.* Lancellot. *d. c.* 19. *n.* 15. Anton. de Canar. *in tract. de execut. inſtrum. q.* 21. *ſub n.* 52. Bard. *in tract. de tempore utili, c.* 5. *n.* 2. *verſ. ſed talis*, Joan. Garc. *d.* §. 2. *à n.* 28. Maſcard. *de probat. concl.* 1275. *num.* 1. *& à n.* 17. Sigiſm. Scacc. *de q.* 19. *remed.* 1. *à num.* 96 Guttier. *de lib.* 1. *pract. q.* 134. *n.* 2. Sfort. Odd. *d. q.* 43. *art.* 3. *n.* 55. ubi *n.* 57. intelligit procedere quando reſtitutio in in-

12 tegrum petita fuit eo prætextu, quia victus læſus fuit imprudentiâ ætatis, vel juſto errore, aut ignorantia, ſeu impedimento, & ſic non prætextu alicujus defectus, vel injuſtitiæ ipſius ſententiæ.

13 Limita quoque ſi contra petentem reſtitutionem ſit præſumptio materiæ; quod cauſâ differendæ executionis hoc petat, tunc enim executio fit, præſtita cautione de reſtituendo, ſi petens executionem obtinebit: ita Lancellot. *dict. cap.* 18. *num.* 55. *cum ſeqq.* Joan. Garc. *dicto* §. 2. *n.* 21. *&* 23. Guttier. *dict. quæſt.* 134. *n.* 3. Veſtr. *dict. lib.* 8. *cap.* 3. *ſub num.* 15. *verſ. at viſis*, Contar. *in l. unic. limit.* 8. *ſub n.* 50. *verſ. ſed in victo, ſi de moment. poſſeſſ.* Sigiſm. Scacc. *dicta quæſt.* 19. *remed.* 2. *à n.* 85. Sfort. Odd. *dict. quæſt.* 43. *art.* 5. *ex num.* 66. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo per quod, num.* 27.

14 Limita denique in caſu ſingulari, nempè ubi inſtrumentum, vel ſententia continens aliquas annuas præſtationes, ac ſolutiones fuiſſet pluries, ac per multos annos demandata exequutioni, & dictæ præſtationes ſolutæ, quia tunc non eſt ſpoliandus ſua poſſeſſione poſſeſſor percipiendi dictas præſtationes per reſtitutionem in integrum de novo poſtulatam, ſed ea non obſtante exequutio fiet, aliàs enim diceretur attentari contra poſſeſſorem: ita Lancellot. *dict. cap.* 18. *n.* 131. *&* 133. Sfort. Odd. *d. q.* 42. *num.* 40. Guttier. *d. q.* 134. *num.* 3. *verſ. eſt tamen caſus.*

## *De reſtitutione militum, & eorum qui Reipubl. cauſâ abfuerint.*

## TIT. LI.

CUM dictum ſit de tribus reſtitutionum cauſis, nempè de metu, dolo, & minore ætate, conſequenter agitur de quarta cauſa, quæ eſt abſentia Reipublicæ cauſâ. Inter eos autem qui Reipublicæ cauſâ abſunt, etiam milites numerantur. Quapropter hæc rubrica non ſic accipi debet, quaſi milites Reipublicæ cauſâ abſentibus opponantur, ſed generale verbum ſpeciali ſubjicitur: ita ut egendum proponatur ſpecialiter de militibus, & generaliter de omnibus Reipubl. cauſâ abſentibus.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Garcia Maſtrill. *Siciliæ deciſ.* 167. *per tot.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. p.* 1. *q.* 6. *art.* 2. *cum ſeqq. à n.* 5. *uſque ad* 50.

## SUMMARIUM.

1 *Abſens læſus in bonorum poſſeſſione, præſertim ſi ex cauſa probabili, & neceſſaria abfuit, tranſmittit beneficium reſtitutionis ad hæredes, & numero* 2. *Amplia ut numero* 3. *& limita ut num.* 4.

5 *Reſtitutio in integrum an competat ipſi hæredi quando defunctus tempore mortis ſuæ non adhuc perfectè læſus fuerit, ſed per mortem ipſam completa eſt ejus læſio, remiſſivè.*

6 *Explicatur textus.*

## L. Si Valerianus. I.

### *Impp.* SEVERUS *&* ANTONINUS AA. *Chiloni.*

ABſens læſus in bonorum poſſeſſione, præſertim ſi ex cauſa probabili, & neceſſaria abfuit, ti anſmittit reſtitutionis beneficium ad hæredes. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Petr. de Bellap. Jacob. de S. Georgio, Sebaſt. Næv. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 112. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 14. *n.* 3. Afflict. *ſuper conſtit. Regni lib.* 2. *rub.* 40. *n.* 9. Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. part.* 1. *quæſt.* 50. *ex num.* 2. ubi latè probat beneficium reſtitutionis in integrum eſſe tranſitorium ad hæredes ejus, qui poterat in integrum reſtitui, ubi *num.* 12. ampliat ut procedat ſic, quod eadem inſtantia, quæ fuerat cœpta à minore ſuper hoc judicio reſcindente cum ſuo adverſario, tranſeat ad hæredem minoris: & *num.* 13. ut procedat etiamſi ipſi hæredi non poſſit competere hæc reſtitutio, & *n.* 14. tam in hærede ex teſtamento, quàm ab inteſtato, & *num.* 8. limitat ut non procedat ſi hæres rarum habuit id, quod à minore defuncti ratum fuit; nam adverſùs illud factum amplius reſtitui non poteſt, & *art.* 6. *cum ſeqq. à n.* 52. diſputat, an reſtitutio in integrum competat ipſi hæredi quando defunctus tempore mortis ſuæ non adhuc perfectè læſus fuerat, ſed per mortem ipſam completa eſt læſio ejus. 2 3 4 5

*Poſt exactos dies.*] Id eſt, poſt annum ſecundùm unam ſententiam, quaſi hîc loquatur inter aſcendentes & deſcendentes, non tamen collaterales, quibus dantur centum dies duntaxat. Sed hæc expoſitio dubia eſt, quia non diſtinguit textu, an de aſcendentium hæreditate, an verò collateralium loquatur. Qua rejecta explicatione Sfort. Odd. *dict. tract. de in integr. reſtitut. part.* 1. *quæſt.* 19. *art.* 4. *num.* 32. exiſtimat, quod hîc textus non dicit ſimpliciter de petitione reſtitutionis, ſed dicit quod intra annum utilem implorari debet, quod ad effectualem conſecutionem illius refertur. 6

## SUMMARIUM.

1 *Absens Reipubl. causâ gaudet beneficio restitutionis & n.2. Resolve ut n.3.*

### L. Si quid. II.

*Impp.* ALEXANDER A. *Petronio. Centurioni.*

1 ABsens Reipubl. causâ restitutionis beneficio gaudet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1.sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. tenet Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. part.1.q.6.num.6. & art.10. ex n.32.* resolvit absentiam causâ magistratus, vel alicujus publici numeris, esse justam causam restitutionis in
3 integrum expressam in edicto Prætoris: *& artic.12. ex num.46.* resolvit non procedere in iis, qui subeunt munera pro civitate sua ipsamet civitate, nisi quando magistratus, & munus istud publicum, nimis occupatum publicis negotiis detineret eum qui eo fungeretur.

## SUMMARIUM.

1 *Absens reversus potest restitui intra annum utilem computandum à die reversionis adversùs usucapionem tempore absenti, vel parum postea perfectum, licet tempore absentiæ cœperit.*

2 *Milite absente causâ Reipubl. ejus res, vel uxoris effectualiter non præscribuntur, & à die reversionis usque ad quadriennium poterit, implorare restitutionem.*

3 *Restitutio in integrum cùm acquiratur in primo instanti, & momento læsionis consumatæ ob absentiam, licèt postea cesset ea absentia, ob quam competebat eadem restitutio, non tamen cessat restitutio jam quæsita, intellige ut n.4.*

### L. Quod tempore. III.

*Idem* A. FLAVIANO *Aristodemo militi.*

1 ABsens reversus potest restitui intra annum utilem computandum à die reversionis adversùs usucapionem tempore absentiæ, vel parum postea perfectum, licèt tempore absentiæ cœperit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n.1.sup. hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag.114.*

2 Vide *l. Hispan. 24. in fin. tit.21. part. 3.* ubi quod milite absente causa Reipubl. ejus res, vel uxoris effectualiter non præscribuntur, & à die reversionis usque ad quadriennium poterit restitutionem implorare, Mayn. *lib.2. actionum, c.5. part.2.*

3 *Posteaquam is Reipubl. causa ab esse desiit.* ] Notatur ad hoc, quod cùm restitutio in integrum acquiratur in primo instanti, & momento læsionis consummatæ absentiam, licet postea cesset ea absentia ob quam competebat eadem restitutio, non tamen cessat ea restitutio jam quæsita, ut per Tiraq. *in*
4 *tract. cessante causa, limit.11. num. 2.* ubi *n.3.* intelligit si illud quæsitum fuit de jure communi; secus si quodam jure irregulari, sive extraordinario, & speciali fuerit quæsitum; nam tunc illud jus cessat cessante causa ipsius.

## SUMMARIUM.

1 *Absentes causa Reipublicæ patiuntur primum, non secundum decretum quoad immissionem, & n. 2. limita ut n. 3.*

4 *Restitutionis beneficium ipsis reversis advertùs secundum decretum competit.*

### L. Ignora. IV.

*Impp.* GORDIANUS A. *Mastriano.*

ABsentes causâ Reipubl. patiuntur primum, non 1
secundum decretum quoad immissionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt Hippol. *in l. patre, num.8. ff. de quæst.* Jas. *in §. rursus, n.23. Instit. de actionib.* Suar. de Paz *in pract. tom. 2. partis 2. cap. unic. n.29.* ubi ait in hoc textu citationem præcessisse saltem ad domum, quia absens inveniri non poterat, latè Sfort. Odd. *in tract. de in integrum restit. part.2. quæst.68. art.3. num.18.* ubi *n.19.* limitat quando quis arripuisset iter Romam ex aliqua justa causa; nam cùm contra eum non
possit deveniri ad missionem aliquam etiam ex pri- 3
mo decreto, sequitur quod si facta fuerit missio contra eum, sit nulla, & restitutione non indigeat, & citat Abb. *in cap. meminimus, num. 4. de appellat.* dicentem quod ita limitari potest textus *in præsenti.* Et idem Sfort. Odd. *d. quæst.68. art.5 n.26.* tenet reme- 4
dium restitutionis competere ipsis reversis adversùs secundum decretum.

## SUMMARIUM.

1 *Contra præscriptionem quadriennii currentem in alienationibus factis per fiscum, restitutio datur absenti legitimè, & n.2. resolve ut n.3.*

4 *Majori adversùs præscriptionem ope restitutionis succurritur, intellige ut n.5.*

### L. Neque V.

*Iidem.* AA. *Secundino militi.*

COntra præscriptionem quadriennii currentem 1
in alienationibus per fiscum factis legitimè absenti restitutio datur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumit 2
Sfort. Odd. *in tract. de in integr. rest. p.2. quæst.89. art.8. ex num. 62.* ubi resolvit adversùs præscriptionem hujusmodi succurri majori adversùs fiscum, tam ad pretium recuperandum, quàm adversùs emptorem ad rem recuperandam.

In Gloss. *Posse, fin.* ibi, *datur enim restitutio.* No- 4
tatur ad hoc, quod majori hoc casu ope restitutionis succurri debet, ut per Sfort. *d. q.89. n.65. & 66.* ubi *n.67.* respondet verba hujus textus, ibi, *obesse non posse*, intelligi inspecto affectu, quo inspecto utique non obest absentia, vel aliud justum impedimentum ei, qui adversùs illud restitui potest, *l. nemo,* 5
*ff. de rest. in integrum.*

## SUMMARIUM.

1 *Venditio pignoris facta à creditore absente debitore Republ. causa, per restitutionem rescinditur, & num. 2.*

3 *Venditor si rem emptam alteri nulliter vendidit, potest illam ab emptore repetere, reddito ei secundò pretio, si minoris emerit secundus emptor, quàm primus.*

4 *Miles absens justa ex causa, aut etiam minor, non restituitur adversùs tempus, aut pœnam conventionalem, licet restituerentur adversùs legalem.*

### L. Si cum militaribus. VI.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. AA. *Germano centurioni.*

1 VEnditio pignori facta à creditore absente debitore Reipublicæ causa per restitutionem rescinditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumit Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. p. 2. q. 84. art. 6. ex num. 49.*

*Vel pretio, si minus debito fuisset.* ] Notatur ad hoc, 3 quod si rem emptam venditor nulliter alteri vendidit, venditor potest illam ab emptore repetere, reddito ei secundo pretio si minoris emerit secundus emptor quàm primus, ut per Tiraquell. *de retractu lign. §. 12. gloss. 1. num. 28.* ubi *n. 19.* citato hoc textu dicit illum locum habere quando is opponit non debere se rem restituere, nisi & sibi restituatur pretium à se datum.

In Gloss. *Distraxerunt.* Notatur ad hoc, quod 4 miles absens justa ex causa, aut etiam minor, non restituitur adversùs tempus, aut pœnam conventionalem, licèt restituerentur adversùs legalem, de quo an verum sit, vide *gloss. 2. ad fin. & gloss. 4. per tot. l. 47. tit. 13. part. 5.* Bald. *de præscript. 1. part. 6. princ. vers. 23. & 30.* Tiraquell. *de retractu convent. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 57. cum seqq.* latè Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, n. 93. cum seqq.* Sfort. Odd. *d. p. 2. q. 84. art. 6.*

## SUMMARIUM.

1 *Successor non potest rescindere, factum legitimum prædecessoris, & n. 2.*

2 *Dignitas superveniens nil operatur in iis, quæ jam sunt ordinata.*

### L. Ea quæ VII.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Marinæ.*

1 SUccessor non potest rescindere factum legitimum prædecessoris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad 1. n. l. 1. super. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 24. tit. 13. part. 5.* Balb. *de præscript. p. 6. princip. vers. 23. & 30.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. gloss. 9. n. 48 & n. 54. & in præf. de jure primog. n. 132.*

3 ubi infert ad hoc, quod in iis, quæ jam sunt ordinata, superveniens dignitas nihil operatur.



## SUMMARIUM.

1 *Miles dum est occupatus in expeditionibus, gaudet privilegio restitutionis, & n. 2. resolve ut n. 3.*

4 *Privilegia competunt privatis militibus stipendiatis, & armigeris, donec sunt in exercitio armorum, vel in bello, vel in custodia arcis, vel civitatis, amplia ut num. 5.*

### L. Sancimus. VIII. & ult.

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Mennæ. P. P.*

MIles dum est occupatus in expeditionibus, privilegio restitutionis in integrum gaudet, quia 1 ubi occupatio est causa privilegii, ibi cessante occupatione cessat privilegium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad lib. 1. num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo.

Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt 2 Bellug. *in speculo Principum, rubr. 20. n. 20. fol. 115.* Maurit. *de in integr. rest. cap. 83. n. 3. & cap. 333. cum seq.* Viv. *tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 25. quibus ex causis minores, n. 5. pag. 344.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 19. cap. 17. n. 1.* Joan. Bapt. Costa *de facti scient. & error. inspect. 84. n. 11. & 15.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integrum rest. part. 1. quæst. 6. art. 5. a n. 14. & art. 6. n. 18.* resolvit, quod si milites, vel alterius, 3 vel nostri temporis verè militant, & in expeditione sunt, & vitam propriam pro Principe, vel patria exponunt, restitutionem in integrum merentur.

*Qui in expeditionibus occupati sunt*, &c. ] Adverte 4 quòd privilegia competunt privatis militibus stipendiatis, & armigeris, donec sunt in exercitio armorum, vel in bello, vel in custodia arcis, vel civitatis, ut in plerisque civitatibus sunt homines armati ad portas, & ad plateas civitatum pro custodia, de quo vide Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 3. solut. 8. n. 6. fol. 260.* aliàs *fol. 67. verbo, In nova impress.* Menoch. *cons. 408. n. 56. & cons. 909. num. 11.* Joan. Bapt. Costa *d. inspect. 84. num. 13.* Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. cap. 118. consid. 1.*

Ad illos qui de Principis, vel civitatis mandato 5 sequuntur exercitum, ut sunt Doctores, quæstoresve militum, iterum Medici, & judices, qui dicuntur abesse Reipubl. causa, sicut milites, extendit Sfort. Odd. *d. p. 1. q. 6. ex n. 19.*

*De uxoribus militum, qui Reipubl. causa absunt.*

### TIT. LII.

QUEMADMODUM militibus, & aliis Reipubl. causa absentibus succurritur per restitutionem, ut superiùs dictum: ita etiam uxoribus, si viros secutæ per absentiam damnum passæ sint.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesembec. Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restitut. part. 1. quæst. 6. art. 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Uxores militum, qui viros militantes sequuntur, gaudent beneficio restitutionis, & n.2.*

3 *Mulieres maritorum suorum conditione tenentur.*

### L. Temporalibus. I.

*Impp.* ALEXANDER A. *Secundinæ.*

1 UXores militam, qui viros militantes sequuntur, restitutionis beneficio gaudent. Colligunt ex O . . Bart. Salicet. Bald. Castr. Petr. de Bellap. Jacob. de S. Georgio, Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Capyc. D. Barbos. *in l. quia tale, num. 27. ff. soluto matrim.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. part. 1. quæst. 6. num. 24.* ubi advertit, quod licèt malum sit quod uxores sequantur viros suos in bellum, tamen ad tollendam occasionem pejoris mali, id est, vel desertionis militiæ, vel sterilitas, vel adulteriorum, si quando continere nequirent absque maritis, potest dici bonum hoc.

3 Notari etiam solet hic textus ad hoc, quod mulieres maritorum suorum conditione tenentur, de quo vide plura ad *l. Hispan. 3. tit. 5. part. 2. & l. 7. tit. 2. part. 4.* Padil. *in l. voluntas, num. 5. de fidei.* Tiraq. *ad leges connub. gloss. 1. n. 18. & de jure mariti gloss. 2. n. 54 & seqq. de nobilit. c. 18.* Mex. *in tract. taxa panis concluf. 2. n. 63.* Solorzan. *de parricid. lib. 2. cap. 13.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 1. §. 1. n. 44.* Pichard. *in tract. de nobilit. communicat. num. 17.* D. Barbos. *in l. quia tale, n. 23. cum seqq. ff. soluto matr.*

## SUMMARIUM.

1 *Uxor militum probabiliter cum maritis absentes, & peregrinantes, restitutionis auxilio contra res in absentia venditas, pretio tamen emptionis soluto, juvantur, & n. 2.*

3 *Restitutionem in integrum petens probare debet quod res de qua agitur, pertineat ad eum jure domini, vel possessionis, vel alterius rationabilis interesse, limita ut n. 4.*

5 *Dominium rei, vel possessio, aut aliud interesse in causa, ad plenè probandum, vel sufficiat semiplena probatio, remissivè.*

### L. Ei quæ diutissimè. II. & ult.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Quintilianæ.*

1 UXores militum probabiliter cum maritis absentes, & peregrinantes restitutionis auxilio contra res in absentia venditas, pretio tamen emptionis soluto, juvantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumit Mascard. *de probat. concl.* 1277. aliàs *concluf.* 1283. *num.* 1.

3 *Demùm ad spectinere monstraverit*, &c.] Notatur ad hoc, quod ab eo, qui petit restitutionem in integrum, probari debet, quod res de qua agitur, pertineat ad eum jure dominii, vel possessionis, vel alterius rationabilis interesse. Ita Mascard. *de concluf.* 1238. *per tot.* Sfort. Odd. *in tract. de integrum restitut. part. 5. quæst. 39. ex num. 7.* qui limitat quando esset præscriptum jus personale, vel quando unà cum dominio rei amissa quoque fuisset possessio ejus ex causa justæ absentiæ, vel alio justo impedimento, Et idem Sfort. Odd. *d. quæst. 39. art. 3.* disputat an dominium rei, vel possessio, aut aliud interesse in causa debeat probari plenè, an verò sufficiat semiplena probatio. 4 5

*De temporibus in integrum restitutionis, tam minorum, & altorum personarum, quæ restitui possunt, quàm etiam hæredum eorum.*

## TIT. LIII.

TRactantur hîc communia minoribus, & Reipubl. causa absentibus, nempe quando aut ipsi, aut eorum hæredes restitutionem petere possint. Restitutio autem petenda est intra quadriennium continuum quod minori statim ac major factus est, id est, ex prima die anni 26. currit; actio tamen de dolo datur intra biennium. 1

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Turzan. Villalob. & Bellacom. *tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 24.* Sfort. Odd. *in tract. de integr. restitut. part. 1. quæst. 19.* Octavian. Simoncel. *de decretis lib. 1. tit. 1. respect. 1. num. 69.* 2

### L. In his. I.

AA. GORDIANUS A. *Pudenti Militi.*

MIliti restitutionem merenti tempus petendæ restitutionis currere incipit à die missionis. Colligunt ex ordin. Bart. Salicet Bald. Petr. de Bellapert. Jacob de S. Georgio, Aloys. Leo, Sebast. Næv. remissivè Casa *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Vide dicta *in collectan. ad l. sancimus 8. suprà de restit. milit.* 2

## SUMMARIUM.

1 *Minori si succedit majori causa militiæ absenti toto tempore minoris ætatis, tempus restitutionis petendæ non currit.*

2 *Hæredes minoris intra quadriennium possunt petere restitutionem in integrum.*

### L. Si intra II.

*Idem* A. *Secundino militi.*

SI minor succedit majori causâ militiæ absenti, toto tempore minoris ætatis tempus restitutionis petendæ non currit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.* 1

Vide *l. Hispan. 8. prope finem, tit. 19. part. 6.* ubi quod hæredes minoris intra quadriennium possunt petere restitutionem in integrum, Cæs. Ursil. ad Afflict. *decis. 29. num. 9.* 2

SUMMA

## SUMMARIUM.

1 *Quadriennium petendæ reſtitutionis, quod datur minori facto majori, non currit abſenti cauſa Reipublicæ.*

2 *Quadriennium hujuſmodi retardatur propter juſtum aliquod impedimentum poſtquam incepit currere contingit ſicut ab initio.*

### L. Si intra annos. III.

*Idem* A. *Mutiano militi.*

1 QUadriennium petendæ reſtitutionis, quod datur minori facto majori, non currit Reipublicæ cauſa abſenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem tenet Sfort. Odd. *in tract. de in integrum reſtitut. part. 1. quæſt. 20. num. 51. & art. 7. num. 70.* tenet quod quadriennium hujuſmodi ita retardatur, & ſuſpenditur propter juſtum aliquod impedimentum poſtquam incepit currere, contingens ſicut ab initio.

### L. Ex perſona. IV.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Dionyſio.*

1 BEneficium reſtitutionis in integrum ex quacumque cauſa competens ad hæredes tranſmittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. minor. part. 1. quæſt. 50. art. 1. ex num. 3.* multipliciter ampliat, & deinde limitat.

## SUMMARIUM.

1 *Tempus petendæ in integrum reſtitutionis in minori ætate non currit his, qui veniam ætatis non impetrarunt.*

2 *Tempus utiles anni, quod ad reſtitutionem petendam ſupererat defuncto currit, ejus hæredi minori, ſed demum facto majori.*

3 *Major ſuccedens minori habet annum utilem, hodie quadriennium continuum ad petendam reſtitutionem ex perſona defuncti.*

4 *Minor impetrans veniam ætatis oportet oſtendat coram judice privilegium & gratiam Principis, & judex decernat adminiſtrationem.*

5 *Præſcriptio non currit contra hæreditatem jacentem.*

6 *Hæredi minoris læſi tantum temporis ſupereſt ad petendam reſtitutienem in integrum ex perſona illius, quantum ſupererat ipſi læſo tempore mortis ejus. Limita ut n. 7.*

### L. Ea quæ V.

*Impp.* CONSTANT. A. *Ad Baſſum PP.*

1 PEtendæ in integrum reſtitutionis tempus in minori ætate non currit his, qui veniam ætatis non impetrarunt. Item tempus utilis anni, quod ad reſtitutionem petendam ſupererat defuncto, currit ejus hæredi minori, ſed demùm facto majori. Item major ſuccedens minori habet annum utile, hodie quadriennium continuum ad petendam reſtitutionem ex perſona defuncti. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 3

Vide Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 14. n. 12. verſ. item adde*, ubi citato hoc text. ait, quod requiirtur quod prædictus minor impetrans veniam ætatis oſtendat & præſentet coram judice privilegium & gratiam Principis, & judex concedat & decernat adminiſtrationem, Joſeph. Ludov. *communium opin. tit. de præſcriptione, conſ. unica, in princip. n. 1.* ubi poſt aliquos refert, tenet per hunc text. præſcriptionem non currere contra hæreditatem jacentum, de quo etiam Sfort Odd. *in tract. de in integr. reſtitut. p. 1. q. 20. art. 9. ex num. 82.* 4 5

*Ita tamen ut nunquam minori*, &c. ] Notatur ad hoc, quod tantum temporis ſupereſt hæredi ipſius læſi ad petendam reſtitutionem in integrum ex perſona illius, quantum ſupererat ipſi læſo tempore mortis ejus, ut per Sfort. Odd. *dict. p. 1. q. 20. art. 8. ex n. 77.* ubi *n. 78.* limitat ut non procedat quando ipſe quoque hæres eſſet minor; nam illud reſiduum quadrienni, vel etiam totum quadriennium, quod competebat ipſi auctori defuncto, non currit hæredi minori in minore ætate, ſed poſt 25. annum, adeò quod hæres habebit quando plus temporis, quàm haberet defunctus tempore mortis ejus, ſcilicet omne tempus, quo minor extiterit, deinde omne tempus, quod defuncto ſuper fuit. 6 7

## SUMMARIUM.

1 *Tempus querelæ ob dotem non numeratam ipſo jure currit minoribus favore, dotis, ſalvo tamen beneficio reſtitutionis tam minori, quàm hæredibus*, & num. 2.

3 *Exceptionem numeratæ dotis, & tempus proponendi illam, currit minori, ſed eidem datur reſtitutio.*

### AUTH. Si minor.

1 TEmpus querelæ ob dotem non numeratam ipſo jure currit hominibus dotis favore, ſalvo tamen reſtitutio beneficio tam minori, quàm hæredibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt. Gregor. Lop. *l. 9. gloſſ. 1. col. 2. poſt med. tit. 29. p. 6.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, num. 4.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. p. 1. quæſt. 19. art. 3. num. 29. & 30. & q. 20. num. 81.* ubi per hunc text. dicit quod hæres habet quinquennium tantùm, licèt defunctus habuiſſet 12. annos ſi vixiſſet, & hoc ſi hæres ipſi quoque ſit minor, ſi verò ſit major, habet tantum annum utilem ad petendam reſtitutionem in integrum adversùs dotem cautam non numeratam, *& p. 2. quæſt. 88. art. 3. numer. 48.* ubi quod exceptio non numeratæ dotis, & tempus proponendi illam currit minori, ſed eidem datur reſtitutio. 3

## SUMMARIUM.

1 *Dilatio quæ tempus inſtantia non excedit, reo & actori æqualis eſto in conceſſione: reo autem ſoli conceditur, ubi tempus concedit inſtantia.*

2 *Major adversarius potest uti termino concesso minori ad faciendam probationem.*

3 *Instatia non currit actori, si reus subterfugiens causam trahat, ac protelet.*

4 *Minor restitutio ad producendum testes post dedicta testificata, adversarius non privilegiatus potest illa ineunte dilatione alios testes producere.*

5 *Dilatio uni partium concessa, alteri est communis, & ea uti potest pars adversa, nec est communis ei qui jam probationibus renunciavit,* num. 6.

7 *Dilationi ejusmodi alter in alterius præjudicium renuntiare non potest, nisi daretur in favorem minoris non per restitutionem in integrum.*

## L. Petendæ. VI.

### *Idem* A. *Ad Julianum P. V.*

1 DIlatio, quæ tempus instantiæ non excedit, reo & actori æqualis in concessione esto: reo autem soli conceditur, ubi tempus instanta concedit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo.

2 Vide Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 5. post princip.* ubi quod adversarius etiam major potest similiter uti termino concesso minori ad probationem faciendam, Tiraq. *de retractu lig. §. 12. gloss. 2. num. 1.* ubi quod non currit instantia actori si reus

3 subterfugiens causam trahat ac protelet. Menchac. *controvers. usufrequent. cap. 31. num. 12.* ubi quod minore restituto ad testes producendos post didicita testificata, adversarius non privilegiatus potest illa ineunte delatione alios testes producere. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel adversarii dolo,*

4 *n. 12.* ubi quod illo casu, quo minor ad probandum est restitutus, potest adversarius suam intentionem pariter probare, & testes producere. Bernard. Gravæ, *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 91.* Donel. *in comment. juris civilis, lib. 24. cap. 6. col. 2.*

Notatur hic text. ad hoc, quod dilatio uni par-

5 tium concessa alteri est communis, & ea potest uti part adversa, ut per Marant. *de ordine judic. part. 6. titul. de dilationib. num. 8.* Boër. *decis. 352. numero 3.* Ozasc. *Pedem. decis. 79. num. 4.* Vincent. de Franch. *decis. 269. num. 3.* Azeved. *l. 3. n. 45. tit 8. lib. 4. novæ Recop.* Cavalcan. *p. 1. decis. 21. num. 9.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 32. num. 2.* Cardos. *in praxi judicum, & Advocator. verbo dilatio, num. 8.* Petr. Gregor. *Syntagm. juris lib. 48. cap. 8 num. 18.* Curia Philip. *part. 1. §. 16. numer 9.* Camil. Borrell. *in sum. omnium decis. tit. 47. de dilation. num. 50.* Amat. Roderic. *in pract. tic. cap. 7. num. 25.* Menoch. *cons. 367. num. 33.* ubi *num. 28. vers.*

6 *primo.* tenet quod est communis ei, qui jam probationibus renunciavit, & *numer. 35 & 38.* idem asserit ubi verisimiliter subornationis periculum in adversario dilationem sibi communem esse contendente timeri posset.

Alter in alterius inviti præjudicium hujusmodi dilationi renunciare non potest, nisi daretur in favorem minoris per restitutionem in integrum, quia si tunc minor renunciat dilationi sibi concessæ, non potest adversarius ea uti, de quo vide Cavalc. *dict. decis. 13. num. 9.* Perez *l. ult. in fine, tit. 5. lib. 3. Ord. pag. 578.* Soar. *in thesauro commun. lit. D, num. 76.* Guttier. *d. q. 32. num. 3.* Rug. Roland. *de commissar. p. 1. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Azeved. *l. 3. num. 3. tit. 8. lib. 4. novæ Recop.* Valasc. *cons. 25. num. 11.* ubi tenet quod si alter a pars, cui dilatio restituitur ex jure speciali, re integra dilationi renuntiet, tunc renunciatio hæc obest adversario.

## SUMMARIUM.

1 *Pro anno utili datur hodie quadriennium continuum ad petendam restitionem, sed huic obest minor ætas, justa absentia, & impedimentum legitimum,* & num. 2.

3 *Minori infra quadriennium post legitimam ætatem, quod incipit ei currere à die, quo ipse incepit major effici, & sic post lapsum perfectum totum 25. annum, potest implorare restitutionem in integrum.*

4 *Restitutionem in integrum petens ex edicto minorum debet probare, quod est infrà quadriennium, nec excedat 29. annum.*

5 *Minor læsus si remedio restitutionis uti velit ultra quadriennium, non est audiendus, etsi opponat per viam exceptionis, nisi læsio esset enormissima, num. 6. limita etiam ut n. 7. & 8.*

9 *Tempus assignatum debet esse continuum.*

10 *Quadriennium continuum hodie, olim annus utilis erat.*

11 *Quadriennium solum datur ad inchoandam litem super restitutione, non verò ad illam finiendam.*

12 *Restitutio in integrum post quadriennium conceditur ex rationabili causa.*

13 *Divisio magistralis temporis utilis, & continui, remissive.*

14 *Quadriennium non incipit currere, nisi à die completæ læsionis, & præscriptionis.*

15 *Restitutio infra totum quadriennium semper peti potest, etiamsi læsio sit minori spatio temporis, contrarium vide n. 16.*

17 *Minor quando impeditur adversarii, & vel judicis facto non potuit liti finem imponere infrà quadriennium, tunc illud non currit.*

## L. Supervacuam. VII. & ult.

### *Impp.* Justinianus A. *Joanni P. P.*

1 PRo anno utili datur hodie quadriennium continuum ad restitutionem petendam, sed huic obest minor ætas, justa absentia, & impedimentum legitimum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 8. tit. 19. part. 6. ubi gloss. 5.* Bernard. *reg. 653.* Bilb. *de præscript. 1. part. 6. princip. num. 27.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 14. num. 7.* Emman. Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, p. 2. num. 85.* Cov. *lib. 1. var. cap. 3. n. 11.* Menoch. *de succes. creat. § 10. à num. 30.* Cujac. *lib. 16. observ. 12.* Turzan. & Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 24 num. 2. & lib. 25. à num. 6.* Donell. *comment. juris civilis lib. 21. cap. 5. col. fin. & cap 9. per tot.* Peregr. *lib. 4. cons. 102. num. 64. cum seqq.* Surd. *decis. 136.* Thesaur. *quæst. forens. lib. 4 q. 75. num. 9.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 6. §. 2. num. 14.* Alphan. *collect. 75.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate, num. 35. cum multis seqq. & verbo infrà à n. 1. & quæst. forens. lib 1. q. 22. num. 20.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1036.* Morl. *in emporio juris, p. 1. tit. 5. q. 6.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de restit. in integr. resol. 4.* latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. q. 19. & 29. p. 1.* Cancer. *var. resolution. tom. 2. cap. 1. de minoribus, n. 33. cum seqq.*

*Et aliis provinciis quadriennium,* &c.] Advertendum est, quod minor infra quadriennium post 3 legitimam ætatem, quod incepit ei currere à die, quo

ipse

ipſe incepit major effici, & ſic poſt lapſum perfectum totum 25. annum poteſt in integrum reſtitutionem implorare. Ita Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit.41. §. 6.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap. 14. num. 6. col.2. in fine* Mauric. *de integr. reſtitut. cap. 46.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo infra legitimum tempus, num.3.* Giurba *deciſ.106. n.5.*

4 Et petens reſtitutionem in integrum ex edicto minorum debet probare quod eſt infrà quadriennium, nec excedit 29. annum, vide Menoch. *conſ. 100. num 289.* Maſcard. *de probat. concl. 1058. n. 32. & concluſ. 1228. num.2.* Morla *d. p.1. tit.5. q.10. n.3.* Cald. Pereira *d. verbo infrà n.19.* Sfort. Odd. *in tract. de in integr.reſtit.p.2.q.39. art.1. à n.1.*

5 Unde minor lætus, ſi hoc remedio ultra quadriennium uti velit, non eſt audiendus, etſi per viam exceptionis opponat, ut per Bernard. *reg.653.* Matienz. *d.l.1. gloſſ.10. n.8. tit.1. lib.5. novæ Recop.* Sfort. Odd. *d.lib.1.q.19. art.5. n. 50.* Alexand. Trentacinq. *dict. tit. de reſtit. in integr. reſol.4. n.13.*

6 Limita in læſio eſſet enormiſſima, nam tunc ultra quadriennium datur reſtitutio, Bernard. *reg. 653. in verſ. octavò, & in verſ. decimò,* Cov. *lib.1. var. cap.3. num.13.* Mynſing. *cent.1. obſervat.51. num.7.* Suar. *d. tom.1. commun. opin. lib. 2. tit. 24. num. 6.* Padill. *in l.2. num.48. de reſcind. vendit.* Emman. Coſta *in leg. Gallus, §. & quid ſi tantum, num.80. ff. de liber. & poſthum.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap.14 num. 20.* Azeved. *l.1. num.52. lib.5. tit.11. novæ recop. & ibi* Matienz. *gloſſ.8. num.49.* idem Matienz. *in Dial.relator. p.3. cap.20.* Joan. Garc. *de expenſ. cap.18. n.36.* Guttier. *de juram. confirmat. part.1. cap. 26. num.7. in fine, & practicar. lib.1. quæſt.115. n.33.* Parlard. *lib.2. rerum quotidian. cap. fin.p.1. §.16. num.14.* Felician. de Solis *de cenſib. lib.2. cap.1. n. 40.* Sfort. Odd. *d.p.1.q.19. art.7. num. 66.* Mola *d. tit.5. in prælud. num. 16. verſ. ſed reſtat. videre.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ.21. num.28.* Mar. Giurba *deciſ. 106. num. 12.* Stephanus Gratian. *diſcept. forenſ. cap.146. num.20.* Caſtill. *lib.3. quotid. cap.23. num.49.*

7 Limita etiam hujuſmodi triennium non currere probabiliter ignoranti: ita Bernard. *d.reg.653. verſ. ſextò fallit.* Tiraq. *de retractu lig. §. 35. gloſſ. num.21.* Cov. *in reg. poſſeſſor, q.3. §.3. num.3.* Pichard. *comm. opin. tom 1. lib.2. tit. 25. n. 8. pag. 445.* Simoncel. *de decretis lib. 3. tit 9. num.6* Menoch. *remed.15. recuper. num.115. cum ſeq.* Maſcard. *de probat. concl. 1276.* Sfort. Odd. *d. part.1.q.20. n.38. verſ. in contrarium,* Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic. lib.3. q.7. num. 82.* Cald. Pereira *d. verbo infra legitimum, num. 3.* Gard. Tuſch. *lit. R, concl. 298. num.9.16. & 43.* Alexan l. Trentacinq. *var.reſol. lib.2.tit.de in integr. reſt. reſol.1, n.5. & reſol. 4. num.17.* Cancer. *var. reſol. lib.2. cap.1 num.219.* Cevall. *Communium contra commun. q. 48. num. 14.* Perez de Lara *de vita hominis, cap.25. n.83. & 88.* Giurba *d. deciſ.106. num.10.* ubi ſupinam, & craſſam ignorantiam non ſufficere ad retardandum quadriennium tradit, & præſumptam ſcientiam ſufficere, ad quod plures adducit.

8 Neque legitimè impeditus currit, de quo Sfort. Odd. *d. quæſt.19. à n.56.* Cald. Pereira *d. verbo infra legitimum, n. 3. cum ſeqq.*

Limita denique quando partium conſenſu quadriennium fuerit prorogatum, Salzed. *ad Bernard. d.reg.653. verſ. & ultra decem,* Alexandr. Trentacinq. *d.tit.de in integr.reſt. reſol.4. num. 15.* & Sfort. Odd. *dict. part. 1. q.19. art.10. n. 86.* ubi *n.88.* ait procedere dummodo expreſsè adverſarius conſentiat.

9 *Continuum tantummodò numerari,* &c.] De tempore aſſignato, quod debeat eſſe continuum, vide Tiraq. *de retractu lig. §.1. gloſſ.11. n.21.* Anton. Gom. *tom.3. variar, cap.1. numer.3. colum. 2. & cap. 8. numero 2.* Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap.13. num.3.*

*Ex die ex quo annus utilis currebat,* &c.] Olim namque erat annus utilis, ut *in l. interdum, ff. de minor.* hodie eſt quadriennium continuum. Sfort. Odd. *d. part. 1. q.1. num. 18.* ubi *num. 19.* rationem hujus mutationis aſſignat, quia propter diverſum morem & ſtylum feriarum iſte annus utilis alicubi fortè longior, alicubi verò brevior. Et annum cùm dicunt Jureconſulti, ferè utilem accipiunt, hoc eſt, qui ex diebus 365. utilibus conſtat, ita Govean. *lection. juris, var. lib.1. c.10.* 10

*Ad interponendam conteſtationem, finiendamque litem.*] Uſus & praxis contra diſpoſitionem hujus text. obſervat, quod hoc quadriennium ſolùm datur & aſſignatur ad inchoandam litem ſuper reſtitutione, non verò ad illam finiendam, ut obſervarunt Morl. *d. tit. 5. in prælud. num. 16.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de reſtit. art.2. gloſſ. 1. n.4. cum ſeqq.* ubi eleganter adnotavit hujus legis litterarum aliter legendam eſſe in hunc modum, *Temporis continuatio obſervetur ad interponendam conteſtationem, inchoandamque litem.* Optimè Cald. Pereira *in dict. verbo infra legitimum, num. 1.* ubi *propè fin.* advertit rectiùs dici poſſe litteram hujus text. corruptam eſſe, & legendam, *faciendámque litem*, non *finiendam:* neque id eſt alienum ab oratione hujus l. nam cùm Juſtinianus jus antiquum corrigens (quo annus utilis condebatur ad implorandam reſtitutionem) quadriennium concederet numerandum ab eo die, & tempore, quo annus ille numerabatur, ideo quemadmodum ille annus ſecundùm jus vetus erat minori conceſſus ad inchoandam litem, non finiendam; ita etiam quadriennium debet ad illam initiandam eſſe conceſſum, ut ſapiat naturam ejus in cujus locum fuit ſubrogatus, quidquid dicat Sfort. Odd. *d. part. 1. q.19. à n.93.* 11

*Vel aliis legitimis cauſis,* &c.] Nota judicem poſſe ex rationabili cauſa reſtitutionem in integrum poſt quadriennium concedere, de quo vide Menchac. *Illuſtr. quæſt. lib. 1. quæſt. 31. num. 25.* Sfort. Odd. *d. p.1.q.19. ex num.82.* ubi *num* 83. advertit regulam certam tradi non poſſe ad oſtendendum quæ dicatur juſta cauſa ex qua moveri debeat judex, quia arbitrio ejus committi debet, ſed tamen dici poteſt quod quoties apparebit judici, quod læſus juſto impedimento detentus non potuit reſtitutionem in integrum petere, vel expedire infrà quadriennium, concedit eidem etiam poſt quadriennium, per *l. non enim, ff. ex quibus cauſis major.* hujuſmodi autem impedimentum ſunt infirmitas, abſentia, furor, paupertas, &c. 12

In Gloſſ. *Supervacuam.* Magiſtralem diviſionem temporis utilis, & continui, quam facit hæc Gloſſ. tradunt Bart. *in tract. de tempore utili, & conditione, cap.3. ſub num.7.* Sfort. Odd. *d. part.1.quæſt.19.art.3. ex num.13.* 13

In Gloſſ. *Illuxerit.* ibi, *& hoc ſi in minori ætate contingit læſio,* &c. Probat hæc Gloſſ. quod quadriennium non incipit currere niſi à die completæ læſionis, & præſcriptionis, & per Maurit. *de in integr. reſt. cap.44.* de cujus tamen articuli veritate vide Sfort. Odd. *d.p.1.q.20.art.2. ex n.15.* 14

In Gloſſ. *Continuatio*, ibi, *hoc ſi hic abſens major lædatur tanto tempore*, &c. Probat hæc Gloſſ. quod reſtitutio intra totum quadriennium ſemper peti poteſt, etiamſi læſio ſit minori ſpatio temporis, ut per Tiraquel. *de retractu lig. §.35. gloſſ.2. num. 12. & 13.* Bald. *de præſcript. p. 6. num. 27. & 28.* Afflict. *q.175. num.2. & 3.* Contrarium tamen, immò quando minor petit reſtitutionem adversùs temporis lapſum minorem quadriennio, debere peti reſtitutionem infrà tantum tempus, quantum eſt lapſum, minórque 15 16

lætus

læsus, ut per Bernard. *reg.* 653. *fallent.* 9. Capill. Tolos. *decis.* 178. *n.* 2. Maurit. *c.* 42. Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. in quæst. de rest. in integr.* §. 1. *n.* 2. Anton. Gom. *dict. tom.* 2. *c.* 13. *post. n.* 7. *vers. quod intellige*, Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib.* 8. *c.* 9. *n.* 23. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo infrà legitimum, n.* 8. Surd. *dec.* 236. *n.* 2. Sfort. Odd. *dict. p.* 1. *quæst.* 19. *art.* 4. *n.* 39. ubi *n.* 40. distinguit.

71 In Gloss. *Excipiatur*, ibi, *item excipitur tempus, quo impediatur agere*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando minor impeditus adversarii, vel judicis facto non potuit liti finem imponere infra illud quadriennii tempus, tunc illud non currit, ut per Donnell. *commen. juris civilis lib.* 21. *cap.* 10. §. *pen.* Sfort. Odd. *d part.* 1. *q.* 20. *n.* 54. Cald. Pereira *d. verbo infra legitimum, num.* 2.

## *Quibus ex causis majores in integrum restituantur.*

## TIT. LIV.

MAJORES restituuntur, non solùm propter Reipubl. causâ absentiam, de qua suprà, sed etiam propter alias causas hîc narratas.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vvesembec. Bonacos. Pichard. Soar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 25. Sfort. Odd. *in tract. de in integr. restit. part* 1 *quæst.* 27. *cum tribus seqq.*

### L. Si propter I.

*Impp.* ANTONINUS A. *Æmiliano*

1 LEgatis indefensis, & condemnatis succurritur per restitutionem in integrum. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Jacob. de S. Georgio, Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan.* 10. *tit.* 23. *part.* 3. *ubi gloss.* 5. Cujac. *lib.* 20. *observ.* 14. Maurit. *de in integrum rest. cap.* 422. Sfort. Odd. *in simili tract. part.* 1. *quæst.* 6. *artic.* 10. *num.* 33.

### SUMMARIUM.

1 *Impedimentum carceris prodest læso per sententiam ad petendam restitutionem in integrum, & num.* 2. *limita ut n.* 3. *&* 5. *amplia ut n.* 4.

6 *Restitutionem in integrum petens, & ad eam consequendam impedimentum allegans, illud probare debet, limita ut n.* 7.

### L. Si idcirco. II.

*Idem* A. *Dionysio.*

1 IMpedimentum carceris prodest læso per sententiam ad petendam restitutionem in integrum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Bart. *in tract. de carcerib. num.* 7. Gig. *de pensionib. q.* 35. *num.* 4 Flamin. Paris. *de resign. beneficior. lib.* 11. *q.* 13. *num.* 122. ubi *num.* 123. limita nisi fuisset carceratus ob delictum, latè Sfort. Odd. *in suo tract. de integrum restit. p.* 1. *quæst.* 7. *art.* 5. *à num.* 28. ubi *num.* 29. ait procedere non solùm si detineatur intra clausuram, & carcerum mœnia, sed etiam si sub fidejussoribus dumtaxat: & *num.* 38. extendit etiamsi 4 quis nullo alio impedimento detinetur, quàm juramento, videlicet quia juravit non recedere de loco; nam & iste dicitur vinculis detentus: & *à n.* 40. 5 limitat in carceribus, crimine falsi, vel nisi ista carceratio publica cum dolo fieret ab ipso magistratu, & ex consensu ipsius carcerati, ut adversarium eluderet, & quando quis ob delictum suum carceratus fuisset.

*Idque in veritate esse Præsidi provinciæ probaveris.*] 6 Notatur ad hoc, quod restitutionem in integrum petens, & ad eam consequendam impedimentum allegans, illud debet probare, ut per Mascard. *de probat. concl.* 1275. aliàs 1281. *ex n.* 1. ubi *n.* 4. advertit non satis esse impedimentum in libello allegare, nisi postquam allegatum fuerit, offerat actor se idem probaturum: & *num.* 10. firmat, quod regulariter ab ipso allegante sit impedimentum plenè probandum: latè Sfort. Odd. *in tract. de in integrum restit. part.* 1. *q* 38. *art.* 1. *ex num.* 1. ubi *num.* 10. *cum seqq.* limitat diversis modis, & præcipuè si impedimentum fuit 7 nororium, videlicet belli, pestis, transitus exercitus hostilis, vel processit à judice: & *art.* 2. *ex num.* 33. disputat, an sufficiat simpliciter probare impedimenta, & causas hujus restitutionis, an verò requiratur etiam probatio qualitatis ipsius impedimenti: & *art.* 3. *ex n.* 32. quærit an plenè, vel semiplenè prædicta probari debeant.

### SUMMARIUM.

1 *Majoribus in contractibus bonæ fidei enormiter læsis judex imploratus ex officio subvenit, & num.* 2.

3 *Læsio enormis an sit justa causa restitutionis etiam ipsis majoribus.*

### L. In contractibus. III.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Proculo Decurioni.*

MAjoribus in contractibus bonæ fidei enormi- 1 ter læsis judex imploratus ex officio subvenit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati. *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2 munt Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap* 2. *n.* 22. *vers. item adde prosequendo*, Pinel. *in l.* 2. *de rescind. vendit. p.* 1. *cap. num.* 29. ubi reprobat eorum sententiam, qui variantes circa intellectum illius *l.* 2. applicant hujus legis remedium, quod est restitutionis, ut constat ex illis verbis, *causa cognita*, & deinde ex aliis, ibi, *officio judicis*; cùm incasu *d. l.* 2. resolvant communiter Doctores actionem ex contractu dari: latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. rest. p.* 1. *q.* 14. *art.* 6. *ex num.* 49. ubi disputat an enormis læsio sit justa 3 causa restitutionis, etiam ipsis majoribus, & postquam hinc inde contrarias retulit sententias, tandem sic distinguit, Aut læsio est ultra dimidiam, & tunc ex clausula generali, *si qua mihi*, &c. dabitur restitutio ad libitum ipsius læsi, si magis ei expediat quàm remedium *d. l.* 2. *de rescind. vendit.* & multò magis si aliqua de causa cessaret in tali casu remedium ejusdem l. Aut læsio est infra dimidiam, &

tunc

tunc putat regulariter non dari reſtitutionem majoribus ex hoc capite, ea ratione potiſſimùm, quia non datur reſtitutio minoribus adversùs contractus, niſi enormiter in eis læſi fuerint, adeò quod læſio mediocris non ſufficiat eis ad reſtitutionem obtinendam: ergo fatetur, quod ſi in hoc conſtituenda eſt differentia aliqua inter eos, propter hanc læſionem ſolam non detur majoribus reſtitutio, niſi concurreret aliqua alia juſta cauſa æquitatis concedendi reſtitutionem iſtam, putâ ſi mulier in contractu læſa enormiter fuiſſet, vel ruſticus, vel miles, aut alius in ſumma, in quibus faciliùs præſumatur fragilitas conſilii, quàm in cæteris hominibus: & *num.* 53. ad hunc textum reſpondet, quod loquitur quando læſio eſt enormiſſima ultra dimidiam, & ſecundùm ea tempora, quibus non erat adhuc introductum remedium *dict. l.* 2. iniquum videbatur Imperatoribus non ſuccurrere etiam majoribus in tali caſu.

## SUMMARIUM.

1 *Reſpublica ad inſtar minoris gaudet beneficio reſtitutionis, & n.* 2. *Amplia ut n* 3.
4 *Fiſco, vel Principi an detur reſtitutio ex jure minorum, ſicut datur Reipublicæ.*
5 *Minor, & Eccleſia æquiparantur, parique paſſu ambulant.*

## L. Reſpublica IV.

### *Iidem* AA. *Priſciano.*

1 REſpublica ad inſtar minoris reſtitutionis beneficio gaudet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Adverte, & collige ex hoc textu, Rempublicam minorum jure uti ſolere, idcóque auxilium reſtitutionis implorare poſſe, & licèt certum ſit hanc legem loqui de republica Romanorum, tamen Doctores communiter tenent, cæteras quoque civitates eodem jure minorum frui. Vide *l. Hiſpan.* 10. *tit.* 19. *part.* 6. Cæpol. *caut.* 139. Affl ct. *in prælud. conſtit. q.* 5. *à Princip.* Maurant. *de ordine judic.* 3. *p. ſextæ partis, actu* 2. *n.* 97. Roland. *conſ.* 90. *n.* 27. *lib.* 1. Alph. *collect.* 650. Rebuff. *in l. bona civitatis, ff. de verbor. ſignif. pag. mihi* 140. Boër. *deciſ.* 265. *num.* 1. Chærian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *de ſacroſ. Eccleſ. n.* 25. *pag.* 148. Bellacomb. *lib.* 2. *tit.* 25. *num.* 12. *pag.* 148. Maurit. *de in integr. reſtit. q.* 317. Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 192. *& conſ.* 2. *n.* 334. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 1. §. 1. *n.* 18. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 70. *num.* 1. latè Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. p.* 1. *q.* 3. *ex n.* 58. *uſque ad* 65. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Minoribus n.* 61. *& quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 30. *n.* 15. Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 5. *in prælud. n.* 9. *verſ. undecimò*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Reſpublica* 1. *& verbo minor* 1. Cevall. *comm. contra commun. quæſt.* 4. *n.* 1. Cardoſ. *in praxi judicum, & Advocat. verbo res, n.* 38. latè Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *titul. de in integr. reſtit. reſol.* 3. *à princ.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 8. *tit.* 13. *n.* 14. Caſtil. *contr. lib. cap.* 5 *n.* 23.

3 Amplia primò in communitatibus, caſtris, & reliquis villis, quæ per adminiſtratores regunt, has enim ſicut civitates jure minorum in integrum reſtitui reſolvunt Maurit. *d. tract. c.* 417. Roland. à Valle *conſ.* 90. *n.* 27. *lib.* 1. *& conſ.* 68. *n.* 22. *lib.* 2. Marant *d. n.* 97. Bertazol. *conſ. civili* 41. *à num.* 38. *& conſ.* 124. *n.* 19. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 158. *num.* 24. *& ſeq.* ubi concludit hanc reſtitutionem dari villis, ſeu caſtris, tam parvis, quàm magnis, Sfort. Odd. *d. part.* 1. *q.* 3. *art.* 10. *ex n.* 66. ubi *n.* 71. limitat quando in hujuſmodi parvis villis paucorum hominum non adſunt minores, vel pupilli, aut furioſi, ſeu aliæ hujuſmodi perſonæ reſtitutione dignæ: & *artic.* 12. *à n.* 74. idem dicit de reliquis collegiis, licitis tamen, & approbatis, Alexand. Trentacinq. *d. reſol.* 3. *n.* 3. ubi concludit ex ea ratione, quia etiam in parva civitate non reperitur conſenſus verus, ſed fictus, cùm ſint multi pupilli, & infantes, qui non conſentiunt, nec poſſunt conſentire, quorum favore caſtra, & villæ habent reſtitutionem: & *num.* 4. tenet quæ competit civitati, caſtris, & villis competere ex clauſula generali, *ſi qua mihi juſta cauſa eſſe videbitur*, qui universitates reguntur per adminiſtratores, & & ideò homines repræſentantes univerſitatem ignorant quid per adminiſtratores fiat, & ratione hujus ignorantiæ ex clauſula generali competit in integrum reſtitutio. Et paulò infrà reſolvit quod civitates, villæ, & caſtra habent quadriennium ad petendam reſtitutionem in integrum, quæ incipit à die læſionis, quia non expectantur effici majores; eo tamen caſu etiam poſt quadriennium audirentur, quando damnum eſſet eminentiſſimum, vel ex capite ignorantiæ reſtitutionem in integrum peterent.

An fiſco, vel Principi detur reſtitutio ex hoc jure 4
minorum, ſicut datur Reipublicæ vide Maurit. *de tract. cap.* 317. Gregor. Lopez *l.* 3. *verbo Del Rey, tit.* 1. *part.* 5. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 3. §. 1. *n.* 18. Morl. *d. tit. in prælud. num.* 9. *verſ. duodecimò*, D. Barboſ. *in l. ſi mora, n.* 61. *ff. ſoluto matr.* Cald. Pereira *qq. forenſ. lib.* 2. *q.* 30. *n.* 16. latè Sfort. Odd. *d. tract. q.* 3. *art.* 13. *& ſeq. à n.* 79. *uſque ad n.* 91.

In Gloſſ. *Solet* 2. ibi *ſic & in Eccleſia, cùm Reip.* 5
*parificetur*, Notatur ad hoc, quod minor, & Eccleſia æquiparantur, parique paſſu ambulant, ut per Menchac. *controverſ. uſufreq. p.* 2. *cap.* 9. *per tot.* ubi 25. caſus enumera, in quibus æquiparantur, & octo in quibus differunt, Sebaſt. Medicis *in tract. de acquir. rerum domin. gloſſ.* 2. *part.* 3. *n.* 195. Emman Coſta in *cap. ſi pater,* 2. *part. verbo ipſis pauperibus, num.* 4. Cov. *var. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 4. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo minoribus, num.* 60. Morl. *d. tit.* 5. *in prælud. n.* 9. *verſ. ſextò*, Morlin. *d. Juſt. tract.* 2. *diſp.* 574. *n.* 1. *& ſeq.* atè meipſum *de locis communibus argumentorum juris loco* 72.

## SUMMARIUM.

1 *Captus ab hoſtibus cum patre, & matre, reversùs illis defunctis ibi, ſuccedere, & bona uſucapione acquiſita vendicare per utilem reſciſſoriam poteſt.*
2 *Abſens captivitatis cauſa an, & quando in integrum poſſit reſtitui.*
3 *Judicium reſcindens, & reſciſſorium, remiſſivè.*

## L. Si ab hoſtibus. V. & ult.

### *Iidem* AA. *Liciniano.*

CAptus ab hoſtibus cum patre, & matre, rever- 1
ſus illis defunctis ibi, ſucedere, & bona uſucapione acquiſita vendicare per utilem reſciſſoriam poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 114. & repetitionem ſuper hanc legem edidit Petrus de Bellapertica.

An, & quando abſens captivitatis cauſâ in inte- 2
grum poſſit reſtitui, vide Sfort. Odd. *in tract. de in integr. reſtit. p.* 1. *q.* 7. *à n.* 44.

3 *Exemplo utilis actionis,&c.*] Da judicio rescindente, & reciſſorio, vide Sfort. Odd. *d. part.* 1. *quæſt.* 33. *art.* 1. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris civilis*, *part.* 1. *tit.* 5. *in prælud. n.* 5.

## *De alienatione judicii mutandi cauſâ facta.*

## TIT. LV.

VLTIMA reſtitutionis cauſa eſt alienatio judicii mutandi cauſâ facta.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſembec. & Adrian. Pulvæ. *in ſpeciali tract. hac de re edito.*

## SUMMARIUM.

1 *Alienatione judicii mutandi cauſâ facta poſſeſſor poteſt conveniri rei vendicatione, quam parit poſſeſſio, & n.* 4.

2 *Alienans judicii mutandi cauſa convenitur actione prætoria ad intereſſe, & n.* 3.

### L. Cùm rem. Unic.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Attalo.*

1 FActa alienatione mutandi judicii cauſâ poſſeſſor poteſt conveniri rei vendicatione, quam poſſeſſio parit. Alienans cauſâ mutandi judicii convenitur actione prætoria ad intereſſe. Colligunt ex Ord. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan.* 30. *tit.* 2. *part.* 3. *ubi gloſſ.* 3. Jaſ. *in* §. 1. *n.* 60. & 78. *in* §. *actionum, num.* 195. *Inſtit. de actionib.* Corraſ. *lib.* 6. *miſcel. cap.* 5. Cujac. *lib.* 17. *obſerv.* 6. Neguzant. *de pignorib. p.* 3. *memb.* 2. *num.* 10. *limit.* 1. Adrian. Pulvæ. *ad edictum de alienat. judicii mutandi cauſa facta, per tot.* & precipuè *cap.* 2. *in med.* Donell. *commen. juris civilis lib.* 20, *cap.* 3. *col.* 1. latè pro intellectu Nicol. Bellon. *ſupputationum juris lib.* 1. *cap.* 19. ubi colligit ex hac l. quod poſſeſſio parit actionem in rem: & ideò requiritur, quod adverſarius poſſideat, vel quaſi, ad hoc ut rei vendicatio habeat locum, & addit ipſe Bellon. quod etiam concurrere debet dominium ex parte agentis.

## *De receptis arbitris.*

## TIT. LVI.

HUc uſque dictum eſt de jus dicentibus, tunc dicitur de arbitris, non à jus dicente datis, nec juſſu judicis conſtitutis ſed libera partium voluntate electis.

De materia tituli vide Cujac. Pac. & Vveſemb. & ex profeſſo de arbitris, Lanfranc. de Oriano *tom.* 3. *tract. Doctor. part.* 1. *fol.* 206. de arbitris, & arbitrantibus, Baptiſt. de S. Blaſio *eod. tom.* 3. *p.* 1. *fol.* 296. Petr. Jacob. à Montepeſſulano *eod. tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 308. de arbitris, & compromiſſis Joan. Bapt. Peruſin. *eod. tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 224. Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 3. *ſub tit. de arbitris*, Marant. *de ordine judic. part.* 4. *diſt.* 14. Donel. *comment. juris civilis lib.* 28. *cap.* 10. Corraſ. *lib.* 4. *miſcel. cap.* 18. Camill. Borrell. *in ſpeciali tract. de compromiſſis, & in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 63. de compromiſſis, arbitris, &c. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris tom.* 2 *lib.* 47. *cap.* 39. de arbitris, & compromiſſar. Alex. Trentacinq. *variarum reſolut. lib.* 2. *tit. de arbitris.* Arimin. Tepar. *var. ſentent. tit.* 85. de arbitris, arbitratoribus, & laudo, Jacob. Cancer. *var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 21. de arbitris; & abitratoribus, Molin. *de Juſtit. tom.* 6. *tract.* 5. *à diſp.* 30. *uſque ad* 45.

## SUMMARIUM.

1 *A ſententia arbitri, in quem partes ſub pœna compromiſerunt, illicita eſt appellatio, & n.* 2. *Limita ut n.* 3. 4. *&* 5.

6 *Ex ſententia arbitri non oritur actio: limita ut num.* 7.

### L. Ex Sententia. I.

*Impp.* ANTONINUS A. *Nepotianæ.*

A Sententia arbitri in quem partes ſub pœna compromiſerunt, illicita eſt appellatio. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet Bald. Caſtr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. fin. tit.* 4. *p.* 3. *ubi gloſſ.* 1. Socin. *regul.* 17. Cov. *lib.* 2. *var. cap.* 12. *a princip.* Roman. *conſ.* 400. *incip. Quæritur, n.* 1. Ludov. Vital. *lib.* 6. *var. lect. cap.* 6. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Arbiter* 1. Guttier. *in l. nemo poteſt, ff. de legat.* 1. *n.* 417. *cum ſeqq.* Guttier. *in repet. l. nemo poteſt. n.* 418. *cum ſeqq.* Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 26. *n.* 3. & 4. latè Camill. Borrell. *in ſum. dec. tom.* 1. *tit.* 63. *n.* 233. *cum multis ſeqq.* Sfort. Odd. *de in integr. reſt. p.* 2. *q.* 72. *n.* 44. Cald. Pereira *variar. lect. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 13. *verſ. huic ſententiæ*, Molin. *de Juſt. tom.* 6. *tractat.* 5. *diſ.* 35. *n.* 4. *& tom.* 5. *verſ. ad legem*, Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *cap.* 21. *à n.* 5 latè Sigiſmund. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 13. *ex n.* 1. *& limit.* 14. idem reſolvit in ſententia, ſeu arbitramento arbitratoris, quia abeo non datur appellatio, ſed tantùm reductio ad arbitrium boni viri, non obſtante quod ſit renuntiatum hujuſmodi reductioni. 2

Limita primò principalem textus concluſionem quoties ex compromiſſo reſultat actio ad ſtandum ſententiæ arbitri, ſeu ut executioni mandetur, vel vi ipſius compromiſſi, ut quia de jure civili communi vallatum fuit ſtipulatione, vel quia ſtatuto loci mandati ſententia præcipitur executioni, tunc admittenda eſt appellatio à ſententia arbitri, ſeu arbitratoris: aut potiùs reclamatio, ut videatur, atque examinetur per judicem ordinarium, num æqua ſit; compertóque, quod illa æqua non eſt, vel illam omninò reſcindat, an revocet, ſi omninò iniqua reperta ſit, vel illi moderamen adhibeat, eamque ad æqualitatem reducat, ſi ex parte ſolùm injuſta comperiatur. Ita Molin. *tom.* 6. *tract.* 5. *diſp.* 35. *ſub n.* 5. ubi reſpondet textum *in præſenti* in dicta principali concluſione loqui quando lata ſententia non reſultat, nec conceditur actio de eodem jure civili communi, quia compromiſſum pacto nudo fuit celebratum, eo quòd hic textus rationem reddit, quare ab ea ſententia 3

tia

tia appellatio non admittatur, dicens, quia neque ex tali ſententia actio rei judicatæ competit, eàque de causâ pœna compromiſſo à partibus invicem promittitur ſi ſententiæ non ſtent, ut metu ejus pœnæ ab ea ſententia non recedatur.

De jure Luſitano per Ordin. Regiam *lib. 3. tit. 16.* ſtatutum eſt, quod licèt partes compromiſſo ſub certa pœna ſe obligaverint ſententiæ ſtare, & ſub pœna ab illa non appellare, & quod quamvis, pœnam ſolverent, ſententia nihilominùs ſtaretur, poteſt pars, quæ ea ſententia gravatam ſe ſenſerit, his omnibus nihil impedientibus, ab ea ſententia appellare, neque idcirco pœnam incurrit: atque ſi arbitri eam appellationem illi denegaverint, judices ordinarii compellunt eam illi concedere. Si tamen judices ad quos fuerit apellatum, ſententiam arbitrorum confirmaverint, tunc qui ſententiæ arbitrorum non paruit, ſed ab ea appellavit, ſolvet parti in cujus favorem ſententia fuerat lata, pœnam, ſi quæ in compromiſſo fuerat ei appoſita, qui arbitrorum ſententiæ non pareret, quandoquidem ſub ea pœna ſe obligaverat ei ſententiæ non contravenire: atque compertum eſt ab ea malè appellaſſe, illique malè contraveniſſe, judicibus appellationis approbantibus, ac confirmantibus arbitrorum ſententiam. De jure autem Hiſpaniæ, per *l. 4. tit. 21. lib. 4. novæ recop.* ſententiæ latæ per judices arbitros mandantur exequtioni ſtatim, ac latæ ſunt, eſto reclamentur, ac petantur reduci ad æqualitatem ad arbitrium prudentis viri, idque ſive pœna reclamanti in compromiſſo fuerit appoſita, ſive non.

4 Limita ſecundò ut non procedat in arbitro electo ex neceſſitate ſtatuti, qui dicitur arbiter neceſſarius, quia ſententia ejus dicitur propriè ſententia, & ab ea appellatur. ita Sigiſm. Scac. *d. q. 17. limit. 13. n. 3.*

5 Limita tertiò arbitro, electo ex diſpoſitione juris communis, quia ab ea ſententia poteſt appellari, ut per Socin. *d. reg. 17. fallent. 3.* Marant. *de ordine judic. part. 6. actu 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, n. 272.* Camill. Borell. *d. tit. 63. à num. 254.* Sigiſm. Scacc. *d. limit. 13. n. 5.* ubi *n. 6.* contra Socin. reſtringit hanc limitationem, ut non procedat in tertio arbitrio, qui eligitur inter alios duos diſcordantes; nam etſi eligatur ex neceſſitate, & diſpoſitione juris communis, tamen ab ejus ſententia non poteſt appellari, ſi compromiſſum ſit voluntarium, & *numeris ſeqq.* diverſis modis limitat.

6 *Quia nec judicati actio inde præſtari poteſt.* ] Notatur ad hoc, quod regulariter ex ſententia arbitri non oritur actio, ut per *l. Hiſpan. 17. tit. 23. part. 3.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. §. 10. n. 3.* Cancer. *variarum reſ. lib. 1. c. 21. n. 10.* addit quod ſi per ſtatutum provideretur, ut arbitrorum ſententiæ mandarentur executioni, producerent actionem condemnatoriæ, & exceptionem ſi eſſent abſolutoriæ: & *num. 30.* tenet ſententias arbitrorum juris producere actionem, vel exceptionem, cùm habeant à lege juriſdictionem, latè Guttier. *in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. n. 417.* ubi *n. 419.* limitationes duas adducit, quando ſcilicet compromiſſum factum eſt ſine pœna, & ſententia arbitri eſt homologata expreſsè (hoc eſt, approbata per partes, cui ſe ſubſcripſerunt) item & quando tacitè, ſcilicet per lapſum decem dierum.

7

## L Si contra. II.

*Impp.* Carus Carin. & Numerian. AAA. *Clementi.*

Contumax in non comparendo coram arbitro incidit in pœnam compromiſſi. Colligunt ex *Barboſ. Collect. in cod. Tom. I.* Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc titul.*

Vide Cancer. *variat. reſolut. lib. 1. cap. 21. num. 5.* ubi quod comptomiſſo metu pœnæ paretur, quando illi pœna eſſet adjecta, & Mol. *de juſtit. tom. 6. tractat. 5. diſp. 34. num. 10.* ubi addit. rationem cur ita partes arbitrorum præceptis parere teneantur, quoniam in comptomiſſo ſolet exprimi, quod ſtabitur arbitrio & ſententiæ arbitrorum, & quòd compromittentes parebunt præceptis eorum quoad neceſſaria ad cauſæ expeditionem, ut traditur *in l. Hiſpan. 23. tit. 4. part. 3.* ibi *E ſobre todo deven prometer de guardar y de obedecer*, &c.

## L. Arbitrorum III.

*Impp.* Dioclet. & Maximian. AA & CC. *Petroniæ.*

Exceptio de dolo opponitur contra pœnam ex compromiſſo debitam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit *l. Hiſpan. 34. verſ. otro ſi dezimos, tit. 4. part. 3. ubi gloſſ. 3.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Compromiſſa quoad judicem hodie non fiunt mediante juramento, intellige ut n. 2.*

3 *Lex ſecularis circa juramentum præſtandum poteſt ſe intromittere, ſcil. prohibendo ne illud interponatur, & imponendo pœnas juranti.*

4 *In compromiſſo facto in arbitros, hoc tacitè ineſt, ut ſoluta pœna recedere liceat à judicatis*

## Auth. Decernit.

Compromiſſa quoad judicem hodie non fiunt mediante juramento. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Vide Boër. *dec. 284. num. 26.* ubi ait concluſionem ex textu deſumptam, quod hodie non fiunt arbitria cum juramento, eſſe intelligendam in ſacramento per arbitrum non preſtando, & non profectò de ſacramento partium; licèt enim intervenire non debeat, tamen ſi interveniat, per partes præſtitum erit ſervandum, Marant. *de ordine judic. part. 6. actu 2.* & quandoque appellatur, *num. 264.* ubi cum Bald. *in preſenti*, ait quod de jure civili ex compromiſſo jurato non datur actio; nam cum juramentum ſit reprobatum à jure civili, non videtur quod in foro ſeculari ubi illud ſervari poſſit, juramentum improbatum portet clauſulam, *Rato manente pacto*, & ſic producere actionem; nam licèt quoad obſervantiam ipſius juramenti ſtandum ſit juri Canonico in utroque foro, ne jurans incidat in perjurium, tamen ad inducendum alium effectum, ſcilicet actionem quæ ad hoc prodita fuit de jure civili, non eſt abſonum dicere, quod quoad hoc unumquodque jus ſervetur in foro ſuo. Sed contrarium, immò quod ex compromiſſo jurato oriatur actio in utroque foro Seculari, & Canonico, defendit Guttier. *de juram. confirm. part. 3. c. 14. num. 3.* probans, quod per iuramentum efficitur præciſum compromiſſum, cùm iuramentum etiam de iure civili obliget præciſè ad factum, & *num. 4.* multipliciter reſpondet ad tex. *in præſenti.* primò quod ille caret ſpiritu, corrigitur jure Canonico, & eſt iniquus ſecundò, quod non annullat iuramentum, quia nec annullare poſſet, cùm non ſit de foro temporali: tertiò quod tantùm prohibet fieri compromiſſum, in quo apponatur 2

tur ju mentum: si igitur apponatur contra prohibitionem hujus text. non datur ex eo actio, quæ à lege Codicis præcedente olim dabatur, valebit tamen juramentum de jure Canonico, & servandum erit in utroque foro, tam officio judicis, quàm per viam actionis vitæ ex ipso juramento & compromisso jurejurando confirmato: *& num.* 26. advertit per *l. Hispan.* 12. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ Recop.* statutum esse quod hic text. est hodie correptus.

3 Notatur ad hoc, quod lex secularis circa juramentum præstandum potest se intromittere, scilicet prohibendo ne illud interponatur, & imponendo pœnas iuranti, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor* §. 47, *num.* 10. *& in cap. per vestras eod. tit. notab.* 6. §. 12 *n.* 30. Covar. *in cap. quamvis pactum part.* 1. §. 3. *n.* 8. D. Barbos. *in l.* 1. *ff solut. matr. part.* 1. *num.* 72.

4 *Qua præstita liceat à judicatis discedere.* ] Notatur ad hoc quod tacitè hoc inest in compromisso facto in arbitros, ut soluta pœna recedere liceat à iudicatis, ut per Gregor. Lop. *l. ult. gloss.* 2. *in verbo Perche la pena. tit.* 4. *p.* 4.

## SUMMARIUM.

*Sententiæ arbitri iurantis se litem dirempturum standum est.*

1 *Compromissum in arbitros iuramento firmatum obli-*
2 *gat partes ad parendum sententiæ arbitri. De iu-*
*ramento ubi non constat per scripturam, ei non*
3 *creditur*, num. 3.

4 *Subscribens sententiæ arbitrorum, ad implementum & observantiam illius tenetur.*

5 *Formulæ verborum subtiles & nimis onerosæ in iudiciis, arbitriis & stipulationibus sunt abolitæ.*

6 *Compromissum iuramento confirmatum quas vires habeat, remissivè.*

## L. Ne in arbitris. IV.

*Imp.* JUSTINIANUS *Demostheni. P. P.*

1 SEntentiæ arbitri iurantis se litem dirempturum
2 standum est, *in princip.* Compromissum in arbitros iuramentum firmatum obligat partes ad parendum sententiæ arbitri, *in vers. Sin autem.* Ubi de iuramento non constat per scripturam, licèt altera pars
3 vel arbiter asserat esse iuratum, ei non creditur, *in vers. Sin. autem in scriptura*, Arbiter postposita iurisiurandi religione, malè iudicans Deum habet ultorem, *in vers. contra.* Subscribens sententiæ arbitrorum, ad implementum & observantiam illius tenetur, *in vers. si quis autem.* Subtiles & nimis onerosæ
5 verborum formulæ in iudiciis, arbitris, & stipulationibus abolitæ sunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati sunt *ad l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.*

De compromisso iuramento confirmato quas vi-
6 res habeat, vide Camill. Borell. *in tract. de compromiss.* §. 2. *glos.* 6. *n.* 68. *&* §. 7. *glos.* 2. *n.* 21. *cum seqq. &* §. 8. *glos.* 1. *a num.* 7. *& in fin. decis. tom.* 1. *tit.* 63. *n.* 267. *cum seqq.* Gittier *de iuram confirmat. p.* 3. *cap.* 14. *per tot.* Seraphin. *de privil. iuram privileg.* 98. *num.* 27. Molin. *de Justit. tom.* 6. *tractat.* 5, *disput.* 36. *per tot.* & vide posit: *in collectan. ad auth. decernit, supra hoc tit.*

## SUMMARIUM.

1 *Ex sententia arbitri pacto nudo, & sine pœna assumpti, approbata expressè, vel tacitè oritur actio, & exceptio.*

2 *Subscriptio & consensus in laudo arbitrorum operantur à parte actoris, & rei obligationes.*

3 *A compromissorum stipulationibus, aut consensu partium firmatorum observantiam partes cogi possunt per locorum magistratus.*

4 *Compromissorum sententiam subscriptione partium non roboratur, laudo publicato confirmatur per tacitum consensum partium intra decendium non revocatum.*

5 *Partes ubi non stipulatæ sunt pœnam, ac sententias approbaverint, cursu decendi contravenire laudo licitè possunt.*

6 *Compromissum in scripturam partium consensu redactum interruptionem temporis non minus ac res iudicata operatur.*

7 *Acta coram iudicibus compromissariis fidem faciunt, & ad testimonium prosunt in iudicio ordinario.*

8 *Arbiter non potest exequi suam sententiam, nec executione hujusmodi sententiæ arbitralis committi potest, sed est iudicii ordinarii, n.* 9.

10 *Sententiâ sequutâ arbitri si partes in illam expressè consentirent, se illi subscribendo aut etiam tacitè consensissent, &c. ex tunc reo competeret exceptio, si pro ipso sententia esset lata, & actori actio in factum.*

11 *Ad sententiam arbitri exequendam forum rei conventi inspiciendum est.*

12 *Dicta testium coram arbitro receptorum probans in iudicio ordinario, adversa parte non contradicente.*

13 *Calculus, pro sententiâ.*

## L. Cùm antea. V

*Idem* A *Juliano P. P.*

EX sententia arbitri pacto nudo, & sine pœna as- 1
sumpti approbata expressè vel tacitè oritur actio & exceptio, *in princ.* Subscriptio, & consensus 2
in laudo arbitrorum operantur ex parte actoris & rei obligationem, *in vers. Sin. autem pro actore*, ad compromissorum stipulationibus: aut consensu partium 3
firmatorum observantiam partes cogi possunt per locorum magistratus, *in vers. Sed in hac.* Compromissorum sententia subscriptione partium non ro- 4
boratur, laudo publicato confirmatur per tacitum partium consensum intra decendium non revocatum *in vers. Sin. autem per sententiam.* Partes ubi non stipulatæ sunt pœnam, ac sententias approbave- 5
rint, cursu decendii contravenire laudo licite possunt, *in vers. Altera.* Compromissum in scriptu- 6
ram partium consensu redactum interruptionem temporis non minus ac res judicata operatur, *in vers. Plenius.* Acta coram judicibus compromissa- 7
riis fidem faciunt, & ad testimonium prosunt in iudicio ordinario, *in vers. Ad hoc generaliter.* Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1 *sup. hoc tit.*

*Quatenus possit sententia ejus executioni mandari,* 8
&c. Notatur ad hoc, quod arbiter non potest exequi suam sententiam, ut per Mirant. *de ordine judic. part.* 7. *actu* 3. *& ult. num.* 5. Cevall. *commun. contra communes q.* 633. *num.* 13. nec executio hujusmodi

senten-

ſententiæ arbitralis committi poteſt, ſed eſt judicis ordinarii, & ſecundùm Cancer. *var. reſol. lib. 1. cap 21. num. 16.* Rei ſcilicet, ut per Roland. à Valle *conſ. 24. à n. 47. vol. 4.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 61.* Theſaur. *deciſ. 24. n. 5. & 6.* Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 63. num. 298.*

10 *Sin autem poſt ſententiam*, &c. ] Notatur ad hoc quod ſi ſequuta ſententia arbitri partes in illam expreſsè conſentirent ſe illi ſubſcribendo, aut etiam tacitè conſenſiſſent, quia videlicet intra decem dies poſtquam fuit lata, neque coram judice arbitro, neque coram parte contraria dixerunt ſe nolle illi ſtare, ex tunc & reo competere exceptio, ſi pro ipſo ſententia eſſet lata, & actori competeret actio in factum, ac perinde à judice ordinario rei ea ſententia mandaretur executioni, ac ſi à judice ordinario, aut delegato fuiſſet lata, tranſiretque in rem judicatum. Ita *leg. Hiſpan. ult. tit. 4. part. 3. Ordin. Reg. Luſitan. lib. 3. tit. 16. §. 2* Molin. *de Juſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 54. num. 5.* Vide Marant. *de ordine judic. p. 6. actu 2. quando quoque appellatur. n. 125.* ubi ait hanc l. loqui in arbitro qui habetur inſtar judicis.

11 *Vel ejus, cujus forum pars ſequitur.* ] ergo ad exequendam arbitri ſententiam non eſt inſpiciendus locus arbitri, ſed forum rei conventi, ut per Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. q. 20. n. 8.* ubi *n. 9.* ampliat non ſolùm inter judices ejuſdem fori, ſed etiam diverſi.

12 *Vel atteſtatum poſſe*, &c. ] Notatur ad hoc quod dicta teſtium coram arbitrio receptorum probant in judicio ordinario adverſa parte non contradicente: ut per Orian. *de arbitr. p. ult. q. 31.* Menoch. *conſ. 366. n. 16. & conſ. 367. n. 21.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 103. conſil. 1. n. 1.*

13 In gloſſ. *Calculus*, ibi, *id eſt, ſententia.* Ita Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection. lib. 1 c. 77.*

## L. Sancimus mulieres. VI. & ult.

*Idem* A. *Joanni P. P.*

1 MUlier arbitri munus non gerit, item lauda mulierum nullo compromiſſo ſubſtinentur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 3. tit. 7. p. 3.* Duen. *reg. 308.* Conan. *comment. juris civilis, lib. 1. c. 8. n. 4.* Lanfranc. *de arbitr. p. 2. num. 2.* Baptiſt. *eod. tract. lib. 4. c. 12.* Blanc. *de compromiſ. q. 2. n. 34.* Cujac. *lib. 12. obſerv. 23.* Camill. Borrell. *de compromiſſis, §. 2. gloſſ. 4. n. 12. cum ſeqq.* ubi limitationes. ad hanc l. congerit, D. Barboſ. *in l. cùm Prætor, §. ult. num. 265. ff. de judic.* Molin. *de Juſt. tom. 6. tractat. 5. diſp. 39. n. 4.* Benedict. Ægid. *de privil. honeſtatis, art. 2. num. 4.* Maſtrill. *in tract. de magiſtratib. tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 2.* Alia vide *in collect, ad cap. dilecti, de arbitris, in Decretal.*

*De ſatisdando.*

# TIT. LVII.

CUM dictum ſit de judiciis Principis, jus dicentium, & arbitrorum compromiſſariorum, ſupereſt, ut dicatur de judiciis propriè dictis, id eſt judicum pedaneorum; hæc verò in ſequentem librum rejiciuntur: interim in calce hujus libri proponuntur quædam illorum judiciorum præparatoria, quæ litigaturis præſcribuntur, nempe ut ſatisdent, de quo *hic*, ut competente judice contendant, & bonam fidem adhibeant, de quo *in duobus titulis ſeqq.*

De materia tit. vide Cujac. Pac. & Vveſembec. Ordinar. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 3.* Valaſc. *conſt. 66. à n. 14.* Matienz. *l. 3. gloſſ. 1. tit. 16. lib. 5. novæ Recop.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib. 1. q. 21.*

## SUMMARIUM.

1 *Procurator actoris apud acta conſtitutus non tenetur ſatisdare, multo minus cautionem præſtare de rato.*

2 *Mutatio Procuratoris non perimit inſtantiam, nec obeſt parti adverſæ.*

3 *Procurator defenſurus abſentem, ad inſtantiam partis tenetur ſatisdare.*

4 *Procurator rei cavebit in litis initio de judicato ſolvendo.*

5 *Mandatum generale habens, cum clauſula ratihabitionis, non tenetur cavere de judicato ſolvendo.*

6 *Procurator actoris conſtitutus apud acta non tenetur cavere de rato.*

7 *Procurator revelatur ab onere ſatisdandi quando fuit apud acta conſtitutus adverſario præſente.*

8 *Contra Procuratorem ſi opponatur de defectu mandati, & ipſe opponat idem contra Procuratorem rei, primò debet diſcuti de mandato Procuratoris rei.*

9 *Actor reconventus tenetur præſtare fidejuſſoriam cautionem de ſtando juri, & ſolvendo judicatum in cauſa reconventionis.*

10 *Procuratorem litis apud acta conſtituens, nec præſentia adverſarii, nec ſatisdatione opus eſt.*

11 *Procurator rei quamvis conſtituatur apud acta, ſatisdat de judicato.*

12 *Procurator actoris in cauſa reconventionis etiam ſatisdat.*

13 *Satisdatio requiritur, niſi Procurator ſit relevatus.*

14 *Satisdatio neceſſaria quæ ſit, & ubi danda ſi non poſſit facilè præſtari ubi quis convenitur, remiſſivè.*

15 *Revocatio Procuratoris judici tantùm intimata, ignorante adverſario, poſtea geſta ipſo jure reddit nulla.*

16 *Procuratoris revocati, & certiorati geſta quandiu judex vel adverſarius revocationem ignorat, valent, ac domino præjudicant.*

17 *Mandatum probatur per litteras privatas domini, miſſas ad judicem, vel adverſarium.*

## L. Non eſt. Unic.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC.

PRocurator actoris apud acta conſtitutus ſatisdare non tenetur, multo minus de rato cautionem præſtare, *in princip.* Mutatio Procuratoris non perimit inſtantiam, nec obeſt parti adverſæ, *in verſ. Itaque etſi poſtea.* Procurator abſentem defenſurus ad inſtantiam partis ſatisdare tenetur, *in verſ. Sin autem.* Procurato rei cavebit in litis initio de judicato ſolvendo. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Vide Cov. *var. lib. 1. cap. 6. num. 4.* ubi quod habens

bens generale mandatum cum clauſula ratihabitionis, non tenetur cavere de judicato ſolvendo, Greg.
6 Lopez *ad l.14. gloſſ.5. verbo per quando tit.5. part.3. & gloſſ. verbo abonda*, ubi quod Procurator actoris conſtitutus apud actanon tenetur cavere de rato, quia non poteſt de ejus mandato dubitari, ſecus
7 ſi ſit Procurator rei, Socin. *regul.* 390. & 391. Hippol. *ſing.* 228. Boër. *deciſ.*281. *num.*12. ubi quod procurator relevatur ab onere ſatisdandi quando fuit apud acta conſtitutus adverſario præſente, additque, quod ſi opponatur contra Procuratorem
8 actoris de defectu mandati, & ipſe opponat idem contra Procuratorem rei, primò debet diſcuti de mandato Procuratoris rei, Vincent. de Franch. *de-*
9 *ciſ.*311.*n.*1. ubi quod actor reconventus tenetur præſtare fidejuſſoriam cautionem de ſtando juri, & ſol-
10 vendo judicatum in cauſa reconventionis, Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *capit.* 12. *col.* 7. latè Chriſtoph. de Paz. *ad leges ſtylil.* 12. *à princip.* ubi
11 dicit quod ſi quis apud acta litis Procuratorem conſtituat, neque præſentia adverſarii, nec ſatiſdatione
12 eſt opus, *n.*8. Quod Procurator rei quamvis conſti-
13 tuatur apud acta, ſatisdat de judicato ſolvendo, & *n.*9. quod Procurator actoris in cauſa reconventionis etiam ſatiſdat: & *n.*10 quod ſatisdatio requiritur, niſi Procurator relevatus ſit.

14 De ſatisdatione neceſſaria quæ ſit, & ubi danda ſi non poſſit facilè præſtari ubi quis convenitur, vide Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 2. *cap.* 230. *n.*4. *cum ſeqq.*

15 In Gloſſ. *Noluerit.* Notatur ad hoc, quod revocatio Procuratoris judici tantùm intimata ignorante adverſario, poſteà geſta ipſo jure reddit nulla, quia judex ſcienter ferret ſententiam contra perſonam
16 non legitimam, ut per Benedict. Capr. *reg.*59. *n.*35. Donat. à Fina *tom.*1. *commun. opinion. lib.* 2. *tit.* 8. *de procuratorib. num.* 110. ubi *num.* 100. citato hoc textu tenet, quod Procuratoris revocati, & certiorati geſta quandiu judex, vel adverſarius revocationem ignorat, valent, & tenent, ac domino præjudicant.

17 In Gloſſ. *Præſentis*, ibi, *vel litteras*, &c. Notatur ad hoc, quod mandatum probatur per litteras privatas domini miſſas ad judicem, vel adverſarium, ut per Maſcard. *de probat. concluſ.* 1006. aliàs 1009. *num.* 3.

## *De formulis, & impetrationibus ſublatis.*

## TIT LVIII.

VT litigantes competente judicio contenderent, olim neceſſe erat actiones impetrare à Prætore, & uti formulâ ab eo præſcripta. Unde formula pro actione accipitur ſæpè.

Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. Alciat. *lib.*4. *diſpunct. cap. fin.* Calvin. *in ſuo lexic. juridico, verbo formulæ.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.*47. *cap.* 6. *num.*6. Rhenat. Choppin. *de privileg. ruſticor. lib.* 3. *cap.* 1. *fol.* 144. latè Vacon à Vacuna *juris civilis declarationum lib.*6. *declarat.* 88.

### L. Juris. I.

*Impp.* CONSTANT. A. MARCELINO *Præſidi Phœniciæ.*

1 SUpervacuæ famulæ ſunt ſublatæ. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Petr. Gilchen. *tom.*1. *fol.*586. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 2

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Tiraq. *de jure mariti, gloſſ.*7. *num.*95. Covar. *in reg. poſſeſſor. part.*2. §.6. *n.*4. *verſ. tertio*, Valaſc. *de jure emphyt. q.*6. *num.* 9. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*43. *cap.*2. *num.*9. ubi ait formulas agendi ſuperſtitioſas eſſe ſublatas, potiſſimùm hodie jure Pontificio, quo utimur; unde addit ſufficere undam intentionem agentis exponi judici ſine expreſſione nominis, & actionis *& lib.*47. *c.*6. *n.* 6. ubi dicit, quod olim erant formulæ agendi præſcriptæ, & ordinatæ, à quibus diſcendi non licebat, & qui à ſyllaba conceptionis aberrabat, cadebat à cauſa: at jure hujus textus quo utimur, ſublatæ ſunt omnes illæ verborum aucupationes, & agendi priſcæ formulæ, D. Barboſ. *in l. ſi debitori à num.* 11. *ff. de judic.* ubi refert, quod olim poſtquam actor eligebat qua formula actionis vellet agere, committebatur, à Prætore cauſa certo judici ſub quadam verborum formula à qua neque judex poterat recedere, neque partes aliquid mutare, vel variare, ita ut qui caderet à ſyllaba, caderet etiam à cauſa.

## SUMMARIUM.

1 *Actionem aptam rei, & propoſito negotio inſtitueti exceptio quoad formulam non opponenda, opponitur ſi non apta fuerit, n.*2.

3 *Libellus generalis, & incertus minimè valiturus, remiſſivè.*

### L. Nulli. II. & ult.

*Impp.* THEOD. *&* VALENT. AA. *Hierio. P. V.*

APtam rei, & propoſito negotio inſtituenti actionem exceptio quoad formulam non opponenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 587. 1

*Si aptam rei & propoſito negotio*, &c.] Ergo ſi non apta fuerit, exceptio oponitur, de quo latè Vacon. à Vacuna *juris civilis declarationum lib.* 6. *declarat.*88. *num.* 6. *cum ſeqq.* ubi ait hanc eſſe ſummam hujus l. ſi formula eſt apta, & conſentanea negotio geſto, non opponitur exceptio non impetratæ actionis: & *num.* 7. *in fine* pro comperto habendum aſſerit, quod ſi nomen alterius formulæ, quæ commercio geſto non eſt conſentanea, adjiciatur formulæ propoſitæ, quæ apertè ex negotio, & commercio geſto compoſita eſt, non vitiat, ſed rejicitur, & agitur ex formula apta, & negotio propoſito competenti. 2

De libello generali & incerto minimè valituro, vide latè Camill. Borrel. *in dec. tom.* 1. *titul.*49. *de libello ex num.*65. *cum ſeqq.* ubi diverſis modis limitat, & intelligit Parentem meum *in remiſſ. ad Ord. Reg. Luſitan. lib.*3. *tit.*20. §. 5. *ex num.* 4. ubi *n.*14. 3

*num.* 14. *cum seqq.* de libello agit inepto, & articulo impertinentibus.

*De jurejurando propter calumniam dando*

## TIT. LIX.

QUO magis adhibeatur à litigatoribus bona fides, jusjurandum de calumnia ab eis exigitur.

Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Francite. Curtius de hoc tit. tractatum edidit *tom.* 3. *tract. Doctor. part.* 2. *fol.* 130. & similiter alium novè promulgavit Antonius del Re, Ord. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 43. *l. Hispan.* 32. *cum seqq. tit.* 11. *part.* 3. Mathesil. *sing.* 54. Viv. Kirchov. Vezin. Suar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 28. *pag.* 359. *cum seqq.* Murant. *de ordine judic. part.* 6. *ad secundam judicii partem de juramento, pag.* 359. Perez *l.* 1. *verbo juramento de calumnia, tit.* 4. *l.* 3. *Ordinam.* Donell. *comment. juri civilis lib.* 24. *cap.* 3. ubi Osuald. Menchar. *usufreq. lib.* 2. *cap.* 25. *per tot.* Anton. Scap. *de jure non script. lib.* 3. *c.* 49. Petr. Gregor. *syntagm. juris tom.* 2. *lib.* 48. *cap.* 7. *de juram. calumniæ.* Cardos. *in praxi judicum verbo juramentum, n.* 16. *cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. dec. tom.* 1. *tit.* 51. *de juram. calum.* Arimin. Tepat. *var. res. tom.* 1. *tit.* 231. *de juram. calumnia, pag.* 443. Matth. Colet. *German. dec.* 117.

### SUMMARIUM.

1 *In causis per probationes diversas deducendis juramentum calumniæ requisitum præstandum est.*
2 *In quæstione mota servis actor ad instantiam rei jurabit, quod nec odio dominorum, multò minus servorum quæstionem movet.*
3 *Juramentum in qualibet lite præstandum, intellige ut n.* 4. *In principio litis ante illam contestatam præstari debet, n.* 5. *Sufficit fieri in continenti parum post illam, n.* 6.

### L. In omnibus causis. I.

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Demostheni.*

1 IN causis per probationes diversas deducendis juramentum calumniæ requisitum præstandum est.
2 Item in quæstione mota servis actor ad instantiam rei jurabit, quod nec odio dominorum, multò minus servorum quæstionem movet. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Castr. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 487. Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* & *tom.* 7. *repet.* Franciscus Curtius.
3 Vide *l. Hispan.* 23. *tit.* 11. *part.* 3. *in vers. & devese facer esta jura*, ubi quod juramentum calumniæ in qualibet lite præstandum, & *ibi* Gregor. Lopez *gloss.* 3. hunc textum citat. Anton. Gomez *variarum tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 5. *vers. octavò, in fine*, ubi ait textum *in præsenti* intelligi debere in juramento de calumnia requisito pro forma, & solemnitate judicii respectu primi articuli, quod scilicet juret se favore justam causam, & dolum, vel calumniam in lite non committere.
4 *Nisi prius, qui eas exposcit*, &c, ] Notatur ad hoc quod juramentum calumniæ in principio litis ante illam contestatam præstari debet, ut per Camill. Borrell. *in sum. dec. tom.* 1. *tit.* 51. *num.* 14. ubi *num. seq.* subdit, quod sufficit fieri in continenti parum post illam; nam dicitur fieri in tempore, quod fit parum post tempus.

AUTH. Hoc sacramentum.

UBi ab initio partes jurarunt se calumnias vitaturas, specialiter hoc calumniæ juramentum in processionibus non præstandum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit. & tom.* 7. *repet.* Franciscus Curtius. 1

Notatur ad hoc, quod juramentum calumniæ videtur repertum in quolibet articulo, Donat. à Fina *comman. opin. tom.* 1. *lib.* 2. *tit.* 27. *n.* 10. 2

### SUMMARIUM.

1 *Litigates, & horum patroni juramentum calumniæ per se, vel alios præstent in judicio, item domi parte adversa præsente.*
2 *Juramentum calumniæ in omnibus litibus præstandum, præstandum est lite contestata, n.* 3.
4 *In litibus movendis tenetur quis bonum finem agnoscere.*
5 *Tutores, curatores, aliique administratores jurabunt de calumniæ secundùm credulitatem, aliis juramentorum speciebus salvis manentibus, & num.* 6.
7 *Syndicus potest jurare de calumnia absque alio speciali mandato.*
8 *Pars jurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum, quando est dubius, vel incertus defecto, super quo interrogatur, vel quando non potest esse instructa, vel factum, de quo pars interrogatur, esset antiquum vel intricatum, num.* 9.
10 *Pars per Procuratorem litigans juramentum calumniæ requisitum ab adversario ob certa impedimenta in loco, ubi degit, præstare tenetur.*
11 *Domino absente potest Procurator habens speciale mandatum calumniæ juramentum subire.*
12 *Conjunctus agens pro conjuncto potest jurare de calumnia sine mandato, quod quidem speciale mandatum ad hujusmodi juramentum præstandum sufficiens erit, licet in eo expressa causa non sit, in qua juramentum est, n.* 13.
14 *Procurator non solum cogitur ad jurandum nomine domini, sed etiam suo nomine.*
15 *Juramentum calumniæ pro publica utilitate, litium minuendarum causâ introductum ad instar doli futuri per partes non remittitur, & n.* 16.
17 *Juramentum calumniæ statuto tolli non potest, nec consuetudine, num.* 18. *Nec præscriptio Principis, nisi expressis verbis deroget, n.* 19.
20 *Propter mandati dubium admissus cum cautione rati, non relevat dominum à præstando juramento calumniæ.*
21 *Cautio nati firmat personam Procuratoris, præterquam quoad juramentum calumniæ.*
22 *Contumax in uno articulo, videtur esse contuma ex in qualitate cohærenti articulo.*
23 *Actor recusans delatum juramentum calumniæ, actione cadit: reus autem recusans habetur pro confesso, & num.* 24.
25 *Pars quæ compelleretur ad jurandum de calumnia, si peteret processus copiam, compelli non posset, illa non concessâ.*
26 *Judex potest ex officio in quacumque parte judicii repellere agentem sine actione.*

27 *Confessio intelligitur cum qualitatibus in libello contentis*

## L. Cùm & judices. I I.

*Idem A. Joanni P. P.*

1 LItigantes & horum patroni juramentum calumniæ requisitum per se, vel per alios præstant in judicio, item domi adversa parte præsente. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & *tom. 7. repet.* Franciscus Curtius.

2 *In omnibus litibus*, &c.] Notatur ad hoc, quod juramentum calumniæ in omnibus litibus præstandum, ut per *l. Hispan. 23. vers. e deve se, titul. 11. part. 3.*

3 *Nisi post narrationem & responsionem*, &c.] Notatur ad hoc, quod juramentum calumniæ lite contestata præstandum est, ut per Ordinat. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 43. in princip. l. Hispan. 23. tit. 11. part. 3.* Marant. *de ordine judic. p. 6. ad secundam judicij partem, num. 1.* Boër. *decis. 243. num. 1.* Ronchegal. *in rub. ff. de duobus reis, num. 7.* Pereg. *l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 547.* Mascard. *de probat. conclus. 434.* Donell. *comment. juris civilis lib. 24. cap. 3.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 12. num. 1.* Anton. del Re *de juram. calumn. cap. 1. num. 19.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 83. num. 1.* intelligendo de vera litis contestatione, secundùm Gam. *Lusitan. decis. 147. num. 3.* Et sufficit fieri incontinenti parum post illam, ut resolvit Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 51. num. 14.* dicitur enim fieri in tempore quod fit parum post tempus, *l. lecta, ff. si certum petatur.* Tiraq. *de retractu convent. §. 1. gloss. 5. num. 2.* Coler. *Germaniæ decis. 117. n. 1.*

4 In gloss. *Instantia.* Notatur ad hoc quod in litibus movendis tenetur quis bonam fidem agnoscere, ut per Surd. *de aliment. tit. 9. q. 42. n. 31.*

### §. Quod observari.

5 Tutores, Curatores, aliique administratores jurabunt de calumnia secundùm credulitatem, aliis juramentorum speciebus salvis manentibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & *tom. 7. repet.* Franciscus Curtius.

6 Hanc eandem conclusionem ex *hoc text. & cap. fin. de juram. calumn. in Decretalib.* desumunt Socin. *reg. 209.* Scap. *de jure non scripto, lib. 1. cap. 15. num. 2.* Cov. *lib. 1. var. c. 6. in fine*, Fichar. *commun. opin. lib. 2. tit. fin. n. 13. pag. 360.* ubi Vezin. *n. 14.* quod Syndicus

7 potest jurare de calumnia absque alio speciali mandato. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 48. c. 7. num. 4.* Camill. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 51. de juramento calumniæ, n. 24.*

8 In gloss. *Existimant.* ibi, *& tunc debet dari tempus ad deliberandum*, &c. Notatur ad hoc quod pars jurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum quando est dubius, vel incertus de facto, super quo interrogatur, ut per Menchac. *usufrequent. lib. 2. n. 2. cap. 15. ad fin.* latè Guttier. *pract.*

9 *lib. 1. q. 59. à princip.* ubi tenet hoc procedere quando pars non potest esse instructa, vel factum, de quo pars interrogatur, esset antiquum, vel intricatum, refert Parens meus *in remiss. ad Ordinat. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 43. §. 1. n. 6.*

### §. Sin autem abfuerit.

10 Pars per Procuratorem litigans juramentum calumniæ requisitum ab adversario ob certa impedimenta in loco, ubi degit, præstare tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & *tom. 7. repet.* Franciscus Curtius.

Collige ex textu domino absente posse Procura- 11
torem habentem speciale mandatum calumniæ juramentum subire ut per Gail. *lib. 1. observ. 83. num. 1.* Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 43. §. 3.* Menchac. *controvers. usufreq. lib. 2. cap. 25. num. 17.* Anton Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de mandato, concl. unic. vers. quarto requiritur*, Pereg. Jannin. *de citat. reali, lib. 3. c. 25. n 161.* Vez. *comm. opin. tom. 1. lib. 2. tit. 27. n. 7. pag. 360.* ubi *n. 9* addit conjunctum agentem pro conjun- 12
cto posse jurare de calumnia sine mandato. Fulv. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 48. n. 12.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, n. 6.* Joseph. Ludov. *concluf. 30. num. 29.* Matth. Coler. *Germaniæ dec. 115. num. 1. & 2.* Seraphin. *de privileg. juram. privil. 111. num. 4.* Anton. del Re Tiburtin. *d. juram. calumn. cap. 16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 105 n. 21.* Camil. Borrel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 51. de juram. calumn. num. 16. & tit. 66. de procuratorib. num. 181.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concluf. 83. consid. 1.*

Quod quidem speciale mandatum ad hujusmodi 13
juramentum præstandum sufficiens erit, licèt in eo expressa non sit causa, in qua jurandum est, ut advertunt Joseph. Ludov. *d. concl. 30. num. 29.* Anton. del Re *d. cap. 16. num. 18.* Menchac. *d. cap. 25. n. 17.* Stephan. Gratian. *d. cap. 105. n. 23.*

Et advertit Camill. Borrel. *d. tit. 51. num. 19.* quod 14
Procurator non solùm cogitur ad jurandum nomine Domini, sed etiam suo nomine, quia posset ipse sicut Dominus partem calumniis vexare: ex ea ratione, quia Procuratores hodie sunt linguosi, litigiosi, injuriosi, & pauperum dilaniatores.

### §. Sed quia veremur.

Juramentum calumniæ pro publica utilitate & li- 15
tium minuendarum causâ introductum ad instar doli futuri per partes non remittitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & *tom. 7. repet.* Franciscus Curtius.

Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt 16
Marant. *de ordine judic. part. 6. in secundo, tit. de jurejurando, in princ.* Menchac. *controvers. usufreq. p. 1. cap. 64. num. 19.* ubi postquam pro certo tradidit juramento calumniæ à collitigantibus non posse renuntiari, resolvit id procedere etiamsi præteriisset decennium, nec adhuc lis finita esset. Guttier. *in repet. leg. nemo potest, n. 172. ff. de legat. 1.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 11. in prælud. numero 23. vers. unde*, Guttier. *pract. lib. 1. quæst. 99. num. 3.* Gravat. *ad Vestr. in pract. Romanæ Curiæ, lib. 5. cap. 2. numero 11. & 12.* Franc. Viv. *decis. 109. num. 1.* Matth. Coler. *German. decis. 117. num. 4. & 5.* Joseph. Cumia *in ritibus Siliciæ, in prælud. num. 14.* Anton. del Re Tiburtin. *in tract. de juram. calumn. cap. 7. num. 3. cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 208. num. 15.* Camill. Borel. *in summ. decis. tom. 1. tit. 51. de juram. calumniæ, à num. 9.* ubi hinc infert, quod adeò necessarium est hoc juramentum, ut si petitum ab aliqua parte fuerit, & omittatur, processus nullus erit; quia tunc, cùm scilicet ab altera partium exactum est, de substantia processus esse videtur. Viv. *Neapol. decis. 109. num. 1.* Menchac. *illustr. controv. part. 1. cap. 31. num. 41.* Vezin. *commun. opin. tom. 1. lib. 2. tit. 28. num. 2. pag. 359.* Vant. *de null. tit. ex defectu processus, num. 29.* Vincent. Caroc. *de juramento litis decisorio, quæst. 13. num. 6.* Anton. del Re *dict. cap. 7. num. 7.* Remissum verò tacitè censetur hoc juramentum, videlicet si à neutra parte petatur, & tunc nullitati processus locus non erit, secundùm,

Vant.

Vant. *de nullitat. tit. ex defectu proceſſus, n.*29. Franc. Viv. *commun. opin.* 258. *n.* 5. Mench. *de ſucceſſion. reſolut. lib.*5. §.7.*n.*14. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*20.*n.*5. Matth. Coler. *dict. dec.* 117. *n.* 4. *&* 5. Camill. Borrell. *d. tit.* 51. *de juram. calumniæ, n.* 11.

17 Unde juramentum calumniæ ſtatuto tolli non poſſe, reſolvunt Viv. *d. dec.*19. *n.*5. Vinc. Carot. *d.*

18 *q.*13. *princ. n.*7. Ant. del Re *c.* 13. *n.*1. Camill. Borrel. *d. tit.* 51. *n.* 12. Surd. *dec.*18. *n.*8. Nec conſuetudine.

19 Viv. *d. dec.* 109. *n.* 3. Caroc. *d. q.*13. *n.*7. Ant. del Re *c.* 15. *n.*4. Camill. Borrel. *d. n.*12. Nec Principis reſcripro, niſi expreſſis verbis deroget, Ant del Re *d. c.*13. *n.*21. Ludov. Rodolph. *de ſuprema, ſeu abſoluta principis poteſt. cap.*6. *n.*43.

## §. Hoc etiam.

20 Qui propter dubium mandari admiſſus eſt cum cautione rati, non relevat dominum à præſtando ju-

21 ramento calumniæ. Cautio rati firmat perſonam Procuratoris, præterquam quoad calumniæ juramentum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* & *tom.*7. *repet.* Franciſcus Curtius.

22 Notatur hic textus ad hoc, quod contumax in uno articulo videtur eſſe contumax in qualitate cohærenti articulo, ut per Boër. *dec.*64. *n.*6.

## §. Quod ſi actor.

23 Actor delatum calumniæ juramentum recuſans cadit actione, reus autem recuſans, pro confeſſo habetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſupr. hoc tit.*

24 Hanc eandem concl. ex hoc textu deſumunt Ord. Reg. Luſit. *lib.* 3. *tit.* 43. *in princ. verſ. ſe cada huan das partes*, &c. Menchac. *qq. uſufreq. p.*2. *c.*25. *n.*24. Cacheran. *Pedem. dec.*11. *n.*2. Duen. *reg.*307. *l. Hiſpan.* 23. *tit.*11. *part.*3. *ubi gloſſ.*2. Donat. à Fina *tom.*1. *commun. opin. lib.*2. *tit.*27. *n.*6. *pag.*360. Matt. Coler. *German. dec.*122. *&* 125. Ant. del Re *de juram. calum c.*21. Mendez de Caſtro *in præxi Luſitana ſeculari, lib.* 3. *c.*7. Camill. Borrell. *in ſum dec. tom.*1. *tit.*51. *de juram. calumniæ, n.*29. ubi *n.*30. tenet quod ſi pars, quæ compelleretur ad jurandum de calumnia, peteret, proceſſus copiam, illa non conceſſa, compelli non poſſet.

25 In Gloſſ. *Cadat*, ibi, *non ipſo jure, ſed per ſententiam* Ita Ord. Reg. Luſitan. *lib* 3. *tit.*42. §.1. *in fin.* Mench. *d. c.*25. *n.*25. Tir. *in l. ſi u quam, verb. revertatur, n.*187. *de revocand. donat.* Ant. del Re *de retract. de juram. calumniæ, c.*14. *n.*3. *&* 4. ubi *n.*167. *cum ſeqq.* diſputat an poſſit purgari mora.

26 In Gloſſ. *Rei qualitas*, ibi, *quid enim ſi actor fuerit confeſſus*, &c. Vide Marant. *de ordine judic. part.*6. *memb.* 9. *n.*7. ubi ait quod judex ex officio poteſt in quacunque parte judicii repellere agentem ſine actione.

27 Notatur etiam ad hoc, quod confeſſio intelligitur cum qualitatibus in libello contentis, ut per Mench. *d. cap.*25. *n.*26. *cum ſeq.*

## SUMMARIUM.

1 *Juramentum calumniæ ad excluſionem probationis non neceſſariæ inventum, præſtandum eſt, ſemel præſtitum, iterum præſtandum non eſt*, num. 2.

3 *Nuncius, vel officialis, ſi ſemel juravit pro toto officio, ſufficit.*

4 *Interrogari quis non debet amplius de eo, quod ſemel declaravit.*

### Auth. In Iſto.

JUramentum calumniæ ad excluſionem probatio- 1
nis non neceſſariæ inventum præſtandum eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit. & tom.* 7. *repet.* Franciſcus Curtius.

Ex hoc textu notat Bart. quod calumniæ jura- 2
mentum ſemel præſtitum, iterum non eſt præſtandùm, de quo Ordin. Regia Luſit. *lib.* 5. *tit.*43. *in princ.* ibi, *ſera univerſal. para todo o feito*, Ant. del Re Tiburtin. *de juramento calumniæ, c.*9. *à n.*1. Et facit ad 3
nuntium, vel officialem, qui ſemel juravit, ut id pro toto officio ſufficiat, de quo Tiraq. *de retractu lig.* §.8. *gloſſ.*9. *num.*12. Et ad id, quod quis non eſt ampliùs interrogandus de eo, quod ſemel declaravit, Maſchard. *de probat. concl.* 1200. aliàs 1206. 4
*num.* 20.

## SUMMARIUM.

1 *Juramentum calumniæ per principales præſtatur ad ſuſpicionem judicis pecunia corrupti tollendam,*

2 *Juramentum oblatum ratione litium pendentium in ſacro Conſiſtorio, in præſentia Senatus præſtandum eſt.*

3 *Litigantes ſi coram actis juramentum calumniæ præſtari impediuntur, coram deputatis à judicibus hoc præſtare poſſunt.*

4 *Mulier honeſta abſente adverſario coram officialibus præſtat juramentum calumniæ.*

5 *Partium alterutra abſente juramentum calumniæ apud judicem provinciæ, vel locorum defenſorem licitè præſtatur.*

6 *Litigantes omnes, & quicumque, cujuſcumque ſint dignitatis, juramentum calumniæ ſubire teneatur tenetur principalis perſona jurare de calumnia, n.*7.

### Auth. Principalis.

JUramentum calumniæ per principales præſtatur 1
ad ſupiſcionem judicis pecunia corrupti tollendam *in princ.* Juramentum oblatum ratione litium 2
in ſacro Conſiſtorio pendentium, in præſentia Senatus præſtandum eſt. *in verſ. Sed in ſacro.* Litigantes 3
ſi coram actis juramentum calumniæ præſtare impediuntur, coram deputatis à judicibus hoc præſtare poſſunt, *in verſ. Sed ſi quis litigantium.* Mulier ho- 4
neſta abſente adverſario coram officialibus juramentum calumniæ præſtat *in verſ. Mulier.* Alterutra 5
partium abſente juramentum calumniæ apud judicem provinciæ, vel locorum defenſorum licitè præſtatur, *in verſ. Sed ſi partes*, Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *ſup. hoc tit. & tom.* 7. *repet.* Franciſcus Curtius.

*Principales perſonæ*, &c. Notatur ad hoc, quod 6
omnes, & quicumque litigantes, cujuſcumque ſint dignitatis, juramentum calumniæ ſubire tenentur, ut per Anton. Scap. *de jure non ſcripto, lib.*1. *c.*15. *n.*5. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.*48. *cap.*7. *n.*4. Camill. Borell. *in ſum. dec. tom.*1. *tit.*51. *n.*52. Socin. *reg.*209. Donat. à Fina *commun. opin. tom.*1. *lib.* 2. *tit.* 27. *n.*4. *pag* 360. *in princ.* ubi quod jurare de calumnia principalis perſona tenetur.

*LIBRI SECUNDI FINIS.*

# COLLECTANEA DOCTORUM In Librum Tertium Codicis.

## *DE JUDICIIS.*

### TITULUS PRIMUS.

PRÆMISSIS iis quæ ad judiciorum prærarpatoria, jam de ipsis judiciis cum generaliter tum specialiter agendum est. Definitur autem judicium ab Aristotele 5. *Eth.* justi, & injusti dijudicatio: at plenius definiri potest, ut dicatur juris disceptatio apud judicem, de causa inter actorem, & reum controversa. Scripserunt in hanc Rubr. Bart. Castr. Angel. Fulgos. Richard. Aloys. Leo, Petr. Gilchen. Sebast. Nav. item Cujac. Pac. & Vvesembec.

De titulo speciales, ediderunt tractatus Joannes Baptista Costa & Ambrosius Lutius.

De judiciis, & jurisdictionis prorogatione fori competentia, præventione, jure revocandi domum, revocatione, & reorum transmissione, Ant. de Matthæis *tom.* 3. *tract. Doctor. part.* 1. *fol.* 105. Marian. Socin. *eod tom.* 3. *p.* 1. *fol.* 96. Plaz. *eod. tom.* 3. *p.* 1. *fol.* 92.

De judiciis, setentia; & re judicata, Didacus, Millianus.

De judiciis bonæ fidei, Antonius Massa Gallesius *tom.* 3. *tract. Doctor. p.* 1. *fol.* 101.

De judiciis criminalibus, Sigismundus Scaccia.

De judiciorum ordine, Guld. de Suzaria *tom.* 3. *tr. Doctor. p.* 1. *fol.* 34. Jacob. de Gentilis *eod. tom.* 3. *part* 1. *fol.* 41. Odofredus Beneventanus *ibidem fol.* 32. Tancredus de Corneto *ibid. fol.* 44. Rebertus Maranta, Fr. Ludovicus Miranda, Guillielmus Hannatonius.

De judiciorum ordine, & usu, Antonius Pompæus.

De judiciario ordine, Joannes Andreas.

De judiciario ordine fori Ecclesiastici, Ægidius Fusarius.

De judiciorum arbore, Joannes de Grassis *dict. tom.* 3. *part.* 1. *fol.* 22.

De judiciorum publicorum accusationibus, Placentinus *tom.* 11. *tract. Doctor. p.* 1. *fol.* 2.

De materia tituli vide Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 20. *l. Hispan.* 2. *cum seqq. per tot. tit.* 4. *part.* 3. Alciat. *lib.* 6. *paradox. c.* 4. Suar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *annot.* 2. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.* 37. *cap.* 3. Peregrin. *var. lib.* 2. *num.* 38. *cum seqq.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de judiciis*, Camill. Borrell. *in summa decis. tit.* 42. *de judiciis*, *tom.* 1. Bellacomb. Suar. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib* 3. *tit* 1. *pag.* 360. *cum seqq.* D. Petrum Barbos. *in doctissimis suis commentariis post-humis ad tit. ff. de judiciis.*

### SUMMARIUM.

1 *Per litis contestationem factam super sorte, & usurarum parte, non extinguitur stipulatio quoad usuras ante litis contestationem debitas, vel insequentes.*

2 *Creditor petendo in judicio sortem principalem, non sibi præjudicat in usuris, interesse, aliisque accessionibus, nisi sortis receptione hoc faciat, & num* 3.

4 *Novatio necessariò non purgat moram.*

5 *A litis contestatione judicium cœptum esse dicitur.*

### L. Judicio. I.

*Impp.* SEVERUS *&* ANTONINUS AA. *Clementi.*

PEr litis contestationem factam super sorte, & usurarum parte non extinguitur stipulatio quoad usuras ante litis contestationem debitas, vel etiam insequentes. Item creditor petendo in judicio sortem Principalem, non sibi præjudicat in usuris, interesse, aliisque accessionibus, nisi sortis receptione hoc faciat. Colligunt ex Ordin. Bart. Salic. Bald. Castr. Cyn. Angel. Aretin. Fulgos. Alexand. Jas. Zas. Sichard. Fontan. Aloys. Leo *fol.* 53. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 502. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 137. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & X men. *in concordant.* 1 2

Hinc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Donel. *commen. juris civilis lib.* 23. *cap.* 9. *col. ult. & lib.* 17. *cap.* 18. *col.* 1. Joan. Garcia *regularum utriusque juris, reg.* 430. *in princip.* ubi ait per hanc l. quod sortem principalem in judicio petens non sibi in fructibus, seu usuris præjudicat, & addit maximè procedere in petitione hæreditatis; & enim citato hoc eodem textu tenet, secus esse in recipiente sortem pro solutione, limitans *n.* 1. non tantùm per receptionem sortis principalis, sed etiam per transactionem factam super sorte principali: & *n.* 3. limitat etiam quando recipiens sortem principalem simpliciter, reciperet cum protestatione recipiendi, vel recuperandi fructus: & *n.* 4 denique limitat è contra non procede si creditor recipiat fructus, quia non videtur remittere sortem principalem. 3

*Non est perempta.* ] Notatur ad hoc, quod novatio necessaria non purgat moram, ut per Tiraq. *ad finem tit. de retractu lign. n.* 33. 4

In Gloss. *Judicio cœpto*, ibi, *quod fit à litis contestatione.* Notatur ad hoc, quod à litis contestatione judicium cœptum esse dicitur, ut per Soar. de Paz *in practica tom.* 1. *p.* 2. *cap. unic. n.* 59. *prope finem.* Asin. *in præxi Florent.* §. 1. *cap.* 1. *n.* 14. *& seqq.* Lancellot. *de attent. in præfat. n.* 173. *& part.* 2. *cap.* 4. *in præfat. n.* 7. 5

Peregr.

Peregr. *var. lib. 2. ad rubr. de judiciis, n.54.* quorum plures refert Parens meus *in remiss. ad Ord. Reg. Lusitan. lib. 3. tit. 51. in princ. n.2.*

## SUMMARIUM.

1 *Prosequtio specialis restringit sententiam generalem ad prosecuta.*
2 *Verba generalia sententiarum restringuntur ad causam expressam.*
3 *Libellus generalis licèt admittatur, si postea in prosecutione res aliqua fuerint specificatæ, ad illas restringitur judicium.*

### L. Licèt judice. II.

*Idem* A A. *Valerio.*

1 PRosecutio specialis restringit sententiam generalem ad prosecuta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 503.* Giphan. etiam *tom. 1. pag. 127.*

2 Vide Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de regul. juris concl. 4. n. 25.* ubi quod verba generalia sententiarum restringuntur ad causam expressam, Padil. *in l. sub prætextu, n. 6. de transact.* D. Barbos. *ad rubr. ff. soluto* 3 *matr. p. 3. n. 50.* ubi ait, quod licèt libellus generalis admittatur, si postea in prosequutione res aliquæ fuerint specificatæ, ad illas restringetur judicium.

## SUMMARIUM.

1 *Judex qui non est competens in causa statûs, de tali causa dicidenter potest cognoscere, & n. 2. secus quando non solùm est incompetens, sed etiam incapax causæ incidentis, n. 3.*

### L. Quoties. III.

*Impp.* ALEXANDER A. *Faustinæ.*

1 JUdex, qui non est competens in causa statûs, de tali causa incidenter cognoscere potest. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 503.* & Aloys. Leo *fol. 53.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt, multisque exornant, Robert. *lib. 3. sentent. cap. 12.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 91. numer. 7. cum seqq.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 7. cap. unic. num. 87.* Joan. Garcia *de nobilit. gloss. 1. num. 17.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 25. num. 12. cum seqq. & de empt. & vendit. cap. 24. num. 31.* D. Barbos. *in l. Titia, num. 21. cum seqq. ff. soluto matrim.* ubi ait 3 hunc textum locum non habere quando judex non solùm est incompetens, sed etiam incapax causæ incidentis, Fachinæ, *controvers. lib. 1. cap. 4.* & posita *in collect. ad cap. lator, & ad c. causam, quæ, qui filii sint legit. in Decretal.*

## SUMMARIUM.

1 *Sententia lata super certa specie judicii generalis nocet in omnibus ejus accessoriis, & dependentibus, licèt super eis non fuerit disceptatum.*
2 *Sententia quamvis sit stricti juris, nihilominùs porrigitur ad omnia accessoria, & sic ad fructus, si præcipiat restitutionis rei.*

### L. Si cùm tibi. IV.

*Idem* A A. *Popillio.*

SEntentia lata super certa specie judicii generali 1 nocet in omnibus ejus accessoriis, & dependentibus, licèt super eis non fuerit disceptatum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati, *ad l. 1. num. 1 sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 104.*

Notatur ad hoc quòd quamvis sententia sit stricti 2 juris, nihilominùs porrigitur ad omnia accessoria, & sic ad fructus si præcipiat restitutionis rei, ut per Menoch. *de recuper. possess. in prælud. numero 6.* Surd. *decis. 212. num. 11. cum seqq.* Vincent. de Franchis *dec. 228.* ubi Amendola *in addit.* Menoch. *consil. 509. num. 18.* Stephan. Gratian. *discept. forensium. cap. 77. à num. 6.* Sigism. Scacc. *de appellat. quæst. 17 limit. 21. num. 47.*

## SUMMARIUM.

1 *Delegatus ab alio quàm à Principe, subdelegare nequit, & n. 2. intellige ut n. 4.*
3 *Ordinarius regulariter potest dare judicem.*
5 *Delegatus Principicis, ut Papæ, Regis, aut alterius supremæ potestatis, subdelegare potest, amplia in delegato à populo non recognoscente superiorem, & in delegato subdelegante extra locum sibi deputatum, n. 6. resolve ut n. 7.*
8 *Delegatus à Proconsule subdelegare potest.*
9 *Delegatus ab Ordinario ad universitatem aliquam causarum, potest subdelegare hanc, vel illam causam, aut causas in particulari.*

### L. A judice. V.

*Impp.* GORDIANUS A. *Marcello.*

DElegatus ab alio quàm à Principe subdelegare 1 nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 504.* Giphan. etiam *tom. 1. pag. 138.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2 munt *l. Hispan. 19. tit. 4. part. 3. ubi gloss. 1. & lib. 21. tit. 23. part. 3.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. notab. 2. vers. sed est pulchra dubitatio, n. 28.* Donell. *comment. juris civilis lib. 17. c. 25. in fine*, Peregr. Jannin. *de citat. reali lib. 1. cap. 1. num. 424. ampl. 5. & limit. 32.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 54. & præsumpt. lib. 2. præs. 21. & cons. 17. num. 2. & 3.* Joan. Garcian. *reg. 442.* Morl. *in emporio juris civilis p. 1. tit. 2. q. 15. à princip.* ubi *n. 5.* interpretatur verbo hujus textus, ibi, *cùm ipse judiciario manere fungitur*, quæ conveniunt etiam iudici ordinario, ut debeant exponi iudicem delegatum uti ministerio, & vice iudicandi ex aliena, non ex propria iurisdictione, ideóque delegare non posse, latè D. Barbos. *in l. cùm Prætor 12. §. 1. n. 80. cum multis seqq. ff. de iudic.* latè etiam Molin. *de iustit. tom. 6. tract. 5. disput. 15. num. 1.* Sanchez *de matrim. lib. 3. disput. 31. num. 1.*

*Judicis dandi potestatem non habet.*] Ergo videtur 3 præsupponere Ordinarium regulariter iudicem dare posse, quod si referatur ad magistratus ordinarios Romanos, intelligendum est id facere posse more maiorum, *l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iudic.*

si autem referatur ad magistratus Provinciales, vel similes, est intelligendum quando id lege illis inveniatur permissum, ut per D. Barbos. *in l. cum prætor,* §. 1. *ex n.* 81. *cum seqq.* præcipuè *n.* 93. *de iudic.* ubi *n.* 123. limitat id; quod vulgò dicitur subdelegatum delegari non posse subdelegare, esse intelligendum nisi Ordinarius tempore delegationis concesserit ei facultatem subdelegandi. 4

*Nisi à Principi iudex datus fuerit.*] Notatur ad hoc, quod delegatus Principis, ut Papæ, Regis, aut alterius supremæ potestatis, subdelegare potest, ut per *l. Hispan.* 19. *tit.* 4. *part.* 3. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 5. *n.* 26. Boër. *decis.* 152. *num.* 1. Bover. *sing.* 7. *n.* 9. Rebuff. *in praxi benefic. tit. forma vicarii* *n.* 72. Covar. *lib.* 3. *var. cap.* 20. latè Joan. Gratian. *regularum iuris reg.* 443. ubi *n.* 2. *cum seqq.* ampliat in delegato à populo non recognoscente superiorem, & in delegato subdelegante extra locum sibi deputatum: & *n.* 8. *cum seqq.* resolvit, quod talis Principis delegatus non poterit subdelegare cum delegandi potestate, nec causas criminales, seu iurisdictionem voluntariam, Fr. Ludov. Miranda *de ordine iudic. q.* 2. *art.* 11. D. Barbos. *in l. quia tale, n.* 47. *ff. soluto matr.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *num.* 1. Cardos. *in praxi iudicum, & Advocat. verbo Judex n.* 75. Mol. *d. tit.* 2. *in prælud. n.* 10. P. Molin. *d. disp.* 15. *n.* 1. D. Barbos. *in l.* 1. *art.* 5. *n.* 2. *ff. de iudic.* 6

In Glos. *Non habet.* ibi, *sed est contrà in delegato à Proconsule*, &c. Notatur ad hoc quod delegatus à Proconsule subdelegare potest, ut per Morl. *in emporio iuris civilis p.* 1. *tit.* 2. *q.* 15. *n.* 15. Molin. *d. disput.* 15. *n.* 1. *vers. item excipitur*, latè D. Barbos. *in d. l. cùm prætor*, §. 1. *n.* 130. *cum seqq.* 8

In ead. Glos. ibi, *ad universitatem causarum erat delegatus* Notatur ad hoc, quod delegatus ab Ordinario ad universitatem aliquam causarum potest subdelegare hanc, vel illam causam, aut causas in particulari, ut per Covar. *lib.* 3. *var. cap. ult. n.* 11. Man'. *ad reg.* 4. *Cancel. q.* 3. *n.* 4. Azeved. *ad rub. tit.* 9. *n.* 14. *lib.* 3. *novæ Recop.* Morl. *d. q.* 15. *n.* 11. Molin. *d. disput.* 15. *n.* 4. D. Barbos. *in d. l. cum prætor*, §. 1. *n.* 154. *ff. de iudic.* Sanch. *de matrim. lib.* 31. *n.* 2. 9

## SUMMARIUM.

1 *Ordinarius causæ principalis potest eam delegare, reservata licentia ferendi sententiam, potest delegare totam causam, & sententiam sibi reservare, dummodo audiat ter causam, num.* 2. *potest causas suarum partium delegare in parte, aut in totum, num.* 3.

4 *Delegatus etiam Principis de iure civili non potest sibi reservare sententiam, sed debet totam causam, aut nihil committere.*

### Auth. Ad hæc si.

1 ORdinarius iudex causæ principalis potest eam delegare, reservata licentia ferendi sententiam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad lib.* 1. *num.* 1. *supra hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 507.

2 Vide Marant *de ordine judic. part.* 4. *dist.* 5. *num.* 44. ubi per hunc textum tenet, quod Ordinarius potest delegare totam causam, & sententiam sibi reservare dummodò audiat ter causam, scilicèt in principio, id est, in litis contestatione, in medio, & in fine, Cardos. *in praxi judicum, & Advocat. verbo judex,*

3 *n.* 74. ubi quod judex ordinarius potest causas suarum partium delegare in parte, aut in totum. Galganet. *in tract. de condit. & demonstrat. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 9. latè Vacon. à Vacuna *declarationum juris civilis lib.* 6. *cap.* 83. *per totum*, ubi latè probat textum *in præsenti* non loqui de judice delegato, sed de Conciliariis, seu Assessoribus, aut de pedariis judicibus; hæ enim appellationes ferè idem significant: nam Consiliarii dicebantur eo quod eorum consilio administratores, seu Præsides judicant. Assessores eo quod ad Præsides, hoc est, juxta Præsides, inferiori tamen loco, assidere solent: pedarii verò, quod non vehebantur cursu, sed pedibus proficiscebantur in forum, & humiliora negotia disceptabant. Ex his judices Pedarii, seu Conciliarii possunt audire causas, non autem de his judicare, qui nec delegatam, nec ordinariam habent jurisdictionem. Administratores, seu Præsides occupationibus impediti possunt Consiliariis, seu pedariis judicibus mandare causarum cognitionem, dummodò ipsi audiant in principio, & in medio, & in fine sententiam ferant.

In Glos. *Delegatus*, ibi, *sed jure Canonico secus.* Notatur ad hoc, quod degetus etiam Principis de jure civili non potest sententiam sibi reservare, sed debet totam causam, aut nihil committere, secus de jure Canonico, per ut Bart. *tract. de in different. interius Canon. n.* 15. Marant. *d. p.* 4. *dist.* 15. *num.* 44. *post princip.* 4

## SUMMARIUM.

1 *Cum servis non consistit judicium, & num.* 2.

3 *Servus est incapax comparendi in judicio.*

4 *Servus si stipulatur factum, valet stipulatio, & servo competit, intellige ut ibid.*

5 *Servus moribus non potest esse judex.*

### L. Servus. VI.

*Idem A. Juniæ.*

CUm servis judicium non consistit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *supr. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt *l. Hispan.* 8. *tit.* 2. *part.* 3. *ubi gloss.* 2. *& lib.* 12. *tit.* 22. *part.* 3. *ubi gloss. fin. & l.* 15. *tit.* 14. *part.* 6. Hippol. *in l. si quis neque, n.* 123. *ff. quæstionib.* Adrian. Pulvæ, *ad l. interpositas, de transaction. pag.* 96. Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 11. *& cap.* 3. *col.* 5. Cardos. *in praxi judicum, & Advocat. verbo judicium, n.* 8. D. Barbos. *in l. si longius,* §. *si filius familias, n.* 80. *ff. de judic.* ubi quod servus est incapax comparendi in judicio, ubi *num.* 82. respondet ad textum *in* §. *sed cùm factum, Instit. de stipulat. servor.* ut scilicet dum ille dicit, quod si servus stipulatur factum, valet stipulatio, & servo competit, intelligatur, quod servus non agat ad factum in iudicio, sed potiùs dominus aget prædicta stipulatione, ut promissor patiatur servum ire, & agere si domini interest: & idem D. Barbos. *in l. cùm prætor,* §. *fin.* ex *n.* 169. *eod. tit. ff. de judic.* resolvit servum moribus non posse esse judicem, Osuvald. *ad Donell. enucleatum, lib.* 17. *cap.* 4. *lit. F.* 2 3 4

### L. Cùm debitoris. VII.

*Impp.* Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Hyrinæ.*

COontra servum ex persona defuncti domini non datur actio, secus ex persona hæredis. Colligunt

gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1 ſupra hoc tit.*

Vide Cujac. *lib. 12. obſerv. cap.* 1. Neguzant. *de pignorib. p. 3. membr. 2. n. 27. & 28.*

## SUMMARIUM.

1 *Æquitas legibus determinata rigori, & æquitati non ſcriptæ præfertur. & n. 2.*
3 *Æquum dividitur in legale, naturale, & reale.*
4 *Æquitas an ſtricto juris rigori in omnibus præferenda ſit remiſſive.*

## L. Placuit VIII.

*Imp.* CONSTANTIN *&* LICIN. AA. *ad Dyonyſium.*

1 ÆQuitas legibus determinata rigori, & æquitati non ſcriptæ præfertur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom. 5. fol.* 506. Giphan. etiam tom. 1. *pag.* 139.

2 Hinc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt, multiſque exhornant, & explicant Bernard, *reg.* 245. Mantua *lib. 2. locorum cap.* 23. Anton. Auguſt. *lib. 4. emendat. cap.* 8. Alphan. *collect.* 820. Sebaſt. Medic. *ad cap. erit autem lex dict. 1. n.* 74. Tiraq. *de retractu lig. §. 35. gloſſ. 1. n. 4.* Strach. *de Mercat. tit. quomodo procedendum in cauſa mercaturæ, num.* 4. Covar. *in reg. poſſeſſor. p. 2. §. 6. à n.* 12. Mar. Salom. *lib. 1. de Juſtit. & jure, n.* 21. Donell. *comment. juris civilis lib. 26. cap. 2.* Hippol. *ſing.* 685. Sarmient. *lib. 3. ſelect. cap. 8. n. 4. ad fin.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 5. n.* 4. Alſeric. Bolognet. *de leg. jure, & æquit. cap.* 33. *cum ſeqq.* Duaten. *diſputat. anniverſar. lib. 2. c.* 18. Erneſt. Cothoman. *lib. 1. diſp. juris civilis, diſp. 1. theſis* 12 *coron.* 1. Marc. Anton. Delr. *in ſuis miſcel. in annot. ad hunc textum.* Treutler. *ſelect. diſp. vol. 1. diſp. 1. theſi 2. lit. B.* Jacob Marchiſel. *pract. qq. c. 1.* Angel. Matheac. *de via & ratione juris, lib. 1. cap.* 13. Joan. Garc. *de expenſ. cap. 1. num.* 28 *&* 29. optimè Ferdinand. à Mendoza *diſp. juris civilis ad tit. de pactis, lib. 2. cap. 3. n. 9. cum ſeqq.* ubi plura adducit circa interpretationem

3 hujus textus, *& l. 1. rubr. de legib.* ubi dixit Fachinæ *controverſ. lib. 1. cap. 3. & lib. 11. c. 3.* Vacon à Vacuna *declarationum juris lib. 1. cap. 28. num. 5.* ubi

4 quod æquum dividitur in tres partes, legale, naturale & reale. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. tom. 1. lib. 1. tit. 9. n.* 13. *& tit.* 17. *n.* 13. Ferrand. *lib. 2. declarat. c. 2.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. in prælud. n. 29. cum ſeqq.* latè *ead. part. 1. tit. 1. q. 11. per tot.* ubi latiſſimè diſputat, an æquitas ſtricto juris rigori in omnibus ſit præferenda. Marta *de juriſdict. part. 4. cent. 2. caſu* 161. *cum ſeqq.*

De æquitate vide plura per S. Thom. 2. 2. *q.* 120. *art. 1. cum ſeqq.* Affl. ct. *in cap. 1. §. ut autem æquitas. n. 3. cum ſeqq. de pace juram. firman. lib. 3. feudor* Jaſ. *in l. ſi ſervum. Stichum, §. 1. n. 4 ff. de verbor. obligat.* Connan. *comment. juris civilis lib. 1. c. 11. à princ.* Bernard. *reg.* 244. Foller. *in addit. ad Marant. de ordine judiciar. p. 4. diſt. 9. n.* 150. *cum ſeqq.* Tiraq. *Ceſſante cauſa limit. 1. n.* 69. Gonzal *ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 43. n.* 73. *cum ſeqq.* Cardin. Mantic. *d. lib. 2. tit. 9. n. 15.* Marta *d. p. 4. cent. 2. caſu* 162. *per tot.*

## SUMMARIUM.

1 *Judicem cuncta rimari, & partem utramque plenè audire convenit.*
2 *Cauſa qualibet ordinariè, plenèque diſcutienda eſt.*
3 *Judex circonſtantias facti, & proceſſus qualitatem plena inquiſitione diſcutiat, & utramque partem plenè audiat n. 4.*

## L. judices oportet IX.

*Imp.* CONSTANT. A *ad Maximium.*

JUdicem cuncta rimari, & partem utramque ple- 1
ne audire convenit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol.* 509. 2

Notatur ad hoc, quod cauſa quælibet ordinariè plenéque eſt diſcutienda, ut per Alvarez *de privileg. pauperum, p. 1. q. 55. n.* 11. 3

*Rei qualitatem plena inquiſitione diſcutere.* ] Notatur ad hoc quod judex debet circunſtantias facti, & proceſſus qualitatem plena inquiſitione diſcutere, ut 4
per Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 5. n.* 18. Donell. *commentar. juris civilis lib. 24. c. 5. col. 1.*

*Et tunc utramque partem ſapiùs interrogare, &c.* ] Notatur ad hoc, quod judex debet utramque partem plenè audire, ut per Bobadil. *in ſua politica. lib. 2. c. 2. n. 19. in princ. & n. 75.*

## SUMMARIUM.

1 *Probaturo dilationes tres ad inſtantiam dandæ ſunt, quibus elapſis ſententiam legibus conformem judex publicat.*
2 *Dilatio 30. dierum quando currere incipiat.*
3 *Menſis 30. diebus conſtans.*
4 *Pactum quo continetur ut ſolutio debiti non poſſit probari, niſi per ſcripturam, non tenet.*

## AUTH. Jubemus.

PRobaturo dilationes tres, ad inſtantiam dandæ 1
ſunt, elapſis autem dilationibus ſententiam legibus conformem. judex publicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Petrus Gilchen. *tom 1. pag.* 510.

*Compellat intra triginta dies, &c.* ] Quæ tamen 2
triginta dierum dilatio non curret; niſi poſtquam fuerit aſſignata, intimetur parti, vel ejus Advocato, ſeu procuratori, ut per Azeved. *l. 1. n. 64. tit.* 18. *lib. 4. novæ recop.* Marant. *de ordine judic. part. 6. tit. de delation. n.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 516. *n. 6.* Guttier. *alleg. 3. n. 9 & practicar. lib. 3. q. 37. n.* 10 Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 10. n.* 19. Cur. Philipp. *p. 1. §. 16. n. 6.*

*Alius menſis indulgeatur, &c.* ] Ergo menſis conſtat tringinta diebus, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, n.* 208. *de revocand. donat.* Gregor. Lopez *l. 5 tit. 6. part. 6.* Menoch. *de arbitr. caſu* 50. *n. 7. cum ſeqq.* Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap* 14. *n. 2. & de empt. & vendit. cap. 14. n.* 21. Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de dilation. reſol. 2. num. 4.* Melch. Phœbos *Luſit. dec.* 51. *n.* 24. *tom. 1.* 3

In Gloſſ. *Renuntiaverit*, ibi, *idem fortè in inſtrumentis, ut noceat renuntiatio*, &c. Notatur. ad hoc, quod

quo I pactum, quo continetur ut ſolutio debiti non poſſit probari niſi per ſcripturam, non valet, nec tenet ut per Paul. de Caſtro *in l. pactum inter hæredem num. 5. de pactis*, ubi hanc gloſſ. dicit ſingularem, & quod non eſt alibi, Hippol. *ad rub. de probation. n. 32. & 34.* Padill. *in l. cum te, num. 6. de tranſaction.* Gurtier *de juram. confirm. p. 1. c. 66. n. 1.*

## SUMMARIUM.

1 *Cauſæ continentia non dividenda, & ſuper cauſa poſſeſſionis & proprietatis idem judex adeundus eſt, & n. 2. non procedit in cauſis quarum pars ſpectat ad juriſdictionem ſecularem, & alia ad Eccleſiaſticam, ſed unuſquiſque procedit in ſua cauſa, num. 3.*

4 *Cauſæ continentes, ubi diverſi ſunt fori & diviſionem ac ſeparationem poſſunt recipere, coram diverſis judicibus trahendæ ſunt.*

5 *Cauſa tripliciter conſiderari poteſt.*

6 *De exceptione continentiæ cauſæ non dividendæ, quod ſit delatoria, & ante litem conteſtatam opponenda, remiſſivè.*

7 *Clericus, & laicus ſi ſimul deliquerint: ubi ſint conveniendi.*

8 *Cauſa poſſeſſionis eſt unum continens cum cauſa proprietatis, & ob id dividi non poteſt.*

## L. Nulli X.

### *Idem* A. *ad Severum. P. V.*

1 CAuſæ continentia non debet dividi, & ſuper cauſa poſſeſſionis & proprietatis idem judex adeundus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 54.* & Petrus Gilchen. *tom. 1. pag. 516.*

2 *Qui cauſæ continentiam dividet*, &c. ] Notatur ad hoc, quod cauſæ continentia dividi non debet, ut per Bart. *in l. eum quem temerè, in fine principii, ff. hoc tit in l. à divo Pio, §. 1. num. 3. ff. de re judic.* Boër. *deciſ. 69. num 24. & 25.* Decian. *vol. 2. reſponſ. 97. num. fin.* Viv. *Neapol. deciſion. 136. numero 1.* Alciat. *lib. 1. pareng. juris, cap. 9.* Jacob Concennat. *lib. 1. quæſt. juris. cap. 3. num. 8.* latè Menoch. *de arbitris lib. 2. caſu 371. per tot.* ubi plura tradit exempla hujus continentiæ cauſæ, Cardin. Tuſch. *practic. concl. tom. 2. lit. C. concl. 967.* Bernard. Grævæ *ad practicam Camcræ Imper. lib. 1. concl. 32.* Mart. *de juriſdict. part. 2. capite 39. numer. 26.* ubi tenet hunc text. loqui in judicibus delegatis idem dicit *part. 4.*

3 *cent. 2. caſu 142. n. 13.* & *cent. 1. caſu 34. n. 24.* ait regulam hujus text. non procedere in cauſis quarum pars ſpectat ad juriſdictionem ſæcularem, partim ad Eccleſiaſticam, ſed unuſquiſque procedit in cauſa ſua, &

4 *ead. p. 4. caſu 189. n. 4.* concludit cum multis quos citat, etiam cauſas continentes, ubi diverſi ſunt fori, & diviſionem, ac ſeparationem recipere poſſunt, coram diverſis judicibus tractandas eſſe. Lancellot. *de*

5 *attent. p. 2. c. 4. limit. 2. num. 6. cum ſeqq.* ubi ait, quo cauſa tripliciter conſiderari poteſt, aut eſt diverſa, aut eadem, aut diverſa quidem, ſed equaliter connexa Fachin. *controverſ. lib. 9. c. 31.*

6 Et de exceptione continentiæ cauſæ non dividendæ, quod ſit dilatoria, & ante litem conteſtatam opponenda, vide Craver. *conſ. 818. n. 2.* Mynſing. *cent. 2. obſerv. 67.* Bernard. Gravæ. *d. lib. 1. concl. 333.* Parentem meum *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſitan. lib. 3. tit. 49. §. 2. num. 4.*

Hunc nonnulli, ex quorum numero fuit Mart. *de juriſdict. d. p. 4. c. cent 2. caſu 119.* exiſtimaverunt, quod ſi Clericus & laicus ſimul delinquant, uterque erat conveniendus coram judice Eccleſiaſtico, itaut laicus ratione ſocii Clerici gaudere debeat privilegio fori ne continentia cauſæ dividatur: ſed communis omnium Doctorum ſententia eſt in contrarium, quos refero, & in unum congero *in tract. de jure eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 94.* ubi *n. 95.* adverto quod quamvis Clericus & laicus ſimul tempore deliquerint, materia dividua eſt, quia unuſquiſque in ſolidum deliquit, crimen conſummavit, unuſquiſque ſuum habet forum diverſum, in quo legitimè convenitur & in quo diverſæ ac peculiares pœnæ in ſuos ſubditos ſtatuuntur, & ideò in propoſito nulla datur continentia cauſæ, quæ dividatur, contra regulam hujus text. eo quòd cauſæ, & perſonæ delinquentium ſunt diverſæ, & neque cauſa, neque perſona alteri cauſæ, aut perſonæ eſt annexa, neque tandem de illis rebus agitur, de quibus ad eundem judicem adeundum ſit.

*Atque alium ſuper poſſeſſione, alium ſuper principali* 8 &c. ] Notatur ad hoc quod cauſa poſſeſſionis eſt unum continens cum cauſa proprietatis, & ob id dividi non poteſt, ſed eſt ab eodem judice terminanda, ut per Cujac. *lib 2. obſerv. 35.* Menoch. *d. caſu 371. num. 8. & 9.* Sahag *ad cap. 2. num. 83. cum ſeqq. de quæſt. poſſeſſ.* Anguian. *de legib. lib. 2. controv. 19. n. 18.* Cabed. *Luſitan. deciſ. 32. p. 1.* & latè de hac materia dixi *in collect. ad c. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. n. 4. & 5. in Decretalib.*

## SUMMARIUM.

1 *Cauſæ civiles intra triennium terminandæ ſunt.*

2 *Lites omnes olim ultra triennium non pendebant in judicio.*

3 *Judice invito litem protelare nemo poteſt & n. 4.*

5 *Inſtantia triennalis locum habet etiam in cauſis conſummariis, in cauſis executionis n. 6. In civilibus in quibus proceditur per officium judicis, n. 7. non verò conſiſtorio Principis, quando ſcilicet ventilatur coram Principe, quia coram eo inſtantia eſt perpetua, & nunquam perit, n. 8. etiam quando cauſa eſt Principi referenda, num. 9. Nec in judice habente liberum arbitrium in procedendo, n. 10. ſecus quando judex habet liberum arbitrium ſolum in ſententiando, n. 11. Nec de jure Canonico, quia illo attento inſtantia eſt perpetua, n. 12. Hodie ex diſpoſitione Concilii Trid. omnes cauſæ Eccleſiaſticæ intra biennium ſunt determinandæ, & de jure civili biennio finiuntur, n. 13.*

14 *In cauſis fiſcalibus inſtantia nunquam perit, ſecus in cauſa dotis, num. 15.*

16 *Inſtantia à conteſtatione litis incipit. declara, ut n. 17.*

18 *Inſtantia triennii apud omnes judices, tam ordinarios, quàm delegatos ſervanda eſt, etiam ab arbitris, num. 19. non verò ab arbitratore, quia coram eo non habet locum inſtantia, n. 20.*

21 *Sententia lata nulla parte petente, ſeu inſtante eſt ipſo jure nulla.*

22 *Inſtantiæ triennium nec de conſenſu partium prorogari poteſt.*

23 *Minori an detur reſtitutio in integrum adversùs lapſum inſtantiæ, remiſſivè.*

24 *Actore tergiverſante, vel fugiente, ſi reus nil probat, abſolvitur à citatione, actore fugitivo in expenſis condemnato.*

25 *Actore abſente, ſi ex actis & geſtis conſtat judici reum condemnandum, ſententia etiam pro actore abſente*

*abſente ferenda, expenſis reo mediante juramento probatis adjudicatis, & n.34.*

26 *Actor per contumaciam abſens condemnationem rei inſufficientem impugnare nequit.*

27 *Executori fides adhibetur in his quæ ad illius officium pertinent.*

28 *Adverſus abſentem contumacem ut procedatur, debet alia pars accuſare abſentiam, & contumaciam partis abſentis, & cetere ut adversus eum procedatur, adverte ut ibid. in ſequenti.*

29 *Unumquodque Edictum intervallum 10. dierum continere debet, ut abſens compareat.*

30 *Contra ſacramentum partium probatio admittenda.*

31 *Inſtantia perempta, lataque ſententia ab obſervatione judicii non pereunt effectus inducti per litis conteſtationem.*

32 *Sententia quando fertur in factorem actoris abſentis, & contumacis, & contra reum præſentem, tunc fiet condemnatio expenſarum in favorem actoris, & contumacis.*

35 *Cauſa vel per actorem, vel reum deſerta, judex ſine metu appellationis in cauſa pronuntiat legitimè per probationes informatus.*

36 *Citatio requiritur in receptione, & productione, liquidatione, & refectione inſtrumenti, quando eſt amiſſum.*

37 *Sententia judicis unius territorii non poterit à judice alterius territorii mandari executioni niſi quando judex alterius territorii exequitur ad requiſitionem alterius territorii.*

38 *Eremodicium, de litis, ſeu inſtantiæ deſertione.*

39 *Judex alterius territorii non poteſt mittere executioni ſententiam ab alio judice latam, niſi ad lictteras, & requiſitionem judicis qui eam tulit.*

40 *Abſentia litigatoris, Dei repleatur præſentia.*

41 *Verus contumax appellare non poteſt, ſecus in ficto, num. 42.*

43 *Contumax verus, vel fictus, quis, remiſſivè.*

44 *Contumax non poteſt multari amiſsione totius cauſæ.*

45 *Parte alterutra abſente, aut utraque præſente, victus victori in expenſas condemnatus eſt, & num. 46.*

47 *Expenſarum condemnationem excuſat victus, quando habet juſtam cauſam litigandi, ſecus eſt de expenſis debitis ex expreſſa diſpoſitione hominis, ut puta ex diſpoſitione teſtatoris, vel contrahentis, num.48.*

49 *Judex an teneatur condemnare victum in expenſas non petitas, remiſsivè.*

50 *Judex ſi non condemnavit victum in expenſis, ex ſuo tenetur eas ſolvere victori, intellige quando victor in libello petiit ut condemnatio fieret in expenſis.*

51 *Judex protelans per ſordes & gratiam lites, & juſtitiam denegans, pro qualitate officii interdum 10. auri, aliquando tribus libris punitur.*

52 *De pœna judicis pecuniâ corrupti injuſtitiam facientis, differentis, vel omittentis, gemiſsivè.*

53 *Ex mutatione judicis non mutari judicium.*

54 *Pœna impoſita in hac l. judici non finienti litem infra triennium, locum habet ſi in officio duraverit per triennium ſecus ſi non.*

55 *Tutorum vel curatorum culpâ ſi in inſtantia ultra triennium proteletur, tutores ad damnorum reſtitutionem, quoad ſolvenda ſunt, tenetur in eventum reſtitutio in integrum minoribus ſalvamanet num.56.*

57 *Minor non reſtituitur adversùs lapſum inſtantiæ triennii, niſi in ſubſidium ejus adminiſtratore, vel Procuratore non exiſtente ſolvendo minori jactu-*



*ram, quæ ex lapſu inſtantiæ ſibi ſequuta fuerit, intellige ut num.58.*

59 *Inſtantiæ tempus præſcriptum à Juſtiniano, currit minoribus.*

60 *Ignorantia juris non excuſat minores, ruſticos milites & mulieres in his quæ concernunt rigorem judiciorum, ſive formam & ſolemnitatem judiciariam.*

61 *Bona curatoris, ſeu tutoris, illiuſque hæredum, intelliguntur tacitè hypothecata ex cauſa adminiſtrationis.*

## L. Properandum. XI.

*Impp.* JUSTINIANUS A. *Juliano P. P.*

CIviles cauſæ intra triennium terminandæ ſunt. 1
Omnes lites ultra triennium in judicio olim non 2
pendebant. Item invito judice litem nemo protelare 3
poteſt. Colligunt ex Ordin. Bard. Salicet. Odofred. Cyn. Alberic. Corn. Bald. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Alexandr. Jaſ. Sichard. Purpurat. Cuman. Aretin. Aloyſ. Leo, Petr. Gilchen. & Giphan. *tom.* 1. *fol.*139.

Hanc eandem concluſ. quoad primam ejus partem 4
videlicet civiles cauſas de bere à tempore litis conteſtatæ intra triennium terminari, aliàs inſtantiam perire, ex hoc text. deſumunt, multiſque exornant *l. Hiſp.q.tit.6.part.6.ubi gloſſ.* 3. Vant. *de nullitat. tit. ex defectu juriſdictionis ordinariæ, num.* 126. Cujac. *lib.* 9. *obſervat.* 22. *& lib.* 27. *obſervat.* 23. Jacob Revard. *variarum, ſive de juris ambiguitat. lib.* 4. *capit.* 14. ubi ait hoc jure de tempore dirimendis civilibus controverſiis præfinito uſos fuiſſe civiles Romanos, omneſque populos, qui ſub Romano degebant Imperio multo ante Juſtinianum. Roland. *conſ.*21.*lib.*3. Socin. *regul.* 182. Mynſing. *cent.*2. *obſervat.*48 Gail. *de pace publica, lib.*1. *cap.*9. *num.*15. Donell. *comment. juris civilis lib.*26. *cap.*1.§.*fin.* Marant. *de ordine judic. part.*5. *in princip. verbo omnia fiant durante inſtantiæ,* Aſin. *in praxi Florent. in princip. cap.* 3. *num.* 22. *cum ſeqq.* latiſſimè Perez *ad rub. tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 444. *cum ſeqq.* Soar. de Paz *in practic. in initio annot.*2. *num.*9. Guttier. *de juramat. confirment. part.* 3. *cap.*5. *per tot.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.*4. *lit. I, concl.*202. *cum ſeqq.* Marta *de juriſdict. p.* 5. *cent.*1. *caſu* 32. latiſſimè Sigiſm. Scacc. *de appellation. q.*25. *num.*241. *cum multis ſeqq.*

Amplia primò relatam hujus text. concluſionem 5
de inſtantia triennali, ut habeat locum etiam in cauſis ſummariis, Afflict. *dec.*356. *num.*7. Aſin. *in pract. in princip. cap.* 3. *&* 42. Marant. *d. part.* 4. *diſt.* 9. *num.*43. *&* 46. Gail. *lib.*1. *obſerv.*141. *num.* 1. Bened. de Barz. *in tract. de guarentigia, part.*2.*quæſt.*5.*tom.*6. *tract. Doctr. part.* 2. *fol.* 347. Perez *ad d. rubr. tit.* 1. *lib.*3. *Ord. ampl.*4. *pag.*445. Sigiſm. Scacc. *d. quæſt.*14. *num.*244.

Amplia ſecundò in cauſis executivis, putà quando 6
inſtrumenta habent executionem paratam, vel ex jure communi, vel ex municipali, Marant. *d.p.*5. *in verb. & omnia fiant durante inſtantia, ampl.* 3. *num.*8. Bened. de Barz. *d. part.*2.*q.*5. Joſeph. Cumia *ſuper ritibus Siciliæ, t.*4. *n.*19. *cum ſeqq. verſ. quæro circa hoc,* Perez *d. Ampl.* 4. *pag.* 445. Sigiſm. Scacc. *dict. quæſt.* 15. *num.* 248. ubi diſtinguit inter executionem inſtrumenti habentis executionem paratam, & inter executionem ſententiæ, & rei judicatæ, ut ſcilicet primo caſu executio non habeat inſtantiam niſi ageretur via ordinaria, actione reſultante ex inſtrumento, in ſecundo verò intrat inſtantia ſi executio ſententiæ petitur actione in factum.

Amplia tertiò, ut habeat locum etiam in cauſis

civilibus, in quibus proceditur per officium judicis, Marant. *d. loco, amp. 2. num. 7.* Sigism. Scacc. *d. q. 15. num. 253.*

8 Limita primò communem conclusionem ex hoc textu desumptam de instantia usque ad triennium duratura, ut non procedat in Consistorio Principis, quando scilicet causa ventilatur coram Principe; quia coram eo instantia est perpetua, & nunquam perit. Ita Marant. *dict. part. 5. in verbo & omnia fiant durante instantia, limit. 2. num. 15.* Mynsing. *cent. 1. observat. 48. & cent. 3. observ. 44. num. 9.* Gail. *lib. 1. de pace publica, cap. 9. num. 15.* Perez *ad dict. rubr. tit. 1. lib. 3. Ord. vers. amplia etiam dispositionem, pag. 445.*

9 Sigism. Scacc. *d. quæst. 15. num. 266.* ubi *extens. 3.* id ampliat etiam quando causa est Principi referenda, quia donec habeatur responsum à Principe, non currit instantia.

Unde in Consistorio Cameræ Imperialis instantia non perit triennio, sed durat perpetuò, Mynsing. *cent. 2. observ. 48. n 4.* Sigism. Scacc. *d. q. 15. n. 266. post princ.*

In his Regnis Lusitaniæ, & Algarbiorum quoad ea recepta non est dispositio hujus legis, magis enim accedimus juris Canonici dispositioni, secundùm quam instantia perempta temporis cursu non dicitur, ut infrà probatur, & sic horum Regnorum usus & praxis observat, de quo vide Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. ex delict. defunctor. part. 3. num. 24.* Cabed. *Lusit. dec. 15. n. 2 p. 3.*

Idem in his Regnis Castellæ observatur, ut per Gregor. Lopez *in d. l. 9. in gloss. tres años*, dicentem quod sic etiam vidit in Curiis Regalibus, scilicet ut non expiret instantia triennio, Cald. Pereira *d. n. 24.* nam licèt de jure Rartitatem, & Regio instantia tempore finiatur, tamen hodie illæ leges per moderniores correctæ sunt, instantia enim eo jure triennio non perimitur, sed servatur ordo traditus *in l. fin. tit. 6. lib. 4. novæ Recop.*

Apud Gallos etiam locum non habere hujus textus dispositionem, affirmant Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. n. 52.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo infra legitimum, n. 1. & ad d. l. unic. p. 3. n. 241.* Scacc. *d. q. 15. n. 268.*

01 Limita secundò, ut non habeat locum in judice habente liberum arbitrium in procedendo, quia tunc instatia non perit triennio. Ita Marant. *d. part. 5. in verbo, & omnia fiant durante instantia, limit. 3. n. 16.*

11 Sigism. Scacc. *d. q. 15. n. 278.* secus resolventes quando judex habet liberum arbitrium solùm in sententiando, quia tunc ligatur instantia.

12 Limita tertiò, ut non procedat in jure Canonico, quia illo attento instantia est perpetua, *cap. penult. de judic.* Bernard. *regul. 388.* Joan. Garcia *regul. 242.* Marant. *ubi supra, limit. 1. num. 14.* Hieron. Zoanet. *in tract. de different. juris civilis, & Canonici, differ. 30. num 43.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu jurisdict. & unde,* &c. *n. 126. vers. insuper advertas*, Soar. de Paz *in pract. tom. 1. in princ. annot. 2. de instantia, n. 10.* Perez *ad dict. rubr. tit. 1. lib. 3. Ord. amp. 7. pag. 446.* Guttier. *de juramont. confirmat. part. 3. cap. 5. à num. 3.*

13 Mart. *de jurisdict. part. 4. cent. 1. casu 32. n. 11.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 15. num 275.* Hodie verò ex dispositione Concilii. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 20.* omnes causæ Ecclesiasticæ intra biennium sunt determinandæ, & de jure civili etiam biennio finiuntur, de cujus intellectu latè egi in collectaneis *ad d. cap. 20.* Et sic hæc nostra dispositio non comprehendit Ecclesias, nec causas Ecclesiasticas, secundùm Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo instantia*, Natta *d. casu 32. n. 8.*

14 *Quæ ad fiscale pertinent*, &c.] Notatur ad hoc, quod in causis fiscalibus instantia nunquam perit, per Hieron. Zoanet. *dict. different. 30. n. 44.* Marant. *ubi supra, limit. 6. n. 20.* Franc. Lucan. *tract. de privil. fisci, n. 28.* Sigism. Scacc. *d. q. 15. n. 264.*

In causa autem dotis instantia locum habet, de quo 15 vide D. Barbosa *in l. 1. ff. solut. matrim. p. 1. num. 52.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. n. 247.* Castill. *lib. 3. quotid. c. 4. n. 22. in med.* Marta *de casu 23. n. 9.*

*Post litem contestatam*, &c. Notatur ad hoc, quod 16 instantia incipit à contestatione litis, ut per Marant. *d. part. 5. in verbo, & omnia fiant durante instantia, n. 3. vers. quaro igitur primò*, Sigism. Scacc. *d. q. 15.* 17 *n. 339.* ubi *n. 340.* declarat ut in causis, in quibus lis non contestatur, incipiat instantia ab eo actu, qui sequeretur immediatè post contestationem litis in cognitionem meritorum, id est cùm incipit cognosci de meritis: & *n. 341.* declarat etiam ut non procedat quando à statuto præfigitur certus terminus instantiæ inchoandæ ante litem contestatam.

*Sed omnes iudices*, &c.] Tam ordinarii, quàm de- 18 legati, ut per Marant. *d. p. 5. in verbo, & omnia fiant durante instantia, amp. 4. n. 9.* Sigism. Scacc. *d. q. 15.* 19 *n. 255.* Et etiam arbitri, quia pariter in eis servatur civilis instantia triennii, Boër. *dec. 283. n. 4. cum seqq.* Mynsing. *cent. 3. observ. 44.* Sigism. Scacc. *d. q. 15.* 20 *n. 256.* ubi *num seqq.* limitat in arbitratore, quia coram eo non habet locum instantia.

In Gloss. *Triennii*, ibi, *item nota*, &c. Notatur ad 21 hoc, quod sententia lata nulla parte petente, seu instante, est ipso jure nulla, cùm judex non possit in causis civilibus officium suum impertiri, ut per Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu processus, num. 98.* Cæs. de Grassis *decis. 9. num. 4. de causa possess.* Hippol. *in l. unius, §. cognaturum, numer. 21. ff. de quæst.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 2. in annot. n. 147. & gloss. 56. n. 109.*

In ead. Gloss. ibi, *item an possit prorogari trien-* 22 *nium consensu partium*, &c. Notatur ad hoc, quod nec de consensu partium potest prorogari hujusmodi triennium, ut per Marant. *p. 2. n. 42. vers. quintò, & d. p. 5. n. 24.* Tiraq. *de retractu lign. §. 1. gloss. 10. n. 85.* Mynsing. *cent. 3. observ. 48.* Capyc. *dec. 11. num. 4.* Gail. *lib. 1. observ. 141. n. 5.* Ant. Gom. *var. tom. 1. c. 3. num. 41. col. 4.* Perez *ad rubr. tit. 1. lib. 3. Ordin. ampl. 5. pag. 445.* ubi *ampl. 6.* quod nec potest suspendi ex consensu partium, vel judicis, Guttier. *de juram. confirm. p. 3 cap. 5. n. 5.* Bernard. Grævæus *ad pract. Camer. Imper* ejusdem Gail. *d. observ. 141. consid. 1.*

An minori detur restitutio in integrum adversùs 23 lapsum instantiæ, affirmant Marant. *d. p. 5. n. 31. vers. quid autem*, Perez *ad d. rubr. tit. 1. lib. 3. Ord. ampl. 3. pag. 445.* Intrigl. *Siciliæ dec. 25.*

## §. Et si quidem pars.

Actore tergiversante, vel fugiente, si reus nil 24 probat, absolvitur à citatione, actore fugitivo in expensis condemnato. Actore absente, si ex actis, & 25 gestis constat judici reum condemnandum, sententia etiam pro actore absente ferenda, expensis reo mediante juramento probatis adjudicatis. Actor per 26 contumaciam absens condemnationem rei, ut insufficientem impugnare nequit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide *l. 9. Hispan. tit. 22. part. 3.* ubi statutum est, quod si post litem contestatam actor contumaciter se absentet, potest judex ad instantiam rei eum citare, & si non comparet, & terminos habuit competentes ad probandum, & non probet, absolvat reum à petitione per sententiam, sed si probaverit, condemnet reum deducendo à debito expensas litis per reum usque ad sententiam factas, quia istam pœnam patitur actor propter contumaciam, Marant.

sant *de ordine judic. part. 5. tit. & omnia fiant durante instantia num. 51. vers. quarto modo*, ubi per hunc text. dicit quod quando actor lite contestata se absentat, & non prosequitur causam, tunc est in potestate rei illam prosequi,&producere suas exceptiones, vel instare quod absolvatur ab observatione iudicii actore non prosequente, quo casu si reus elegit hanc viam ut absolvatur, iudex citabit actorem ut veniat ad prosequendum; qui si non venerit, poterit reum absolvere ab instantia iudicii,& actorem absentem condemnare in expensis. Si verò reus elegerit aliam viam producendi suas defensiones, tunc si illis products liquet iudici de causa,ut pro reo,vel actore possit diffinitivam proferre, tunc absolvet reum diffinitivè. Et si liquet pro actore condemnabit reum diffinitivè actori & absenti,& in omnem eventum actor absens condemnatur in expensis, sive vincat, sive succumbat. Si verò de causa non liquet, ut quia neque actor, neque reus produxit probationes sufficientes, tunc absolvet reum ab observatione iudicii. D. Barbosa *in l. ad peremptorium 64. n. 9. cum seqq. ff. de judic.* ubi dicit ex hoc text. probari quod si actor non solum citavit reum,sed &contra eum præsentavit libellum,& postea in termino non comparet in iudicio, tunc non potest perveniri ad sententiam diffinitivam,sed tantùm potest petere reus ut absolvatur ab illa conventione, quod tamen hodie immutatum fuit, per *auth. qui semel, C. quomodo & quando judex*,per quam constituitur quod si actor post datum libellum se absentavit:& citatus per modum ibi præscriptum non compareat, potest reus petere ut in causa procedatur, & sententia diffinitiva feratur.

27 *Per executores negotii actorem requirere.*] Cui fides adhibenda est in his,quæ ad illius officium pertinent, ut per Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. n. 150.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 11.* Mascard. *de probat. concl. 1119.* Menoch. *de arbitr. casu 112. n. 1.*

28 *Ex una parte actoris absentiam incusante.*] Notatur ad hoc,quod ut procedatur adversùs absentem & contumacem, debet alia pars accusare absentiam & contumaciam partis absentis, & petere quod adversùs eam procedatur, ut per Rebuff. *tom. 3. ad leges Gallia. tit de contumacia art. 3. gloss. unic à n. 2. & 23.* Azeved. *l. 5. n. 2. tit. 23. lib. 4. novæ Recop.* Octav. Cacheran. *Pedem decis. 3. n. 2. & 4.* Jacob. Thoming. *decis. 24. tom. 10. & 12.* Anton. Gravat. *ad Vestr. in pract. lib. 4. cap. 4. n. 17.* Soar. de Paz *in pract. p. 1. tom. 2. cap. 3. n. 6. cum seqq.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 1. tit. 46. n. 160.* D. Barbos. *in d. l. ad peremptorium, n. 149.* ubi *num. 14.* ait quod licèt quando, utraque pars est præsens, possit judex ferre sententiam illis non petentibus, tamen quando altera pars est absens,oportet quod præsens accuset,&petat adversùs absentem procedi.

Adverte quod hujusmodi absentiâ non incusatâ, citatio non operatur effectum aliquem, nec interrumpit præscriptionem, ut per Hippol. *sing. 291. & in l. de unoquoque, n. 125. ff. de re judic.* Duen. *reg. 153. limit. 3.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n 5. col. 5.* Mascard. *de probat. concl. 449. n. 7. cum seqq.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 47. num. 3.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 55. consid. 2. & concluf. 59. & eod. lib. 1. concl. 29. consid. 2. num. 7.* ubi quod nec inducit præventionem.

29 *Decem dierum spatio*, &c.] Notatur ad hoc, quod unumquodque edictum debet continere intervallum decem dierum ut absens compareat:ut perD. Barbos. *in d. l. ad peremptorium, n. 152. ff. de judic.*

30 *Earum sacramento*, &c.] Contra quod probatio admittitur, ut per Tiraq. *de retract. lig. §. gloss. 1. n. 4.*

31 *Quæ etsi remanserint*, &c.] Notatur ad hoc, quod perempta instantia & lata sententia ab observatione judicii non pereunt effectus inducti per litis contestationem, ut per Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 3. n. 31. vers. quartò facit.*

*Sin autem ex gestis*, &c.] Notatur ad hoc quod quando sententia feretur in favorem actoris absentis & contumacis, & contra reum præsentem, tunc non fiet condemnatio expensarum in favorem actoris, & contumacis, ut per D. Barbos. *in l. eum qui temerè, n. 206. ff. de judic.* 32

*Personam ejus solam*, &c. Vide Alciat. *lib. 2. paradox. cap. 4.* 33

## §. Sin autem reus.

Actore absente si ex actis, & gestis constat judici reum condemnandum, sententia etiam pro actore absente ferenda,expensis reo mediantèjuramentoprobatis adjudicatis. Causa vel per actorem, vel reum deserta judex sine metu appellationis in causa pronuntiat legitimè per probationes informatus.Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 2. n. 1. sup. hoc tit.* 34 35

Hanc eand. concluf. ex hoc text. desumunt *l. Hisp. 10. tit. 22. part. 3. ubi gloss. 1. & l. 8. tit. 3. p. 5. ubi gloss. 5.* Joan. Garcias *reg. 69. per tot.* ubi per hunc text. tenet citationem requiri in receptione & productione, liquidatione & refectione instrumenti quando est amissum, & *reg. 422.* tenet etiam per hunc text. sententiam judicis unius territorii non posse à judice alterius territorii executioni mandari, ubi *n. 7.* limitat quando judex unius territorii exequitur ad requisitionem judicis alterius territorii. 36 37

*Eremodicium.*] Litis seu instantiæ desertio est secundùm Anton.Govean.*lection. juris var. lib. 1. c. 39.* Cottam. *in memorab. verbo Eremodicium.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 47. c. 3. n. 4.* Cal. Pereira *in l. si curatorem verbo sua facilitate n. 35.* Sfor. Odd. *in tract. de in integ. restit. q. 67. n. 2.* Calvin. *in suo Lexic. jurid. verbo Eremodicium.* 38

*Sive per relationem ad majorem*, &c.] Notatur ad hoc quod judex alterius territorii non potest mittere executioni sententiam ab illo judice latam, nisi ad litteras & requisitionem judicis qui rem tulit, ut per Bernard. *reg. 368.* 39

*Litigatoriis absentia Dei præsentia repleatur.* Vide Tiraq. *de jure mariti gloss. 8. n. 36.* 40

*Cum ei, qui contumaciter abesse noscitur, nulla sit provocationis licentia.* Notatur ad hoc quod verus contumax appellare non potest, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 63.* Burg. de Paz. *conf. 12. mum. 16.* Guttier. *practic. lib. 1. quæst. 50. num. 1.* Soar. de Paz *in practic. tom. 1. part. 1. temp. 6. num. 41.* ubi quod procedit in vero contumace, secus in ficto, quando autem verus, vel fictus quis dicatur contumax,vide Soar. de Paz *in pract. part. 1. tom. 2. cap. 3. num. 1.* Cæs. Bartz. *decis. 150. n. 10. cum seqq.* Vigil. *decis. 21. cent. 6.* Camill. Borrel. *in sum. decis. tom. 1. tit. 46. n. 166. 175. & 188.* 41 42 43

*Non autem tunc mors litis*, &c.] Notatur ad hoc, quod contumax non potest mulctari amissione totius causæ, ut per Duen. *regul. 152.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 280. n. 4.* Roland. *conf. 47. n. 73. vol. 1.* Farinac. *in prax. crimin. part. 1. q. 18. n. 32.* 44

## §. Sin autem alterutra.

Alterutra parte absente,aut de utraque præsente victus victori in expensas condemnandus.Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. numero 1. sup. hoc titul.* 45

Hanc eandem concluf. ex hoc §. desumunt *l. 8. tit. 22. p. 3. ubi gloss. 1. & l. 8. tit. 3. part. 3. & l. 22. tit. 7.* 46

*ead. part.* 3. Socin. *regul.* 139. Bernard. *regul.* 274. Joan. Gutti. *regulat.* 486. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 58. Hippol. *sign.* 237. & 485. Covar. *practic. cap.* 27. Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. opin. tit. de expensis*, *concl.* 1. Gail. *lib.* 1. *observat.* 15. *num.* 14. Joseph. Ludov. *Peruf. decis.* 52. Mex. *in tract. taxæ panis conclus.* 3. *num.* 5. *vers. ideoque in expensis*, Mathesil, *singul.* 80. & 81. Soar. de Paz *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 4. *n.* 37. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 135. *ex n.* 2. Iacob. Bennius *de privileg. Jureconsult. p.* 2. *privil.* 82. *in princ.* Menoch. *de arbitr. casu* 177. & *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 87. Joan. Segura Davalos *in director. judicum*, *p.* 2. *cap* 12. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 13. D. Barbos. *in l. eum qui temerè*, *ff. de judic.*

47 Expensarum verò condemnationem excusat victus quando habet justam causam litigandi, ut per Bernard. *regul.* 274 ubi bona & lata addit. Salzedi, Guid. Pap. *sing.* 360. Damas. *regul.* 140. Joan. Garcias *d. reg.* 486. *n.* 3. Covar. *pract. c.* 27. *n.* 3. Card. Tusch. *pract. con-*

48 *clus. tom.* 3. *lit. E. Concl.* 125. *à n.* 7. limita in expensis debitis ex expressa dispositione hominis, ut puta ex dispositione testatoris, vel contrahentis, Roland. *cons.* 62. *ex n.* 7. *vol.* 4. Cremens. *sing.* 121. *n.* 2. Corset. *sing.* 212. *vers. ubi dicit.*

49 Numquid autem judex victum in expensis non petitis condemnare teneatur, vide Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia, tit. de appellat. art.* 9. *gloss. unic. num.* 37. Cov. *practic. cap* 27. *num.* 5. Marant. *de ordine judic. part.* 6. *tit. de libelli oblat. num.* 12. Mynsing. *cent.* 2. *observ.* 21. Gail. *lib.* 1. *observ.* 51. *num.* 21. Seraphin. *d. privil.* 13. *num.* 37.

50 *Quod si hoc prætermiserint*, *ipsi de proprio*, &c.] Notatur ad hoc, quod si judex non condemnaverit victum in expensis, ex suo tenetur eas solvere victori, ut per Lancel. *de attent. p.* 3. *cap.* 31. *numer.* 108. D. Barbos. *in l. eum qui temerè*, *n.* 170. *ff. de judic.* ubi *num.* 171. intelligit quando victor in libello petiit ut fieret condemnatio in expensis.

## §. Sin autem utraque.

51 Judex protelans per sordes & gratiam lites, & justitiam denegans, pro qualitate officii interdum decem auri, aliquando tribus libris punitur. Colligunt. ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.*

52 De pœna judicis pecunia corrupti injustitiam facientis, differentis, vel omittentis, vide Farin. *in praxi crimin. q.* 111. *num.* 138. *cum multis seqq.*

53 *Judicium fuerit mutatum*, &c.] Advertit Morl. *in emporio juris*, *p.* 1. *tit.* 29. *num.* 2. per hunc text. ex mutatione judicis non mutari judicium, & *num.* 4.

54 asserit pœnam impositam in hac l. judici non finienti litem infra triennium, locum habere, si in officio per triennium duraverit, secus autem si non duraverit, & D. Barbos. *in l. proponebatur*, *num.* 9. *cum seqq. ff. de judic.* ait hunc text. non dicere simpliciter, mutato judice mutari judicium, sed tantùm, quod habito respectu ad personam judicis mortui novum censetur judicium: cæterùm ipsum judicium per consideratum semper idem dicetur judicium, quantumcunque mutatus sit primus judex.

## §. Sin verò causæ, fin.

55 Tutorum, vel curatorum culpâ si instantia ultra triennium proteletur, tutores ad damnorum resti-

56 tutionem, quoad solvendo sunt, tenentur. In eventum restitutio in integrum minoribus salva remanet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.*

Vide Guttier. *d. juram. confirmat. p.* 3. *cap.* 5. *n.* 17. 57 ubi per hunc text. dicit quod minor non restituitur adversùs lapsum instantiæ triennii, nisi in subsidium, ejus administratore, vel procuratore non exi-

58 stente solvendo minori jacturam, quæ ex lapsu instantiæ sibi sequuta fuerit, *n.* 18. procedere ait non solùm in minore in quo loquitur, sed etiam in Ecclesia, quæ quidem utitur jure minoris.

Notatur hic text. ad hoc, quod instantiæ tempus 59 à Justiniano præscriptum, minoribus currit, ut per Cald. Pereira *de extinctione*, *seu resolut. emphyt. c.* 14. *num.* 11. ubi subdit quod *in l. fin. in quibus causis in integrum restit.* sancitum est, minoribus non currere temporis lapsum, necessariò referendum esse ad temporales præscriptiones per antiquiora jura, non per constitutiones Justiniani, aut noviores stabilitas, quas comprehendare minores videtur insinuare *dict. l. fin.* ibi, *vetera jura currere*, &c. & *n.* 22. advertit dispositionem hujus §. defendi rectè posse propter judicii rigorem, qui nemini solet indulgere.

Unde ex hoc §. vulgò colligitur, ignorantiam 60 juris non excusare minores, rusticos, milites, & mulieres in his, quæ concernunt rigorem judiciorum, sive formam, & solemnitatem judiciariam, ut per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 11. *num.* 18. *cum seqq. & de retractu convent.* §. 4. *gloss.* 7. *à num.* 14. Menoch. *remed.* 9. *recuper. num.* 80. Sebastian. Medic. *de casib. fortuit. p.* 1. *quæst.* 3. *n.* 30. *in fine*, *vers. octavò*, Sfort. Odd. *de in integr. restit. part.* 1. *quæst.* 9. *num.* 14. *cum seqq.* Joan. Bapt. Costa *in tract. de facti scientia & ignorant. reg.* 15. *per tot.*

*Hæredésque, & res eorum*, &c.] Notatur ad hoc, 61 quod bona curatoris, seu tutoris, illiúsque hæredum intelliguntur tacitè hypothecata ex causa administrationis: ut per Neguzant. *de pignorib. part.* 2. *memb.* 4. *num.* 8. *cum seqq.* latè Cardin. Mantic. *de tacitis & ambiguis convent. lib.* 11. *tit.* 16. *num.* 9. *cum seqq.* ubi *num.* 11. postquam resolvit hujusmodi hypothecam censeri factam in bonis tutorum & curatorum, non autem eorum hæredum, respondet *n.* 14. dispositionem contrarium hujus §. esse intelligendam de rebus hæredum, quæ fuerunt tutoris, vel curatoris: vel de rebus eorum, hoc est, tutorum, & curatorum, quia priùs in hoc text. hoc dictum non fuerat, & *num.* 16. tenet bona actoris, & procuratoris pupilli non intelligi tacitè hypothecata, quia dum hic text. facit mentionem de rebus, non repetit personam Procuratoris, vel actoris, quando scilicet actor datus fuerit à judice, secus si sit datus à tutore, vel curatore.

---

## SUMMARIUM.

1 *Judices se justè judicaturos jurabunt*, *& memores sint divinis judicii, cui se non subducent, & num.* 2. *Teneatur judicare secundùm veritatem*, *num.* 3. *Veritatis amatores sint*, *n.* 4.

5 *Advocati post litem contestatam*, *& exceptiones objectas jurabunt se veram defendere causam*, *si juramentum præstiterunt*, *à clientibus sperni*, *& removeri à prosequutione non debent*, *n.* 6.

7 *Advocati plures constituti simul juramemtum præmissum præstabunt*, *alterutro autem horum patrocinium post juramentum recusante*, *reliqui patroni ad causæ prosequutionem tenentur.*

8 *Nemo patrocinetur*, *nisi priùs per judices & peritos Regalis curiæ*, *aut illius loci*, *ubi velit patrocinari*, *iuret se fideliter patrocinaturum cui promiserit*, *&c.*

9 *Litis contestatio est principalis negotii apud judicem*

com

*competentem facta narratio, & ad eam sequuta responsio.*

## L. Rem non novam. XII.

*Idem* A. *Juliano.*

1 JUdices se justè judicaturos jurabunt, & memores sint divini judicii, cui se non subducent. Colligunt ex Ordine Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 546.* & Giphan. etiam *tom. 1. pag. 146.*

2 *Nisi priùs sacramentum præstitissent*, &c.] Notatur ad hoc, quod judices ante administrationem tenentur solitum juramentum de bene administrando præstare, ut per Simanch. *de republ. lib. 7. cap. 15.* Avil. *ad cap. 55. Prætor.* Surd. *cons. 261. in fine*, Fontanell. *de pactis nupt. claus. 4. gloss. 10. p. 1. num. 112.* Montan. *de administr. univers. pragm. 2. n. 338.*

3 Et in aliquibus locis coguntur jurare eorundem locorum privilegia, statuta, & consuetudines observare, Birsat. *cons. 235. n. 101. vol. 3.* Avil. *ad c. 2. Prætor. verbo en los casos, n. 3.* Gail. *lib. 1. observ. 36. num. 13. & 14.* Cancer. *var. res. lib. 3. c. 13. n. 318. & seqq.*

4 *Sese cum veritate*, &c.] Notatur ad hoc, quod judex tenetur judicare secundùm veritatem, ut per S. Thom. 2. 2. *q. 67. art. 2.* Navar. *in man. cap. 25. n. 9. & 10.* Covar. *lib. 1. variarum, cap. 1. n. 3. in fin. vers. secundò*, Sot. *de Justit. lib. 5. q. 4. art. 2.* unde S. Augustinus scribens ad quendam Comitem dicit. *Elige tibi Consiliarios timentes Deum, & veritatem amantes*: quem refert Garc. Mastrill. *de magistrat. tom. 1. lib. 2. cap. 2. n. 1. & n. 53.* ex eodem S. Augustino *in sermone de Assumptione*, dicit quod judices debent esse veritatis amatores.

### §. Patroni autem.

5 Advocati post litem contestatem, & exceptiones
6 objectas jurabunt se veram defendere causam. Si juramentum præstiterunt, à clientibus spernis & re-
7 moveri à prosequutione causæ non debent. Advocati plures constituti simul juramentum promissum præstabunt, uterutro autem horum patrocinium post juramentum recusante, reliqui patroni ad causæ prosequutionem tenentur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

8 Vide *l. Hispan. 13. tit. 6. part. 3.* ubi statuitur, quod nemo patrocinetur, nisi priùs per judices, & peritos Regalis Curiæ, aut illius loci, ubi velit patrocinari, juret fideliter patrocinari, cui promiserit, & quod nec scienter malam causam fovebit, nec malitiosè litem dilatabit, & nomen ejus in matricula scribatur: aliter autem postulans non auditur, nec eum judices postulare sinant. Item aliam *l. Hispan. 2. titul. 16. lib. 2. novæ Recop.* quæ obstringit Advocatos antequam ingrediantur officium advocationis jurare se servatores contenta in illa lege, ubi Azeved. *n. 8.* allegat Villalob. *in sua antinomia juris civilis & Regii, lit. A, num. 47.* & Olan. *in concordia antinomiarum, lit. A, numer. 69.* & arvertit Roder. Xuar. *in proœm. fori, num. 4. pag. mihi. 138.* quod licèt nunquam fuerit petitum juramentum hujusmodi, tamen non propterea sublata fuit hæc lex, & quod immò posset peri, non verò posset judicium annullari propter hoc, quod non fuit præstitum, nec petitum; quia inducit consuetudo, quod valeat judicium sine eo: tamen si petatur, nihilominus debet præstari, quia non intervenit actus contrarius, qui tolleret hanc legem.

*Cùm lis fuerit contestata post narrationem propositam.*] Ergo litis contestatio est principalis negotii apud judicem competentem facta narratio, & ad eam sequuta responsio, de quo vide *l. Hispan. 19. tit. 4. & l. 2. tit. 10. part. 3. l. 1. tit. 4. lib. 4. novæ Recop.* Ord. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 51. in princip.* Marant. *de ordine judic. part. 6. membr. 10. numer. 3.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 30. à princip.* Camill. Borrell. *in summ. dec. tom. 1. tit. 50. de litis contestat. à princip.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 6. numero 1.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Judices majores hodie jurant quod judicabunt secundùm quod melius visum fuerit, & justius: minores, se judicaturos secundùm leges, remissivè, num. 2.*

## Auth. Hodie.

MAjores judices hodie jurant, quod judicabunt 1
secundùm quod melius visum fuerit; & justius: minores jurant se judicaturos secundùm leges. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

Vide Doctores citatos *ad l. rem non novam, in vers.* 2
*nisi priùs, supr. hoc tit.* Et de hujusmodi juramento ab officialibus ante administrationem præstando, vide Paridem de Puteo *in tract. de syndicatu, verbo iuramentum officialis*, Hippol. *sing. 244.* Boër. *decis. 149. num. 10.* Donel. *comment. iuris civilis lib. 26. cap. 2. col. 1.* Bobadill. *in sua politica, lib. 3. cap. 7. num. 18. cum seqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Contumax non auditur, nisi refusis expensis, amplia in contumace ficto, n. 4.*

2 *Judices non condemnantes contumaces in expensas, ex propria substantia partibus obedientibus detrimenta resarcient.*

3 *Tam pedanei, quàm superiores judices requisiti super expensis judicabunt, & n. 4.*

5 *Contumax non auditur resarcitis expensis, opponendo exceptiones peremptorias, vel dilatorias, nisi expensa essent liquide, vel aliàs non deberentur, num. 6. Vel nisi dolo adversarii inducta sit contumacia, n. 7.*

8 *Regula, contumax amplius non auditur, nisi refectis expensis, an locum habeat etiam in minore, & Ecclesia.*

9 *In expensis, quæ debentur ratione contumaciæ, veniunt damna, & interesse.*

10 *In sententia interlocutoria debet fieri condemnatio expensarum, quas victus statim solvet, etiam non expectata sententia diffinitiva, in qua an partis citatio requiratur, remissivè, n. 11.*

12 *Quantitas expensarum, & damnorum passorum id litigando, probatur iuramento.*

## L. Sancimus. XIII.

*Idem* A. *eidem.*

COntumax non auditur, nisi refusis expensis. 1
Judices non condemnantes contumaces in expensas ex propria substantia partibus obedientibus 2

3 determinata reſarcient. Tam pedanei, quàm ſuperiores judices requiſiti ſuper expenſis judicabunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.1. pag.148.*

4 Hanc eandem concluſionem quoad primam ejus partem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan.7. tit.8. p.3.* Marant. *de ordine judic. p.6. cap. de contumacia, n.14.* Quintil. Mandoſ. *de monitor. q.32. n.2.* Octav. Veſtr. *in pract. lib.4. cap.4. de dolo, & contumacia, n.9.* Soar. de Paz *p.1. tom.2. cap.3. n.5. prope fin.* Joan. de Graſſis *in tract. de ſubſtantial. procurat. §. ad exigendum, n.2.* Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom. 1. tit. 45. n.54.* latè Joan. Garc. *reg. 103. per tot.* ubi *num. 2.* ampliat in

5 contumace ficto, & *n. 6.* tenet non audiri contumacem reſarcitis expenſis opponendo exceptione perem-

6 ptorias, vel dilatorias: & *n.9.* limitat quando expenſæ non eſſent liquidæ, vel aliàs non deberentur, Peregr. Jannin. *de citat. reali, lib.1. cap. 1. num. 133.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 36. in princip.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg. 32.* Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.60. conſid.1.*

7 Limita niſi dolo adverſarii inducta ſi contumacia, de quo vide Boër. *dec. 247. num. 11.* Menoch. *d. q.36. n.154.*

8 Sed an illa regula, quod ſcilicet contumax amplius non auditur, niſi refectis expenſis, habeat locum etiam in minore, & Eccleſia, ſolet in dubium revocari, ſed locum habere ſolvunt Menchac. *controverſ. uſufrequent. part.2. cap.9. num.19.* Burg. de Paz *conſ. 11. n.12.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q.36. num.1.* Anton. Theſaur. *Pedem. dec.9. n.10. verſ. poſtremò pro clariori omnium reſponſione.*

9 *Niſi priùs omnia damna reſtituat*, &c.] Notatur ad hoc quod in expenſis, quæ debentur ratione contumaciæ, veniunt damna, & intereſſe, de quo Aſin. *in praxi, §. 32. cap.3. num.10.* Hippol. *ſing.377.* Boër. *dec.52. n.3. & 5.* Gail. *lib.1. obſerv.151. num.14.* Menoch. *de arbitr. caſu 154. n. 5.* Theſaur. *Pedem. dec.67. n.5.* Azeved. *ad l.5. n.17. tit.3. lib.4. novæ Recop.* D. Barboſ. *in l. eum qui temere, ff. de judic. n.236.* ubi *num. ſeqq.* cum Bart. dicit tutius eſſe tenere in expenſis victoriæ venire damnum quod ratione propriæ perſonæ victor paſſus eſt, ſed ſi damnum datum ſit in rebus, hujuſmodi damnum non veniet: & *numeris ſeqq.* aliter atque aliter diſtinguit. Quod in tantum verum eſt, ut ſi denarius deficiat unus ante realem integramque ſolutionem, audiri contumax non debeat, Cornel. Benincaſ. *de paupert. ſpec.10. in judic. n.2.* Franc. Viv. *dec.11. n.2.* Bernard. Grævæus *d. concl.60. conſid.1. n.2.*

10 *Sive circa ingreſſus*, &c.] Notatur ad hoc, quod in ſententia interlocutoria debet fieri condemnatio expenſarum, quas victus ſtatim ſolvet, etiam non expectata ſententia diffinitiva, ut per Covar. *pract. cap.27. n.2.* Aſin. *in praxi*, §.32. *ampl.* 18. Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, tit. de expenſis, articul. 2. gloſſ. unic. à num.3.* D. Barboſ. *in d. l. eum qui temerè, num.152.*

11 *Æſtimatione judicis quantitate eorum definienda.*] In qua an partis citatio requiratur, vide Marant. *de ordine judic. p.6. membr.1. num.34.* Boër. *deciſ. 285. num.6.* D. Barboſ. *in d. l. eum qui temerè, num.267.* ubi reſolvit ad hanc taxationem faciendam victum eſſe citandum, ſed ad iſtarum expenſarum ſolutionem non requiritur citatio, Hippol. *ſing.377.* Joan. Garcia *reg.103. num.1.* Jacob. Philipp. Port. *commun. lib.1. concl.43. limit.50. & 57.* Camil. Borrel. *d. tit.46. n.59. 131. & 132.*

12 *Poſtquam juratum ab eo fuerit*, &c.] Notatur ad hoc, quod quantitas expenſarum, & damnorum paſſorum in litigando probatur juramento, ut per Afflict. *deciſ 70. num.2.* Hippol. *in rubr. de probation. num. 141. & 152.* Maſcard. *de probat. concl. 1250.* aliàs *1256. num.3.*

## SUMMARIUM.

1 *Expenſæ litis à parte petitæ, & æſtimatæ hodie taxantur à judice, & poſtea juratur à parte.*

2 *Expenſas taxandi modus., ut ſcil. judex deſignet certam quantitatem, uſque ad quam victor poſſit jurare nomine expenſarum de ſuo ſolviſſe, & ſequuto juramento partis in ea quantitate debet fieri condemnatio.*

3 *Judex debet priùs taxare expenſarum quantitatem, & poſtea jubere partem jurare, quod illas ex ſuo expendit, & tunc in illis condemnabit.*

### Auth. Poſt jusjurandum.

HOdie litis expenſæ à parte petitæ, & æſtimatæ taxantur à Judice, & poſtea juratur à parte. 1 Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſuprà hoc tit.* & poſt omnes Petrus Gilchen. *tom.1. fol.575.*

Hîc ponitur modus taxandi expenſas, ut ſcilicet 2 judex deſignet certam quantitatem uſque ad quam victor poſſit jurare nomine expenſarum de ſuo ſolviſſe, & ſequuto juramento partis in ea quantitate debet fieri condemnatio, de quo vide Cov. *pract. cap.27. num.6.* Aſin. *in praxi, §. 36. cap. 6. n. 1. & 2.* Gail. *lib.1. obſerv. 151. à num.11.* Caravit *ritu 298. à n.5.* & probat *l. Hiſpan.5. tit. 3. lib. 4. novæ Recop.* ubi Azeved. *num.20.* notat quod judex debet priùs taxare expenſarum quantitatem, & poſteà jubere partem jurare quod illas ex ſuo expendit, & tunc in illis condemnabit: ſubdit tamen idem Azeved. quod licèt prædicta practica videatur de mente juris, tamen practica moderna aliter hanc taxationem facit; nam victor dat petitionem judici, in qua quantitatem expenſarum exprimit, & judex jubet dari copiam parti victæ; poſtea examinat ſi invitæ ſint, & jubet ſolvi victori, aliàs eas moderatur, neque requiritur, quod pars iterum juret, quæ praxis ſatis videtur concordari cum alia, quam in hac materia obſervari in Francia aſſerit Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de expenſ. art.8. gloſſ. unica, n.10.* In Luſitania verò per Ordin. Reg. *lib. 1. tit. 90.* ad hanc taxationem expenſarum creatus eſt officialis, qui de earum taxatione ſpecialiter cognoſcit.

## SUMMARIUM.

1 *Judices delegati ante litem inchoatam recuſari poſſunt, porrecto ſuſpicionis libello.*

2 *Ordinario ob ſuſpicionem recuſato adjungitur Epiſcopus.*

3 *Recuſatio judicis ante litis conteſtationem opponenda eſt, niſi poſt litis conteſtationem cauſa recuſationis de novo ſuperveniat, n.4. amplia etiam poſt concluſum in cauſa, dummodo cauſa recuſationis habuerit ortum poſt concluſionem, n.5.*

6 *Delegatus recuſatus cogere debet litigantes, ut intra triduum eligant arbitrum, aut arbitros, qui eam cauſam tanquam judices delegati definiant.*

7 *Lites omnes procedunt ſine ſuſpicione.*

8 *Sub judice ſuſpecto litigare durum.*

9 *Judex quicunque delegatus, etiam à Principe, poteſt ut ſuſpectus recuſari.*

10 *Recuſatio in ſcriptis proponi debet.*

11 *Appellatio, & recusatio à pari procedunt.*
12 *Argumentum ab appellatione ad recusationem validum.*
13 *Executor pro judice delegato.*
14 *Jurisdictio arbitrorum electorum, judice recusato suspecto, delegata dicitur.*
15 *Judex ordinarius non potest recusari ut suspectus.*
16 *Princeps removet suspicionem, & committit causam eâ remotâ.*
17 *Judex quando recusatur suspectus de jure civili causa in recusatione nec allegari debet, nec etiam probari contrarium vide n.18.*
19 *Judex suspectus recusari potest, non solum à reo, sed etiam ab actore.*
20 *Communitas si dederit aliquibus potestatem elegendi Rectorem, ille qui electus est, censetur electus ab universitate.*

## L. Apertissimi. XIV.

### *Idem* A. *eidem.*

1 JUdices delegati ante litem inchoatam recusari possunt, porrecto suspicionis libello. Ordinario
2 ob suspicionem recusato adjungitur Episcopus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. suprà hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo, Petrus Gilchen. & Giphan. *tom.1. pag.*149.

De materia hujus textus, & de recusationibus judici proponendis, vide Ord. Beg. Lusit. *lib.3. tit.41. l.Hispan.22. tit.4. part.3.* Cov. *pract. c.26. à princip.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, tract. de recusatione,* Soar. de Paz. *in pract. tom.1. temp. 5. n.21. & tom.2. cap.6. num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 152. Cujac. *lib.6. observ.* 10. Cur. Philip. *p.1. §.7.* Alphan. *collectan.72.* Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 133. Ludov. Miranda *de ordine judic.q.20.art.2.concl.1.& 2.* Molin. *de Justit. tom.6. tract.5. disp.23.* Morl. *in emporio juris civilis, p.1. tit.2.in præl. num.*184. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept.forens.cap.*100. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.1. collect.* 83. Paulin. Bert. Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit.3. cap. unic.* Amat. Roderic. *in tract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.*10.*n.*36. *cum sequentib.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.*33.

3 *Antequam lis inchoëtur.* ] Notatur ad hoc, quod recusatio opponenda ante litis contestationem, ut per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.3. tit.21. in princip. & tit.*49. §.1. Rebuff. *de tract. de except. num.* 254. ubi cum Baldo, quem citat, dicit recusationem judicis esse januam defensionis, & si non compareat reus potest postea recusare judicem procedentem ad ulteriora, licèt facta valeant, *& tom.* 3. *ad leges Galliæ, tract. de recusat. art.* 1. *gloss.* 2. Roland. *de commissar. lib.2. cap.*15.*ante num.*9. *p.*1. Perez *l.vers. ista exceptio, tit.5. lib.*3. *Ordin. pag.* 572. Bonacos. *tom.* 1. *commun. opinion lib.*3. *tit.*1. *num.* 187. *pag.* 373. Soar. de Paz. *in pract. p.*1. *tom.*1. *temp.*10.*n.*18. Cov. *pract. cap.*26. *num.* 2. Morl. *in emporio juris, p.*1. *tit.* 2. *in prælud. num.*199. Cardos. *in praxi Judicum & Advocat. verbo recusatio, n.*1. *& verbo judex, n.* 23. Amat. Roderic. *in pract. cap.*10. *num.* 70. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.*6. Jacob. Laurent. *de judice suspecto, cap.*14. *num.*1. *vers. primoque loco,* Farin. *fragment. crim. p.*2. *lit. I, ex num.*897.

4 Limita, nisi post litis contestationem causa recusationis de novo superveniat, ut per Ordin. Reg. *d.lib.*3. *tit.*21. *in princip. vers. salvo se over,* Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 7. *numer.* 19. Sigism. Scacc. *de judic. lib.* 2. *cap.* 101. *n.* 10. Jacob. Laurent. *d.cap.*14. *n.*17. Mascard. *de probat. conclus.* 952. *num.*35. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea civili Neapol.p.*2. *glos. competens, num.* 55. Amat. Roderic. *d. cap.*10. *num.*70. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*100. *n.*31. ubi *n.*32. ampliat etiam post conclusum in causa, dummodò causa recusationis habuerit ortum post conclusionem. Farin. *dict. lit. I. num.*19. *cum seqq.*

*Partibus ad eligendos arbitros,* &c. ] Notatur ad 6
hoc, quod delegatus recusatus cogere debet litigantes, ut intra tridum eligant arbitrium, aut arbitros qui eam causam tanquam judices delegati ab eo, à quo ipse fuerat delegatus, definiant, non secus atque ipse eam erat definiturus, vide Cujac. *lib.9. observ.*23. *vers.est & alia,* Sigism. Scacc. *d. lib.*1. *c.*101. *n.*23. *cum seqq.* Donell. *commentar. juris civilis lib.*17. *c.*15. *causam, cum seqq.* Molin. *de Justit. tr.*5. *disp.*23. *n.*1. Farin. *fragm. crim. p.*2. *lit. I, ex n.*195.

*Sine suspicione omnes lites procedere nobis cordi est.* ] 7
Quia durum est suspecto sub judice litigare, Greg. 8
*l.*22. *tit.*4. *p.*3. Decian. *resp.*29. *n.*11. *vol.*1. *& resp.*118. *n.*6. *vol.*3. Pacian. *de reprobat. lib.*2. *c.*45. *n.*1. *cum seqq.* Perez *l.*1. *in princ. tit.*5. *lib.* 3. *Ordinam.* Seraphin. *de privileg. juram privileg.*7. *n.*1.

*Licet enim ex Imperiali nomine judex delegatus,* &c.] 9
Notatur ad hoc, quod judex quicunque delegatus etiam à Principe, potest ut suspectus recusari, ut per Farin. *fragm.crimin.p.*2. *lit.I, n.*731. *in princ.*

*Libello recusationis ei porrecto,* &c. ] Notatur ad 10
hoc, quod recusatio in scriptis proponi debet, ut per Avendañ. *de exequend.mandat. p.*2. *cap.*23. *num.*12. *in fine,* Perez *l.*1. *vers,*14. *tit.*5. *lib.*3. *Ordinam.* Soar de Paz *in pract.tom.*2. *part.*1. *cap.*9. *num.*26. Gaill. *lib.*1. *observ.*33. *num.*13. Sagism. Scacc. *indic. lib.*1. *cap.*101. *num.*22. Pacian. *d. lib.*2. *cap.*45. *num.*9. *&* 10. Trutlet. *vol.* 1. *disp.*12. *thesi* 11. *fol.*103. Molin. *de Justit. tom.6. tract.5. disp.*23. *vers. recusationem.* Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Recusatio, num.* 5. Farin. *d. lit. I, num.*703.

*Cùm post litem contestatam,* &c. ] Notatur ad hoc 11
quod appellatio & recusatio à pari procedunt, ut per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo Appellatio* 30. Unde ab appellatione ad recusationem valere argu- 12
mentum, asserunt Boër. *decis.*269. *n.*3. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*94. *n.*4. Morl. *in emporio juris civilis, p.*1. *tit.*2. *q.*11. *n.*4. quos referos *de locis communib. argum. juris loco* 9. *num.*2.

*Eodem scilicet executore.* ] Ideſt, judice delegato, 13
secundùm Guid. Pancirol. *in thesauro variar. lection. lib.*1. *cap.*77.

*Quasi arbitri fuerint,* &c. ] Notatur ad hoc quod 14
jurisdictio arbitrorum electorum, judice recusato suspecto, dicitur delegata, ut per Mich. Grass. *commun. opin. lib.*2. *c.*8 *q.*15. Jacob. Laurent *de judice suspecto, c.*7. *n.*14. *&* 15. Farin. *d. lit. I, n.*928.

In Gloss. *Judices,* ibi, *sed an ordinarius possit recusari,* 15
&c. Notatur ad hoc, quod judex ordinarius non potest suspectus recusari, ut per Jacob. Laurent. *de judice suspecto c.*5. *n.*1. Farin. *d.lit.I, n.*701. Cov. *practic. c.*16. *n.*1. Marant. *de ordine judic. p.*4. *disp.*5. *n.*42. Seces est de jure Canonico, juxta text. *in c. cum speciali, de appellat.* ubi dixi.

In Gloss. *Recusare,* ibi, *nisi à Principe fuerit inhi-* 16
*bita recusatio,* &c. ] Ergo potest Princeps removere suspicionem, & committere causam ea remota, de qua vide Rebuff. *d. tit. Recusatio in præfat. quæst.*3. *num.*9. Lancellot. *de attent.in præfat. num.*67. Azeved. *l.*1. *num.*2. *tit.*16. *lib.* 4. *novæ Recop.* Petr. Anton. de Petra *in tract. de absoluta Principis potest. cap.* 6. *n.*35. Morl. *in emporio iuris civilis, part.*1. *tit.*12. *in præl. num.*186. *cum seqq.* Jacob. Laurent. *de iudice suspecto, cap.*2. *num.*15. Farin. *fragm. crimin. p.*2. *lit. I, n.*954. *cum seqq.* Melch. Phœb. *Lusit. decis.*77. *n.*7. *cum seqq. tom.*1. meipsum *in tr. de class. usufr. claus.* 131. *per tot.*

17 In ead. Gloſſ. ibi, *& nota hic ſecundum Joan.* &c. Secundum hanc opinionem Joan. Gloſatoris probatur hic, quod quando judex recuſatur ſuſpectus de jure civili, cauſa in recuſatione nec allegari debet, nec etiam probari, cùm in hoc ſola recuſantis voluntas ſufficiat: ita Marant. *de ordine indic. part. 4. diſt. 5. num. 40. verſ. dummodò cauſa legitima*, Gail. *lib. 1. obſerv. 53. num. 14.* Minſing. *cent. 3. obſerv. 63. in princip.* Cov. *pract. cap. 25. num. 1.* Navar. *in cap. cùm contingat, cauſa 10. nullitas, num 1.* Paulin. Berti Lucenſ. *in praxi crimin. Regul. titul. 3. cap. unic. num. 46.* Seraphin. *de privil. iuram. privil. 7. num. 7.* Sigiſm. Scacc. *de iudic. cap. 66. num. 15.* Jacob. de Laurent. *de iudice ſuſpecto, cap. 5. num. 9.* Molin. *de Juſtit. tract. 5. tom. 6. diſp. 23. n. 2.* Accedente tamen recuſatis iuramento, quod Calumniæ cau â non recuſat, ita Tiraq. *de indicio in rebus exig. pag. 47. verſ. quid cùm tractatur*, Burſat. *conſ. 21. à num. 34.* Ozaſc. *Pedem. deciſ. 84. num. 6.* Cov. *d. cap. 26. num. 1. verſ. eodem iure civili*, Lancellot. *de attent. p. 2. cap. 6. n. 24.* Morl. *in emporio iuris civilis, part. 1. tit. 1. in prælud. num. 199.* Seraphin. *de privil. 7. num. 7.* Pacin. *de probat. lib. 2. cap. 45. num. 56. cum ſeqq.* Jacob. Laurent. *d. cap. 5. num. 9.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I, n. 882. cum ſeqq. & conſ. 17. num. 16. lib. 1.* ubi *addit. lit. G*, Ludov. Miranda *de ordine iudiciario quæſt. 20. art. 2. concluſ. 5* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 100. num. 21.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 113. num. 8.* & ſaltem ante litem inchoatam, Valaſc. *de partit. cap 9. num. 30.*

18 In ead. gloſſ. ibi, *alii ut Py dicunt*, &c. Refert aliorum opinionem volentium, non ſolùm cauſam ſuſpicionis eſſe allegandam, ſed etiam probandam, ſi de ea dubitetur, hanc partem ſequuntur Gail. *dict. obſerv. 33. num. 16.* Pacian. *d. cap. 45. num. 9. & 89.* Rebuff. *tit. de recuſat. art. 1. gloß. 5.* Ordin. Regia Luſit. *lib. 3. tit. 21. §. 3.*

19 In gloſſ. *Litigantibus*, ibi, *etiam actori*, &c. Notatur ad hoc, quod iudex ſuſpectus recuſari poteſt non ſolùm à reo, ſed etiam ab actore, ut per Farin. *d. lit. I, num. 688.*

20 In gloſſ. *Delegati, fin.* ibi, *& nota hìc argumentum*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi communitas dederit aliquibus poteſtatem eligendi Rectorem, ille qui electus eſt, cenſetur electus ab univerſitate, ut per Maſcard. *de probat. concl. 594. n. 4.*

## SUMMARIUM.

1 *Ordinario ob ſuſpicionem recuſato adiungitur Epiſcopus, hodie adiungitur quilibet alius bonus vir non ſuſpectus, qui cum recuſato iudice inſimul cauſam cognoſcat. num. 2. De iure Hiſpano in ſaculari foro neque iudex ordinarius, neque delegatus deſinunt eſſe iudices in cauſa, circa quam recuſantur, ſed in cauſis civil bus aſſumunt adiunctum, quem ipſi eligunt; in cauſis verò criminalibus, quos huiuſmodi leges Hiſpanæ aliquantulum acutè illis præſcribunt, num. 3. De iure Luſitano quid, n. 4.*

5 *Ordinarius poteſt eſſe arbitrator, non arbiter, de iure civili.*

6 *Compromiſſio, & tranſactio æquiparantur.*

### Auth. Si verò contigerit.

1 Ordinario ob ſuſpicionem recuſato adjungitur Epiſcopus. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Quamvis ſtatuatur *in hoc textu*, quod ordinario recuſato aſſocietur Epiſcopus, qui cauſam amicabiliter componat; hodie tamen non eſt in uſu, quod adjungatur Epiſcopus ut amicabilis compoſitor, ſed adjungitur quilibet alius bonus vir non ſuſpectus, qui inſimul cum recuſato judice cauſam cognoſcat: ita Bald. *hìc ante num. 1.* Paul. de Caſtro *num. 1. cum ſeqq.* Jaſ. *num. 4.* & Joan. Sichard. *num. 7.* Cov. *pract. cap. 26. num. 1.* ubi teſtatur hanc eſſe communem totius orbis Chriſtiani interpretationem, Matant. *de ordine indic. p. 4. diſt. 5. num. 40.* Avendan. *ad capita Prator. p. 3. n. 3. cap. 23. n. 23.* Soar. de Paz *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 10. num. 24.* Valaſc. *de partit. cap. 9. num. 31.* Ludov. Miranda *de ordine indic. p. 20. art. 2. concl. 1.* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 2. in prælud. n. 175. & ſeqq.* Jacob. Laurent. *de iudice ſuſpecto, cap. 5. n. 1. & 2.* Molin. *de Juſt. tom. 6. tract. 5. diſp. 23. num. 4.* Farin. *fragm. crim. part. 2. lit. I, n. 736.*

De iure Hiſpan, per *l. 22. tit. 4. part. 3. ubi gloſſ. 9.* 3
*& l. 1. & 2. titul. 5. lib. 3. Ordin.* quæ eſt *l. 1. & 2. tit. 16 lib. 4. novæ Recop.* in ſeculari foro neque judex ordinarius, neque judex delegatus deſinunt eſſe judices in cauſa circa quam recuſantur, ſed in cauſis civilibus aſſumunt adjunctum, quem ipſi eligunt, in cauſis verò criminalibus, quos hujuſmodi leges Hiſpanæ aliquantulum acutè illis præſcribunt.

De jure verò Luſitano per Ordin. Regiam *lib. 4.* 4
*tit. 96. §. 25.* ipſe judex qui recuſatur, elegit unum alium ſimilem judicem in eodem loco ibi nominatum, qui ſecum eam cauſam definiat.

*Aut per amicabilem compoſitionem*, &c.] Notatur 5
ad hoc, quod de jure civili judex Ordinarius poteſt eſſe arbitrator, non arbiter, ut per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 66. n. 1.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. de iudic. art. 1. num. 241.*

Notatur ad hoc, quod compromiſſio, & tranſactio 6
æquiparantur, de quo vide Alexand. *conſ. 22. num. 3. lib. 1* Tiraq. *ad leges connub. gloſſ. 5. num. 205. quæſt. 20.* Cæpol. *conſ. 25. num. 11. lib. 2.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 9. num. 1.*

## SUMMARIUM.

1 *Milites, item illiterati peritiam rerum habentes, iudices eſſe poſſunt, intellige ut n. 2. & 3.*

4 *Judices non debent eſſe iuris periti.*

### L. Certi juris. XV.

*Idem* A. *Joanni P. P.*

Milites, item illiterati peritiam rerum habentes, 1
judices eſſe poſſunt. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſ pr. hoc tit.*

*Conceſſa eſt etiam militaribus hominibus judicandi* 2
*facultas*, &c.] Probat hic textus militem judicem eſſe poſſe, quod intelligendum eſt inter ſuos commititones, cùm de rebus militaribus habeant peritiam, ut oſtendunt illa clara verba, *pro ſui, & legis ſcientia*: ita Corraſ, *lib. 5. miſcel. juris, cap. 19.* Robert. Aural. *lib. 3. ſentent. juris, cap. 3. prope med.* Franc. Ottoman. *lib. qq. illuſt. c. 27.* Menoch. *de arbitr. cent. 3. caſu 237. num. 16.*

*Qui alicujus rei peritiam habent*, &c.] Ergo judi- 3
ces non debent eſſe juris periti, de quo vide *l. Hiſpan. 18. tit. 19. part. 2.* Segura Davalos *in direct. judicum cap. 3. num. 10.* Donel. *commentar. juris civilis lib. 17. c. 24. col. 2.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. quæſt. 6. num. 5.* latiſſimè Garc. Maſtrill. *in tract. de magiſtratib. lib. 2. cap. 3. per tot.*

## SUMMARIUM.

1 *Libellus recuſationis offerendus coram judice recuſato ſi eſt præſens.*
2 *Abſente coram quo actus in civitate expediri debet, item ſi ordinarius copiam ſui non facit, talis actus coram alio expendiri poteſt.*
3 *Arbiter cogniturus ſuper cauſis recuſati judicis, illico, & intra triduum proximum a recuſante eligendus eſt, aut partibus diſſentientibus arbiter litem dirempturus à competenti ſuperiore conſtituitur.*
4 *Recuſatio in ſcriptis proponi debet.*
5 *Incontinenti quod fieri debet, ſatis eſt ſi fiat intra triduum.*
6 *Appellatur ab arbitris.*
7 *Delegatus ad univerſitatem cauſarum, qui habet ſed ad inſtar Ordinarii, recuſari non poteſt, ſed ei dandus adjunctus.*

### L. Cùm ſpecialis. XVI. & ult.

*Idem* A. *eidem.*

1 LIbellus recuſationis offerendus coram judice re-
2 cuſato, ſi eſt præſens. Abſente eo coram quo actus in civitate expediri debet, item ſi ordinarius copiam ſui non facit, talis actus coram alio expediri
3 poteſt. Item arbiter cogniturus ſuper cauſis recuſati judicis, illico, & intra triduum proximum à recuſante eligendus eſt, aut partibus diſſentientibus arbiter litem derempturus à competenti ſuperiore conſtituitur. Colligunt ex ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol.* 581.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit Molin. *de Juſt. tom. 6. tract. 5. diſp. 23. n. 3. & 4.*

*Ab auguſta fortuna.* ] Vide Alciat. *lib. 4. paradox. cap. 5. col. 2.*

4 *Recuſationis libellum*, &c. Ergo recuſatio in ſcriptis proponi debet, ut per citatos *ad l. apertiſſimi, ſupra hoc tit. in verſ. libello recuſationis*, &c.

5 *Illico autem, ideſt. intra triduum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſatis fieri videtur incontinenti, quod fit intra triduum, de quo vide Afflict. *in conſtit. Regul. tit. 96. n. 21. lib. 1. & dec. 79. n. 3.* Tiraq. *de retractu lig. §. 8. gloſſ. 2. n. 9. & de judicio in rebus exig. verſ. 48.* Gam. *Luſit. dec. 201. n. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1084. *n.* 10. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 43. n. 61.* meipſum *de dictionib. uſufreq. dict.* 149. *n. 2.*

6 *Niſi fuerit provocatum*, &c. ] Quia cùm ſint arbitri juris, appellatur ab eis, ut per Cujac. *lib. 1. obſerv. 23. ad fin.* Menoch. *de arbitr. q. 2. n. 23.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 45. num. 25.* ubi quod ad iſta arbitrorum ſententia appellatur ad Principem, qui delegavit cauſam judici delegato, Sigiſm. Scacc. *de appellat. q. 7. n. 109. & ſeqq.* Farin. *fragment. crimin. part. 2. lit. I, num. 927.*

7 In gloſſ. *Cum ſpecialis*, ibi, *ſed quid ſi ad univerſitatem cauſarum ſit delegatus.* &c. Notatur ad hoc, quod delegatus ad univerſitatem cauſarum, qui habet ſe ad inſtar ordinarii, poteſt recuſari, ſed ei dandus adjunctus, ut per Marant. *de ordine judic. p. 4. diſt. 5. n. 40.* Mandoſ. *in praxi commiſſion. tit. 8. formular. in verbo Adjunctum, verſ. amplia ut non ſolùm,* Vant. *de nullitat. tit. coram qui poſſ. & debeat nullit. prop. n. 17.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 1. c. 100. n. 3.* Farin. *d. lit. I, n. 738. & ſeqq.*

*De ſportulis, & ſumptibus in diverſis judiciis faciendis, & executoribus litium.*

### TIT. II.

SPORTULA propriè ſignificat cauſam pecunio condendæ cauſâ paratam; ſed uſu recepto accipitur pro ipſa pecunia. Sportulas igitur vocat honoraria, vel ſalaria, quæ præſtantur perſonis forenſibus. Executores ſunt judicum miniſtri, qui & apparitores, & viatores appellantur.

Vide Cujac. Pac. Vveſemb. De ſportulis Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 97.* Villalob. Soar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 2. pag. 397.* Alciat. *lib. 3. diſpunct. cap. 13.* Cujac. *lib. 17. obſervat. 12.* Viv. *commun. opin. lib. 2. in verbo Sportula* Petr. Gregor. *de Republ. lib. 2. cap. 6. à num. 16.* Caroc. *de locato, tit. de ſportulis,* Mart. *de juriſdict. p. 4. cent. 2. caſu* 103. Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. ex delict. defunct. p. 4. num. 22. cum ſeqq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. c. 561.* Joan. Bapt. Coſta *de portione ratæ, q. 87.* Card. Tuſch. *lit. S. concl. 13. & 14.* Roman. *ſing. 297. incip. ſportulæ,* Garc. Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 1. c. 22. de ſportulis,* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 2. cap. 195.* ubi dicit, quod in hoc tit. ſportulæ pro mercede accipiuntur quæ viatoribus, nunciis, ſeu exequutoribus ſolvuntur.

## SUMMARIUM.

1 *Executor datus in principio litis, ad finem uſque in ea perſiſtet.*
2 *Apparitores, vel nuncios contra imperiale præceptum in præjudicium inſtantiæ, & partis mutans quinque librarum auri mulctam metuat.*
3 *Judex nuncium habens poteſt conſtituere quem vult, ad citandum.*
4 *Primiſcrinius, pro Primicerio, & is dat apparitores.*

### L. Quiſquis. I

*Impp.* GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. *Ad Politum vicarium.*

EXecutor datus in principio litis, ad finem uſque 1
in ea perſiſtet. Apparitores, vel nuncios contra imperiale præceptum præjudicium inſtantiæ, & partis mutans, quinque librarum auri mulctam metuat. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Cyn. Aretin. Sebaſtian. Næv. Petr. Gilchen. *tom. 1. fol.* 586. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

*Quiſquis fuerit exhibitus*, &c. Ergo judex nun- 2
cium habens, poteſt conſtituere quem vult ad citandum, ut per Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab. 1. n. 2. pag.* 312. Marant. *de ordine judic. part. 6. tit. de citat. membr. 1. n. 44.* Marant. *de citat. art. 20. q. 20. verſ. ſecundò principaliter.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 6. in princip. n. 2.* quos refert Parens meus *in remiſſ. ad Ordin. Regias Luſit. lib. 3. tit. 1. §. 1. n. 3.*

*Primi*

4 *Primiſcrinio.*] Dicitur Primicerius, & is dat apparitores, ſecundùm Calvin. *in ſuo Lexic. juridico, verbo Primiſcrinius pag.* 741. Guid. Panicrol. *in theſauro var. lection. lib.* 3. *cap.* 118. *verſ. ſcrinium verò eſt area in fine*, ubi dicit quod Primiſcrinii homines litibus inſerviebant, juſſa Præſidis exequentes, & *cap.* 195. latè agit de intellectu & multiplici ſportularum ſignificatione.

## SUMMARIUM.

1 *Executores minus idonei ab officiis removeri, alii autem ſubrogari poſſunt.*

2. *Executores negligentes, aut moroſi ultra remotionem ab officiis per judices ſuperiores mulctis, interdum etiam corporalibus pœnis cogi poſſunt ad executionis, & officii neceſſitatem.*

3 *Delegatus Principis mulctam indicere non poteſt de jure civili, niſi officiali ſibi ſubdito, & qui in officio deliquit.*

4 *Executores & judices inferiorum non poſſunt indicere mulctas, niſi uſque ad ſummam ſex ſolidorum pro defenſione ſuæ jurisdictionis.*

5 *Solidorum æſtimatio, remiſſivè.*

6 *Pœna competens delicto, quando imponi nequit ex defectu juriſdictionis, impoſitâ pœnâ minori recurritur ad alium judicem qui poteſt imponere competentem, & condignam pœnam.*

7 *Judex qui alioquin nullam in teſtem juriſdictionem habet, poteſt ipſum punire qui varius eſt, aut falſum dicit in teſtimonium coram ſe.*

8 *Pœna major per impoſitionem aliarum minorum non tollitur.*

9 *Judex negligens in adminiſtranda juſtitia poteſt & debet revocari ab officio, & quando, quomodo puniendus, vel officialis in faciendo juſtitiam, ſeu aliàs, remiſſivè. n.* 10.

11 *Judex delegatus, tam cauſæ particularis, quàm etiam datus ad univerſitatem cauſarum non poteſt imponere mulctam.*

### L. Omnibus Judicibus. II. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Juliano P. P.*

1 EXecutores minus idonei ab officiis removeri,
2 alii autem ſubrogari poſſunt. Executores negligentes aut moroſi, ultra remotionem ab officiis per judices ſuperiores mulctis, interdum etiam corporalibus pœnis cogi poſſunt ad executionis & officii neceſſitatem. Colligunt ex ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1 *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 587.

3 *Vel etiam mulctis afficere*, &c. Notatur ad hoc quod de jure civili delegatus Principis mulctam indicere non poteſt, niſi efficiali ſibi ſubdito, & qui in officio deliquitur, ut per Kirchov. *tom.* 1. *commun. opinion. lib* 1. *tit.* 24. *de modo mulctarum, num.* 2. *pag.* 278. D. Barboſ. *in l.* 2. §. *fin. num.* 40. *ff. de judic.*

4 *Uſque ad ſex ſolidorum ſummam.*] Notatur ad hoc quod executores & judices inferiores non poſſunt mulctas indicere niſi uſque ad ſex ſolidorum ſummam pro defenſione ſuæ jurisdictionis, ut per Bobadil. *in ſua politica lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 143.

5 De ſolidorum æſtimatione vide Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 11. *num.* 3. *in princ. & de veter. numiſm. cap.* 3. *in princip. num.* 3. *in fine.*

6 *Et ad judices quorum intereſt, referre.*] Notatur ad hoc, quod quando ex defectu juriſdictionis non poteſt imponi pœna competens delicto, tunc poſtquam ſit impoſita prædicta minor pœna, recurritur ad alium judicem, qui poteſt competentem, & condignam pœnam imponere, ut per Anton. Gom. *var tom.* 3. *cap* 1. *n.* 40. *verſ. primò facit* Anguian. *de legibus lib.* 3. *controv.* 32. *n.* 6. *&c.*

7 Notatur etiam ad hoc, quod judex qui nullam in teſtem juriſdictionem alioquin habet, poteſt ipſum punire qui varius eſt, aut falſum dicit in teſtimonio coram ſe, ut per Cov. *pract. c.* 18. *n.* 8. *in princ.*

8 *Et majores pœnas & corporales*, &c. Notatur ad hoc, quod major pœna per impoſitionem aliarum minorum non tollitur, ut per Boar. de Paz *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *n.* 51.

9 *Si malè fuerint circa lites verſati.*] Notatur ad hoc quod judex negligens in adminiſtranda juſtitia poteſt & debet ab officio revocari, ut per D. Barboſ. *in l. ſi filius familias* 15. *n.* 75 *ff. de judic.* Et latè quando &
10 quomodo puniatur judex, ſeu officialis negligens, in faciendo juſtitiam, ſeu alias, vide Farin. *in praxi crimin. n.* 111. *q.* 396. *cum ſeqq.*

11 In gloſſ. *Supponere, ibi, & fortè lex iſta de delegatis ad univerſitatem cauſarum*, &c.] Notatur ad hoc quod judex delegatus tam cauſæ particularis, quam etiam datus ad univerſitatem cauſarum, non poteſt mulctam imponere, ut per Capell. Tholoſ. *quæſt.* 274. Gaſp. Valeſc. *in l. imperium ff. de juriſdict. omn. judic. n.* 221. Jaffred. Bald. *deciſ.* 155. quos refert, licèt non ſequatur, D. Barboſ. *in l.* 2. §. *ult. n.* 87. *ff. de judic.*

## *De pedaneis judicibus.*

### TIT. III.

JUDEX pedaneus eſt iudex ab eo, qui jus dandi iudices habet, delegatus: hic tantum notionem habet, non iuriſdictionem, proinde nec ſententiam ſuam poteſt exequi ſed eam exequitur qui ipſum iudicem dedit.

Vide Cuiac. Pac. & Vveſemb. *l. Hiſpan.* 18. *tit.* 4. *part.* 3. Baſſon. *lib.* 3. *ſelect. cap.* 18. Alciat. *lib.* 1. *pareng. cap.* 5. Aul. Gell. *lib.* 14. *noct. Atticar. cap.* 2. Petr. Crinit. *lib.* 15. *honeſt. diſciplin. c.* 5. Corraſ. *in epiſtol. quæſt. cap.* 2. Reinald. Corſ. *lib.* 2. *indagat. cap.* 2. Robert. Valter. *lib.* 8. *de re militari cap.* 1. *verbo Ædiles*, Orozco *emblem. moral. lib.* 3. *emblem.* 10. Rebuff. *in comment. ad l.* 38. *ff de verbor. ſignif. pag. mihi* 208. Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection. lib.* 2. *c.* 196. Anton. Govean. *lib.* 2. *de juriſdict. cap.* 1. *num.* 26. D. Barboſ. *in l. cùm prætor, ff. de judic. in princ. p. num.* 16. *&* 17. *cum ſeqq.* qui de hac rub. agentes mirificè explicant qui dicantur hujuſmodi judices penadei, & unde ſic dicti.

## SUMMARIUM.

1 *Sententia lata à delegato incompetentis judicis, eſt ipſo jure nulla.*

2 *Procurator Cæſaris non habet poteſtatem delegandi in cauſis privatorum.*

3 *Vicanis, id eſt qui habitant in vico, vel caſtro, apud quos Præſides pedaneos judices conſtituebant.*

4. *Procurator fiſci non poteſt eſſe competens judex inter privatos.*

5. *Procurator Cæſaris tunc poteſt dare judices litigantibus, quando gerit vices Præſidis.*

6 *Prorogatio ut valeat, oportet ut quod ille, cujus prorogatur*

*gatur jurisdictio, illam habeat, alias impossibilis est prorogatio.*

## L. Procuratori I.

*Impp.* GORDIANUS A. *Vicanis.*

1 SEntentia lata à delegato incompetentis judicis est
2 ipso jure nulla. Item Procurator Cæsaris non habet potestatem delegandi in causis privatorum. Colligunt ex Ord.Bart.Salicet. Bald. Castr. Angel. Ant. Caim.Sebast.Nev.Petr.Gilch. *tom.1. fol.* 588. Remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

3 In superscript.text. ibi, *Vicanis*. Id est, qui habitant in vico, vel castro, apud quos Præsides Pedaneos judices constituebant. Ita Guid. Pancirol. *var. lection. lib.* 1. *cap.*77.

4 Collige ex textu Procuratorem fisci inter privatos competentem judicem esse non posse, ut per D. Barbos. *in l.* 1. *art.*1. *n.*83. *ff. de judic.*

5 *Non vice Præsidiis agenti*, &c.] Notatur ad hoc, quod Procurator Cæsaris tunc potest dare judices litigantibus, quando gerit vices Præsidis, ut per eundem D. Barb. *in l. cum prætor*, §.2. *n.*242. *ff. de jud.*

6 *Sententia ab eis prolata*, &c.] Notatur ad hoc, quod ut valeat prorogatio, oportet quod ille, cujus prorogatur jurisdictio, illam habeat, aliàs impossibilis est prorogatio, cùm id quod nullum est, extensionem minimè recipiat, ut per Menchac. *quæst. usufreq. cap.*14. *n.*1. & 2. D. Barbos. *in l.* 1, *ff. de judic. art.*1. *n.*20. & 21.

In gloss. *Agenti*, ibi, *sed tunc agit vice Præsidis, cùm in eum privati consentiunt* &c. Ita D. Barbos. *ad d. l. cùm prætor*, §.1. *n.*244.

---

## SUMMARIUM.

1 *Causas medias ipsimet Præsides audient, aut occupationes delegabunt, reservato jure sententiam ferendi.*

2 *Causæ meri imperii non delegantur, excepta ingenuitatis, & libertatis causa.*

3 *Causæ mediæ (quæ scil. excedebant decem aureos) olim indistinctè poterant delegari per Prætorem; hodie autem non possunt delegari, nisi in duobus casibus.*

4 *Præsides non possunt hodie delegare causas meri, vel mixti imperii, quas solebant anteà, & n.*5.

6 *Causæ meri, & mixti imperii an delegari possint.*

## L. Placet. II.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Vicanis.*

1 CAusas medias ipsi Præsides audient, aut ob occupationes delegabunt, reservato jure senten-
2 tiam ferendi. Item causæ meri imperii non delegantur, excepta ingenuitatis, & libertatis causa. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *num.*1. *sup. hoc tit.* post omnes Petr. Gilchen. *tom.*1. *fol.* 589.

De materia & intellectu hujus l. quæ difficilis ab aliquibus reputatur, vide Bart. *in l. imperium, num.*5. 24. & 26. *ff. de jurisdict. omn. judic. & in l. nec quicquam*, §. *ubi decretum, num.*5. *in princ. ff. de offic. Proconf.* Roman. *sing.*775. Alciat. *lib.*9. *pareg. cap.*23. & *lib.* 2. *paradox. cap.* 2. Guibert. *lib. quæstion. capit.* 9. *num.*2. Longaval. *ad d. l. imperium*, *n.*20. & 35. ubi Cagnol. *n.* 152. Vaud. *lib.*1. *quæst. juris, cap.*20. Vacon. à Vacuna *declarat. juris lib.* 6. *declar.*81. *num.*3. & *declar.* 82. *per tot.* Anton. Govean. *lection. juris var. lib.*1. *cap.*33. remissivè Alphan. *collectan.* 388. Genoa *in conciliat. legum civilium pag.*785. *n.*31. Guid. Pancirol. *in notitia Imperii Orientalis, cap.* 99. & *var. lection. lib.*2. *cap.*96. ibi, *nec delegabat*, Morla *in emporio juris civilis, part.*1. *tit.*2. *q.*17. *num.*21. ubi dicit hunc text. loqui de omnibus causis, quæ ad Præsides deferebantur, de quibus cognoscere non poterant, non propter impedimentum facti, ut falsò Accurs. existimavit, sed propter impedimentum juris, saltem attenta consuetudine, & more ordinario, secundùm quem Præsides, & Prætores judices dabant, qui de causa cognoscerent, latè D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §.1. *num.*293. *cum seqq. ff. de judic.* ubi ex Bart. asserit hanc legem esse difficiliorem quàm in hoc libro reperiatur, & ibi latè explicat, qui unus pro millibus sufficit videndus.

*Ita tamen, ut si vel per occupationes*, &c.] Notatur ad hoc, quod causæ mediæ (quæ scilicet excedebant decem aureos) olim distinctè poterant delegari per Prætorem, hodie autem non possunt delegari nisi in duobus casibus, vel quando propter occupationes publicas Prætor, vel Præses est impeditus, vel quando propter multitudinem causarum Præses per se eas facilè expedire non potest, ut per D. Barb. *in d. l. cùm prætor.* 2. §.1. *num*301. ubi *n.* 303. subdit quod si adsit alia justa causa, propter quam Præses non possit per se causas determinare, tunc potest etiam eas delegare quoad cognitionem, non autem quoad definitionem, quam Præses tenetur sibi re- 3
servare, & quod hoc casu tenebitur etiam observare formam præscriptam *in auth. ad hæc sup. de jud.*

*Quod non ita accipi convenit*, &c.] Notatur ad hoc, & communiter intelligitur, non posse hodie Præsides delegare causas meri, vel mixti imperii quas antea solebant delegare, etiamsi impediti sint propter publicas occupationes, vel causarum multitudinem, ut per D. Barbos. *dict.* §. 1. *à num.* 307. & *num.* 336. advertit in hac l. non fieri mentionem de causis meri, vel mixti imperii, sed tantùm dicit quod causæ, de quibus ante eam legem Præsides per se cognoscebant, hodie etiam debeant de illis per se cognoscere, eo prætextu quod proter publicas occupationes, vel multitudinem causarum de illis non possent commodè cognoscere; quæ autem illæ causæ fuerint, in hac l. non exprimitur, & ideo posse 4
exemplificari ait in causis, de quibus *in tit. ff. de variis & extraord. cogn.*

*Quod usque adeo*, &c.] Advertit D. Barbos. *d.* §.1 *num.*339. verum intellectum horum verborum esse prædictas causas ita esse retinendas in cognitione Præsidum, ut propter publicas occupationes, vel multitudinem causarum non diminuantur eorum judicia circa prædictas causas, hoc est, non desinant in illis per se cognitionem adhibere, neque illas ulla ratione aliis delegent cognoscendas, quinimò licèt de causis ingenuitatis, vel libertinitatis possent, Præsides antea per se cognoscere, vel judices dare, 5
hodie oportet, quod Præsides de illis per se cognoscant.

In Gloss. 1. An causæ meri, & mixti imperi delegari possint, vide *l. Hispan.*18. *tit.* 4. *part.*3. Covar. *lib.*3. *var. c.*5. Menoch. *d. arbitr. casu* 54. & *casu* 74. *num.* 36. Morl. *in emporio juris civilis, part.* 1. *tit.* 2. *quæst.*16. *per tot.* Peregr. Jannin. *de citat. reali lib.*1. *cap.*1. *num.*424.

SUMMA

## SUMMARIUM.

1 *Judices delegati judicare debent de qua causa cognoverint, nec possunt remittere ad delegantem ab iisque appellari potest.*
2 *Ordo quis servetur hodie in appellationibus à sententiis delegatorum.*

### L. Placet ut judicibus. III.

*Exemplum sacrarum litterarum eorundem.* AA. & CC. *Ad Serapionem.*

1 JUdices delegati judicare debent de qua causa cognoverint, nec possunt ad delegantem remittere, & ab eis potest appellari, Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Vide Bart. *in à divo Pio, in princ. num.21. ff. de re judic.* Alciat. *lib.2. paradox. cap.2.* Jas. *in l.1. ff. de off. ejus n.61. vers. capio, & n.70.*

*Interponendæ provocationis*, &c. Qualis ordo servetur hodie in appellationibus à sententiis delegatorum, vide Sigism. Scacc. *in tract. de appell. q.8. art.2. n.14. cum seqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Judices delegati si impediantur, causa vel per Ordinarium est impedienda, aut alii deleganda.*
2 *Lis dicitur magis verè pendere postquam fuit contestata.*

### L. Placuit quoties. IV.

*Idem* AA. & CC. *Firmino.*

1 JUdices delegati si impediantur, causa vel per Ordinarium est impedienda, aut alii deleganda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. supr. hoc tit.*

2 *Post litem contestatam*, &c. ] Notatur ad hoc, quod lis dicitur magis verè pendere postquam fuit contestata, ut per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.66. num.29.*

## SUMMARIUM.

1 *Causæ minimæ jurisdictionis delegari indistinctè possunt, & num.2.*
3 *Judices pedanei erant, qui humiliora negotia judicabant sibi à Principe demandata.*

### L. Quædam. V. & ult.

*Impp.* JULIANUS A. *Secundò P. P.*

1 CAusæ minimæ jurisdictionis possunt indistinctè delegati Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. sup. hoc tit.*

2 Vide Bc. *dec.152. n.3. & 4.* ubi ait textum loqui in Præside, qui potest creare judicem pedaneum in sublevamen majorum judicum, D. Barbos. *in l. cùm prætor, 1. §.1. n.299. ff. de judic.* ubi probat textus conclusionem.

*Qui negotia humiliora disceptant.* ] Notatur ad hoc quod pedanei judices erant, qui humiliora negotia sibi à Præside demandata judicabant, ut per Guid. Pancirol. *in thesaur. var. lect. lib.2. c.196.*

## *Qui pro sua jurisdictione judices, dare, darive possint.*

### TIT. IV.

HIc quoque titulus ad judices pedaneos pertinet: docet enim in quibus pari possint, vel non.

Vide Cujac. Pac. & Vvesembec. item Vacon. à Vacuna *declar. juris lib.6. declar.84.* & Fachin. *contr. lib.1. cap.47.*

## SUMMARIUM.

1 *Delegari non potest causa quæ ad potestatem, & jurisdictionem delegantis non pertinet, ob nullitatis insequentis occasionem, & n.2.*
3 *Judicare certas causas nequiens nequit etiam facere statuta super modo procedendi, & decidendi causas easdem.*
4 *Judex delegatus quis esse potest in sua provincia.*
5 *Delegatus Principis subdelegare potest.*
6 *Sententia delegati invalida, feremis illam invalidè, etiamsi partes nihil opponant.*
7 *Delegato ut fieri possit per aliquem judicem, debet delegari in hominem deleganti subjectum, & de suo territorio, valeret tamen commissio, etiamsi non sit subditus qui illum acceptat, n.8.*
9 *Causæ criminales possunt delegari.*
10 *To* Specialiter, *æquipollet dictioni* expressè.

### L. In causarum. Unic.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA.. *Cyro P. P.*

DElegari causa non potest, si ad potestatem, & jurisdictionem delegantis causa non pertinet, ob nullitatis insequentis occasionem. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Castr. Fulgos. Sebast. Næv. Anton. Caimus, Petr. Gilchen. *t om.1. pag.595.* remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eand. conclus. ex hoc textu desumunt *l. Hispan.17. vers. ca si ellos, tit.4. part.3.* Gaspar. Valasc. *ad l. imperium, ff. de jurisdict. omn. judic. num.212.* ubi Longavall. *n.28.* Jas. *in rubr. de officio ejus, n.8. & in l.1. n.63. eod. tit. & in l. à Divo Pio, n.22.* ubi Alex. *n.24. ff. de re judic.* Cujac. *lib.1. observ.6.* remissivè Alphan. *collect.823.* Molin. *de Justit. tract.5. disp.16. n.3. in princ.* ubi ait ut aliquis causam aliquam alteri validè delegare possit, necesse esse ut causa sit talis, de qua delegans ipse cognoscere posset alioquin invalida esset talis delegatio. 2

*Si ad jurisdictionem pertineant delegantis*, &c. ] Notatur ad hoc, quod qui non potest judicare certas causas, non potest etiam facere statuta super modo procedendi, & decidendi easdem causas, ut per D. Barbos. *in l. Titia, num.49. vers. denique infertur, ff. soluto matrim.* 3

Notatur etiam ad hoc, quod potest quis esse judex 4

dex delegatus in ſua provincia, ut per morlam *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 1. q. 6. n. 25.*

*Patientiam accommodare cenſemus.* ] Lege *parientiam*, ut legendum admonui *in meo diction. Luſitani colatione, verbo obedientia, col. 777.* Vel ſi mavis, *parentiam*, ut in nonnullis excuſis, & manuſcriptis legitur, deduceretúrque à *pareo*, eo modo, quo obedientia ab *obedio.*

5 *Judices à nobis ſpecialiter delegantibus dati.* ] Loqui de Principis delegato tenet Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 37. n. 33.* Et ſic probat delegatum Principis poſſe ſub delegare; ut per *l. Hiſpan. 21. tit. 23. part. 3.* Joan Garcia *reg. 443.* Decian. *tract. criminali lib. 4. c. 25. n. 4.* Bobadill. *in ſua politica, lib. 2. cap. 20. n. 43.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 2. q. 15. n. 10.*

*Ad eos jure*, &c. ] Lege *ad nos*, non verò *ad eos*, ut latè probat, ration búſque confirmat Vacon. à Vacuña *declarationum juris civilis lib. 6. declarat. 84. n. 8.* ſed eum ingeniosè reprobat Narbona *de appellat. à Vicario ad Epiſcop. part. 1. à n. 49.*

6 In gloſſ. *Patientiam*, ibi, *Sed quid ſi hîc cognitor delegatus*, &c. Contra hanc gloſſ. tenet Greg. Lop. *d. lib. 17. gloſſ. 2. tit. 4. part. 3.* & Molin. *d. tract. 5. diſp. 16. n. 3.* invalidam eſſe ſententiam judicis delegati illam invalidè ferentis, etiamſi partes nihil opponant.

7 In gloſſ. *Reſedisſent*, ibi, *Item quod delegatus ſit de jurisdictione delegantis*, &c. ] Notatur ad hoc, quod vel delegatio fieri poſſit per judicem aliquem, debet delegari in hominem deleganti ſubjectum, & de ſuo territorio, ut poſſit cogi acceptare delegationem, ut per *l. Hiſpan. 17. & 18. tit. 4. part. 3.* Azeved. *l. 3.*

8 *num. 1. tit. 9. lib. 3. novæ Recop. pag. 330.* ubi ſubdit quod valeret commiſſio, quamvis non ſit ſubditus, ſi ille acceptat.

9 In gloſſ. *Judicandas*, ibi, *quid ergo ſi delegatus à Principe*, &c. ] Notatur ad hoc, quod cauſæ criminales delegari poſſunt. Guid. Papæ *deciſ. 614.* Clar. *§. fin. q. 41. n. 3.* Bernard. *reg. 181.* Curti *in l. 1. ff. de officio eius n. 74.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 54. n. 16.* Marant. *de ordine iudic. p. 4. diſt. 5. num. 63.* Cevall. *commun. opin. q. 387. in fine.*

10 In gloſſ. *Specialiter*, ibi, *id eſt, ad unam ſpeciem*, &c. ] Notatur ad hoc, quod dictio *ſpecialiter*, æquipollet dictioni *expreſsè*, ut per Tiraq. *de iure mariti, gloſſ. 7. n. 148.* Cevall. *commun. contra commun. q. 780. n. 240.* meipſum *de dition. uſufreq. dict. 381.*

In gloſſ. *Ad eos fin.* in addit. ibi, *advertas quod de iure Canonico ſi delegatus commiſit in totam vices ſuas, tunc à ſubdelegato appellatur ad primum delegentem*, &c. Vide Cov. *pract. c. 4. n. 8.* Petr. Greg. *part. iuris Canon. lib. 5. tit. 5. c. 8. n. 2.* Facinæ. *lib. 1. controverſ. c. 78.* Cujac. *ad Papin. lib. 1. q. in l. aliquando 5. ff. de offic. proconſ.* Duaren. *de iuriſd. c. 8.* Morl. *d. tit. 2. in prob. a n. 89.* Molin. *de Juſtit. tom. 6. tract. 5. diſp. 21. num. 5. & 6.* D. Barboſ. *in l. cùm prætor, §. 1. à n. 217. ff. de iudic.* Sigiſm. Scac. *de appellat. q. 7 n. 63. & q. 8. à n. 34.* latè & elegantur Narbona *d. p. 1. n. 48. uſque ad 57.*

*Ne quis in ſua cauſa judicet vel jus ſibi dicat.*

## TIT. V.

JUDICAT judex Pedaneus, jus dicit magiſtratus, vel is, cui à magiſtratu mandata eſt juriſdictio: in juriſdictione eſt aliqua coërcitio, in judicio nulla eſt coërcitio, ſed tantùm notio, & pronuntiatio.

Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. item Bald. & Ve-

*Barboſ. Collect. in Cod. Tom. I.*

zin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 3. pag 383.* & cæteros *infra ad l. unic.* citatos.

## SUMMARIUM.

1 *Iudex privatus non judicet in propria cauſa, & num. 2. Quando ſcilicet cauſa ita eſt ſua, ut in ea proprium protendat commodum, numero 3. Secus in Principe non recognoſcente ſuperiorem, putà ſummo Pontifice. Imperatore, Rege, ſeu alio Principe, vel civitate ſuperiorem non recognoſcente, num. 4. Vel in iis quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ non autem quæ contentioſæ, num. 5. Vel in arbitratore, num. 6. Vel Epiſcopo in cauſis ſuæ Eccleſiæ, non verò in perſonalibus, n. 7. Declaratur ut num. 8. Vel quando extaret conſuetudo quod poſſet eſſe judex in facto proprio, n. 9. Vel quando perſona judices eſſet talis qualitatis, quod omnis ſuſpicio veriſimiliter ceſſaret, n. 10. Vel in facto notorio, n. 11. Vel quando offenſio facta fuit judici prætextu dignitatis ſecus ſi ratione odii particularis, n. 12. Vel ſi opponatur à parte, n. 14.*

13 *Alupam ſi quis dederit judici propter illam magnam cauſam judex poteſt cognoſcere de tali crimine.*

15 *Iudicare, & jus dicere in quo differant.*

## L. Generali. Unic.

*Imppp.* VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. *ad Gracchum P. V.*

JUdex privatus in propria cauſa judicare non debet. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Sebaſt. Næv. Aloyſ. Leo *pag. 55.* Petr. Gilchen *tom. 1. pag. 598.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* C

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 24.* Greg. Lop. *l. 10. verbo ſobre, tit. 4. p. 3. & l. 5. verbo amigos. tit. 24. part. 4. & l. 14. verbo ne deven, tit. 14. part. 5.* Bernard. *regul. 581.* Socin. *regul. 196.* Duen. *reg. 67.* Franc. Marc. *q. 39.* Hippol. *ſing. 405.* Corraſ. *lib. 4. miſcel. cap. 9.* Capyc. *deciſ. 124.* Marant. *de ordine judic. part. 6. actu 2. in princ. n. 32.* Guibert. *lib. quæſtionum, cap. 9.* Alphan. *collect. 203.* Chaſſan. *in catalego gloriæ mundi, p. 5. conſid. 14. verſ. 136.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu juriſdict. ordin. num. 93.* Viv. *Neapol. deciſ. 223. num. 2. & 3.* Fachinæ, *conſ. 59. lib. 2.* Menoch. *remed. 2. adipiſc.* & *conſ. 2. num. 22.* Surd. *conſ. 47. n. 1. & 2. & conſ. 50. num. 9. & conſ. 193. n. 3. & 6.* Valaſc. *conſ. 173. n. 19.* Cardoſ. *in prax. Iudicum, & Advocat. verbo recuſatio, num. 14.* Bernard Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 39. num. 3.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de judic. reſol. 5.* D. Barboſ. *in l. ſi quis ex aliena, n. 114. ff. de judic.* ubi ait prohibitionem ne quis in ſua cauſa judicet, procedere quando cauſa ita eſt ſua, ut in ea proprium commodum prætendat. 2 3

Primò limita concluſionem non procedere in Principe non recognoſcente ſuperiorem, putà ſummo Pontifice, Imperatore, Rege, ſeu alio Principe, ſeu civitate ſuperiorem non recognoſcente, hos enim in cauſa propria judicare poſſe reſolvunt Socin. *conſ. 121. n. 16. vol. 1.* Marant. *de ordine judic. part. 6. in 2. actu, de appell. n. 34.* Caſtald. *de Imper. q. 91.* Novar. *in c. novit. de jud. not. 3. n. 47.* Balb. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 3. n. 6. pag. 381.* ubi advertit de honeſtate debere cauſam alicui delegare, vel in arbitros cõpromittere, aut ſe ſubmittere aliquibus ſubditis, ut fecit Imperator 4

Federicus, qui in cauſa contra Longobardos ſe ſub. miſit arbitriis,& inde facta eſt pax Conſtantiæ,Menoch *conſil.l.2.n.28.* Sebaſt.Nedic.*in tract.de legibus, part.1. q.19.n.10.* Surd. *conſ.47.n.14 & conſ.50. n.18.* eregr.*de jure fiſci lib.1. tit.2. n.33.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de judic. reſol.5. n.1.* ubi *n.2.* ait procedere quoad ſubditos & ſubjectos , & non quo alios Cabed *Luſit. dec.76. p.2.*

5 Secundò limita in iis, quæ ſunt juriſdictionis voluntariæ , ſecus autem in juriſdictione contentioſa, Jaſ. *in l. qui juriſdictioni, n.8 verſ.quartò, ff.de juriſdict.omn.judic.* Socin.*regul.203. incip.Judex in cauſa ſua, verſ. primò fallit,* Rebuff. *in tract.nominat.q.12. n.24.* Alex.Trentacinq. *d.tit.de judic. reſ.1.n.16.* D. Barboſ. *in l. ſi quis ex aliena à n.113.ff. de judic.* ubi *n.119.* diſtinguit qud quando ſportulæ ſunt modicæ, bene poteſt judex cognoſcere utrùm ſua ſit juriſdictio,ſecus ſi fuerint maximæ quantitatis & exceſſivæ.

6 Tertiò limita in arbitratore , quia ipſe judex eſſe poteſt in cauſa propria, *l.ſi libertus, ff.de operis libert.* Mol. *juſt.tom.6. tr.5. diſp.39. n.9.* ubi ſecus dicit in arbitro, Alex. Trentacinq.*d.tit. de jud.reſ.5. n.10.*

7 Quartò limita in Epiſcopo in cauſis ſuæ Eccleſiæ, ſecus in perſonalibus, Surd.*conſ.50.* Zerol. *in praxi Epiſc.par.1.verbo Epiſcopus,verſ.34. pag.155.* Mart. *in votis oviſſim. deciſionum , voto 57. n.23.* Alexand.

8 Trentacinq.*d.tit.de judic.reſol.5.n.7.* ubi declarat non habere ſolum in his, quæ ſint de menſa Prælati,quia tunc cauſa propria videtur : declarat etiam non habere locum ſi Prælatus uti ſuſpectus recuſetur , & citat Capyc. *dec.137.*

9 Quintò limita quando extaret conſuetudo , quod poſſet eſſe judex in facto proprio,per textum notab. *in cap.1. de pœnis in 6.* reſolvunt Avendan. *de exequendis mand. part.1. cap.11. n.5.* Surd. *conſ.465. n.10.*Steph.Gratian. *diſcept. forenſ.cap.4.n.29.* Alex. Trentacinq. *dict. reſ.5. n.11. & 22.*

10 Sextò limita non procedere ubi perſona judicis eſſet talis qualitatis, quod omnis ſuſpicio veriſimiliter ceſſaret, ut per Soc. *dict. reg.203. n.7.* Alexand. Trentacinq. *dict. reſ.5. n.12. & 20.*

11 Septimò limita in facto notorio , quia tunc videturceſſare cauſa ſuſpicionis , cùm in tali caſu potiùs videatur executor, quàm judex,ut per Capyc. *deciſ.* 124. Kirchov. *tom.2. commun. opin. lib.9.tit.25.n.8. & 18. pag.517.* Bajard, *ad Clar. §. fin. q.35.n.31.* Bernard.Græveus *dict. lib.1. concl.39. n.16. & ſeqq.* Roland. à Valle *conſ.48. n.2. vol.2.* Barb. *in l. ſi de vi, n.143.ff.de judic.* Alexand.Trentacinq. *dict.tit.de judic.reſol.5.n.6.* ubi quatuor requiſita exigit,ut procedat hæc limitatio:primò,quod pœna,quæ imponitur pro delicto , ſit certa, & determinata, non verò arbitraria : ſecundò,quod ſit notorium factum,id eſt, publicè,& ſub præſentia populi factum : tertiò quod delictum notorium ſit notorietate facti permanentis: quartò quod pœna non veniat imponenda ratione proprii intereſſe.

12 Octavò limita quando offenſio facta fuit judici prætextu dignitatis,ſecus ſi ratione odii particularis; de injuriis enim ſibi illatis poteſt judex ipſe cognoſcere , & punire inferentem , ubi probabiliter conſtat ſibi intuitu officii fuiſſe illatas, Capyc.*deciſ.124.* Roland. *conſ.47. n.7. vol.2.* ubi *n.2.* tradit quando dicatur injuria facta ratione dignitatis , Menoch. *de arbitr.caſu.163.n.7* Bonacoſ. *commun.crim.part.1. verbo injuria quando facta eſt officiali , fol.91. verſo,* Tiberian. Decian. *tract. crimin. lib.4. cap.42. n.1. & lib.6. c.38. n.15.* Franc. Viv. *Neapol dec.278. n.2.* Hippol. *in l.1. §. cùm quis latrones , n.6. ff. de quæſt.* Gail. *lib.1. obſervat.39. num.2.* Farinac. *in praxi crim. p.1. q.17, n.46.* Alex.Raudenſ. *reſp.50. n.81. vol.1.* Ludov. Schrader. *de feudis p.10. ſect.1. n.110.* Martin. Monter. à Cueva *Aragon. dec.14. ſub n.32.* Surd. *conſ.50. num.17. & conſ.286. n.14.* Bernard. Græveus *ad practicam Cameræ Imper.lib.1. concl.39.*

Hinc Bald. *in cap.1. §.injuria, de pace juram. firm.* 13 tenet, quod ſi aliquis dederit alapam judici propter illam magnam cauſam judex poteſt cognoſcere de tali crimine, quod intelligit Jaſ.*in l. qui juriſdictioni,* ubi Dec. *n.11. ff. de juriſdict. omn. jud.* quando injuria facta judici eſt notoria , & habet pœnam jure determinatam.

Nonò limita, ſi non opponatur à parte, quia ante 14 hujuſmodi oppoſitionem poteſt quis judex eſſe tam in cauſa ſua , quàm in cauſa ſuorum , ut per Alex. Trentacinq. *d. tit. de judic. reſol.5. n.25.*

In Gloſſ. *Debere.* in quo differat judicare , & jus 15 dicere, vide Duaren. *lib.1.diſp.c.53.* Cujac. *in l. qui juriſdictioni, in princip.ff. de juriſd.omn.jud.* Govean. *in l.1. à n.1. ff. eod.tit.* Donel. *comment. juris civilis, lib.17.cap.6.verſ.ſunt ergo cap.21.verſ.niſi,*Quintad. *de juriſdict. imperio , lib.1. tit.6. n.2.cum ſeqq.*

*Qui legitimam perſonam ſtandi in judiciis habeant, vel non.*

## TIT. VI.

NOn valet judicium eo litigante , qui legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet , ut pupillo ſine tutore , adoleſcente ſine curatore. Idcirco adoleſcens etiam invitus curatorem accipit ad litem. Tutor autem, vel curator pro minore in judicio ſtare, & agere, vel conveniri poteſt.

Vide Cujac. Pac. & Weſemb. item Vezin. Viv. Bonacoſ.& alios *tom.1.comm.opin.lib.3.tit.4.pag.381. cum ſeqq.* Angel. *in §.penult. Inſt. de exception.*

## SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra pupillum indefenſum eſt ipſo jure nulla , & num.2. Lata pro pupillo qui fuit in judicio ſine tutore , valet , n.3.*

### L. Si cùm eſſes. I.

*Imp.* GORDIANUS A. *Candidæ.*

SEntentia lata contra pupillum indefenſum eſt 1 ipſo jure nulla. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic.Bald.Caſtr. Angel.Petr.Gilch. *tom.1. pag.599.* Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l.* 2 *Hiſpan.11. tit.2. p.3. ubi gloſſ.1.& l.7.eod.tit, & l.2. tit.25.p.3.ubi gloſſ.1.* Franc.Marc.*dec.132.n.2.*Capel. Tholoſ. *dec.113.* Gerard. *ſing.66.* Boër. *dec.92. n.1.* Viv.*tom.1.commun.opin.lib.3.tit.4.n.1.pag.381.*Cald. Pereira *in l. ſi curatorem , in princ. n.10. de in integr. reſtit. minor.*

In Gloſſ. *Adversùs* , ibi, *ſecus ſi pro te,* &c. Nota- 3 tur ad hoc , quod ſententia lata pro pupillo qui fuit in judicio ſine tutore , valet , ut per Balb. *dec.343. & t.1. commun. opin.*

## L. In rebus. II.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Gemachæ.*

1 PUpillus, & adultus in judicio esse possunt cum tutoris auctoritate. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supra hoc tit.* Petrus Gilchen. *tom. 1. fol. 589.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumit Vant. *de nullit. tit. ex defectu inhabilitatis comparentium, num. 35.*

### SUMMARIUM.

1 *Minor sine auctoritate curatoris agere & comparere potest in judicio possessorio, & n. 2.*

3 *In causa possessionis momentanea audiri potest qui alias non habet legitimam personam standi in judicio.*

4 *Minor an possit restitui in causa possessionis, remissive.*

## L. Momentaneæ. III. & ult.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Juliano Proconsuli Afric.*

1 IN judicio possessorio minor sine auctoritate curatoris agere, & comparere potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. sup. hoc tit.* Et post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. pag. 600.* Giphan. *tom. 1. pag. 151.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu desumunt Tiraquel. *de retractu lign. §. 1. gloss. 7. num. 24.* Cujac. *lib. 1. observ. 20.* Covar. *lib. 1. var. c. 5. n. 8.* Sarmient. *de redditib. p. 1. cap. 4. n. 3. col. 2.* Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 4. n. 4. pag. 381.* Menoch. *remed. 15. recup. possess. n. 294.*

3 *Per quamcumque personam,* &c.] Notatur ad hoc quod quicumque aliàs non habens legitimam personam standi in judicio, in causa possessionis momentaneæ audiri potest, ut per Menoch. *remed. 6. recup. num. 33.* Et ita filius familias sine patris consensu in hoc judicio esse potest, ut per eundem Menoch. *remed. recup. n. 427.*

4 Utrùm autem minor in causa possessionis possit restitui? Vide Covar. *pract. cap. 17. n. 4. vers. sextò,* Menoch. *remed. 3. recup. n. 851.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. imploratore, num. 38.* Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 5. q. 8. n. 4.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de judic. resol. 6. n. 12.*

*Ut nemo invitus agere, vel accusare teneatur.*

## TIT. VII.

AGIMUS civiliter, & accusamus criminaliter.

Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Boër. *decis. 255. à n. 2.* Socin. *rug. 4. & 24. lit. A,* latè Arisin. Tepar. *var. sent. sub hoc tit. pag. 147.* Sarmient. *lib. 1. select. cap. 2. n. 1.* Viscontè *in addit. ad* Barbos. Collect. in Cod. Tom. I. *Vincent. de Franch. dec. 41.* Menoch. *de arbitr. casu 34. n. 3.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. cumpellere,* Cald. Pereira *recept. sentent. in comment. ad l. unic. ex delictis defunct. p. 3. n. 20. in fine,* ubi ait hunc titulum non agere de eo, qui semel cœpit agere, quia desistere ante finem litis non potest.

### SUMMARIUM.

1 *Invitus nemo agere, vel accusare tenetur, & n. 2.*

3 *Sciens delictum committendum an teneatur illud revelare in foro exteriori, & interiori, & an non faciendo possit puniri, resolve ut num. 4.*

5 *Judex an possit cogere offensum ut accuset de homicidio.*

6 *Primogenitus habens actionem, & agere recusans an possit compelli à secundogenitus ad agendum.*

7 *Judex potest statuere & mandare ut prætendentes aliquid contra me, agant, petantque infrà certum tempus, hoc objecto eos alioquin non esse audiendus.*

## L. Invitus. Unic.

*Impp.* DIOCLET. A. *Camerio.*

INvitus nemo agere, vel accusare tenetur. Colli- 1
gunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Angel. Aloys. Leo *fol. 55.* Petr. Gilchen. *tom. 1. pag. 601.* Sebast. Næv. remissivè, Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt 2
*l. Hispan. 46. & 47. tit. 2. pare. 3.* Boër. *dec. 255.* Paris de Puteo *in tract. de syndicatu, in verbo accusatus, n. 8.* Sot. *de Justit. lib. 5. q. 5. art. 1. & in lib. de ratione tegendi membr. 2. q. 5.* Ant. Gom. *var. tom. 3. c. 1. num. 17. cum seqq.* Alphan. *collect. 414.* Cov. *lib. 1. var. c. 11. in fine,* Rebuff. *de privileg. scholarium, privil. 17.* Soar. de Paz. *in practica tom. 2. p. 2. cap. unic. n. 1. cum seqq.* Cardos. *in praxi judicum, & Advocat. verbo agere, n. 1. & verbo accusatio, n. 10.* Morl. *in emporio juris civilis. p. 1. tit. 2. q. 3. n. 44. vers. secundò.*

Utrùm sciens delictum, committendum, teneatur 3
illud revelare in foro exteriori, & interiori, & an non faciendo possit puniri? Vide S. Thom. *2. 2. quæst. 23. art. 7. in corpore,* Sot. *in tract. de ratione tegendi secretum, q. 4. & 5.* Nav. *in cap. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. corol. 58.* Ant. Gabr. *commun. lib. 7. tit. de criminalib. concl. 37. n. 2.* Menoch. *de arbitrar. casu 355. num. 10.* Menchac. *illustrium controv. part. 1. q. 16. à princip.* Guttier. *Canon. lib. 1. q. 11.* Morla *d. tit. 2. q. 3. n. 44. cum seqq.* Anton. Gom. *var. tom. 3. cap. 2. n. 8. in fine,* latè Flores de Mena *var. lib. 1. q. 18. per tot.* ubi *n. 57.* accedendo ad materiam tituli resolvit, quod potest 4
quis delictum publicum denuntiare judici ut judici, non tamen tenetur accusare, vel denuntiare, nisi id expressè bono publico, aut emendationi alterius conveniat, si judex sit negligens, & non inquirat, nec sit alterius qui accuset, nec velit, aut debeat accusare.

Quod possit judex cogere offensum ut accuset de 5
homicidio, ex Bart. resolvit Marant. *de ordine judic. part. 6 tit. & prævenitur aliquando per viam inquisit. d. 91. pag. 132.* dicens hunc esse casum specialem in quo judex post quem compellere ad accusandum, Sed contra eos communis stat opinio, ut testatur Fichard. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 5. n. 1.*

Sic etiam in alio casu limitatur text. *in præsenti* 6
videlicet quando primogenitus actionem habet, & agere recusat; quia tunc potest à secundogenitis cumpelli ad agendum: ita Vinc. de Franchis *dec. 41.*

*n.*2. ubi allegat. Nat. *in repet. Clem. sæpè, in princ. col.*31. *&* 32. *verſ. primò fallit. cum ſeqq. de verbor. ſignif.* ubi limitat in aliis caſibus.

7 In gloſſ. *Invitus, unic.* ibi, *magis tamen puto judicem debere ei ſtatuere tempus intra quod agat, & poſtea eum non audiri.* Notatur ad hoc, quod poteſt judex ſtatuere & mandare, ut volentes & prætendentes aliquid petere contra me agant, & petant infrà certum tempus, hoc adjecto, eos alioquin non eſſe audiendos, ut per Anton. Gom. *var. tom.*3. *c.*1. *n.*23. *in fine*, Covar. *lib.*2. *var. cap.*18. *n.*1. *in princip.*

## *De ordine judiciorum.*

## TIT. VIII.

CONSIDERATUR judiciorum concurſus. Exempli gratiâ de poſſeſſione priùs judicandum eſt, quàm de proprietate, & de ſtatu priùs, quàm de hæreditate, & de hæreditate priùs quàm de re ſingulari.

Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Vezin. *tom.*1. *comm. opin. lib.*3. *tit.* 6. & Doctores citatos *ſup. ad rubr. de judic.*

## SUMMARIUM.

1 *Quæſtio ſtatus ſi incidit quæſtioni bonorum, de ea plenè cognoſcitur, licèt judex alias cognitionem de ſtatu non habeat, vel de principali tantùm expreſſim pronuntiatur, & n.*2.

3 *Per pronuntiationem expreſſam in cauſa principalis dicitur tacitè pronuntiatum in incidenti.*

## L. Adite Præſidem. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Marcellinæ & aliis.*

1 SI quæſtio ſtatus incidit quæſtioni bonorum, de eo plenè cognoſcitur, licèt judex alias cognitionem de ſtatu non habeat, ſed de principali tantùm expreſſim pronuntietur. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salic. Bald. Caſtr. Angel. Sebaſt. Næv. Aloyſ. Leo *fol.* 55. *verſo*, Petr. Gilchen. *tom.*1. *pag.*602. Giphan. *tom.* 2. *pag.*152. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in conc.*

2 De materia & intellecta hujus l. vide Anton. Govean. *lib.* 1. *var. cap.*33. ubi concordare nititur hunc textum cum *l. ſi pater, de ſtatu def. & l. jam dudum, ubi cauſæ ſtatus*, cum ſimilibus, & concludit quod is, quem Severus & Antoninus in præſenti aiunt non poſſe de cauſa ſtatus cognoſcere, non eſt Præces, ſed à præſide judex datus, additque in verbo *docete*, ſubaudiendum eſſe judicem à Præſide datum. Joan. Robert. *lib.*1. *ſentent. juris c.*12. Menoch. *de arbitr. lib.*2. *caſus* 167. Hieron. Magon. *Florent. deciſ.*3. *n.*1. Guid. Pacirol. *var. lection. lib.*2. *cap.* 33. *verſ. igitur Prætor*, Morl. *in emporio juris civilis, p.*1. *tit.*2. *in prælud. n.*148. ubi advertit, quod in hoc textu hæreditatis cauſa agitata fuit coram Præſide provinciæ in qua major pars hæreditatis erat, vel domicilium habebat qui pro hæræde poſſidebat, juxta *l.*1. *ubi de hæred. agi oporteat*? pupillus verò actor alterius erat fori, idque innuunt illa verba, *Adite Præſidem provinciæ*, eratque pupillus quaſi in poſſeſſione libertatis. Siquidem tutores habebat, & ſic ſi principaliter de ejus ſtatus cauſa ageretur, ejus cognitio non ad eum Præſidem provinciæ, ſed ad Magiſtratum ſui fori ſpectaret, *l.*3. ubi omnes, *ubi cauſ. ſtat.* quia tamen incidenter ea cauſa concurrebat cum cauſa hæreditatis, de qua præſes jure cognoſcebat, ratione incidentiæ etiam de ea cognoſcere potuit, & hoc eſt, quod in hac lege dicitur, & ſic ſuper ſtatus cauſa cognoſcere non poterat, ideſt principaliter, quia pupillus ipſius fori non erat. Vide etiam latè Joan. Garcia *de nobilitat. gloſſ.*1. *n.*16. *cum ſeqq.* ubi *n.*19. *verſ. ex quibus*, adducit duplicem limitationem ad regulam hujus legis, quatenus habet pronuntiationem ſuper principali inducere de ſe abſolutionem, vel condemnationem incidenti, quæ fuerit oppoſita. Prima eſt, niſi incidens illa cauſa ejus eſſet naturæ & rationis, ut omnino ſeſe compatiatur cum principali cauſa, quia principalem nec deſtruit de ſe, nec labefactat, ut exceptio expenſarum, inventarii non confecti, pacti de non petendo, & ne quis teneatur, niſi quatenus facere poſſit, & aliis id genus. Secunda, ut determinatio principalis inducat determinationem ſuper incidenti, quæ erat præjudicialis ad illam, & cum qua ſe ſe minimè compatiebatur, niſi judex aliàs incompetens, ratione incidentiæ, ſi principaliter deduceretur, tunc enim ex hac ratione incompetentiæ ſententia lata ſuper principali non inducit pronuntiationem ſuper incidenti: & idem Garc. *d. gloſſ.*1. *num.*25. *verſ. unde nota*, addit quod judex, qui aliàs de nobilitate, aut matrimonio non poteſt principaliter cognoſcere, cognoſcit incidenter; quia de principali ſolùm pronuntiat, & quod ſententia lata in principali non patitur exceptionem rei judicatæ ſuper incidenti, nec quicquam juvat, nec nocet quominus in alio judicio poſſit principaliter de iſtis agi, Anguian. *de legib. lib.*2. *contr.*22. *n.*28.

*Quoniam non de ea, ſed de hæreditate* &c.] Notatur 3 ad hoc, quod per expreſſam pronuntiationem in cauſa principali, dicitur tacitè pronuntiatum in incidenti, ut per Farin. *in praxi crim. q.*110. *n.*89.

## SUMMARIUM.

1 *Quæſtio generis inter patruales ſi non refertur, hæreditas æquo jure dividitur, aliàs ſi quæſtio refertur, priùs hæc diſcutitur, antequam de principali ſententia feratur.*

2 *Quæſtio ſtatus ſi incidit in judicio diviſario, priùs de ſtatu cognoſcitur, quàm ſententia diffinitiva proferatur, diſtinguendum ut n.*3.

## L. Si. Quæſtio. II.

*Impp.* ANTONINUS A. *Magnillæ.*

SI quæſtio generis inter patruales non refertur, 1 hæreditas æquo jure dividitur, aliàs ſi quæſtio refertur, priùs hæc diſcutitur, antequam de principali ſententia feratur. Item ſi quæſtio ſtatus incidit in judicio diviſorio, priùs de ſtatu cognoſcitur quàm ſententia diffinitiva proferatur. Colligunt ex Ordin. 2 Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.*

Vide Menoch. *de arbitrar. caſu* 167. *num.*7. *&* 16. 3 Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.*2. *in prælud. n.* 134. ubi diſtinguit, quod ſi agatur de matrimonio quatenus eſt contractus civilis tantùm, quale eſt illud, quod contrahitur apud infideles, ut *in c. quanto, de diver.* de eo poterit judex ſecularis cognoſcere etiam principaliter, ſive tractetur quæſtio facti, ſive quæſtio juris, quia in hoc matrimonio nulla datur ſpi-

rituali

tualitas, quæ impediat illam cognitionem. Sed si agatur de matrimonio quatenus est sacramentum, quale apud est fideles, non poterit, secularis cognoscere de quæstione juris principaliter, nec incidenter, ut *in cap. tuam. de ordine cognit.* sed poterit accessoriè & incidenter cognoscere de matrimonii facto, ut *in hoc textu.*

## SUMMARIUM.

1. *Quæstio civilis quando est principaliter mota, & incidens criminalis est, eadem sententia terminantur, declaratur textus. n. 2. intelligendusque est ut num. 3.*

### L. Cùm civili. III.

*Impp.* VALERIAN. & GALIEN. AA. *Demetrio.*

1 QUando civilis quæstio est principaliter mota, & incidens criminalis est, eadem sententia terminantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Cal. Pereira *in comment. ad l. unic. ex delictis defunct. p. 1. n. 70.* ubi ait textum loqui quando causa criminalis incidit, & incidenter civili accedit. Farin. *in praxi crim. q. 100, n. 86.* ubi illam conclus. de causa criminali faciente supersedere civilem, & è contra, intelligit quando secunda causa principaliter intentatur, secus si incidenter, & per viam exceptionis, quia tunc in prima non supersedetur.

## SUMMARIUM.

1 *Causa criminalis principaliter intentata, post civilem facit civilem super sedere, & n. 2.*

3 *Causa civilis intentata post criminalem quando, est illi præjudicialis, tunc de ea prius est cognoscendum, quam de criminali primo loco intentata ratione præiudicialitatis.*

4 *Causa criminalis quando non est præiudicialis civili, & una alteram compatitur, tunc in neutra supersedendum est, sed in utraque simul proceditur.*

5 *Post crimen commissum quamvis non prohibeatur quis agere contra suum debitorem, debet tamen hæc actio differri donec criminalis terminetur.*

### L. Quoniam civili IV. & ult.

*Imp.* CONST. A. *ad Calphurnium.*

1 CAusa criminalis principaliter intentata post civilem, facit civilem supersedere. Colligunt ex Ordin Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Clar. *§. fin. quæst. 92. num. 4. vers. sed quæro nunquid,* Cæs. de Græssis *decis. 3. de except.* alias 92. *num. 1.* Alphan. *collect. 81.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. resol. 7.* latè Farin. *in praxi crimin. quæst. 100. num. 59. cum multis seqq.* ubi *num. 66.* asserit absque dubio procedere quando causa criminalis est præjudicialis civili, vel ut alii dicunt, quando non compatitur cum civili, seu quando absorbet civilem, & *num. 64.* addit quod si utraque causa fuerit criminalis, & secunda major, suspendetur in prima minori, donec discutitur de secunda. Et *n. 102.* limitat principalem textus conclusionem, quando quis diù post actionem civilem contra ipsum intentatam criminalem intentaverit, & sic quando quis fuit negligens, nimiumque se arctavit ad proponendum causam principali causæ præjudicialem, præsumitur enim tùc calumniosè agere, & *n. 105.* subdit quod dicitur quis negligens & nimium se arctasse, quando criminalis causa proponitur post conclusionem in causa civili: & *n. 111.* intelligit eandem principalem concl. quando interest conventi & accusati criminaliter supersederi in civili, aliter secus: & *n. 112.* intelligo etiam quando utraque causa est introducta coram eodem judice, vel quando causa criminalis introducta est coram judice superiore, civilis autem coram inferiore, unde secus è contra si causa civilis fuit primò introducta contra judice superiore, criminalis autem coram inferiore, vel etiam utraque causa fuit intentata coram diversis judicibus æqualem jurisdictionem habentibus: & *n. 114.* limitat quando causa criminalis proposita, & intentata fuerit non per reum conventum, aut accusatum, sed per tertium, vide eundem Farin. *cons. 21. per tot.* ubi bona adest additio Famiani Centolini, & Alex. Trentacinq. *d. resol. 7. per tot.* ubi multipliciter declarat.

In gloss. *Sæpè*, ibi, *ut cùm civilis est præjudicialis*, 3
&c. Notatur ad hoc quod quando causa civilis intentata post criminalem est illi præjudicialis, tunc de ea prius est cognoscendum, quàm de criminali primo loco intentata ratione præjudicialitatis, ut per Natt. *cons. 138. num. 3. lib. 1.* Hieron. Giaccàr. *in addit. ad Clar. §. 1. q. 1. in princ. lit. A, vers. & è contra* Farin. *d. q. 100. num. 61.*

In gloss. *de crimine.* ibi, *aliàs non* &c. ] Notatur 4
ad hoc quod quando causa criminalis non est præjudicialis civili, & una alteram compatiatur, tunc in neutra super sedendum est, sed in utraque insimul proceditur, ut per Farinac. *dict. quæst. 100. numer. 75.* quamvis *num. 65.* dicat hanc gloss. *in fine* reprobata opinione Girnei tenuisse contrarium, quia *numer. 77.* asserit primam ejus opinionem in omnibus urbis Tribunalibus & insignatura justitiæ passim receptam fuisse.

In ead. gloss. ibi. *Sed certis*, &c. ] Notatur ad hoc 5
quod quamvis post crimen commissum non prohibeatur quis agere contra suum debitorem, debet tamen hæc actio deseri donec criminalis terminetur, ut per Farin. *d. q. 100. num. 85.* ubi *num. 84.* asserit posse hanc opinionem sustineri quando crimen objecto agenti, seu accusatori est præjudiciale causæ principali, quia tunc supersedendum.

*De litis contestatione.*

## TIT. IX.

LItis contestatio est principium quod oritur ex primo litigantium apud audientem judicem conflictu, quare litis contestatio tribus partibus constat, intentione actoris cõtradictione rei, & audientia judicis.

Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 51. l. Hispan. 3. tit. 10. part. 3.* Marant *de ordine judic. part. 6. memb. 10.* Villalob. Kirchov. Vezin. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 7. pag. 383. cum seqq.* Rebuff. *in tract. de effectibus litis contestationis*, Perez *l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. pag. 383. cum seq.* Mascard. *de probat. concl. 434.* Do-

nell. *comment. juris civilis lib.* 24. *cap.* 1. ubi Oſuald. *à notatis*, Obrecht. *intr. de litis conteſt.* Vigil. *in ſimil tract.* Aſin. *in praxi jud.* § 17. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 63. *cum ſeqq.* Zoan. *rerum quotid. c.* 52. Coler. *deciſ.* 288. *& conſ.* 44. *n.* 51. *cum ſeqq.* Parlard. *rerum quotidian. lib.* 1. *cap.* 14. Suar. de Paz. *in practic. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 6. Zerol. *in praxi Epiſcop. verbo litis conteſtatio*, Cur. Philipp. *p.* 1. §. 13. Ludov. Miranda *de ordine judic. q.* 20. *art.* 5. Chriſtoph. de Paz *in ſchol. ad leges ſtyl. l.* 1. Mendez de Caſtro *in praxi ſæculari Luſitan. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot.* Amat. Roderic. *in practica de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap.* 6. *de litis conteſt.* Camill. Borell. *in ſumma deciſ. tom.* 1. *tit.* 50. *de litis conteſtat.* D. Barboſ. *in l. ſi debitori, n.* 21. *cum ſeqq. ff. de judic.*

## SUMMARIUM.

1 *Narratio actoris cum contradictione rei, & judicis cognitione, litis conteſtationem inducunt.*
2 *Litis conteſtatio eſt negotii hinc inde narratio.*

## L. Res. I.

*Impp.* Severus *&* Antoninus AA. *Valenti.*

1 NArratio actoris cum contradictione rei, & judicis cognitione litis conteſtationem inducunt. Colligunt ex Ordin. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Cyn. Angel. Sichard. Aloyſ. Leo *fol.* 56. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *pag.* 611. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 56. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 *Per narrationem negotii*, &c.] Ergo litis conteſtatio eſt negotii hinc inde narratio apud judicem, ut per Placentin. *in ſum. hujus tit.* Jodoc. Damhauder. *in praxi cauſarum civilium, cap.* 120. *n.* 1. *& cap.* 140. *n.* 1. Marant. *de ordine judic. p.* 1. *membr.* 19. *n.* 2. Hieron. Treutler. *diſputat. ſelect. part.* 1. *diſput.* 12. Camil. Borrell. *in ſum. dec. tom.* 1. *tit.* 50. *à num.* 1. Et ita verè fit litis conteſtatio affirmatione unius, & contradictione alterius litigantis, Ordin. Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 51. *in princ.* Menoch. *de præſ. lib.* 2. *præſ.* 30. *à numero* 1. Maſcard. *de probation. concl.* 434. *à princip.* Gam. Luſit. *dec.* 147. *num.* 3. Viv. *Neapol. deciſ.* 310. *num.* 2. Camill. Borell. *d. tit.* 51. *num.* 6. *&* 7. Melch. Phœbos *Luſit. arreſto* 84. *tom.* 1. Mendez à Caſtro *in praxi ſæculari Luſitan. lib.* 3. *cap.* 6. Etiamſi reus in judicio negaret ſimpliciter narrata actoris, ex Maſcard. *d. conſ.* 434. *n.* 1. ubi *n.* 5. aſſerit nihil referre an ſimul unico tempore, vel ex intervallo illa reſponſio accedat narrationi actoris, Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *verſ. quæro ſecundò. tit.* 3. *lib.* 3. *Ordinam.* Amat. Roderic. *dict. cap.* 6. *num.* 2. Niſi reſponſio eſſet conditionalis, Franc. Viv. *d. dec.* 110. *n.* 3. Camill. Borrell. *d. tit.* 50. *n.* 9. vel reſpondens proteſtaretur ſe citra animum conteſtandi litem reſpondere, Viv. *d. dec.* 110. *numer.* 4. Decian. *reſp.* 10. *num.* 6. *vol.* 5. Menoch. *d. præſ.* 30. *n.* 4. Fallit ſi judex mandaret, ut ſemota proteſtatione litem conteſtetur, ex Maſcard. *dict. concl.* 434. *numer.* 20. *cum ſeqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Vocato in judicium libellus offerendus eſt, data dilatione ad reſpondendum viginti dies ad minimum continente. Brevius ſpatium hodie, n.* 5.
2 *Libellus in judicio offerendus, remiſſivè.*
3 *Sportulæ, remiſſivè.*
4 *Lex poſterior generaliter, & indiſtinctè loquens limitanda eſt per ſpecialem antiquiorem, & juxta illam intelligenda.*
6 *Copia libelli danda adverſario.*
7 *Fidejuſorem dans de judicio ſiſti, vel faciens ſibi caveri de refundendis expenſis, non per hoc conſentis in judicem.*
8 *Judicem quem quis elegit, recuſare non poteſt, niſi tempore impetrationis impetrans ſuſpicionis cauſam ignoraſſet, quando ignorantia fuit probabilis alias ſecus n.* 9.
10 *Libellus in ſcriptis offerendus.*
11 *Sportularum exactionem conſuetudo excuſat, approbatque.*
12 *Poſſidens immobilia non tenetur ſatiſdare, quamvis ſint litigioſa, n.* 13. *Qualia eſſe debeant, n.* 14. *reſolve ut n.* 15.
16. *Dies* 10. *dati ad reſpondendum minorari non poſſunt ſine cauſa.*
17 *Præſcriptio* 10. *aut* 20. *annorum cum titulo interrum, itur per litis conteſtationem, non verò per ſolam citationem.*

## Auth. Offeratur.

VOcato in judicium libellus eſt offerendus, data dilatione ad reſpondendum viginti dies ad minimum continente. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.* 1. *ſup. hoc titul.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 56. 1

De libello in judicio offerendo, vide Marant. *de ordine judic. part.* 6. *tit de libello oblat.* Soar. de Paz *in pract. part.* 1. *num.* 1. *temp.* 4. *per tot.* Rebuff. *de except. n.* 335. *cum ſeqq.* Cur. Philipp. *p.* 1. §. 11. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo libellus.* Camill. Borrell. *in ſum. dec. tom.* 1. *tit.* 49. *de libello.* 2

*Inde præbitis ſportulis*, &c.] De ſportulis vide Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 55. *n.* 38. *cum ſeqq.* & citatos *ad rubr. & tit. ſuprà de ſportulis.* 3

*Et data fidejuſſione*, &c.] Vide Roder. Xuar. *in declarat. leg. Regni poſt l. quoniam in prioribus, in princ. num.* 3. *pag. mihi* 479. ubi ait quod hæc Auth. venit correctivè *ad l.* 1. *hujus tit.* & tamen recipit interpretationem à *l. ſciendum, ff. qui ſatisdare cog.* Unde advertunt Doctores per hunc textum, quod lex poſterior generaliter, & indiſtinctè loquens limitanda eſt per ſpecialem antiquiorem, & juxta illam intelligenda, niſi expreſſis verbis illi contradicat, ut per Nav. *in man. cap.* 27. *n.* 260. *& in cap. placuit, de pœnitent. diſt.* 6. *n.* 148. Ant. Gabr. *commun. tit. de legib. concl.* 1. *n.* 2. D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matr. part.* 1. *num.* 8. benè Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 346. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 6. ubi advertit hanc Auth. multò poſteriorem reſtringi per *d. l. ſciendum*, antiquiorem. 4

*Viginti dierum.*] Breviùs tamen hodie, ut per Soar. de Paz *in d. pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 4. *n.* 63. *fol.* 40. *verſo, & temp.* 6. *n.* 23. *fol.* 51. 5

*Quibus deliberet*, &c.] Ergo copia libelli adverſario dari debet, ut per Soar. de Paz *in pract. tom.* 2. *p.* 1. *cap.* 5. *n.* 42. 6

*Vel recuſet*, &c. Notatur ad hoc, quod qui dat fidejuſſorem de judicio ſiſti, vel facit ſibi cavere de refundendis expenſis, non per hoc in judicem conſentit, ut per Capell. Tholoſ. *dec.* 180. Hippol. *ſing.* 227. Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 82. Covar. *pract. cap.* 26. *n.* 2. 7

*Niſi ille ſit is*, &c.] Notatur ad hoc, quod judicem quem quis elegit, recuſare non poteſt, ut per Marant *de ordine judic. part.* 6. *actu* 2. *num.* 76. Guid. 8

Pap.

Pap. *deciſ.* 364. Quintil. Mandoſ. *de commiſſion. in form.* 8. *in verbo Ad inſtantiam*, Perez *l.* 1. *tit.* 51. *lib* 3. *Ordin. pag.* 567. Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *n.* 54. Maſcard. *in ſimil. tract. concluſ.* 952. *num.* 42. *&* 43. Azeved. *l.* 7. *n.* 62. *tit.* 18. *lib.* 4. *novæ Recop.* Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 7. *num.* 9. Jacob. Laurent. *de judic. ſuſpecto, cap* 5. *n.* 22. Fatin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. I, n.* 693. Valaſc. *de partit. cap.* 9. *num.* 23.

9 *&* 24. Dominum meum *in remiſſ. ad ordin. Reg. Luſitan. lib.* 3. *tit.* 21. *in princ. num.* 5. Quod quidem declaratur, niſi tempore impetrationis impetrans ſuſpicionis cauſam ignoraſſet, quando ignorantia fuit probabilis, aliàs ſecus Seraph. *dict. privil.* 7. *num.* 10. Farinac. *dict. lit. I, num.* 693. ubi *num.* 694. idem dicit ſi cauſa ſuſpicionis poſt impetrationem ſupervenerit.

10 *Et libelli ſubſcriptione*, &c.] Ergo in ſcriptis libellus eſt offerendus, *l. Hſpan.* 3. *tit.* 2. *lib.* 4. *novæ Recop.* Soar. de Paz *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 4. *n.* 2. *fol.* 37. eleganter Perez *l.* 11. *verbo la demanda no fue dada en eſcrito, tit.* 1. *lib.* 3. *ordinam.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo libellus, n.* 6. Matth. Coler. *German. deciſ.* 111. *n.* 5. Cur. Philip. *p.* 1. § 11. *n.* 3. Amat. Rodic. *in practic. cap.* 5. *de Libello actoris, num.* 4. Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. titul.* 49. *de libello, num.* 33.

11 In Gloſſ. *Præbitis ſportulis*, ibi, *ſecundùm conſuetudinem terræ*, &c. Notatur ad hoc quod ſportularum exactionem conſuetudo excuſat, & approbat, ut per Cald. Pereira *in comment. ad l. unic. ex delict. defunct. p.* 5. *num.* 37. *in fine*, Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 22. *ex num.* 2.

12 In Gloſſ. *Fidejuſſione*, ibi, *ſcilicet judicio ſiſti niſi poſſideat immobilia*, &c. Notatur ad hoc quod poſſidens immobilia non tenetur ſatiſdare, ut per Anton. Gom. *l.* 66. *Tauri*, Matienz *l.* 3. *gloſſ.* 1. *n.* 4. *tit.* 16. *lib.* 5. *novæ*

13 *Recop.* ubi *n.* 5. ampliat, quamvis ſint litigioſa, &

14 *num.* 6. quod debeant eſſe tanta, quæ fugæ ſuſpicionem tollant, uſque ad executionem ſententiæ, & judicis arbitrio relinquendum quot immobilia poſſidere quis debeat ad evitandam ſatiſdationem, tradit Menoch. *de arbitr. caſu* 142. *& remed.* 1. *adipiſc. num.* 91. ſufficit ſi habet poſſeſſionem rei immobilis ſuper qua litigatur, ex Valaſc. *conſ.* 66. *à num.* 8. &

15 *num.* 29. poſt longam diſputationem reſolvit habentem ſolum uſumfructum in re immobili evitare hujuſmodi ſatiſdationem. Si verò quis poſſideat mobilia magna, quæ de facili occultari, vel moveri non poſſint, & quæ faciant ceſſare fugæ ſuſpicionem, non poteſt cogi ſatisdationem præſtare ſecundùm Xuar. *in l.* 2. *tit.* 3. *de los emplazumientos, n.* 14. *lib.* 2. *fori.* Matienz. *d. l.* 3. *gloſſ.* 1. *num.* 6. præcipuè ſi ſint ſufficientia ad ſolvendum debitum, ex Valaſc. *d. conſ.* 66. *num.* 32. *verſ. item.*

16 In gloſſ. *Viginti dierum*, ibi, *ſed dic quod non poſſunt minorari*, &c. Notatur ad hoc, quod hujuſmodi viginti dies obſervari ſine cauſa non poſſunt, ut per Cald. Pereira *quæſt. forenſ. q.* 33. *num.* 4.

17 In gloſſ. *Pro nihilo, fin.* Notatur ad hoc, quod præſcriptio decem, aut viginti annorum cum titulo interrumpitur per litis conteſtationem, non verò per ſolam citationem, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 2. *num.* 3. Covar. *in reg. poſſeſſor. part.* 2. §. 12. *num.* 4. *verſ. ſecunda concluſio.* Molin. *de Inſt. tract.* 3. *diſp.* 78. *num.* 13.

## SUMMARIUM.

1 *Libellus actoris aliter non admittitur niſi præſtita prius cautione* 36. *Aureorum de lite conteſtanda intra duos menſes, & damno reo illato reſtituendo: hodie tamen non viget, n.* 2.

### Auth. Libellum.

Libellus actoris aliter non admittitur, niſi præſtita priùs cautione 36. aureorum de lite conteſtanda intra duos menſes, & damno reo illato reſtituendo. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. hoc tit.*

De abolita hujus text. obſervatione reſtatur Alban. *ad Bart. in præſenti*, & ideo de ejus materia nihil dicere convenit.

## *De plus petitionibus.*

## Tit. X.

Plus petitur quatuor, re, tempore, loco & cauſa, ut Juſtinianus dilucidè explicat *in* §. *plus autem, Inſtit. de actionibus.* Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. eundem Cujac. *lib.* 12. *obſerv.* 21. *& lib.* 7. *obſerv.* 27. Kirchov. Venin. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 8. Cardoſ. *in praxi Iudicum & Advocat. verbo plus petere.* Padil. *in ſum legum pœnal. p.* 2. *caſu* 45. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 1389. Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 2. *tit. de plus petitionibus, pag.* 69. Ord. Regias Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 34. *&* 35. *l. Hiſpan.* 44. *tit.* 2. *part.* 3. ubi Gregor. Lopez.

## SUMMARIUM.

1 *Cautionem qui pluries exegit per dolum; & plus petis, litem conteſtando debitum perdit; pœnitentia autem ante litem conteſtatam incompetentem cautionem, & debiti nimiam petitionem abolet.*

2 *Plus petens poſt litem conteſtatam ſi perſeverat in nimia poſtulatione, convictus de falſa quantitate debiti, tam quantitatem, quàm ipſum debitum amittit.*

3 *Per cautiones nimias, & incompetentes petitiones tranſactiones non impugnantur.*

4 *Principalis ubi non comparet in judicio ad petendum debitum, ſed ejus Procurator, tunc pœna hujus legis locum non habet, declara ut n.* 5.

6 *Plus petitur re quando quis pro decem debitis petit* 20. *Aut quando petit majorem partem rei quàm ſibi debetur.*

7 *Creditor ſi minus peteret quàm ſibi deberetur, nihil ſibi præjudicaret, niſi pro reſiduo, vel cum particula*, tantum, *aliquam ſummam peteret, quia tunc nihil poſſet petere, n.* 8.

9 *Plus tempore petit, qui ante diem, vel conditionem petit. Limita ut n.* 10. 11. 12. 13.

14 *De debitore debitum jam ſemel ſolutum iterum petente, remiſſivè.*

15 *Lex præſenti ut locum habeat, debet quis eſſe convictus quod dolo cautionem, ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit, ita quod promiſſionem extorſerit debito ampliorem.*

16 *Petens plus debito non incurrit pœnam, ſi ante litem conteſtatam pœnitentia ductus veritatem faſſus fuerit, & ſe à petitione retraxerit.*

17 *Pœna, quæ à lege plus potenti infligitur, mortuo actore ante illius condemnationem ad hæredes non tranſit.*

18 *Per cautionem doloſam plus petens litem conte-*

*ſtando, debitum perdit, ſecus ſi reus in judicio, ſeu extra ſponte confeſſus ſit, ſe totum illud debitum debere, niſi in ea confeſſione intervenerit dolus creditoris, num.* 19. *Vel in libello appoſita eſſet clauſula*, ſalvo jure ſuperflui, &c. *ibidem vel eſſet alia clauſula*, omni meliori juris modo, &c. *num.* 20. *Vel diceretur in libello, quod petit ducentos aureos, paratus deducere eam partem, quæ apparebit legitimè ſoluta, num.* 21. *Vel hæres reperiens cautionem plus debito extortam per teſtatorem compareret in judicio illud debitum tum petendo, n.*22.

23 *Tranſactione facta inter actorem & reum poſt litem conteſtatam, & actorem convictum, tranſactio illa attendenda eſt.*

24 *Tranſactio, etiamſi quis læſus fuerit, reſcindi non poteſt.*

25 *Actore creditore petente plus debito, an licitum ſit reo totum negare, cùm partem tantùm haberet, præſertim ſine incurſu perjurii.*

26 *Judicium tunc cœptum eſſe dicitur, quando eſt facta conteſtatio litis.*

## L. Odioſas. Unic.

*Impp.* JUSTINIANUS A *Joanni P. P.*

1 QUi per dolum cautionem pluries exegit, & plus petit, litem conteſtando, debitum perdit: pœnitentia autem ante litem conteſtatam incompetentem cautionem, & debiti nimiam petitionem abo-
2 let, *in princip.* Plus petens poſt litem conteſtatam, ſi perſeverat in nimia poſtulatione, convictus de falſa quantitate debiti, tam quantitatem, quàm ipſum
3 debitum amittit, *in verſ. ſin autem.* Per nimias cautiones, & incompetentes petitiones tranſactiones non impugnantur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Caſtr. Bald. Angel. Sichard. Sebaſtian. Nev. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *pag.* 659. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

4 *Ut ſi quis*, &c.] Principalis ſcilicet quando enim non ille, ſed ejus Procurator comparet in judicio ad petendum debitum, tunc pœna, hujus l. locum non habet, ut per Roland. à Valle *conſ.* 72. *in fine, vol.* 1. Alexand. Trentacinq *var. reſolut. lib.* 2. *tit. de plus petition. reſol.* 1. *num.* 8. ubi declarat hoc non procedere
5 ſi poſt motam litem per Procuratorem dominus ratificet tacitè, vel expreſſè, vel quando ſciebat dictam litem motam fuiſſe per ejus Procuratorem, & non prohibuit, quia tunc Procurator facit incidere dominum in pœnam.

6 *Super ampliore pecunia*, &c.] Plus enim petitur *re* quando quis pro decem debitis petit viginti, aut quando petit majorem partem rei, quàm ſibi debetur, ut per Cardoſ. *in praxi judicum, & Advocat. ver-*
7 *bo plus petere, num.* 2. Si verò creditor minus peteret cùm plus ſibi debitum eſſet, nihil ſibi præjudicaret,
8 ut tenet Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 6. ubi limitat niſi pro reſiduo, vel cum particula, *tantùm*, aliquam ſummam peteret, quia tunc nihil aliud poſſet petere.

9 Plures petere *tempore*, etiam dicitur, quia ante diem, vel conditionem petit, de quo Avendan. *tit. de las exceptiones, num.* 22. *verſ. quarta qualitas*, Azeved. *l.* 2. *num.* 5. *tit.* 1. *lib.* 4. *novæ Recop.* Franc. Mozar. *in tract. de fidei comm. q.* 61. Joſeph. Ludov. *concl.* 8. *per totam*, Ozaſc. *Pedem. deciſ.* 130. *per tot.* Surd. *dec.* 220. *num.* 1. *& dec.* 151. *num.* 2. *&* 3. Ludov. Rodolphin. *var. quæſt. lib.* 2. *q.* 40. *ex num.* 1. Cardoſ. *in d. verbo plus petere, n.* 2. *&* 5. Far. *Fragm. crim. p.* 1. *lit. C. n.* 545. Gabriel. Alvarez *de privileg. pauper. q.* 43. *à princip.*
10 Quod quadrupliciter limitari ſolet. Primò ſi ſuperveniat cauſa de novo, veluti quia debitor aufugiat vel fallitus fiat, ex Gloſſ. *in l. quæſitum, ff. de pignor.* Padill. *in l. cùm proponas, n.* 8. *de tranſact.* Surd. *de* 11
*alim. tit.* 8. *privil.* 26. *n.* 9. Cardoſ. *d. verbo plus petere, n.* 7. vel bannitus fiat, Ludov. Rodolphin. *dict. q.* 40. *per totam.* Secundò ſi quis egerit ante diem, ut adveniente die ſibi ſolvatur, Afflict. *dec.* 279. *in fine*, Greg. Lopez *l.* 45. *tit.* 2. *part.* 3. Ozaſc. *Pedem dec.* 130. *à n.* 9. Nicol. Mozz. *de contractib. tit.* 6. *de naturalibus contractibus, n.* 11. latè Joſeph. Ludov. *tom.* 3. *com-*
*mun. opin. tit. de ſolut. concl. unic. per tot. pag. mihi* 12
456. *& Peruſ. deciſ.* 8. Viv. *Neapol. deciſ.* 403. Surd. *deciſ.* 120. *n.* 13. *& dec.* 151. *n.* 6. *& de aliment. tit.* 8. *privil.* 26. *n.* 9. Tertiò ſi debitum de futuro adjunctum ſit debito de præſenti, ut in legato annuo, quod poteſt peti, ut ſolvatur debitis temporibus, ne cogatur ſingulis annis agere. Vide Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 47. Surd. *deciſ.* 120. *n.* 14. *& deciſ.* 151. 13
*num.* 12. Gaſp. Roder. *de annuis reddit. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 104. Stephan. Gratian. *dicept. forenſ. cap.* 151. *à num.* 35. Quartò favore paupertatis licet quandoque creditori ante diem debitum petere, ut probat Gabr. Alvarez *dict. q.* 43. *ex num.* 8.

De creditore debitum jam ſemel ſolutum iterum 14
petente, vide *l. ſi fidejuſſor*, §. *in omnibus, in fine, ff. mandati*, Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 3. *tit.* 36. Petr. Caball. *reſolut. crimin. caſu* 169. Cordoſ. *in praxi judicum verbo plus petere, n.* 4. latè Farin. *fragm. crimin. p.* 1. *lit. C, num.* 725. *cum ſeqq.* Mandez de Caſtro *in praxi Luſitana, lib.* 3. *cap.* 8.

*Per dolum & machinationem*, &c.] Ergo ut habeat 15
locum hæc lex, debet quis eſſe convictus quod dolo cautionem, ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit, ita quod promiſſionem exorſerit debito ampliorem, ut per Alex. Trentaciq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de plus petit. reſol.* 1. *num.* 2. Et ita ut hæc lex procedat, duo copulativè requiruntur, primum quod cautionem, ſeu obligationem à debitore plus debito exegerit, ſecundùm quod plus debito dolosè exegerit, Aym. Cravet. *conſ.* 325. *num.* 1. *verſ. tertiò principaliter, in* 2. *p.* Bolan. à Valle *conſ.* 71. *n.* 37. *vol.* 1 Kirchov. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 1. *pag.* 385. Alex. Trentaciq. *d. reſol.* 1. *n.* 1.

*Siquidem ante inchoatam litem*, &c.] Notatur ad 16
hoc quod petens plus debito, pœnam non incurrit ſi ante litem conteſtatam pœnitentia ductus veritatem faſſus fuerit, & ſe à petitione retraxerit, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *d. lib.* 3. *tit.* 34. *in princip.* Bonacoſ. *commun. crimin. verbo ſtatutum, fol.* 159. Farin. *fram. crimin. p.* 1. *lit. C, num.* 733. ubi Pereg. *de jure fiſci lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 13. etiam reſolvit. quod pœna, 17
quæ à lege plus petenti infligitur, mortuo actore ante illius condemnationem ad hæredes non tranſit, Alex. Trentaciq. *d. reſol.* 1. *num.* 4. ubi *in fine*, addit quod cùm in hac lege requiratur quod convincatur poſt litem conteſtatam ad hoc ut debito illo privetur, ſequitur quod ad hoc ut pœna illa locum habeat, neceſſe eſt ut poſt exordium litis permanens in certaminibus negotii arguatur de adjecta falſa quantitate, ſed qui confitetur non arguitur, nec convincitur, ſed ſemetipſum arguit, & convincit: igitur non habet locum diſpoſitio hujus legis.

*Sed etiam toto debito cum fragilitate*, &c.] Notatur 18
ad hoc, quod quando quis per doloſam cautionem plus exigit, & plus petit litem conteſtando, debitum perdit, ut per Kirchov. *dict. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 1. Alexand. Trentacinq. *d. reſol.* 1. *num.* 1. Farin. *d. lit. C, num.* 774. ubi *num.* 794. teſtatur ſe nunquam in practica vidiſſe hanc pœnam indictam, & *num.* 750. addit quod licèt per §. *tripli, Inſtit. de actionib.* creditor petens plus debitore, cauſa, aut loco, de jure condemnandus ſit ad triplicatas expenſas, tamen aſſerit

ſe

se nunquam vidisse, nec audivisse fuisse factam hanc condemnationem expensarum in triplum, sed simpliciter.

19 Aliquibus modis limitatur hæc resolutio, primò ut non procedat quando reus in judicio, seu extra sponte confessus est se totum illud debitum debere, nisi in ea confessione intervenerit dolus creditoris ita Alex. Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 6.*

Secundo quando in libello esset apposita clausula, *salvo jure superflui*, &c. nam tunc hæc lex locum non habet, quia illa clausula addita libello salvat petentem plus debito à pœna, & expensis, Navizan. *cons. 94. num. 14. & seqq.* Honded. *cons. 109. num. 36. tom. 1.* Marta *de clausulis, p. 1. claus. 355. invit. impress.* Joseph. Ludov. *Peruf. 51.* Alexand. Trentacinq. *d. resol. 1. num. 7.* Ego ipse *de clausulis usufreq. claus. 144. num. 6.*

20 Tertiò quando adesset alia clausula, *omni meliori juris modo*, &c. quæ similiter cessare facit pœnam petentium plus debito, ut per Joseph. Ludov. *Peruf. decis. 117. n. 4. & 5.* quem refero *de tract. de claus. usufreq. claus. 95. n. 21.*

21 Quartò quando in libello dicitur, quod petit ducentos aureos, paratus deducere eam partem, quæ apparebit legitimè soluta: quæ clausula operatur ut reus in mora constituatur, si non offert, quod prætendit debere, quam oblationem si non facit, animus ipsius demonstratur, quod omninò erat litigaturus, etiam respectu partis verè debitæ, Aym. *d. cons. 325. n. 2.* Roland. à Valle *d. cons. 71. num. 41.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 1. n. 9.*

22 Quintò quando hæres reperiens cautionem plus debito extortam per testatorem, in judicio comparet illud debitum petendo; nam in hærede præsumitur justa causa ignorantiæ, igitur non cadit in pœnam hujus l. Ita Alex. Trentacinq. *d. resol. 1. n. 11.*

23 *Transactionibus scilicet*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando etiam post litem contestatam, & actorem convictum fuit facta inter actorem, & reum transactio, tunc illa transactio est attendenda, ut per Alex. Trentacinq. *d. ref. 1. num. 5.* ubi intelligit quando transactio bona fide fuit facta, & distinguit duos casus, primum quando reus non potuit probare quod cautio esset de pluri quàm deberetur, ideò transegit pro certa quantitate, nam tunc non potest probare ad hoc, ut agere possit ad pœnam, quia per transactionem decisus est ille articulus: secundùm quando reus probavit ejus intentionem, & dum esset convictus actor, inter fuit eos facta transactio super cautione extorta per dolum, & in hoc casu transactio est attendenda.

24 Notatur etiam ad hoc, quod transactio etiamsi quis læsus fuerit, rescindi non potest, ut per Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 2. lib. 26. tit. 9. num. 9.*

25 Utrùm autem actore creditore petente plus debito licitum sit reo totum negare, cùm partem tantùm deberet, præsertim sine incursu perjurii, vide Bernard. *reg. 564.* Hippol. *in rubr. de fide juss. n. 359.* Cuv. *var. lib. 1. cap. 2. ex n. 5.* Asin. *in pract. §. 32. ampl. 63. & 79. & limitat. 10.* Menoch. *de arbitrat. casu 177. num. 15.* Decian. *in tract. crim. lib. 6. cap. 11. num. 57. post. med. vers. sed & id notandum est.*

26 In gloss. *Inchoatam*, ibi, *per litis contestationem*, &c. Notatur ad hoc, quod tunc dicitur esse cœptum judicium, quando est facta litis contestatio, ut per Marant. de *ordine judic. p. 6. in princ. tom. 2.* propriè enim dicitur judicium post litem contestatam, asin. *in pract. Florent. §. 1. cap. 1. num. 14. & seq.* Lancel. *de attentat. in præfat. n. 173. & p. 2. cap. 4. in præfat. num. 7.* Peregr. *var. lib. 2. ad rubr. de judic. n. 54.*

## *De dilationibus.*

## TIT. XI.

DILATIO est totius litis, vel alicujus articuli prorogatio.

Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. item Ordinat. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 54. l. Hisp. tit. 15. part. 3.* Specul. *rubr. de dilationib.* Damhaud. *in praxi civili, cap. 114. cum seqq.* Socin. *reg. 126. & seq.* Duen. *reg. 200.* Baver. *in sing. verbo Dilatio*, Soar. Vezin. Crass. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 9.* Marant. *de ordine judiciar. p. 66 tit. de dilation.* Anton. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de dilation.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de dilationib.* Perez *ad tit. 6. lib. 3. Ordinam. pag. 577. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 52. & cons. 367. à n. 28.* Octav. Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 5. cap. 3. cum seqq.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 48. cap. 8.* Mascard. *de probat. concl. 516.* Cur. Philipp. *part. 1. §. 16.* Pacian. *in suo tract. de probat. lib. 1. cap. 32.* Camill. Borrell. *in tract. de compromiss. §. 2. gloss. 2. n. 6. cum seqq. & in sum. dec. tom. 1. tit. 47. de dilation.* Cardos. *in praxi judicum, & Advocat. verbo dilatio*, Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. de dilationib. pag. 128.* Amat. Roderic. *in practicæ de modo & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. n. 24. cum seqq.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 12.* Arismin. Tepat. *var. sentent. tit. 130. de dilationib.*

## SUMMARIUM.

1 *Dilationes congruas ad probandum dare convenit.*

2 *Dilationes judici arbitrariæ pro ratione documentorum, causarum, & personarum litigantium coarctari, aut extendi possunt interdum ad tres, nonnunquam ad sex menses.*

3 *Dilationum materia judici arbitraria est, resolve ut num. 4.*

5 *Dilatio ad probandum à judice danda est, maximè si petatur à parte.*

6 *Terminas probationis in Regno Portugaliæ, & Castellæ quis, & n. 7.*

8 *Dilatio semel concedenda est, & peremptoria intelligitur, etiamsi non exprimatur: ex causa tamen potest judex dare aliam dilationem, n. 9.*

## L. Quoniam. I.

### *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Dicunt.*

Dilationes congruas ad probandum dare convenit. 1
Dilationes judici arbitrariæ pro ratione documentorum, causarum & personarum litigantium coactari, aut extendi possunt interdum ad tres, nonnunquam ad sex menses. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Castr. Bald. Angel. Sichard. Sebast. Nav. Aloys. Leo *fol. 56. verso.* Petr. Gilchen. *tom. 1. pag. 672.* remissivè Ximen, *in concord.* & Cæsar. *in annot.*

*Dilationem dare rerum necessitate cogatur.*] Notatur ad hoc, quod dilationem materia judici arbitraria est, ut per Anton. Gravat. *ad Vestr. in practic. lib. 4. cap. 1. n. 4.* Menoch. *d. casu 52. num. 2. cum seqq.* Franc. Viv. *dec. 11. num. 9.* Ozasc. *Pedem. decis. 22. à n. 13.* 2

*n.*13. Mirant. *de ordine judic. p.* 6. *tit. de dilationib. n.*15. Donell. *comment. juris civilis lib.*14. *cap.*6. *col.*2. Treutler. *disp. select. p.*1. *disp.*5. *thesi* 10. Camill. Borrel. *in sum. de c. tit.*47. *de vilation. n.*52. *tom.*1. Amat. Roderic. *in practica & forma ridendi, seu examinandi processum, cap.*7. *num.*29. *in fine*, ubi resolvit, quod licèt termini probatorii sint arbitrarii, coarctari, restringit, aut prorogari à judice valent, veluti attenta conditione, & qualitate personarum, & causæ, & locorum distantia. 4

Notatur etiam ad hoc, quod dilatio ad probandum à judice danda est, maximè si à parte petatur, ut per Boër. *dec.*294. *à num.* 3. ubi quod non potest prorogatio fieri, nisi parte petente, Prosp. Caravit. *rita* 67. *n.*4. Matth. Coler. *German. dec.* 121. *num.* 1. Verall. *dec.*258. *n.*4. *lib.*1. 5

*Non amplius quam tres menses indulgeantur.* ] In Regno Portugaliæ per Ordin. Reg. *lib.*3. *tit.*54. §.5. indulgentur tres menses ad probationes in Regno Castellæ faciendas, nisi locus maximè distet, quia arbitrio judicis relinquitur qualis terminus ultra tres menses sit assignandus. 6

*Si verò ex continentibus provinciis, sex menses*, &c.] Idem terminus assignatur in Regno Castellæ ad probationes extra illud faciendas, ex *l.*2. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordinam.* ubi Perez *in gloss.* 1. In Regno Portugaliæ per Ordin. Reg. *d. lib.*3. *tit.*54. §.6. tot menses constituuntur cùm probationes in Regnis Aragoniæ, & Franciæ erunt faciendæ. 7

*Non facilè amplius quàm semel*, &c. ] Notatur ad hoc, quod dilatio semel est concedenda, & peremptoria intelligitur, etiamsi non exprimatur, ut per Marant. *d. p.*6. *tit. de dilat. n.*2. Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.*48. *cap.*8. *n.* 10. Thom. Trivis. *Venet. dec.* 37. *num.*1. *& dec.*59. *n.*3. *&* 4. *lib.*1. Mynsing. *cent.*1. *observat.*71. *& in cap. ultra tertiam* 55. *num.*23. *de testib.* Cornazan. *Lucensi dec.* 55. *num.*1. Aym. *cons.*197. *sub n.*2. Franc. Viv. *Neapol. dec.*289. *num.*33. Mascard. *de probation. concl.* 517. *n.*3. Surd. *cons.*97. *a n.*16. Rutg. Ruland. *in tract. de commissar. part.* 1. *lib.* 2. *cap.*11. *n.*10. Perez *l.*1. *gloss. tit.*6. *lib.*4. *Ordin.* Camill. Borrel. *d. tit.*47. *de dilation. n.*20. 8

Ex causa tamen, veluti si justum impedimentum adfuerit quin probationes fieri potuerint in prima dilatione, potest judex dare aliam dilationem, ad not. per Paul. *in l. fin. n.*7. *ff. de feriis*, Panor. *in cap. licèt causam, n.*4. *de probat.* Franc. *in cap. quoniam contra, verbo Dilationes, num.* 5. *de probation.* Duen. *reg.*200. Afflict. *dec.*50. Tiraq. *de retractu, tit.*2. §.1. *gloss.*3. *n.*30. *&* 31. Navar. *in cap. cùm contingat, quarta causa nutlit. in princ. de rescript.* Grass. *tom.*1. *commun. opin. lib.*3. *tit.* 9. *num.* 3. *pag.* 385. Camill. Borrel. *d. tit.* 47. *de dilationib. n.*22. ubi *num.*23. asserit debere hujusmodi impedimentum aliter probari quàm per juramentum: & *num.* 25. *cum seqq.* pro justo impedimento reputat, si litiganti post lapsam primam dilationem supervenissent novæ probationes, vel impeditus fuerit qui petit novam dilationem impedimento adversarii, vel quando in judicio emergeret nova exceptio, novumve aliud incidens, vel quando fieret nova additio ad libellum, vel quando secunda, aut ulterior dilatio daretur, utraque parte præsente, & non contradicente, & quod dilationis tempus non currat, si ille qui eam petiit, impeditus fuit facto adversarii, tenent etiam Marant. *part.*5. *n* 30. *pag.*22. Benedict. Capra *tom.*1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.*9. *n.*272. Gonzal. *ad reg. Cancel.* §.3. *præam. n.*40 *cum seq.* Vel facto judicis, Mascard. *de probat. concl.* 1229. *n.*89. *cum seqq. & concl.* 1236. *n.*40. vel partes steterunt in compromisso, Boër. *decis.* 294 *n.*17. Robert. Lancel. *de attent. part.*2. *cap.*15. *à n.*34. 9

## SUMMARIUM.

1 *Rescriptum impetrans non impetrat dilationem, sed is, contra quem adversarius rescriptum impetravit.*

2 *Judex delegatus dicitur judex extraordinarius.*

3 *Dilatio hæc deliberatoria cùm sit solius rei, non fit communis actori.*

4 *Executio quamvis committatur in rescripto, pars objiciens vetium aliquod precum, seu informationis, ita ut executio impediatur, audiri debet, & judex, cui committebatur executio cognoscit etiam de impedimentis & objectionibus adversùs rescriptum.*

5 *Dilatio aliqua dilatoria non detur actori, quia instructus venire tenetur ad causam.*

## L. Si quando. II.

*Impp.* CONSTANTIN. *Ad Ursum Vicarium.*

REscriptum impetrans non impetrat dilationem, sed is, contra quem rescriptum adversarius impetravit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *sup. hoc tit.* 1

*Ad extraordinarium judicem*, &c.] Notatur ad hoc, quod judex delegatus dicitur judex extraordinarius, ut per Jas. *in l. ait. Prætor, in princip. n.*1. *ff. de re judic.* Menoch. *de præs. lib.*2. *præs.*16. *n.*11. 2

*Illi autem, qui in judicium*, &c.] Adverte, quod hæc dilatio deliberatoria cùm sit solius rei, actori communis non fit, secundùm Petr. Gregor. *syntagm. lib.*48. *cap.*8. *num.*18. Borrel. *in sum. dec. tom.*1. *tit.*47. *num.*140. 3

Notatur etiam ad hoc, quod quamvis in rescripto committatur executio, audiri debet pars objiciens vitium aliquod precum, seu informationis, ut ita executio impediatur, & judex, cui committebatur executio, cognoscit etiam de impedimentis, & objectionibus adversùs rescriptum, ut per Pinel. *in rub. de rescind. vendit. p.*1. *cap.*2. *num.*28. *vers. hoc autem generalius.* 4

*Quoniam instructus esse non potuit.* ] E converso autem actori dilatio aliena deliberatoria dari non debet, quia instructus ad causam venire tenetur. Verall. *dec.* 15. *part.* 1. Borrel. *in sum. dec. tom.* 1. *tit.* 47. *num.*27. 5

## SUMMARIUM.

1 *Actor non debet quem trahere ad extraordinarium judicium, & nisi intra decendium satisdet de litis prosecutione, & eventuali solutione damnorum, & expensarum, reus ab observatione judicii absolvitur, n.*2.

3 *Ab actore quandocunque petitum fuerit reum satisdare de solutione expensarum, judex ad satisfactionem hujusmodi illum cogere poterit, & si id adimplere noluerit, hoc non obstante ad ulteriora procedet in lite.*

4 *Actor si fuerit exterus, vel à jurisdictione sæculari exemptus, & satisdare recusaverit pro expensarum solutione in casu succumbentiæ, tunc reus ab observatione judicii absolvendus erit: an sufficiat cautio juratoria, n.*5.

6 *Fidejussio pro expensis præstanda à Clerico litigante coram judice laico, & à laico coram Ecclesiastico*

*ſiaſtico judice, poteſtque contra talem fide juſſorem fieri executio, non diſcuſſo principali: de habentibus præceptorias militares quid, n.7.*

8 *Actor ſatisfdet in loco judicii.*

9 *Fidejuſſio data in prima inſtantia non extenditur ad expenſas factas in ſecunda.*

## Auth. Quod fieri.

1 ACtor non debet quem trahere ad extraordina-
2 rium judicium, & niſi intra decendium ſatisdet de litis proſecutione, & eventuali ſolutione damnorum, & expenſarum, reus ab obſervatione judicii abſolvitur. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

3 Vide Ordin. Reg. Luſitan. *lib.3. tit.20. §.6.* ubi ſtatutum eſt, quod quandocunque ab actore petitum fuerit, reum ſatisdare de ſolutione expenſarum, judex ad ſatisdationem hujuſmodi illum cogere poterit, & ſi id adimplere noluerit, hoc non obſtante ad ulteriora in lite procedet. At verò ſi actor fuerit
4 exterus, vel à juriſdictione ſeculari exemptus, & ſatisdare pro expenſarum ſolutione in caſu ſuccumbentiæ recuſaverit, tunc & hoc caſu reus ab obſervatione judicii abſolvetur. Unde Barboſ. *in l. divortio, §. interdum, n.30. verſ. cæterum, ff. ſoluto matrim.*
5 tenet non ſufficere cautionem juratoriam, quia lex illa ideò jubet eo caſu præſtari, quia forenſis ſemper eſt ſuſpectus, quod abſit; quare proceſſus non præſtita priùs hujuſmodi cautione erit nullus, quicquid dicat Bernard. Muſcatel. *in ſua praxi aurea civili, p.3. gloſſ. expenſis, à n.4.*

6 Sic etiam fidejuſſio pro expenſis præſtanda eſt à Clerico coram judice laico litigante, & à laico coram judice Eccleſiaſtico, & poteſt contra talem fidejuſſorem executio fieri, non diſcuſſo principali: ita Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.33. à n.38.*

7 Et præceptorias militares habentes cùm non ſoleant eſſe tenues in redditibus, & ad vitam durent, tenentur de judicio ſiſti, cùm in his redditibus poſſit fieri pignoratio ab eiſdem judicibus ſecularibus: ita Valaſc. *conſul .66. n.31. in fine.*

8 *Niſi actor ſatisfecerit*, &c. In loco ſcilicet judicii, juxta notata per Surd. *dec.295. n.12.* Farinac. *in praxi crim. q.33. n.41. & 42.*

9 Quæ quidem fidejuſſio data in prima inſtantia non extenditur ad expenſas factas in ſecunda, ex Bart. per text. *ibi in l. cùm apud Sempronium, ff. judicatum ſolvi*, Stephan. Gratian. *diſcep. forenſ. cap.348. n.1. cum ſeqq.* Farinac. *in praxi crimin. q.34. num.11.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Dilatione pendente judicis conquieſcit officium, & num.2. etiam in cauſis criminalibus, n.3. Secus quando judex judicet tumultum in populo ob retardatam punitionem delinquentis, n.4. vel expreſsè revocavit dilationem, n.5.*

6 *Dilatione pendente nihil innovari debet, etiam favore libertatis, licèt perſona, cujus cauſa fit dilatio, de medio ſubducatur, n.7. Secus quando actus qui fiunt poſt dilationem, ſunt in præjudicium dilationis pendentis, aliàs non, n.8. vel judex in dilatione conceſſa reſervavit ſibi poteſtatem ad ulteriora procedendi, n.9. vel ceſſante cauſa dilationis, quia ceſſat & ipſa dilatio, n.10. aut ſi cauſa dilationis ſit finita, n.11.*

12 *Dilatio regulariter intelligitur continua, dieſque feriati currunt, niſi feria totam dilationem, vel majorem illius partem abſorberent, n.13.*

## L. Sive pars. III.

*Idem* A. *Profaturo præfecto Pannoniæ.*

DIlatione pendente judicis officium conquieſcit. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Ordin. Reg. *lib.3. tit.54. §.15. l.Hiſp.4. in fine, ubi gloſſ. fin. tit.18. p.2. & l.2. tit.15. p.3. ubi gloſſ.2. in fine*, Lap. *alleg.82.* Socin. *reg.127.* Crot. *de teſtib. n.410.* Marant. *de ord. jud.3. q.6. n.93. fol.529. verbo, & demum fertur ſententia, pag.377.* ſecundùm novam impreſſ. *& p.4. diſt.26. n.68. cum ſeqq. pag.205.* aliàs 188. Donell. *comment. juris civilis lib. 4. c.6. col. fin.* Anton. Gabr. *comm. opin. lib.2. de dilation. concl.1. per tot.* Lancellot. *de attent. p.2. c.7.* latè Menchac. *contr. uſufreq. p.2. cap.27. per tot.* Farin. *in praxi crimin. p.11. q.39. n.8.*

Amplia primò regulam hujus text. procedere in 3
criminalibus cauſis, in eis enim pendente dilatione nihil eſt innovandum, ut tenet Farinac. *d. q.39. à n.7.* ubi *n.9.* reſtringit non procedere quando judex vi- 4
deret tumultum in populo ob retardatam punitionem delinquentis, nam tunc ne ſequatur tumultus poteſt ad eam exequutionem etiam capitalem devenire, termino, ſeu dilatione conceſſa, & *n.10.* poſt Lancel. *d.c.7. n.9. & ſeq.* pariter reſtringit quando judex ex- 5
preſsè dilationem revocavit, quia tunc illa revocata nihil eſt quod impediat proceſſum ad ulteriora, de quo tamen ipſe dubitat Farinacius.

Amplia ſecundò concluſionem procedere etiam 6
favore libertatis, ut probat Menchac. *d. c.27. n.21.*

Amplia tertiò procedere, licèt perſona, cujus cau- 7
ſâ dilatio fit, de medio ſubducatur, ex eodem Menchac. *cap.17. n.16.*

Limita primò non procedere, quando actus, qui 8
fiunt poſt dilationem pendentem, ſunt in præjudicium dilationis pendentis, aliàs non, ut tenet Marant. *d. p.4. diſt.16. n.70. pag.188.*

Limita ſecundò quando judex in dilatione conceſ- 9
ſa reſervavit ſibi poteſtatem ad ulteriora procedendi, quod ſolent facere judices quando ſuſpicantur dilationem peti ex calumnia, tunc enim vigore dictæ reſervationis poteſt ipſe judex, non obſtante dilatione conceſſa ad ulteriora procedere, *d.c.7. n.28. &* Farin. *d. q.39. n.11.*

Limita tertiò ceſſante cauſa dilationis, quia ceſſat 10
& ipſa dilatio, ut per Anchar. *conſ.394. Dubium, n.3.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom.1. lit. C, concl.137. n.18. & concl.202. n.9. &* 17. quos refero *de Axiom. juris uſufreq. axiom.11. n.11.* addo Menchac. *d.c.27. n.21.* ubi *n.18. &* 19. reſolvit, an dilatione pendente cùm ceſſat cauſa finalis ipſius, ceſſet etiam virtus dilationis.

Limita quartò ſi cauſa dilationis ſit finita, ex Men- 11
chac. *d. cap.27. in fine, verſ. ex quaſi advertis*, ubi etiam limitat quando jus repugnat, vel eſſet inutile, & nullius effectus, expectare dilationem.

*Feria autem*, &c.] Notatur ad hoc, quod dilatio 12
regulariter intelligitur continua, dieſque feriati currunt, ut per Franch. Marc. *Delph. dec.35.* Bellacomb. *tom.1. commun. opin. lib.3. tit.8. n.6. verſ. quam communem*, ubi intelligit niſi feriæ totam dilationem, vel ipſius majorem partem abſorberent.

## SUMMARIUM.

1 *Dilatio judice ſedente, non ambulante, cum cauſæ cognitione petenda, ac decernenda eſt.*
2 *Judex tacitè pronuntiaſſe dicitur, interlocutumque fuiſſe, cùm proceſſerit ad ulteriora.*
3 *Ad dilationes concedendas cauſæ requiritur cognitio.*

### L. A. procedente. IV.

*Idem* A. *Ad Catullianum Proconſ. Africæ.*

1 Dilatio judice ſedente, non ambulante, cum cauſæ cognitione pentenda ac decernenda eſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num. 1. ſup. hoc tit.*

2 *A procedente judice dilatione*, &c. ] Notatur ad hoc, quod judex dicitur tacitè pronuntiaſſe, & interloquutum fuiſſe, cùm proceſſerit ad ulteriora, ut per Dec. *conſ.276. col.2.* Jaſ. *conſ.105. num. 2. lib. 1.* Menoch. *conſ.153. n.34. verſ. non obſtant.*

3 *Cùm non alias, niſi cauſa cognita*, &c. ] Ergo ad dilationes concedendas cauſæ cognitio requiritur, ut per Robert. *lib.1. ſentent. cap. 12. pag. 1. & ult.* Nav. *in cap. cùm contingat, cauſa 4. nullit.* latè Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom.1. tit.47. de dilat. n 41.* ubi quod prima dilatio dari debet cum modica cauſæ cognitione ac levi: & *n.43.* quod ad ſecundam, tertiam, & quartam dilationem major cauſæ cognitio exigitur, & in quarta non niſi juris ſolemnitate ſervata.

## SUMMARIUM.

1 *Dilatio ab eo, cujus conſilium requiſitum fuit, fruſtrà petitur, non danda poſt concluſionem in cauſa, ſive præceſſerint dilationes, ſive non n.2.*
3 *Dilationes ad probandum non ſunt de ſubſtantia Judicii.*
4 *Judex inquirere poteſt ex officio valerem rei, etiam poſt concluſum in cauſa.*
5 *Dilatione finita probatio facta nulla eſt.*

### L. Cùm à nobis.

*Idem* A. *Ad Maximium P. V.*

1 Dilatio ab eo, cujus conſilium requiſitum fuit, fruſtrà petitur. Item poſt concluſionem in cau-
2 ſa, ſive præceſſerint dilationes, ſive non, nulla eſt danda dilatio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

3 *Et ea tributa non ſit*, &c. ] Ergo delationes ad probandum non ſunt de judicii ſubſtantia, de quo vide Flamin. Chartar. *German. dec.22. n.7.* Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom.1. tit.47. de dilat. ex n.108.*

4 *Eam dare cuiquam non licebit*, &c. ] Excipe caſum ſingularem, videlicet quando pars nihil probavit, vel non plenè probavit in dilationibus, quæ dantur partibus ad probandam læſionem ultra dimidiam juſti pretii in alienationibus, aut tranſactionibus rerum ſuarum, quia tunc poterit judex inquirere ex officio verum valorem ipſius rei, etiam poſt concluſum in cauſa, ut per Menchac. *in l. ſi quis in ſuo, §. legis, in fine, n.35. de in offic. teſtam.* Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. cap.238. n.44.*

5 Et adverte quod, dilatione finita probatio facta eſt nulla, ut per Boër. *deciſ. 352.* Maſcard. *de probat. concl.149. num.25. & concl. 1229.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum cap. 7. num.23.* nam cùm quid faciendum eſt in termino, factum poſt terminum non relevat, Flamin. Chartat. *deciſ.85. num.5.* Camill. Borrel. *de tit.47. de dilation. num.116.* niſi poſt terminum admiſſæ fuerint hujuſmodi probationes parte non opponente, ut ex Hippol. *in l. ſi quis ne quæſtio, num. 91. ff. de quæſt.* reſolvit Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.17. num.10. verſ. infero ſeptimò.*

## SUMMARIUM.

1 *Fiſcus in dilationibus jure communi utitur, niſi in caſu, & quo agitur, reperiatur ſpecialiter privilegiatus n.2. Si dubitetur an in aliquo caſu fiſcus ſit privilegiatus, necne, in dubio judicandum eſt eum non eſſe privilegiatum. n.3.*

### L. Inter privatos. VI.

*Imppp.* Constant. Constantinus, & Constans AAA. *ad Petronium vicarium Africæ.*

Fiſcus in dilationibus utitur jure communi. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

Adverte quod fiſcus utitur jure privati, & ſic jure 2
communi, niſi in caſu, de quo agitur, reperiatur ſpecialiter privilegiatur, *l. quod placuit, ff. de jure fiſci, lib. 1. de petit. hæred.* cum ſimilibus, Martin. Laudenſ. *in tract. de fiſco, in princ. quæſt.14.* Menoch. 3
*conſ.142. num.9. lib. 3.* Pereg. *de jure fiſci lib. 6. tit.1. num. 1.* Farin. *fragm. crim. p. 1. lit. F, num. 150. & num.155.* ſubdit quod quando dubitatur an in aliquo caſu fiſcus ſit privilegiatus, necne, in dubio judicandum eſt eum eſſe privilegiatum.

## SUMMARIUM.

1 *Dilationes in cauſis ſtatum concernentibus non ſunt denegandæ.*
2 *Dilatio hæc prorogetur ex cauſa juſta.*
3 *Dilatio ſeu ejus prorogatio conceſſa uni partium, alteri eſt communis, non eſt communis ei, qui jam probationibus renuntiavit, num.4. Idem ubi veriſimiliter ſubornationis periculum in adverſario dilationem ſibi communem eſſe contendente, timeri poſſet, n.5.*
6 *Hujuſmodi dilationi alter in alterius inviti præjudicium renuntiare non poteſt, niſi daretur in favorem minoris per reſtitutionem in integrum.*

### L. Nec de ſtatu. VII. & ult.

*Impp.* Arcad. & Honor. AA. *Meſſalæ P. P.*

Dilationes in cauſis ſtatum concernentibus non 1
ſunt denegandæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

*Menſium novem ſpatia egredi*, &c. ] Ex hoc text. 2
juncta gloſſ. *verbo Egredi*, colligitur judicem ex juſta

cauſa

cauſa poſſe hanc dilationem legis prorogare, ut per Perez *l. 3. gloſſ. 1. tit. 11. lib. 3. Ordin. p. 672. in fine*, quæ quidem prorogatio non dicitur nova dilatio, ſed præcedentis prorogatio, dum tamen antequam labatur prima, concedatur. Petr. Greg. *ſyntagm. jur. lib. 48. c. 8. & num. 11.* Tom. Treviſan. *Venet. dec. 59. n. 3. & 4. lib. 1.* Joan. Vincent. de Anna *alleg. 11. n. 5.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec. 35. n. 2.* & licèt intra primam aſſignetur, non currit tempus ſecundæ, niſi finita prima, ad not. per Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 2. gloſſ. 1. n. 23. & num. 67. ad fin.* Gregor. Lopez *l. 2. verbo coſa, tit. 15. part. 3.* & debet parti notificari hujuſmodi prorogatio, Garc. Maſtrill. *d. dec. 35. n. 5.* non currit enim dilatio, niſi poſtquam fuerit aſſignata, intimetur parti, vel ejus Advocato, ſeu Procuratori, ut per Marant. *de ordine judic. part. 6. tit. de dilat. num. 14.* Azeved. *l. 1. num. 64. tit. 18. lib 4. novæ Recop.* Muſcard. *de probat. concl. 516. numer. 6.* Guttierr. *alleg. 7. num. 9. & practic. lib. 3. q. 37 nu. 10.* Parlard. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 19. n. 19.* Cur Philipp. *p. 1. §. 16. n. 6.*

3 Dilatio, ſeu ejus prorogatio uti partium conceſſa, alteri eſt communis, quamvis ſit conceſſa minori jure ſpeciali per reſtitutionem in integrum, Marant. *dict. tit. de dilat. num.* 18. Ozaſc. *Pedem. dec. 97. num.* 4. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 48. c. 8. num.* 18. Vincenr. de Franc. *dec. 269. num.* 9. Cavalcan. *p. 1. dec. 21. num. 9.* Guttier. *pract. lib. 2. q. 32. n. 2.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Dilatio, n.* 8. Cur. Philipp. *d. §. 16. n. 9.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 7. num. 25.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Vel adverſarii dolo, n. 22.* Camil. Borrell. *in ſum. dec. tom. 1. tit. 47. n. 50.* Menoch. *conſ. 367. num. 33.* ubi *num. 28. verſ. primò*, tenet quod non eſt communis ei, qui jam
4 probationibus renuntiavit: & *n. 35. & 38.* idem aſſe-
5 rit ubi veriſimiliter ſubordinationis periculum in adverſario dilationem ſibi communem eſſe contendente timeri poſſet.

6 Alteri in alterius inviti præjudicium hujuſmodi dilationis renuntiare non poteſt, niſi daretur in favorem minoris per reſtitutionem in integrum, quia ſi tunc minor renuntiat dilationi ſibi conceſſæ, non poteſt adverſarius ea uti, vide Cavalcan. *de dec. 21. n. 9.* Perez *l. ult. in fine, tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 578.* Soar. *in theſauro commun. lit. D, num 76.* Azeved. *l. 3. num. 3. tit. 8. lib. 4. novæ Recop.* Rutg. Ruland. *de commiſſar. p. 1. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Guttier. *dict. qu. 42. numer. 3.* Valaſc. *conſult. 25. num. 11.* ubi tenet quod ſi altera pars, cui dilatio reſtituitur, ex jure ſpeciali re integra dilationi renuntiet, tunc renuntiatio hæc obeſt adverſario.

## *De Feriis.*

## TIT. XII.

FERIÆ cùm in dilationum tempore connumerentur, *l. 3. ſup. hoc tit. prox.* meritò poſtquam dictum eſt de dilationibus, agitur de feriis, quæ nihil aliud ſunt quàm forenſium negotiorum vacationes, *l. pen. ff. hoc tit.*

Vide Cujac. & Vveſembec. item Ordinat. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 18. l. Hiſpan. 33. cum ſeqq. tit. 2. part. 3.* Viv. Kirchov. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 16.* Damhaud. *in praxi civili, cap. 119. de feriis.* Cott. *in memorab. verbo feriæ*, Covar. *variar. lib. 4. cap. 19.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. quæſt. 30.* Donell. *comment. juris civilis lib. 24. c. 7.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. part. 1. collect. 124* Chriſtoph. de Paz. *in ſchol. ad leges ſtyli 156. à n. 3.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo feriæ*, Azor. *inſt. moral. part. 2. lib. 1. cap. 27.* Camil. Borrel. *in ſum dec. tom. 2. tit. 38. de feriis*, Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tom. 1. tit. 149. de feriis*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 2. c. 16 de feriis, feſtiſque & profeſtis diebus, & cap. 17. de vigiliis Eccleſiaſticis.*

## SUMMARIUM.

1 *Appellationis tempora ſunt continua, & in ea computantur feriæ repentinæ.*
2 *Appellare licet tempore feriarum repentinarum inductarum ob rem feliciter geſtam.*
3 *Appellatio die feſto interponi poteſt, licèt tunc eam proſequi non liceat.*

## L. Quoniam. I.

*Impp.* CONSTANT. *&* MAXIMIAN. AA. SEVERUS *&* MAXIMIN. *Nobb.* CC. *Verino.*

APpellationis tempora ſunt continua, & in ea 1
computantur feriæ repentinæ. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Caſtr. Bald. Angel. Sichard. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Vide Petr. Greg. *ſyntag. juris p. 1. lib. 2. c. 16. n. 20.* 2
ubi per hunc textum tenet, quod tempore feriarum repentinarum ob geſtam rem feliciter indictarum appellare licet, P. Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. de diebus feſtis, cap. 30. n. 13.* ubi quod in hac lege ſolùm dicitur ita eſſe ſervandas, quod appellationem, ferias repentinas, ſicut ſolemnes ſine ulla adjectione, Bernard. Grævæus *ad practicam Camera Imper. lib. 1. concluſ. 55. conſid. 1. n. 1.*

In Gloſſ. *Quoniam conſulis*, ibi, *item tempore fe-* 3
*riarum ſolemnium non exercetur cauſa appellationis*, &c.] Notatur ad hoc, quod appellatio poteſt in die feſto interponi, licèt eam proſequi tunc non liceat, ut per Sigiſm. Scacc. *de appellat. quæſt. 12. n. 51.* P. Soar. *d. cap. 30. num. 12. cum ſeqq.* ubi *n. 13. in fine*, ait ex juribus hic citatis videtur poſſe colligi libitum eſſe appellare in die feſto quando neceſſitas urget, vel præfinitus numerus dierum finitur, niſi ita fiat, ut ex quacunque cauſa id accidat: nam cùm appellatio ſit quædam naturalis defenſio, meritò tunc conceditur, ne homo illa privetur. Si verò commodiſſimè poteſt interponi, vel poſtponi ad diem feſtum, nec ratio naturalis defenſionis poſtulat ut id fiat tali die, nec jura hic citata id permittunt, nec ſi permittent extendenda viderentur ad feſta religioſa, & tandem concludit, quod licèt non auderet id damnare, nec videretur exceſſus gravis quia ſine magno ſtrepitu fieri poteſt, & eſt res favorabilis, nihilominùs conſulit ut in die profeſto fiat quoties commodè poſſit.

## SUMMARIUM.

1 *Die dominico actus voluntariæ juriſdictionis, ut manumiſſio, exerceri poſſunt.*
2 *Feriæ olim dari ſolitæ.*
3 *De die Dominico, remiſſivè.*

4 *In causis piis (ut est libertatis datio) proceditur etiam diebus feriatis.*

5 *Messis & vindemiæ tempus olim apud Romanos, apud Hispanos quod, n.6.*

7 *Feriis rusticalibus gaudent etiam homines, qui non habent prædia, illis expresse, vel tacitè renunciari potest, n.8.*

9 *Paschæ festivitas, remissivè.*

10 *L. ut in die, de feriis, enucleatur.*

## L. Ut in die. II.

*Imp.* THEODOS. A. *Viceno.*

1 2 Die Dominico actus voluntariæ jurisdictionis, ut manumissio exerceri possunt. Olim feriæ dabantur ab 8. Kal. Iulii in Kalend. Augusti, ratione messis: à 10. Kalend. Septembris in Idus Octobris vindemiales. Sanctis Paschatis dies cum aliis pro feriatis habebantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1 sub hoc tit.*

3 *Die Dominico.* ] De die Dominico dixi *in collect. ad c.1.n.2. hoc tit. in Decretalib.*

4 *Ac manumittere liceat.* ] Notatur ad hoc, quod in piis causis (prout est libertatis datio) proceditur etiam feriatis diebus, ut per Tiraq. *de privileg. piæ causæ, privil.156.*

5 *Et à die octavo Kalendarum,* &c. ] Olim apud Romanos incipiebat tempus messis ab octavo Kalendis Iuliis usque ad Kalendas Augusti, & vindemia à 10. Kalendis Septembris, usque ad Idus Octobris, ut ex Plin. *lib.* 18. *naturalis historiæ, cap.31.* & Duaren. asserit D. Barbos. *in l. diversio, in princ. p.1.*

6 *n.9. ff. solut. matrim.* Et per *l. Hisp.37. tit 2. part.3.* statutum est feriatos dies ob publicam utilitatem esse unum mensem pro bladis colligendis, alium pro vindemiis fiendis secundùm terræ consuetudinem.

7 Quibus rusticalibus feriis gaudent etiam homines, qui non habent prædia, ex quibus panem, aut vinum colligant. *l. ligni appellatio, §. lignorum, ff. de leg.3.* ubi inquit Bald. quod homines, qui non colligunt nisi castaneas, utuntur his feriis, Montalv. *in foro leg. 1. verbo nidc Iulio, tit 5. lib. 2.* Greg. Lop. *d. l.3. verbo pane vino, tit.2. part.3.* Cott. *in memorab. verbo Feriæ.* Vezin. *tom.1. commun. opin. lib.3. tit.10. n.1. pag.38.*

8 Et possunt illis expresse, vel tacitè partes renuntiare, *l.1. & l. si feriatis, ff. hoc tit.* Asin *in praxi, §.3. c.7 n.2.* Cald. Pereira *de ref. emphyt. c.17. n.10. col.5.* Camill. Borrel. *in sum. dec. tom.1. tit.42. de judic. n.86.* Azor. *inst. moral. p.2. lib. 1. c. 27. q.18.* & vide *ad l. omnes dies 7. hoc eod. tit.1. in fine.*

9 *Sanctum quoque diem Paschæ,* &c. ] De his festivitatibus dixi *in collect. ad cap. ult. hoc tit. in Decretalib. n.5.11. & 16.*

10 *Quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.* ] Id est, ipso jure, quia verba illa, *omnibus modis*, multùm ampliant ve bum *irritatur*, irritari enim debet non solùm factum tollendo, sed etiam declarando validum non fuisse. Ita Soar. *de Relig. tom. 1. tract.2. lib.2. de diebus festis, c.30. n.1.* Cardos. *in praxi judicum, verbo processus, n.11.*

## SUMMARIUM.

1 *Die Dominica judices, & Officia artium quiescent; opera tamen ruralia urgente necessitate non intermittenda.*

2 *Dies feriatis licitè fiunt quæ pertinent ad agriculturam, & vinearum putationem, hodie non licet nisi sacris peractis, & urgente necessitate, ex quadam dispensatione, n.3.*

4 *Studium an sit licitum scholaribus diebus Dominicis, & festivis, remissivè.*

## L. Omnes judices. III.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Elpidio.*

Die Dominica judices, & officia artium quiescent; opera tamen ruralia urgente necessitate non intermittenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1.n.1. sup. hoc tit.* 1

*Omnes judices, urbanæque plebes,* &c. ] De his omnibus vide notata *in coll. ad c.1. hoc tit. in Decretalib. n.6. & ad cap. ult. n.31. eod. tit.* 2

*Ruri tamen positi,* &c. ] Notatur ad hoc, quod diebus feriatis licitè fieri possunt ea, quæ pertinent ad agriculturam, & vinearum putationem, ut per Remat. Chopin. *de privileg. rusticor. lib.2.c.7.* Camill. Borrell. *in sum. dec. tom.2. tit.28. de feriis, ex n.64.* Et advertit Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 2. cap.16. a n.24.* quod licèt Columel. *lib.1. de re rustica, cap fin.* permittat plura rusticis in sacris feriis, nihilominùs tamen addit hodie id non licere nisi sacris peractis, & necessitate urgente, atque ex dispensatione quadam. Vnde si immineat tempestas, vel magna pluvia, licitum erit in festis uvas colligere, ne pereant, & segeres jacentes in agris ad locum securum deferre, ut tenent citati per me *in collect. ad c. 3. hoc tit. in Decretal. num.6.* 3

In gloss. *Et artium, in addit.* ibi, *an studium sit licitum scholaribus diebus Dominicis, & festivis,* &c. vide notata *in collect. ad d.c.3.n.3. cum seqq.* 4

## SUMMARIUM.

1 *Ferias repentinas solus Princeps judicis, & n. 2.*

3 *Feriæ repentinæ quæ sint.*

## L. A nullo judice. IV.

*Idem* A. *ad Severum.*

Ferias generales repentinas solus Princeps indicit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. super. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Petr. Gregor. *syntagm. juris lib.2. cap.16. n.12. & 20.* Perez *ad l. 1. vers. præterea sunt, tit. 7. lib. 3. Ordin.* Bernard. Græveus *ad practic. Camera Imper. lib.1. concluf. 53. consid. 2. n.3.* Camill. Borrell. *in sum. decis. tom. 2. tit.38. n. 46.* Garc. Mastrill. *in tract. de magistratib. lib. 3. cap. 4. a n. 187.* & præcipuè *n.192.* ubi 2

ferias repentinas ait illas esse, quæ à Principe propter inaugurationem, triumphum, rem prosperè gestam, natalem alicujus magni Principis, vel filiorum, aut alias causas extra ordinem indicuntur, & ideo repentinæ appellatæ, quia nulla earum certa lex, aut tempus esse potest. 3

## SUMMARIUM.

1 *Messium, & vindemiarum feriæ non attenduntur in publicis, & fiscalibus causis, & n.2. & principaliter, vel secundario accidentibus utilitati publicæ, n.3.*

## L. Publicas. V.

*Imppp.* VALENT. VALENS, & GRAT. AAA *ad Olibrium.*

1 MEssium, & vindemiarum feriæ non attenduntur in publicis, & fiscalibus causis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Martin. Laudens. *in tract. de fisco, quæst. 36.* Franc. Luc. de Parma *in tract. de privileg. fisci, p. 1. num. 67.* Donell. *comment. juris civilis lib. 24. c. 7. col. fine*, Farin. *fragm. crim. part. 1. lit. F, n. 202.* elegantur D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matr. part. 1. n. 51.* ubi procedere ait in causis publicis, scilicet principaliter, vel secundariò accedentibus utilitati publicæ, ut quia pertinent ad regimen, sive conservationem Reipubl. Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 2. c. 16. sub n. 7.*

### SUMMARIUM.

1 *Quadragesimæ tempore quondam criminalium causarum cessabat executio, & n. 2. De consuetudine non servari, n. 3.*

## L. Quadraginta diebus. VI.

*Idem* AAA. *Luciano Vicario Macedoniæ.*

1 TEmpore Quadragesimæ criminalium causarum executio quondam cessabat. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt Franc. Marc. *Delphin. dec. 409. incip. Quæritur in festis, post n. 1.* Clar. *in pract. §. fin. q. 50. num. 3.* ubi asserunt hanc legem quatenus prohibet cognitionem causarum criminalium diebus Quadragesimalibus, de consuetudine non servari, Donell. *comment. juris civilis lib. 24. cap. 7.* Ludov. Rodolphin. *in tract. de modo videndi diebus Quadragesimæ, n. 37.*

### SUMMARIUM.

1 *Omnis dies est juridica, nisi constet quod sit feriata.*
2 *Executio sententiæ fieri potest diebus feriatis in utilitatem hominum, & n. 6.*
3 *Kalendas Ianuarias colere, ut olim, prohibitum.*
4 *Strenas dandi mos apud Ethnicos.*
5 *De pascha sacris diebus, remissivè.*
7 *Epiphaniarum etymon.*
8 *De festivitatibus B. Virginis, remissivè.*
9 *Feriis inductis licèt ob necessitatem hominum possint renuntiare partes, non tamen impedit quin testes allegent ferias.*
10 *Partes possunt renuntiare feriis inductis pro necessitate, & favore hominum, non autem feriis ad honorem Dei, & Sanctorum, etiamsi cum juramento renuntiatum esset feriis introductis ad honorem Dei, n. 11.*

## L. Omnes dies. VII.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *Albino P. V.*

OMnis dies est judica, nisi constet, quod sit feriata. Item executio sententiæ fieri potest diebus feriatis in utilitatem hominum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc. tit.* 1 2

*Kalendarum quoque Ianuariarum,* &c.] Vide Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 2. c. 16. n. 28. & 29.* ubi ait prohibitum fuisse in Concilio Turonensi ne secundùm errorem antiquum quispiam coleret Kalendas Januarii; solebant enim veteres Ethnici strenas Kalendis Ianuarii dare, inaugurandi anni causâ. 3 4

*Sacros quoque Paschæ dies*, &c.] De his festivitatibus dixi *in collect. ad c. ult. in Decret. n. 5. 11. & 16.* 5

*Differatur exactio.*] Nisi debitor sit suspectus de fuga, quia hoc casu etiam diebus festivis in carcerem detrudi potest, ut p. Socin. *reg. 78.* Alphan. *collect. 24.* Roder. Xuar. *ad l. post rem judicatam, in declar. legum Regni, extens. 4. num. ult. in tit. de los emplazamientos, §. sed attende, n. 23.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 4. n. 9.* Cevall. *commun. q. 760. n. 25.* Quæ autem suspicio sit sufficiens in his terminis relinquitur arbitrio judicis, Menoch. *remed. 2. adipisc. n. 9. & de arbitr. casu 124. n. 4.* Matienz. *l. 10. gloss. 1. n. 7. lib. 5. novæ Recop.* 6

In Gloss. *Epiphaniarum*, ibi, *ab ἐπὶ quod est* suprà *& φανὸς quod est* sonus, *quia sonum desuper acceperunt Magi, ut per aliam viam redirent*, &c. Vide Durand. *in ration. divinor. offic. lib. 6. cap. 16.* Azor. *institu. moral. p. 2. lib. 1. cap. 11.* Filliuc. *in quæst. moralib. tract. 37. cap. 3. num. 32.* 7

In gloss. *Apostolicæ* ibi, *an in die B. Virginis*, &c.] De festivitatibus, B. Virginis latè agunt Doctores per me citati *in collect. ad cap. ult. num. 18. hoc tit. in Decretalib.* 8

In gloss. *Vel ortus, fin.* ibi, *An autem ab omnibus prædictis possit consensu partium recedi*, &c. Vide Doctores citatos *in collect. ad l. 2. prope fin. sup. hoc eod. tit.* 9

In ead. Gloss. ibi, *Sed quando valet renuntiatio an testes cogantur*, &c.] Notatur ad hoc, quod licèt feriis inductis ob necessitatem hominum possint partes renuntiare, tamen non impedit testes allegare ferias, ut per Ias. *in l. 1. n. 9. ff. hoc tit.* Menchac. *contr. usufreq. p. 2. cap. 23. n. 15. post princ.*

In ead. Gloss. ibi, *in iis, quæ ob necessitatem hominum sunt*, &c.] Notatur, ad hoc, quod partes renuntiare possunt feriis inductis pro necessitate, & favore hominum, secus verò feriis ad honorem Dei, & Sanctorum, ut per Marant. *de ordine judic. p. 4. dist. 16. n. 81. vers. trigesimò dicitur*, Lanfranc. Bald. *dec. 313. incip. feriis ob necessitatem*, Cened. *ad Decretal. collect. 142. sub n. 2.* Camill. Borrel. *de compromiss. §. 2. gloss. 6. n. 19. & §. 3. gloss. 4. n. 68. & sum. dec. tom. 2. tit. 38. de feriis, n. 90.* ubi *n. 91.* extendit etiamsi cum juramento renuntiatum esset feriis introductis ad honorem Dei. 10 11

### SUMMARIUM.

1 *Actus voluntariæ jurisdictionis perfici possunt quolibet tempore, etiam feriato.*
2 *Actus legitimi, ac voluntarii in mero facto consistentes, & qui causæ cognitionem non desiderant, celebrari possunt diebus etiam feriatis in honorem Dei.*

3 *Pignoratio, quæ ad ſententiæ executionem conceditur, cùm nullam cauſæ cognitionem deſideret, ferialibus diebus concedi poteſt.*

4 *Reſolutio ab excommunicatione ad cautelam fieri poteſt diebus feriatis.*

5 *Abſolutio in juramento impetrari, & concedi poteſt diebus feriatis, id tamen an, & quando verum ſit, remiſſive.*

6 *Tutores & curatores dari, amoveri, allegationeſque allegari poſſunt diebus feſtivis, dummodo non tractetur de tutela ex inquiſitione, vel requirente cauſæ cognitionem.*

7 *Arbitratores poſſunt ferre laudum ſuum diebus feriatis, cùm ſint amicabiles compoſitores, nec cauſæ cognitio apud eos deſideretur. Vel etiam quia arbitramentum hoc eſt inſtar tranſactionis, quæ diebus his celebrari poteſt, n.8.*

9 *Donationis inſinuatio fieri poteſt diebus feriatis, quia nulla cauſæ cognitio ibi requiritur.*

## L. Actus omnes. VIII.

*Iidem* AAA. *Tatiano P. P.*

1 ACtus voluntariæ juriſdictionis perfici poſſunt quolibet tempore, etiam feriato. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1.n.1.ſup.hoc tit.*

2 Probat hic textus actus legitimos, ac voluntarios in mero facto conſiſtentes, & qui cauſæ cognitionem non deſiderant, diebus feriatis etiam in honorem Dei celebrari poſſe, ut per Tiraq. *de retract.lig. §.36. gloſſ.2. n.55. & in fine tract.n.82. & 83.* ubi inter ea, quæ nihil ad judicia pertinent, enumerat proteſtationem, denuntiationem, interpellationem, & id genus cætera, Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit.10. n.5. & 6.* hinc tenet feriata die capi poſſe fidejuſſionem à carcerato de ſe repræſentando, Marant. *de ordine judic. p. 4. diſt. 16. n. 68.* unde infert poſſe Notarium facere inſtrumentum in die feriato, quia eſt voluntariæ juriſdictionis, Menoch. *de arbitr. q.30. n.14.* ubi hinc etiam infert fieri poſſe emancipationes, ac manumiſſiones, Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom.2.tit.38. de feriis, n.93.* ubi exemplificat in adoptione, emancipatione, & manumiſſione, Cardoſ. *in praxi judicum, verbo feriæ, n. 3.* ubi exemplificat in partitionibus, tranſactionibus, donationibus, venditionibus, & ſimilibus.

3 Ex quibus primò infertur, pignorationem quæ ad ſententiæ executionem conceditur, cùm nullam cauſæ cognitionem deſideret, his ferialibus diebus concedi poſſe. Ita Menoch. *d.q.30.n.16.* Camill. Borrel. *d. tit.38. de feriis, n.82.* ubi *n.85.* tenet, quod pignoratio, quæ fit in executione ſententiæ, poteſt fieri in feſtis diebus etiam ad honorem Dei, & Sanctorum.

4 Secundò infertur, abſolutionem ab excommunicatione ad cautelam fieri poſſe diebus feriatis, ut per Franc. Viv. *Neap. dec. 93. ſub n. 9.* Menoch. *d. q.30. n.14. in fine,* Camill. Borrell. *d. tit.38.n.114.*

5 Tertiò infertur, abſolutionem in juramento impetrari & concedi poſſe diebus feriatis, de quo an, & quando verum ſit, vide Anton. Corneum *in tract. de abſolutione à juramento, p.3 q 20. per tot.* quem refert Camill. Borrel. *d.tit.38.n.112. & ſeqq.*

6 Quartò infertur, poſſe dari tutores, & curatores, illoſque amoveri, & execuſationes allegari diebus feriatis, dummodò non tractetur de tutela ex inquiſitione, vel requirente cauſæ cognitionem, Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 18. §.5.* Anton. Piagg. *de tutor. & curat. quæſt. 6. n.2.* Paul. Montan. *de tutel. & curis cap. 25. n.1. & 2.* Cardoſ. *in praxi judicum, & Advocat. verbo feriæ, num.5.* Camill. Borrel. *d. tit.38. à num.*

Quintò infertur, poſſe in hujuſmodi feriatis diebus arbitratores ſuum laudum ferre, cùm ſint amicabiles compoſitores, nec cauſæ cognitio apud eos deſideretur, ut per Menoch. *d. q. 30. n. 17.* ubi eam etiam præſtat rationem, quia arbitramentum hoc eſt inſtar tranſactionis, quæ diebus his celebrari poteſt. 7

Sextò infertur, donationis inſinuationem poſſe fieri his diebus, quia nulla cauſæ cognitio ibi requiritur, ut per Rebuff. *tom.2. ad leges Galliæ, tract.de donat. inſin.art.3.gloſſ.8. in fine,* Burg. *conſ.3.n.70. in fine,* Bellacomb. *tom.1.comm.opin.lib.3.tit.10. n.10.* 8

## SUMMARIUM.

1 *Latro inſignis poteſt quolibet die mitti ad furcam, & n. 2. declara ut n. 3. Executio cujuſlibet ſententiæ an & quando fieri poſſit die feriato, n.4.*

5 *Iſauri piratæ inſignes.*

## L. Provinciarum. IX.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA *Anthemio P. P.*

LAtro inſignis poteſt quolibet die ac furcam mitti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1.ſup.hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l.35. tit.2. part.3.* Petr. Greg. *ſyntagm.juris lib 2.c.16. num.8.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. cap. 21. n.212.* Decian. *in tract. crimin. tom. 2. lib.9.cap. 29.num.20.* Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo feriæ, num. 7.* & Anaſt. Germon. *de ſacrorum immunit. lib.2. cap.18.à num.12.* 2

Declarando procedere caſu pro periculum eſſet in mora executionis, veluti ſi ſpectaretur magnum ſcandalum in populo, vel timeretur delinquentis carcerati fuga, vel quodlibet aliud imminens periculum, propter quod evitandum conveniens viſum fuiſſet ſententiæ executionem accelerare, & illam etiam feſto die executioni mandare, ad not. per Gregor. Lop. *d.l.35.verbo, de los ladrones.* Perez *in l.unic. tit.7.lib.3.Ord.pag.991.* Clar. *in pract. § fin.q. 64.n.34. & q.97.n.6. & 7.* Bobadil. *d.c.21. n.212.* 3

An autem, & quando executio cujuſlibet alterius ſententiæ die feriato fieri poſſit, vide Hipp. *in l.unius, §.cogniturum, n. 85. ff. de qq.* Guid. Pap. *dec.215.n.5.* Tiraq. *in tract. de pœnis temper. cauſa 49. n. 31.* Clar. *d. §. fin. q. 97. n.6.* Theſaur. *pedem. dec. 95.* Maſcard. *de probat. concl. 1311. n. 30.* Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. part. 5. §. 4. per tot.* Fr. Emman. *quæſt. Regal. tom.3. q.34. art.9.* Soar. *de Relig.tom.1.tract.2. lib. 2. cap. 38. n.11.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Feriæ, n.4. & verbo ſententia, n. 20.* Camill. Borrell. *tom.2.tit. 38.à n.78.* 4

*Iſaurorum.* ] Piratas eſſe inſignes, magis communiter aſſerunt Doctores, de quibus meminerunt Alciat. *lib. 3. diſpunct. c. 20.* Forcatul. *Necyomantiæ dial.97. n.12.* Calvin. *in ſuo lexic. jurid. verbo Iſauros, pag.465.* Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib.2.c.235.* 5

## SUMMARIUM.

1 *Nullus actus judicarius die feriato, vel ſacrato in honorem Dei exercendus eſt: pacta tamen, & tranſactiones feriatus dies non ſuſpendit.*

2 *Ta* Nullis volumus voluptatibus occupari, *l.10. de feriis, enodantur.*

3 *Capi*

3 *Capi & carcerari nemo poteſt pro debito civili in diebus feriatis, propter honorem Dei.*
4 *Citatio non poteſt fieri die feriata.*
5 *Pacta conferri poſſunt diebus feriatis.*
6 *Scenis theatralibus intereſſe non licet diebus feſtivis.*
7 *Certamen circenſe, pro conflictu equeſtri.*
8 *Ferarum lacrymoſa ſpectacula, ad ſanguinolentam taurorum exagitationem extenditur à Parlador.*
9 *Debitor ſuſpectus de fuga carcerari poteſt die feriato.*

## L. Dies feſtos. X. & ult.

*Impp.* Leo, *&* Anthem. AA. *Armaſio P. P.*

1 IN die feriato, vel ſacrato in honorem Dei nullus actus judiciarius exercendus eſt, pacta tamen & tranſactiones feriatus dies non ſuſpendet. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 *Nullis volumus voluptatibus occupari.* ] Intellige ſi ex illis naſcatur aliquod ſcandalum vel detur occaſio violandi Eccleſiaſticum præceptum audiendi ſacrum; nam extra hos caſus non videtur prohibitum venari, ſive piſcari recreationis gratiâ, quippe, quod inter opera, quæ ſuapte natura, vel liberalia, vel ſervilia ſunt, videntur medium locum habere, hoc eſt, nec omninò libera, nec omninò ſervilia eſſe, vide Rebell. *de obligat. juſt. p.1. lib.1. q.14. ſect. 3. n.14.* Vc[illegible] *tom.1. commun. opin. lib.3. tit. 10. n.14. pag.388.* Azor. *inſt. moral. p.2. lib.1. cap.27. q.7.* Filiuc. *in qq. moral. tom.2. tract.27. c.9. à num.172.*

3 *Et à cunctis executionibus execuſetur.* ] Notatur ad hoc, quod capi ac carcerari nemo poteſt pro debito civili in diebus feriatis in honorem Dei, ut per Bald. *in tract. de carcer. cap.1. num.6.* Farin. *in praxi crim. quæſt. 28. num.106.* ubi refert decreviſſe ſanctæ mem. Pium Papam V. exequutiones, nec reales, nec perſonales pro civili debito poſſe in urbe fieri in diebus feriatis, & quos Eccleſia jubet ſervari in honorem Dei, Virginis, & Sanctorum, & ſic revocavit diſpoſitionem hujus textus quæ jam in deſuetudinem abierat: & *num.109.* limitat ſi quis caperetur pro delicto, præſertim gravi, & enormi; ſecus pro levi, niſi eſſet periculum ne reus aufugerer, quia tunc poteſt capi in die feriato, etiam quod delictum, pro quod capitur, eſſe leve.

4 *Taceat apparitio &c.* ] Notatur ad hoc, quod citatio non poteſt fieri die feriata, ut per Ordin. Reg. Luſit. *lib.3. tit.1. §.17. l. Hſpan.34. tit.2. part.2.* Barr. *in l. §. nunciatio, num.30. ff. de novi oper. nunc.* Tiraq. *de retractu leg. §.36 gloſſ.2. num.52 & ſeq. & ad fin. tit. num.58. cum ſeqq.* Gail. *lib.1. obſerv. 33. num. 16.* M rant. *de ordine judic. p.6. memb.1. num.119.* Vezin. *tom.1. commun. opin. lib.3. tit.9. n.9. pag.387.* Azeved. *l.4. n.5. tit.1. lib.1. novæ Recop.* Cur. Philipp. *p.1. §.8. num.6.* Soar. *de Relig. tom.1. tract.2. lib.2. cap.38. n.4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 45.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. num.45. cum ſeqq.* Cevall. *commun. contra commun. q.366. n.1.* Bernard. Gævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 53. conſid.1. n.4. & conſid.2.*

5 *Pacta conferant.* ] Notatur ad hoc, quod diebus feriatis pacta conferri poſſunt, ut per Donell. *comment. juris civilis lib.24. c. 7. col. fin.* Gardoſ. *in praxi judicum, verbo feriæ, n.3.*

6 *Scena theatralis, &c.* ] Notatur ad hoc, quod diebus feſtivis non licet ſcenis theatralibus intereſſe, de quo vide Paul. Comitol. *reſponſ. moral. l.5. q.11. n.5.*

7 *Circenſe certamen.* ] Pro equeſtri conflictu accipi tenet Calvin, *in ſuo lexic. juridico, verbo Certamen circenſe.*

*Aut ferarum lachrymoſa ſpectacula.* ] Ad immanem & ſanguinolentam taurorum exagitationem, de qua in Hiſpania, extendit Parlador. *lib. 2. rerum quotid. cap.7. num.2. & ſeq.* Cui adeſſe prohibuit Clericis ſacris Ordinibus initiatis Gregorius XIII. quadam ſua conſtitutione, cujus tenorem recenſent Sa'zed. *ad Bernard. in pract. cap. 72.* aliàs *75. in noviſſ. edit.* Stephan. Quarant. *in ſumm. Bullarii verbo Terneamenta.* Poſtea Clemens VIII. pro Regnis Hiſpaniarum pœnas & cenſuras contra Clericos ſupradictos impoſitas ſuſtulit, & amovit (exceptis Monachis & Fratribus Mendicantibus, cæteriſque Regularibus cujuſcumque Ordinis & inſtituti) ad terminos juris communis reducendo. Monet tamen ſua Sanctitas, ac in Domino hortatur Clericos ſeculares beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris Ordinibus, ſeu Eccleſiaſtica dignitate conſtituti exiſtentes, ne paterna hac ejus benignitate abutantur, prout pleniùs in ſuis litteris ſub Dat. Romæ *die 13. Januarii 1596.* pleniùs continetur, quarum litterarum contextum referunt Quarant. *ubi ſuprà*, & Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.3. q.68. art. 2.* & de illis meminere Guttier. *canon lib.1. cap. 7.* Azor. *inſtit. moral. p.3. lib.2. cap.15. à princip.* D. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyteri, num.3. & 4. diſtinct.19.* ſub quibus non contineri Milites D. Jacobi, Alcantaræ, & ſimiles, tenent Aragon. *2.2. q.88. art.21. ad ult. argum.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib. 13. cap. 4. q.4. in fine.*

9 In gloſſ. *fidejuſſionis*, ibi, *niſi timeatur de receſſu*, &c. Notatur ad hoc, quod debitor ſuſpectus de fuga poteſt carcerari in die feriato, ex Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit.1. §. 17.* Cott. *in memoralib. verbo fugitivus.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 33. de revoc. his, quæ in fraudem credit. n.24. pag. 334.* Parlad. *lib.2. rerum quotid. c.fin. p.5. §.4. num.9.* Perez *l.1. tit.7. lib.3. Ordin. 582.* Surd. *de aliment. tit.8. q.2. num.12.* Soar. de Paz. *in practic. tom.1. part.5. c.3. §.3. n.149. in medio.* Thom. Valaſc. *allegat. juris tom. 1. allegat. 25. n.6.* Farin. *d. q.4.27. n.107.* ubi *n.108.* dixit quod licèt debitor ſuſpectus de fuga poſſit in die feriato capi & carcerari, non tamen poteſt tanquam ſuſpectus de fuga idem debitor aliàs captus areſtari, ſeu ſequeſtrari in die feriato.

## *De juriſdictione omnium judicum & de foro competenti.*

## Tit. XIII.

JURISDICTIO nihil aliud eſt quàm notio, *ff. de judic. l. 5. in princip.* cum aliqua coërcitione, *ff. de offic. ejus, l.1. in fin. & l. ult. in fin.* Forum competens eſt, ubi quis agere, vel conveniri debet, *ff. lib.5. tit.1. in rubr.*

Vide Azor. Goffred. de Trano, Hoſtienſ. & Placentium *in ſum. hujus tit.* Cujac. Pac. & Vveſembec. Item Briſſon. *lib. 3. ſelect. cap. 18.* Jacob. Galiard. *in ſpeciali tractat. hujus tit.* Quintanad. *in tract. de juriſdict. & imperio*, Soar. de Paz. *in pract. tom. 1. temp.1.* Soar Kirchov. Donat. à Fina, Viv. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 11.* Morl. *in emporio juris civilis, part.1. tit.2. de juriſdict. omn. judic.* Franc. de Claperiis *in tract. de juriſdict. & imperio*, Camill. Borrel. *in ſum. deciſ. tom. 1. tit. 41.* etiam *de juriſdict. & imperio, & tit. 43. de foro compet.* Ariſm. Tepar. *recept. ſentent. tom. 1. tit. 72. cum ſeqq.* Ludovic. Molin. *in tract. de juriſdict. & variis generibus poteſtatum publicarum, judicumve.*

De jurisdictione peculiares ediderunt tractatus Hieronymus Muscarni *tom. 3. tract. Doctor. part. 2. folio 15.* & Joannes Gillorus *eodem tom. 3. p. 1. fol. 2.* De Marta, Scipio Gentilis, Joan. Longovalli, M. Ant. Muretus, Georg. Obrecht. Tob. Paurmeister, Conr. Princierus, Antonius Goveanus, Joannes Zanardus, Jacobus Menochius, & Henrichus Bocerus.

De jurisdictionis origine Petr. Bernard. *tom. 3. p. 1. fol. 29.* Durand. de S. Portiano.

## SUMMARIUM.

1 *Judex incompetens partium consensu, ac prorogatione, non obstante impedimento incompetentia judicat.*
2 *Jurisdictionis prorogatio, remissivè.*
3 *Procurator fisci partium consensu judex competens esse potest inter privatos.*
4 *Judex qui habebat limitatam jurisdictionem ad causas certæ qualitatis potest ex prorogatione cognoscere de causis diversa qualitatis. Proponitur opinio Authoris, n. 5.*
6 *L. non quibus, de jurisd. omn. jud. explicatur, & num. 7. 8.*
9 *Prorogatio ut valeat, oportet quod ille, cujus prorogatur jurisdictio, illam habeat, alias impossibilis est prorogatio, cùm id quod nullum est, extensionem minimè recipiat.*
10 *Jurisdictio delegati an possit prorogari consensu partium, non prorogatur post tempus finitum, n. 11. non de persona ad personam, n. 12.*
13 *Jurisdictio prorogatur de persona ad personam de tempore ad tempus, de loco ad locum, de re ad rem, de casu ad casum, de causa ad causam, an autem in causis meri. vel mixti imperii, remissivè num. 14.*

## L. Non quidem. I.

*Impp.* ANTONINUS A. *Severo & aliis.*

1 JUdex incompetens partium consensu, ac prorogatione, non obstante impedimento competentiæ judicat. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Fulgos. Angel. Sichard. Aloys. Leo *fol. 57.* Sebast. Nævi. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 De prorogatione jurisdictionis, vide Marant. *de ordin. judic. p. 4. dist. 12.* Menchac. *controvers. usufreq. part. 2. cap. 13. per tot.* latè D. Barbos. *in l. 1. ff. de judic. art. 1. per tot.*

3 Probat hic textus, quod Procurator fisci, qui habet jurisdictionem limitatam cognoscendi de causis inter fiscum & privatos, juxta text. *in l. si adversus fiscum*, & hac ratione inter privatos, judex esse non possit, *l. 1. de pedan. judicib.* de consensu tamen partium judex competens etiam inter privatos esse potest; unde videtur colligi judicem qui habebat limitaam jurisdictionem ad causas certæ qualitatis posse ex prorogatione cognoscere, de causis diversæ qualitatis, ut per Paul. de Castro *in l. testamenta omnia, n. 5.* & *ibi* Jas. *n. 1. de testam.*

Sed ut certa ab incertis separemus, dicendum est maximam differentiam existere inter jurisdictionem ordinariam ad certum genus causarum, seu certum genus personarum limitatam, & inter jurisdictionem ordinariam universalem in quascunque causas & personas civitatis unius, & territorii, illa quidem prorogationem non recipit ad causas alias vel personas diversas, quia cùm limitata sit, limitatum parit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rerum domin.* & extra causas & personas sub sua jurisdictione contentas nulla jurisdictio ad causas, aut personas alias reperitur in judice, idcircò prorogabilis non est partium consensu, *l. 1 ff. de judic. l. privatorum, infr. hoc eod.* & de hac intelligitur communis Doctorum traditio *in l. testamenta omnia*, quod jurisdictio super certo causarum genere concessa ad causas alias diversæ speciei prorogabilis non est, ut alios referens tradit Marta *de jurisdict. p. 4. casu 184. n. 5.* At verò jurisdictio ordinaria universalis quamvis ad certum locum, & territorium illius restricta 5
sit, restricta tamen non est, nec limitata ad certum genus personarum, undè nihil est quod impediat prorogationem illius in eodem territorio fieri à personis aliis alieni territorii. Ita distinguit eleganter Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de justit. & jure, p. 2. c. 13. clauf. 5. n. 6.* & materiam per conclusiones explicare nititur D. Barbos. *in l. 2. ff. de judic. art. 1. à num. 79. cum seqq.* & præcipuè *à num. 111.* ubi primam constituit conclusionem, quod prorogatio non admittitur de causis unius speciei ad causas diversæ speciei: & *n. 118.* secundam firmat, quod si jurisdictio sit limitata quoad personas, non autem causas, indistinctè admittenda est prorogatio ad alias causas nam aliàs nunquam esset licita prorogatio, cùm semper jurisdictio sit limitata ad personas subditorum, *l. fin. ff. hoc tit.* & *n. 121.* tertiam conclusionem ponit quod si jurisdictio sit æquè principaliter restricta, & quoad personas, & quod causas, tunc non admittitur prorogatio ad causas diversas.

Remanet nunc ut videamus qualiter intelligendus 6
veniat text. *in præsenti*, & de qua loquatur prorogatione, in primis D. Barbos. *in d. l. 1. art. 1. n. 120.* ait in hac l. jurisdictionem Procuratoris Cæsaris principaliter limitatam fuisse ad personas eorum, qui controversiam haberent cum fisco, non autem quoad eorum causas; & ideò permissam fuisse prorogationem pereos, qui controversas causas non haberent cum fisco, sed essent personæ privatæ, juxta ejus secundam conclusionem, subditque idem D. Barbos. id non satis percepisse Cujac. *lib. 19 observ. 13.*

Hac de re clariùs Benedict. Ægid. *loco citato, n. 7.* 7
agens, respondet suam resolutionem non destruere textum *in præsenti*, quia licèt procurator Cæsaris judicandi potestatem habeat inter personas, hæc tamen potestas illi data non est propter personas, inter quas judicat, sed propter causas de quibus judicat, quando enim ejusmodi sunt, quæ fiscum, seu Cæsaris patrimonium quovis modo tangunt, etsi principaliter inter privatos controvertantur, judicandi potestatem habet inter eos, & sic quod hic dicitur de judicandi potestate inter certas personas, accipiendum est de personis propter causas; atque ita apparet jurisdictionem quam habet Cæsaris Procurator, non esse restrictam ad certum genus personarum, cujusmodi est illa, quam habent judices scholarium, pupillorum, & alii hujusmodi, qui habent judicandi potestatem inter certas personas, non propter causas, sed propter personas principaliter, & privilegia earum; idcircò jurisdictio talis tanquam ad certum genus personarum deputata, prorogabilis non est ad alias, ex ratione, quam diximus, quæ cessat in procuratore Cæsaris, cujus jurisdictio non est indulta propter personas, sed propter causas principaliter, ac proinde prorogabilis est, ut in hac l. quam sic intelligendam putat.

Additque idem Benedict. Ægid. adhuc non ob 8
stare si quis dicat jurisdictionem Procuratoris Cæsaris datam esse propter causas ad fiscum, seu patrimonium Cæsaris quoquo modo spectantes, & sic videri, quod sit jurisdictio ad certum genus causarum data, quæ ex hoc multò minus prorogabilis est,

eſt, quia illa dicitur juriſdictio ad certum genus cauſarum deputata, quæ data eſt in cauſas certæ alicujus ſpeciei, putà in cauſas mercantiæ, aut gabellarum, iſtorum enim judicum juriſdictio verſatur circa cauſas ſpeciei certæ, ac determinatæ, & ideo prorogabilis non eſt ad cauſas alterius generis, juxta communem ſententiam. At verò juriſdictio Procuratoris Cæſaris non ſic ſe habet, nec enim ad certæ alicujus ſpeciei cauſas eſt deputata, ſed ad omnes omnigenas, dummodò fiſcum tangant, ſive ex hoc, ſive ex illo fonte prodeant, id eſt, ſive teſtamento, ſive ex contractu, aut quaſi contractu, & ſive ex delicto, aut quaſi delicto proficiſcantur; & denique de quacunque re, quæ quocunque modo ſpectet ad fiſcum illius notio eſt; atque ita apparet, quod juriſdictio illius nec eſt reſtricta ad certum genus perſonarum, nec ad certum ac determinatum genus cauſarum, idcircò prorogari potuit ex conſenſu litigantium, ut in iudicibus aliis traditum extat. Et ad hæc reducendus Cabed. *Luſit. dec. 22. num. 5. p. 1.* ubi quod ſi iudex ſit datus ad univerſitatem cauſarum etiam inter certas perſonas, putà pupillos, germanos vel monetarios, poteſt eius juriſdictio prorogari de partium conſenſu.

9 Notari etiam ſolet hic text. ad hoc, quod ut valeat prorogatio, oportet quod ille, cuius prorogatur juriſdictio, illam habeat, aliàs impoſſibilis eſt prorogatio, cùm id quod nullum eſt, extenſionem minimè recipiat, ut per Fulgoſ. *in præſenti*, D. Barboſ. *in d. l. 1. art. 1. n. 21. ff. de judic.*

10 In gloſſ. *Judicibus, fin.* ibi, *vel delegatum*, &c.] Utrum juriſdictio delegati conſenſu partium prorogari poſſit, vide Afflict. *dec. 227.* Vant. *de nullitat. tit.*

11 *quibus modis ſententiæ nullitas*, &c. *num. 6.* Menchac. *controverſ. uſufreq. p. 2. c. 14. num. 12.* ubi quod juriſdictio delegati conſenſu partium non prorogatur poſt tempus finitum, & *n. 16.* ubi quod non prorogatur de perſona ad perſonam, D. Barboſ. *in d. l. 1. art. 1.*

12 *num. 199. de judic.* ubi quod juriſdictio delegata faciliùs prorogatur de loco ad locum, quàm de perſona ad perſonam, & *num. 204. cum multis ſeqq.* latè diſput. Benedict Ægid. *d. c. 13. clauſ. 5. num. 5.* latè ad utramque partem Morl. *in emporio iuris civilis, p. 1. tit. 2. q. 21. per tot.*

13 In eadem gloſſ. ibi, *& ſic fit prorogatio de perſona ad perſonam, ſecundò de re ad rem*, &c. Juriſdictionem prorogari de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus, de loco ad locum, de re ad rem, de caſu ad caſum, de cauſa ad cauſam, probant Marant. *de ordine iudic. p. 4. diſt. 12. ex n. 2.* Menchac. *d. c. 14. à n. 14. uſque ad 23.*

14 In eadem gloſſ. ibi, *an autem in cauſis meri, vel mixti imperii*, &c. Vide D. Barboſ. *in d. l. 1. art. 1. n. 164. ff. de judic.* Perez *ad l. 1. col. 4. verſ. quid, tit. 4. lib. 3. Ordinam.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Actor ſequitur forum domicilii rei, non reus forum actoris; & poteſt reus conveniri in domicilio quod habebat tempore contractûs, vel in eo quod acquiſivit poſtea, & n. 2.*

3 *Ratione domicilii fortitur quis forum, & ibi conveniri poteſt.*

4 *Ratione contractus contrahens ſortitur forum in loco in quo contraxit: limita ut n. 5. 6. 7.*

8 *Contractûs tempore habens domicilium in certo loco, ſi illud poſtea mutavit, poterit nihilominus conveniri in loco domicilii antiqui, ubi contraxerit.*

## L. Juris ordinem. II.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Alexandro.*

ACtor ſequitur forum domicilii rei, non reus forum actoris, & poteſt reus conveniri in domicilio quod habebat tempore contractûs, vel in eo quod poſtea acquiſivit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.* 1

*Sed reus actoris ſequatur*, &c.] Ad vulgarem regulam quod actor forum rei ſequi debet, plures citavi Doctores *in tract de Axiomat. juris uſufrequent. axiom. 10. num. 1.* quibus addo Guttier. *de juram. confirm. p. 3. cap. 12. n. 1.* Alphan. *collect. 83.* Caſtill. *controverſ. lib. 3. cap. 25. num. 8.* Cened. *practic. quæſt. lib. 1. q. 14. num. 1.* Gabriel. Alvarez *in tract. de privileg. pauperatis, p. 1. q. 52. à n. 1.* 2

*Nam ubi domicilium reus habet*, &c.] Notatur ad hoc, quod ratione domicilii ſortitur quis forum, & ibi poteſt convenire, de quo vide notata *in collect. ad cap. ult. n. 7. de foro comp. in Decretalib.* 3

*Vel tempore contractus habuerit*, &c.] Notatur ad hoc quod ratione contractûs contrahens ſortitur forum in loco in quo contraxit, ad quod de jure Canonico eſt textus *in cap. Romana, §. contrahens, de foro compet. lib. 6.* ubi hoc probat cùm debitor in loco contractus invenitur, & non aliàs, ut per Paul. de Caſtro *in l. hæres abſens, ff. de judic. num. 8. & conſ. 413. à num. 4. verſ. & poſito, vol. 2.* Bernard. *reg. 642.* Greg. Lop. *l. 32. gloſſ. 5. tit. 2. part. 3.* Anton. de Matthæis *in tract. de prorogat. juriſdict. num. 75. verſ. quæ omnia procedunt, tom. 3. tract. Doctor. p. 1. fol. 225.* Boër. *deciſ. 114. num. 1.* Avil. *ad c. 27. Prator. gloſſ. entreguen, num. 16. cum ſeqq.* Gail. *lib. 2. obſerv. 36. num. 14.* Cov. *pract. cap. 10. num. 3. cum ſeqq.* Guttier. *de iuram. confirmat. p. 3. cap. 16. à princip.* D. Barboſ. *in d. l. hæres abſens, §. Proinde, ff. de iudic.* Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc iure, ff. de inſtit. & iure, p. 2. cap. 21. convenientia 8. de foro in l. contractus, ex num. 10. cum multis ſeqq.* latiſſimè diſputavi ego ipſe *in praxi exigendi penſiones, q. 5. à princip.* 4

Licet iuxta ſupradicta in loco contractûs non poſſit quis conveniri niſi in illo reperiatur; nihilominus tamen aliquas patitur hæc reſolutio limitationes. Et prima eſt quando debitor in contractu proprio foro renuntiavit, & maximè cum iuramento, quia tunc etſi non inveniatur in loco contractûs, conveniri ibi poterit, juxta traditionem gloſſ. *in l. 1. ff. ſi quis in jus vocatus, in verbo pro non dato, verſ. tu potes*, quam gloſſ. ſingularem vocant, & valdè commendant plures ex infrà citandis, Bernard. *dict. reg. 642. fallent. 1.* Abb. *in cap. 1. col. 12. n. 22. de iudic.* Covar. *pract. cap. 19. num. 5. in princip.* Dec. *in cap. 1. num. 65. & ibi* Alciat. *num. 63. de iudic.* Roman. *ſing. 285.* Guttier. *de iuram. confirmat. p. 3. cap. 16. num. 4. & 5.* Coler. *de proceſſibus execut. p. 2. cap. 1. num. 50.* Antonin. de Amato *reſol. 33. num. 19.* Jacob. Gall. *conſ. 35. ferè, per tot.* & præcipuè *num. 8. cum ſeqq.* Ripol. *var. reſolut. 1. cap. 1. de iuriſdict. omn. iudic. num. 404.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. de iudic. art. 3. num. 224.* Benedict. Ægid. *in d. l. ex hoc iure, p. 2. cap. 11. convent. 8. n. 6.* cuius gloſſæ traditionem eſſam locum habere in clerico contrahente, & renunciante proprio foro, defendit poſt alios idem D. Barboſ. *in leg. hæres abſens, ff. de iudic. §. 1. n. 60.* quem refero *dict. quæſt. 5. n. 5.* nec hanc tanti viri reſolutionem infringit objectio quædam præſtita à moderno quodam ſeveriori Romanorum Pontificum cenſura notato in opere periculoſæ pleno alcæ, dum exiſtimat poſ- 5

se Clericum simpliciter contrahere, ita ut tacitè ex huiusmodi contractu inducatur prorogatio: at non posse contrahendo expressè prorogare iurisdictionem iudicis loci contractus eum renuntiatione proprii fori sine sui Episcopi consensu, iuxta *cap. significasti, de foro comp.* & notata per me in dicta praxi exigendi pensiones, *q.* 3 *à princip.* ubi *n.* 2. *&* 3. cum multis, quos refero, probavit dispotionem illius cap. non procedere in Clerico, qui contrahendo, vel delinquendo renuntiat proprio foro. Ratio est, quia hæc renuntiatio non est extrinseca à contractu, sed illi accessoria & intrinseca independenter ad corroborationem fori inducti per legem, quo casu ut aliquid operetur renuntiatio, habebit suum effectum, etsi non accesserit voluntas proprii Episcopi, ut in propriis terminis tenet D. Barbos. *in l.* 1. *artic.* 3. *numero* 124.

6 Secunda limitatio est, quod etsi in loco cotractus non possit quis conveniri, nisi in illo reperiatur, potert tamen fieri missio in possessionem bonorum, quæ ibi habet ex primo decreto; & si bona non habeat debitor in loco contractus, & latiter, decernenda est missio in possessionem bonorum, quæ alibi habet, secundùm Bened. Ægid. *ad d. l. ex hoc iure p.* 2. *c.* 11. *convenientia* 8. *n.* 3.

7 Tertia limitatio est in casu reddendæ rationis de administratione suscepta; tunc enim in loco illius erit debitor conveniendus, & si ibi non inveniatur, remittendus erit, per *l.* 1. *&* 2. *ubi de ratiocin. agi oport.* Greg. Lop. *l.* 32. *gloss. ult. in fine, tit.* 2. *part.* 3. Bernard. *reg.* 642. *follent.* 9. Aviles *d. cap.* 27. *Prætor. verbo intreguen, n.* 22. Muños de Escobar *tract. de ratiocin. administ. c.* 7. *num.* 2. Benedict. Ægid. *d. convenientia* 8. *n.* 7.

8 *Licèt hoc postea transtulerit*, &c. ] Notatur ad hoc quod si quis tempore contractus habebat domicilium in certo loco, & postea illud mutavit, poterit nihilominùs conveniri in loco domicilii antiqui in quo contraxit, ut per D. Barbos. *in d. l. hæres absens,* §. *proinde, n.* 8. *ff. de iudic.*

## L. Privatorum consensus III.

*Iidem* AA. *Judææ.*

1 PRivati iurisdictionem conferre non possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* [illegible] *n.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *fol.* 57. *verso.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 12. *tit.* 22. *part.* 3. *ubi gloss.* 3. Bart. *in l. nemo potest, n.* 14. *post princip. ff. de legat.* 1. Palat, *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, & uxor.* §. 11. *num* 9. *pag.* 258. Duaren. *lib.* 1. *disp. cap.* 51. Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, num.* 5. *col.* 2. Menchac. *de succeff. creat.* §. 1. *n.* 4. Donell. *comment. iuris lib.* 17. *cap.* 10. *col.* 3. Peregr. *variar. tit. de officio Ordin. n.* 20. D. Barbos. *in l.* 1. *art.* 1. *num.* 48. *ff. de iudic.* Franc. Marc. *Delphin. dec.* 610. *n.* 1. *vol.* 1. *&* *dec.* 426. *num.* 2. *p.* 2. Verall. *dec.* 97. *n.* 4. *p.* 1. *&* *dec.* 162. *num.* 5. *vol.* 2. Vincent de Franch. *dec.* 551. *n.* 10. Camill. Borrell. *in sum. decis. tom.* 1. *tit.* 41. *de iurisd. & imper. n.* 74.

### SUMMARIUM.

1 *Iurisdictionem ordinariam nemo declinat lite contestata, nec recurritur ad superiorem per querelam simplicem, sed demùm per appellationem, & num.* 2.

3 *Exceptio fori declinatoria, seu incompetentia iudicis ante litem contestatam oppenenda, limita ut n.* 4.

## L. Nemo post. IV.

*Impp.* CONSTANTINUS A. *Ad universos Provinciales.*

ORdinariam iurisdictionem post litem contestatam nemo declinare potest, nec recurritur ad superiorem per simplicem querelam, sed demùm, per appellationem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *sup. hoc tit.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Bart. *in l.* 1. *num.* 7. *opposit. fin. ff. de officioso eius, cui mandata est iurisd. & l. iurisdictoni, num* 4. *ff. hoc tit.* Christoph. de Paz. *in schol. ad leges styli. lib.* 31. *scho.* 1. *num.* 1. *& l.* 37. *num.* 1. Castill. *quotid. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 8. *in fine,* Alexand. Trentacinq. *variarum resol.* 1. *lib.* 2. *de citat. resol.* 2. *num.* 4. ubi quod quis non potest adire superiorem per viam querelæ, omisso inferiore, sed debet coram illo inferiore litem primò movere, & si gravaverit, poterit appellare ad superiorem. 2

Unde exceptionem fori declinatoriam, seu incompetentiam iudicis ante litem contestatam opponendam, quia post eam nemo declinare potest resolvunt Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 49. §. 3. Rebuff. *in tract. de exception. n.* 378. Marant. *de Ordine iudic. p.* 1. *membr.* 9. *suprà num.* 1. Horat. Lut. *de privileg. schol. privil.* 64. *limit.* 4. Camill. Borrell. *in sum. decision. tom.* 1. *tit.* 43. *num.* 78. ubi *num.* 79. limitat si hujusmodi exceptio orta fuisset post contestationem litis, vel si constationis litis tempore nota non erat, sed postea notitiam habuit, de quo etiam idem Borrell. *tit.* 48. *de except. n.* 146. 3 4

### SUMMARIUM.

1 *Actor forum rei sequitur, etiam in criminalibus.*

2 *Trahens aliquem in vetito examine perdes causam, & puniuntur officiales, qui præstant milites suos executoribus iudicum incompetentium.*

3 *Trahi potest adversarius cum rescripto Principali ad extraordinarium iudicem, etiam extra proprium domicilium.*

4 *Judex punire potest illum, qui citavit coram se compariturum eum, qui erat sub alterius iurisdictione, etiamsi iurisdictio cum effectu non fuerit impedita.*

5 *Executio sententiæ seu instrumenti, si peteretur coram iudice prorsus vetito, tunc amittitur causa, & revocatio attentatorum.*

6 *Judex requisitus cautus sit, ut videat an iudex requirens sit competens & habuerit potestatem.*

7 *In causa criminali an & quando sit locus prorogationi.*

8 *Purgatio moræ admittitur ubi pœna legalis est.*

9 *Verbum & participium futuri temporis est canon ferendæ sententiæ, non latæ.*

## L In criminali. V.

*Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Vincentio P. P. Galliarum.*

IN criminalibus actor forum rei etiam sequitur. Item trahens aliquem in vetito examine perdit causam, & puniuntur officiales, qui præstans milites suos executoribus iudicum incompetentium. Colligunt 1

gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

3 Notatur ad hoc, quod cum rescripto Principis potest quis trahere adversarium suum ad extraordinarium judicem, etiam extra proprium domicilium, ut per Alexand. trentaciq. *var. resol. lib. 2. tit. de citat. resol. 2. n. 2.*

4 Ex hoc textu colligitur posse judicem punire illum, qui citavit coram se compariturum eum, qui erat sub alterius jurisdictione, etiamsi jurisdictio cum effectu non fuerit impedita, ut per Surd. *de aliment. tit. 9. q. 26. num. 94.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 154. n. 4.* ubi *num. 3.* post Hier. Gabr. *consil. 167. num. 22. 23. 24. & 67. lib. 2.* intelligit dummodò reus comparuerit coram judice incompetente, cùm delictum consummetur comparitione, & litis contestatione.

5 *Aut executionem perspexerit*, &c. ] Notatur ad hoc quod si peteretur executio sententiæ, seu instrumenti coram judice prorsus vetito, ad quem non pertineret executio, tunc amittitur causa, & fit revocatio attentatorum, ut per Stephan. Gratian. *discept. forens. capite 157. numero 27.* dicentem ex hoc inferre Bald. quod si habeo sententiam, cujus executio pertineat ad potestatem, non ad Capitaneum, si petatur coram Capitaneo, est locus privationis ab ista causa executionis; sequitur Roder Xuar. *in l. post rem judicatam, in declar. leg. Regni ad fin. vers. circa judicem, videndum breviter restat, numero 32. ff. de re judic. fol. 584.*

6 Unde per hunc textum advertunt Hippol. *singul. 138.* Donat. à Fina *tom. 2. commun. opin. lib. 7. titul. 15. de execut. rei jud. num. 36.* quod judex requisitus debet esse cautus ut videat si judex requirens sit competens, & habuerit potestatem; & addit ultimo loco citatus, quod quando nullitas est notoria, potest denegare executionem absque eo, quod aliquid rescribat judici à quo requiritur.

7 Et esse hunc textum expressum ad probandum, quod in causa criminali non sit locis prorogationi, asserit D. Barbos. *in l. 1. art. 1. n. 4. ff. de judic.* sed ipse contrariam sequitur sententiam *ibid.* ex *n. 6.* respondetque *n. 13.* hunc textum apertè loqui quando in casu criminali quis invitus trahitur ad judicem incompetentem, cùm secus sit quando de consensu partium facta sit prorogatio.

8 In Gloss. *Habeatur*, ibi, *sed quid erit si postea*, &c. ] Notatur ad hoc, quod purgatio moræ admittitur ubi pœna legalis est, ut per Cald. Pereira *qq. for. lib. 1. qq. 11. num 5.* ubi saltem procedere ait quando jus partis non est factum deterius.

9 In ead. Gloss. ibi, *& die, mulctetur non ipso jure, sed per sententiam*, &c. Notatur ad hoc, quod verbum & participium futuri temporis est canon ferendæ sententiæ, non latæ, ut per Roman. *sing. 2.* Cremens. *sing. 70.* Crott. *in memorab. verbo Verbum futuri temporis*, Tiraq. *in l. si unquam, verbo Revertatur. n. 22. 144. & 148.* Perez *ad tit. 1. lib. 5. Ord. pag. 32.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. L, n. 74. cum seqq.* Azeved. *l. 1. n. 83. tit. 13. lib. 4. novæ Recop.* Alph. *collect. 757.*

## SUMMARIUM.

1 *Magistri militum habent jurisdictionem inter milites, & inter eos summariè cognoscunt.*

2 *Miles in crimine militari delinquens non potest capi, nisi de Regis, vel Ducis belli mandato, quando dubitatur sit ne miles, vel non, cognitio spectat ad Magistrum militum, num. 3. de milite intelligent n. 4.*

5 *Imperitus, & illiteratus post obtinere munus judicandi inter milites.*

6 *De intellectu hujus glossæ, remissivè.*

## L. Magisteriæ. V I.

*Impp.* HONOR. *&* THEOD. AA. *Anthemio P. P.*

MAgistri militum habent jurisdictionem inter milites, & inter eos summariè cognoscunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *fol. 58.* 1

Vide *l. Hispan. 3. tit. 29. part. 7.* ubi quod miles in crimine militari delinquens non potest capi nisi de Regis, vel Ducis belli mandato, & Gregor. Lop. *ibidem gloss. 2.* resolvit Magistrum militum cognoscere quando dubitatur sit miles, vel non Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, de testament. verbo & uxorem, dec. 2. n. 66.* Jul. Clar. *in pract. §. fin. q. 35. num. 24.* Petr. Gregor. *syntagm. juris lib. 47. cap. 36. n. 6. in med.* Mosquet *de militari disciplina. lib. 4. fol. 122.* latè Bobadill. *in sua politica, lib. 4. cap. 2. n. 67.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 17. cap. 10. col. 1.* Azeved. *ad l. 1. num. 70. tit. 16. lib. 8. novæ Recop.* ubi quod pro quolibet delicto à milite commisso data est jurisdictio ejus capitaneo, Cæpol. *in tract. de imper. à milite elig. in capitulo, & ratione dignitatis, col. 1. vers. & ita potest.* Vincent. de Franchis *part. 1. dec. 88. ferè per totam,* ubi *n. 1.* dicit, quod Magister militum merum habet imperium super milites: & *n. 9.* tenet textum *in præsenti* debere intelligi quando milites sunt in actu expeditionis, Bellug. *in speculo Principum, fol. 133. & 137. in novis,* Viv. *dec. 254. part. 2.* qui asserit decisum milites delinquentes non militantes, nec actu militari existentes, cognosci debere à judice loci ubi deliquerunt. 2

Notatur ad hoc, quod imperitus & illiteratus potest obtinere munus judicandi inter milites, ut per Steph. Grat. *discept. forens. c. 186. n. 47.* 5

In Gloss. *Etiam civilium quæstionum*, ibi, *vel dic verius, & plenius, quod in militari crimine, putà si vendidit arma*, &c. Ad hanc distinctionem vide Greg. Lop. *in d. l. 3.* Albens. *de re militari p. 7. tit. 3. fol. 81. post n. 17.* Bobadill. *citato loco.* 6

## SUMMARIUM.

1 *Collegæ, & participes Collegii ob communem professionem jurisdictionem ejus, qui Collegio præest, declinare non possunt.*

2 *Miles, & alia persona privilegio fori munita, ratione possessionis extra militiam Collegio, & ejusdem Præsidi parere tenetur.*

3 *Miles ob militare delictum, vel causam cinguli ademptionem morietur, coram judice militari conveniendus est.*

4 *Collegia artificum an sint à lege approbata.*

5 *Clericus exercens aliquod commercium, vel munus, si deliquerit circa illud puniendus est ab eo judice, cui ratione muneris subjicitur, sed contrarium verius, & receptius, n. 6.*

7 *Reus quando duos, vel plures habet judices, non jure speciali, sed communi, actor poterit ex illis unum eligere ad actionem suam prosequendam, nec tenetur præcisè sequi forum rei.*

8 *Jurisdictio quando datur ei, qui non est Ordinarius, aut ei, qui est inferior in eodem loco, tunc censetur data cumulativè, non privativè.*

L.

L. Periniquum. VIII. & ult.

*Imp.* ANASTAS. A. *Constantino. P. P.*

1 COllegæ, & participes collegii ob communem professionem, jurisdictionem ejus, qui Collegio
2 præest, declinare non possunt. Miles, & alia persona privilegio fori munita, ratione possessionis extra militiam Collegio, & ejusdem Præsidi parere tenetur. Miles ob militare delictum, vel causam cinguli
3 ademptionem merentem coram judice militari conveniendus est Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *sup. hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *fol.* 58.

4 Ex hoc textu vulgò colliguntur artificum collegia censeri à lege approbata, ut per *l. Hispan.* 1. *titul.* 4. *part.* 3. ubi Gregor. Lop. *verbo menestreres*, asserit hodie cessare hujusmodi Collegia in Regno Castellæ, per *l.* 17. *tit.* 15. *lib.* 2. *Ordin.* quæ revocat officia judicum, Medicorum, & Chirurgorum, atque aliorum officiorum specialium, quia tendunt in præjudicium aliorum judicum ordinariorum & præcipit ne illis utantur absque speciali mandato Regis, Strach. *de mercat. p.* 3. *num.* 9. Azeved. *ad tit.* 13. *lib.* 3. *novæ Recop. à n.* 1. *pag.* 369. Mex, *in tract. taxa panis, concl.* 5. *à num.* 25.

5 Unde post Bald. Greg. Lop. Joan. Gall. & alios argumento hujus textus resolvit Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 55. *prope fin. vers. notabis etiam*, quod si Clericus prohibitum aliquod commercium, vel munus exercuerit, & circa illud delinquat; puniri de-
6 bet ab eo judice, cui ratione muneris subjicitur. Sed contrarium verius & receptius est, ut constat ex adductis per me *de jure Eccles. universo lib.* 1. *c.* 39. §. 2. *num.* 127.

7 Notatur hic textus ad hoc, quod quando reus duos vel plures habet judices, non jure speciali, sed communi, actor poterit ex illis unum eligere ad actionem suam prosequendam, neque tenetur præcisè sequi rei forum, ut per Afflict. *dec.* 257. Marant. *in l. si actor, n.* 33. *ff. de procurator.* Cov. *var. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 6. Soar. de Paz. *in practica tom.* 1. *temp.* 1. *n.* 67. *pag.* 26. Cabed. *Lusit. dec.* 54. *n.* 2. *p.* 1.

8 Notatur etiam ad hoc, quod quando jurisdictio datur ei, qui non est Ordinarius, aut ei, qui est inferior in eodem loco, tunc censetur datata cumulativè, non privativè, & ad hoc dicit expressum hunc textum Joan. Garc. *de nobilit. gloss.* 1. *n.* 5.

*Quando Imperator inter pupillos, & viduas, vel miserabiles personnas* ( ut valetudinarios, debiles ) *cognoscat, & ne exhibeantur.*

## TIT. XIV.

HÆ personæ possunt adversarios vocare ad Principem: non etiam ipsæ invitæ exhiberi Principi, id est, avocari à suo foro. Id permissum, est, ne adversariorum potentiâ opprimantur: hoc vetitum, ne sumptibus onerentur.

Vide Cujac. & Vvesemb, item Arimin. Tepat. *variarum sentent. tom.* 1. *tit.* 137. *pag.* 258. Kirchov. Vazin. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *titul.* 12. *pag.* 399.

## SUMMARIUM.

1 *Personnæ miserabiles, ut viduæ, & pupilli, vel diuturno morbo fatigati, ex gratia non possunt trahi extra proprium domicilium, etiam per rescriptum Principis, sed in proprio domicilio conveniendi sunt: ipsæ tamen possunt trahere eorum adversarios extra domicilium coram Principe, etiam per viam simplicis querelæ, & num.* 2. *Amplia id procedere in virginibus, & aliis mulieribus vitam cælibem agentibus, n.* 5. *In Virgine patrem habente, num.* 6. *In Virgine per vim stuprata, honestò tamen vivente, num.* 7. *In muliere, quæ divortium fecit cum marito, dummodo non sua culpa diverterit, num.* 8. *In fœminis, quæ maritum habent eis inutilem, nempe quia esset captus ab hostibus, exul, vel damnatus ad triremes Regias, num.* 9. *In meretrice, quæ tanquam miserabilis persona, licèt ex delicto suo, gaudet ex hoc privilegio, num.* 10. *Si judicium esset cœptum coram judice inferiore, & sic post litis contestationem, num.* 11. *Secus si cum ipsa persona privilegiata esset admixta alia non privilegiata, numero* 12. *Intellige ut num.* 13. *etiamsi vidua, aut pupillus, seu alia miserabilis persona velit forum variare, numero* 14. *Vel agant de jure cessio sive cessio sit ex causa necessaria, sive lucrativa, dummodo sit facta bona fide, & cum causa, num.* 15. *Limita tamen num.* 16. *Vel etiam si isti habeant causam communem cum aliis personis non miserabilibus, num.* 17. *Tam in prima, quàm in secunda, vel alia ulteriori instantia, num.* 18. *Item in vidua quæ facta avocatione, seu exposita querela transivit ad secundas nuptias, num.* 19. *Et in viduis, & orphanis divitibus, num.* 20. *In causis criminalibus, sicut in civilibus, num.* 21. *Vel cùm quis inferioris conditionis acturus est adversùs aliquem potentem, cujus ipse potentiam timet, adeò ut præ ejus potentia coram Ordinario jus suum consequi desperet, num.* 22. *Limita tamen in vidua, quæ maritum occidit, ex quo commodum non potest percipere, num.* 23. *In vidua inhonesta num.* 24 *Quando lis est super juribus Regalibus, vel pertinentibus ad Regem, num.* 25. *Intellige ut num.* 26. *Item quando vidua habet jurisdictionem, n.* 27. *Vel reus habet plures judices de jure communi, & alium ex privilegio sibi & actori tributum, ut in miserabilibus personis, num.* 27. *Vel istiusmodi miserabiles personæ sint Judæa, n.* 28. *Vel agant contra alias similes viduas, sive orphanos, num.* 29. *In causis parvi valoris, in quibus plus expenditur, quam commodi percipitur, n.* 30. *In causis spolii novi, depositi, & rerum consignatarum, & super mercede famulorum, n.* 31.

31 *Privilegio hic viduis, pupillis & aliis miserabilibus personis concesso non videtur derogatum per Principem, nisi expressè de illo fiat mentio huic privilegio an renuntiare valeant dictæ personæ miserabiles, remissivè num.* 4.

32 *Pupillus, & orphanus habent privilegium ut possint reos ad Curiam trahere, etiam in prima instantia, ipsi verò extra proprium domicilium trahi non possint.*

33 *Pupillus quis sit.*

34 *Senes & decrepiti, ac diuturno morbo fatigati, & debiles, & cæteri omnes, de quibus naturâ monemur ad miserandum, gaudent privilegio hujus leg.*

35 *Pauperes idem jus habent quod viduæ ac pupilli ad*

*uten*

*utendum privilegio hujus leg. ut poſſint reos ad Curiam trahere, ipſi verò trahi non poſſint, etiamſi culpa ſua in paupertatem inciderint, n.36.*

37 *Mercatores dum ſunt in mercimoniis, & peregrinantur, connumerantur inter perſonas, quibus privilegium hujus leg. competit.*

38 *Eccleſia connumeratur inter perſonas, quibus competit privilegium hujus leg. vocandi quemquam ad Curiam Principis quoad primam cauſarum cognitionem.*

39 *Univerſitati privilegium hujus leg. competit.*

40 *Miſerabiles qui dicantur, judicis arbitrio relinquitur.*

41 *Privilegio hujus leg. cùm ſit conceſſum miſerationis intuitu, non poteſt renuntiari.*

## L. Si contra. Unic.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Andronicum.*

1 MIſerabiles perſonæ, ut viduæ, & pupilli, vel diuturno morbo fatigati, & debiles, ex gratia non poſſunt extra proprium domicilium trahi, etiam per reſcriptum Principis, ſed in proprio domicilio ſunt conveniendi; ipſæ tamen poſſunt trahere ſuos adverſarios extra domicilium coram Principe, etiam per viam ſimplicis quærelæ. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Bald. Salicet. Alber. Fulgoſ. Caſtr. Sichard. Aloyſ. Leo Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in anno.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, & multis exornant Ordin. Reg. Luſit. *lib.3. tit.5. §.3. l.Hſpan.3. tit.10. part.2. ubi gloſſ.6. & l.41. tit.18. part.3. ubi gloſſ.1.2. & 3. & l.20. tit.23.part.3. & l.8. tit.3. lib.4. novæ Recop.* Afflict. *deciſ.257.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab.2. num.12.* Rebuff. *tom.1. ad leges Galliæ, tit. de ſentent.proviſ. art.3. gloſſ.ult.* Tiraquel. *in l.ſi unquam, de revocand. donat. in princ. num.120. & ſeq. & de conſtituto limit. 30. n.3. & de pia cauſa, in præfat. pag.6.* Petr. Bellug. *in ſpeculo Principum, rubr. 38. §. conſequenter,* Marant. *de ordine judic. p.4 diſt. 9. num. 77. & ſeq.* Roman. *ſing. 240.* Fuſc. *ſing. 20.* Coſet. *ſing. 144.* Fab. Anna *ſing.401.* Silv. nupt. *lib.5. tit. quomodo in dubio judicandum ſit pro communi opinione, num. 27. cum ſeqq.* Marc. Anton. Natta *conſ.590. lib 5.* Roland. à Valle *conſ.76 ex num. 35. lib. 1. conſil. 20. per tot. lib.2.* Villalob. *commun. opin. lit. I, num. 269. cum ſeqq.* latè Proſper Caravita *ſuper relibus magnæ Curiæ, ritu 219. & ſeq. & 230. cum ſeqq.* Cott. *in memorabil. verbo Vidua,* Anton. Gravat. *ad Veſtrium in pract. Romanæ Curiæ, lib. 3. cap. 9. in 1. additione,* Covar. *practicar. cap. 6. & 7.* Soar. de Paz. *in pract. part. 1. tom. 1. temp. 1. num 19. cum duobus ſeqq.* Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 1. num. 40. & 41.* Menoch. *de arbitr. caſu 64. 65.* Maſcard. *de probat. concl. 1065.* Monteroſ. *in praxi crimi. & civili tract. 5. de los caſos de Corte, fol. 75. cum ſeq.* Vincent. de Franchis *dec.100. 187. 188. & 232.* Anton. Theſaur. *Pedem. deciſ. 177.* Franch. Viv. *deciſ.65. lib. 1. & deciſ.521. lib. 4.* Donell. *comment. juris civilis lib. 17. cap. 20. pag. 87.* Fulg. Pacian. *conſ. 84. & 85.* Perez *in lib.1. tit.1 lib.3. Ordin. pag.664. & ſeq.* Sola *in decretis antiq. Sabaud. tit. de cauſis miſerabilium perſonar.* Azvid. *l.8. tit. 3. lib. 4. novæ Recopil.* Eſcobar. *de ratiocin. capit. 7. num 56. cum ſeqq.* Giſp. Roderic. *de annuis redditib lib. 3. quæſt. 4. num. 42. cum ſeqq.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. tom. 1. lib. 2. tit. de citationib. reſolut. 2. per tot.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 182. ex num.1.* & aliis locis in diſcurtu citandis, Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.1. collect.* ratè & eleganter Caſtill. *lib. 3. quotid. quæſt. cap.25. per tot.* Anguian *de legib. lib. 3. controverſ. 22. num. 41.* Cancer. *var. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 1. cum multis ſeqq.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ deciſ.172. lib. 2. & de magiſtratib. lib.3. cap.4. num. 158. cum ſeqq.* Novar. *in praxi electionis, & variation. fori, quæſt.7 ſect.1.* Carol. Tapia *in conſtit. ſtatuimus, de offic. magiſtri juſtitiarii.* Ex noſtris Lusitanis, Cald. Pereira Regius Senator *in l. ſi curatorem, in princ. n. 24.* Alvar. Valaſc. pariter Regius Senator *conſ. 57. & 336.* Georg. de Cabedo Palatii Senator *dec.54. 175. 213. n.3. part.1. arreſto 6. 31. & ſeqq. p. 2.* D. Barboſ. Cancellarius Maximus *in l.1. ff. ſoluto matr. part. 1. n. 50.* Thom. Valaſc. *alleg. juris tom.1. alleg. 65. per tot.* Benedict. Ægid. *de privil. honeſtat. art.4.*

Privilegio hîc viduis, pupiliis & miſerabilibus perſonis conceſſo non videtur derogatum per Principem, niſi expreſsè de illo mentio fiat, Anton. Theſaur. *Pedem dec.177. num.9.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 25. num.7.* Mich. Ferrer. *p.1. obſerv. cap. 12.* Vincent. de Franch. *dec. 187. & 192. part. 1.* Peregrin. *varior. tract. lib.1. tit. de juriſdict. Ordin. num.18.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. de judic. tract. 4. num. 72.* Cancer. *d. lib.2. cap.2. ex n.24.* ubi hinc infert quod prædicti viduæ, pupillus, & reliquæ miſerabiles perſonæ habent hoc privilegium adversùs habentem privilegium expreſſum, quod ejus cauſæ non poſſint evocari in prima cauſæ cognitione ad Curiam Principis, niſi expreſsè in dicto privilegio fiat mentio de miſerabilibus perſonis. Et *num. 26.* poſt eundem Vincent. de Franch. *d. dec.192. num. 2.* & Theſaur. *d. dec. 177. num. 12.* ſubdit quod in terris Baronum privilegium hujus l. habet locum, cùm ei non cenſeatur derogatum per conceſſionem juriſdictionis primarum, & ſecundarum cauſarum in omnes habitantes in caſtro, de quo etiam Thom. Valaſc. *d. alleg. 65. num. 59.* ubi ſecus dicit ſervari apud Luſitanos *ex Ordin. lib. 2. tit. 45. §.46.* Et quod per facultates conceſſas per Papam Auditori Cameræ ſit derogatum privilegio hujus l. reſpectu obligationum Cameralium & executionum, dicit Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.421. n.3.* ubi *à n.7.* quærit an privilegium hujus l. potius ſit attendendum, quàm Engeniana ad favorem Curialium.

An huic privilegio renuntiare valeant dictæ miſerabiles perſonæ, vide *in gloſſ. verbo Excedere, hac eadem l.* 4

Principalis concluſio multipliciter ampliatur, & primò quatenus de viduis loquitur, ut procedat in virginibus, & aliis mulieribus vitam cælibem agentibus. Ita Palat. *in repet. cap. per veſtras, notab.2.n.13.* Vezin. *tom.1. commun. opin. lib. 3. tit.12. n.3. pag.399.* Gregor. Lop. *l.5. verbo è ſon eſtos, verſ. ſed an dicatur vidua, tit. 3. part.5.* Vincent. de Franchis *dec.110. per tot.* Fulv. Pacian. *conſil. 58. per tot.* Alexand. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 2. tit. de citat. reſolut. 2. num.10. verſ. hac concluſio,* Bernard. Grævæ. *ad practicam Cameræ Imper. concl. 1. confid. 1. numero 11. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitr. caſu 66. num. 8. & in addit. num.15.* Viv. *dec. 63. num. 3.* Thom. Valaſc. *d. alleg.65. n.20.* Cancer. *d. lib.2. c.2. n.10.* Bened. Ægid. *in tract. de jure & privil. honeſtatis, art.4. num.5. & 13.* licèt contrarium velint Cov. *pract. cap.7. n.2.* Caſtill. *d. lib.3. cap.25. n.16.* 5

Secundò amplia etiam in virgine patrem habente, quia licèt ſit ſub patria poteſtate, tamen ratione ſexus fœminei eis competit poſſe trahere ſuos adverſarios ad Curiam, ut per Vincent. de Franchis *d. dec.100. n.4. in fine,* Bened. Ægid. *d.n.5. in fine,* Thom. Valaſc. *d. alleg.65.n.22.* Alexand. Trentac. *d. reſol.2. n.16. ſub verſ. hac concluſio,* quicquid dicat Stephan. Gratian. *d. c.421. n.69.* 6

Tertiò amplia in virgine per vim ſtuprata, honeſtè tamen vivente, ex Caravit. *ritu 19. num. 25.* Alex. 7

Trenta

Trentacinq. *d.* §. *hæc concluſio, verſ. procedit ipſa concluſio* Bened. Ægid. *d. art.* 4. *n.* 6.

8 Quartò amplia in muliere, quæ divortium fecit cum marito, dummodò non ſuâ culpâ diverterit, Carav. *de ritu* 19. *n.* 23. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 406. *n.* 4. Alex. Trentac. *loco proximè citato.*

9 Quintò amplia in fœminis, quæ maritum habent, ſi is ſit eis inutilis, nempè quia eſſet captus ab hoſtibus, exul, vel damnatus ad triremes Regias], Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 3. *tit. de ſentent. proviſ. art.* 3. *gloſſ. ult. col.* Covar. *d. cap.* 7. *num.* 2. *verſ. & in hoc.* Azev. *d. l.* 9. *n.* 10. *tit.* 3. *lib.* 4. *& l.* 1. *n.* 7. *tit.* 3. *lib.* 6. *novæ Recop.* Tiraq. *l.* 6 *connub. num.* 12. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 44. *num.* 67. Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 100. *n.* 18. D. Barboſ. *in d. l.* 1. *ff. ſoluto matrim. p.* 1. *n.* 47. Perez de Lara *de anniverſ. & capellan. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 26. Menoch. *dict. caſu* 66. *num.* 13. *in addit.* Bobadill. *in ſua politica lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 7. Alex. Trentacinq. *d. num.* 16. §. *hæc concluſio, verſ. procedit etiam,* Bernard. Grævæ *d. concl.* 1. *n.* 8. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Privilegium, num.* 12. Thom. Valaſc. *d. alleg.* 65. *n.* 19. Cancer. *d. lib.* 2. *n.* 9. Cur. Philipp. *p.* 1. §. 9. *n.* 13. Muſcatel. *in praxi aurea, gloſſ. competentes, n.* 71. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 666. *n.* 9.

10 Sextò amplia in meretrice, quæ tanquam miſerabilis perſona, licèt ex delicto ſuo, gaudet hoc privilegio. Vincent de Franchis *deciſ.* 233. Franciſc. Viv. *deciſ.* 521. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *d. caſu* 66. *num.* 25. Nov. *in praxi de variat. fori, q.* 7. *num.* 5. Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum, q.* 54. *num* 9.

11 Septimo amplia hujuſmodi privilegium competere, quamvis judicium eſſet cœptum coram judice inferiore, & ſic poſt litem conteſtatam, ita Bellug. *in ſpeculo Prinpilum, rubr.* 23. *verſ. ſed pone, num.* 9. *&* 10. Natt. *conſ.* 590. *num.* 16. *lib.* 3. Anton. Theſaur. *deciſ.* 177. *num.* 6. Franc. Viv. *commun. lib.* 1. *opin.* 368. *n.* 6. Vincent. de Franch. *d. deciſ.* 100. *n.* 21. *in fin.* Azeved. *l.* 8. *n.* 5. *tit.* 5. *lib.* 4. *novæ Recop.* Fulv. Pacian. *conſ.* 84. *num.* 28. Alex. Trentacinq. *d. citat. reſol.* 2. *num.* 7. ubi reſtringit non procedere quando cum ipſa perſo-

12 na privilegiata eſſet admixta alia non privilegita, nam tunc ratione connexitatis cauſæ coram primo judice deberet terminari, Cardoſ. *in praxi judic. verb. privilegium, num.* 14. Gabed. *Luſit. deciſ.* 25. *num.* 4. *p.* 1. Caſtill. *dict. lib* 3. *cap.* 25. *num.* 34. *cum ſeqq.* Cancer.

13 *d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 27. ubi intelligit quando cum iſtis miſerabilibus perſonis lis fuiſſet incepta, ſecus ubi ipſi in lite aliis ſucceſſiſſent, quia tunc non poſſent judicium illud declinare, immò ibi tenerentur ſe defendere: de quo vide Caſtill. *d. cap.* 25. *num.* 50. Alvar. Valaſc. *conſult.* 126. Thom. Valaſc. *d. alleg.* 65. *à n.* 22.

14 Octavò amplia, etiamſi vidua, aut pupillus, ſeu alia miſerabilis perſona velit forum variare, ut puta ſi vidua egit, vel accuſavit coram Capitaneo terræ ſuæ quendam, & proceſſit ad nonnullos actus, & demùm videns quod ſecretè Capitaneus favet parti adverſæ, dicta vidua vadit ad judicem Curiæ, & ibi vult proſequi cauſam, utique poteſt etiam poſt litem conteſtatam, & concluſum in cauſa: ita Caravit. *ritu* 233. *n.* 9. *&* 10. Alex. Trentacinq. *d. reſol.* 2. *num.* 10. ubi limitat poſt concordiam factam inter partes. Et in orphano ſaltem privilegio reſtitutionis in integrum tenet Thom. Valaſc. *d. alleg.* 65. *n.* 57. In tantum quod ſententia lata poſt avocationem eſſet nulla. Garc. Maſtril. *Sicil. deciſ.* 127. *lib.* 2. *& de magiſtr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 160.

15 Nonò amplia, etiamſi miſerabiles perſonæ agant de jure ceſſo, ſive ceſſio ſit ex cauſa neceſſaria, ſive ex cauſa lucrativa, dummodò ſit facta bona fide, & ſine fraude & cum cauſa, ita Carav. *ritu* 228. *in* 3. *not ab. & num.* 14. Alex. Trentacinq. *d. tit. de citation.*

6 *reſol.* 2. *num.* 12. qui id limitant quando cedens eſt privilegiatus, ceſſionarius verò non, Cancer *d. c.* 2. *n.* 29. 17

Decimò amplia, etiamſi iſti habeant cauſam communem cum aliis perſonis non miſerabilibus; nam tunc omnes gaudent privilegio, Marc. Anton Natt. *d. conſ.* 590. *n.* 16. *vol.* 3. Gaſp. Roderic. *de annuis reddit. lib.* 3. *q.* 4. *num.* 43. Caſtill. *d. lib.* 3. *c.* 25 *num.* 29. Alex. Trentacinq. *d. tit. de citationib. reſol.* 2. *num.* 9. Cancer. *d. lib.* 2 *c.* 2. *n.* 28. Thom. Valaſc. *d. alleg.* 65. *num.* 29.

Undecimò amplia procedere tam in prima, quàm 18
in ſecunda, & alia ulteriori inſtantia, ut per Marcheſan. *de commiſſion. p.* 2. *pag.* 310. Stephan. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 565. *a n.* 74.

Duodecimò amplia in vidua, quæ facta invocatio- 19
ne, ſeu expoſita querela tranſivit ad ſecundas nuptias, quia non eſt cauſa remittenda, ſed remanere debet in Curia Principis. Ita Cumia *ſuper ritu* 45. *tom.* 2. Vincent. de Franchis *dec.* 257. *n.* 7. Valaſc. *conſult.* 57. Anton. Theſaur. *d. dec.* 177. *n.* 4. Menoch. *in addit. ad caſ.* 66. *n.* 35. *&* 36. Maſtrill. *Siciliæ dec.* 127. *num.* 12. *& de magiſtratibus lib.* 3. *c.* 4 *n.* 164 Novar. *in praxi elect. & variat. fori, q.* 7. *ſect.* 1. *n.* 4.

Decimotertiò amplia etiam in viduis, & orpha- 20
nis, in divitibus; nam & iſti propter amiſſionem maritorum, ſive parentum reſpectivè dicuntur fortunæ injuriâ miſerabiles, eo quod neuter ſibi poſſit in cauſis opem ferre, vidua propter ſexum, pupillus propter ætatem; hoc enim miſeratione eſt dignum uxores & filios videre maritorum, & patrum ſubſidio orbatos; quæ conſideratio habet locum etiamſi vidua, ſive orphanus ſit dives. Ita Novell. *de dote p.* 9. *privil.* 12. Roland. *conſ.* 79. *vol.* 1. Marc. Anton. Natt. *de conſ.* 690. *à num.* 3. Cov. *pract.* 6. *num.* 2. Gregor. Lopez *l.* 5. *in gloſſ. magna, verbo e ſon eſtos, ante fin.* ibi, *unde etiam in fœmina divite, tit.* 3. *p.* 3. Vincent. de Franchis *d. dec.* 100. *à num.* 16. Vheſaur. *d. dec.* 177. *n.* 3. Menoch. *d. caſu.* 66. *n.* 4. *&* 5. Azeved. *d. l.* 8. *num.* 9. *tit.* 3. *lib.* 4. *novæ Recop.* Fulv. Pacian. *conſ.* 84. *num.* 25. Alexand. Trentacinq. *dict. lib.* 1. *tit. de citat. reſolut.* 2. *num.* 16. Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 1. *conſid.* 1. *num.* 4. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l.* 2. *ff. ſoluto matrim. à n.* 50. *p.* 1. Stephan. Gratian. *d. c.* 182. *num.* 3. Franc. Milanenſ. *dec.* 5. *num.* 2. *lib.* 2. Paul. Fulch. *lit. V. ſing.* 29. Joan. Mar. Novar. *in praxi elect. & variat. fori quæſt* 5. *num.* 3. *& quæſt.* 7. *num.* 1. Thom. Valaſc. *dict. allegat.* 65. *numero* 28. Caſtill. *dict. lib.* 3. *capite* 25. *num.* 25. Mart. *de juriſdict. p.* 2. *cap.* 22. *n.* 6. Muſcatel. *in praxi aurea, gloſſ. competentes num.* 73. Cancer. *d. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum quæſt.* 51. *num.* 35. Bened. Ægid. *d. art.* 4. *ſub num.* 10.

Decimoquartò amplia privilegium hujus text. pro- 21
cedere in cauſis criminalibus, ſicut in Civibus, Caravita *ritu* 230. *n.* 1. *&* 2. Alex. Trentacinq. *d. tit. de citation. reſol.* 2. *n.* 13. Stephan. Gratian. *d. c.* 182. *num.* 5. Caſtill. *d. lib.* 3. *c.* 25. *à n.* 20.

Decimoquintò amplia cùm quis inferioris condi- 22
tionis acturus eſt adverſùs aliquem potentem, cujus ipſe potentiam timet, adeò ut præ ejus potentia coram Ordinario jus ſuum conſequi deſperet, quia & hujuſmodi à jure communi conceditur in dictum ſuum adverſarium apud Curiam Principis vocer, etiam quoad primam cauſæ cognitionem, quæ perhorreſcentia de jure communi probatur juramento dictam perhorreſcentiam, & timorem allegantis. Ita Cancer. *d. lib.* 2. *c.* 2. *à n.* 18.

Limita primò in vidua quæ maritum occidit, ex 23
quo commodum non poteſt percipere, Covar. *dict. c.* 6. *n.* 3. Mexia *in tract. taxa panis concl.* 1. *num.* 10. *ad fin* Azeved. *l.* 9 *num.* 11. *tit.* 3. *lib.* 4. *novæ Recopil.* Thom. Valaſc. *d. alleg.* 65. *n.* 30.

Limita ſecundò in vidua inhoneſta, quia hoc pri- 24
vilegium competit ratione viduitatis, viduam autem

tem quæ ſit inhoneſta, & luxuriosè vivat, viduitatis privilegia à jure communi & municipali conceſſa amittere certum eſt, *l. his ſolis, de revocand. donat.* Ita Cov. *pract. cap. 7. num. 1.* Azeved. *d. l. 9. num. 11. & 12.* Cur. Philip. *p. 1. §. 9. num. 13.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 65. numer. 31.* Cancer. *d. lib. 2. cap. 2. num. 8.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 3. n. 16. prope fin.* junctis traditis per Benedict. Ægid. *de jure & privil. honeſtatis, art. 5. de valuis.*

25 Limita tertiò quando lis eſt ſuper juribus Regalibus, vel pertinentibus ad Regem. Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 5. §. 5.* Afflict. *tom. 1. conſtitut. rubr. 37. num. 33.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 65. num. 32.* ubi *n. 33.* hoc intelligit quando orphani, viduæ & miſerabiles conveniuntur pro illis juribus, non autem quando ipſi volunt convenire adverſarios ſuper juribus Regalibus, quia tunc poterunt vel eligere judices præpoſitos in municipibus ad cognoſcendum de talibus juribus, Menoch. *in addit. ad caſ. 66. ſuper n. 52.* Cancer. *d. lib. 2. c. 2. n. 26. in fine*, ubi quod contra fiſcum non habent miſerabiles perſonæ fori privilegium.

26 Limita quartò quando vidua habet juriſdictionem, quia non poteſt trahere ad Curiam, Ord. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 5. §. 5.* Cov. *pract. c. 7. n. 8. verſ. octavò*, Thom. Valaſc. *d. alleg. 65. n. 34.*

27 Limita quintò quando reus habet plures judices de jure communi, & alium ex privilegio ſibi & actori tributum; ut in miſerabilibus perſonis: nam ille qui eligit forum ſecundùm jus commune, præferetur eligenti forum ſecundùm privilegium, quia fortior eſt cauſa utentis jure communi, quàm ejus, qui elegit forum ſecundùm privilegium. Ita Alex. Trentacinq. *d. tit. de citat. reſol. 2. n. 22.*

28 Limita ſextò quando viduæ, orphani & aliæ miſerabiles perſonæ ſunt Judææ; nam illæ non gaudent privilegio hujus l. Ita Caravit. *ritu 129. in princ.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de citation. reſol. 2. n. 19.* ubi *n. 36.* ſublimitat in Judæis noviter converſis.

29 Limita ſeptimò quando viduæ, orphani, & aliæ miſerabiles perſonæ agunt contra alias ſimiles viduas, ſive orphanos, quia tunc non poſſunt invicem uti hoc privilegio, ſed quilibet ſervabit jus commune, cùm unus non ſit potentior altero. Ita Carav. *ritu 228. n. 3.* Greg. Lop. *d. l. 5. in gloſſ. magna, verſ. ſed quid ſi unus privilegiatus, tit. 3.* Covar. *d. c. 7. num. 4.* Vincent. de Franchis *dec. 188.* Theſaur. *d. dec. 177. n. 9. verſ. limitatur tamen*, Cur. Philip. *p. 2. §. 17. n. 32.* Azeved. *l. 8. num. 7. tit. 3. lib. 4. nova Recop.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de citation. reſol. 2. n. 18.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 25. n. 27.* Cancer. *dict. lib. 2. cap. 2. n. 22. & 23.* ubi dicit ſe credere aliud ſervaturum quando ex hoc perſona privilegiata aliquo incommodo afficeretur. Cabed. *Luſit. dec. 54. n. 12. p. 1.* Thom. Valaſc. *d. all. 65. n. 38.* Benedict. Ægid. *d. tract. de jure, & privileg. honeſt. art. 4. n. 11.*

30 Limita octavò in cauſis parvi valoris, quibus plus expenditur, quàm commodi percipitur, & ideò in al quibus Regnis ſtatuta eſt quantitas, intra quam non datur hoc privilegium trahendi ad Curiam. Vide Cov. *d. cap. 7. n. 2. verſ. ex hoc tamen*, Peguera *in pract. civili, tit. de revocatione cauſarum ad Regiam audientiam, n 3.* Tom. Valaſc. *d. alleg. 65. n. 39.*

31 Limita nonò in cauſis ſpoliis novi depoſiti, & rerum conſignatarum, & ſuper mercede famulorum, ex Ordin. Reg. Luſit. *lib. 3. tit. 12. §. 1. & eod. lib. 3. tit. ad finem principii*, Thom. Valaſc. *dict. alleg. 65. ex num. 40.*

32 *Contra pupillos.* ] Notatur ad hoc, quod pupillus, & orphanus habent privilegium, ut poſſint reos ad Curiam trahere etiam in prima inſtantia, ipſi verò extra proprium domicilium trahi non poſſunt. Ita Caſtill. *d. lib. 3. c. 25. n. 17. in princip.* Dicuntur enim miſerabiles perſonæ, & inter illas connumerantur, ut fori hujuſmodi privilegia habeant, Menoch. *d. caſu 66. n. 3.* Cov. *d. cap. 6. n. 2.* Theſaur. *d. dec. 177. n. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 1061. nu. 2.* Azeved. *d. l. 8. n. 7. tit. 3. lib. 4. nova Recop.* Alexand. Trentacinq. *d. tit. de cit. reſol. 2. n. 30.* Mart. *de juriſd. part. 2. cap. 21 n. 5.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 34. n. 4.*

Appellatione pupilli non propoſito quidam intelligunt illum, qui eſt parte orbatus, & verſatur in annis pupillaris ætatis. Ita Gloſſ. *verbo contra pupillos, in præſenti*, Cov. *pract. c. 6. num. 2.* Menoch. *d. caſu 66. n. 4.* Steph. Gratian. *d. c. 182. n. 1.* Quod in regnis Hiſpaniarum videtur verum, cùm leges Caſtellæ & Luſitaniæ loquantur per verbum *orphanos*, quod verificatur in eo, qui eſt orbatus patre, ut advertunt poſt Azeved. Cabed. *Luſit. dec. 99. n. 12. part. 1.* Thom. Valaſc. *d. alleg. 65. n. 11.* Sed verius eſt hoc caſu jure communi attento pupillum dici qui, vel morte patris, vel emancipatione egreſſus eſt patriam poteſtatem, idque intra annos quatuordecim, cùm adhuc eſt impubes, ut per Natt. *d. conſ. 590. n. 3.* Vincent. de Franchis *d. dec. 100. n. 17.* Caſtill. *lib. 3. c. 25. n. 17.* Cancer. *d. lib. 2. cap. 2. num. 13.* Thom. Valaſc. *de alleg. 65. ex num. 9.* ubi *n. 13.* dicit hoc privilegium competere tutori dato illi qui in utero eſt agenti nomine partus futuri. 33

*Vel diuturno morbo fatigatos*, &c. ] Notatur ad hoc quod ſenes & decrepiti, ac diuturno morbo fatigati & debiles, & cæteri omnes de quibus natura movetur ad miſerandum, gaudent privilegio hujus leg. vide Menoch. *d. caſu 66. n. 13. cum multis ſeqq.* ubi de debili, diuturno morbo, peregrino, cœco, captivo, & mutilato membris, Alex. Trentacinq. *d. tit. de citat. reſol. 2. n. 31.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 25. n. 10.* Mart. *de juriſd. p. 1. cap. 11. n. 5.* 34

*Aliique fortunæ injuriâ miſerabiles.* ] Notatur ad hoc, quod pauperes idem jus habent, quod viduæ, ac pupilli ad utendum privilegio hujus leg. ut poſſint, reos ad Curiam trahere, ipſi verò trahi non poſſunt, ut per Cov. *pract. c. 6. n. 3.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 2. n. 32.* Caſtil. *dict. lib. 3. cap. 25. n. 18.* etiamſi culpa ſua in paupertatem inciderint, ex eod. Cov. *d. cap. 6. n. 2. verſ. ſed ſi quis in paupertatem*, Novar. *in praxi electionis, & variar. fori, q. 16. ſect. 1. n. 4. & ſeq.* Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum, p. 1. q. 54. n. 8.* Ad idque ſummariam per unum teſtem, & etiam parte non citata, ſufficere probationem reſolvunt Caſtill. *dict. cap. 25. num. 18. in med.* Gabr. Alvarez *d. p. 1. q. 5. n. 16.* 35 36

Item mercatores dum ſunt in mercimoniis, & peregrinantur, inter perſonas, quibus competit privilegium hujus leg. connumerantur, ut per Menoch. *d. caſu 66. n. 18.* Alex. Trentacinq. *d. tit. citat. reſol. 2. num. 33.* 37

Eccleſia quoque connumeratur inter perſonas, quibus competit privilegium hujus leg. vocandi quemquam ad Curiam Principis quoad primam cauſarum cognitionem. Ita Afflict. *dec. 257. num. 1.* Theſ. *d. dec. 177. n. 9.* Covar. *pract. c. 7. n. 3.* Carav. *ritu 219.* Azeved. *d. l. 8. n. 8. tit. 3. lib. 4. nova Recop.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de citat. reſol. 2. num. 34. & ſeq.* Marta *de juriſdict. p. 1. c. 21. n. 5. & p. 4. cent. 1. caſu 49. n. 14.* Cabed. *Luſit. dec. 54. n. 9. p. 1.* Cancer. *d. lib. 2. c. 2. n. 15.* ubi id admittit ſi ſit pauper, cùm tunc aliorum pauperum jure fungatur: & *n. 16.* poſt Mich. Ferrer. *p. 1. obſerv. c. 8.* aſſerit ſtatutum eſſe in Catalonia per Regiam pragmaticam, ut omnia Monaſteria, & cæteri Religioſi, ut ſunt Commendatarii, quoad dictum privilegium habeantur pro pauperibus, Caſtill. *d. lib. 3. c. 25. n. 30.* Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum, p. 1. q. 52. n. 33.* ubi poſt Cov. aſſerit in Caſtellæ Regno hoc jam obtinuiſſe, dudúmque receptum, quatuor 38

Mendicantes Ordines, ſancti ſcilicet Franciſci, ſancti Dominici, ſancti Auguſtini & Carmelitarum, Monialiúmve monaſteria omnia cujuſcunque Ordinis, & inſtaturi, ac pauperum hoſpitalia, etiamſi Eccleſiæ hujuſmodi divites ſint, poſſe in prima inſtantia laicum ad Curiam Regis evocare: idem dicit Thom. Valaſc. *d. tom. 1. alleg. 66. n. 6.* & Parens meus *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſitan. lib. 3. tit. 5. §. 3. num. 15.* atteſtatur Senatum Luſitanum id ad ſolos Mendicantes in communi bona non habentes, veluti Franciſcanos, reſtrinxiſſe. Et quoad monaſteria Monialium res expedita eſt, nemóque dubitat ea, licèt magnis facultatibus abundent, habere privilegium trahendi adverſarios ad Curiam, vel eligendi judicem municipii, ad quem de jure pertinuerit cauſarum cognitio in prima inſtantia: reſolvunt Cabed. *Luſit. dec. 54. ferè per tot. p. 1.* Thom. Valaſc. *d. tom. 1. alleg. 66. num. 1. & 2.* ubi *n. 3.* limitat, niſi ea monaſteria habeant juriſdictionem ex donationibus Regiis, Benedict. Ægid. *d. tract. de jure, & privilegio honeſtatis, art. 4. num. 10.*

39 Univerſitati dictum privilegium competit, quia ſub ſe comprehendit viduas, pupillos, aliàſque perſonas miſerabiles, Caravit. *vitu 219. ſub n. 3.* Menoch. *d. caſu 66. n. 23.* Alex. Trentacinq. *d. tit. de citation. reſol. 2. num. 35.*

40 *Miſerabiles.* ] Judicis arbitrio relinquitur, qui tales dicantur, de quo Palat. *in repet. cap. per veſtras, notab. 2. num. 12.* Tiraq. *de pia cauſa, in præfat. p. 5. & ſeq. & in l. ſi unquam, verbo omnia, n. 31.* Bened. Capra *reg. 30. n. 21.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ. tit. de ſent. proviſ. art. 3. gloſſ. ult.* Cov. *pract. cap. 6. n. 3. verſ. relinquendum,* Mich. Craſſ. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 11. n. 7. pag. 399.* Menoch. *conſ. 479. n. 5. & de arbitr. caſu 66. à princ.* Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 3. Ordin. & l. 13. tit. 3. lib. 2. pag. 212.* Azeved. *l. 9. num. 12. tit. 3. lib. 4. novæ Recop.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1061. & 1065.* Nicol. Intrigl. *lit. I, ſing. 16.* Sebaſt. Medic. *in tract. Mors omnia ſolvit, n. 103.* Flamin. Pariſ. *de reſign. benef. lib. 5. q. 6. n. 139.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 3. cap. 14. num. 75.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 2. tit. de citation. reſol. 2. num. 25.* Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 1. conſid. 1. n. 2.* Caſtill. *d. lib. 3. cap. 25. n. 18.* Mart. *de juriſdict. p. 2. cap. 21. n. 5.* Cancer. *var. reſol. lib. 2. c. 2. num. 14.* Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum, p. 1. q. 52. num. 31.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſol. matrim. p. 1. n. 50.* Cabed. *Luſit. dec. 54. n. 8. p. 1.* Thom. Valaſc. *d. tom. 1. alleg. 65. n. 35.*

41 In gloſſ. *Excedere,* ibi, *quid autem ſi hujuſmodi miſeræ perſonæ conſenſerunt,* &c.) Notatur ad hoc, quod privilegio hujus leg. cum ſit conceſſum miſerationis intuitu, renunciari non poteſt, ut per Azeved. *d. l. 9. n. 8. & 12. tit. 3. lib. 4. novæ Recop.* Vincent. de Franch. *deciſ. 192. num. 7.* Mex. *in tract. taxæ panis, concluſ. 5. num. 139.* Marcheſan. *de commiſſ. part. 2. tit. de commiſſ. avocat. cauſarum. §. 2. num. 20.* D. Barboſ. *in l. alia, §. eleganter, num. 50. & in l. quia tale, n. 20. ff. ſolut. matrim. & in l. 1. art. 4. n. 69. & 77. ff. de judic.* Alex. Trentacinq. *de lib. 2. tit. de citation. reſolut. 2. numero 37.* Caſtill. *dict. lib. 3. capite 25. numero 7.* Benedict. Ægid. *in dict. tract. de jure & privilegio honeſtatis, art. 4. num. 12.* Thom. Valaſc. *de tom. 1. alleg. 65. num. 48.* Cancer. *d. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Gabr. Alvarez *d. tract. de privileg. pauperum, quæſt. 47. numer. 10.*

*Ubi de criminibus agi oporteat.*

## TIT. XV.

AGITUR ubi delictum eſt commiſſum, vel ubi reus habet domicilium, vel ubi eſt deprehenſus.

Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. item Chærian. Suarez & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 13.* Donell. *comment. juris civilis lib. 17. c. 16. per tot.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 7. per tot.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde, ff. de jud. in art. de foro delicti.*

## SUMMARIUM.

1 *Rei cauſarum criminalium forum ſortiuntur in altero de tribus locis ſcil. ubi crimen eſt commiſſum, vel cauſa eſt inchoata, vel ubi ſit apprehenſio, & n. 2. Horum fororum differentia quæ, n. 3.*

4 *Forum ratione delicti contrahitur in eo loco ubi delictum eſt commiſſum.*

5 *Remiſſio, an, & quando facienda ad locum delicti, & quæ fieri debeant à judice requiſito ut delinquentem remittat, remiſſivè n. 6.*

7 *Delictum ſi ſit commiſſum in duobus locis, putà in uno inchoatum, in alio autem perfectum, quiſnam iſto caſu ſit judex competens, & utrùm qui inchoat delictum in hoc territorio, & illum conſumat in alio, incurrat excommunicationem latam per ſtatutum hujus territorii.*

9 *Index domicilii delinquentis, vel originis, ſi cœpit cognoſcere de delicto per ſubditum alibi commiſſo, tunc non tenebitur remittere ad forum delicti niſi ſit res integra.*

10 *Vagabundus puniri ubique poteſt ex delicto ubicunque commiſſo.*

11 *Vagabundus quis ſit.*

12 *Index requiſitus pro remiſſione delinquentis an debeat cognoſcere, quod deliquerit antequam remittat.*

## L. Quæſtiones. I.

*Impp.* SEVERUS, & ANTONINUS AA. *Laurinæ.*

REi cauſaru mcriminalium forum ſortiuntur in altero de tribus locis, ſcilicet ubi crimen eſt commiſſum, vel cauſa eſt inchoata, vel ubi ſit apprehenſio. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſt. Angel. Fulgoſ. Sebaſt. Næv. Aloyſ. Leo *fol. 59.* Petr. Gilchen. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *lex Hiſpan. 15. tit. 1. p. 7. ubi gloſſ. 5.* Covar. *pract. c. 11. n. 6.* Decian. *tract. crim. lib. 4. c. 16. n. 1.* Donell. *comment. juris civilis lib. 17. c. 15. col. 1.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde, in art. de foro delicti, ff. de jud. n. 1. cum multis ſeqq.* ubi *n. 9.* ait quod pro delicto poteſt quis accuſari in loco delicti commiſſi, item & in loco domicilii, & propterea in loco propriæ originis & paternæ, ſi ibi invenitur: & *n. 10.* quod inter hos foros ea exiſtit differentia, quod in loco delicti, vel originis propriæ, aut paternæ, non poteſt accuſari niſi reperiatur, in foro autem domicilii poteſt accuſari, etſi ibi non inveniatur, latè Farin. *in praxi crim. p. 1. quæſt. 7.* 2 3

*q.7. à n.1.* ubi dicit delinquentem tribus modis ſupponi juriſdictioni judicis inquirentis, primò ratione loci delicti, ſecundò ratione originis, tertiò ratione loci domicilii. Et *num.5.* tenet quod ratione converſationis decennalis in aliqua civitate poteſt quis à judice illius civitatis puniri de delictis commiſſis alibi tempore quo converſatus fuit in illo loco, quamvis illi judicii non ſit ſubjectus ratione delicti, originis, ſeu domicilii. Et *num.7.* limitat in fure, qui ſi in loco reperiatur cum re furata, poteſt ratione contrectationis rei furatæ ibidem puniri, licèt illi foro non ſit ſubditus, & *n.8. cum ſeqq.* limitat quoque in raptore, aſſaſſino, & publico latrone, ac ſtratarum diſrobatore.

4 *Ubi commiſſa.* ] Ergo ratione delicti forum contrahitur in eo loco ubi delictum commiſſum fuit, de quo vide Doctores *in auth. quæ in provincia, infr. hoc eod. tit.* Et an, & quando ad locum delicti ſit faciendа remiſſio, vide D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde*

5 *in art. de foro delicti, ex n.66.* ubi *à n.103.* remiſſionem eſſe faciendam ait in delictis gravibus, & pro quibus venit imponenda pœna corporalis, ſecus verò in delictis gravioribus. Et *à n.107.* tenet, quod ſi judex domicilii delinquentis, vel originis cœpit cognoſcere de delicto per viam accuſationis, non tenebitur facere remiſſionem ad locum delicti, cum declara-

6 tionibus *ibid.* adductis *n.115. cum ſeqq.* Cald. Pereira *poſt quæſt. forenſ. conſ.23. n.5.* Et quæ teneatur judex requiſitus priùs videre & examinare, ut delinquentem remittat, vide Farinac. *d. q.7. à n.34.*

7 *Vel inchoata ſunt.* ] Quæſtio eſt controverſa, utrùm ſi delictum commiſſum ſit in duobus locis, in uno putà inchoatum, in alio autem perfectum, & conſummatum, quiſnam erit iſto caſu competens judex, an ſcilicet judex loci ubi inchoatum eſt delictum, an verò ubi finitum? vide Hippol. *in tract. crim. §. ulterius, n. 1. cum ſeqq. & ſing. 225. incip. In delictis*, Azeved. *l.1. n.71. tit.16. lib.8. novæ Recop.* Abb. *in c. fin. n.25.* ubi Felin. *n.13. de foro comp.* Boſſ. *in pract. eod. tit. de foro compet. à n.59. & à n.109.* Clar. *§. fin. q.38. verſ. item pone, & verſ. item quæro*, Plaza *in epit. delict. lib.1. c.15. n.16.* Farin. *d. p.1. q.7. n.44. cum multis ſeqq.*

8 Utrùm etiam qui inchoat delictum in hoc territorio, & illud conſummat in alio, incurrat excommunicationem latam per ſtatutum hujus territorii, vide Ugolin. *de cenſur. tab.1. cap.9. §.3.* Soar. *tom.5. etiam de cenſur. diſp.5. ſect.5. n.9.* Azor. *inſtit. moral. p.1. lib.5. cap.25. q.2.*

*Vel ubi reperiuntur, vi ei eſſe*, &c. Vide eleganter Donell. *comment juris civilis lib. 17. cap. 16. col. 3. verſ. alterum, prope fin.*

9 *Perfici debere*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi judex domicilii delinquentis, vel originis cœpit cognoſcere de delicto per ſubditum alibi commiſſo, tunc non tenebitur remittere ad forum delicti, niſi ſit res integra, ut per Gig. *conſ.108. n.6. &* 11. Vinc. de Franchis *dec.31. p.1.* D. Barboſ. *d. art. de foro delicti, ex n.107.*

10 In Gloſſ. *Reperiuntur*, ibi, *vel dic quod loquitur ibi de vagabundis, ut illi ubilibet poſſint conveniri*, &c. Notatur ad hoc, quod vagabundus poteſt ubique puniri de delicto ubicunque commiſſo, de quo vide Abb. *in cap. ult. num.13. de foro compet.* ubi Marian. *n.57.* Boſſ. *ſub eod. tit. n.79.* Tiraq. *de retract. lig. § 9. gloſſ. 2. n.34.* Duen. *reg.378. limit.4.* Clar. *in §. fin. q.39. verſ. cæterùm*, Govar. *pract. cap.11. n.7.* Dec. *tract. crim. lib.4. cap.3. à n.3.* Azeved. *ad l.1. n.3. tit.11. lib.8. & l.1. n.33. cum ſeqq. tit.16. eod. lib.8. novæ Recop.* Morl. *in emporio juris, p.1. tit.2. q.20. n.15. verſ. quintus caſus*, D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde,*

11 *ff. de judic. in art. de foro delicti, n.* 149. latè Farin. *conſ.64. n.3. & ibi addit. lit. B, & in praxi crim. p.1. q.7. n.13. cum multis ſeqq.* ubi *n.15.* quoad hoc propoſitum vagabundum dicit illum, qui per mundum vagatur, nec certum habet domicilium.

12 In Gloſſ. *commiſſa*, ibi, *verùm primò cognoſcet judex*, &c. An judex requiſitus pro remiſſione delinquentis debeat cognocere an deliquerit, antequam remittat, vide Duen. *reg 378. ampl. 2.* Socin. *reg.415.* Pena *in direct. Inquiſitor. p.3. commento 33. verſ. his ita*, Clar. *lib. 5. §. fin. quæſt. 38. num. 19.* Perez *ad lib. 8. Ord. pag.335.* Azeved. *ad l. 1. tit. 16. lib. 8. novæ Recop.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Super plagii crimine cognoſcit judex conventi, & num. 2.*

3 *Plagium quibus modis committatur, remiſſivè.*

4 *Delinquens tunc accuſari poteſt in loco propria originis, vel paternæ, ſi pars læſa velit in tali loco eum accuſare.*

5 *Judex domicilii, ſeu originis an cognoſcere poſſit de delicto commiſſo per ſuum ſubditum extra ſuum territorium, an verò teneatur illum remittere ad judicem loci, remiſſivè.*

6 *Citandus non habens aliquam habitationem propriam, poteſt citari in eo hoſpitio, in quo conſuevit frequentiùs converſari.*

7 *Scholaris frequentiùs converſari debet in ſcholis.*

## L. Sciens. II.

*Impp.* Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Niceæ.*

SUper crimine plagii cognoſcit judex conventi. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Donell. *comment. juris civilis lib.17. cap. 56. col. 2. verſ. hucuſque.* Thoming *deciſ.5.* Plagii crimen quibus modis committatur, vide Bonifac. de Vitalin. *in rub. de pœna plagiarii, ex num.1.* Didac. Cantera *in quæſt. criminal. cap.8. rubr. de furtis, num.13.* Menoch. *de arbitr. caſu 536. per tot.* Farin. *in praxi crim. q.166. num.45. cum ſeqq.* 2

*Ab eo itaque*, &c. ] Notatur ad hoc, quod tunc delinquens accuſari poteſt in loco propriæ originis, vel paternæ, ſi pars læſa velit in tali loco eum accuſare, ut per D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde, ff. de judic. in art. de foro delicti, n.26.* & de iſta quæſtione, an judex domicilii, ſeu originis cognoſcere poſſit de delicto per ſuum ſubditum commiſſo extra ſuum territorium, an verò teneatur illum ad judicem loci delicti remittere, latè tractat Farinac. *in praxi crim. part.1. q.7. n.19. cum ſeqq.* & *à n.26.* diſputat an abſolutus, condemnatus, ſeu aggratiatus in loco delicti, poſſit iterum inquiri, & moleſtari in loco originis, vel è contra. 4 5

*Ibi degit*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi is, qui citari debet, non habet aliquam habitationem propriam, tunc poſſet citari in eo hoſpitio, in quo frequentiùs conſervari conſuevit, ut per Tiraquel. *de retractu lign. §.9. gloſſ.2. n.32.* 6

In Gloſſ. *Degit*, ibi, *ut ſcholaris inſcholis*, &c. ] Debet enim ſcholaris frequentiùs inſcholis converſari, Barthol. Bolognet. *in repet. auth. habita, ne fil. ius pro parte, n.320.* 7

## SUMMARIUM.

1 *Delicti, possessionis, proprietatis & hypothecæ ratione quis forum sortitur.*

2 *Partibus litigantibus in provincia præsentibus, controversia apud judicem, ac Provinciæ Præsidem terminari debet.*

3 *Domino domûs absente à domo, quid iniquè sentiens, aut delinquentem, vel curatorem domus convenit, & domino absente in res præsentes fit condemnatio, n.4.*

5 *Ob damnum ratione bonorum conventus dominus ac curator, si non respondeant ad præconis vocationem condemnatio nihilominus procedit.*

6 *Contumacia conventi pro præsentia ejusdem habetur.*

7 *Reus comparens actore absente, nec etiam prosequente, absolvendus est cum adjudicatione damnorum.*

8 *Aliqui rei ex forma pragmaticæ ad principales comitatus sunt remittendi.*

9 *Inducia in delictorum cognitionibus partibus ad novem menses extendi ac prorogari possunt.*

10 *Ratione delicti forum contrahitur eo loco, quo delictum commissum est. Amplia in illo qui dum existeret in aliena civitate, vel Episcopatu, violavit statutum illius, num.11. Etiamsi in confinibus duorum territoriorum factum sit delictum, numero 12.*

13 *Delictum commissum in mari adjacente territorio suo, poterit judex illius territorii punire, etiamsi actus cœptus in uno territorio, fuisset consummatus in alio, num.14. Resolve ut n.15.*

16 *Mandatum quando de per se, non sequuto effectu est punibile, vel non tractatur de puniendo mandantem pœna, qua puniendus est mandatarius, qui exequutus est, sed extraordinaria, tunc in utro que mandans puniri poterit. Limita in fure si in loco reperiatur cum re furata, potest ratione contrectationis rei furatæ ibidem puniri, licèt illi foro non sit subditus, nec ratione delicti, nec ratione domicilii, num. 17. In raptore, qui ubique puniri potest, num.18. In hæretico, qui ab Inquisitoribus, justè potest, puniri in quocumque loco, in quo ab eisdem fuerit repertus, quatenus nihil impium ibi fecerit, n.19. In bannitis, n.20.*

21 *Clausula* Non obstantibus quibuscunque privilegiis, *remissivè*

22 *Revocatio omnium privilegiorum non intelligitur resecare inserta in corpore juris.*

23 *Privilegia clausa in corpore juris non sunt privilegia, sed jus commune.*

### Aut. Quia in provincia.

1 RAtione delicti, possessionis, proprietatis, & hypo-
2 thecæ quis sortitur forum, *in princ.* Partibus li-
3 tigantibus in provincia præsentibus, controversia
apud judicem, ac provinciæ Præsidem terminari de-
4 bet, *in vers. Si ergo amba.* Domino domus absente
5 ex domo quid iniquè sentiens, aut delinquentem, vel
curatorem domus convenit. Et domino absente in res
6 præsentes fit condemnatio, *in vers. Eo autem.* Ob
7 damnum ratione bonorum conventus dominus ac
curator, si non respondeant ad præconis vocationem, condemnatio nihilominùs procedit. Contumacia conventi pro præsentia ejusdem habetur, *in vers.*
8 *Sed si.* Reus comparens actore absente, nec actionem prosequente, absolvendus est cum adjudicatione damnorum, *in vers. Quod si desit.* Aliqui rei ex forma pragmaticæ ad principales comitatus sunt remittendi, *in vers. Excipitur.* Inducia in delictorum cognitionibus partibus ad novem menses extendi ac prorogari possunt, *in vers. Induciarium verò.* Colligunt ex 9
Ordin. Doctores citati. *ad l.1.num.1. sup. hoc tit.*

*Qua in provincia quis deliquit*, &c. ] Notatur ad 10
hoc, quod ratione delicti forum contrahitur eo loco, quo delictum commissum est, ut per Boss. *sub tit. de foro comp. n.46.* Afflict. *lib.1.const.rub.41.n.12.* Duen. *reg.378.* Clar. *in pract. §. fin. q. 38. 39. & 85.* Greg. Lopez *ad l.1. gloss. ult. tit.29. p.7.* Covar. *pract.c.11. n.3.* Aviles *ad c. 27. Prætorum*, Perez *ad l. 1. tit.16. lib.8. Ordinam.* Donell. *comment. juris civilis lib. 17. c.16. col.2.* Farin. *in praxi crimin. p.1. q.7. à principio* Morl. *in emporio juris civilis, p.1. tit.2. q. 20. n.10. v. sed vera*, Christoph. de Paz *in schol. ad leges styli, l.9. à princip.* Cald. Pereira *post qq. forens. cons.23. num.3.* D. Barbos. *in l. hæres absens, §. proinde, ff. de judic. in art. de foro delicti*, Azeved. *l.1. n.62. cum multis seqq. tit.16.lib.8. novæ recop.*

Amplia primò in illo qui dum existeret in aliena 11
civitate, vel Episcopatu, violavit statutum illius, qui ratione hujus delicti subjicitur judicio ordinario illius diœcesis, & incurrit pœnas latas contra transgressores, sive illæ sint spirituales, sive temporales. Ita Abb. *in cap. à nobis, num.7. & in cap. ult. num.39. de foro compet.* Covar. *in cap. alma mater. p.1. §.10.* Jacob. de Graff. *in aureis decis. p.1. lib.4. c.8. n.39.* Ugolin. *de censur. tab.1. c.9. §.2.* Azor. *instit. moral. lib.5. c.25. quæst.3.*

Ampli- secundò ut procedat etiamsi in confinibus 12
duorum territoriorum factum sit delictum, nam si ignoratur cui territorio locus sit applicandus, ambo judices illorum territoriorum de rigore poterunt cognoscere, ut per Bos. *in pract. tit. de for. comp. n.60.* Gregor. Lop. *l.15. verbo dolo, tit.1. p.7.* Clar. *in pract. §. fin. q. 38. vers. præterea quæro*, Tiraq. *de primog. q.17. opin.4. num.16.* Crass. *commun. tom.2. lib.1. c.5. q.9.* Azeved. *d. l.1. num.79. tit.16. lib.8. novæ Recop.* Farin. *d. q.7. num.51.*

Amplia tertiò, quod etiam delictum commissum 13
in mari adjacente territorio suo, poterit judex illius territorii punire, quia mare, seu particula maris dicitur esse de territorio illius civitatis, vel loci, cui magis appropinquat. Ita Gregor. Lop. *l.2. verbo, oviere, tit.9. part.5.* Rebuff. *in commentar. ad l.59. ff. de verb. sign. pag.303.* Hieron. de Monte *in tract. finium regund. c.7. num.9. cum seqq.* Azeved. *ad d. l.1. n.102. tit.102. tit. 16. lib.8. novæ Recop.* Vincent. de Franchis *decis.142. n.6.* Cald. Pereira *post quæst. forens. cons. 23. n.7.*

Amplia quartò, etiamsi actus cœptus in uno terri- 14
torio fuisset consummatus in alio, nam si delictum erit divisibile, poterit in utroque loco puniri; licèt enim propter actus successivi continuationem unicum reputetur delictum, utroque tamen loco commissum videtur, & utrique judici facta fuit injuria, ut per Felin. *in cap. fin. num.13. de foro comp.* Hippol. *in leg. unic. num.150. de raptu virginum.* Azeved. *d. l.1. n.81. tit. 16. lib.8. novæ Recop.* Farin. *d. q.7. ex n.44.* ubi *n.46.* resolvit, quod contra illum, qui existens in 15
uno territorio emissa sagitta, seu scloppo aliquem in alio territorio occidit, uterque judex procedere potest.

Unde quoad mandantem quando mandatum de 16
per se non sequuto effectu est punibile, vel quando non tractatur de puniendo mandantem pœna, qua puniendus est mandatarius, qui exequutus est sed extraordinaria, tunc in utroque loco puniri potèrit, de quo vide Duen. *reg.378. in 3. ampl.* Plaz. *in epit. delictor. lib.1. c.15. n.16. & 17.* latè Azeved. *d. l.1. num.71.* 17
*cum seqq. tit.16. lib.8. novæ Recop.* Farin. *d. q.7. ex n.47.*

Limita in fure, qui si in loco reperiatur cum re furata, potest ratione contrectationis rei furatæ ibi-

dem

dem puniri, licèt illi foro non ſit ſubditus ratione delicti, nec ratione originis, nec ratione domicilii, Duen. *reg.* 378. *limit.* 5. Viv. *comment. lib.* 1. *verbo judex domicilii, in fine. n.* 11. Ludov. Peguera *dec. crim.* 28. P. Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 696. *n.* 3. Farin. *d. q.* 7. *num.* 7.

18 Limita ſecundò in raptore, qui ubique puniri poteſt, Socin *reg.* 87. *fallent.* 3. Duen. *reg.* 378. *limit.* 6. Farin. *d. q.* 7. *n.* 8.

19 Limita tertiò in hæretico, qui ab Inquiſitoribus juſtè poteſt puniri in quocunque loco in quo ab eiſdem fuerit repetus, quamvis ibi nihil impium fecerit, Duen. *reg.* 378. *lim.* 7. Socin. *reg.* 87. *fallent.* 1. Simanch. *de cathol. inſt. cap.* 2. Villadieg. *de hæret. q.* 8. *ad fin.* Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 20. *n.* 15. *verſ. ſextus caſus*, Farin. *d. q.* 7. *n.* 17.

20 Limita quartò in bannitis, ut per Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 3. *in fine*, Clar. *in §. fin. q.* 39. *verſ. fui interrogatus*, Soar. *commun. opin. verbo banniti, n.* 5. Farin. *d. q.* 7. *n.* 16.

21 *Omni privilegio ceſſante.* ] De clauſula, *non obſtantibus quibuſcunque privilegiariis*, &c. Vide notata *in tractat. de clauſulis uſufreq. clauſ.* 83. *per tot.*

22 In Gloſſ. *Illic omni privilegio*, ibi, *ſed non indulta per legem redactam in corpore juris.* Notatur ad hoc, quod revocari omnium privilegiorum non intelligitur revocare inſerta in corpore juris, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 40. *n.* 13. D. Barboſ. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 12. *ff. ſoluto matrim. & in l.* 2. *§. legatis, n.* 116. *ff. de*
23 *judic.* & citatos per me *d. clauſ.* 83. *n.* 1. ex ea ratione quia privilegia clauſula in corpore juris non ſunt privilegia, ſed jus commune, & faciliùs tolluntur ea, quæ jure ſpeciali, quàm quæ jure communi valent, ut *ibidem* adnotavi *n.* 5. *&* 6.

*Ubi de poſſeſſione agi oporteat.*

## TIT. VVI.

POSTULATUR momentaria poſſeſſio ubi res ſita eſt, vel ubi vis facta.

Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Menoch. *remed. retinend. num.* 316. *cum ſeqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Vis ubi facta, & ubi adeſt poſſeſſio, ibi judicium de poſſeſſione intentari, & exerceri poteſt, & num.* 2.

3 *Judex competens manutentionis eſt ille, in cujus territorio eſt, vel turbatio contingis, ſeu fieri dubitatur etiam quando poſſeſſio ſita eſt in confinio duorum territorium, atque diœceſum, n.* 4.

5 *Spoliator conveniendus eſt coram ſuo judice laico, vel Eccleſiaſtica reſpectivè; poteſt etiam conveniri coram judice ordinario competenti illius loci, ubi commiſſum eſt ſpolium.*

6 *Laicus an ſit competens judex cùm in poſſeſſione rei beneficiariæ Eccleſiæ, atque ita ſpiritualis vis facta eſt.*

7 *In remedio recuperandæ quis ſit judex competens, remiſſivè.*

8 *Executio delicti quando ſe habet ad inchoationem per modum continuationis, tunc attenditur inchaotio.*

L. Vbi autem vis. Vnic.

*Impp.* VALENT. *&* VALENS AA. *ad Feſtum Proconſ. Africæ.*

VBi facta eſt vis, & ubi adeſt poſſeſſio, ibi judi- 1
cium de poſſeſſione intentari & exerceri poteſt. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Angel. Alberic. Fulgoſ. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt Tiraq. *de retract. lig.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 10. Donel. *comment. juris lib.* 17. *cap.* 17. *col.* 3. noviſſimè Ludov. Poſt. *in tract. mandati de manutenendo, obſerv.* 6. *num.* 30. ubi quod judex competens manutentio- 3
nis eſt ille, in cujus territorio res eſt, vel turbatio contingit, ſeu fieri dubitatur, Menoch. *remed.* 3. *retinend. à num.* 316. ubi reſolvit in judicio poſſeſſorio retinendæ cùm de poſſeſſione rei prophanæ contenditur, illum eſſe judicem in cujus territorio res ſita eſt, vel illum in cujus territorio vis turbativa facta eſt: Et *num.* 321. extendit procedere etiam 4
quando poſſeſſio ſita eſt in confinio duorum territoriorum, vel vis in itinere illata, fuiſſet illata in confinio duorum territorium, atque diœceſum; nam & tunc utriuſque territorii judex adiri poterit. Guttier. *canon. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 5. ubi quod ſpoliator conveniendus eſt coram ſuo judice laico, vel Eccleſiaſtico reſpectivè, & etiam poteſt conveniri coram judice ordinario competenti illius loci, ubi commiſſum ſpolium eſt, id probans ex Menoch. quoniam ratione rei, & ob commiſſum violentiam duæ actiones moveri poſſunt, realis, & perſonalis, ut ſuam unuſquiſque judex tueatur juriſdictionem. D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. proinde, in art. de foro ratione rei ſitæ, n.* 10. *ff. de judic.* ubi quod propter vim, vel tur- 5
bationem factam circa poſſeſſionem rei convenietur turbator in loco quo res erat, quia occaſione rei agitur.

Utrum autem laicus competens judex ſit cùm in 6
poſſeſſione rei beneficiariæ Eccleſiæ, atque ita ſpiritualis vis facta eſt, quæſtio eſt dubia, & pro utraque parte Doctores & fundamenta plura adduxi *in tract. de jure Eccleſiaſt. univerſo, lib.* 1. *c.* 39. § 2. *à n.* 160. *uſque ad* 179.

Et quis competens judex ſit in remedio recupe- 7
randæ poſſeſſionis, vide Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 203. *cum ſeqq.*

In Gloſſ. *Vbi aut, unic.* ibi, *nam non poteſt alibi fieri* 8
*vis.* &c. Notatur adhoc, quod quando executio delicti habet ſe ad inchoationem per modum continuationis, tunc attenditur inchoatio, ut per Ant. de Matthæis *de prorogat. juriſd. n.* 72. *verſ. ſed ubi*, Clar. §. *fin. q.* 38. *n.* 9. D. Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. *apud Labeonem, n.* 28. *ff. de judic.* ubi *n.* 29. aſſerit in his terminis procedere traditionem hujus gloſſæ.

*Vbi fidei commiſſum peti oporteat.*

## TIT. XVII.

FIDEICOMMISSUM ibi petitur, ubi eſt hæreditas, *l. unic. hoc tit.*

Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. item Zoanett. *rerum quotidian. cap.* 15. Peregr. *de fideicomm. art.* 53. *à princ.* Donell. *comm. juris civilis lib.* 17. *c.* 15. ubi Oſuald.

## L. Fide commiſſum Unic.

*Impp.* SEVERUS, *&* ANTONINUS AA. *Demetrio.*

1 FIdei commiſſum petendum eſt in foro hæreditatis relictæ. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Angel. Alber. Fulgoſ. Sebaſtian. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Anton Gom. *var. tom. 1. cap. 12. n. 84. per tot.* Hottoman. *lib. 3. obſerv. 7.* ubi accipit hanc l. de fideicommiſſo univerſali, quod ſolùm loco hæreditatis peti debere ſentit, reliquas verò leges de particulari, refert Oſuald. *in Donel. enuncleat. lib. 17. cap. 15. lit. B. in fine*, Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 195. verſ. ultimò dicendum*, D. Barboſ. *in l. hæres abſens, in princ. num. 39. cum ſeqq. ff. de judic.* Peregrin. *de fideicomm. art. 55. num. 1.* ubi quærens quo loco fideicommiſſa petenda ſint, reſolvit quod ſi fideicommiſſarius perſonali ex teſtamento agat adversùs hæredem gravatum, vel hæredem hæredis, in duobus locis illum convenire poteſt, ſcilicet in loco domicilii ipſius hæredis, & in loco ubi major pars hæreditatis reperitur: ſi verò reali agat adversùs hæredem, aut tertium poſſeſſorem, ſimiliter in duobus locis forus eſt, ſcilicet in loco domicilii poſſeſſoris, & in loco ubi res eſt. Zoanet. *rerum quotid. cap. 15.* ubi ait ita demum in loco majoris partis hæreditatis conveniri hæredem, ſi & ibi reperiatur.

*Ubi conveniatur qui certo loco dare promiſit.*

## TIT. XVIII.

QUo loco dare debuit, eo ſimpliciter; alibi verò, facta mentione loci, conveniri poteſt, §. *ſi quis agens, Inſt. de act.* Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. item Villalob. Viv. & alios *tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 14.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tom. 1. tit. 138. pag. 258.*

### SUMMARIUM.

1 *Solutio ſi in certum locum eſt collata, & alibi agitur, actio eſt arbitraria ratione loci, & in talem actionem venit intereſſe pro judicis arbitrio.*

2 *Si contractum ſit in certo loco, & in alium deſtinetur ſolutio, non ſortitur promiſſor forum in loco contractûs, nec in illo conveniri poteſt, etiamſi in eo reperiatur.*

3 *Debitor non ſolvens in loco deſtinato ſolutioni, contra eum ceſſantem ſolvere, poterit agi veluti contra contumacem, & doloſum ad intereſſe, quod ſolo juramento creditoris probatur.*

4 *Actioni arbitrariæ in qua venit intereſſe, tunc locus eſt quando exprimitur certus locus, in quo debet fieri ſolutio.*

## L. Qui certo loco. Unic.

*Imp.* ALEXANDER A. *Heraclidæ.*

SI ſolutio in certum locum eſt collata, & alibi agitur, actio eſt arbitraria ratione loci, & in talem actionem venit intereſſe pro judicis arbitrio. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Angel. Alber. Fulgoſ. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.* 1

Adverte, quod ſi contractum ſit in certo loco, & in alium deſtinetur ſolutio, non ſortietur promiſſor forum in loco contractûs, nec in illo conveniri poterit, etiamſi in eo reperiatur: ita Bald. *conſ.* 216. Petr. Gregor. *in cap. 1. num. 92. de ſponſal.* Anton. de Matth. *de prorogat. juriſdictionis, num. 64.* Bapt. Bov. *in tract. de ſtatutaria urbis præſcript. gloſſ. 19. a n. 153.* Villalob. *tom. 2. commun. opin. lib. 3. tit. 14. n. 1.* ubi Vezin. *num. 5.* tenet quod debitor non ſolvens in loco deſtinato ſolutioni, contra eum ceſſantem ſolvere poterit agi veluti contra contumacem, & doloſum ad intereſſe, quod ſolo juramento creditoris probabitur, latè D. Barboſ. *in l. hæres abſens*, §. *proinde, in princ. num. 57. ff. de judic.* ubi *n. 58.* hanc concluſionem veram dicit quando quæſtio eſt in quo loco contrahens forum ſortiatur; nam tunc verum eſt, quod eum ſortitur, non in loco in quo verba contractûs fuerunt prolata, ſed potiùs in loco in quem fuit collata ſolutio, ſed quoad omnes alios effectus attendetur potiùs locus in quo verba contractûs fuerunt prolata, quàm locus in quem collata fuerit ſolutio. Idem D. Barboſ. *in d. l. hæres abſens*, §. *fin. a num. 5.* 2 3

*Arbitraria actione*, &c. ] Advertit idem D. Barb. *in d. l. hæres abſens*, §. *fin. num. 28.* quod actioni arbitrariæ in qua venit intereſſe, tunc locus eſt, quando exprimitur certus locus, in quo debeat fieri ſolutio; nam ſi quis ſimpliciter contrahat in certo loco, & cogitur in alio ſolvere, non eſt locus arbitrariæ, & conſequenter non habebitur ratio intereſſe, quia quando contrahitur in certo loco, & non exprimitur, quod in eo fiat ſolutio, tacitè videtur permiſſum ut ſolvat in quocumque loco congruo, in quo reperiatur: de quo vide Magon. *Lucenſi dec. 78. num. 17.* Rot. Genuenſ. 4

*Ubi in rem actio exerceri debeat.*

## TIT. XIX.

EXercenda ubi res eſt, vel ubi reus domicilium habet.

Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. Item Turzan. Kirchov. Bonacoſ. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 15.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tom. 1. tit. 136. pag. 258.*

### SUMMARIUM.

1 *Actio in rem datur contra poſſidentem, & ob perſonam actoris non fit mutatio judicis.*

2 *Verus poſſeſſor quando ſe offert liti, tunc rei vendicatio ceſſat contra detentorem.*

3 *Verus poſſeſſor ſe offerens liti tenetur cauſam proſequi coram judice ubi prius fuit cœpta, quando comparet pro defenſione utilis dominii nominantis*

*tis eum, ſecus ſi pro defenſione ſui directi dominii.*

4 *Venditor, ſeu author laudatus veniens ad emptorem, ſeu nominantem defendendum, forum, ſeu judicium laudantis, aut nominantis ſubire tenetur, nec judicem declinare poteſt, quamvis alterius fori ſit, & juriſdictionis.*

5 *Venditor tenetur jure ſua deducere coram judice coram quo fuit emptor primo loco citatus.*

6 *Clericus, cui lis eſt denuntiata, ut emptorem laicum defendat, an teneatur id facere coram ſæculari, an verò trahere poſſit cauſam ad forum Eccleſiaſticum, remiſſivè.*

7 *Clericus hæres laici an cœpta jam lite cum defuncto ligetur inſtantia, teneaturque coram ſeculari judice ſubire judicium, & proſequi, remiſſivè.*

## L. In rem actio. I.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Pancratio.*

1 ACtio in rem datur contra poſſidentem, & ob perſonam actoris non fit mutatio judicis. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtrenſ. Angel. Alberic. Fulgoſ. Sebaſt. Næv. Aloyſ. Leo *fol. 59. verſo*, remeſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Notatur ad hoc, quod quando verus poſſeſſor ſe offert liti, unc rei vendicatio ceſſat contra detentorem, ex *l. Hiſpan. 29. tit. 2. part. 3.* Soar. de Paz *in practica tom. 3. cap. 1. §. 3. num. 13.* ubi *n. 14. poſt. l.* 3 *Hiſpan. 57. tit. 6. part. 1.* & Cov. *practic. cap. 8. num. 2.* ſubdit quod verus poſſeſſor ſe offerens liti, tenetur cauſam proſequi coram judice ubi priùs fuit cœpta, quando comparet pro defenſione utilis dominii nominantis, eum, proſecus ſi defenſione ſui directi dominii.

Notatur etiam ad hoc, quod venditor, ſeu author 4 laudatus veniens, ad empotorem, ſeu nominantem defendendum, ſeu forum, judicium laudantis, aut nominantis ſubire tenetur, nec judicium declinare poteſt, quamvis alterius fori, & juriſdictionis ſit, ut per Gregor. Lopez *l. 33. lit. H, tit. 5. p. 5.* Decian. *reſp. 118.* 5 *num. 5. vol. 3.* ubi ait, quod venditor tenetur jura ſua deducere coram judice coram quo fuit emptor primo loco citatus: & *num. 26.* dicit hunc textum loqui quando quis agebat contra eum, qui verè poſſidebat cùm eſſet empter, in quem tranſlatum erat & dominium, & poſſeſſio, ſecùs ſi tranſlata eſſet ſimplex detentatio. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 51. à num 82.*

Utrùm Clericus, cui lis eſt denuntiata, ut emptorem laicum defendat, teneatur id facere coram ſeculari, an verò trahere poſſit cauſam ad forum Eccleſiaſticum, quæſtio eſt dubia, quam ad partes diſputavi *in meo Tract. de jure Eccleſ. univerſo, lib. 1. c. 39. §. 2. n. 115. cum ſeqq.*

Utrùm etiam Clericus hæres laici cœpta jam lite 7 cum defuncto ligetur inſtantia, teneatúrque coram ſæculari judice ſubire judicium & proſequi, diſputavi ſimiliter *eodem c. 39. §. 2. à n. 100. uſque ad n. 104.* & ideo ad ibi tradita & citatos Doctores remitto lectorem ne dicta repetamus.

---

## SUMMARIUM.

1 *Poſſidens alterius nomine poteſt dominum in judicio palàm facere.*

2 *Poſſidens alieno nomine, ſi conventus verùm dominum non nominat intra datæ dilationis tempus, & dominus ſi denuntiatione prævia non comparet, lis pro conteſtata habetur quoad præſcriptionis interruptionem.*

3 *Colonus nominans quem in dominum, ſtatim ipſe venit abſolvendus ab obſervatione judicii.*

4 *Nominatio domini quando fieri debeat in judicio, quid operetur, & in quo differat à laudatione authoris, an habeat locum in poſſeſſorio, & in rebus mobilibus, & incorporalibus, remiſſivè.*

5 *Dies ad comparendum apponendus in citatione.*

6 *Terminus in citatione debet eſſe congruus.*

7 *Ad interrumpendam præſcriptionem paria ſunt litem eſſe conteſtatam, & quod non poſſit conteſtari propter partis contumaciam.*

8 *Impediens citari pro citato habetur.*

9 *Ad primum decretum non devenitur, niſi citatio per edictum præceſſerit.*

10 *Cognitio de debito requiſita antiquam judex pronunciet aliquem mittendum ex primo decreto.*

11 *Rei vendicatio an detur contra civiliter tantùm poſſidentem.*

## L. Si quis alterius. II.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Univerſos Provinciales.*

POſſidens alterius nomine poteſt dominum in judicio palam facere. Item poſſidens alieno nomine, ſi conventus verum dominum non nominat intra 1 2 datæ dilationis tempus, & dominus ſi, denuntiatione prævia, non comparet, lis pro contẽſtata habetur quoad præſcriptionis interruptionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 2. pag. 156.*

Vide Decian. *reſp. 118. num. 8. vol. 3.* ubi quod colonus nominans quem in dominum, ſtatim ipſe venit abſolvendus ab obſervatione judicii, Alphan. 3 *collect. 68.* ad hoc, an conventus in cauſa poſſeſſorii, recuperandæ poſſit in judicio nominare dominum vide Boër. *deciſ. 207. n. 8. & 9.* item quod poſſeſſor ſemper eſt citandus, Anton. Gom. *lib. 45. Tauri, n. 79. prope fin.* ubi quod ille tantum qui civiliter poſſidet animo, in abſentia poteſt conveniri rei vendicatione.

*Debet ſtatim in judicio dominum nominare*, &c.] Quando autem nominatio domini in judicio fieri debeat quid operetur, & in quo differat à laudatione 4 authoris; an habeat locum in poſſeſſorio, & in rebus nobilibus, & incorporalibus, vide Marant. *de ordine judice, part. 6. numer. 6. per totum. pag. 279. cum ſeqq.*

*Certo dierum ſpatio*, &c.] Ergo dies ad comparendum debet in citatione apponi, ut per Ordin. Reg. 5 Luſit. *lib. 3. tit. 1. §. 5. num. 13.* Marant. *de ordine judic. part. 6. de citat. num. 65.* Menoch. *conſ. 230. num. 11.* Tiber. Decian. *tract. crimin. lib. 1. cap. 21. num. 17.* Azeved. *l. 40. num. 30. tit. 18. lib. 4. novæ Recop.* Cevall. 6 *commun. contrà commun. q. 809. a principio.* Et terminus in citatione congruus eſſe debet, ita ut citatus congruè, & opportunè ad locum deſtinatum venire poſſit, ex Bart. *in l. aut qualiter, num. 2. ff. quod, vi aut clam*, Marant. *d. tit. de citat. num. 67.* Aſin. *in pract. §. 21. cap. 1. num. 6. & 7.* Vant. *de nullitat. tit. ex defectu citat. num. 67.* Cevall. *d. q. 809. num. 23. cum ſeqq.* Camill. Borrel. *in ſumm. deciſ. tom. 1. tit. 44. num. 52. cum ſequentib.*

*Si verò poſt hujuſmodi indultum*, &c.] Notatur ad 7 hoc, quod ad interrumpendam præſcriptionem pa-

8 ria ſunt litem eſſe conteſtatam, & quod non poſſit conteſtari propter partis contumaciam, ut per Tiraquell. *de retractu lig.* §. 15. *gloſſ.* 2. *num.* 5. *in fine.* Quia impediens citati habetur pro citato, ut Steph. Grat. *diſcept. forenſ. c.* 66. *n.* 32. Seraphin. *deciſ.* 1094. *num.* 3. & alios quos retuli *in praxi exigendi penſiones*, *q.* 10. *num.* 26.

9 *Edictis legitimis*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ad primum decretum non devenitur niſi citatio per edictum præceſſerit, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 74. *n.* 33. ubi *n.* 34. aſſerit hanc l. loqui in Ordinario, in quo neceſſaria eſt citatio per edictum, at in delegato cautum hoc non eſſe, quinimò ob ſolam contumaciam primæ citationis, illam miſſionem in poſſeſſionem ex primo decreto concedi.

10 *Et tunc in eadem voluntate*, &c. ] Notatur ad hoc, quod requiritur cognitio de debito antequam judex pronuntiet aliquem mittendum ex primò decreto, ut per Perez *l.* 1. *verſ. quæro* 15. *titul.* 9. *lib.* 4. *Ordinam. pag.* 653.

11 In gloſſ. *Quolibet modo*, 1. ibi, *ſed an contra civiliter tantùm poſſidentem detur rei vendicatio? quidam dicunt quod ſic*, &c. Vide Valaſc. *de jure emphyt. quæſt.* 18. *num.* 21.

---

## SUMMARIUM.

1 *Actor ad rem agit ubi res ſita eſt, & num.* 2. *Intellige ut num.* 8. 9. 10. 11.

3 *Actio realis, & in rem ſcripta, & in loco rerum, & in domicilio rei intentari poteſt, & numer.* 4. 5. 6.

7 *Judex loci competens quis reputari debeat.*

12 *Littera requiſitoriæ ut judex unius provinciæ poſſit executioni mandare ſententiam latam in alia provincia, remiſſivè.*

## L. Actor rei. III. & ult.

### *Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA.

1 ACtor ad rem agit ibi ubi res ſita eſt. Colligunt ex ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 3. *tit.* 11. §. 5. *l. Hiſpan.* 32. *tit.* 2. *part.* 3. *ubi gloſſ.* 9. Bernard. *reg.* 299. Socin. *reg.* 15. *verſ. quinto fallit*, Joan. Garcian. *reg.* 115. Roland. *de lucro datis*, *q.* 15. *num.* 5. Cephal. *conſ.* 263. *num.* 9. Donell. *commentar. juris civilis lib.* 17. *cap.* 17. *col.* 2. & 4. Surd. *conſ.* 168. *n.* 11. Farin. *conſ.* 71. *n.* 7. *l.* 1. latè cum ampliationibus, & limitat. Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de actionibus, reſol.* 4. *per tot.*

3 Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 9. ubi quod actio realis, & in rem ſcripta, & in loco rerum, & domicilio rei intentari poteſt, & *de jure primog. q.* 48.

4 *num.* 7. ubi quod in actione reali poteſt reus conveniri coram judice rei contentioſæ. Kirchov. *tom.* 1.

5 *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 3. *pag.* 405. ubi quod rei mobilis ratione ſortitur quis forum, Vincent. de

6 Franchis *dec.* 177. *n.* 1. ubi quod poteſt judicium moveri contra poſſeſſorem in loco, ubi res ſita eſt, tam judicio rei vendicationis, quàm judicio mixto reali, & perſonali, & *n.* 6. aſſerit hanc l. cum ſimilibus procedere, etiamſi ex ſcripturis, vel probationibus appareret de non jure Actoris. Cabed. *Luſit. dec.* 86. *n.* 6. *cum ſeqq. p.* 2. latè D. Barboſ. *in l. hæres abſe[nte] §. proinde, ff. de judic. in art. de foro ratione rei ſ[itæ]*, *num.* 1. *cum ſeqq.* ubi *num.* 19. advertit non quemlibet judicem illius loci reputari competentem, ſed tantùm illum, qui attenta qualitate rei & perſonæ competens ſit, & *n.* 21. hinc infert, quod ſi Clericus poſſideat rem, & conveniatur ratione rei ſitæ, debet conveniri coram judice Eccleſiaſtico illius loci. 7 8

Intellige principalem concluſionem, dum habet ratione rei ſitæ poſſe quem in loco ubi res ſita eſt, conveniri, intelligi in bonis ſtabilibus, ſecus in bonis mobilibus perpetuò in loco non manſuris, vide Boër. *deciſ.* 218. *num.* 1. ubi ait quod ſi quis tranſiens per hanc civitatem ducat equum, aut mulum, vel aliam rem mobilem mihi pertinentem, & furto ſubtractam, quam recognovi per ſignum meum, quod deferebat, non poſſum eum capere, & vendicare, ſed ſequi debeo forum ejus; tenebitur tamen priùs ſatisdare; & ſi non poteſt ſatisdare, fiet ſequeſtrum, cùm ſit ſuſpectus de receſſu, Alexand. Trentacinq. *reſolut.* 4. *num.* 9. Oſuald. *in Donell. enucl. libro* 17. *c.* 17. *lit. M*, Cavalcan. *deciſ.* 3. *num.* 8. *per.* 1. Tiraquel. *de jure primog. quæſt.* 48. *num.* 7. Milanenſ. *deciſ.* 11. *n.* 24. D. Barboſ. *dict. art. de foro ratione rei ſitæ, num.* 4. ubi requirit quod hujuſmodi res mobiles, vel ſe moventes ſint in loco ſaltem ad tempus, neque debeant ab eo ſtatim recedere.

Idem eſſe accipiendum in actione perſonali in rem ſcripta, tenent Tiraquell. *de retractu lig.* §. 8. *gloſſ.* 5. *num.* 9. Anton. de Matth. *de prorogatione juriſdict. num.* 75. D. Barboſ. *d. artic. de foro ratione rei ſitæ, ex num.* 8. ubi *num.* 11. advertit quod ſi mera actione perſonali agatur ad rem, ut ſcilicet actori tradatur, non eſt facienda conventio in loco, in quo res tradenda exiſtit, ſed movenda eſt actio in domicilio rei: vide Vincent. de Anna *allegat.* 59. *num.* 2. & *alleg.* 84. *num.* 4. Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 5. 9

Advertit etiam circa hunc forum ratione rei ſitæ D. Barboſ. *ubi ſuprà*, *numero* 13. quod in Regno Portugaliæ per dictam Ordin. Regiam *lib.* 1. *tit.* 11. §. 5. ſtatutum reperitur, quod quis poteſt convenire in loco, ubi res ſita eſt, etiamſi alibi habeat domicilium, ita ut in electione actoris ſit vel reum convenire in proprio domicilio, vel in loco rei ſitæ: quod ſatis convenit cum communi Doctorum reſolutione, quæ idem tenet, ut per Anton. de Matth. *de prorog. juriſdict. n.* 75. Mich. Graſſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 8. *pag.* 405. 10

In gloſſ. *Res*, ibi, *id eſt*, *immobiles*, &c. Probat hæc gloſſ. prædictam regulam, nempè ut ſortiatur quis forum ratione alicujus rei ſitæ in aliquo loco, accipi debere in re immobili, ſeu ſi mobilis ſi res, quo caſu ait ſufficere ſatisdare judicio iſti in foro rei: ita Panor. *in cap. fin. numero* 43. *de foro comp.* Joan. Gracian. *d. reg.* 115. *num.* 1. Paz. *ad leges ſtyli*, *l.* 5. *num.* 3. 11 12

In eadem gloſſ. ibi, *Reſpondeo*, *judex illius loci*, &c. ] De litteris requiſitoriis neceſſariò exhibendis, ut judex unius provinciæ poſſit executioni mandare ſententiam latam in alia provincia, vide Roder. Xuar. *in l. poſt rem judicatam*, *quæſt.* 5. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallia, tit. de litteris requiſitor.* Soar. de Paz. *in pract. tom.* 1. *temp.* 4. *num.* 5. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio juris civilis*, *p.* 1. *tit.* 2. *q.* 20. *per tot.* 13

*Ubi de hæreditate agatur, vel ubi hæredes ſcripti in poſſeſſionem mitti poſtulare debeant.*

## TIT. XX.

HÆREDIATVS petitur, ubi poſſeſſor domicilium habet, vel ubi ſunt res hæreditariæ, ſi ibi reperiatur poſſeſſor. Hæres quoque in poſſeſſionem mitti poſtulat, ubi ſunt res hæreditariæ. Vide Cujac. Pac. & Vveſemb.

## SUMMARIUM.

1 *Actiò intentanda ubi res ſita eſt, ſive agatur ex edicto divi Adriani, ſive petitione hæreditatis.*
2 *Hæredes teſtamento ſcripti immiſſionem in bona exigunt, & impetrant, ubi res ſitæ ſunt.*
3 *Hæreditatis controverſia reo in loco domicilii, aut ſi ibi reus, ubi res ſitæ ſunt, degit, in loco bonorum movenda, & numero 4. Si plures res ſunt diverſi fori, id ſequi debemus in omni petitione, in quo major pars eorum habetur, n. 5.*
6 *Cauſa proprietatis majoratûs ad illum Regium conventum remittenda, ubi major pars majoratûs eſt.*
7 Degit, *ideſt, domicilium habet.*

### L. Illic. Unic.

*Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Meſſalæ.*

1 SIve agatur ex edicto divi Adriani, ſive petitione
hæreditatis, ibi eſt intentanda actio, ubi res
2 ſita eſt. Item hæredes teſtamento ſcripti ibi ubi res
ſitæ ſunt, immiſſionem in bona exigunt, & impe-
trant. Hæreditatis controverſia reo in loco domicilii,
3 aut ſi ibi reus, ubi res ſitæ ſunt, degit, in loco bo-
norum movenda. Colligunt ex Ordinar. Bart. Cyn.
Slicet. Bald. Caſtr. Saichard. Sebaſt. Næv. remiſſivè
Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

4 Vide Morl. *in emporio juris civilis, tom. 1. tit. 2. in prælud. num.* 148. *prope fin.* ubi quod hæreditatis cauſa eſt agitanda coram Præſide provinciæ, in qua major pars hæreditatis erat, vel domicilium habebat, qui ſe pro hærede gerebat. Tiraq. *de retractu lig. §. 36. gloſſ. 3. n. 6.* ubi quod ſi plures res ſint diverſi fori, id ſequi debemus in omnium petitione, in quo major pars
5 earum habetur, Molin. *de primog. lib. 3. cap. 13. n. 37.* ubi quod cauſa proprietatis majoratus ad illum Regium
6 conventum remittenda eſt, ubi major bonorum majoratus pars eſt, quem refert Parlador. *differ. 11. n. 6.* Cujac. *lib. 5. obſerv. 19.* Donell. *commentar. juris civilis lib. 17. cap. 17. per tot. &c. 19. col. 1.*

7 *Ubi degit.* ] Id eſt, ubi domicilium habet, ut per Donell. *d. lib. 17. c. 16. col. 2.*

*Ubi de ratiociniis, tam publicis, quàm privatis agi oporteat.*

## TIT. XXI.

AGATUR ubi negotia geſta ſunt. Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. Item Peregrin. Jannin. *de citat. reali, lib. 3. cap. 1.* Muñoz de Eſcobar *de ratiocin. adminiſtr. cap. 7. à princip.*

## SUMMARIUM.

1 *Adminiſtrationis privatæ cauſa ibi ratio eſt reddenda ubi quis adminiſtrationi præfuit, & n. 2. An procedat licèt in loco adminiſtrationis repertus non ſit, remiſſivè n. 3. Intellige ut num. 4.*
5 *Clericus qui aliquam publicam adminiſtrationem ſecularem coram ſeculari judice ſponte acceptavit, an poſſit ab ipſo ſeculari judice pro ratione talis adminiſtrationis reddenda adſtringi.*

### L. Eum qui I.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA *&* CC. *Geruntio.*

ADminiſtrationis privatæ cauſa ibi ratio eſt red- 1
denda, ubi quis adminiſtrationi præfuit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Angel. Alber. Fulgoſ. Sichard. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in anot.* & Ximen. *in concordant.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 60.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2
*l. Hiſpan. 32. tit. 2. part. 3. ubi gloſſ. fin. & l. 61. titul. 5. part. 1. ubi gloſſ. 3.* Aviles *ad cap. 27. Prætor, verbo entreguen. num. 12.* Bernard. *reg. 642. limit. 9.* Cov. *pract. cap. 10. num. 4.* ubi aſſerit communi omnium Doctorum ſuffragio receptum eſſe, tam in publico, quàm in privato adminiſtratore locum eſſe remiſſioni ad eum locum ubi adminiſtratio facta fuit, Franc. Burſat. *conſ. 74. num. 5.* Roland. Valle *conſ. 49. n. 67. vol. 1.* Baëz *de decima tutor c. 2. num. 186.* Caſtill. *l. 27. Tauri, gloſſ. de reſtitution. col. 4. ad med.* Rot. Genuenſ. *dec. 98. n. 3 & 4.* Guttier. *de tutel. p. 3. cap. 1. num. 125.* Sard. *de alimentis, tit. 1. q 47. num. 9. & 10.* Pichard. *in §. igitur, n. 23. cum ſeq. Inſtit. de obligat. quæ ex contractu,* Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 3. q. 20. c. 18. verſ. ſunt tamen,* Gomez de Leon *in ſua cent. c. 69.* Garc. Gironda *de privilegiis exepmtorum, n. 922.* D. Barboſ. *in l. hæres abſens, §. 1. à num. 66. ff. de judic.* ubi diſputat, an procedat concluſio textus, licèt in eo loco adminiſtrationis repertus non ſit, latè Muñoz 3
de Eſcobar *de ratiocin. cap. 7. à princ.* Oſuald. *in Donell. ennucl. lib. 16. cap. 15. lit. K,* ubi intelligit in privatis in actione negotiorum geſtorum, mandati, & pro ſocio, contra nonnullos, qui reſtringunt ad 4
ea negotia, quæ ad magiſtratum loci ſpectant, vel primariò, ſi adminiſtratio publica, vel ſecundariò in tutela, ſeu cura.

Urùm Clericus, qui aliquam publicam admi- 5
niſtrationem ſecularem coram ſeculari judice ſponte acceptavit, poſſit ab ipſo ſeculari judice pro ratione talis adminiſtrationis reddenda adſtringi? Vide Muñoz de Eſcobar *dict. cap. 7. à n. 7. uſque ad fin.*

SUMMA

## SUMMARIUM.

1 *Rationes publicas quis reddere tenetur ubi administravit.*
2 *Apparitores Magistrorum militum tanquam milites & ipsi olim cingulo honestati, cujus præscriptione in foro se tuebantur, functi verò officio ut alii cinculum deponebant.*
3 *Probationes, & instrumenta rationum melius inveniri in loco administrationis, & in negotiorum gestore, num. 4.*

## L. Nemo post depositum. II. & ult.

*Impp.* HONOR. & THEOD. AA. *Macedonio mag. mil.*

1 RAtiones publicas quis ibi ubi administravit, reddere tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Vide Doctores citatos *ad l. 1. hoc tit. n. 2.* Strach. *de mercatura, tit. quomodo procedendum, n. 16.* D. Barbos. *in l. hæres absens, §. 1. n. 77. ff. de judic.*

2 *Post depositum cingulum.* ] Olim apparitores Magistrorum militum tanquam milites & ipsi cingulo honestabantur, cujus præscriptione in foro se tuebantur, functi verò officio, ut alii cingulum deponebant, ita Pancirol. *in thesauro var. lect. lib. 2. cap. 11.*

3 *In quo & instructio sufficiens*, &c. ] Notatur ad hoc, quod in loco administrationis probationes, & instrumenta rationum melius inveniri possunt, ut per Muñoz de Escobar *de ratiocin. admin. cap. 7. n. 2.* & in negotiorum gestore, Rot. Genuens. *decis. 16. num. 1.*

*Ubi causa status agi debeat.*

## TIT. XXII.

QUIA magni momenti est, de hac causa nec arbitri compromissarii, nec judices pedanei cognoscunt, sed majores judices, ut Consul in urbe, Præses in provincia.

Vide Cujac. Pac. & Vvesembec Item Menoch. *remed. 16. recup. possess. num. 38. cum seqq.* Morl. *in emporio juris civilis, tom. 1. tit. 2. in prælud. num. 146.* ubi quod in hoc tit. statûs nomen ad causam libertatis refertur.

## SUMMARIUM.

1 *Possessionis causa quoad servum fugitivum in loco ubi fugitivus reperitur, tractanda est: proprietatis autem causa coram judice loci, ex quo servus aufugit, ventilari debet.*
2 *In præscriptionibus bona fides orta etiam ex injusta causa sufficit.*
3 *Bona fides oriri potest ex quibuscumque causis, etiam temerariis.*

## L. Ea quæ. I.

*Imp.* ALEXADER A. *Aurelio Aristocrati.*

1 POssessionis causa quoad servum fugitivum in loco ubi fugitivus reperitur, tractanda est, proprietatis autem causa coram judice loci ex quo servus aufugit, ventilari debet. Colligunt ex ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Angel. Arber. Fulgos. Sebast. Næv. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 In gloss. *Recessit*, ibi, *vel institutis rationibus ducta*, &c. ] Notatur ad hoc quod in præscriptionibus bona fides orta etiam ex injusta causa sufficit, ut per Alexand. *cons. 127. col. 3. lib. 4.* Menchac. *lib. 1. de testatoris potentia, §. 10. num. 13.* Burg. de paz. *cons. 3. num. 101. & cons. 4. num. 17.* Bec. *cons. 95. n. 10.* Surd. *dec. 281. num. 6.* ubi quod bona fides oriri potest ex 3 quibuscunque causis, etiam temerariis, idem tenet per hanc gloss. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 17.*

## L. Procuratores. II.

*Imp.* DECIUS A. *Felici.*

CÆsaris Procuratores status causas examinare non possunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Morl. *in emporio juris civilis part. 1. tit. 2. in prælud. n. 147. vers. & sic nec ad Cæsaris Procuratorem.*

## SUMMARIUM.

1 *Servus in foro, ubi libertatem asserit, conveniendus, intelligetur num. 3.*
2 *In status causa actor sequitur forum rei, licèt si senator.*

## L. Si in possessione. III.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA & CC. *Zenoniæ.*

SErvus in foro, ubi libertatem asserit, convenien- 1 dus. In causa status actor sequitur forum rei, licèt sit senator. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Vide Menoch. *remed. 10. recop. num. 38.* ubi 2 dicit hunc text. esse intelligendum quando servus privavit dominum possessione servitutis, & diù stetit in possessione libertatis, quia tunc convenietur ubi erit Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 2. in prælud. n. 148. in fine.*

## SUMMARIUM.

1 *Ex possessione servitutis ad libertatem proclamans forum domini sequitur.*
2 *Serva vendicans se in libertatem, forum domini excipientis sequitur; è contra verò dominus servum in servitutem redigere cupiens, forum servi.*

L. Si

L. Si ex poſſeſſione. IV.

*Idem* AA. & CC. *Siſinniæ.*

1 EX poſſeſſione ſervitutis ad libertatem proclamans forum domini ſequitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Menoch. *remed.10. recuper. poſſeſſ. num.41. cum ſeqq.* ubi ex hoc text. colligit quod ſerva vendicans ſe in libertatem, forum domini excipientis ſequitur ſi verò è contra dominus vult ſe Dominum oſtendere, & quem ſervum dicit, in ſervitutem redigere, actoris parter ſuſtinebit, reique forum, ideſt ſervi, ſequetur.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa ſervitutis & libertatis pendens inter fiſcum, & privatum, per Procuratorem Cæſaris examinari poteſt.*

2 *Cauſa verò ingenuorum pertinet ad juriſdictionem Præſidis.*

3 *Præſes non poteſt cognoſcere ſuper cauſa ſtatus.*

L. Jam dudum. V.

*Iidem* AA. CC. *Diogeni præſidi inſularum.*

1 CAuſa ſervitutis, & libertatis pendens inter fiſ-
2 cum, & privatum per Procuratorem Cæſaris examinari poteſt. Cauſa ingenuorum ad juriſdictionem Præſidis pertinet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſuprà hoc tit.*

3 Vide Anton. Govean. *lectionem juris var. lib.1: cap.33.* ubi quod Præſes ſuper cauſa ſtatus cognoſcere non poteſt.

SUMMARIUM.

1 *Præſcriptio quinquennii prodeſt libertatem allegantibus, non ſervitutem aſſerentibus.*

2 *Libertatis cauſæ cognitio ad Prætores Romæ Præſides, & Præfectos provinciarum ſpectabat.*

L. In litibus. VI. & ult.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Mennæ PP.*

1 QUinquennii præſcriptio prodeſt libertatem allegantibus, non ſervitutem aſſerentibus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. num.1. ſuprà hoc tit.*

*Vel in hac alma urbe apud competentes maximos*
2 *judices*, &c. ] Notatur ad hoc, quod libertatis cauſæ cognitio ad prætores Romæ Præſides, & Præfectos provinciarum ſpectabat, ut per Morl. *in emporio juris civilis, part.1. tit.2. in prælud. num.147. verſ. ſed ad Prætores.*

*Ubi quis de curialis, vel chortali, aliáve conditione conveniatur.*

TIT. XXIII.

JUDEX ordinarius, nempè Rector Provinciæ, eſt judex competens, denegata in his judiciis fori præſcriptione, etiamſi quis novam militiam ſuſceperit, & ad jus militiæ judicem revocari velit.

Vide Cujac. Pac. & Vveſemb. de Curialibus Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p.1. lib.3. cap.18. à princ.* Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo Curiales.* Et de cohortalibus vide eundem Petr. Gregor. *part.1. lib.47. cap.40. n.2.* Calvin. *in ſuo Lexic. jurid. verb. cohortales.*

SUMMARIUM.

1 *Curialis, vel cohortalis ſi à Curia aufugerit propria auctoritate, por eos à quibus fugit, capi poteſt, & poſſeſſionis controverſia in loco apprehenſionis & proprietatis in loco ubi aufugit, examinatur.*

2 *Capiendi jus an poſſit cedi, vel exerceri per alium remiſſivè.*

3 *Captura de perſona ſui debitoris fugitivi permiſſa creditori propria auctoritate, non ſolum eſt permiſſa creditori, ſed etiam ejus Procuratori.*

4 *Maritus poteſt uxorem, ubicunque eam invenit propria auctoritate apprehendere.*

5 *Jus capiendi alterum propria auctoritate cedi, & demandari poteſt alteri.*

L. Si quis I.

*Impp.* ARCAD. & HONOR. AA. *Floro PP.*

SI Curialis, vel cohortalis à Curiali aufugerit 1
propria auctoritate, per eos à quibus fugit, capi poteſt, & poſſeſſionis controverſia in loco comprehenſionis, proprietatis in loco ubi aufugit, examinatur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet Bald. Caſtr. Fulgoſ. Alber. Sichard. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Vide Boër. *dec.175. n.5.* ubi remiſſivè citato hoc 2
textu, an jus capiendi poſſit cedi, vel exerceri per alium Roder. Xuar. *in declar. l.2. tit. de los emplazamientos*, id eſt, de comperendinationibus, §. *ſed attende, n.24. pag.211. in nova impreſſ.* ubi quod captura de perſona ſui debitoris fugitivi permiſſa creditori 3
propria auctoritate, non ſolùm eſt permiſſa creditori, ſed etiam ejus Procuratori, Anton. Gomez *lib.8o. Tauri, n.39.* ubi per hunc textum tenet quod ratione 4
ſubjectionis, & quaſi poſſeſſionis, quam habet maritus in uxorem ſuam, poteſt eam ubicunque invenerit, propria auctoritate apprehendere.

In gloſſ. *Ab iis*, 2. ibi, *vel Procuratoribus eorum* 5
&c. ] Notatur ad hoc, quod jus capiendi alterum propria auctoritate, ut jus illud quod habet creditur capiendi debitorem fugientem, cedi & demandari alteri poteſt, ut per Boër. & Xuar. *citatis locis*, Tirac. *de retractu lig. §.26. gloſſ.3. num.25.* Hippol. *ſing.243.* Azeved. *ad l.4. n.7. tit.4. lib.8. novæ Recop. & ad l.2. n.203. tit.13. eod. lib.8.*

SUMMA

## SUMMARIUM.

1 *Pro exactionibus, & concussionibus conventi, fori exceptione & præscriptione se non excusant.*
2 *Pro functionibus publicis conventus in istiusmodi contumacem sententia definitiva proferri potest.*
3 *Statutum generale non intelligitur de personis nominatim à superiore privilegiatis.*
4 *In debitorem fugientem, qui militaret in armata militia, non est licita manus injectio.*
5 *Debitor sit in fuga effectus est Clericus, non poterit capi auctoritate propria, nec per Clericum, nec per laicum.*
6 *Militia cœlestis major est militiâ mundanâ.*

### L. Hac perpetua. II. & ult.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Cyro P P.*

1 QUi pro exactionibus, & concussionibus conveniuntur, fori exceptione & præscriptione se non excusant. Item quando quis convenitur pro publicis
2 functionibus, in istiusmodi contumacem sententia definitiva proferri potest. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad lib.* 1. *numero* 1. *suprà hoc tit.*

3 *Exceptis videlicet iis*, &c. ] Notatur ad hoc, quod generale statutum non intelligitur de personis nominatim à superiore privilegiatis, ut per Tiraq. *de præscript.* §. 1. *gloss.* 11. *n.* 1.

4 *Qui armata militia*, &c. ] Notatur ad hoc, juncta gloss. *verbo armata*, quod in debitorem fugientem, qui militaret in armata militia, manus injectio licita non est, ut per Roder. Xuar. *in declar. l.* 2. *for. lib.* 2. *tit. de los emplazamientos*, id est, de comperendinationibus, §. *sed attende, num.* 31. *pag.* 214. *in nova impress.* ubi addit cum Angel. eadem ratione, quod
5 si in fuga debitor effectus est Clericus, non poterit
6 capi auctoritate propria, nec per Clericum, nec per laicum, quia major est militia cœlestis, quàm militia mundana.

*Ubi Senatores, vel clarissimi civiliter, aut criminaliter conveniantur.*

## TIT. XXIV.

CONVENIUNTUR Senatores & Clarissimi civiliter in urbe apud Præfectum prætorio, vel præfectum urbi, vel Magistrum officiorum, absente Principe. In provinciis conveniuntur jure communi, apud Præsidem ejus provinciæ, in qua domicilium habens; criminaliter autem Clarissimi apud Præsidem ejus provinciæ in qua deliquerant.

Vide Cujac. Pac. & Vvesembec. De Clarissimis, Petr. Gregor. *syntagm. juris p.* 1. *lib.* 47. *cap.* 12. *num.* 15. & 17. Calvin. *in suo Lexic. juridic. verbo clarissimorum nomen.*

## SUMMARIUM.

1 *Dignitas non illustris fori exceptionem in criminalibus minimè tribuit.*
2 *Reatus, & delictum excludunt dignitatem, & honorem, ac privilegia adimunt.*
3 *Personæ clarissimæ, & aliæ quacunque dignitate insignes infra tamen illustres, sortiuntur forum in loco, in quo deliquerunt, etamsi aliàs non sint suppositi jurisdictioni illius loci.*
4 *Clarissimi ab illustribus distinguuntur.*
5 *Privilegium amittitur propter delictum.*
6 *Crimen omnem honorem adimit.*
7 *Inventus non dicitur, nisi qui est inventus, & captus.*

### L. Quicunque. I.

*Imp.* CONSTANTINUS A. *ad Octavianum Comit. Hispaniæ.*

DIgnitas non illustris fori exceptionem in criminalibus minimè tribuit. Reatus, & delictum excludunt dignitatem, & honorem, atque adimunt privilegia. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Angel. Alber. Fulgos. Sichard. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1 2

Vide Bart. *in repet. l. de quibus, num.* 26. *ff. de legibus*, Guevar. *ad l.* 3. *ff. de offic. præsid. num.* 8. Donell. *comment. juris civilis lib.* 17. *cap.* 20. *col. ultim.* Cardin. Cæs. Baron. *annal. Eccles. tom.* 3. *anno Christi* 317. *num.* 130. Azeved. *ad l.* 1. *num.* 70. *tit.* 16. *lib.* 8. *novæ Recopilat.* ubi quod personæ clarissimæ, & aliæ quacunque dignitate insignes, infra tamen illustres, sortiuntur forum in loco in quo deliquerunt, etiamsi aliàs non sint suppositi jurisdictioni illius loci. 3

*Non illustri, sed clarissima dignitate*, &c. ] Ergo clarissimi ab illustribus distinguuntur, ut per Calvin. *in suo Lexic. juridic. verbo clarissimos tamen.* 4 5

*Omnem enim hujusmodi honorem reatus excludit*, &c. ] Notatur ad hoc, quod propter delictum amittitur privilegium, quia crimen adimit omnem honorem, ut per Decian. *resp.* 118. *n.* 17. *vol.* 3. 6

In gloss. *Deprehensus*, ibi, *secus si convictus, sed non deprehensus*, &c. Notatur ad hoc, quod inventus non dicitur, nisi qui est inventus, & captus, *l. si Barsatorem, de fide juss. & mand. l. Hispan.* 7. *tit.* 6. *lib.* 6. *novæ Recop.* ibi, *tomado con ella.* Palat. *in repet. rubr. cap. per vestras, de donat. inter*, §. 21. *num.* 12. Covar. *pract. cap.* 33. *num.* 21. *vers. ut cunque tamen sit* Viv. *opin.* 763. *num.* 8. Brunor à Sole *in suis quæst. legalibus, quæst.* 35. *num.* 8. & 9. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 48. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 82. *statuto* 6. *n.* 25. Guttier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 12. *num.* 5. Bobadill. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 108. Farin. *in praxi crimin. tom.* 3. *quæst.* 108. *n.* 136. *& seqq.* 7

## SUMMARIUM.

1 *Senatores in civilibus causis conveniuntur ubi habent domicilium, vel majorem partem bonorum, & num.* 2.
3 *Suburbana quæ, remissivè.*
4 *Maritus censetur habere domicilium ea in domo, in qua uxor & familia ipsius habitant.*

5 *Domi*

5 *Domicilium dicitur contractum in loco, eo quòd quis transfert illum in locum majorem partem bonorum ſuorum.*

6 *Poſſeſſio majoris partis bonorum non ſufficit, niſi concurrat aſſidua converſatio, & contra non ſufficit aſſidua converſatio, ſeu habitatio, niſi etiam concurrat poſſeſſio majoris partis bonorum: contrarium, num. 7.*

## L. Senatores. II.

*Imppp.* VALENS, GRAT. & VALENT. AAA. *ad Senatum.*

1 SEnatores in civilibus cauſis conveniuntur ubi habent domicilium, vel majorem bonorum partem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. lib. 1. cap. 8. verſ. Itaque Conſtantinopoli, aut Romæ forum ſemper habebant.*

3 *Sive in ſuburbanis*, &c.] Quæ dicantur, vide Card. Cæſar. Baron. *tom. 3. anal. Eccleſ. anno Chriſti 325. pag. mihi 236* Calvin. *in ſuo Lexic. juridic. verbo ſuburbana.*

4 *Ubi larem fovent.*] Notatur ad hoc, quod maritus cenſetur habere domicilium ea in domo, in qua uxor & familia ipſius habitant, ut per Tiraq. *de retract. lib. §. 9. gloſſ. 1. n. 7.*

5 *Aut ubi majorem partem bonorum poſſident.*] Notatur ad hoc, quod domicilium dicitur contractum in loco, ex eo quod quis transfert in illum locum majorem partem ſuorum Bonorum, ut per Pariſ. *conſ. 12. n. 16. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 86. num. 26. cum ſeqq.* Maſcard. *de probat. concl. 534. n. 21.* Card. Tuſch. *pract. concl. lit. D, concl. 596. n. 5. & n. 21.* Facinac. *fragment. crimin., part. 1. verbo domicilium, num. 208.*

6 *Et aſſiduè verſatur.* Ergo non ſufficit poſſeſſio majoris partis bonorum, niſi etiam concurrat aſſidua converſatio, & è contra, nec etiam ſufficit aſſidua converſatio, ſeu habitatio, niſi etiam concurrat poſſeſſio majoris partis bonorum, ut per Marian. Socin. *in fin. num. 26. de foro compet.* Aviles *ad cap. 1. prætor. verbo Cales, num. 5.* Menoch. *de arbit. lib. 2. caſu 85. à num. 16.* Contrariam tamen opinionem, imò quem conveniri non poſſe in loco aſſidua converſationis, aliàs niſi in eo domicilium habeat tenent Anton. de Matth. *de prorogat. juriſdict. n. 28.* Farin. *d. verbo domicilium, num. 210.* latè D. Barboſ. *in l. ſi hæres abſens §. fin. à num. 112. ff. de judic.*, ubi *num. 116.* ait litteram hujus text. dupliciter habueri, quoſdam enim ſubdit libros habere alternativam, *aut ubi majorem partem bonorum poſſidet, aut ubi aſſiduè converſatur*, quam litteram tanquam in ſe veram admittit Bart. *in præſenti*, & eam in antiquiſſimo libro reperiri aſſerit Menoch. *d. caſu 86 n. 22. & 19.* & ſecundùm hanc litteram videtur probare ſuam opinionem. Sed omnes alios libros non habere alternativam, ſed copulativam, aſſerit idem D. Barboſ. *citato loco, n. 118.* in hunc modum. *Aut ubi majorem bonorum partem poſſedit, & aſſiduè converſatur*, & juxta hanc litteram tenet non ſufficere quem dici converſari in loco, ut conveniri poſſit, niſi in eo, quoque habeat majorem partem bonorum, & *n. 123.* colligit text. probare juxta dicta quod in provincia Senator conveniri poteſt in loco in quo larem conſtituit, quia tunc conſtat ibi domicilium habere ſi de hoc non conſtet, ubi habet majorem partem bonorum, & aſſiduè converſatur, quia præſumitur domicilium tunc ibi conſtituiſſe, quantumcunque in alio diverſo loco habeat habitationem.



## SUMMARIUM.

1 *Viri habentes dignitatem illuſtrem ex adminiſtratione in cauſis criminalibus, coram Principe, vel ejuſdem mandatario conveniri poſſunt.*

2 *Accuſationes contra illuſtres, non obſtantibus fatalibus, celeberrimè audiendæ.*

3 *Illuſtres accuſati in judicio ſedendi locum habeant.*

4 *Cognoſcens ex mandato Principis ſuper delato illuſtri, Principe inſcio condemnandi poteſtatem minimè habet.*

5 *Per calumniam illuſtrem accuſans pœnam non evadit.*

6 *In pœna calumniæ & talionis non attenditur privilegium accuſati, niſi reus & accuſator ſint in æquali dignitate conſtituti.*

7 *Illuſtres in Urbe Conſtantinopolitana accuſandi coram Præfectis urbis, & Magiſtris officiorum, ſed ſi adminiſtratione carent delati, dum accuſantur, ſedendi in judicio locum amittentes ſtando reſpondent.*

8 *Præfecti prætorio, & Magiſtri officiorum ſuper criminibus illuſtrium ſine relatione ad Principem præcedente, & abſque inſecuto Principis ſpeciali mandato judicare non poſſunt, nec debent.*

9 *Illuſtribus accuſandis ſedendi jus non adimendum, nec dicendum antequam ad Præfectorum relationem Princeps, aut Imperator reſpondit, & ſeſſionis jus adimi, pœnamque hiſce irrogari juſſit.*

10 *Theſaurarius Principis, remiſſivè,*

11 *Illuſtres non debent condemnari aliquâ pœnâ, niſi conſulte Principe. Non ſervatur in Gallia, n. 12.*

13 *Illuſtris ſi committeret delictum contra alium pariter illuſtrem, tunc condemnaretur à judice ordinario.*

14 *Nobiles Romæ nunquam condemnantur, præſertim in pœnam corporalem, niſi conſulto Principe.*

15 *Illuſtris licèt non poſſit condemnari inconſulto Principe, poteſt tamen abſolvi.*

16 *Apices ſacri, id eſt litteræ.*

17 *Solemnia, id eſt acta judiciorum.*

18 *Secretarium, pro tribunali Præſidis, cauſarum auditoris.*

19 *Nobiles quando eorum cauſæ agitantur, ſedere debent cum ipſo judice, etiam in cauſa criminali, num. 20.*

## L. Quoties. III. & ult.

*Imp.* ZENO. A. *Arcadio. PP.*

VIri habentes dignitatem illuſtrem ex adminiſtratione in cauſis criminalibus ſolùm coram Principe, vel ejuſdem mandatorio conveniri poſſunt, *in princip.* Accuſationes contra illuſtres non obſtantibus fatalibus, celerrimè audiendæ, *in verſ. Adeò.* Illuſtres accuſari in judicio ſedendi locum habent, *in verſ. Sedendi.* Cognoſcens ex mandato Principis ſuper delato illuſtri. Principe inſcio, condemnandi poteſtatem minimè habet, *in verſ. Adeò* Per calumniam illuſtrem accuſans, pœnam non evadit. Item in pœna calumniæ & talionis non attenditur privilegium accuſanti, niſi reus, & accuſator ſint in æquali dignitate conſtituti, *in verſ. Ultionis autem.* Illuſtres in urbe Conſtantinopolitana accuſandi coram Præfectis

urbis, & Magiſtris officiorum, ſed ſi adminiſtratione carent delati, dum accuſatur, ſedendi in judicio locum amittentes, ſtando reſpondent, *in verſ. Viros autem.* Præfecti prætorio & Magiſtri officiorum ſuper
8 criminibus illuſtrium ſine relatione ad Principem præcedente, & abſque inſecuto Principis, ſpeciali mandato judicare non poſſunt, nec debent *in verſ.*
9 *Sciant autem.* Illuſtribus accuſatis ſedendi jus non adimendum, nec dicendum antequam ad Præfectorum relationem Princeps, aut Imperator reſpondit, & ſeſſionis jus adimi, præ á nque hiſce irrogari juſſit, *in verſ. Quoties.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

*Vel urbicaria.* ] Vide Cardin. Cæſ. Baron. *annalium Eccleſ. tom. 3. anno Chriſti 325. pag. mihi 136.*

10 *Cuive ſacros noſtri numinis theſauros*, &c. ] De Theſaurario Principis Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 6. conſid. 18.*

11 *Niſi noſtræ pietatis*, &c. ] Notatur ad hoc quod illuſtres perſonæ non debent condemnari aliquâ pœnâ, niſi conſulto Principe, ut per Tiraquel. *de pœnis*
12 *temper. cauſa 31. num. 40.* ubi dicit in Gallia hoc non ſervari, Anton. Gomez *variar. tom. 3. cap. 3. numer.*
13 *ad med. verſ. adde tamen*, ubi addit, præterquam ſi illuſtris committeret delictum contra alium pariter illuſtrem, quia tunc poteſt condemnari à judice ordinario, Farin. *in praxi crimin. quæſt. 98. num. 105.*
14 ubi atteſtatur Romæ Nobiles nunquam condemnari, præſertim in pœnam corporalem, niſi principe conſulto, Frec. *de ſubfeudis, tit. quis dicatur Marchio, num. 9.* ubi teſtatur ita ſervari in M.C.V. Bobadil. *in ſua politica, lib. 3. cap. 16. num. 226.* ubi ex aliis *in*
15 *gloſſ. lit. G*, quod licèt illuſtris non poſſit condemnari inconſulto Principe, poteſt tamen abſolvi, Surd. *de Neapol. illuſt. cap. 2. num. 3. & 25.* Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 4. c. 23. à num. 51.*

16 *Sacris apicibus mittendis*, &c. ] Id eſt litteris, ut per Guid. Pancirol. *in theſauro var. lection. lib. 1. cap. 77. lit. C.*

17 *Solemnia* ] Id eſt, acta judiciorum, ut per Guid. Pancirol. *cod. lib. 1. c. 77.*

18 *In aliqua ſecretari patre.* ] Id eſt Præſidis tribunali, ſeu cauſarum Auditoris, ut per Caſſiodor. *variar. libro 6. form. 8.* Guid. Pancirol. *dict. lib. 7. cap. 77.*

19 *Sedendi quoque*, &c. Notatur ad hoc, quod nobiles quando eorum cauſæ agitantur, ſedere debent cum judice ipſo, ut per Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 2. num. 2. in fine*, Tiraq. *de nobilit. cap. 20. n. 51.* Azev. *ad Curiam Piſanam, lib. 2. cap. 2. num. 8.* Marc. Anton. Surg. *illuſtr. cap. 23. num. 21.* ubi id extendit in
20 cauſa criminali, Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 4. cap. 18. num. 134.*

## *In quibus cauſis militantes fori præſcriptione uti non poſſunt.*

## TIT. XXV.

MILITIA alia eſt armata, inermis alia; hujuſque ſpecies ſunt, militia togata, ut Advocatorum: & Religioſi, quam Doctores cœleſtem vocant, ut ſacerdotum: & palatina, eorum qui aulæ & palatio inſerviunt, *in l. unic. hoc tit.* Hic autem agitur de militia togata.

Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. item Gail. *lib. 2. obſerv. 118. num. 6.* Alber. Leonin. *de compend. ſubſtit. q. 13.* Cacheran. *deciſ. 100. n. 46.*

### SUMMARIUM.

1 *Militantes in Curiis publicis ob publicas functiones, conventi, fori præſcriptionem non habent, nec eâ gaudent.*

2 *Milites negotiatores ut tales conventi fori privilegio ſe non muniunt, niſi prætextu commeatus.*

### L. Omnes Unic.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Florentio P. P.*

MIlitantes in Curiis publicis ob publicas functionis conventi fori præſcriptionem non habent, nec eâ gaudent. Item milites negotiatores tales conventi fori privilegio ſe non muniunt, niſi prætextu commeatus. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Fulgoſ. Angel. Sichard. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1 2

## *Ubi cauſa fiſcales, vel divinæ domus, hominumque ejus agantur.*

## TIT. XXVI.

FIſcus eſt patrimonium publicum Principis, vel potiùs Imperii. Ad divinam domum pertinent ea, quæ ſunt in proprio patrimonio Principis: éſtque hic ultimus titulus de foro competenti.

Vide Cujac. Pac. & Vveſembec. *l. Hiſpan. 4. tit. 2. p. 3.* Paregr. *de jure fiſci lib. 7. tit. 1.* Farin. *fragm. crim. p. 1. lit. F, n. 180. cum ſeqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Fiſcus ad bona caduca ob necem interempti per hæredem non ultam antequam reus convictus ſit, non agit.*

2 *Fiſcus ſive conveniatur, ſive agat, non poteſt convenire, nec agere, niſi curam ſuo judice.*

3 *Hæres qui defuncti necem non vindicavit, tunc hæreditatem amittit, quando occiſor ab alio accuſatus, de crimine fuit convictus, & condemnatus. Delictum autem conſtare debet defunctique corpus, num. 4. Et quomodo delictum eſt commiſſum ab uno principaliter. Et pœna bonorum pervenit ad alium, in conſequentiam ſententiæ & condemnatio principalis nocet alteri, qui teneatur in conſequentiam, n. 5.*

6 *Sententia lata contra occiſores alicujus defuncti nocet & præjudicat hæredibus, qui mortem non vindicarunt.*

### L. Non defenſæ. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Dioſcoro.*

FIſcus ab bona caduca ob necem interempti per hæredem non ultam antequam reus convictus ſit, non agit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Bald. 1

Bald. Caſtr. Fulgoſ. Albert. Sichard. Sebaſt. Nævius, remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Allegari ſolet hic text. & titulus ad hoc, quod fiſcus ſive conveniatur, ſive etiam agat, non poteſt conveniri, nec agere, niſi coram ſuo judice, ut per Boſſ. *in tit. de fiſco & ejus privileg. n.*43. Franc. Lucan. de Parma *in tractat. de fiſco, & ejus privileg. part.*1. *num.* 86. Farinac. *fragm. crim. part.*1. *lit. F, num.*280.

3 *Priuſquam ſi de crimine conſtiterit,* &c. ] Notatur ad hoc quod tunc hæres, qui necem defuncti non vendicavit, hæreditatem amittit quando ab alio occiſor accuſatus fuit de crimine convictus, & condemnatus, ut per Cald. Pereira *poſt, quæſt. forenſ. conſil.* 35. *num.* 3. ubi ex verbis hujus text. ſignificari ait, tunc demùm privari hæredem hæreditatis commodo, quando interficiens fuerit de homicidio taliter convictus, quod illi pœna irrogari poſſit.

4 Notatur etiam ad hoc, quod delictum conſtare debet, defunctique corpus ante omnem perſonæ inquiſitionem, ut per multos quos plena manu refert Brunor. à Sole *in locis communib. verbo delictum* 5. Hippol. *in l.* 1. *n.*5. *cum ſeqq. ff. de quæſt.*

5 Notatur etiam ad hoc, quod quando delictum eſt commiſſum ab uno principaliter, & pœna bonorum pervenit ad alium, in conſequentiam, ſententia & condemnatio principalis nocet alteri, qui tenetur in conſequentiam, ut per Anton. Gom. *variarum tom* 3. *c.*1. *num.*90. *in princ.* hinc inferentem quod ſententia lata contra occiſores alicujus defuncti, nocet & præjudicat hæredibus, qui mortem non vindicaverunt.

## SUMMARIUM.

1 *Cauſæ cognitio ad Procuratorem Cæſaris pertinens non eſt tractanda coram judice incompetenti.*

2 *De bonis fiſco vendicandis ubi eſt quæſtio propter illatam ſibi mortem, Procurator Cæſaris, & ſic fiſcales judices ſunt adeundi. Idem eſt de illo, qui laqueo ſe ſuſpendit, & deſperatâ vitâ obiit, n.*3.

## L. Non advertimus. II.

*Iidem* AA. *Ariſtæ.*

1 CAuſæ cognitio ad Procuratorem Cæſaris pertinens coram incompetenti judice non eſt tractanda. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.*

2 Probat hic text. quòd quando non de crimine quæritur, ſed de bonis fiſco vendicandis propter illatam ſibi mortem, Procurator Cæſaris, & ſic fiſcales judices ſunt adeundi, ut per Pereg. *de jure fiſci lib.* 4. *tit.*4. *n.*12. Joan. Garc. *de nobilit. gloſſ.*3. *in princ. n.*4. ubi ait hunc text. eſſe elegantiſſimum & memoria
3 tenendum ad caſum quotidianum de illo, qui laqueo ſe ſuſpendit, deſperatâ vitâ obiit, agente fiſcali Advocato de bonis, dubitari ſolet an quæſtio hæc criminalis ſit, an civilis; an pertineat ad rerum capitalium judices, vulgo *à los Alcades del crime*, an verò ad Senatores Regios?

## SUMMARIUM.

1 *Executio cui denegatur, eidem & pronunciatio prohibita cenſetur.*

2 *Executori non licet ſuper validitate ſententiæ, cujus executioni addictus eſt, pronuntiare. Limita ut num.* 3.

## L. Procuratores. III.

*Imp.* ANTONINUS A. *Heliodoro.*

EXecutio cui denegatur, eidem & pronunciatio 1
prohibita cenſetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.*

Executori non licet ſuper validitate ſententiæ, 2
cujus executioni addictus eſt, pronuntiare, de quo vide Cov. *pract. c.*16. *num.*5. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *quæſt.* 38. Surd. *conſ.* 405. *num.*15. & alios, quos refero *in praxi exigendi penſiones, quæſt.* 8. *num.* 29. D. Barboſ. *in l. ad peremptorium* 68. *n.*46. *ff. de judic.* ubi dicit quod ſi executor credat ſententiam re verâ eſſe nullam, vel dubitet, nihil debet pronuntiare ſuper nullitate, ſed tantùm ſuper ſedere in executione, & exceptionem remittere ad judicem, qui tulit ſententiam, ut ille ſuper nullitate diffinitivè pro- 3
nuntiet; ſed *num.* 47. limitat, niſi nullitas evidens ſit ex ipſo tenore ſententiæ; nam cùm tunc ipſa ſententia videatur ſe infringere, poterit ſuper ea pronuntiare.

## SUMMARIUM.

1 *Officium illud, quo quis compellitur pro alio ſolvere, poteſt is, qui ſolvit, implorare.*

2 *Procurator nomine domini emens tenetur ad pretium.*

3 *Mandatarius privati, qui emit rem à fiſco, & ſolvit fiſco pretium, poteſt agere contra mandantem ad pretium coram Procuratore Cæſaris.*

4 *Fidejuſſor ſolvens fiſco creditori pro ſuo debitore, conſequitur privilegium fiſci ut poſſit pro ſua relevatione conveniri coram judice fiſcali.*

5 *Dominium non transfertur in emptorem, niſi integro ſoluto pretio.*

## L. Cùm vendente. IV.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Maximæ.*

OFficium illud, quo quis compellitur pro alio 1
ſolvere, poteſt is, qui ſolvit, implorare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.*

*Pretium eorum neceſſariò ſolvere debet,* &c. ] Notatur 2
ad hoc, quod Procurator nomine domini emens tenetur ad pretium, ut per Boër. *dec.* 273. *n.*5. *verſ. quinimò etiam*, ubi ſubdit hoc non eſſe ſpeciale in fiſco, ſed habere etiam locum quando cum privato Procurator contrahit, D. Barboſ. *in l. maritum, n.*86. *ff. ſoluto matrim.*

*Procurator meus, ſi ejus audientiam elegeris,* &c. ] 5
Notatur ad hoc, quod mandatarius privati, qui emit rem à fiſco, & ſolvit fiſco pretium, poteſt agere contra mandantem ad pretium coram procuratore Cæſaris, ut per Franc. de Pal. *in tractat. de privileg. fiſci, privileg.* 24. Capyc. *deciſ.* 197. *num.* 2. ubi reddit rationem, quia licèt Procurator Cæſaris non ſit competens judex inter duos privatos, *l.* 1. *de juriſd. omn. judic.* tamen hìc cognoſcit ipſe Procurator Cæſaris de cauſa in conſequentiam, & acceſſoriè ad cauſam fiſcalem, Roder. Xuar. *in declarat. l.* 2. *for. lib.*2. *tit. de los emplazamientos*, id eſt de comperendinationibus, §. 5. *num.* 23. Peregr. *de jure fiſci lib.*7. *tit.*1. *num.*47. & 8. Farinac. *fragm. crim. p.*1. *lit. F,*

4 n. 186. ubi per hunc text. tenet quod fidejussor solvens fisco creditori pro suo debitore, consequitur privilegium fisci, ut possit pro sua relevatione coram judice fiscali conveniri, optimè Barbos. *in l. venditor 49. à n. 184. ff. de judic.* ubi n. 185. reddit rationem, quia hæ causæ sunt connexæ, & invicem dependentes, & judex qui fuit competens ad cognoscendum de causa principali, efficitur etiam competens ad cognoscendum de connexis, & dependentibus à causa principali, & *num.* 186. cavendum ait ab Imol. *cons. 140. ad fin.* dum intellexit hunc text. ea ratione procedere, quia partes prorogarunt jurisdictionem Procuratoris fisci, & dum dicit hanc legem specialiter procedere in fisco, cum totum contrarium sit in jure verius.

5 In gloss. *Debes* ibi, *nec potest fides haberi de pretio ut transeat dominium.* Notatur ad hoc, quod dominium non transfertur in emptorem nisi integro pretio soluto, ut per Fabian. de Monte *de empt. & vendit. q. 3. princ. n. 32.* Peregr. *de jure fisci lib. 9. tit. 4. n. 9.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 38. gloss. 1. num. 16.* Card. Mantic. *de contract. lib. 4. tit. 21. n. 7. & 8.*

## SUMMARIUM.

1 *Fiscum inter, & privatum cognoscit Procurator Cæsaris, & num. 2.*
3 *Causæ fiscales sunt cùm de crimine non quæritur, sed de bonis fisco applicandis ex causa criminis commissi, vel aliter.*
4 *Rationalis, id est, Procurator Cæsaris.*
5 *Judices fiscales non recipiunt sportulas pro cognitione & expeditione causarum, ex quo sunt salariati de publico.*

## L. Ad fiscum. V.

*Imp.* CONSTANTINUS A. *ad Ursum.*

1 INter fiscum, & privatum Procurator Cæsaris cognoscit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Padil. *in l. præses, n. 5. de transact.* Ceval. *commun. contra commun. tom. 4. q. 897. n. 629.* Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 3. in princip. n. 3.* ubi quod Procurator Cæsaris decidebat universas causas ad patrimonium & fiscum Cæsaris pertinentes, Peregr. *de jure fisci*
3 *lib. 7. tit. 1. num. 2.* ubi quod causæ fiscales sunt cùm de crimine non quæritur, sed de bonis fisco applicandis ex causa criminis commissi, vel aliter.

4 *Rationalis.* Id est, Procurator Cæsaris, ita dictus, quia rationes rerum principalium inibat, & universi patrimonii curam, & solicitudinem gerebat, ut per Joan. Garc. *d. gloss. 3. in princ. n. 2.*

5 In gloss. *Concussionibus* ibi, *quia non debet exigere à partibus*, &c.] Notatur ad hoc, quod fiscalis judices non recipiunt sportulas pro cognitione & expeditione causarum, ex quo sunt salariati de publico, ut per Peregrin. *d. lib. 7. tit. 1. n. 14.*

## SUMMARIUM.

1 *Procurator Cæsaris cognoscit inter duos privatos, quando ambo, vel alter ipsorum sunt conductores bonorum Cæsaris.*
2 *Procurator Cæsaris, & Procurator fisci in quo differant, remissivè.*
3 *Advocatus fisci in quo differat à Procuratore Cæsaris.*
4 *Conductores fiscales utuntur privilegiis fisci.*

## L. Si quis adversùs.

*Idem* A. *ad Italicum.*

CÆsaris Procutor cognoscit inter duos privatos quando ambo, vel alter ipsorum sunt conductores bonorum Cæsaris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* 1

Procurator Cæsaris, & Procurator fisci in quo differant, vide Peregrin. *de jure fisci, lib. 1. tit. 1. num. 7. part. 2.* Et in quo differat Advocatus fisci à Procuratore Cæsaris, vide Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 3. num. 7.* 2

*Conductorem nostrum*, &c.] Ergo fiscales conductores privilegiis fisci utuntur, de quo vide Peregr. *de jure fisci lib. 7. tit. 3. n. 33.* 3

## SUMMARIUM.

1 *Inter Colonos dominicos & patrimoniales cognoscit Procurator Cæsaris.*
2 *Coloni non sunt evocandi per Rectores Provinciarum, & Duces militum.*

## L. Dominicis. VII.

*Idem* A *ad Bulephor rationalem summæ rei.*

INter dominicos & Patrimoniales colonos cognoscit Procurator Cæsaris. Item coloni per provinciarum Rectores & Duces militum evocandi non sunt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* 1 2

## SUMMARIUM.

1 *Colonus Principis in causa criminali coram Præside convenitur, præsente Procuratore Cæsaris.*
2 *Procurator Cæsaris, nec de crimine, nec etiam de furto commisso contra Principem cognoscebat.*
3 *Rector provinciæ quando possit cognoscere; quando Præpositus sacri cubiculi, & Comes domorum, n. 4.*

## L. Cùm aliquid. VIII.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Taurum. PP.*

COlonus Principis in causa criminali coram Præside convenitur præsente Cæsaris Procuratore. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1

Notatur ad hoc, quod Procurator Cæsaris, nec de crimine, nec etiam de furto commisso contra Principem cognoscebat, ut per Joan. Garc. *nobilit gloss. 3. in princ. num. 3. vers. nec de crimine.* 2

*Ad judicium Rectoris Provinciæ*, &c.] Advertit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. n. 28. vers. quartò*, in hac lege ideo cognoscere Rectorem Provinciæ, quia erat contentio inter colonum Cæsaris ac Cæsarem ipsum: at verò *in l. ult. infr. hoc ead. tit.* cognoscere Præpositum sacri Cubiculi, & Comitem domorum: & nullum alium, quia contentio erat inter colonum Cæsaris, & privatum. 3 4

## SUMMARIUM.

1 *Familiares Principum injuriam subditis, ac provincialibus non inferent.*
2 *Procurator fisci indebitas concussiones exercens, ignis, vel incendii pœnam meruat.*

3 *Procurator Cæsaris si delinquebat in officio suo, tunc ad Præsidem provinciæ pertinebat coërcitio.*

4 *Ministri justitiæ, malè in administratione suorum officiorum versantes, quàm graviter olim puniebantur, remissivè.*

## L. Universi. IX.

*Impp.* VALENT. & VALENS AA. *ad Philippum. V. C.*

1 FAmiliares Principum injuriam subditis, ac pro-
2 vincialibus non inferent. Item Procurator fisci indebitas concussiones exercens, ignis, vel incendii pœnam metuat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.*

3 *Vel Rectoriæ provinciæ*, &c. ] Notatur ad hoc, quod si in officio suo delinquebat Procurator Cæsaris, tunc ad Præsidem provinciæ pertinebat coërcitio, ut per Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 3. in princ. n. 3. vers. qui si in officio.*

4 *Publicè vivus concremetur.* ] De hac gravi pœna, quam olim patiebantur justitiæ ministri, qui malè in administratione suorum officiorum versabantur, faciendo concussiones indebitas, vide Put. *de syndicatu, verbo Resistentia, cap. 2. n. 2. in fine, fol.* 280. Simanch. *de Republ. lib. 8. cap 5. num. 5.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. q. 34. art. 8. lit. S,* Bobadill. *in sua politica, lib. 1. cap. 13. n. 47.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 90. consid. 10.*

## L. Nullum ex officio. X.

*Imppp.* GRAT. THEOD. & VALENT. AAA. *ad Polemium P. P.*

1 OFficiales Procuratoris Cæsaris in causa civili debent conveniri coram ipso Procuratore, secus in causa criminali, tunc enim coram Præside accusantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Joan. Garc. *de nobilit.*

## SUMMARIUM.

1 *Colonus, vel inquilinus rerum, Principis in causa civili, vel criminali, convenitur coram Procuratore Cæsaris.*

2 *Iurisdictio ubi taxativè uni magistratui est concessa circa aliquod genus causarum, tunc privativè collata præsumitur.*

3 *Servus Principis agit super re domini, aut sua persona.*

4 *Cognitio cur hic Præpositio sacri Cubiculi, & Comiti domorum, ac nulli alteri concessa; Rectori verò provinciæ in l. cùm aliquid, hoc tit.*

## L. Hac lege XI. & ult.

*Impp.* THEOD. & VALENT. AA. *Artaxi Præpositio sacri cubiculi.*

1 COlonus, vel inquilinus rerum Principis in causa civili, vel criminali convenitur coram Procuratore Cæsaris. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.*

2 Solet allegari hic text. ad hoc quod quando ta-



xativè uni magistratui concessa est jurisdictio circa aliquod genus causarum, tunc privativè collata præsumitur, ut per Joan. Garc. *de nobilit. gloss. 1. n. 5. vers. pro qua*, Brunor. à Sole *in locis comm. verbo jurisdictio* 3. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 31. à num. 56.* D. Barbos. *in l. 1. art. 4. ex n. 99.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 18. num. 13.*

*Aut servus*, &c. ] Ergo Principis servus agit super re domini, aut suæ personæ, ut per *l. Hispan. 9. in fine, tit. 2. part. 3. ubi gloss. fin. & l. 5. in fine, tit. 5. p. 3. ubi gloss. fin.* 3

*Non alterius quàm tui culminis*, &c. ] Advertit Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. num. 28. vers. quartò consideratur*, ideò in hoc textu cognitionem tribui Præposito sacri Cubiculi, & Comiti domorum, ac nulli alteri, quia contentio erat inter colonum Cæsaris, & privatum, necnon emanaret decisio hujus textus favore ipsorum colonorum, & inquilinorum Imperialium: at verò *l. cùm aliquid, sup. hoc tit.* cognoscere Rectorem provinciæ, quia contentio erat inter colonum Cæsaris, & Cæsarem ipsum. 4

*Quando liceat unicuique sine judice se vendicare, vel publicam devotionem.*

## TIT. XXVII.

VINDICAT, qui à latrone, aut alio aggressore petitus est. Vendicat publicam devotionem, qui latronem, aut militiæ desertorem petit.

Vide Cujac. Pac. & Vvesemb. item Farin. *in praxi crimin. titul. de homicidio, quæst. 125. num. 168. cum seqq.*

## SUMMARIUM.

1 *Populatores, nocturnos aggressores, & mortem minantes, si aliter se defendere nequit, quilibet impunè occidit, & num. 2. Distingue ut n. 3.*

4 *Miles & privati, ut diversi, & separati ponuntur.*

5 *Hominibus improbis in tempore, occurrere cautius, quàm post exitum vindicare.*

## L. Liberam. I.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. *ad Provinciales.*

1 POpulatores, nocturnos aggressores, & mortem minantes quilibet, si aliter defendere se non potest, impunè occidit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Castr. Angel. Fulgos. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 3. tit. 8. part. 3.* ubi statutum est, non teneri occidentem publicum latronem, seu prædonem, necnon suarum domorum, prædiorum messium, vel arborum combustorem nocturnum in ipso actu, seu diurnum, defendendo res suas, quas ei auferebat violenter raptor, & *ibi* Gregor. Lop. *gloss. 9.* colligit differentiam inter nocturnum depopulatorem agrorum, & furem nocturnum, nam fur nocturnus ita demum potest occidi, si armis se defendat ut non possit comprehendi; nocturnus verò depopulator agrorum indistinctè potest occidi, quamvis 3

comprehendi poſſit ſine occiſione, Anton. Gom. *l. 79. Tauri, n. 15.* ubi ex hoc textu colligit, de jure communi ex juſta cauſa & ratione bene poſſe legem humanam poſitivam permittere, ut quis poſſit liberè alium occidere. Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 49. n. 32.* ubi quod propter gravitatem ſceleris licet alterum propria auctoritate impunè interimere. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo furtum, num. 26.* ubi quod fur publicus ſtratarum, aut nocturnus depopultaor agrorum poteſt à quocunque impunè interfici, Rip. *in tr. de nocturno tempore, c. 24. tit. de furt. à n. 5. & c. 31. tit. de homicidio, ex n. 1.* latè Farin. *in praxi crimin. tit. de homicidio, q. 126. à n. 199.* ubi *n. 104.* reſolvit impunè poſſe occidi agrorum nocturnum depopulatorem, & ſtratarum latrones.

4 *Quicunque militum, vel privatorum,* &c. ] Ergo miles & privati, ut diverſi & ſeparati ponuntur, de quo Tiraq. *de nobilit. cap. 8. num. 3.*

5 *Melius eſt enim occurrere in tempore,* &c. ] Notatur ad hoc, quod hominibus improbis cautius eſt in tempore occurrere, quàm poſt exitum vindicare, ut per Oldrad. *conſ. 161. Orta materia, num. 1.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo homo 4.* Unde vulgare axioma, *Melius eſt occurrere in tempore, quàm poſt illatum vulnus remedium quærere,* ut per Bellet. *diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de diſcipl. cler. §. 5. num. 105.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 6. lit. P, concl. 648.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convention. lib. 21. tit. 8. n. 30. in fine,* quos refero *de Axiom. juris uſufrequent. axiom. 146. n. 1.*

## SUMMARIUM.

1 *Milites deſertores ut latrones publici pro publica quiete tuenda per quoſcunque opprimi, ac deleri poſſunt, & num. 2.*

3 *Statutum de bannitis impunè offendendis cenſetur favorabile, & extendendum.*

### L. Opprimendorum. II. & ult.

*Imppp.* Arcad. Honor. & Theod. AAA. *Hadriano P. P.*

1 MIlites deſertores, ut latrones publici pro publica quiete tuenda per quoſcunque opprimi ac deleri poſſunt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *lex Hiſpan. 3. titul. 7. part. 7.* ubi ſtatutum eſt quod non tenetur qui militem ab acie fugientem domino derelicto, cùm non potuit capere, occidit, & *ibi* Gregor. Lopez *gloſſ. 7. & 11.* & alia *l. Hiſpan. 2. verſic. la ſegunda es, titul. 29. part. 7.* ubi quod ſine judicis mandato poteſt quis capere militiæ deſertorem.

3 *Pro quiete communi,* &c. Notatur ad hoc, quod ſtatutum de bannitis impunè offendendis cenſetur favorabile, & extendendum, quia inductum pro communi quiete, & ad publicam utilitatem, ut per Viv. *commun. opin. lib. 1. opin. 290.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo ſtatutum de bannitis, fol. 185. verſo.*

## *De inofficioſo teſtamento.*

## TIT. XXVIII.

HActenus generalia, & judiciis omnibus communia. Sequitur nunc judiciorum diviſio in realia, perſonalia, & mixta, ac primùm dicendum de realibus, quorum nonnulla vocantur univerſalia, quia ſunt de aliaqua univerſitate, ut petitio hæreditatis; alia ſpecialia, quæ ſunt de re ſpeciali, ut rei vindicatio. Teſtamentum autem inofficioſum eſt, quod contra officium pietatis factum eſt, eâ perſonâ, cui legitima quædam portio ex bonis teſtatoris debetur, indignè exhæredata, vel ita præterita; ut pro ex hæreditata habeatur.

Vide *l. Hiſpan. 1. cum ſeqq. tit. 8. part 6.* Cujac. Pac. & Vveſembec. item Villalob. Suar. Bellacom. & alios *tom. 11 commun. opin. lib. 3. tit. 16.* Donell. *comment. juris civilis lib. 19. c. 3. per tot.* Franc. de Barry *de ſucceſſionib. teſtati ac inteſtati, lib. 10. tit. 8. & 9.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 44. c. 4.* Cald. Pereira *poſt qq. forenſ. ad Inſtit. hoc tit.* Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tom. 1. tit. 608.* Giphan. *ſuper Cod. tom. 1. ad hanc rubr. pag. 158.* Ferdin. Vaſq. Menchac. *de ſucceſſ. reſol. lib. 3. ad rubr. hujus tit.*

## SUMMARIUM.

1 *Quærela inofficioſi primò, & ſubſequenter petitio hæreditatis contra fidejuſſorem inſtituitur, & num. 5.*

2 *Intellectus l. 1. de inoffic. teſt.*

3 *Contra Particularem, ut legatarium, non datur judicium univerſale.*

4 *Contra fideicommiſſarium datur quærela inofficioſi.*

### L. Cùm de inofficioſo. I.

*Impp.* Severus & Antoninus AA. *Victorino.*

QUærela inofficioſi primò, & ſubſequenter petitio hæreditatis poteſt contra fidei commiſſarium inſtitui, colligunt ex Ordin. Cyn. Salicet. Bart. Bald. Caſtr. Arietin. Petr. de Bellapert. Iaſ. Angel. Sichard. Sebaſtian. Næv. Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 673.* Menchac. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. in princ. pag. 165.* remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

De intellectu hujus textus eleganter tractat noſter Luſitanus Antonius Goveanus *lectionum juris var. lib. 1. cap. 5. per tot.* ubi latè facti ſpeciem narrat, & veram ac genuinam reſtituit litteram. 2

Hanc eandem textus concluſionem ex eo deſumunt Donell. *commentar. juris civilis lib. 19. cap. 8. col. 1.* ubi Oſuald. *lit. E,* intelligit textum loqui de fideicommiſſario univerſali, & ſubdit contra particularem, ut legatarium, non dari hoc judicium univerſale. Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 11. n. 15.* quem refert de Barry *de ſucceſſionib. teſtati ac inteſtati, lib. 10. tit. 8. n. 23.* ad hoc quod adversùs fideicommiſſarium datur quærela inofficioſi; & hoc intelligit etiam hodie extante auth. *ex cauſa, de liber. præter.* idque ut quartam detrahat ex fideicommiſſo. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 20. princip. num. 91.* ubi ait juxta hanc l. in eodem judicio peti & proponi poſſe quærelam 3 4 5

relam & petitionem hæreditatis, cùm hic filius egerit querela & petitione hæreditatis ſimul : additque quod licèt Accurſii ſententiam tenuerit Govean. *citato cap.5.* dum noluit quod in præſenti filius exhæredatus ſolùm propoſuit petitionem hæreditatis, & non querelam ; nihilominus tamen contrarium exiſtimat, cùm petitio hæreditatis ex cauſa quærelæ non poſſit intentari ſine quærela, quæ eſt cauſa petitionis hæreditatis: de quo etiam Petr. Greg. *ſyntag. juris lib.44. cap.4. num.2.* ubi dicit quod licèt inofficioſi quærela remedium ſit extraordinarium, quod non datur ſi ordinarium aliud ſit, vel alia actio, tamen huic actioni adjungi ſolet, veluti ad effectum ejus, petitio hæreditatis, ut quis reſciſſo teſtamento petat ſe hæredem declarari, ſibique adjucari hæreditatem.

## SUMMARIUM.

1 *Bonorum poſſeſſio cauſâ litis agnoſcendæ non tribuit jus, & hujus virtute ſcriptis hæredibus non poteſt auferri poſſeſſio.*

2 *Filio emancipato, ſi ſit exhæredatus, modò cum cauſa, modo ſine cauſa, de jure antiquo competebat bonorum poſſeſſio gratiâ litis agnoſcendæ.*

## L. Quamvis. II.

*Idem* AA. *Lucretio.*

1 BOnorum poſſeſſio cauſâ litis agnoſcendæ non tribuit jus, & hujus virtute ſcriptis hæredibus auferri non poteſt poſſeſſio. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l.1. num.1. ſupra hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom.1. fol.677.* Menchac. *de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. pag. 167.* ubi particulariter de hoc textu.

2 Vide Anton. Gom. *var. tom.1. cap.11. num.34.* ubi hunc textum dicit valde notabilem & expreſſum ad probandum, quod ſi filio emancipato, ſi ſit exhæredatus, modo cùm cauſa, modò ſine cauſa, de jure antiquo competebat bonorum poſſeſſio gratiâ litis agnoſcendæ, per quam præparabatur ſibi quærela, & efficiebatur habilis ad querelam intentandam, ſicut ſi eſſet in poteſtate, Menchac. *illuſtr. controverſ. p. 1. cap.106. num. 12.* ubi fabulari ſibi videri aſſerit gloſſ. & Doctores *in præſenti*, dum aiunt quod emancipatus exhæredatus non aliter querelam inſtitueret, poſtquam is quodpiam ſignum à Prætore, annulum fortè, vel quidpiam ſimile, acceperit gratiâ litis agnoſcendæ. Connan. *comment. lib. 9. cap. 8. num. 6.*

## SUMMARIUM.

1 *Poſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamenti non habebat facultatem, præſertim ſi mater in puerperio deceſſit, videtur cum aliis viriliter inſtitutus.*

2 *Filio poſthumo uti inſtituto virilis portio debetur.*

3 *Extraneis ſcriptis hæredibus, poſthumus querelam inofficioſi teſtamenti habet, & num.4.*

5 *Diſpoſitio legis, vel principis, aut cujuſlibet perſonæ privatæ collata in uno caſu expreſſo, & determinato, habet etiam locum in alio omiſſo, quando veriſimiliter idem diſpoſuiſſet, ſi de illo cogitaret, & eſſet interrogatus.*

## L. Si mater. III.

*Idem* AA. *Januario.*

POſthumus præteritus à matre, quæ mutandi teſtamenti non habebat facultatem, præſertim ſi mater in puerperio deceſſit, videtur cum aliis viriliter inſtitutus. 1

Filio poſthumo uti inſtituto virilis portio debetur. 2

Scriptis hæredibus extraneis, poſthumus quærelam inofficioſi teſtamenti habet. 3

Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit.* poſt omnes Menchac. *de ſucceſſ. reſol. lib. 3. pag.170.* ubi hanc legem ſingularem eſſe, & nullam aliam habere ſociam in jure, dicit Petr. Gilchen. *tom. 1. fol.678.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.44. cap. 4. n.21. in fine*, Anton. Gom. *variar. tom.1. cap. 5. num.24. in princip.* ubi dicit textum in ſuo caſu ſingularem & unicum, & extendit etiamſi toto tempore quo eſſet prægnans, habuit tempus mutandi teſtamentum, quia non nocet, cùm neſciret an deberet mori in puerperio, vel non & quid paritura eſſet, vel maſculum, vel fœminam : & deindè declarat quod ſi tempore, quo fecit teſtamentum, ſciebat ſe prægnantem, non procedet hic textus, ſed teſtamentum eſſet nullum ratione præteritionis : poſt intelligit ut talis poſthumus cenſeatur viriliter inſtitutus ſecundùm numerum aliorum filiorum, modò alii filii ſint æqualiter inſtituti, modò non, & utroque caſu poſthumus habebit ſuam partem virilem, alii verò filii divident alias partes inter ſe pro portionibus ſibi relictis ; & tandem declarat, ut hic textus ſolùm locum habeat & procedat in caſu ſpeciali, quo loquitur, unde ſecus eſſet in patre, qui fecit teſtamentum antequam poſthumus eſſet conceptus ; & poſtea naſcatur, & mortuus ſit incontinenti antequam pater poſſet mutare teſtamentum. Sarmient. *lib.4. ſelect. ad l. commodiſſimè, ff. de liber. & poſthum. num.2. verſ. item oppono, fol. mihi 35. verſo*, Emman. Acoſta *in repet. §. poſthumus, paulo poſt princ. Inſtit. de legat. & in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, p.1. num.23. ff. de liberis, & poſthum.* Connan. *comment. juris civilis lib.9. cap.9. num.1*, Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.4. tit.2. num. 5.* Gam. *Luſit. deciſ. 173. n.5.* Menoch. *conſ 40. num. 22.* ubi advertit, quod licèt poſt Jaſ. *hic num.6. verſ. iſta lex*, dicat Alba *conſ.85. num. 9.* diſpoſitionem hujus legis non procedere in patre, attamen ſi rectè Jaſonis verba conſiderentur, non ait ille hanc leg. non procedere in patre, cùm ignoranter id facit, ſed cùm ſcienter, idem Menoch. *de præſumpt. lib.3. præſ.26. num.20.* ubi dicit ita Imperatores in præſenti conſtituiſſe, propterea quod fuit quidem in animo teſtatricis illi teſtamento addere fidei deinde nati inſtitutionem expreſſam, quod cùm morte præventa facere non potuerit, ſatis voluiſſe dicitur eam ſcriptam inſtitutionem, & hunc filium continere, Joan. Marc. Aquilin. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in verbo ſed ex ſententia, num. 63.* Cald. Pereira *de poteſt eligendi cap. 13. ſub num. 27.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo teſtamentum, & n.61.* Caſtill. *quotid. lib.4. c.15. n.80.* 5

*Sed cùm eam*, &c. ] Examinat Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, n.22.* illam quæſtionem, an confirmentur legata ſi teſtator cùm poſſet, non mutaverit teſtamentum.

Notatur ad hoc, quod diſpoſitio legis, vel Principis, aut cujuſlibet perſonæ privatæ, collata in uno caſu expreſſo, & determinato, habet etiam locum in alio omiſſo, quando veriſimiliter idem diſpoſuiſſet ſi de illo cogitaret, & eſſet interrogatus, ut per Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num.46. in fine, verſ. & hoc*

*tali fundamento*, ubi dicit hunc textum esse unicum in suo casu.

## SUMMARIUM.

1 *Testamento rescisso ob causam, non currunt libertates.*
2 *Libertas relicta per fideicommissum, & semel data non rescidintur per inofficiosi querelam.*

## L. Cùm ex causa IV.

*Idem* AA. *Soterico, & aliis.*

1 REscisso testamento ob causam, con cortunt
2 libertates. Sive, Libertas relicta per fideicommissum, & semel data, non rescinditur per inofficiosi quærelam. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 699.* Menchac. *super hanc l. tom. 2. pag. 175.* ubi latè quomodò intelligitur libertatem non revocari testamento rescisso.

## SUMMARIUM.

1 *Querela inofficiosi testamenti cœpta & interposita ad hæredes transmittitur.*
2 *Querela non præparata non transmittitur, nisi ad liberos agentes contra testamentum parentum, præparata contrà.*

## L. Si pater tuus. V.

*Imp.* ANTONIUS. A. *Helio.*

1 QUærela inofficiosi testamenti cœpta, & interposita ad hæredes transmititur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & post omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 680.* Mechac. *tom. 2. super hanc l. pag. 176.*

2 Vide Petr. Gregor. *syntagm. juris q. 3. lib. 44. c. 4. num. 20. vers. in aliis*, ubi ait quod in aliis personis quàm liberorum agentium contra testamentum parentum, quærela non præparata non transmittitur, præparata contrà, ut si agatur de testamento fratris per quærelam impugnando. Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, ampl. 16. num. 8.* Menchac. *de succeff. tom. 1. lib. 1. §. 10. n. 587.* ubi subdit, quod licèt ad liberos transmittatur hodie quærela non præparata, tamen procedit quando is, qui ad quærelam invitabatur, erat de liberis ejus cujus de successione agitur, & etiam agebatur, ut ad liberos suos transmitteret, aliàs secùs. Duen. *reg. 146. limit. 4.* Anto. Gom. *var. tom. 1. cap. 11. num. 17.* Anton. Padil. *in l. cum mota, de transact.* Bernard. Diaz *reg. 635. per totam*, ubi firmat regulam quod, quærela etiam non præparata transmittitur ad liberos, & limitat multis modis, & præcipuè in ascendentibus exhæredatis, qui non transmittunt quæleram non præparatam. Donat. à Fin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3, tit. 16. n. 85.* ubi quod quærela etiam non præparata transmittitur ad liberos.

## SUMMARIUM.

1 *Filius cui est relicta legitima, quæ erat olim quarta, non habet quærelam inofficiosi, & n. 2.*
3 *Pars quarta bonorum dicitur quæ à testatore relinquenda est.*
4 *Legitima quanta esse debeat, tempus mortis inspicitur, nec curatur an aliis temporibus parens habuerit facultates ampliores.*
5 *Hæreditas defuncti si aucta post mortem, an censeatur aucta legitima.*
6 *Fructus legitimæ debentur etiam à tempore mortis patris, etiamsi nulla intervenerit interpellatio.*
7 *Legitima filiis debetur post mortem patris, non autem eo vivente; filia debetur in vita patris quando nubit in vita sua, specialiter in regno, in quo dos filiæ succedit loco legitimæ, n. 8.*
9 *Fructus veniunt cum legitima à dicto die mortis testatoris, & n. 11.*
10 *Pater, si velit, potest assignare filio etiam invito, legitimam in vita.*
12 *Ius rumpendi testamentum regulatur à jure succedendi ab intestato.*

## L. Cùm quæritur. I.

*Idem* A. *Ingenuo.*

FIlius, cui est relicta legitima, quæ erat olim quarta, non habet quærelam inofficiosi testamenti. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* & ex modernis Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 681.* Menchac. *tom. 2. super hanc leg. pag. 179.* 1

Vide Anton. Gom. *l. 9. Tauri, num. 11.* ubi allegato hoc textu dicit, quod regula vera est, quod in casibus in quibus filio debetur aliqua legitima, vel portio ab intestato, si in testamento sub illa non relinquatur, potest rumpere testamentum, & remedio competenti contra eum agere. Spin. *in speculo testam. gloss. 20. princip. n. 83.* ubi quod filius habens quartam portionis partem ab intestato, excluditur à quærela inofficiosi testamenti. Duaren. *in tract. hujus tit. cap. 17. ad fin. vers. 6.* Valesc. *ad Xuar. ad l. quoniam in prioribus, in evidental. lit. F, pag. 371.* 2

*Si quartam bonorum partem.* ] Et dicitur quarta bonorum pars quæ à testatore relinquenda est, ut per Petr. Gregor. *syntagm. juris civilis lib. 44. cap. 4. num. 8.* 3

*Mortis tempore*, &c. ] Notatur ad hoc, quod legitimâ quanta esse debeat, inspicitur tempus mortis patris, nec curatur an aliis temporibus parens habuerit ampliores facultates, ut per Chass. *in consuet. Burgund. rubr. 7. §. 2. verbo du trepas, num. 1. cum seqq.* Boër. *decis. 62. num. 2. seqq.* ubi quærit quid si sit aucta hæreditas defuncti post mortem, an legitima aucta censeatur, Bernard. *reg. 421.* Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, super decl. leg. Regni, limit. 4. n. 3.* Gregor. Lop. *l. 17. tit. 1. part. 6. gloss. pen. prope fin.* Marant. *disp. 10. num. 22.* Anton. Gom. *l. 23. Tauri, num. 1. & 29. num. 35. in princip.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo legitima 9.* Cald. Pereira *de empt. cap. 10. num. 6. & post quæst. forens. ad §. sed hæc, Instit. hoc tit. num. 14.* ubi rationem reddit, quia illo tempore legitima portio debetur, non anteà. Cancer. *var. lib. 1. tit. 3. de legitima, n. 23.* Cov. *in cap. Raynutius, §. 1. num. 7. de testam.* ubi extendit etiamsi legitima esset filio in vita patris assignata, quia etiam tunc tempus mortis inspicitur: ita quod si facultates patris excreverint, poterit & illud augmen- 4 5

mentum peti, Matienz. *l.* 3. *gloſſ.* 4. *num.* 1. *& l.* 7. *gloſ.* 42. *n.* 6. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Menchac. *de ſucceſſionum creat* §. 20. *n.* 7. *&* §. 10. *n.* 407. *lib.* 1. *tom.* 1. Joan. Garcian. *reg.* 452. Brunor à Sole *in locis comm. verbo legitima* 9. Gam. *Luſit. deciſ.* 103. *n.* 1. latè Merl. *de legitima lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 7. Rota *apud eund. deciſ.* 90. Valaſc. *d. partit. cap.* 10. *num.* 6. *& cap.* 21. *& conſ.* 198. *num.* 2.

6 Vide fructus legitimæ debentur etiam à tempore mortis patris, etſi nulla interpretatio intervenerit, ut per Rauchin. *p.* 3. *deciſ.* 209. Charond. *reſp. lib.* 4. *cap.* 91. Pereg. *de fideicom. art.* 36. *n.* 69. Bart. *de ſucceſſ. teſtati, & inteſtati, lib.* 16. *tit.* 12.

7 Notatur etiam ad hoc, quod legitima poſt mortem patris filii debetur, non autem eo vivente, ut per Ségur. *in repet. l.* 3. *§. fin. ff. de liber. & poſthum.* Duen. *reg.* 356. *num.* 2. Cott. *in memorab. verbo legitima.* Aſcan Clement. *de patria poteſt. effectu* 16. *numer.* 56. Franc. Becc. *conſ.* 23. Petr. Bening. *Bonon. deciſ.* 89. Octav. Cacheran. *Pedemont. deciſ.* 172. *num.* 15. Leſſ. Fernandez *l.* 23. *Tauri, num.* 11. Penel. *in l.* 2. *de bonis mater. p.* 3. *num.* 75. Morcheq. *de diviſione bonorum, lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 4. Cavalcan. *dec.* 172. *num.* 15. Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ.* 11. *num.* 24.] Vincent. de Franchis *deciſ.* 133. *num.* 1. Angul. *de meliorationib. l.* 1. *gloſſ.* 2. *num.* 7. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Menoch. *conſ.* 77. *num.* 6. *vol.* 1. Paſcha. *de viribus patriæ poteſt. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 20. *in emporio juris civilis p.* 1. *tit.* 3. *q.* 5. *num.* 10. *verſ. ex eadem.* Cardoſ. *in præxi judicum, verbo legitima, num.* 6. latè Merlin. *de legitima lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 1. Camill. [Borrel. *in ſum. deciſ. lib.* 3. *tit.* 16. *de legitima, num.* 52. ubi *num.* 53. quod ſtatim debetur ſubſequuta patris morte abſque aliqua mo-
8 ra; & *n.* 54. quod filiæ debetur in vita patris quando
9 nubit in vita ſua ſpecialiter in Regno, in quo dos filiæ ſuccedit loco legitimæ, *& n.* 55. quod fructus veniunt cum legitima à dicto die mortis teſtatoris,
10 & *n.* 56. tenet quod poteſt pater, ſi velit, aſſignare in vita filio etiam invitò legitimam, quia in favorem patris introductum eſt ut legitima ſervetur in vita penes patrem. Caſtill. *controverſ. lib.* 1. *de uſufructu cap.* 64. *num.* 11. plures quos retuli *in votis deciſivis Canon. vero* 6. *à num.* 32. Et cui debetur legitima, debentur & fructus legitimæ à die mortis patris, & ſimiliter cui debetur legitimæ ſupplementum, debentur & fructus à die etiam mortis patris, Cancer. *d. lib.* 1. *tit.* 3. *de legitima, num.* 53.

11 *Reliquit.*] Qualitercúmque ſcilicet, ut per Emman. à Caſta *in c. ſi pater, de teſtament. lib.* 6. *p.* 1. *verbo inſtituit, n.* 21.

12 Notatur etiam ad hoc, quod jus rumpendi teſtamentum regulatur à jure ſuccedendi ab inteſtato, ut per Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, n.* 9. *verſ. unde merito,* Menoch. *conſ.* 8. *n.* 3.

## SUMMARIUM.

1 *Legitima liberorum quatuor, & pauciorum numero eſt tertia pars; ſi plures quatuor dimidia pars*
2 *aſſis, & num.* 2. *ſub hac diſpoſitione non comprehendi filios naturales, adhuc minus ſpurios, num.* 5. *An in hoc filiorum numero computentur exheredatus, deportatus, excluſus per ſtatutum, renuntians hæreditati, & frater Ordinis Minorum, remiſſivè num.* 6. *In Regnis Caſſellæ legitima filiorum ſunt omnia patris bona, excepto quinto, de quo pater diſponit ad libitum & excepto tertio bonorum, in quo pater poteſt meliorare unum ex filiis, num.* 3. *In Regno Luſitaniæ duæ partes bonorum ſunt legitima filiorum, ſive ſit unus tantùm, ſive plures, & ſolùm patri permittitur liberè diſponere de tertia bonorum, num.* 4.

7 *Legitima ſicuti in liberorum perſonæ eſt aucta hoc jure noviſſimo, an ita etiam legitima parentibus a liberis debita intelligatur aucta.*

8 *Legitima non eſt commenſuranda ſecundùm determinationem hujus textus, quando à fiſco perſolvitur, ſed ſervari debet modus traditus in l. quando de bonis damnat.*

9 *Legitima quæ filio debetur arrogato, non eſt aucta per hunc text.*

10 *Legitima fratrum eſt aucta per hanc Auth.*

11 *Fructus legitimæ debentur filiis à tempore mortis patris, aut matris, & non ſolùm fructus legitimæ ab eo tempore debentur, ſed etiam fructus ſupplementi ejuſdem legitimæ.*

12 *In detractione legitimæ attendi debet quantum valuerint facultates tempore mortis ejus, de cujus bonis venit detrahenda, licèt alio tempore poſtea plus, vel minus valuerint.*

13 *Legitima filiorum honorabili inſtitutionis titulo relinqui debet. Amplia in legitimato, & in ficto filio, prout eſt Monaſterium, num.* 14. *Etiamſi per ſtatutum aucta ſit, num.* 15. *Sufficit tamen ut videatur relinqui titulo inſtitutionis, ſi pater relinquat filio decem pro ſua legitima, nec adjecit quod in illis decem eum hæredem inſtituebat, numero* 16. *Nec eſt neceſſe ut tota legitima relinquatur liberis titulo inſtitutionis, ſed ſufficit quod aliqua res etiam minima, inſtitutionis titulo relinquatur, num.* 17.

18 *Legitima aſcendentium titulo inſtitutionis relinqui debet.*

19 *Fructus legitimæ augent legitimam, & debentur à tempore mortis patris, etſi nulla interpellatio intervenerit, num.* 20.

21 *In uſufructu legitimæ filius gravari non poteſt.*

22 *In teſtamento inter liberos hodie eſt neceſſe relinqui legitimam titulo inſtitutionis, non ſecus quàm in reliquis teſtamentis.*

23 *Portio in qua ex teſtamento aſcendentes erant neceſſariò inſtituendi, quæ.*

24 *Portio legitima fratribus debita, turpi perſona inſtituta, non eſt aucta. Contra auctam eſſe, ut ſi ſint quatuor fratres ſint tres, ſin quinque, ſemis, num.* 25.

## AUTH. Noviſſima.

LEgitima liberorum quatuor & pauciorum nu- 1
mero eſt tertia pars, ſi plures quatuor liberi extent dimidia pars aſſis eſt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 60. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 683. & inter Repetentes Fabian. de Biochis.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt *l. Hiſpan.* 17. *tit.* 1. *p.* 6. ibi, *E la legitima parte que duen aver los fijos es eſta, que ſi fueren quatro, o dende ayuſo, devon aver de las tres partes la una de todos los bienes de aquel quien heredan. E ſi fueren cinco o mas, deven aver la maytad.* Gregor. Lop. *l.* 12. *gloſſ.* 10. *verbo la tercera parte, tit.* 5. *part.* 6. *& l.* 4. *gloſſ.* 9. *verbo quarta parte, col. in medio tit.* 13. *p.* 6. Connan. *Commentar. juris civilis lib.* 9. *cap.* 10. *n.* 2. Menoch. *de ſucceſſ. creat. tom.* 1. *lib.* 1. *§.* 1. *num.* 283. *cum ſeqq.* Rojas *in epitome ſucceſſ. cap.* 12. *num.* 6. Emman. à Coſta *in cap. ſi pater, verbo Inſtituit, à num.* 5. Valdeſ. *ad Xuar. ad l. quoniam in prioribus, in princ. verſ. tertio caſu, pag.* 363. *& in declar. leg. Reg. in prælud. pag.* 477. *in noviſſ. impreſſ.* Molin. *de Juſtit. tr.* 2. *diſp.* 158. *num.* 6. Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom.* 3. *tit.* 16. *de legitima, num.* 2. Merlin. *de legitima lib.* 2.

*tit.*

*tit.* 3. *q.* 1. *n.* 2. Rota apud eundem *decis.* 97. *num.* 1. Rot. *dec.* 424. *num.* 1. *p.* 4. *divers.* aliàs *in noviss. Farin.* Alvar. Valasc. *de partition. cap.* 17. *ex n.* 1. Harprecht. *in addit. ad Clar. verbo testament. q.* 38. *n.* 13.

3 In regnis Castellæ legitima filiorum sunt omnia patris bona, excepto quinto, de quo potest pater disponere ad libitum, & excepto tertio bonorum, in quo pater potest meliorare unum ex filiis, *l.* 9. *tit.* 5. *lib.* 3. *fori*, *l.* 7. & 13. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Gregor. Lop. *gloss.* 10. *l.* 17. *tit.* 1. *part.* 6. Valdes. *ad Xuar. dict. vers. tertio casu*, Alvar. Valasc. *d. cap.* 17. *n.* 2. Sanchez *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 27. & 32. Molin. *d. disp.* 158. *num.* 8. & 9. ubi magistraliter docet parentes inter solos descendentes posse ad libitum disponere de quinto, illúdque nepotibus, aut pronepotibus relinquere, esto superstites sint parentes, aut avi talium nepotum, aut pronepotum filii testatoris. Itaque si bona utriusque parentis (deducto ære alieno) dividantur in quindecim partes) solæ octo, quæ remanent, detracto tertio & quinto, sunt portio legitima necessariò dividenda æqualiter inter filios, si superstites sint. Etenim tres partes sunt quinta pars omnium quindecim, quæ ante tertium est detrahenda juxta *l.* 114. *styli*, quintum namque omnium universum bonorum est, de quo omninò liberè potest disponere, vel in opera pia, ac in subsidium animæ suæ, vel in quodcunque aliud voluerit: deinde verò de quatuor partibus aliis, quæ sunt tertium duodecim remanentium, disponere potest ad libitum, sed solùm inter descendentes; quo fit ut solùm remaneant octo partes ex omnibus quindecim, quæ sint legitima portio necessariò dividenda æqualiter inter filios, si superstites sint. Possunt verò parentes disponere inter descendentes de tertio & quinto suorum bonorum, vel per ultimam voluntatem, vel contracta, aut donatione inter vivos, sed tertium, & quintum computanda sunt habita quantitate bonorum, quæ habuerint tempore mortis, non verò alio tempore, in quo de illis disponant. Possunt etiam eligere, ac deputare partem suorum bonorum, quam maluerint in tertium & quintum, dummodò valorem tertii & quinti non excedat, eamque is, aut ii obtinebunt, quos in eis melioraverint.

4 Apud nos in Regno Lusitaniæ duæ partes bonorum sunt legitima filiorum, sive sit unus tantùm, sive plures, & solùm, patri permittitur liberè disponere de tertia bonorum, ut statutum est in Ordin. Regia *lib.* 4. *tit.* 82. Molin. *d. disp.* 158. *num.* 7. Alvar. Valasc. *d. cap.* 17. *num.* 2. *prope fin.* ubi advertit, quod in hoc nostro Regno parentes sunt in majori summa filiis obnoxii, quàm in aliqua parte orbis Christiani, ut meritò dictum sit ab antiquis quod Hispani, præsertim Lusitani, sunt servi filiorum suorum, quia ferè omnem substantiam filiis parant, & acquirunt, & de modico tantùm possunt disponere.

5 *Ut sit quatuor sint filii*, &c.] Sub hac dispositione non comprehendi filios naturales, nec minùs spurios, resolvit Merlin. *de legitima lib.* 1. *tit.* 3. *quæst.* 2.
6 *num.* 1. & *ibi* limitat in legitimatis. An in hoc filiorum numero computentur exhæredatus, deportatus, exclusus per statutum renuncians hæreditati, & frater Ordinis Minorum? vide Boër, *decis.* 104. *per totum*, ubi de renunciante, Tiraq. *de retractu lib.* 1. *§.* 1. *gloss.* 8. *num.* 15. ubi de excluso, & exhæredato, Surd. *de aliment. tit.* 3. *q.* 1. *n.* 45. Cancer. *lib.* 1. *tit.* 3. *de legit. num.* 50. Bernard. Grævæ *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 122. *consil.* 2. Merlin. *d. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 3. Utrùm etiam sicuti legitima in liberorum persona
7 est aucta hoc novissimo jure, de quo in hoc text. ita & legitima parentibus, à liberis debita aucta intelligatur? Affirmativam tenent sententiam Craver. *cons.* 110. *num.* 3. Menchac. *de succes. creat. lib.* 2. *§.* 20. *num.* 182. Petr. Anton. de Petra *d. fideicom. cap.* 15. *num.* 75. Matheac. *in tract. de legat. & fideicom. lib* 4. *cap.* 8. *num.* 9. Crass. *d. §. legitima*, *q.* 9. Hænon. *disp.* 9. *controv.* 15. Camill. Borrel. *d. tit.* 16. *de legitima*, *n.* 27. 8
Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus*, *ampl.* 16. *num.* 7. *in fine*. Surd. *cons.* 404. *num.* 1. Et quod legitima non sit commensuranda secundùm determinationem hujus textus quando à fisco persolvitur, sed servari debere modum traditum *in l. quando, de bonis damnat.* resolvit Merlin. *de legitimæ lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 29. *per tot.*

Legitima, quæ filio arrogato debetur, secundùm 9
textum *in l. arrogator*, *ff. de adopt.* non est aucta per hunc textum, ut *in d. l. arrogator*, tenet Jas. *n.* 53. & resolvit Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 24. ubi 10
*in fine* subdit etiam quod legitima fratrum sit aucta per hanc Auth.

Notatur ad hoc, quod fructus legitimæ debentur 11
filiis à tempore mortis patris, aut matris, & non solùm fructus legitimæ ab eo tempore debentur, sed etiam fructus supplementi ejusdem legitimæ, ut per Vezin. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit* 16. *n.* 93. *pag.* 414.

*Ex substantia deficientis triens*, &c.] Notatur ad 12
hoc, quod in detractione legitimæ attendi debet quantum valuerint facultates tempore mortis ejus de cujus bonis venit detrahenda, licèt alio tempore postea plus, vel minus valuerint, ut per Brunor. à Sole *in locis communib. verbo legitima* 9.

*Quoquo relicti titulo*, &c.] Ergo legitima filiorum 13
honorabili institutionis titulo relinqui debet, de quo vide Clar. §. *testamentum*, *q.* 38. *num.* 1. Duaren. *ad ff. hoc tit. cap.* 17. *circa fin.* Valdes. *ad Xuar. in l. quoniam in evidential. lit. F*, *pag.* 371. ubi quod verbum, *relicti*, referendum est ad ultimam voluntatem, Cov. *in cap. Raynutius*, §. 4. *num.* 1. *de testament.* Emman. Costa *in cap. si pater*, *de testam. lib.* 6. *p.* 1. *verbo instituit*, *à num.* 12. Menoch. *de arbitr. casu* 149. *num.* 20. Fachinæ, *controv. lib.* 4. *cap.* 24. & 30. Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri*, *num.* 5. Surd. *de alimentis tit.* 9. *quæst.* 21. *à num.* 2. Villalob. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *titul.* 16. *num.* 71. ubi ampliat in legitimato, & in ficto filio, 14
prout est Monasterium, Valasc. *cons.* 61. *num.* 3. Roland. Passag. *in tract. de testament. & ultim. volunt. rub.* 27. *n.* 22. Rojas *in epit. succes. c.* 8 *à n.* 2. & *cap.* 31. *n.* 8. Crass. §. *legitimæ*, *q.* 32. & §. *testamentum*, *q.* 35. *à n.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 55. Thaddæ. Pil. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 8. *num.* 1. Merlin. *de legitima*, *lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 1. *cum seqq.* Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 5. *lit. L*, *conclus.* 198. Matth. Berlich. *conclus.* 15
*practicabil. part.* 3. *conclus.* 15. *num.* 8. Etiamsi per statutum aucta sit, quia adhuc titulo institutionis relinquenda est, Menchac. *d. ct. lib.* 2. §. 20. *num.* 340. Crass. *d.* §. *testamentum*, *q.* 35. *num.* 7. Surd. *d. q.* 21. *num.* 5. *cum seqq.* Sufficit tamen ut videatur relinqui 16
titulo institutionis, si pater relinquat filio decem pro sua legitima, nec adjecit quod in illis decem eum hæredem instituebat, ut tenen. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 22. Menchac. 17
*de succes. creat. lib.* 2. §. 20 *num.* 254. Crass. *d.* §. *testamentum. q.* 35. *à num.* 24. Piso *d. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 11. quicquid teneat Fachinæ. *d. lib.* 4. *cap.* 25. Nec est necesse ut tota legitima relinquatur liberis titulo institutionis, sed sufficit quod aliqua res, etiam minima, institutionis titulo relinquatur, tunc enim poterit filius agere ad supplementum, ut scilicet ex bonis patris ubi integra legitima suppleatur, non autem poterit dicere testamentum nullum, neque querela inofficiosi agere, Crass. *d.* §. *legitima*, *quæst.* 32. *numero* 3. & *d.* §. *testamentum*, *quæst.* 36. *num.* 20. Thaddæ. Piso *d. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 5. & 6. Merlin. *d. lib.* 5. *tit.* 2. *q.* 21.

Quod

18 Quod etiam legitima aſcendentium titulo inſtitutionis relinqui debeat, tenent Vigl. *num.* 3. Mynſing. *num.* 5. *ad* § *ult. Inſtit. hoc tit.* Roland. Paſſager. *d. tract. de teſtament. rubr.* 17. *num.* 22. *& rubr.* 28. *num.* 5. Fachinæ. *d. lib.* 4. *c.* 30. Thaddæ. Piſo *de lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 4. Berlich. *d. p.* 3. *concl.* 15. *num.* 67. Alvar. Valaſc. *de partit. c.* 17. *num.* 32. Barry *de ſucceſſ. teſtati & inteſtati, lib.* 16. *tit.* 2. *num.* 3.

19 *Nec uſufructu defraudari*, &c. ] Notatur ad hoc, quod fructus legitimæ augent legitimam, ut per Tir. *in l. ſi unquam, verbo Suſceperit liberos, num.* 116. *de revoc. donat.* Camill. Borrell. *in ſum. deciſ. lib.* 3. *tit.* 16. *de legitima, num.* 55. & debentur à tempore mortis patris, etſi nulla interpellatio intervenerit, Barry
20 *de ſucceſſionibus teſtati ac inteſtati, lib.* 16. *tit.* 12. *à num.* 1.

21 Notatur etiam ad hoc, quod in uſufructu legitimæ filius gravari non poteſt, ut per Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 3. *in princip.*

22 In gloſſ. *Titulo*, ibi, *putà inter liberos.* Notatur ad hoc quod in teſtamento inter liberos hodie eſt neceſſe legitimam relinqui titulo inſtitutionis, non ſecus quàm in reliquis teſtamentis, ut per Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo in eodem teſtamentò reliquit* 1. *numero* 132. Anton. Gom. *leg.* 3. *Tauri, numero* 57. Menchac. *d. lib.* 2. § 20. *num.* 228. Fachin. *controv. lib.* 4. *capite* 24. Cov. *in cap. Raynutius*, § 1. *numero* 2. *de teſtament.* Surd. *de alimentis, titut.* 9. *quæſt.* 21. *num.* 4. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſput.* 175. *num.* 13. *verſ. utrùm idem etiam*, Berlich. *d. concl.* 15. *n.* 20. Quicquid teneant in contrarium Boër. *dec.* 267. *num.* 1. *& ſeqq.* Matheſil. *ſing.* 140. *num.* 1. Joan. Papon. *in tract. de arreſt. lib.* 20. *tit. de teſtament ſont.* 7. Bertrand. *conſ.* 187. *num.* 1. *& ſeq. vol.* 4. Alvar. Valaſc. *conſ.* 23. *num.* 2. Villalob. *d. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 71. *verſ. fallit.*

23 In ead. gloſſ. ibi, *Idem intelligo etiam in aſcendentibus*, &c. Adverte quod portio in qua ex teſtamento aſcendentes erant neceſſariò inſtituendi, quondam ſolùm erat quarta pars bonorum teſtatoris, poſtea verò fuit aucta ut eſſet tertia pars, quod augmentum fuit factum in legitima in qua deſcendentes ſuccedere debebant aſcendentibus: ita factum cenſetur in legitima, in qua è contrario aſcendentes debent ſuccedere deſcendentibus. Ita citati *ſuprà in ve ſ. Utrùm autem ſicut*; quibus addo Alvar. Valaſc. *de partic. cap.* 17. *n.* 33. ubi *num.* 34. ſubdit, quod regulariter iſtæ ſucceſſiones deſcendentium, & aſcendentium, æquiparantur. Merlin. *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 12. *numero* 7. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſp.* 159. *num.* 3. ubi *num.* 4. ſubdit quod in jure Luſitano, & Caſtellæ portio debita ex teſtamento aſcendentibus ſunt duæ partes bonorum teſtatoris, & ſolùm de tertia reliqua diſponere poteſt teſtator ad libitum ſuum.

24 In eadem gloſſ. ibi, *alii tamen dicunt in fratribus augeri*, &c. Notatur ad hoc, quod legitima portio fratribus debita, turpi perſona inſtituta, non eſt aucta, ut per Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus. in evidentalib. num.* 12. *in fine, pag.* 367. Berlich. *d. concl.* 15. *num.* 70. Contrà auctam eſſe, ut ſi ſint quatuor fratres ſit triens, ſin quinque ſemis, tenent
25 Mench. *d.* § 10. *num.* 268. Fachin. *controverſ. lib.* 4. *cap.* 28. Matheac. *de legat. & fideicom. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 13. quos refert & ſequitur Barry *de ſucceſſ. teſtati & inteſtati, lib.* 17. *tit.* 2. *n.* 4.

## SUMMARIUM.

1 *Donatio inofficioſa facta uni ex liberis revocatur per alios liberos in legitima læſos uſque ad legitimæ quantitatem debitam.*

2 *Filius donatarius licèt velit abſtinere ab hæreditate, & retinere donationem, non propterea evadit quominus fratribus ſuis teneatur ſupplere legitimam, ſi eam integram non habent inſpecta quantitate bonorum, quæ erat ante donationem.*

3 *Propter donationem ſororum alii filii non debent carere legitima.*

4 *Donatio inofficioſa, quæ ſcilicet excedere legitimam ipſius recipientis, & tertium, & quintum bonorum patris vel matris, ſecundùm leges Hiſpaniæ venit conferenda, reſolve ut n.* 5. *&* 6.

7 *Ex donationibus à patre factis inter vivos, detrahitur legitima, etiamſi donatio ſit facta uni ex filiis, vel aliis deſcendentibus.*

8 *Naturales plebiorum ut advocant (juxta Ordin. reg. Luſitan.) portionem legitimam ex hæreditate patris, prout alii filii legitimi poſt patris obitum, an ſic quoque revocare poſſint per querelam inofficioſæ donationis donata a patre in vita ſua in fraudem ſuarum legitimarum.*

9 *Donatio, ſeu dos data: ut inofficioſa dicatur, tempus quo fuit facta, inſpicitur, & ſecundùm illud regulari debet. Idem in dote promiſſa, mortuo patre ante ſolutionem totius dotis, vel partis, n.* 10.

11 *Filius impunè abſtinet, vel repudiat hæreditatem paternam, & manet cum bonis à parentibus donatis, vel dotatis in vita, dummodo non excedant legitimam. Quod ſi in aliquo exceſſerint, illud reliquum tenebuntur aliis filiis hæredibus reſtituere.*

12 *Repudians debitoris hæreditatem, non tenetur ad onera hæreditaria, nec propter id tenetur cedere his, quæ ex bonis teſtatoris alio titulo percepit.*

13 *Donatio remuneratoria patris in filium fam. ad diminuendas aliorum filiorum legitimas invalida eſt.*

14 *Quæcunque ſervitia, obſequia, curationes in infirmitatibus, totum id, quicquidve majus excogitari queat parentibus debetur.*

15 *Donatio facta inter patrem & filium ob benemerita valet.*

## AUTH. Unde & ſi parens.

DOnatio inofficioſa facta uni ex liberis revocatur per alios liberos in legitima læſos uſque ad legitimæ quantitatem debitam. Et filius donatarius licèt velit abſtinere ab hæreditate, & retinere donationem, non propterea evadit quominus fratribus ſuis teneatur ſupplere legitimam, ſi eam integram non habent, inſpecta quantitate bonorum, quæ erat ante donationem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.* poſt omnes Menchac. *tom.* 2. *pag.* 180. 1

Vide Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum, notab.* 4. § 22. *n.* 10. *pag. mihi* 388. ed hoc quod propter donationem ſororum alii filii non debent carere legitima. Duen. *reg.* 349. *limit.* 2. bene Ant. Gom. *l.* 29. *Tauri, n.* 33. ubi quod inofficioſa donatio, quæ ſcilicet excederet legitimam ipſius recipientis, & tertium, & quintum bonorum patris, vel matris, ſecundùm leges Hiſpaniæ venit conferenda, & licèt talis donatarius vellet abſtinere, & renuntiare ſucceſſioni eorum, tenetur reſtituere illud reſiduum, quod tangit legitimam aliorum filiorum, & *n.* 54. reſolvit, 3 4 5

quod

quod ſi pater, vel mater dedit filiæ immenſam & inofficioſam dotem, quæ excedat tertium, & quintum, & legitimam ipſius filiæ dotatæ, & tangat legitimam aliorum filiorum, talis filia dotata tenetur reſtituere illud reſiduum, quod tangit legitimam
6 aliorum filiorum, licèt vellet abſtinere à ſucceſſione parentum, tam conſtante matrimonio, quàm eo ſoluto. Et *num.* 5. reſolvit quod ſi tempore factæ donationis donatio fuit inofficioſa, & poſtea non creſcunt bona & facultates patris, vel matris, illa donatio revocabitur habito reſpectu ad tempus mortis, computando bona, quæ erant tempore donationis, ut fiat eorum unus cumulus, & valebit donatio in quinto bonorum ſi fuit facta extraneo; vel in tertio & quinto, & legitima, ſi fuit facta filio, vel deſcendenti, & reſiduum erit legitima aliorum: & ſubdit ita probare textum formalem, & expreſſum in præſenti Gaſp. Baër. *de non meliorandis cap.* 2. *n.*12. ubi ait quod pater donare non poteſt in præjudicium le-
7 gitimæ filiorum. Merlin. *de legitima lib.*2. *tit.*1. *q.*21. *num.*1. ubi dicit quod ex donationibus à patre factis inter vivos legitima detrahitur, & hoc procedit etiamſi donatio ſit facta uni ex filiis, vel aliis deſcendentibus, ad not. per Hieron. Gabr. *conſ.* 137. *n.*20. *lib.*2. Surd. *conſ.* 332. *ſub n.*13. *in fine*, Rota poſt tract. Merlin. *de legitima, deciſ.*86. *n.*3.

8 An ſicuti naturales plebeorum filii juxta Ordin. Reg. Luſitan. advocant portionem legitimam ex hæreditate partis, prout alii filii legitimi poſt patris obitum, ita quoque revocare per querelam inofficioſæ donationis poſſint donata à patre in vita ſua in fraudem & læſionem ſuarum legitimarum; Affirmativè, attenta eadem Luſitana Ordin. reſolvit Valaſc. *conſ.*94. *num.* 15. ſubdens quod ſi hujuſmodi naturalibus liberis fraudatis parens aliquid relinquat, non tamen ſufficiens ad legitimam inſpecto tempore donationis, agere poterunt contra alios filios, quibus inofficiosè donatum eſt ad ſupplementum.

9 *Quantum poterat ante donationem deberi.*] Notatur ad hoc, quod donatio, ſeu dos data ut inofficioſa dicatur, tempus quo fuit facta, inſpicitur, & ſecundùm illud regulari debet, ut per Valaſc. *conſil.* 189. *per tot.* & præcipuè *à num.*16 ubi ad hoc probandum dicit textum *in præſenti* expreſſum & apertum, & reprobat Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo omnia, vel partem, num.*25 Ant. Gom. *d. l.*29. *Tauri, n.*32. aſſerentes inſpiciendum eſſe tempus mortis, ut ſi donatio olim facta reperiatur inofficioſa habito reſpectu ab bona quæ tempore mortis in hæreditate ſuperſunt, competat querela. Attenta Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 3. *tit.* 97. §. 4. ad cognoſcendum, utrùm donatio ex cauſa dotis fuerit inofficioſa, necne, & excedat legitimam & tertiam bonorum dotantis, inſpiciendum eſt vel tempus quo dos fuit dotata, vel promiſſa, vel tempus mortis dotantis, ſeu promittentis ad donatarii arbitrium, quoad alias verò donationes factas filiis præter dotem, ſemper debet regulari tertia ſecundùm bona defuncti tempore mortis, de quo vide Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, n.*96. &
10 *de empt. & vendit. c.*10. *n.*7. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſ.*188. *ex num.*13. ubi probat locum habere etiam in dote promiſſa, & mortuo patre ante ſolutionem totius dotis, vel patris, *de partit. c.*15. *n.*83. & *c.*19. *n.m.*5. & *c.*24 *n.*20.

11 *Licèt autem ei*, &c.] Notatur ad hoc, quod filius poteſt impunè abſtinere, vel repudiare hæreditatem paternam & manere cum bonis à parentibus donatis, vel dotatis in vita, dummodò non excedant legitimam, & tertiam quoad Luſitanos, necnon tertiam & quintam quoad Caſtellanos: quod ſi in aliquo exceſſerint, illud reliquum tenebuntur aliis filiis hæredibus reſtituere. Ita Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 4. *tit.*97. §. 3. & 5. *l. Hiſp.*5. *tit.*8. *lib.*5. *novæ Recop.* Alvar. Valaſc. *de part. c.*15. *n.* 1. *cum ſeqq.* Molin. *de Juſtit. tract.*2. *diſp.* 238. & *n.*7.

*Abſtinere ab hæreditate*, &c.] Notatur ad hoc, quod 12
repudians debitatis hæreditatem, non tenetur ad onera hæreditaria, nec propter id tenetur cedere his, quæ ex bonis teſtatoris alio titulo percepit, ut per Tiraq. *de privileg. piæ cauſæ, privil.* 89. ubi in repudiante hæreditatem debitoris fiſci, vel Eccleſiæ, propter onera fiſcalia hæreditatis, quia nihilominus tenetur aut ea onera & tributa fiſcalia ſolvere, aut cedere his omnibus, quæ ab ipſo debitore quocunque titulo adeptus eſt.

In gloſſ. *Falcidiæ.* Notatur ad hoc, quod non va- 13
let donatio remuneratoria patris in filium famil. ad diminuendas aliorum filiorum legitimas, ut per Cort. *in memorab. verbo donatio* 3. Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. 14
*n.*62. *verſ. infertur* 11. *de bonis matern.* ubi ait, quæcunque ſervitia, obſequia, curationes in infirmitatibus, totum id, quicquidve majus excogitari queat, parentibus debetur. Covarr. *in cùm in officiis, n.*11. *de teſtam.* Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo totum, n.*4. & *verbo donatione largitus, n.*200. Fachin. *lib.*3. *controv. cap.*47. Menoch. *de arbitr. caſu* 132. *num.*4. Mart. *de ſucceſſ. legali, tom.*1. *part.*1. *q.*25. *p.*11. *num.*13. & 14. Baëza *de non melior. cap.*17. *num.* 3. Mieres *de majr. part.*1. *quæſt.* 22. *num.* 19. & *num.* 166. *in nova edit.* Matienz. *l.*12. *gloſſ.*2. *num.*4. *tit.*6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Azeved. *ad d. l.*12. *n.* 5. & 20. & *l.*6. *n.* 22. *eod. tit.*6. Perez *l.*1. §. *præterea relictum, tit.*3. *lib.*5. *Ordin. fol.*73. Gutier. *de juram. confirm. p.*1. *c.* 5. *num.* 24. & *ſeq.* & *pract. lib.*3. *quæſt.*43. *n.*16. Joan. Garc. *de donat. remun. n.*41. Mangil. *de imput. q.*29. *n.*14. & 40. & *q.*44. *n.*24. Seraphin. *de privil. juram. privil.*72. *n.*1.

Notatur etiam ad hoc, quod donatio facta inter 15
partem & filium ob benemerita, tenet & valet, ut per Bernard. *reg.*214. Socin. *reg* 140. *verſ. quintò*, Palar. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor.* §. 50. *n.*1. Tiraq. *in l. ſi antequam, verbo donatione largitus, n.*20.

## L. Neptem defuncti. VII.

### *Idem* A. *ſecundo.*

NEptis exhæredata etiam ex filio emancipato 1
nata, querelam inofficioſi habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.*1. *n.*1. *ſup. hoc tit.* Menchac. *tom.*3. *ſuper hanc l. pag.*184.

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Aquilin. *in l. Gallus, n.*115. *fol.*80. *ff. de lib. & poſth.* Petr. Gregor. *ſyntag. juris p.*3. *lib.* 44 *c.*4 *n.*18 Menchac. *ſuper hanc l. n.*4. ubi *n.*15. poſt gloſſ. intelligit neptem, de quâ *hic*, fuiſſe exhæredatam.

---

## SUMMARIUM.

1 *Pater hæreditatem inter liberos dividere inæqualiter poteſt, ſalva tamen legitima liberis debita.*

2 *Filius agnoſcens voluntatem defuncti, eandemque approbans, inofficioſi querelam amittit, & n.*3.

4 *Legitima debita ſi detur filiis, vel aliis, quibus debetur, totum reliquum patrimonium eſt relictum liberæ teſtatoris diſpoſitioni.*

5 *Pater poteſt cui ex filiis velit, gratificare, dum tamen aliis relinquat legitimam.*

6 *Patris judicium ſervandum à filiis in bonis dividendis inter eos.*

7 *Pro liberis nemo melius conſilium capit, quàm pater.*

8 *Legitima non debetur ei, qui non ſuccedit ab inteſtato.*

9 *Ex*

9 *Exhæredatus qualitercunque conſentiat teſtamento, ab inofficioſi querela excluditur.*

10 *Inſtitutus ſi ſolvat totum, vel pro portione hæreditaria, ſemper animo hæredis ſolviſſe videtur, & ex hoc inducitur aditio pro hærede, limita ut n. 11 & diſtingue ut n. 12.*

13 *Si qui hæres neceſſariò inſtituendus erat, inſtitutus quidem fuit, at in minori portione quàm eſſet legitima ei debita, teſtamentum poterat querela inofficioſi expugnare, attento jure antiquo. Verùm per novum jus jam ita inſtituto non conceditur actio inofficioſi, ſed tantùm permittitur illi actio ad ſupplementum uſque ad integram legitimam, num. 14.*

15 *Caſus in quibus ceſſat querela, & filius per tacitum conſenſum ab illa excluditur, remiſſivè.*

## L. Parentibus. VIII.

*Imp.* ALEXANDER A. *Florentino.*

1 PAter hæreditatem inter liberos dividere inæqualiter poteſt, ſalva tamen legitima liberis debita.
2 Filius agnoſcens voluntatem defuncti, eandemque approbans, inofficioſi querelam amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit.* Menchac. *lib. 3. ſuper hanc pag. 185.*
3 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp. 5. tit. 8. part. 6. ubi gloſſ. 7.* Petr. Gregor. *ſyntag. juris p. 5. l. 44. c. 4. num. 23. in fine*, ubi quod ſi legi-
4 tima debita detur filiis, vel aliis, quibus debetur, totum reliquum patrimonium eſt relictum liberæ teſta-
5 toris diſpoſitioni, Anton. Gom. *l. 40. Tauri, n. 58.* ubi quod pater poteſt, cui ex filiis velit, gratificare, dum tamen aliis relinquat legitimam.
6 *Arbitrium dividendæ hæreditatis*, &c. ] Notatur ad hoc quod patris judicium ſervandum eſt à filiis in bonis dividendis inter eos, ut per Duen. *regul. 249.*
7 Ayora *de partit. p. 1. cap. 1. n. 9.* Alvar. Valaſc. *in ſimili tract. c. 25. nu. 25.* ubi *num. 26.* rationem præſtat, quia nemo melius conſilium pro liberis capit, quàm pater, *l. furioſo puberi, ff. de curat. furioſi.*
8 *Quæ inteſtato defuncto*, &c. ] Notatur ad hoc quod legitima non debetur ei, qui non ſuccedit abinteſtato, ut per Tiraquell. *de jure primog. q. 39. n. 9.* Menoch. *cons. 8. num. 3. & cons. 346. n. 1.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 33. n. 1.*
9 *Qui autem agnovit*, &c.] Vide *l. Hiſp. 6. tit. 8. part. 6.* ubi ſtatuitur, quod qualitercumque exhæredatus conſentiat teſtamento, ab inofficioſi querela excluditur, & *ibi* Greger. Lopez *gloſſ. 5. vers. querelarſe*, advertit quod illud quod dicitur de agnoſcente judicium defuncti, quod non præjudicet ſibi in legitima, ut habetur *in l. ſi quando, §. & generaliter, infrà hoc eodem tit.* procedit, ut *ibi* habetur, quando filius fuit in aliquo inſtitutus, tunc enim etſi recipiat quod fuit relictum ſine aliqua proteſtatione, remanet ſibi ſalvum jus legitimæ.
10 *Debitum paternum pro hæreditaria parte reſolvit.* &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi inſtitutus ſolvat totum, vel pro portione hæreditaria, ſemper animo hæredis videtur ſolviſſe, & ex hoc inducitur aditio pro hærede, ut per Socin. *cons. 295. n. 2. lib. 2.* Paris. *cons. 16. ex n. 40. lib. 2.* Jaſ. *in l. pro hærede, Papinianus, num. 9. ff. de acquir. hared.* Marant. *in l. is poteſt, n. 69. ff. eodem tit. de acquir. hæred.* Duen. *reg. 277. ad fin.* Matheſil. *ſing. 15.* Maſcard. *de probat. concl. 44. n. 29.*
11 *eum ſeqq.* ubi *n. 38.* limitat non procedere in ſolutione alicujus modici debiti hæreditarii, præſertim quando hæreditas adeunda eſſet damnoſa, bene Menchac. *de ſucceſſion. lib. 1. §. 10. n. 534.* ubi ad hoc propoſitum diſtinguit, aut expreſſit ſe ſolvere hæreditario nomine, & indiſtinctè ceſſat querela: aut expreſſit ſe ſolvere non ut hæres, & tunc etiam poterit movere querelam, non ſecus, quàm ſi ſolveret nihil; aut ſolvit ſimpliciter, nec apparet quod ex alia cauſa eſſet debitor, & tunc ex cauſa hæreditaria ſolviſſe videtur, & per hoc hæreditatem adiiſſe.

*Si minus quàm eis debebatur*, &c. ] Notatur ad hoc 13
quod qui hæres neceſſariò inſtituendus erat, inſtitutus quidem fuit, at in minori portione quàm eſſet legitima ei debita, teſtamentum poterat querela inofficioſi expugnare, attento jure antiquo, de quo *in præſenti*, ut per Mench. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 2. §. 10. à n. 78.* Emman. à Coſta *in c. ſi pater, de teſtam. lib. 6. verbo In re certa, à n. 19.* Cov. *in c. Raynutius, §. 1. n. 7. de teſtam. in Decretal.* Valdeſ. *in addit. ad Roder. Xua. in l. quoniam in prioribus, in evidentialib. num. 1.* Verùm per novum jus, de quo *in l. omni modo, infrà hoc tit.* jam ita inſtituto non conceditur actio inoffi- 14
cioſi, ſed tantùm permittitur illi actio ad ſupplementum uſque ad integram legitimam portionem.

In gloſſ. *Legitimo*, Hìc notantur ſex caſus in qui- 15
bus ceſſat querela, & filius per tacitum conſenſum ab illa excluditur, ſed viginti novem commemorat Mench. *d. lib. 1. §. 10. n. 535. cum multis ſeqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Militis centurionis, vel tribuni teſtamentum jure civili, & militari conditum filius ut inofficioſum impugnare nequit, & v. 2. Idem de teſtamento Clerici quod non ſubjiciatur querelæ, num. 3. intellige ut num. 4. & 5.*

## L. De inofficioſo. IX.

*Idem.* A. *Romanæ.*

MIlitis centurionis, vel tribuni teſtamentum ju- 1
re civili, & militari conditum filius ut inofficioſum impugnare nequit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.* Mench. *lib. 3. ſuper hanc l. pag. 186.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt Perez *l. 1. vers. aliud etiam hinc reſultat, tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 63.* ubi extendit ad teſtamentum 3
Clerici, quod etiam non ſubjiciatur querelæ, latè Mench. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 2. §. 20. n. 171.* ubi intelligit & cùm ſit à patrefam. milite, & à milite filiofam. intelligit etiam non ſolùm cùm à militante fit, quod is in militia deceſſit, ſed & cùm miles domi 4
deceſſit infra annum tamen miſſionis. 5

### SUMMARIUM.

1 *Querela inofficioſi datur contra fiſcum, ad quem bona teſtatoris univerſaliter pervenerunt, non ſolùm quando hæredis ſcripti bona pervenerunt ad fiſcum, ſed etiam quando ipſe Princeps hæres ſcriptus fuiſſet, & n. 2. Et quod in teſtamentis & ultimis voluntatibus fiſcus jure communi capit, nec quid ſpeciale in eo conſtitutum reperitur, n. 3. idem de querelante teſtamentum de falſo, n. 4.*

5 *Fiſcus utitur jure privati, & ſic jure communi, niſi In caſu, de quo agitur, reperiatur ſpecialiter privilegiatus.*

## L. Si Hæredum. X.

*Idem* A. *Quintiniano.*

1 QUerela inofficioſi datur contra fiſcum, ad quem bona teſtatoris univerſaliter pervenerũt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. numer. 1. ſuprà hoc tit.* Menchac. *lib. 3. ſuper hanc l. pag.* 186.

2 Intelligit Menchac. *citato loco, num. 2.* ut procedat non ſolùm quando hæredis ſcripti bona pervenerunt ad fiſcum, ſed etiam quando ipſe Princeps hæres ſcriptus fuiſſet. Et quod in teſtamentis, & ultimis voluntatibus fiſcus jure communi capit, nec quid ſpeciale in eo conſtitutum reperitur, tenet Peregr. *de jure fiſci lib. 6. tit. 1. num. 30.* & de querelante teſtamentum de falſo, idem Peregr. *lib. 2 tit. 7.*

5 Notatur ad hoc, quod fiſcus utitur de jure privati, & ſic jure communi, niſi in caſu, de quo agitur, reperiatur ſpecialiter privilegiatus, ita Martin. Laudenſ. *in tract. de fiſco, in princ. quæſt.* 14. Menoch. *cons.* 242. *num. 9. lib. 3.* Peregr. *de jure fiſci lib. 6. titul. 1. ex num. 1.* latè Farin. *fragment. crimin. lit. F, verbo fiſcus, ex num.* 149. *cum ſeqq.*

### SUMMARIUM.

1 *Collaterales teſtamenta fratrum non impugnant ubi honeſtæ perſonæ ſunt inſtitutæ.*

2 *Arena, in præſenti, pro amphitheatro, quo in loco beſtiæ conficiebantur.*

3 *Arenarius, qui cum beſtiis pugnandi cauſâ in amphitheatrum prodibat.*

4 *Succeſſiones legitimæ propriè de illis, quæ deferuntur ab inteſtato, largè verò quæ ex teſtamento.*

5 *Infamis poteſt hæres inſtitui.*

6 *Frater querelat turpi perſona inſtituta, niſi ipſe querelans ſit etiam perſona turpis.*

7 *Mater meretrix non poteſt exhæredare filiam etiam meretricem, ſecus eſt de patre, qui licèt ſit impudicus, poteſt nihilominùs exhæredare filiam, numero 8. Et de matre meretrice, & impudica quæ anteactæ vitæ pœnitens ſit, & emendata, num. 9. & 10.*

## L. In arenam. XI.

*Idem* A. *Ingenuo.*

1 COllaterales teſtamenta fratrum non impugnant ubi honeſtæ perſonæ ſunt inſtitutæ. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

De materia hujus text. & de hac concl. ex illo deſumpta dicam commodiùs *ad l. fratres* 27. *infrà hoc tit.* De intellectu vide Mench. *de ſucceſſ. lib. 2. §. 30. num.* 163. *cum multis ſeqq.* Gallin. *in comment. ad tit. ff. de verb. ſign. lib. 10. c. 18. n.* 25.

2 *In arenam.* ] Arena *in præſenti* ſumitur pro amphitheatro, quo in loco beſtiæ conficiebantur, ſic appellatus, quod arena in eo loco ſpargebatur, quæ ſanguinem ſive hominum, ſive ferarum effuſum ebiberet, unde arenarius ille dicitur, qui cum beſtiis pugnandi
3 cauſâ in amphitheatrum prodibat, ſive in his ad hoc operas ſuas locaret, ſive virtutis exercendæ cauſâ ſui ſpectaculum præberet. Ita Menchac. *d. lib. 3. §. 30. n.* 163. *&* 164.

4 *Legitimæ ſucceſſiones integrè ſunt*, &c. ] Advertit Menchac. *dict. lib. 3. §. 30. num.* 165. ſucceſſiones legitimas propriè de illis eſſe intelligendas, quæ deferuntur ab inteſtato, cùm tamen & illæ quæ ex teſtamento deferuntur, largè ſumpto vocabulo dicantur legitimæ; unde infert quod appellatione ſucceſſionis legitimæ, in quibus caſibus ſit ſtricta interpretatio, ſicut in contractibus, non continetur teſtamentaria ſucceſſio.

Notatur ad hoc, quod infamis poteſt hæres inſti- 5
tui, ut per Joan. de Garron. *in l. 1. numero* 37. *de ſecundis nuptiis*, Molin. *de primogen. libro 1. cap. 13. num. 11.*

*Niſi & ipſe ſimilis conditionis ſit.* ] Notatur ad hoc, 6
quod frater querelat turpi perſona inſtituta, niſi ipſe querelans ſit etiam perſona turpis, ut per Menchac. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 1. §. 10. n.* 585 *&* 603. Theſaur. *dec.* 126. *num. 5.* Decian. *cons. 3. num. 95. lib. 1.* Merlin. *de legitim. lib. 1. tit. 2. q. 13. n.* 37. Cald. Pereira *ad §. ſoror, Inſtit. hoc tit. de inoffic. teſtam. nu.* 30. nullus enim poteſt alteri objicere turpitudinem, quam ipſe patitur, ut citato hoc textu dicit Cardoſ. *in praxi judicum, verbo teſtamentum, num.* 89. *in fine*, Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. ad §. favor, Inſtit. hoc tit. n.* 31. *in fine.*

Hinc inferunt Doctores matrem meretricem fi- 7
liam etiam meretricem exhæredare non poſſe, ut per Tiraq. *ad leges connub. gloſſ. 1. p. 1. num.* 45. Menchac. *d. lib. 3. §. 30. num.* 172. *in fine*, Surd. *de aliment. tit. 7. q. 4. n. 1. cum ſeqq.* Henriquez *in ſum. lib. 11. de matrim. cap. 7. num. 3.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 176. num* 16. D. Barboſ. *in l. viro atque uxore, num. 16. ff. ſoluto matrim.* Merlin. *de legitim lib. 4. tit. 1. q. 5. n. 7.* 8
Cald. Pereira *ad d. §. ſoror, Inſtit. hoc tit. num. 31.* ubi limitat in patre, qui licèt ſit impudicus, poteſt fi- 9
liam nihilominus exhæredare, Sanchez *de matrim. lib. 4 diſp. 24. num. 6.* niſi mater ipſa meretrix, & impudica, anteactæ vitæ pœnitens & emendata ſit, Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 36. num. 51.* Cald. Pereira *in d. §. ſoror, num. 31. in med. vers. imò & mater*, Benedict. Ægid. *ad l. Titiæ, ff. de condit. & demonſtr. part. 3. num. 4. & de jure & privileg. honeſt. art. 7.* 10
*num. 11.* ubi limitat in matre, quæ tempore conditi teſtamenti emendata jam erat, & *num. 12.* reſolvit quod patre meretricatore filia meretrix non excuſatur à pœna exhæredationis, niſi quando ille turpitudine ſua occaſionem filiæ præbuit, junctis his, quæ 1
Surd. *d. q. 4. à num. 24.* Merlin. *d. q. 1. num. 36. vers. niſi, & d. q. 5. à n. 9.*

### SUMMARIUM.

1 *Filii reciprocè in legitima ſuſtituti gravati nullatenus cenſentur, ut ob gravamen inofficioſi querelam habeant, & n. 2.*

3 *Fideicommiſſum reciprocum reputatur favorabile.*

4 *Text. in præſenti an corrigatur per l. quoniam in prioribus, infrà hoc tit. & n. 5.*

## L. Si pater puellæ. XII.

*Idem* A. *Liciniano & Diogeni.*

FIlii reciprocè in legitima ſubſtituti gravati nullatenùs cenſentur, ut ob hoc gravamen inofficioſi querelam habeant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Menchac. *lib. 3. ſuper hanc l. pag.* 187.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Palat. *in reper. rubr. de donat. inter virum & uxor. §* 50 *n. 11. vers. ad cujus confirmationem, pag.* 123. *in noviſſ. impreſſ.* ubi quod propter reciprocum fideicommiſſum

commiſſum inter filios factum non cenſentur filii gravati, ut eis querela competat, quia habent æqualem ſpem, & dubius eſt eventus. Tiraquel. *in l. ſi unquam verbo donatione largitus, num.* 126. ubi in hoc text. caveri ait, non gravari filios ob reciprocum fideicommiſſum inter filios à patre injunctum, neque illis ob id competere querelam propter æqualem ſpem, dubiúmque rei eventum. Donell. *comment. juris civilis lib.* 19. *c.* 4. *col. antepen.* Baëz. *de non meliorandis c.* 25. *n.* 5. Petr. Greg. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 44. *cap.* 5. *num.* 28. Menchac. *de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 1. §. 19. *n.* 174. 181. 250. 435. Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus ampl.* 6. *à n.* 4. ubi Valdeſ. *in addit. lit. C.*

3 Ratio eſt, quia reciprocum fideicommiſſum reputatur favorabile, Petr. *de fideicom. q.* 9. *num.* 12. *in fine* Hieron. Gabr. *cons.* 123. *n.* 25. *lib.* 2. Ruſtic. *in l. cùm avus, ff. de condit. & demonſtr. lib.* 6. *c.* 12. *n.* 67. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 291. *n.* 8.

4 Quæſtio eſt admodùm controverſa, an text. in *præſenti* corrigatur per *l. quoniam in prioribus, infrà hoc eodem tit.* Sunt duæ ſententiæ adinvicem contrariæ; nam una tenet non eſſe correctum, ſed poſſe patrem conſtituere fideicommiſſum reciprocum ſuper legitima filiorum, qui illud non affert onus, ſed commodum, & dicitur favorabile. Ita Capiliſtius *inter conſilia ultim. volunt. cons.* 79. *num.* 23. Natt. *in cap. quamvis pactum, de pact. lib.* 6. *num.* 98. Peralta *in l. cùm patronus, num.* 24. *ff. de legat.* 2. Menoch. *cons.* 196. *num.* 16. ubi *numeris ſeqq.* ſuam probat ſententiam.

5 Alia ſententia tenet, eſſe correctum, ac proindè non poſſe fideicommiſſum reciprocum ſuper legitima deſcendentibus imponi, quia *d. l. quoniam in prioribus*, diſponit generaliter legitimam eſſe filio relinquendam abſque aliqua conditione, onere, vel gravamine: fiedicommiſſum autem reciprocum, licèt ſit utile fratri ſupervenienti, eſt tamen oneroſum reſpectu fratris præmorientis, qui de ſua legitima non poteſt diſponere; & ideo ſic docent Roder. Xuar. *in addit. lit. C, vers. contrarium*, Mench. *d. lib.* 1. §. 10. *à num.* 174. Petr. Greg. *d lib.* 44. *c.* 5. *num.* 28. Cephal. *cons.* 189. *n.* 7. *lib.* 2. Hieron. Garb. *cons.* 116. *n.* 23. *in fine, lib.* 1. Honded. *cons.* 42. *num.* 23. *lib.* 2. Anton. Gabr. *commun. tit. de legitima, concl.* 1. *num.* 6. Craſſ. *in §. legitima, q.* 38. *n.* 19. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 299. *num.* 23. *cum ſeqq.*

---

SUMMARIUM.

1 *Teſtamento reſciſſo, legata dividua pro parte præſtantur, individua autem pro ſolido ſunt præſtanda.*

2 *Teſtamento infirmato, an, & quando infirmentur, & corruant, legata, & fideicommiſſa, remiſſivè.*

## L. Cùm duobus. XIII.

*Imp.* Gordianus A. *Priſciano.*

1 TEſtamento reſciſſo, legata dividua pro parte præſtantur, individua autem pro ſolido ſunt præſtanda. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Mench. *lib.* 3. *ſuper hunc l. pag.* 190.

2 An & quando teſtamento infirmato infirmentur etiam, & corruant legata & fideicommiſſa, vide latè Fuſar. *de ſubſtit. q.* 57. *per tot.* Franciſ. de Barry *de ſucceſſionibus teſtati, ac inteſtati lib.* 10. *tit.* 10. Et commodiùs dicemus *in collect. auth. ex cauſa, inf. à de liber. præt. it.*

---

SUMMARIUM.

1 *Succumbens in querela inofficioſi, teſtamentum nihilominùs ut falſum impugnare poteſt.*

2 *Qui teſtamentum cœpit dicere nullum, poterit tranſvolare ad querelam inofficioſi, & n.* 3.

4 *Remedia contraria non poſſunt cumulari ſimul.*

5 *Teſtamentum falſum nullum eſt.*

## L. Eum qui. XIV.

*Idem* A. *Priſco.*

SUccumbens in querela inofficioſi, teſtamentum 1
nihilominùs ut falſum impugnare poteſt. Et ſimi- 2
liter qui teſtamentum nullum dicere cœpit, ad querelam inofficioſi teſtamenti poterit tranſvolare. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *numero* 1. *ſuprà hoc tit.* Menchac. *lib.* 3. *ſuper hanc l. pag.* 194.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumit 3
Connan. *comment. juris civilis l.* 9. *cap.* 8. *num.* 87. & rationem præſtat Menchac. *citato loco*, quia remedia contraria non poſſunt ſimul cumulari: unde citato 4
hoc text. dicit Tiraquell. *in l. boves, §. hoc ſermone, limit.* 1. *num.* 30 *ff. de verb. ſign.* quod ſcienter eligens viam incompetentem, ſibi ita præjudicat, ut variare ei non liceat.

*Et ſi è contrario falſi crimine*, &c.] Ergo teſtamen- 5
tum falſum nullum eſt, ut per Menchac. *de ſucceſſionibus, tom.* 1. §. 17. *n.* 65.

---

SUMMARIUM.

1 *Filia à matre præterita contra teſtamentum matris nullum habet remedium præter querelam inofficioſi.*

2 *Præteritio matris erga filios habetur pro exhæredatione, & n.* 3.

4 *Si filius, vel deſcendens reſpectu matris, & ejus lineæ præteritus erat ſine cauſa, vel cum cauſa, jure antiquo habebatur pro exhæredato, & agebat querela inofficioſi: de jure novo non ita, num.* 5.

## L. Filiam. XV.

*Imp.* Philippus *Aphrodiſiæ.*

FIlia à matre præterita contra teſtamentum ma- 1
tris nullum habet remedium præter querelam 2
inofficioſi teſtamenti; quia præteritio matris erga filios habetur pro exhæredatione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* Mench. *lib.* 3. *ſuper hanc l. pag.* 194.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Con- 3
nan. *comment. juris civilis lib.* 9. *c.* 9. *n.* 2. Petr. Greg. *ſyntagm. juris lib.* 44. *c.* 4. *n.* 8. Mench. *de ſucceſſionib. tom.* 1. *lib.* 2. §. 20. *n.* 172. *vers. quartò amplia*, ubi ex Bart. Jaſ. & aliis dicit hanc legem eſſe ſingularem in jure Ant. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 11. *n.* 35. *vers. item quæro filium*, ubi dicit quod de jure antiquo hujus text. ſi filius, vel deſcendens; reſpectu matris, & ejus lineæ præ- 4
teritus erat ſine cauſa vel cum cauſa, habebatur pro exhæredato, agebat querela inofficioſi teſtamenti; ſed de jure novo, *Auth. ut cum, de appellat. cogn. §. aliud* 5
*quoque capitulum, collat.* 8. *& auth. licèt, de liber. præt.*

si filius est præteritus, vel exhæredatus à matre, vel ascendente ex linea materna sine causa, dicit testamentum nullum, si verò cum causa, competit ei querela inofficiosi testamenti, Alvar. Valasc. *cons.* 61. *num.* 2. *in princ.*

SUMMARIUM.

1 *Quæstio donec durat super nullitate testamenti, non currit tempus quinquennii, quod præfixum est querelæ intentandæ, & n.* 2.
3 *Querela inofficiosi excluditur quinquennio.*
4 *Decendii terminus non currit pendente causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas deducitur.*

## L. Contra majores. XVI.

*Impp.* VALERIAN. & GALLIEN. & VALERIAN. *N. Cæs. Theodoræ:*

1 DOnec durat quæstio super nullitate testamenti, non currit tempus quinquennii, quod præfixum est querelæ intentandæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* Mench. *lib.* 4. *super hanc l. pag.* 196.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l. Hispan.* 8. *tit.* 29. *p.* 3. Ias. *in § sed istæ, nu.* 61. & 62. *Instit. de actionibus*, Don. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 86. *pag.* 414. ubi quod querela ex-
3 cluditur quinquennio, Card. *in praxi Iudic. & Advocat. verbo testamentum, num.* 78. ubi quod querela inofficiosi testamenti durat quinquennium, Mart. *in vetis noviss. decis. voto* 211. *n.* 18. Cald. Pereira *in §. sed hæc, n.* 108. *Instit. hoc tit.*

4 Notari solet hic text. ad hoc, quod terminus decendii ad appellandum non currit pendente causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur, de quo vide Alex. *cons.* 68. *num.* 3. *vol.* 7. Afflict. *in cap. sancimus, quo tempore miles, num.* 52. Tiraquell. *de retractu lign.* §. 4. *gloss.* 2. *num.* 2. & §. 1. *gloss.* 10. *num.* 40. & 41. Bellacomb. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 7. *tit.* 15. *de execut. rei judic. n.* 132. *pag.* 284. Perez *ad tit.* 15. *libro* 3. *Ordin. pag.* 737. Soar. de Paz *in pract. part.* 1. *tom.* 1. *tit.* 12. *num.* 9. Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 198. Cald. Pereira *de revocat. emphyt. quæst.* 7. *num.* 14. Ignat. del Villar *in sylva respons. lib.* 1. *resp.* 15. *quæst.* 4. *num.* 12. quorum plures refert Parens meus Emman. Barbos. *in remiss. ad Ordin. Reg. Lusit. lib.* 3. *tit.* 70. *in princ. num.* 14.

SUMMARIUM.

1 *Mater à filio præterita habet querelam inofficiosi, & num.* 2. *De jure Authenticorum quid, num.* 3.

## L. Cùm filium tuum. XVII.

*Impp.* CARINUS & NUMERIANUS AA. *Floræ.*

1 MAter à filio præterita habet inofficiosi querelam, quia præteritio filii erga matrem habebatur pro exhæredatione. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desu- 2
munt Petr. Greg. *syntagm. juris part.* 3. *lib.* 44. *cap.* 4. *num.* 8. *ad fin.* Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 12. Menchac. *de succeff. creat. libro* 3. §. 30. *numer.* 156. & latiùs *lib.* 2. §. 20. *num.* 164. ubi advertit, quod licèt secundùm communem per jura noviora hodie mater præterita à filio non habeat querelam, seu jus dicendi testamentum nullum, ipse tamen credit quod querelam habeat hodie, non secus quàm olim, Anton. Gomez. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 36. *in princ.* ubi ait quod de jure antiquo hujus textus, si mater, vel ascendens ex ejus linea erat præterita sine causa, vel cum causa, competebat ei querela inof- 5
ficiosi testamenti, quia talis præteritio habebat vim exhæredationis; subditque quod hodie de jure novo Authenticorum, si talis mater, vel ascendens ex ejus linea sit præterita sine causa, dicit testamentum nullum; si verò cum causa, habetur pro exhæredata, & competit querela: item si sit exhæredata sine causa, dicit testamentum nullum si verò cum causa, competit querela, per *auth. ut cùm de appellatione cognosc.* §. *justum, collat.* 7. refert Alvar. Valasc. *consult.* 61. *num.* 1.

## L. Cùm te pietatis. XVIII.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. *Faustinæ.*

NOn est justa causa exhæredandi filiam, quod 1
ipsa noluerit à marito divertere: unde si propter hanc causam exhæredata fuerit, inofficiosæ querelam habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *suprà hoc tit.* Menchac. *lib.* 3. *super hanc l. pag.* 198.

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo in testamento, el* 1. *num.* 252. Spin. *in speculo testament. part.* 1. *rubrica, n.* 14.

SUMMARIUM.

1 *Filia turpiter vivens, à patre exhæredari potest & num.* 2. 4. 5. *Secus si ab hujusmodi crimine abstineat, pœniteátque, num.* 6. *Idem est de filia naturali, & vidua in minori ætate constituta, & conjugata, num.* 7. *Non procedit in filio, num.* 8.
3 *Filia turpem vitam agens quæ.*
9 *Pater, qui potuit exhæredare filiam, an possit illi etiam denegare alimenta, & dotem.*
10 *Exhæredatio facta calore iracundiæ non valet.*
11 *Iracundiæ calore dicta, facta, irrita sunt, & nulla.*

## L. Si filiam. XIX.

*Iidem* AA. *Apollinari.*

FIlia turpiter vivens à patre exhæredari potest. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt 2
exornantque Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 4. *tit.* 88. §. 1. Tiraquell. *l.* 1. *connub. part.* 1. *gloss.* 1. *n.* 25. Viv. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 6. *tit.* 17. *de liberis præter. pag.* 114. Viv. *commun. verbo filia quæ peccavit*, Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 4. *in princ.* Cald. Pereira *de protest. nomin. cap.* 1. *n.* 42. & 44. Menchac. *de succession. lib.* 1. §. 10. *n.* 609. *cum seqq.* & *lib.* 2. §. 20. *n.* 152. latè

Stephan.

Steph. Grat. *discept. forens. tom. 2. cap. 213. n. 29. cum seqq.* Molin. *de just. tract. 2. disp. 176. n. 11. cum seqq.* Valdes. *ad Xuar. in l. 2. tit. de matrimon. lit. A, vers. sed si filia, pag. 178.* Gasp. Anton. Thesau. *lib. 1. quæst. forens. quæst. 70. n. 1.* Gasp. Baëz. *de non meliorandis cap. 18. n. 11.* Sanch. *de matrim. lib. 4. disp. 24. ex numer. 6.* Bened. Ægid. Lusit. *de privileg. honest. art. 7. numer. 4. cum seqq.* Gabr. Alvarez *de privil. paupertatis, quæst. 17. à princip.* latè Merlin. *de legitima lib. 4. tit. 1. quæst. 5.*

3 *Eo quòd turpiter*, &c. ] Ergo in hac materia exhæredationis luxuriosè vivere, turpémve vitam elegisse intelligitur ea, non quæ semel, aut bis in corpus suum peccavit, sed quæ sæpiùs; ita Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo dotem quam ei dederat, num. 36. & 37.* Palat. *in repet. c. per vestras notab. 3. §. 20. incip. Et tenendo istam conclus. numero 15. de donat. inter virum & uxor.* Bursat. *cons. 215. ex numero 8. lib. 2.* Cov. *in dict. cap. Raynutius, in princip. col. 6. in fin. num. 15. vers. octavum*, Fab *in auth. novissima, num. 158. sup. hoc eod. tit.* Emman. Costa *in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 3. num. 142. ff. de liber. & posth.* Valdes. *ubi sup. à*, Menchac. *de succeff. lib. 1. §. 10. num. 610. & lib. 2. §. 10. num. 152. cum seqq.* Molin. *d. disp. 176. num. 13.* Sanch. *d. lib. 4. disp. 24. num. 6.* Stephan. Gratian. *d. cap. 213. n. 31.* Benedict Ægid. *in repet. l. Titiæ, ff. de cond. & demonstr. part. 3. n. 42.*

4 Gabr. Alvarez *d. quæst. 17. num 5.* Quamvis Surd. *de alim. tit. 7. q. 4. n. 34.* existimet patrem posse exhæredare filiam si ab uno tantùm esset carnaliter cognita, & uni soli se subjecerit, & quamvis alii requirant ut pater illam priùs moneat, ut sit locus exhæredationi, vel quod istam vitam luxuriosam eligat in lupanari, quia hoc tutum non est, cùm nullo jure probetur illam admonitionem procedere debere, nec etiam requiratur ista qualitas, quod commoretur in lupanari, ut advertit Stephan. Gratian. *d. cap. 213. numer. 38. cum seqq.*

5 Adde tamen, quod ad effectum exhæredationis sufficeret etiam vita luxuriosa filiæ, quamvis non fuerit ab aliquo cognita, ut quia erat arcta, cùm etiam sine corporalis commixtionis contactu possit intervenire vita luxuriosa, indecens, turpis, & inhonesta: ita Card. Tusch. *pract. concl. tom. 3. lit. F. concl. 577. n. 13.* Steph. Gratian. *d. cap. 23. ex n. 58.* Parens meus *in remissiv. ad Ord. regul. Lusitan. lib. 4. tit. 88. §. 1. n. 9.*

6 Si verò filia ab hujusmodi crimine abstineat, pœnitentiamque, nec in luxuriosa vita perseveret, post pœnitentiam exhæredari non poterit de quo vide Emman à Costa *in d. §. & quid si tantùm p. 3. numer. 192.* Surd. *de aliment. tit. 7. q. 1. num. 28.* Gasp. Baëz. *dict. cap. 18. num. 11.* D. Barbos. *in l. 1 ff. soluto matrim. p. 4. num. 45.* Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. q. 70. num. 2.* Card. Mantic. *de taciris & ambig. convent. lib. 12. tit. 16. num. 13. & 14.* Valdes. *ubi suprà, pag. 177.* ubi quod dicitur emendata per triennium honestè vivendo, Merlin *d. lib. 4. tit. 1. q. 5. n. 9. cum seqq.* Giurb. *de consuet. Messanens. cap. 3. gloss. 3. n. 38. p. 1.* Rebell. *de obligat. just. part. 2. lib. 3. q. 14. sect. 1. num. 17.* Benedict. Ægid. *in repet. d. l. Titiæ, p. 3. n. 42. & de privileg. honest. art. 7. n. 17.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 8. n. 8. in med.* Gabr. Alvarez *d. q. 17. num. 7.* veluti si Monasterium ingrediatur, quia talis ingressus purgat infamiam anteactæ vitæ, ut per Surd. *dict. tit. 7. q. 4. n. 30.* Mart. *de jurisdict. p. 4. casu 26. n. 18. & 19.* Merlin. *d. q. 5. n. 20.*

7 *Filiam tuam.* ] Etiam naturalem, ut per Perez *in l. 1. verba con la figa, tit. 15. lib. 8. Ordin.* Benedict. Ægid. *in repet. d. l. Titiæ, p. 3. à num. 35.* Et etiam viduam in minori ætate constitutam, ac conjugatam, ut probat idem Benedict. Ægid. *d. tract. de jure & privileg. honest. art. 7. n. 9. & 10.* dum tenet leges pœna exhæredationis mulctantes filias in corpus suum peccantes, etiam viduas in minore ætate constitutas, & conjugatas comprehendere, Merlin. *d. q. 5. n. 5.* ubi de filia vidua.

Sed non procedit in filio, de quo vide Menoch. 8
*cons. 69. n. 9.* Sanchez *d. lib. 4. disp. 24 num. 11* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsit, num. 32. & quæst. forens. lib. 1. q. 18. num. 8.* D Barbos. *in d. l. 1. ff. soluto matr. p. 4. n. 31. cum seqq.* Benedict. Ægid. *in repet. d. l. Titia, q. 31. vers. quia verò.*

Utrùm autem pater, qui potuit exhæredare filiam, 9
possit etiam alimenta, & dotem illi denegare; Vide Menchac. *de succeff. creat. lib. 2. §. 10. n. 613. & 625.* Tiraq. *in l. si unquam, verbo susceperit liberos, nu. 12.* Cov. *de Sponsal. part. 2. cap. 8. § 6. n. 17.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 16. n. 3.* Spin. *in speculo testam. gloss. 20. in princ. n. 66.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 189. num. 30.* Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 26. num. 1.* Cardin. Mantic. *de taciris & ambig. convention. lib. 12. tit. 16. n. 16.* Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 2. q. 14. sect. fin. num. 32.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. q. 18. num. 9.* Merlin. *de legitima, lib. 4. tit. 1. q. 6. num. 9. & ante q. 5. n. 3.*

*Inconsulto calore*, &c.] Notatur ad hoc, quod ira- 10
cundiæ calore facta exhæredatio non valet, ut per Gagnol. *in l. quicquid, num. 3. vers. exemplificari etiam post, ff. de regul. juris*, Duen. *reg. 292. in 4. ampl.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. de pœnis temper. q. 91. n. 27.* quæ enim dicuntur, fiuntque iracundiæ calore, irrita sunt. Duen. *reg. 292. à princ.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 1. n. 24.* Morl. *in emporio juris civilis p. 1. tit. 12. q. 11. à princ.* & præcipuè *n. 4.* Farin. *d. q. 91. à n. 1. cum seqq.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Filia post 25. ætatis annum in corpus suum peccans, & citra patris consensum nubens, exhæredari non potest, & n. 2. 3. & 4.*

5 *Tò* Post, *complementum postulat, & exclusivè stat quando apponitur in dispositione in qua tempus statuitur.*

6 *Vidua minor ad secundas nuptias invitis parentibus convolans exhæredari potest: secus est de filio, num. 7.*

8 *Filia ante 25. annum servo nubens exhæredari potest; quid si nupserit indigno, seu ignominioso, n. 9. si famulo suo quid. n. 10.*

11 *Filia ante 25. annum nubens citra patris consensum exhæredari potest.*

12 *Exhæredatio filiæ per revocationem patris cum filia tollitur, dummodò non fiat post factam exhæredationem.*

13 *Pater non tenetur dotare filiam quæ nupsit ante 25. ætatis annum, illo non consentiente, intellige ut num. 14.*

## Auth. Sed si post.

1 FIlia post vigesimumquintum ætatis annum in corpus suum peccans, & citra patris consensum nubens, exhæredari non potest. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hoc idem statuit Ordin. Regia Lusit. *lib. 4. tit. 88. §. 1.* dum habet quod si filia ante 25. suæ ætatis annum fornicetur cum aliquo, aut nubat sine consensu patris, vel matris, ipso facto exhæredata manet. Similem legem apud Gallos extare refert Anton. Guibert. Constant. *quæst. juris lib. 1. cap. 12. in fine.* De filiabus

filiabus turpiter viventibus à patre exhæredari valentibus, dixi *in collect. ad l. si filiam 19. suprà hoc eodem tit.* Utrum autem (quod attinet ad secundum caput nostri textus) fas sit exhæredare filias nubentes sine consensu parentum, & an validæ sint leges, tam Cæsareæ, quàm Regiæ Lusitanæ de exhæredatione filiarum sine consensu paterno matrimonium contrahentium? Vide Cov. *de sponsal. p. 2. cap. 3. §. 8. num. 6.* Olàn. *in concordia legum Regni, lit. E, verbo Exhæredatio, num. 10.* Roder. Xuar. *lib. 2. titul. de matrimonio, à princip.* Vbi Valdes. *in addit. lit. A, pag. 178.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 16. num. 2.* Gasp. Baëz. *de non meliorandis ratione dotis filiabus, cap. 18.* Gregor. Lopez *l. 5. verbo Que no queria, tit. 7. part. 6. & l. 10. verbo puede la desherdar, tit. 1. part. 4.* Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, & uxor. notab. 3. §. 3. cum seqq.* Matienz. *in l. 2. gloss. 4. num. 49. tit. 1. lib. 5. novæ Recop.* Perez *l. 1. verbo Si qualquier deslos, vers. nec filia contrahens, tit. 15. libro 8. Ordin.* Menoch. *de arbitr. causa 453. à num 10. & de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 189. n. 58. 76. & 29. cum seqq.* Joan. Garcian. *reg. 199. num. 23.* Guttier. *canon. lib. 1. cap. 20. & pract. lib. 2. quæst. 1.* Menchac. *de successionibus lib. 1. §. 10. à num. 623.* Mastrill. *Sicilia decis. 163.* Gaspar. Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. quæst. 70. num. 3. & 10.* Cancer. *var. resolut. lib. 1. cap. 24. n. 2.* Pichard. *in Princip. Instit. de nupt. num. 6. & 11.* Cevall. *commun. contra communes, q. 5.* Castill. *controvers. juris lib. 1. cap. 3. num. 83.* Sanchez *de matrimon. lib. 4. disp. 24. & 25.* ubi *d. disp. 24. à num. 14* probat contra Perez & Spin. quod attento jure Regio Castellæ non potest filia invitis parentibus nubens non clandestinè exhæredari, Mart. *de jurisdict. p. 4. cent. 1. casu 70.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imp. lib. 2. concl. 95.* Ægid. de Coninc. *de sacram. & censur. tom. 2. disp. 28. n. 48. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. n. 19. vers. quod verò attinet*, D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. p. 4. num. 35. & 36.* ubi de dicta lege Galliæ & Lusitaniæ agit, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 7. num. 9. cum seqq.* latè Merlin. *de legitima lib. 3. tit. 1. q. 25. per tot.* & meliùs *lib. 4. tit. 1. quæst. 6.* Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 176. ex n. 11.* ubi *n. 14. cum duobus seqq.* observat quid attento jure communi sit statutum, & *à nu. 16.* quid attento jure Regio Castellæ, & *num. 19. & 20.* de Lusitana lege, ejusque validitate agit Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 2. q. 14. sect. 2.* ubi *sect. 3* pariter agit de dicta ordinatione Regia Lusitana, Benedict. Ægid. *in repet. l. Titiæ, p. 3. n. 30 ff. de condit. & demonstr. & de jure & privilegio honestatis, art. 7. à princ.* meipsum *in collect. ad Conc. Trid. sect. 24. de reformat. matr. c. 1. n. 2. 3. & 4.*

3 *Post vigintiquinque annos*, &c.] Notatur ad hoc, quod filia post 25. annum nubens citra patris licentiam exhæredari non potest, ut per Rebell. *de obligat. justit. p. 2. lib. 2. quæst. 14. sect. 2. num. 14.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib. 1. quæst. 18. num. 7.* Benedict. Ægid. *d. tract. de jure & privileg. honest. art. 7. num. 2.* D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. num. 31. in fine*, ubi *num. 32.* reprobat quendam existimantem idem esse, si post vigesimum annum nubat sine consensu patris, dummodò ex consuetudine regionis filiæ soleant nubere intra vigesimum annum, quia textus *in præsenti* ad convincendam patris negligentiam exigit quod filia exspectet usque ad vigesimumquintum annum, quem consuetudo minimè corrigere potest.

4 Intellige ut talis filia complere debeat 25. annum, ne ex ea ratione exhæredari valeat, ut resolvunt Sanchez *d. lib. 4. disp. 24. n. 9.* Benedict. Ægid. *in repet. d. l. Titiæ, p. 3. à num. 32. vers. legem igitur*;

5 dictio enim, *post*, complementum postulat, & exclusivè stat quando apponitur in dispositione in qua tempus statuitur, ut per citatos *de diction. Vsu freq. dict. 270. num. 2.*

*Differente filiam*, &c.] Etiam viduam minorem ad 6
secundas nuptias invitis parentibus convolantem, ut per D. Barbos. *in l. 1. ff. soluto matrim. part. 4. n. 42. in fine*, Rebell. *d. q. 14. num. 30. vers. tertiò.* Benedict. Ægid. *d. tract de jure & privileg. honest. art. 7. num. 9.*

Et cùm de filia solùm mentionem faciat, & res sit 7
odiosa, multóque gravius sit delictum in fœmina, non debet extendi ad filium, ut tenent Sanchez *d. lib. 4. disp. 24. num. 11.* contra Menchac. *de successionibus lib. 1. §. 10. n. 634.*

*Liberos tamen.*] Ergo à contrario sensu, si servo 8
nubat, potest exhæredari, ut per Roder. Xuar. *dict. tit. de matrimon. num. 29.* Molin. *disp. 176. num. 14.* benè addentem posse exhæredari filiam ante 25. annum absque parentum consensu mancipi nubentem, D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. n. 32.* Sanchez *d. lib. 4. disp. 24. n. 10.* Rebell. *d. p. 2. lib. 2. q. 14. sect. 2. n. 15. in fine.* Benedict. Ægid. *d. tract. de jure & privileg. honest. art. 7. n. 7. prope fin.*

Non sic sufficit ad hunc effectum exhæredationis 9
illam nupsisse indigno, seu ignominioso viro, ut resolvit Surd. *de alimen. tit. 7. q. 1. n. 10. & 11.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 213. n. 45.* ubi *nu. 46.* subdit quod hæc ratio indignitatis hodie non est justa causa exhæredationis.

At verò si nuptias turpes contraxerit, accipiendo 10
scilicet famulum suum in matrimonium, poterit exhæredari, Bart. *in l. liberum de nupt.* Stephan. Gratian. *d. c. 213. n. 42.* quasi à pari procedant inhonesta vita, & matrimonium cum vili persona, Rimin. *jun. con. 133. num. 17.* Cardinalis Tuschus *pract. conclus. tom. 3. verbo Exhæredatio, conclus. 577. num. 14.* In Regno Castellæ per *l. 2. tit. 1. libro 5. novæ Recop.* ab Alphonso Rege sancitum est ut famulus quicunque, qui durante tempore famulatûs sponsalia, vel matrimonium contraxerit cum filia ejus, cujus est famulus, aut cum propinqua, quæ in heri domo habitet, sine heri consensu, exulet à Regno in perpetuum, capitéque plectatur, nisi exilium servaverit. Item ut quæ ita sponsalia, aut matrimonium contraxerit, exhæredetur, bonáque illius ad propinquiores consanguineos deveniant, refert Molin. *d. disp. 176. numer. 18.*

*Eam exhæredare non potes.*] Ergo filia ante 25. 11
annum nubens citra patris consensum exhæredari potest, de cujus conclusionis jure & validitate agunt Doctores *supra num. 2.* citati. Sed adverte quod per reconciliationem patris cum filia tollitur exhæreda- 12
tio hujusmodi, dummodò non fiat post factam exhæredationem, D. Barbos. *in d. l. 1. p. 4. n. 47.* Rebell. *d. q. 14. n. 28.*

Notatur etiam ad hoc, quod pater non tenetur 13
dotare filiam quæ ante 25. ætatis annum nupsit sine ejus consensu, de quo vide Cov. *de sponsal. part. 2. cap. 3. §. 2. num. 7.* Gasp. Baëz. *de non meliorandis filiabus cap. 18. numero 2.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 16. numero 7.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. num. 60.* Guttier. *libro 2. pract. quæst. 1. numer. 4.* Sanchez *de matrimonio, lib. 4. disput. 26. num. 16.* Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. tom. 1. lib. 12. tit. 3. à num. 12.* ubi subdit quod si filia 15
nupsit viro non indigno, ex jure Canonico non potest exhæredari, & consequenter nec dos debet denegari.

SUM

SUMMARIUM.

1 *Filia non dicitur ingrata, si contra voluntatem matris cum marito vivit pacificè, & n. 2.*
3 *Mulieres inconstantes, & mutabiles, remissivè.*

## L. Filia in orbitate. XX.

*Idem* AA. *&* CC. *eidem.*

1 NOn dicitur filia ingrata, si contra voluntatem matris cum marito pacificè vivit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* Menchac. *lib. 3. super hanc l. pag. 198.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumit Spin *in speculo testament. p. 4. rubricæ, n. 14.*

3 *Nec ex momentaneis voluntatibus matris*, &c. ] De mulierum inconstantia vide Alciat. *de præsumpt. rubr. 1. præsumpt. 4.* Tiraquell. *l. 9. connub. gloss. 1. p. 9. à num. 129.* ubi multis Poëtarum & jurium auctoritatibus probat mulieres inconstantes, varias, leges, mobiles, & mutabiles esse. Burg. *in proœm. ad leges Tauri, num. 39. cum seqq.*

SUMMARIUM.

1 *Avunculi, amitæ, materteræ, patrui, fratrum liberi, non ut inofficiosa, sed falsa oppugnant.*
2 *Transversales regulariter non habent querelam inofficiosi, & num. 3. Intellige ut num. 4. Resolve ut n. 5.*

## L. Fratris. XXI.

*Idem* AA. *&* CC. *eidem.*

1 AUunculi, amitæ, materteræ, patrui, fratrum liberi, non ut inofficiosa, sed falsa oppugnant.
2 Seu, Transversales regulariter non habent querelam inofficiosi testamenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. sup. hoc tit.*

3 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 2. tit. 8. part. 6. & l. 2. ubi gloss. fin. & l. 12. ubi gloss. 1. cum seqq. tit. 7. ead. part. 6.* Petr. Gregor. *syntag. juris p. 3. l. 44. c. 4. n. 9.* Emman. à Costa *in*
4 *cap. si pater, de testam. lib. 6. part. 3. verbo privare, n. 4.* Menchac. *de successionum. tom. 1. lib. 1. §. 10. à n. 553.* ubi *n. 554.* intelligit in transversis qui cognati tantùm sunt, & *num. 556.* intelligit pariter in transversis etiam agnatis, Peralta *in prælect. rubricæ, ff. de hæred. instit. n. 11. pag. 10.* ubi quod omnes non attinentes
5 per ascendentiam, neque per descendentiam ipsi testatori, ut sunt fratres, & sorores, etiam utrinque copulati eidem testanti, potest si vult instituere, non tamen tenetur. Et *num. 13.* resolvit quod carens liberis, & ascendentibus, & habens consanguineos transversales proximos, vel remotos constitutos in manifesta indigentia, qui non sunt indigni, neque demeriti, tenetur in foro conscientiæ eisdem relinquere subventionem necessariorum, id est alimenta decentia, non tamen tenetur relinquere hæreditatem, si omnia bona deductis impensis funeris non sunt necessaria ad præstationem talium alimentorum, vel subventionum, sed supersunt aliqua bona, de quibus velit aliquem extra consanguineos hæredem constituere, id enim potest facere.

SUMMARIUM.

1 *Aditione hæreditatis rescissa per querelam, reviviscunt actiones per aditionem confusæ, & numer. 2.*
3 *Usufructuarius si acquirat proprietatem, an perdat usumfructum, remissivè.*

## L. Si maritus. XXII.

*Idem* AA. *&* CC. *Tantillæ.*

1 REscissa aditione hæreditatis per querelam, reviviscunt actiones per aditionem confusæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Mench. *l. 3. super hanc l. pag. 198.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. desumunt Petr. Gregor. *syntagm. juris p. 3. lib. 44. c. 4. num. 21. lit. C,* Menchac. *de succeſſ. tom. 1. lib. 1. q. 10. n. 586.* Tiraquell. *de retract. lign §. 1. gloss. 7. ex num. 62 cum seqq.* ubi hunc text. inducit ad illam quæstionem, si
3 usufructuarius acquirat proprietatem, an perdat usumfructum.

SUMMARIUM.

1 *Testari quem prohibens à testatore prohibito, justè exhæredari potest, & n. 2. Intellige; ut num. 3. & limita, ut num. 4.*

## L. Testamenti. XXIII.

*Idem* AA. *&* CC. *Philippo, & aliis.*

1 PRohibens aliquem testari, justè à testatore prohibito potest exhæredari. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* Menchac. *l. 3.* 1
*super hanc l. pag. 200.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. desumunt *l. Hispan. 26. tit. 1. part. 6.* ubi Gregor. Lopez *gloss. 2. citato hoc text.* dicit quod sit gravis offensa ei, qui vult testari si prohibeatur, Bossius *in praxi crimin. tit. de his qui aliquem testari prohibuerit*, Menoch. *de arbitrar. casu 395. num. 13.* ubi quod impediens te-
3 stari, si proximior est, hæreditatem perdit. Menchac. *citato loco, num. 3.* ubi intelligit quando prohibitio habuit effectum, impedivitque tunc ut testamentum non fieret, licèt postea ex intervallo factum fuerit; secus autem si tunc non habuit effectum, quia non obstante ejus prohibitione, testamentum fuit factum etiam tunc, quia tali casu cessat hujus l. decisio, &
4 *num. 4.* limitat ut non procedat quando hic filius pœnituit hujus prohibitionis & patri offensam remisisse probatur.

SUMMARIUM.

1 *Filii militis testamentum super castrensibus bonis conditum nec pater, multo minus frater, per inofficiosi querelam impugnant, & num. 2. Intellige ut n. 3.*

## L. Testamentum militis. XXIV.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Successo.*

FIlii militis testamentum sper castrensibus bonis conditum nec pater, multò minus frater per in officiosi querelam impugnant. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumit Menchac. *de successionib. lib. 2. §. 20. n.* 171. ubi intelligit
3 cùm fit à patrefamil. milite, & cùm fit à milite filiofamil in milita decedentibus, vel domi, infrà annum tamen missionis.

SUMMARIUM.

1 *Conditio respiciens favorem filii tollit querelam inofficiosi.*
2 *Filio non datur querela inofficiosi, contra ea quæ sunt provisionis, & n. 3.*
4 *Pater si in suo testamento prohibuit filio alienationem suæ legitimæ donec haberet ætatem 25. annorum, valebit ista conditio uti apposita in favorem filii, & credetur patri super hoc, nec dicitur gravamen legitimæ impositum.*
5 *Conditio legitimæ filii apposita per patrem in favorem, & provisionem ipsius filii, valida est.*
6 *Mater, si de mariti moribus secus suspicata filios suos hæredes instituit, sub conditione, si à patre emancipati fuerint, tunc pater hic filios emancipans non erit tutor eorum.*

## L. Filiis matrem XXV.

### *Iidem Impp.* AA. *&* CC. *Menedoto.*

1 COnditio respiciens favorem filii tollit querelam
2 inofficiosi. Item contra ea, quæ sunt provisionis, non datur filio inofficiosi querela. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.* Mench. *lib. 3. super hanc l. pag.* 201.

3 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu desumunt Boër. *dec. 87. n. 4. dec. 194. num. 6.* ubi dicit quod quando est certum, quod conditio apponitur in favorem liberorum, testamentum non est nullum, Palar. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & uxor. notab. 3. §. 3. num. 3.* ubi per hunc textum tenet, quod si pater in suo testamento prohibuit filio alienationem suæ legitimæ donec haberet ætatem 25. annorum, quia non reputabat eum integri sensus, vel aliàs, valebit ista conditio uti apposita in filii favorem, & credetur patri super hoc, nec dicetur gravamen legitimæ impositum, refert alios additio *lit. B*, Roder. Xuar. *ad l. quoniam in prioribus, amp. l. ex n. 1.*
4 ubi quod valet conditio legitimæ filii apposita per patrem, quando in favorem, & provisionem ipsius filii, ac in ejus commodum apposita fuerit. Cujac. *lib. 4. observ. 24.* latè Menchac. *de success. tom. 1. lib. 1. §. 10. num. 232. cum multis seqq.* ubi *num. 234.* ait textum *in præsenti* videri procedere inspecta sui generalitate, etiamsi mater non haberet legitimam causam malè suspicandi de marito: Et *num. 204. cum seqq.* disputat an hic textus procedat etiam in patre sub conditione simili, quæ mixta est, & filii utilitatem respiceret, an eum instituere possit? Galganet. *in tract. de condition. & demonstr. part. 1. c. 42.*

Sed an hodie post *l. quoniam in prioribus, infr. hoc eod. tit.* lex nostra procedat, cùm per illam legem omnis conditio rejiciatur de legitima filii, vide præter citatos Gom. Arias *l. 4. Tauri, in* 119. latè Vald. *in addit. ad Roder. Xuar. d. ampl. l. 1. lit. A, pag.* 467. ubi *n.* 10. agit etiam, an corrigatur text. *in præsenti* per *auth. excipitur, de bonis quæ liberis*, Castill. *controvers. lib. 5. cap. 64. n. 16.*

Adverte quod ubi in terminis hujus leg. mater 5
quæ de mariti moribus secus suspicata filios suos sub ea instituit conditione hæredes, si à patre emancipati fuerint, tunc pater hic filios emancipans non erit eorum tutor, ut post Greg. Lop. resolvit Guttier *de tutelis p. 1. c. 13. n* 7.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio pupillaris non reputatur onus, & consequenter potest fieri in legitima liberorum, & num. 2.*
3 *Substitutio pupillaris est favorabilis.*
4 *Fideicommissa an sint odiosa, vel favorabilia, remissivè.*

## L. Ex tribus Unciis. XXVI.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Serapioni suo S. D.*

SUbstitutio pupillaris non reputatur onus, & con- 1
sequenter potest fieri in legitima liberorum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. supra hoc tit.* Menchac. *lib. 3. super hanc l. pag.* 203.

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 13. pag. 462. & limit. 3. num. 1. pag.* 471. Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 3. num. 22.* Menchac. *de success. lib. 1. §. 10. num. 407. & 409.* Emman. Costa *in c. si pater, de testam. in 6. p. 2. verbo debita, n. 5. & 14. & l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liber. & posthum. part. 3. n.* 142. Aquilin. *in l. centurio, ff. de vulgari, p. 4. n. 13. & 119. cum seqq.* Ratio est, quia substitutio pupillaris dicitur commodum, & favor filii, ut per Ascan. Clem. *de patria potest. c. 4. n. 14. & effectu 15. n. 14.* Polit. *in tract. de pupillari subst. n. 7.* Alex. Trentacinq. *de subst. p. 2 c. 3 nu. 1.* Intrigl. *eod. tract. cent. 1. quæst. 60. n. 6.* Fusar. *in simili tract. quæst. 89.*

Notatur ad hoc, quod substitutio pupillaris est 3
favorabilis, ut per Gall. *in tract. de except. succ. tit. 4. except. 19. n. 23. cum seqq. p. 2.* Fusar. *d. tr. de subst.*

In Gloss. 1. Utrùm fideicommissa sint odiosa, vel 4
favorabilia, latè Fusar. *de subst. q. 290. per tot.*

SUMMARIUM.

1 *Fratres, vel sorores uterini à querela inofficiosi omninò arcentur; consanguinei verò admittuntur institutæ personæ infami, vel turpitudinis, aut lævis notæ maculâ aspersæ.*
2 *Sororibus competit jus querelandi, ac remedium hujus leg. amplia ut n. 3.*
4 *Frater non potest succedere contra testamentum fratris.*
5 *Frater extraneum instituere, & fratrem exhæredare, vel præterire liberè potest, amplia ut numer. 6.*
7 *Frater potest movere querelam contra testamentum fratris, turpi personæ instituta, etiamsi frater prætentus, vel exhæredatus non esset agnatus fratri te stanti, n. 8.*
6 *Testamentum in totum rumpi, etiamsi frater institu-*

*tuat*

*tuat in legitima qua eſt quarta pars bonorum, ſi in reſiduo inſtituerit perſonam turpem : contrarium n.* 10.

11 *Frater ſi rumpat teſtamentum fratris per querelam, quia in eo fuit inſtituta turpis perſona, an teneatur ad omnia legata, & fideicommiſſa, etiam univerſalia, relicta in teſtamento fratri, & ſic an text. in auth. ex cauſa, de lib. præter habeat locum etiam inter fratres inſtituta turpi perſona.*

12 *Clauſula codicillaris an operetur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto retenta quarta, etiam fratre præterito, & turpi perſona inſtituta.*

13 *Perſonæ infames, turpes, vel inhoneſtæ, quæ in propoſito, remiſſivè.*

14 *In hærede ſcripto ſufficit, quod ſit vel infamis, vel turpis perſona, aut levi notetur macula.*

15 *Frater, aut ſoror utrinque conjuncti, vel ſaltem conſanguinei, poſſunt querelare teſtamentum fratris, in quo eſt inſtitutus filius Sacerdotis, vel alius ſpurius, quamvis ſit inſtitutus filius Epiſcopi, n.* 16. *Limita ut n.* 17. *Reſolve n.* 18. *Limita etiam in filiis ſpuriis legitimatis, n.* 19. *De expoſito Hoſpitali quid, n.* 20. *Quid de apoſtata, vel deſciſcente à Religione Chriſtiana ad Judaïſmum, quod infamis reputetur, etiamſi poſtea impoſita pœnitentia ab Inquiſitoribus Eccleſiæ reconcilietur, n.* 21. *De concubinario, quod etiam turpis & infamis perſona reputetur, & de habente uxorem & concubinam, n.* 22. *De meretrice, n.* 23. *Quod tamen limita ut n.* 24. *De lenone, n.* 25. *De habente duas uxores n.* 26. *De uſurario, n.* 27. *De aleatore ſeu luſore publico, n.* 28. *De ebrio, n.* 29. *De mulionibus, n.* 30. *De Sodomitis, n.* 31.

32 *Infamis & turpis perſona, ſi occaſione moris depravati, ſeu turpis modi vivendi devenerit ad meliorem frugem, ducendo honeſtam vitam deſinit eſſe talis, perindéque habetur, ac ſi non deliquiſſet ex quo non poterit exhæredari.*

33 *Teſtamentum fratris inſtituentis turpem perſonam ſuſtinetur, quæ pœnitentiam agit honeſtè vivendo.*

34 *Turpitudo ſuperveniens poſt mortem fratris teſtamento non nocet.*

35 *Frater exhæredatus ut præteritus, quando ita fuerit vilis, ſeu turpis, ut ille, quem frater hæredem inſtituit, tunc poterit querelare teſtamentum fratris.*

36 *Libertus ingratus domino, ideſt patrono, turpis perſona eſt, & propterea teſtamentum, in quo ſit hæres ſcriptus, per querelam everti poteſt.*

37 *Servo hærede inſtituto, quærelâ fratris teſtamentum everti non poteſt.*

38 *Agnationis & cognationis differentia non eſt ſublata hodie quoad ſucceſſiones teſtamentarias.*

39 *Non omnibus Fratribus de inofficioſo dicere licet, niſi agnati ſint ab eodem patre nati.*

40 *Uterini querelantes teſtamentum non audiuntur.*

41 *Frater præteritus ſi eſſet ingratus, tunc contra turpem hæredem querelam movere non poterit.*

## L. Fratres, vel ſorores. XXVII.

*Imp.* CONSTANTINUS, *Verino.*

1 FRatres, vel ſorores uterini à querela inofficioſi omninò arcentur, conſanguinei verò admittuntur inſtituta perſona infami, vel turpitudinis, aut levis
2 notæ macula aſperſa. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit.*

*Vel ſorores.* ] Notatur ad hoc, quod ſororibus competit jus querelandi, ac remedium hujus l. ut per Menchac. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *n.* 579. Honded. *cons.* 47. *n.* 11. *l.* 2. Merlin. *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 3
13. *n.* 2. ubi ampliat etiam ad caſum, quo à ſtatuto eſſent excluſæ, ſtantibus maſculis.

*Contra teſtamentum fratris*, &c. ] Notatur ad hoc 4
quod frater contra teſtamentum fratris ſuccedere 5
non poteſt, quia frater liberè extraneum inſtituere, & fratrem exhæredare, vel præterire poteſt, Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 37. *in princip.* Suar. *in theſauro commun. verbo frater, n.* 336 Graſſ. *recept. ſentent.* §. *teſtamentum, q.* 46. *n.* 1. Caſtill. *quotidian. controvers. juris tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 4. Et extende etiam ad hoc, quod donatio facta per fratrem alicui turpi perſonæ, ita in totum revocatur, ſicut teſta- 6
mentum, Mangil. *in tract. de imput. q.* 112. *num.* 9. *in fine.* Merlin. *dict lib.* 1. *num.* 2. *q.* 13. *n.* 5. ubi *num.* 39. quod diſpoſito hujus textus procedit favore fratrum factorum, & qui jurati dicuntur.

*Conſanguinei autem*, &c. ] Notatur ad hoc, quod 7
frater contra teſtamentum fratris turpi perſona inſtituta querelam movere poteſt, ad quod ſunt plerique utriuſque ſcholæ Doctores hanc concluſionem ex hoc textu deſumentes, multiſque latè exornantes, & præcipuè Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 4. *tit.* 90. §. 1. Bernard. *reg.* 634. Matheſil. *ſing. ſive notab* 49. Cremenſ. *ſing.* 90. Cujac. *lib.* 17. *obſerv.* 40. *l. Hiſpan.* 12. *tit.* 7. *part.* 6. *& l.* 3. *tit.* 8. *ead. part.* Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus in evidential. ex num.* 12. Palat. Rubr. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor.* §. 10. *n.* 9. *cum ſeqq.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Raynutius de Clera, n.* 28. *& verbo in eodem teſtamento, el* 2. *n.* 23. *& verbo & uxorem, dec.* 5. *n.* 157. Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 38. *cum duobus ſeqq.* Menchac. *de ſucceſſion. lib.* 1. §. 10. *num.* 568. *cum ſeqq. tom.* 1. Emman. à Coſta *in l. Gallus*, §. *& quid ſit tantum, ff. de liberis, & poſthum. p.* 2. *n.* 151. *& in cap. ſi pater, de teſtament. lib.* 6. *p.* 3. *verbo poteſt, n.* 4. *&* 5. Berol. *cons.* 19. *lib.* 2. Pariſ. *cons.* 64. *lib.* 3. Natt. *cons.* 478. *lib.* 3. Roland. *cons.* 87. *ver tor. lib.* 3. Hieron. Gabr. *cons.* 30. *lib.* 2. Achil. Pedrocha *cons.* 19. *n.* 51. Joan. Franciſc. de Ponte *cons.* 66. *num.* 1. *& cons.* 68. *n.* 11. plenè Tiber. Decian. *reſp.* 31. *per tot. lib.* 1. latè Anton. Galeat. Malvaſ. *cons.* 24. *per tot. lib.* 1. & Joan. Vincent. Honded. *cons.* 47. *per tot. lib.* 2. Afflict. *decis.* 125. *&* 204. Franc. Viv. *dec.* 162. *à n.* 9. *lib.* 1. Ant. Theſaur. *Pedem. dec.* 126. *cum tribus ſeqq.* Anton. Gam. *Luſit. doc.* 142. Clar. *in praxi*, §. *teſtamentum, q.* 50. *& q.* 52. *n.* 5. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 2. *lib.* 44. *cap.* 4. *num.* 9. Maſtrill. *Sicilia dec.* 132. *per tot.* Anchar. Regien. *quæſt. famil. lib.* 1. *quæſt.* 11. *per tot. & lib.* 2. *q.* 60. *per tot.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 18. *cap.* 6. *col.* 1. *& lib.* 19. *cap.* 4. *col.* 1. Graſſ. *in* §. *teſtamentum, q.* 46. *&* 37. Simon. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.* 5. *interpr.* 1. *dub.* 1. *n.* 69. *&* 70. Queſada *divers. quæſt. juris cap.* 6. *n.* 11. Ant. Pichard. *in* §. *ſoror, Inſt. hoc tit.* Andr. Fachin. *controvers. juris lib.* 4. *cap.* 91. *&* 93. Angel. Matheac. *de legatis & fideicom. lib.* 4. *cap.* 9. Thaddæ. Piſo *lib.* 2. *var. reſolut. cap.* 13. *à num.* 19. Ceval. *communium contra commun. q.* 566. Guttier. *pract. lib.* 4. *q.* 73. *n.* 12. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *rub. de inſt. hæredis, vers. dubitatur utrum, lib.* 5. *Ordin. pag.* 68. Caſtill. *quotid. controvers. juris lib.* 2. *cap.* 19. *per tot.* Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſputat.* 159. *n.* 8. Mart. *in votis noviſſim. dec. vivo* 211. *num.* 11. *cum ſeq.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. p.* 1. *collect.* 169. *& p.* 2. *collect.* 675. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 95. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom.* 5. *cap.* 936. *n.* 2. 10. *&* 14. Fuſar. *de ſubſtit. q.* 570. *& q.* 571. *num.* 8. Mich. Graſſ. *commun. opin. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 19. *pag.* 407. Camill. Borrell. *in ſum. dec. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 32. Barry *de ſucceſſion teſtati ac inteſtati, lib.* 16. *tit.* 1. *num.* 14. D. Barboſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrim. p.* 4. *n.* 28. *in princip.* Valaſc. *cons.* 17. Cardoſ. *in praxi*

*judicum*

*introduct. ultim. volunt. lib. 2. cap. 11. n. 6. cum ſeqq.* Cald. Pereira *quæſt. forens. ad l. unic. ex delictis defunct. p. 2. n. 44. & ad §. ſoror, n. 1. Inſt. hoc eod. tit. & cons. 13. n. 4.* Benedict. Ægid. *de jure & privilegio honeſtatis, art. 8. n. 8, in fine*, latiſſimè Merlin. *de legitima lib. 1. tit. 2. q. 13. per tot.*

8 *Durante, vel non, agnatione.* ] Ergo procedit etiamſi frater præteritus, vel exhæredatus non eſſet agnatus fratri teſtanti, ut per Menchac. *dict. lib. 1. §. 10. num. 584.*

9 *De inofficioſo quæſtionem movere poſſunt.* ] Unde teſtamentum in totum rumpi, etiamſi frater inſtituat fratrem in legitima, quæ eſt quarta pars bonorum, ſi in reſiduo turpem perſonam inſtituerit, tenent Clar. *d. §. teſtamentum, quæſt. 50. n. 3.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 11. ex n. 37. in vers. quintò intellige, & in vers. ſextò intellige*, Menchac. *d. lib. 1. §. 10. n. 586.* ubi quod teſtamentum rumpitur ex toto, & non uſque ad legitimam tantùm fratris præteriti, *& numero 590. & 601.*

10 Contrarium tamen, immò teſtamentum in totum non rumpi, ſed tantummodò agi poſſe uſque ad legitimam, reſolvunt Afflict. *dec. 204.* Menchac. *dict. lib. 1. §. 10. n. 589.* Anton. Pichard. *in d. §. ſoror, n. 86.* Angel. Matheac. *d. lib. 4. cap. 9. n. 8.* Anton. Theſaur. *dec. 128. n. 11. & 12.* Graſſ. *d. §. teſtamentum, q. 46. n. 4.* Cevall. *d. q. 566. ex n. 7.* Negreiros *in introduct. ultim. volunt. lib. 2. cap. 5. n. 14. & 29.* Mart. *in nov. ſſ. dec. voto 211. à n. 16.* Vincent. de Anna *ſing. 125. & 506.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 135. n. 23. cum ſeqq.* ubi reprobat opinionem contrarium tenentium, & aſſerentium in odium infamis, & favorem fratris teſtamentum corruere in totum, etiam quando aliquid eſſet relictum fratri, quia illud odium non debet plus operari quàm favor filii, Surd. *de aliment. tit. 8. priv. l. 95. n. 10.* Caſtill. latè *d. tom. 2. cap. 19. ex n. 19.* ubi *n. 25.* primò conſtituit, quod ſi frater inſtituta turpi perſona, à fratre ſuo præteritus fuit, vel exhæredatus, nec aliquid ei teſtamento relictum eſt, tunc per querelam rumpet teſtamentum in totum, ut in univerſam ejus ſubſtantiam ſuccedat: & *num. 26.* deinde conſtituit, quod ſi frater inſtituta turpi perſona, neque præteriit fratrem, neque etiam exhæredavit illum, immo potiùs titulo inſtitutionis, aut titulo etiam particulari (in hoc differentia non eſt) integram legitimam, hoc eſt, quartam partem ei reliquit, tunc fratri querela non competit ullo modo, quia non eſt in hoc caſu cur frater ipſe conqueri debeat: & *n. 29.* tertiò conſtituit, quod ſi frater inſtituta turpi perſona fratri præterito, vel exhæredato, hoc eſt, hæredi non inſtituto aliquid reliquit, ſed minus legitima, titulo tamen inſtitutionis, tunc equidem dumtaxat competit ei jus agendi ad ſupplementum, neque querelare poteſt teſtamentum fratris: & *n. 30.* quartò conſtituit, quod ſi frater inſtituta turpi perſona fratri præterito, vel exhæredato, hoc eſt, hæredi non inſtituto reliquit aliquid, ſed non titulo inſtitutionis, tunc jus agendi ad ſupplementum fratri dumtaxat competet.

11 Vtrùm ſi frater rumpat teſtamentum fratris per querelam, quia in eo fuit inſtituta turpis perſona, teneatur ad omnia legata, & fideicommiſſa, etiam univerſalia relicta in teſtamento fratris, & ſic an text. *in auth. ex cauſa, de liberis præter.* habeat locum etiam inter fratres inſtituta turpi perſona, vide Menchac. *d. lib. 1. §. 10. n. 581.* latè Caſtill. *dict. tom. 2. cap. 19. ex num. 32.* Fuſar. *de ſubſtitut. q. 571. n. 8. & 9.* Mich. Graſſ. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 16. num. 20. pag. 407.* Surd. *d. tit. 8. privil. 95. n. 4. & 11.* Bernard. Grævæus *ad pract. Camera Imper. lib. 2. conclus. 113. n. 9.*

Vtrùm etiam fratre præterito, & turpi perſona inſtituta, clauſula codicillaris operetur fideicommiſſum deberi hæredi ſcripto, retenta quarta, latè Fuſar. *de ſubſtitut. q. 570.* ubi duas opiniones refert, & pro utraque plures citat Doctores. 12

*Si ſcripti hæredes infamiæ*, &c. ] Quæ dicantur in propoſito perſonæ infames, turpes, vel inhoneſtæ, vide *l. Hiſpan. 12. tit. 7. part. 6.* ibi: *Se eſtablecieſſe por ſu heredero a tal home que fueſſe de mala vida, o enfamado*, ubi Greg. Lop. *de mala vida*, Mench. *de ſucceſſion. lib. 1. §. 10. n. 569. cum quatuor ſeqq. & n. 608.* ubi dicit quoad hoc propoſitum infamem multipliciter dici: primò ſi perſona inſtituta ſit infamis de jure & de facto, ſecundò etiamſi ſit infamis de facto tantùm, tertiò etiamſi nec ſit infamis de jure, nec de facto, ſed tantùm ſit turpis ejus quæſtus, & modus vivendi, quartò etiamſi nec ſit infamis de jure, nec de facto, nec etiam habeat turpem modum vivendi, ſi tamen eſt homo ſiniſtræ, aut malæ opinionis. Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 11. n. 38.* ubi tandem concludit judicis arbitrio relinqui quis dicatur turpis perſona, vel non. Guttier. *pract. lib. 4. q. 73. n. 13.* Cald. Pereira *ad §. ſoror, ex n. 40.* latè Merlin. *de legitima, lib. 1. tit. 2. q. 13 à n. 16.* 13

*Vel turpitudinis, vel levis notæ maculâ.* ] Notatur ad hoc, quod cùm loquatur hic textus alternativè, ſufficit quod una qualitas ex illis tribus concurrat in hærede ſcripto, & ſic vel quod ſit infamis, vel turpis perſona, aut lævi maculâ notetur, ut per Vincent. Honded. *cons. 47. ex n. 11. vol. 2.* Anton. Galeat. Malvaſ. *cons. 24. à n. 32.* Caſtill. *d. tom. 2. c. 19. n. 48.* Merlin. *d. q. 13. num. 16.* 14

Cùm baſtardi ſint infames de facto, utpotè quia infamia facti eſt quod quis non ſit natus ex legitimo matrimonio, ſecundùm *l. Hiſpan. 2. tit. 6. part. 7.* ibi, *Infamado es de hecho aquel que no naſce de caſamiento derecho ſegun manda la ſanta Igleſia.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 1. num. 4. & gloſſ. 21. num. 9.* Guttier. *practic. lib. 4. q. 73. num. 15.* Tiraq. *de nobilit. cap. 15. num. 16.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 16. prim. num. 8.* Cald. Pereira *in d. §. ſoror, num. 44. vers. ſpurius*, ubi idem dicit in naturali. Negreiros *in introduct. ad ultimas volunt. lib. 2. cap. 21. num. 10.* Merlin. *de legitima, lib. 1. tit. 2. q. 13. n. 22.* Rota apud eundem Merlin. *dec. 26.* Ideo frater, aut ſoror utrinque conjuncti, vel ſaltem conſanguinei, poſſunt querelare teſtamentum fratris in quo eſt inſtitutus filius Sacerdotis, vel alius ſpurius, ut per Menchac. *d. lib. 1. §. 10. n. 594.* Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 11. n. 38. vers. ex quibus*, tametſi aliud velit in alio ſimpliciter naturali, Rota *dec. 505. p. 1. divers.* Decian. *d. cons. 31. ex num. 15.* Gam. *Luſitan. dec. 143.* Gregor. XV. *dec. 271. num. 17.* Mart. *voto 211. num. 21.* ubi quamvis ſit inſtitutus filius Epiſcopi, Alvar. Valaſc. *conſult. 17. à princip.* Guttier. *dict. lib. 4. q. 73. ex num. 11.* Garc. Maſtrill. *Sicilia dec. 152. n. 2. in fine*, Caſtill. *d. tom. 2. cap. 19. num. 52.* quicquid dicat Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 5. cap. 936. n. 1.* & antea *cap. 135. num. 37.* exiſtimaverit ſpurium illo tantùm caſu capere non poſſe ex teſtamento fratris, ad excluſionem ſui, ſi ei relinquatur contemplatione patris. 15 16 17

Verùm ſi proponas filium Sacerdotis virum probum & honoratum, non furem, non vinolentum, non luxurioſum, aut aliquo notabili vitio coinquinatum, ſed ad honores, & magiſtratus admiſſum, abſque dubio non cenſebitur turpis perſona, ut querelari teſtamentum propter ejus inſtitutionem, relicto fratre, poſſit. Ita Anton. Theſaur. *Pedem. decis. 126. num. 6.* dicens quod ſi iſte ſpurius aliis virtutibus eſſet illuſtratus, & decoratus, ita ut fratre præterito dignior eſſet, tunc non haberet locum querela, 18

la, Alvar. Valaſc. *d. conſult.* 17. *num.* 3. Negreirus *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. Merlin *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. *n.* 22. *in fine.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. deciſ.* 143. *vers. fallit, etiamſi talis baſtardus*, quamvis Decian. *d. cons.* 31. *vol.* 4 quem refert & ſequitur Caſtill. *d. cap.* 19. *num.* 55. contrarium multis defendere conetur.

19 Item quæ de baſtardo ad hunc effectum *ſuprà* diximus, ut ſi inſtituatur præteritis fratribus & ſororibus, faciat teſtamentum ſubjacere querelæ inofficioſi, limitantur in filiis ſpuriis legitimatis, quia diſpoſitio hujus textus eſt fundata in macula hæredum inſtitutorum, quæ non adeſt in iſtis filiis legitimatis: ita Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 73. *à n.* 18. latè Stephan. Gratian. *diſcept. forens. q.* 936. *num.* 2. *cum ſeqq.* ubi *num.* 10. ſubdit non eſſe faciendam vim in hoc textu, cùm illius diſpoſitio ſit ſublata per derogationes ampliſſimas, quas facit Pontifex in hujuſmodi diſpenſationibus, de omnibus conſtitutionibus, legibus & ſtatutis, quovis modo in contrarium facientibus, & etiam habentibus decreta irritantia, &c. Cald. Pereira *d.* §. *ſoror, n.* 36. Barry *de ſucceſſion. teſtati, & inteſtati, lib.* 16. *tit.* 1. *n.* 14.

20 De expoſito hoſpitali, ut ſi non probetur legitimus, quod dicatur turpis perſona in propoſito, reſolvunt Malvaſ. *cons.* 24. *per tot.* Honded. *d. cons.* 47. *n.* 23. *lib.* 2. quos refert & ſequitur Caſtill. *d. tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 51.

21 De apoſtata, vel deſciſcente à Religione Chriſtiana ad Iudaiſmum, quod infamis reputetur, etiamſi poſtea impoſita pœnitentia ab Inquiſitoribus Eccleſiæ reconcilietur, ut optimè dicit Cald. Pereira *poſt qq. forens. cons.* 13. *n.* 6.

22 De concubinario, quod etiam turpis & infamis perſona reputetur, Perez *l.* 24. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 107. *& l.* 4. *in fine, tit.* 7. *lib* 8. *pag.* 203. Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, num.* 44. *vers. addo etiam*, ubi de habente uxorem & concubinam, Benedict. Ægid. *de jure & privileg. honeſt. art.* 8. *n.* 61. Vnde ſi quis ſuam, vel alterius concubinam hæredem inſtituat, turpem quidem inſtituiſſe perſonam reſpondendum eſt, querelæque locum eſſe, ut per Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 38. *vers. ex quibus*, Mench. *d.* §. 10. *num.* 595. Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, num.* 44. *in prin.* Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 216. *num.* 3. *in fine*, ubi *num.* 4. reſtringit quando nupta fuiſſet, quia deſinit eſſe turpis perſona: refert Merlin. *d. lib.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. *num.* 18.

23 De meretrice, quod dicatur turpis perſona, & non poſſit capere ex teſtamento fratris ad excluſionem fratris, vide Anton. Gom. *d. cap.* 11. *num.* 38. *vers. ex quibus*, Rebuff. *ad l.* 42. *ff. de verbor. ſignif. pag.* 230. Bonacoſ. *commun. crimin. p.* 2. *verbo meretrix, fol.* 49. Craſſ. §. *teſtamentum, q.* 46. *num.* 8. Benedict. Ægid. *in d. tract. de jure & privil. honeſt. artic.* 9. *de meretrice, n.* 13. Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 216. *num.* 3.

24 Quod quidem dupliciter limitatur, primò in virgine quæ amoris œſtro percita amanti copiam ſui fecit, hæc enim meretrix, aut turpis, ſive infamis perſona non eſt, ac proinde à teſtatore inſtitui poteſt, etiam ejus fratre, ſororéve præteritis, ut per Menoch. *de arbitr. caſu* 328. *n.* 4. *cum ſeqq.* Harpprecht. *ad Clar. in* §. *teſtamentum, q.* 50. *num.* 18. *cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin. quæſt.* 96. *num.* 86. Giurba *cons. crimin.* 47. *n.* 12. Vincent. Caroc. *dec.* 124. *num.* 1. *cum ſeqq.* Secundò in muliere matrimonio conjuncta, quæ licèt ſit meretrix, tamen poteſt inſtitui hæres, excluſo fratre; nam attenditur ultima conſuetudo ut quis dicatur habilis ad ſuccedendum: ita Card. Tuſch. *pract. concl. lit. F, concl.* 454. *n.* 17. Stephan. Gratian. *d. Marchiæ dec.* 216. *num.* 6. *& diſcept. forens. tom.* 1. *cap.* 135. *n.* 117.

De lenone, quod ſit turpis & infamis, dicit Cald. 25
Pereira *d.* §. *ſoror, n.* 44. *vers. Lenc.*

De habente duas uxores, quod etiam ſit turpis & 26
infamis, tenent Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.* 3. *collect.* 675. *vers. ſecundò.* Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, n.* 44. *vers. addo etiam.*

De uſurario, quod ſimili morbo laboret, per text. 27
*in l. improbum, ex quibus cauſis infam.* tenent ibi citati per me, & *ibi* citatis addo Menchac. *d. lib.* 1 §. 10. *num.* 592 *& ſeq.* ubi ait ideo contra eum fratri dari querelam. Merlin. *de legitima, lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 13. *num.* 20.

De aleatore, ſeu luſore publico, quod etiam infa- 28
mis reputetur, & turpis perſona, reſolvunt Viv. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 29. *n.* 4. *vers ubi Andreas, pag.* 431. Rebuff. *de reprobat. teſtium, n.* 331. Maſc. *de probat. concl.* 995. Cald. Pereira *in d.* §. *ſoro, n.* 44. *vers. Circædi.*

De ebrio, quod ſit infamis, & turpis perſona, te- 29
nent Anton. Gom. *tom.* 1. *var. cap.* 11. *num. pen. vers. tertium*, Peter. *l.* 1. *in fine, addit. ultim. titul.* 8. *lib.* 8, *Ordin.* Molin. *d. tract.* 2. *diſput.* 159. *in fine, vers. nihilominus*, Cald. Pereira *ad* §. *ſoror*, *num.* 44. *vers. ebrius.*

De mulionibus, quod inter turpes & infames per- 30
ſonas connumerentur, tenent Anton. Gom. *d. tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 38. *vers. quartum*, Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, n.* 44. *vers. muliones.*

De ſodomitis, quod turpes, & infames ſint, re- 31
ſolvunt Pinel. *commentar. juris civilis lib* 18. *cap.* 7. *col.* 1 Farinac. *in praxi crim. quæſtion.* 148. *num.* 11. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo ſodomia, num.* 8. quos refero *de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 2. *alleg.* 44. *num.* 8. & idem de cinœdis, qui muliebria patiuntur, tradit Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, num.* 44. *vers. cinœdi.*

Verùm ſi infamis, & turpis perſona occaſione 32
moris depravati, ſeu turpis modi vivendi devenerit ad meliorem frugem, ducendo honeſtam vitam, deſinit eſſe talis, perindéque habetur, ac ſi non deliquiſſet, ex quo nec poterit exhæredari, ut per Surd. *tit.* 7. *quæſt.* 1. *n.* 34. *& ſeq.* ubi quod ſuſtinetur teſtamen- 33
tum fratris inſtituentis turpem perſonam, quæ pœnitentiam egit honeſtè vivendo, Menchac. *d. lib.* 1. §. 10. *n.* 600. ubi dicit quod quando hæres, qui tempore teſtamenti, vel antea erat turpis perſona, ſed tamen poſtea vivo etiam teſtatore redactus fuit ad frugem melioris vitæ, tunc frater præteritus non poteſt adversùs talem, qui jam emendatus eſt, querelam movere, Cardin. Tuſch. *d. lit. F, conclus.* 454. *num.* 17. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. c.* 135. *n.* 17. Cald. 34
Pereira *in d.* §. *ſoror, num.* 31. *&* 38. ubi *n.* 40. ait quod ſuperveniens turpitudo poſt mortem fratris teſtamento non nocet.

Sed quando frater exhæredatus, aut præteritus 35
ita fuerit vilis, & turpis, ſeu infamis ſicut ille, quem frater hæredem inſtituit, tunc non poterit querelare teſtamentum fratris, quoniam nullus poteſt alteri objicere turpitudinem quam ipſe patitur: ita Menchac. *d. l.* 1. §. 10. *num.* 604. ubi *num.* 585. quod ceſſat querela quando omnes, tres tam teſtator, quàm hæres, & etiam frater præteritus eſſent turpes, vel infames. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo teſtamentum, num.* 89. *in fine.* Cald. Pereira *in dict.* §. *ſoror, num.* 30.

*Vel liberti*, &c. ] Notatur ad hoc, quod libertus 36
ingratus domino, id eſt, patrono, turpis perſona eſt, & propterea teſtamentum, in quo ſit hæres ſcriptus, per querelam everti poteſt, ut per Cald. Pereira *in d.* §. *ſoror, num.* 45. *vers. aliter*, & paulò infrà ſubdit quod Salicet. *hic col.* 1. reſtringit hunc text. ad libertum proprium ipſius teſtatoris hæredem inſtitu-

tum,

tum ; ſed idem Cald. Pereira *in d. §. ſoror, num. 46. vers. denique*, cum Baldo veriùs credit hunc textum procedere generaliter in quovis liberto tam proprio quàm alieno, quem placuit ingratum domino turpem perſonam reputari, quo teſtamentum querelâ labefactari queat, etiamſi à patrono fuerit inſtitutus, qui licèt videatur remittere injuriam, non tamen potuit purgare infamiam, & contemptum à liberto per ingratitudinem perpetratum, niſi ſuus ſervus, & neceſſarius futurus hæres.

37 *Excepto ſervo neceſſario*, &c. ] Nota quod ſervo hærede inſtituto querela fratris teſtamentum everti non poteſt, quia ſervi capacitas regulatur à capacitate domini : ita Cald. Pereira *in d. §. ſoror, num. 45. vers. quibus tamen non obſtantibus*, ubi *in vers. nec movere*, ait textum *in præſenti* in contrarium non facere, quia ſpecialiter procedit & loquitur in ſervo neceſſario, quem oportuit exprimere, & nominatim decidere, quod illo inſtituto ceſſat querela, quia niſi hoc ita fuiſſet nominatim deciſum, juſta ratione poſſet quis dubitare, & incaute firmare querelæ locum eſſe, quia poſt mortem domini teſtatoris non extabat perſona ex cujus honeſtate juſtificari ſervi habilitas, & honeſtas poſſet, quod ne contingeret, oportuit Imperatorem hanc promulgare deciſionem, per quam ſanciret contrarium fore obſervandum, quamobrem hîc Imperator vim ullam non conſtituit in neceſſitate ſervi hæredis inſtituti, quo poſſimus inde argumentum ſumere à contrario ſenſu, ut oppoſitum ; proindè reſpondendum in ſervis non ſuis, id eſt alienis, contra notiſſima juris principia, ſed ut decideret caſum magis dubitabilem, in quo dicta principia ceſſare videbantur propter non exiſtentiam domini, ex cujus capacitate, reſervi poſſet capacitas regulari, ac metiri.

38 In gloſſ. *Arceantur*, ibi, *ubi tollitur differentia agnationis*, &c. Notatur ad hoc, quod hodie, quoad ſucceſſiones teſtamentarias non eſt ſublata differentia agnationis, & cognationis, ut per D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. part. 4. num. 128. in princip.*

39 In gloſſ. *Conſanguinei*, ibi, *qui ſunt ex eodem patre, ſed matre eadem, vel non*. Notatur ad hoc, quod om-
40 nibus fratribus de inofficioſo dicere licet, niſi agnati ſint, ab eodem ſcilicet patre nati, uterini enim querelantes non audiuntur, ut per Menchac. *d. lib. 2. §. 10. num. 577. & 596.* Anton. Gom. *var. tom. 1. capite 11. num. 36. limit. 1.* Cald. Pereira *in d. §. ſoror, num. 29. vers. Imò nec.* Vnde Caſtill. *d. tom. 2. cap. 19. num. 12. & 13.* addit quod licèt ex generali traditione *l. 1. ff. hoc tit. & l. fratris, hoc eod. tit.* frater quicunque, etiam uterinus querelare poſſet fratris teſtamentum turpi perſona inſtituta, tamen poſt deciſionem hujus leg. ſolus frater ex utroque latere conjunctus, vel ſaltem conſanguineus ex parte patris de inofficioſo teſtamento poteſt experiri, nec uterinus poterit, qui tantùm ex parte matris conjunctus eſt, & ſic legem iſtam in ſui materia eſſe notabilem & ſingularem, ſecundùm Bartol. & alios *hîc*, ait idem Caſtill. *d. n. 13.*

41 In Gloſſa *Infamiæ*, ibi, *vel niſi ſit ingratus*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi frater præteritus eſſet ingratus, tunc contra turpem hæredem querelam movere non poterit, ut per Menchac. *dict. lib. 1. §. 10. num. 605. limit. 10.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Liberi exhæredati quondam innocentiam ſuam probando, gratitudinem & obſequium deducebant.*

2 *Filius matri luctuoſam portionem per exhæredationem injuſtam auferre nequit ſine periculo reſcindendi teſtamenti.*

3 *Mater indignam ſe filii hæreditate reddit per indecentes machinationes, atque inſidias contra filium, conjunctionemque cum filii inimicis.*

4 *Filius ſuus, & in poteſtate, ſi exhæredetur à patre, cum cauſa inſerta, vel ſine ea, de jure antiquo hujus textus valebat teſtamentum, niſi filius probaret ſe gratum, de jure medio Codicis debebat pater filium exhæredare, dicendo filium fuiſſe ingratum, & hæredes tenebantur ingratitudinem aliquam probare, n. 5. ſed quod de jure noviſſimo requiritur, quod pater filium exhæredet, & cauſam ingratitudinis ponat in teſtamento, illa poſtea probetur per hæredem, & cauſa debet eſſe una de 14. quas ponit textus Authenticæ*, ut cùm de appell. cognoſc. *n. 6.*

7 *Mater adversùs teſtamentum filii inofficioſi actionem inſtituere poteſt.*

8 *Inimicus meus dicitur ille, qui inimici mei familiaritate utitur, eique amicus eſt.*

9 *Vaſſallus confœderationem faciens cum domini inimicis, dicitur inimicus domini, & perdit fœdum.*

## L. Liberi. XXVIII.

### *Idem* A. *ad Claudium præſidem provinciæ Daciæ.*

LIberi exhæredati quondam innocentiam ſuam 1
probando, gratitudinem & obſequium deduce-
bant. Filius matri luctuoſam portionem per exhæ- 2
redationem injuſtum auferre nequit ſine periculo
reſcindendi teſtamenti. Mater indignam ſe filii hæ- 3
reditate reddit per indecentes machinationes, atque
inſidias contra filium, conjunctionémque cum filii
inimicis. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.* Menchac. *lib. 3. ſuper hanc l. pag. 203.*

*Probationem debent præſtare*, &c. ] Notatur ad hoc 4
quod de jure antiquo hujus text. ſi filius ſuus, & in
poteſtate exhæredetur à patre, cum cauſa inſerta, vel
ſine ea, valebat teſtamentum, niſi filius probaret ſe
gratum, quia lex tantum confidebat de patre, quod
præſumebat non exhæredaſſe cum ſine juſta cauſa,
ut per Anton. Gom. *tom. 1. var. c. 11. n. 10. à princ.*
ubi advertit, quod de jure medio Codicis, de quo *in* 5
*l. omni modo, hoc eod. tit.* debebat pater filium exhæredare, dicendo filium fuiſſe ingratum, & hæredes tenebantur ingratitudinem aliquam probare : ſed
quod de jure noviſſimo Authenticorum requiritur 6
quod pater filium exhæredet, & cauſam ingratitudinis ponat, & inferat in teſtamento, & illa poſtea per
hæredem probetur, & cauſa debet eſſe una de 14.
quas ponit text. *in auth. ut cùm, de appellat. cognoſc. §. cauſas, coll. 8.* Connan. *commen. juris civilis lib. 9. c. 10. n. 4.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. fin. n. 33.* ubi dicit quod cauſa ingratitudinis etiamſi fuerit teſtamento expreſſa, non præſumitur vera, ſed probari debet, quod onus probandi hæredi ſcripto incumbit.

*Sin autem mater*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ma- 7
ter adversùs teſtamentum filii inofficioſi actionem
inſtituere poteſt, ut per Petr. Greg. *ſyntagm. juris p. 4. lib. 44. c. 4. n. 20. lit. I.*

*Vel inimicis ejus ſuas amicitias copulavit.* ] Notatur 8
ad hoc, quod inimicus meus dicitur ille, qui inimici
mei familiaritate utitur, eique amicus eſt, ut per Hippol. *in l. 1. § præterea, num. 10. vers. modò redeundo, & num. 41.* Emman. à Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm,*

*tum, ff. de liber. & poſth m.p. 3. num.178.* Maſcard *de probat. concl.899. n. 31.* Tiber. Decian. *in tract. crim. p.1. lib.3.cap. 25. ſub n. 13.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo inimicitia 2.* ubi dicit quod inimicus meus dicitur ille, qui in meam perniciem contraxit amicitiam cum inimico meo, Farin. *in praxi crim.p.2.tit.de oppoſitione contra perſonas teſtium, q. 53. à n. 36.* ubi *n. 42.* reſolvit quod valdè amici inimici mei non probant contra me quando amicitia & familiaritas teſtis cum inimico eſt magna, ac talis ut veriſimiliter poſſit ipſum teſtem ad deponendum falſum inducere, aliàs ſecus, Menoch. *cons.102. n. 17.* ubi dicit in hoc textu judicari ingratam matrem erga filium, quæ cum inimicis filii amicitiam inivit.

6 In Gloſſ. *Amicitias*, ibi, *& nota hîc argum. ad feudum*, &c. Notatur ad hoc, quod vaſſallus confœderationem faciens cum domini inimicis, dicitur inimicus domini, & perdit feudum, ut per Rebuff. *de probat. teſtium, n.244.* Menoch. *cons.102. n.17.* ubi ait quod vaſſallus contrahens amicitiam cum inimicis domini, ingratus judicari poterit.

---

## SUMMARIUM.

1 *Dos & donatio propter nuptias legitimæ imputantur ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam, & num. 2.*

3 *Ex obligatione præſtandi alimenta, ut plurimum ſubſequitur obligatio præſtandi dotem.*

## L. Quoniam novella. XXIX.

### *Imp.* ZENO A. *Sebaſtiano. P. P.*

1 DOs & donatio propter nuptias legitimæ imputantur ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam. Colligunt ex Ordinat. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.* Menchac. *l. 3. ſuper hanc l. pag.205.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Anton. Gom. *l. 29. Tauri, num.7. & num. 38. & num.40. vers. tertia,* Avendañ. *ad eandem l. 39. Tauri, gloſſ. 1.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opin. l. 3. tit. 16. num. 14. & 35.* Gaſp. Baez. *de non meliorandis, cap. 1. num. 8.* D. Barboſ. *in l. ſi poſt dotem, num. 51. ff. ſoluto matrim.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſput. 200. nu. 17. vers. ſecunda concluſio*, Alvar. Valaſc. *de partit. cap. 12. à n. 12.*

3 *Ad ſimilitudinem dotis*, &c. ] Notatur ad hoc quod ex obligatione præſtandi alimenta utplurimùm ſubſequitur obligatio præſtandi dotem, de quo vide Batt. *in l. filio, §. Titio genero, ff. de condit. & demonſtr.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 15. num. 2.* Pinel. *in l. 1. ff. de bonis mater. p. 2. à num. 12.* junctis his quæ adducit D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. p.4. n.11. ad med.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Querelam inofficioſi non habet cui aliquid in teſtamento relictum eſt, ſed agit ad implementum.*

2 *Liberis ſi nihil relictum, non agitur ad ſupplementum, ſed inofficioſi querelæ locus eſt, n. 3.*

4 *Ad Teſtamenti validitatem ſufficit quod filius ſit inſtitutus in uno nummo, licèt poſſit agere ad ſupplementum legitimæ.*

5 *Mater cui minus relictum legitima, poteſt agere ad ſupplementum.*

6 *Filiis competit ſupplementum legitimæ, amplia ut n. 7.*

8 *Fratribus querela inofficioſi competit, turpi perſonæ inſtituta.*

9 *Teſtamentis ſubventum non ſolùm quando querelæ inofficioſi poterant ſubverti, ſed etiamſi alio quovis modo ſubverti poſſunt, & de qua ſubverſione intelligatur, remiſſivè num.10.*

11 *Actio ad ſupplementum quandiu duret, & quanto tempore præſcribatur juri agendi ad ſupplementum legitimæ, emiſſivè n.13. Reſolve ut n. 14.*

12 *Supplementum legitimæ petendum condictione ex lege; non tollitur niſi ſpatio 30. annorum.*

15 *Jus petendi ſupplementum legitimæ filius tranſmittit ad quoſcunque hæredes, ſi filius priuſquam legitimam ſuam habuerit, vel eam petierit, aut ejus ſupplementum, moriatur.*

16 *Ingratitudo non excludit ab inteſtato illum cui jus ſuccedendi deberur.*

17 *Ingratitudinis cauſa adeò eſt exprimenda in exhæredatione, quam fecit teſtator, quod ſi non exprimatur; redditur teſtamentum nullum, licèt filium fuiſſet ingratum patri conſtet.*

18 *Ingratus filius poteſt exhæredari à parente, dummodo illa vivens ingratitudinis cauſam exprimat, & opponat, ſublata omninò hæredi facultate querimoniæ.*

19 *Legitima in pecunia relinqui poteſt, etſi quis eam in pecunia recipere non teneatur, n. 20.*

21 *Legitimæ ſupplementi petitio condictione ex hac lege fienda non petitur adversùs legatarios, & fideicommiſſarios, ſed adversùs ipſos hæredes, n.22. Intellige ut n.23.*

24 *Hæredes domini non poſſunt auferre feudum, propter feloniam commiſſam domino, ſi dominus nihil dixit, dum vixit.*

25 *In legitimam imputat ſibi filius emptam militiam à patre.*

26 *Militia officium quoddam, ſeu imaginarium munus dicitur.*

27 *Tabellionatûs, ſeu notoriatûs officium militiæ nomine contentum, & computandum in legitima●, ſi à patre emptum fuerit.*

28 *Legatum relictum à patre filio, imputatur in legitima eidem debita non imputantur quæ pater fiſco ſolvit pro filio ſponſe, & ex pietate, n.29.*

## L. Omni modo. XXX.

### *Imp.* IUSTINIANUS A. *Mennæ.*

CUi aliquid in teſtamento relictum eſt, is querelam inofficioſi non habet, ſed ad implementum agit. Si verò liberis nihil ſit relictum, non agitur ad ſupplementum, ſed inofficioſi querelæ locus eſt. Colligunt ex Ord. Doct. citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.* & poſt omnes Petr. Gilchen. *tom. 1. fol. 699.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. l. 3. § 30. ſuper hanc l.* 1 2

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 5. tit. 8. part. 6. ubi gloſſ. 9.* Connan. *comment. juris civilis l. 9. c. 10. col. 4.* Menchac. *de ſucceſſionib. tom. 1. § 18. n.37.* ubi dicit hanc leg. procedere quando aliquid fuiſſet relictum in teſtamento, ſecus ſi inter vivos datum: & *n. 38.* reſpondet ad text. *in l. ſcimus in princ. hoc eod. tit.* ubi illud inter vivos datum fuiſſet in ultima voluntate repetitum, idem Mench. *§. 10. n.400.* Alphan. *collect. 438.* Spin. *in ſpecul. teſt. gloſſ. 17. princ. n. 32.* ubi ait Imperatorem *in præſenti* ſolùm intendere ſubvenire teſtamentis, quæ impugnabantur ex eo, quod minùs legitima portione relinquebatur, non verò teſtamentis quæ impugnabantur ex vitio præteritionis, vel exhæredationis. Anton. Gom. *var. tom. 1. c. 11. n. 23.* 3

Emman. à Coſta *in c. ſi pater, de teſtament. in 6. p. 1. verbo inſtituit, n. 15. & 18. in l. Gallus, §. & quid ſi*
5 *tantum, ff. de liber. & poſth. p. 1. n. 6.* Aquilin. *ad d. l. Gallus, n. 41.* Muſcul. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 16. n. 6.* ubi *n. 7.* quod ad validitatem teſtamenti ſufficit quod filius ſit inſtitutus in uno nummo, licèt poſſit
6 agere ad ſupplementum legitimæ, & *ibi* Vezin. *n. 10. ampl. 3.* extendit ad matrem, cui minus legitima relictum eſt, quia poteſt agere ad ſupplementum, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo filius 53.* Vincent. de Franchis *dec. 133. n. 2.* latè Cald. Pereira *in §. ſed hæc, per tot. Inſtit. hoc tit.* ubi *n. 48. vers. non obſtat*, ait, hanc leg. loqui, & procedere quando titulo inſtitutionis filio eſt minus legitima relictum, in qua ſpecie ante Juſtinianum *in præſenti* teſtamentum infirmabatur; quocirca ubi filius eſt inſtitutus, licèt in minore quantitate quàm ſit legitima, vel exhæredatus, utique teſtamentum per hanc l. conſervatur, conceſſo filio jure petendi ſupplementum; aliter ſi titulo legati, aut fideicommiſſi aliquid illi relinquatur, teſtamentum ex præteritione eſt nullum: Et *n. 110.* concludit hodie diſpoſitionem hujus l. eo tantùm caſu admittendum fore, quo filius à patre fuerit inſtitutus, etiam in exiguo, quoniam hodie de jure Authenticorum exigitur in filiis titulus hic honorabilis inſtitutionis, in quo hanc leg. correctam eſſe dicit. Mol. *d. Juſt. tract 2. diſp. 177. in princ.* Cevall. *comm. contra commun. q. 566. n. 2.* ubi quod hæc lex ſolùm lequitur de aſcendentibus, Luſit. Negreiros *in introduct. ad ultimas voluntates lib. 2. cap. 5. n. 16.* Card. Mant. *de tacitis, & ambig. convent. lib. 11. tit. 13. num. 47. cum ſeqq.* latè Merlin. *de legitima, lib. 3. tit. 3. q. 1. cum ſeqq.*

7 *Quam liberis eorum*, &c. ] Ergo filiis competit ſupplementum legitimæ, ut per Merlin. *d. lib 3. tit. 3.*
8 *q. 2. n. 1.* ubi *n. 2.* ampliat ad nepotes: & *n. 7.* ad parentes extendit: & *n. 10.* ad filios adoptivos: & *n. 11.* ad emancipatos.

9 *Vel aliis perſonis.* ] Ergo fratribus, inſtituta turpi perſona, ut per Roderic. Xuar. *ad l. quoniam in prioribus, in princ. n. 12. & ampl. 16.* Afflict. *dec. 293.* Menoch. *de ſucceſſ. creat. tom. 2 lib. 3. §. 30. p. 2. n. 86.* Merlin *d. lib. 3. tit. 3. q. 2. n. 8.* Cald Pereira *ad §. ſoror, Inſtit. hoc tit. n. 7. in fin.*

10 *Vel alio modo ſubvertendis.* ] Ex his verbis colligit Menchac. *d. lib. 1. §. 10. num. 197. tom. 1.* per hanc legem ſubventum eſſe teſtamentis non ſolùm quando querelâ inofficioſi poterant ſubverti, ſed etiamſi alio quovis modo ſubverti poſſent, & de qua ſubverſio-
11 ne intelligatur idem Menchac. *d. tom. 1. lib. 3. §. 30. p. 2. num. 112.*

12 *Adimplendam non ſine gravamine*, &c. ] Quanto tempore duret hæc actio ad ſupplementum, vide Emman. à Coſta *in d. c. ſi pater, p. 1. verbo in re certa, n. 20. cum ſeqq.* Kirchov. *tom. 1. commun. opin. lib. 3.*
13 *tit. 16. num. 95. vers. & hujuſmodi*, ubi quod legitimæ ſupplementum petendum condictione ex lege, non tollitur niſi ſpatio 30. annorum. Menchac. *d. p. 2. num. 95. & tom. 1. lib. 1. §. 10. num. 460.* Et quan-
14 to tempore præſcribatur juri agendi ad ſupplementum legitimæ, vide Balb. *de præſcript. 4. p. 4. princ. q. 23.* Rot. *dec. 419. n. 1. & 2. p. 2. recentior.* ubi reſolvit, quod legitimæ ſupplementum non præſcribitur minori ſpatio quàm triginta annorum, ſive com-
15 petat condictio ex lege, ſive petitio hæreditatis: Et *num. 4.* ampliat, quod nec habet locum præſcriptio ſtatutaria minoris temporis. Cephal. *cons. 667. n. 9.* Decian. *cons. 6. num. 8. lib. 1.* Merlin. *d. lib. 3. tit. 3. q. 7. num. 5.* ubi *num. 6.* advertit, quod nec etiam triginta annis præſcribitur ubi ex parte ejus, qui allegat præſcriptionem, non concurrit poſſeſſio, & magis in terminis idem Merlin. *lib. 5. tit. 3. q. 10. per tot.* diſputat quanto tempore præſcribatur legitima, & ſupplementum.

Notatur ad hoc, quod jus petendi ſupplementum 16
legitimæ filius tranſmittit ad quoſcunque hæredes, ſi filius priuſquam legitimam ſuam habuerit, vel eam petierit, aut ejus ſupplementum, moriatur, competit enim illud jus petendi ſupplementum legitimæ ex beneficio hujus leg. & ſic actione perſonali, quæ actio ad quoſcunque hæredes tranſmittitur, ſicut & quælibet actio perſonalis, ut per Vezin. *tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 16. n. 104. pag. 144.*

*Nam ſi nullam eorum*, &c. ] Notatur ad hoc quod 17
ingratitudo non excludit abinteſtato illum, cui jus ſuccedendi debetur, de quo vide Laſ. *in l. in arenam, col. 1. ſup. hoc eod. tit.* Bart. *in l. fratres, n. 6. eod. tit.* Aretin. *in l. 3 §. filius, n. 8. ff. de liber. & poſth.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo in eodem teſtamento, el 2. num. 48.*

Notatur etiam ad hoc, quod uſque adeo ingrati- 18
tudinis cauſa eſt exprimenda in exhæredatione, quam fecit teſtator, quod ſi non exprimatur, redditur teſtamentum nullum, licèt filium fuiſſe ingratum patri conſtet, ut per Anton. Gom. *var. tom. 1. cap. 11. num. 11.* Spin. *in Speculo teſtament. gloſſ. 20. prin. n. 60. vers. hinc.*

*Non licebit ejus hæredibus*, &c. ] Notatur ad hoc 19
quod ingratus filius poteſt à parente exhæredari, dummodò ille vivens cauſam ingratitudinis exprimat & opponat, ſublata omninò hæredi facultate querimonæ, ut per Cald. Pereira *de reſol. emphyt. cap. 28. num. 14. & poſt quæſt. forens. in comment. ad l. unic. ex delictis defunct. part. 1. num. 50. vers. à contrario.*

*Et aliquam eis quantitatem*, &c. ] Ergo legitima 20
in pecunia relinqui poteſt, ut per Roderic. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 11. n. 2.* Mench. *d. tom. 1. lib. 1. §. 10. num. 256.* Menoch. *de arbitr. caſu 163. n. 4.* Attamen eam quis in pecunia recipere non 21
tenetur, Pariſ. *cons. 16. n. 70. lib. 2.* Cephal. *conſil. 42. n. 8. lib. 1.* Cuch. *de legitima, tit. quibus in rebus, n. 6. & 7.* Craſſ. *§. legitima, q. 15. n. 2.* Rot. *dec. 235. n. 13. p. 2. in poſthum.* Oſuald. *ad Donell. lib. 19. c. 4. lit. Ty, in fine.*

In Gloſſ. *Exigere*, ibi, *condictione ex hac l.* Nota- 22
tur ad hoc, quod legitimæ ſupplementi petitio fieri debet condictione ex hac lege ut per Kirchov. & Vezin. *tom. 1. commun. opin. l. 3. tit. 16. num. 65. & 96. pag. 414.* Emman. Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. l. 6. p. 1. verbo in re certa, num. 22.* Put. *dec. 137.* aliàs *133. in novis, l. 2.* Craſſ. *in §. legitima, quæſt. 48.* Peregrin. *de fideicom. art. 46. num. 151* Et adverte 23
quod ſupplementum legitimæ non petitur adversùs legatarios, & fideicommiſſarios, ſed adversùs ipſos hæredes, ut per Mareſcot. *var. reſol. l. 2. cap. 8. n. 5. cum ſeqq.* Mangil. *de imputat. quæſt. 12. n. 25. cum ſeqq.* Merlin. *d. l. 3. tit. 3. q. 6. à princip.* ubi *num. 5.* intelligit quando ex hæreditate legitima ſuppleri poteſt, ſecus quando ſuppletio non poteſt fieri ex dicta hæreditate, quia nunc legatarii, & fideicommiſſarii excuti poſſunt. Et addit idem Merlin. *ibidem q. ſeq.* ſupplementum legitimæ tranſmitti ad hæredes de quo latè Gratian. *dec. 4. n. 2. & 3.* Mangil. *de imputat. q. 10. n. 37. & 38.*

In Gloſſ. *Non licebit*, ibi, *arg. quod hæredes domini* 24
*non poſſunt auferre feudum, propter feloniam domino commiſſam, ſi dominus nihil dixit dum vivit:* ita Gig. *de perſion. q. 74. n. 3.* Duen. *reg. 346. vers. fallit quarto*, Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, num. 215.* Franc. Curt. *in tract. de feudis, in 4. part. num. 156. vers. ſecunda principalis dubitatio reſtat.* Cacheran. *Pedem. dec. 77. n. 11.* Kirchov. *tom. 2. commun. opin. poſt. l. 9. tract. de feudis, tit. 7. num. 123.*

*pag.* 631. *& tit.* 8. *n.* 143. *pag.* 640. Maſcard. *de probat. concl.* 1262. aliàs 1268. *num.* 23. obi intelligit dummodò dominus ſciverit delictum à vaſſallo commiſſum, & ſpatium habuerit, quo ſi voluiſſet, privare potuerit

## §. Imputari.

25 In legitimam imputat ſibi filius emptam militiam à patre. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* Menchac. *tom.* 1. *lib.* 3. §. 30. 3. 26 *ſuper h nc* §. *à pag.* 758.

Cùm militia in hoc textu dicatur quoddam officium, ſeu imaginarium munus, unde redditus & penſitationes annuæ percipiebantur, dictum ex eo quod militet & exerceat ſe quis in eo, ſeu quod hujuſmodi officia ad milites præmiandos inventa fuerunt, ſecundùm Rævard. *ib.* 3. *conject. cap.* 3. Connan. *lib.* 4. *commentar. cap.* 15. Charond. *lib* 1. *veriſimil.* 14. Menchac. *d. p.* 3. *num.* 202. Molin. *de Juſtit. tract.* 2. *diſput.* 241. *num.* 1. Ideo ex hoc textu meritò colligunt Doctores, quod filius tenetur in legitimam imputare officium emptum ex pecunia patris, licèt non ſit ad hæredes tranſmiſſibile, quia ſaltem eſt alienabile, ut per Laſ. *in l. illud, num.* 6. *ff de collation.* Ripa *in l. in quartam, num.* 16. *ff. ad leg. falcid.* & *ibi* Frumag. *num.* 463. Boër. *decis.* 14. *num.* 3. *cum ſeqq.* Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 1. *tit. de legitima, reſolut.* 5. *n.* 8. Oſuald. *ad Donel. lib.* 19. *cap.* 4. *lit. Xx,* latè Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 21. *per tot. & q.* 24. *de officiis Curiæ Romanæ, aut alterius, an imputentur in legitimam.* Rota apud eundem *decis.* 122. *num.* 7. Menchac. *ubi proximè, à num.* 203. Tell. Fernandez *in l.* 29. *Tauri, num.* 12. & *ibidem* Anton. Gom. *num.* 21. Cov. *lib.* 3. *variarum, cap.* 19. *num. fin.* Avendan. *rejp.* 9. *num.* 3. *& l.* 46. *Tauri, gloſſ.* 4. *num.* 4. Guttier. *practic. lib.* 2. *q.* 64. *à n.* 4. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 2. *num.* 14. Gam. *Luſit. decis.* 29. *num.* 2. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judicum & Advocat. verbo collatio, n.* 32. Baëz. *de non meliorandis, cap.* 6. *num.* 14. latè Cald. Pereira §. *ad hæc, Inſt. t. hoc tit. c.* 2. *num.* 1. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 7. 27 dicit quod militiæ nomine continetur tabellionatûs, ſeu notariatûs officium, & imputandum in legitimam ſi à patre emptum fuerit, & *n.* 25. reſolvit quod officia iſta ex ſubſtantia parentum ad filios profecta, Imperiali, ſeu Regali auctoritate confirmata, imputanda illis ſunt in legitimam, latè Mol. *de juſtit. tr.* 2. *diſp.* 241. *à princip.* ubi *n.* 3. in hunc modum diſtinguit. Vel id de quo agitur, vendibile eſt, ſaltem quia licentia dari conſuevit, ut vendatur; aut tranſmiſſibile ad hæredes, vel neque vendibile eſt, nec ad hæredes tranſmiſſibile. In priori illo eventu, nempe quando vendibile, aut tranſmiſſibile ad hæredes eſt, dicit ſi militia, officium, aut dignitas data ſint à parentibus filio, ſaltem quia precibus, intuitúque parentum ab aliquo ei collata ſunt, conferendam eſſe æſtimationem illius, quantum valet tempore mortis parentum. Si verò non hæc ipſa à parentibus filio data ſint, ſed pecunia, aut aliquid aliud, quo ea filius conſequatur, tunc non æſtimationem militiæ, officii, aut dignitatis eſſe conferendam, ſed pecuniam, aut valorem illius alterius rei, quæ à parentibus eſt data, conferenda eſſe tempore mortis parentum: & *num.* 8. quod ad poſteriorem eventum attinet, reſolvit neque illud, neque æſtimationem illius, neque ſumptus, ſi quos parentes in acquirendo illo filiofam. fecerint, teneri filium conferre, aut computare in ſuam legitimam portionem, ſed habere id præcipuum, per argumentum à contrario ſenſu deſumptum ex hoc textu, latè etiam Alvar. Valaſc. *de portion. cap.* 13. *à num.* 60. ubi dicit quod erant olim quædam publica munia, ſeu officia, quæ dabantur de publico, propter quæ exercentibus illa, pendebantur certi redditus, ſeu aliquod emolumentum annuatim, & vocabant militias, & in iis militiis emptis à patre pro filiis, vel à filio ex pecunia data à patre, ſi eſt militia vendibilis, vel ad hæredes tranſmiſſibilis, aut ceſſibilis, confertur omninò, & computatur in legitimam, non quidem ipſa, quia eſt indiviſibilis, & munus merè perſonale, ſed ejus æſtimatio, non quanti fuit empta, ſed quatenus reputatur valere ſecundùm redditus qui percipiantur ex ea tempore mortis; ſecus ſi non ſit talis militia, quæ poſſit vendi, cedi, aut tranſmitti, quia tunc non confertur, aut imputatur, & *num.* 63. reſolvit quod hujuſmodi officia, ſi talia ſunt ad quorum venditionem ſoleat Princeps de facili licentiam concedere, conferenda ſunt, & imputanda quoad eorum valorem, licèt non dentur in dotem, vel donationem propter nuptias, ſed ſimpliciter: & hinc infert ad ſcripturas Romanæ Curiæ, & ad illa quæ ibi appellantur *Cavaleriatos*, quæ ſolent vendi: & *num.* 64 ſubdit in noſtro Portugaliæ Regno hujuſmodi officia ſive empta à patre pro filio, ſive empta à filio ex pecunia paterna, ſeu data à patre, ſive emptio facta ſit cum expreſſa licentia Regis conceſſa expreſsè ad vendendum, vel tacita ad renuntiandum, ut ſoleat fieri ſub honeſtiori nomine renuntiationis, vel etiamſi Rex cum magna difficultate in hoc diſpenſet, omnibus his caſibus æſtimationem à filio eſſe conferendam fratribus. Ego ipſe *in votis aeſtivis Canon. tom.* 1. *voto* 6. *dub.* 3. *num.* 22. Rot. *decis.* 506. *n.* 6. *v.* 2. *in poſth.*

Notatur etiam ad hoc, quod legatum relictum à 28 patre filio, computatur in legitima eidem debita, ut per Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 6. Sard. *cons.* 112. *n.* 3. Guttier. *de tutel. p.* 3. *c.* 5. *n.* 22. legitimæ enim imputatur quicquid filius judicio defuncti de illius bonis capit. Rot. *decis.* 230. *num.* 1. *part.* 2. *in poſthum.* & cenſetur conſumpta per alienationem factam à filio poſt mortem patris, eadem Rot. *decis.* 462. *n.* 6. *de poſthum.* Non verò imputan- 29 tur ea quæ pater fiſco ſolvit pro filio ſponte, & ex pietate. Heron. Gabr. *cons.* 109. *num.* 10. *vers. quia quamvis, lib.* 1. Sard. *decis.* 167. *num.* 11. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *numero* 137. Rot. *decis.* 255. *num.* 17. *part.* 2. *in poſthum.* de quo latè Merlin. *de legitima lib.* 2. *tit.* 2. *quæſt.* 28. & eadem Rota apud eundem *decis.* 55. *num.* 27. *& 28.* ubi decidit ſolutum à patre fiſco pro fiſco condemnationis cauſa eidem imputari in legitimam, niſi quando ſponte pater, & ex pietate ſolviſſet, eadem Rota apud eundem *decis.* 59. *à princ.*

---

### SUMMARIUM.

1 *In teſtamento nuncupativo ſi nihil liberis relictum ſit, exhæredati habent querelam inofficioſi, gravati autem per moditam inſtitutionem ad legitimæ ſupplementum agunt.*

2 *Legitima ea portio dicitur quæ excludit querelam.*

3 *Legitima an ſit quota bonorum, an verò hæreditatis.*

4 *Pro legitima datur petitio hæreditatis, etiam quoad ſupplementum ipſius legitimæ.*

## L. Quæ nuper. XXXI.

### *Idem* A. *Mennæ P. P.*

IN teſtamento nuncupativo ſi nihil liberis relictum ſit, exhæredati habent inofficioſi querelam,

gravati autem per modicam inſtitutionem ad legitimæ ſupplementum agunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* Menchac. *tom. 3. ad hanc l. pag. 206.*

Vide Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, in evidentia. num. 16.* vel dicit hanc l. venire declarativè, ſeu ſuppletivè, *ad l. omni modo, ſup. hoc tit.* 2 quæ providebat ſolummodò ubi teſtamentum erat in ſcriptis & deinde textus *in præſenti* declarat, ut etiam habeat locum in teſtamento nuncupativo, & ſine ſcriptis. Anton. Govean. Luſit. vir apprimè doctus, *lectionum var. juris lib. 2. c. 2.* putat conjici poſſe ex hac leg. legitimam dici eam portionem, quæ quærelam excludit, quia ſit Falcidia, hoc eſt, quarta portionis ab inteſtato contingentis, quia filium inſtitutum contentum eſſe oportet.

3 *Scilicet ab inteſtato ſucceſſionis*, &c. ] Utrùm legitima ſit quota bonorum, an verò hæreditatis, vide Menoch. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 2. §. 20. num. 211. cum ſeqq.* Card. Mantic. *ad conject. ultimar. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 5.* Fachinæ. *controvers. juris lib. 7. ti. 8. num. 5.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 101. n. 59. & eodem lib. 4. præſ. 196. nu. 21.* Fuſar. *de ſubſtitut. q. 296. num. 30.* Rot. *dec. 368. num. 11. p. 2. in poſthum.* Steph. Gratian. *diſcept. forens. cap. 843. n. 6.* latè Merlin. *de legitima, q. 2. lib. 1. tit. 1.* Rota apud eundem Merlin. *dec. 66. num. 3.* ubi quod legitima eſt quota bonorum, non hæreditaris, & *dec. 67. nu. 2.* idem dicit. Unde pro legitima dari petitionem hæreditatis reſolvunt Craſſ. *in §. legitima, quæſt. ult. n. 1. vers. contrarium*, Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 152.* Valaſc. *de partit. cap. 18. num. 42.* Merlin. *de legitima lib. 5. tit. 4 q. 4. à princ.* ubi *n. 4.* ampliat, ut etiam procedat quoad ipſius legitimæ ſupplementum.

---

## SUMMARIUM.

1 *Legitima rejicit omne gravamen conditionis, & temporis, & n. 2. Etiam in conditione poteſtativa, n. 3. Nec imponi poteſt gravamen in portione legitimæ aucta ab ſtatuto, n. 4. Nec favore piæ cauſæ, nec legitimæ impediatur detractio, n. 5. Nec in teſtatore milite, n. 6. Etiam in onere reciproco, n. 7. Et ſi filius ſit inſtitutus in majore portione quàm ſit ejus legitima & adierit hæreditatem paternam, n. 8. Et etiamſi tota hæreditas ſit relicta cum onere, nu. 9. Quamvis filius adeundo approbaverit patris diſpoſitionem, 10. Et quamvis dictum ſit, quod plus petere non poſſit, etiam occaſione legitimæ, & filius ſimpliciter, acceptet, & etiam quietet hæredem abſque aliqua proteſtatione, n. 11. Quamvis pater relinquat rem minorem legitimâ pro ſua legitima, & in ea imponat gravamen, num. 12.* Amplia *ut n. 13. 14. 15. Quamvis filius expreſsè approbaverit teſtamentum patris, in quo ſuper legitima eſt impoſitum gravamen, num. 16. Nec etiam fideicompiſſi onus ſuper legitima deſcendentibus imponi poſſit, n. 17. Nec conditio, ſi nupſerit in legitima, n. 18.* Limita *quando onus conditionis legitimæ appoſitum reſpiciebat ipſius filii utilitatem, num. 19. Quando prælegatum eſt factum filio, adjecta conditione expreſſa, quod ſi filius vult prælegatum, non deducat aliquam legitimam, & filius acceptavit prælegatum., n. 20. Quando pater reliquit filio certa bona, & eum fideicommiſſo gravavit, n. 21. Quando filius inſtitutus ultrà legitimam gravatus eſt reſtituere, vel legitimam, vel fructus perceptos ultra legitimam, num. 22. Quando filius expreſsè gravatus in legitima approbaverit omnia, & ſingula diſpoſita in teſtamento paterno, vel approbatio facta eſſet in omnibus, & per omnia, vel in ſingulis ſuis partibus, n. 23. Quando filius conſentit expreſsè atque ſpecificè gravamini, ſive oneri impoſito per patrem in legitima, n. 24. Contrarium n. 25. 26. Conventiones obſervandæ, nu. 27. 28. Notabilia duo, n. 29. Limita etiam ubi regia facultas intervenit, n. 30. Et in tertio habente cauſam à filio, n. 31. Quando filius cum juramento approbavit teſtamentum patris, in quo eſt expreſsè in legitima gravatus, num. 32. In pupillari ſubſtitutione, quæ legitimam gravare poteſt. n. 33. Quando plures filii eſſent inſtituti, & gravati reſtituere hæreditatem, & unus repudiavit hæreditatem paternam, n. 34. Quando filius ante agnationem tranſmiſit jus adeundi, num. 35. In ſubſtitutione vulgari, cujus onus etiam filiis apponi poteſt, nec rejicitur, num. 36. Quando pater filio minus induſtrioſo, ſeu parum apto ad bonorum adminſtrationem, interdicat ne legitimam alienet uſque ad ætatem 25. annorum, n. 37. In dote, quæ licèt loco legitimæ ſuccedat, tamen patitur id onus, ut pater ſtipuletur ſoluto matrimonio ad ſe reverti, n. 38.*

39 *Gravamen ipſo jure rejicitur à legitima, eo plus quando gravamen non conſiſtit in quantitate, ſed in modo, aut conditione, vel onere vinculi, ſeu fideicommiſſi.*

## L. Quoniam in prioribus. XXXII.

### *Idem* A. *eidem.*

LEgitima rejicit omne gravamen conditionis, & 1
temporis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* elegantem repetitionem ſuper hanc leg. edidit Roderic. Suarez.

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt, 2
multiſque exornant, & ad plures quæſtiones conducunt *l. Hiſpan. 11. tit. 4. part. 6.* ubi *gloſſ. 3. & fin.* Socin. *reg. 350.* Alciat. *in l. cum proponas, gloſſ. 2. C. de pactis, & de præſumpt. reg. 1. præſ. 2. n. 3.* Nicol. Bell. *cons. 53. n. 19.* Alph. *collect. 412.* Zoanet. *rerum quotid. cap. 14.* Bernard. *reg. 112.* Duen. *reg. 368.* Mantua *lib. 2. locorum, cap. 33. pag. 2.* Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de legitima, concl. 1.* Anton. Gom. *l. 29. Tauri n. 9. & var. tom. 1. cap. 3 n. 17. col. 3. & cap. 4. n. 7 & cap. 11. n. 24. 26. & 29.* Viv. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 16. num. 42. pag. 309.* Donat. à Fina *ibidem n. 59. pag. 312.* Port. *lib. 1. reg. 42.* Cov. *in cap. Raynaldus, de teſt. §. 2. n. 3. cum ſeq.* Menchac. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 1. §. 10. à n. 168. cum multis ſeqq.* ubi ad hanc leg. repetitionem ponit: & à *n. 196.* de concluſione hujus leg. tractare incipit. Matheſil. *ſing. 164.* Joan. Garc. *reg. 194.* Emman. à Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm part. 4. n. 46. & 47. & p. 5. n. 45. & ſelectar. lib. 1. c. 1. n. 3. cum ſeq. & lib. 4. ſelect. c. 3 §. pure n. 10. in med. ff. de liber. & poſth.* Anton. Cuch. *in tract. de legitima, tit. legitima nullum gravamen admittit, & in cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. verbo contrahens, n. 4.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 78. num. 10. ad fin.* Molin. *de prim. lib. 2. cap. 1. nu. 31. cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 9. princ. n. 22.* Hieron. de Laurent. *Avenion. deciſ.* Stephan. Gratian. *Marchiæ dec. 162. à num. 1.* Craſſ. *in §. legitima, q. 39. cum ſeqq.* Surd. *de aliment. tit. 2. q. 15. n. 179. cum ſeqq.* Guttier. *pract. lib. 3. q. 55. num. 7. & 8. & q. 57. n. 9.* Ludov. Schrad. *de feudis p. 10. ſect. 19. n. 226.* Peregr. *de fideicom. art. 30. n. 61. cum ſeqq.* Surd. *cons. 215. per tot.* Andr. Fachinæ. *conſil. 27. ex n. 3. lib. 1.* Burg. de Paz *quæſt. civili 1. n. 9*

Que

Queſada *in ſuis quæſt. cap.* 4. *n.* 17. *in fine*, Hect. Felic. *alleg.* 12. *p.* 3. Pedrocha *cons.* 6. *per tot.* Iacob. Cancer. *var. reſol. l. b.* 1. *tit.* 3. *de legitima*, *num.* 31. *cum ſeqq.* Rot. *dec.* 249. *num.* 4. *& dec.* 381. *num.* 4. *p.* 2. *recentior. & dec.* 204. *num.* 3. *& dec.* 514. *n.* 5. *part.* 1. *recentiſſ.* aliàs *poſthum. & dec.* 334. *nu.* 1. *& dec.* 543. *num.* 3. *& dec.* 588. *num.* 3. *&* 4 Cevall. *communium contra communes*, *quæſt.* 122. ubi quod hæc lex corrigit leges juris communis Digeſtorum, *&* 9. 711. *n.* 4. *cum ſeqq* Farin. *in praxi crim. p.* 1. *quæſt.* 25. *n.* 40. *cum ſeqq.* Caſtill. *quotidian. lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 44. *& lib.* 5. *cap.* 64. *à princip.* & maximè *num.* 29. *&* 38. *& lib.* 6. *cap.* 107. *ex num.* 36. Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 177. *vers. legitimæ*, Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis*, *num.* 149. *de in integr. reſt. min. & quæſt. forens. lib.* 2. *quæſt.* 23. *num.* 73. Cardoſ. *in praxi Iudicum, & Advocator. verbo filius*, *num.* 26. *& verbo legitima*, *num.* 4. *cum ſeqq.* Azor. *inſt. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 29. *q.* 5. Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 119. Camill. Borrell. *in ſum. dec. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 46. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 4. Valaſc. *de partition. cap.* 16. *n.* 40. Leand. Galgan. *de condit. & demonſtr. p.* 1. *c.* 1. *q.* 26. *& cap.* 5. *num.* 7. Stephan. Grat. *diſcept. forens. cap.* 983. *n.* 24. *& cap.* 731. *n.* 5. Fuſar. *de ſubſt. q* 296. *à princip.* latè Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 1. *cum ſeqq.*

3 Amplia primò hanc legem procedere etiam in conditione proteſtativa, quam hodie de legitima rejiciendam tenent Roder. Xuar. *in præſenti*, *ampl.* 5. ubi Valdeſ. *in addit. lit. A*, *num.* 1. Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 29. Menchac. *d.* §. 10. *n.* 246. *&* 418. Alvarad. *de conjectur. mente defuncti, lib.* 1. *cap.* 2. §. 1. *n.* 101. *&* 202. Angul. *in l.* 11. *meliorat. gloſſ.* 3. *n.* 4. Caſtill. *d. p.* 5. *cap.* 64. *n.* 35. *&* 36. ubi *n.* 37. agit de conditione caſuali, vel mixta.

4 Amplia ſecundò, quod nec in portione legitimæ aucta ab ſtatuto poteſt gravamen imponi, Roderic. Xuar. *hîc ampl.* 14. Menchac. *d.* §. 10. *n.* 263. Craſſ. *in d.* §. *legitima*, *q.* 40. *n.* 12. Hieron. Gabr. *cons.* 116. *n.* 1. *lib.* 1. Anton. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 18. Fuſar. *d. q.* 296. *n.* 11.

5 Amplia tertiò, ut nec favore, & privilegio piæ cauſæ, legitimæ detractio impediatur, ut per Menchac. *tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *num.* 451. *cum ſeqq.* Cov. *in c. hæredes*, *n.* 2. *col.* 2. *de teſtam.* Emman. à Coſta *in d. c. ſi pater*, *verbo Trebellianicæ*, *n.* 7. Ant. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 10. Tiraq. *de pia cauſa, in præfat. n.* 28. Craſſ. *in* §. *legitima*, *q.* 38. *n.* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 196. *num.* 17. Intrigl. *de ſubſt. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 19. Magon. *Lucenſi dec.* 85. *n.* 5. Fuſar. *d. q.* 296. *nu.* 21. Alvar. Valaſc. *de partition. cap.* 39. *n.* 38. Cancer. *d. lib.* 1. *tit.* 3. *n.* 45. Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 5. *per tot.*

6 Amplia quartò in teſtatore milite: ita Cov. *in d. cap. nos quidem*, *n.* 7. *de teſtam.* Clar. §. *teſtamentum*, *q.* 72. Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 196. *n.* 18. Sfort. Odd. *de compend. part.* 5. *q.* 3. *proœm.* 6. *n.* 7. Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 82. Intrigl. *de ſubſtit. cent.* 3. *q.* 74. *n.* 20. Alexand. Trentacinq. *eod. tract. p.* 4. *c.* 8. *n.* 15. *&* 16. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 3. *except.* 14. *n.* 11. *p.* 2.

7 Amplia quintò etiam in onere reciproco, de quo vide poſita *in collect. ad l. ſi pater puellæ*, *ſup. hoc eodem tit.*

8 Amplia ſextò etſi filius ſit inſtitutus in majori portione quàm ſit ejus legitima, & adierit hæreditatem paternam, quia adhuc poteſt legitimam deducere, ut per Mench. *d.* §. 10. *n.* 144. Eugen. *tom.* 1. *cons.* 38. *n.* 4. *& ſeq.* Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 196. *n.* 20. Peregr. *cons.* 67. *n.* 1. *l.* 1. Magon. *Lucenſi dec.* 81. *n.* 3. *&* 4. Fuſar. *d. q.* 196. *n.* 17. intelligendo tamen prout *in limit.* 3.

Amplia ſeptimò etiamſi tota hæreditas ſit relicta cum onere, quia adhuc quantum ad legitimam tale onus rejicitur, ut per Anton. Gom. *var. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 25. Anton. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 4. Card. Mantic. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 3 *cum ſeqq.* Peregr. *de fideicom. q.* 15. *n.* 19. Craſſ. *d.* §. *legitima q.* 38. *num.* 4. Fuſar. *d. q.* 296. *n.* 28. ubi *n.* 35. refert Natt. Cephal. Petram, Surd. & alios contrarium tenentes: & *n.* 41. ſubampliat, quamvis filius adeundo approbaverit patris diſpoſitionem, quia adhuc non erit excluſus à beneficio deducendi legitimam. 9 10

Amplia octavò quamvis dictum ſit, quod plus petere non poſſit etiam occaſione legitimæ, & filius ſimpliciter acceptet, & etiam quietet hæredem abſque aliqua proteſtatione; nam ſibi in legitima non erit præjudicatum quin illam habere poſſit, de quo vide poſita *in collect. ad l. ſi quando*, §. *& generaliter*, *inf. hoc eod. tit.* 11

Amplia nonò quamvis pater relinquat rem minorem legitimâ pro ſua legitima, & in ea imponat gravamen; nam non tenet, etſi filius agnoſcat rem relictam, quia filius non cenſetur renuntiare legitimæ, niſi adſit expreſſa, & ſpecifica renuntiatio, poſt multos ita reſolvit Fuſar. *d. q.* 296. *num.* 48. ubi *num.* 50. extendit etſi filius acceptando relictum fecit liberationem hæredi abſque aliqua reſervatione ſupplementi legitimæ: & *n.* 51. etſi ultra quietationem dixit, quod renuntiabat hæreditati, & bonis paternis, quia adhuc poterit habere ſupplementum legitimæ abſque alio gravamin: Et *num.* 52. quamvis ultra quietationem, & renuntiationem hæreditatis, & bonorum paternorum filius promittat amplius non petere. 12 13 14 15

Amplia decimò quamvis filius expreſsè approbaverit teſtamentum patris, in quo ſuper legitima eſt impoſitum gravamen; nam per hoc non diceretur renuntiaſſe legitimæ, quæ, ut dixi, requirit ſpecialem renuntiationem, nec per approbationem teſtamenti fit extenſio, cùm filius ſciat jura ſua ſibi eſſe ſalva, Eugen. *d. tom.* 1. *cons.* 38. *n.* 4. *&* 5. Pereg. *de fideic. art.* 36. *n.* 31. *& ſeq. &* 87. Craſſ. *d.* §. *legitima q.* 38. *n.* 21. Magon. *Lucenſi dec.* 85. *n.* 6. *cum ſeq. & Florent. dec* 35. *n.* 7. *&* 10. Fuſar. *d. q.* 296. *n.* 91. ubi intelligit quando approbatio teſtamenti eſſet facta in intervallo poſt teſtamentum, non in ipſo acto teſtandi. 16

Amplia undecimò ut nec etiam fideicommiſſi onus ſuper legitima deſcendentibus imponi poſſit, ut per Mench. *d. lib.* 1. §. 10. *num* 418. Rot. *dec.* 477. *n.* 5 *& dec.* 373. *n.* 2. *p.* 2. *recent. & dec.* 704. *part.* 1. *in poſth.* Alex. Raudenſ. *Piſana dec.* 14. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 72. *num.* 2. *cum ſeqq. & præſ.* 269. *num.* 14. Fuſar. *d. q.* 296. *à num.* 1. ubi *n.* 7. extendit ut procedat etiam in fideicommiſſo conſtituto in contractu. 17

Amplia duodecimò, ut non poſſit imponi conditio *ſi nupſerit*, in legitima: ita Anton. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 17. Galganet. *de condit. & demonſtrat. p.* 1. *c.* 8. *n.* 8. 18

Limita primò quando onus conditionis legitimæ appoſitum, reſpiciebat ipſius filii utilitatem; tunc enim id onus non rejiciunt poſt hanc leg. non magis quàm ſi hæc lex facta non foret, ut per Alciat. *d. præſ. reg.* 1. *præſ.* 2. *n.* 3. Menchac. *d. tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *num.* 406. *&* 407. Clar. *lib.* 5. § *fin. q.* 78. *n.* 10. Mex. *in tract. taxæ panis*, *concl.* 2. *n.* 15. Ant. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 2. Menoch. *cons.* 75. *n.* 6. *cum ſeqq.* Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 177. *vers. gravamen* Caſtill. *d. tom.* 5. *c.* 64. *n.* 16. Surd. *cons.* 670. *n.* 2. Maſtrill. *decis.* 18. *n.* 21. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *tit.* 3. *de legitima*, *n.* 40. latè Merlin. *de legitima*, *lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 4. *per tot.* etiam quæ dicuntur onera favorabilia, Rota apud eundem *dec.* 61. *n.* 4. 19

20 Limita ſecundò, ut non procedat quando prælegatum eſt factum filio adjecta conditione expreſſa, quod ſi filius vult prælegatum, non deducat aliquam legitimam, & filius acceptavit prælegatum, ita Menoch. *cons.* 71. *n.* 21. *& cons.* 206. *n.* 95. *cum ſeqq. & cons.* 681. *n.* 36. *& cons.* 686. *n.* 29. *& d. lib.* 4. *præſ.* 196. *n.* 23. Ant. Gabr. *d. tit. de legitima, concl.* 1. *n.* 58. Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. Peregr. *de fideicomm. art.* 36. *num.* 97. Fuſar. *d. q.* 296. *n.* 58.

21 Limita tertiò quando pater reliquit filio certa bona, & cum fideicommiſſo gravavit, & dixit quod ſi filius nollet ea bona habere cum fideicommiſſo, habeat ſuam legitimam alio hærede inſtituto, vel ſubſtituto; nam ſi filius acceptet relictum, non poterit de fideicommiſſo legitimam deducere. Ratio eſt quia filius poteſt etiam in legitima gravari quando ei multo plus legitimâ fuit relictum: ita Burſat. *cons.* 385. *lib.* 3. Surd. *dec.* 21 *num.* 20. *& de aliment. tit.* 2. *q.* 5. *num.* 184. Card. Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 11. Peregr. *d. art.* 36. *num.* 62. *&* 97. Magon. *Lucenſi decis.* 83. *num.* 15. *cum ſeqq.* Fachinæ. *controvers. lib.* 5. *cap.* 96. Joſeph. Ludov. *Lucenſi dec.* 28. *nu.* 41. *cum ſeqq.* Gall. *de exception. ſucces. tit.* 2. *excep.* 4. *n.* 18. *cum ſeqq. p.* 3. Fuſar. *d. q.* 296 *n.* 61. *cum ſeqq.* Facit quia filius gravatus in legitima non poteſt conqueri, ſi pater ei plus, vel tantundem reliquit liberum quantum valet legitima, Surd. *d. tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 179. Vincent. de Franchis *decis.* 293. *in fin. p.* 2. tunc etiam, quia filius non dicitur gravatus in legitima quando habuit compenſationem, Menoch. *cons.* 196. *num.* 15. *vers. & his accedit*; poteſt enim in re propria gravari quando ei ultra legitimam, vel æquivalens compenſatio relinquitur, *l. filiusfam.* §. *apud Marcellum ff. de legat.* 1. Surd. *d. tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 162. *cum ſeqq.* & præcipuè *num.* 181. Menoch. *cons.* 1141. *lib.* 12. Maſtrill. *dec.* 181. *num.* 2. nam hoc caſu non dicitur filius gravari in legitima, cùm ſi ipſe magis velit legitimam, quàm relictum, in manu ſua eſt, Menoch. *d. cons.* 1141. *num.* 5. Gall. *de except. tit.* 2. *except.* 4. *p.* 3. *n.* 54. Cancer. *d. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 37. & ideo ut gravamen legitimæ ſubſiſtat neceſſarius eſt expreſſus ejus conſenſus, Caſtill. *lib.* 5. *cap.* 107. *n.* 46.

22 Limita quartò quando filius inſtitutus ultra legitimam gravatus eſt reſtituere vel legitimam, vel fructus perceptos ultra legitimam; nam filius, qui adivit hæreditatem non poterit aliquam deducere legitimam, ſi fructus percepti aſcendunt ad legitimæ quantitatem: ita Pedrocha *cons.* 6. *lib.* 1. Ladetch. Imola *cons.* 26. *num.* 2 *&* 3. Peregr. *cons.* 66. *n.* 2. *cum ſeqq. lib.* 4. Menoch. *d. lib.* 3. *præſ.* 196. *n.* 23 *ad med. & cons.* 533. *dub.* 2. *& cons.* 672. *n.* 13. *& cons.* 1141. *num.* 1. *cum ſeqq.* Joſeph. Ludov. *Lucenſi decis.* 28. *num.* 105. *cum ſeqq.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *quæſt.* 15. *num.* 179. *cum ſeqq. & dec.* 21. *per tot.* Fachin. *controv. lib.* 5. *cap.* 96. Fuſar. *cons.* 52. *num.* 1. *& d. q.* 296. *ex num.* 65. *cum ſeqq.* ubi pro utraque opinione refert Doctores, & fundamenta: & tandem *nu.* 87. dicit in praxi recipi opinionem pro filio, quod ſcilicet non teneat hoc gravamen quoad compenſationem fructuum cum legitima, ſed teneatur quoad fructuum reſtitutionem.

23 Limita quintò quando filius expreſsè gravatus in legitima approbavit omnia, & ſingula diſpoſita in teſtamento paterno, vel approbatio facta eſſet in omnibus, & per omnia, vel in ſingulis ſuis partibus, ut per Menoch. *d. lib.* 4. *præſ.* 196. *num.* 24. Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 11. *circa fin.* Peregr. *d. art.* 36. *num.* 88. *& ſeq. & cons.* 67. *num.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 66. *nu.* 4. *lib.* 4. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 74. *num.* 27. latè Merlin. *de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 9. *per tot.* ubi diſputat quando filius acceptando teſtamentum patris, & adeundo illius hæreditatem, agnoſcere cenſeatur onus prohibitionis legitimæ: & *qu.* 10. quando filius, qui non eſt hæres univerſalis, ſed particularis, agnoſcere & acceptare intelligatur onus in legitima. Fuſar. *d. q.* 286. *num.* 93. *cum ſeqq.* ubi *num.* 97 idem tenet quando expreſsè fuit prohibita legitimæ detractio & filius approbavit teſtamentum patris in eo capitulo, & *num.* 98. idem dicit quando in capitulo prohibitionis legitimæ teſtator requiſivit approbationem filii, & ille poſtea approbet ſimpliciter, quia cenſetur approbare ſpecialiter illud capitulum, & *num.* 99. hoc ipſum reſolvit, quando filius expreſsè renuntiavit omni juri ſuo, nec aliud jus habebat præterquam in legitima.

24 Limita ſextò, quando filius conſentit expreſsè atque ſpecificè gravamini, ſive oneri impoſito per patrem in legitima, ut per Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxor.* §. 47. *n.* 2. Anton. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *poſt num.* 25. Anton. Gabr. *d. tit. de legitima, concl.* 1. *n.* 55. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 7. *cum ſeqq.* Gam. *Deciſ. dec.* 218. *num.* 4 Guttier. *in repet. c. p. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *p.* 1. *num.* 27. Surd. *dec.* 21. *num.* 20. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo pater* 19. Cald. Pereira *de poteſt. eligendi, cap.* 16. *num.* 29. Covar. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *num.* 2. *de teſtam.* Galganet. *d. tract. de condit. & demonſtr. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. Caſtill. *lib.* 3. *quotid. cap.* 19. *num.* 124. *& d. tom.* 5. *c.* 67. *n.* 52. *& cap.* 107. *num.* 46. *in prin.* Amator. Ferrar. *dec.* 46. *num.* 12. Cancer. *var. reſol. lib.* 1. *tit.* 3. *de legitima, n.* 35. Vaſq. *in opuſc. tit. de teſtam. cap.* 6. §. 4. *dub.* 2. Intellige ut iſte filius, prout ſuprà, conſentiens habeat ætatem, & perſonam legitimam ad ſe obligandum, & conſentiendum, ut dixi *ad l. ſi quando* 35. §. *illud etiam, in hoc tit.* Alvar. Valaſc. *de partition. cap.* 16. *num.* 40. Et non ſolùm ad hoc ſufficiens reputatur expreſſus filii conſenſus, ſed etiam tacitus reſultans ex his quæ reſolvunt Roder. Xuar. *in repet. hujus l. ampl.* 10. *n.* 24. Gaſp. Baëz. *de non melior. cap.* 9. *n.* 10. Ant. Gom. *var. tom.* 1. *cap.* 11. *n.* 25. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. dum tenet quod quando filius à gravamine majoratûs non reclamaverit, ſed per totum tempus vitæ ſuæ tacuerit, & eadem bona filius ejus primogenitus jure majoratûs per tempus 30. annorum poſſederit; tunc namque ex ejus temporis lapſu à gravaminis impugnatione filii excludantur, bonáque ipſa perpetuò majoratui ſubjecta remanebunt.

25 Sed hæc ſententia ſuſtineri non poteſt, immò potiùs concludendum eſt, quod ſi filius appoſitum ſibi gravamen in legitima tacuit toto tempore vitæ ſuæ; & non reclamavit, neque aliud contra id allegavit, imò judicium patris ſimpliciter agnoviſſet bonáque à patre ſibi relicta poſſediſſet, adhuc ad filios ſuos tranſmitteret legitimam liberam & ſine ullo gravamine: ita ut gravamen inſertum debeat reputari ac ſi in teſtamento appoſitum non fuiſſe: ita Roderic. Xuar. *d. ampl.* 10. *n.* 14. *in fine, in vers. per quæ teneo*, & meliùs *n.* 8. ibi: *Ex prædictis ergo mihi videtur veritas concludendo, quod gravamen appoſitum in legitima ipſo jure rejicitur, & tollitur de medio, & habetur pro non appoſito, in tantùm quod ſi filius taceat in tota vita ſua, nullum actum contradictionis faciens, nihilominus tranſmittit liberam legitimam ad poſteros, gravamine rejecto*, optimè Chriſtoph. de Paz *ſchol. ad leges ſtyli, l.* 200. *num.* 36. *&* 60. ibi *Illud tamen ſilentio prætermittendum non eſt, an conſenſus tacitus filiorum illis præjudicet, & ſanè* Paul. *in l. filio præterito. num.* 7. *De injuſto, rupto, teſtatur ſimilem conſenſum filiis præjudicium non afferre, licèt*

*pluri*

*pluribus annis tacuerint : ratio autem ſecundum eum eſt , quia à lege ſubrogetur gravamen pro jure , l. quoniam , de inoffic. teſtam. ſimplex itaque conſenſus non ſufficiet , cùm reperiatur ſuper quo cadere queat* , &c. latè Caſtill. *controvers. tom. 5. c. 107. n. 41.* ubi *in vers. itaque* , concludit quod ſi integra legitima filio relicta fuerit , vel etiam aliquid ultra relinquatur , & in legitima ipſa gravamen apponatur , qualitatis ſcilicet , putà vinculi , fideicommiſſi , reſtitutionis , vel aliud onus , tunc quidem gravamen rejicitur ipſo jure , nec habet filius neceſſe petere quod tollatur , idque etiamſi filius judicium patris ſimpliciter agnoviſſet , & per mille annos tacuiſſet, ubi verò in quantitate eſſet gravamen , quia ſcilicet filio minus legitimâ relictum fuiſſet, tunc quidem procederet Molinæ , & aliorum poſt eum citatorum reſolutio , quod ſcilicet filius tacendo per ſpatium triginta annorum ſibi & hæredibus ſuis præjudicium generaret , juxta quæ accipiendus eſt Stephan. Gratian. *Marchiæ deciſ. 4. à n. 12.* dum tenet tam legitimam , quàm ejus ſupplementum poſſe præſcribi ſpatio 30. annorum. Et idem Caſtill. *ibidem, in vers. ſecundum eſt* , advertit ut tempus , quo filius in legitima gravatus poſſedit , non numeretur in his triginta annis , cùm in eo ipſe bona ut libera poſſederit , & incipiat præſcriptio ex quo ipſe deceſſit , & filii cœperunt habere jus petendi legitimam in dictis bonis , aliúmque ea poſſidentem viderunt , & velut agnoviſſe videntur , ex quo tacent, & *in vers. tertium denique* , requirit ut triginta anni prædicti incipiant currere poſt pupillarem filiorum ætatem , qui legitimam prætendunt, parteſve ad eos pertinentes ab alio poſſideri dicunt. Item hujuſmodi tempus debet eſſe utile, quod non currit adversùs ignorantes, ſed tantùm ſcientes , ut reſolvunt Menoch. *cons. 411. n. 41.* Magil. *in tract. de imputat. q. 92. num. 9.* Merlin. *in tract. de legitima , lib. 5. tit. 3. q. 10. num. 6.* ubi *n. 8.* ait legitimam præſcribi ſpatio triginta annorum , irrevocabiliter , & abſque ſpe reſtitutionis in integrum , à die tamen mortis ipſius patris.

26 Etſi quamvis non defuerint , qui putaverint legitimæ ſupplementum præſcribi poſſe ſpatio quinque annorum , neque eſſe neceſſarium curſum triginta , prout in legitima , quia jus petendi ſupplementum ſucceſſit loco querelæ , *l. omni modo , hoc eodem tit.* querela autem præſcribitur ſpatio quinquennii , *l. ſi quis filium , hoc eodem tit.* nihilominùs tamen tenendum eſt , non niſi per ſpatium triginta annorum ſupplementum præſcribi , neque illud eſt introductum loco querelæ , cùm hæc tendat ad reſciſſionem teſtamenti , illud verò ad confirmationem ; & ideo cùm ſubrogatio in hoc caſu eveniat ad diverſum effectum, non poteſt ſapere naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur : quare ita tenent Honded. *cons. 83. n. 25. lib. 1.* Menoch. *cons. 411. à n. 36. lib. 5.* Petra *de fideicommiſſ. q. 15. n. 108.* Hieron. Gabr. *cons. 106. lib. 1. & cons. 137. n. 14. lib. 2.* Fachin. *controvers. lib. 12. cap. 9.* Mangil. *de imputat. q. 92. num. 6. & 10.* Surd. *cons. 148. n. 15. & cons. 185. n. 22.* Greg. XV. *dec. 489.* latè Merlin. *d. lib. 5. tit. 3. q. 10. à num. 10.* ubi *n. 17.* ampliat in filia quæ tacuit , & dotem ſuam non petiit à patre ſpatio triginta annorum, quod adhuc non niſi de tempore lapſo excludatur : & *n. 18.* ampliat etiam ſtante ſtatuto quod ſi ultra viginti annos quia debitum non petat , remaneat excluſus ; nam ſtatuto hoc non obſtante , audiri poteſt filius pro ſua legitima , & *n. 20.* declarat hanc ampliationem minimè procedere quando præſcriptio hæc ſtatutaria eſſet ſemel interrupta per litis conteſtationem cum hærede : vide apud illum.

Verùm redeundo ad materiam ſextæ limitationis , unde digreſſi ſumus, pro illius coronide duas principales concluſiones ſunt firmandæ.

Prima , quod ſi filius tantùm inſtituatur in legitima , & in ea opponatur gravamen : neceſſe eſt quod ſpecialiter , & expreſsè , non verò tacitè conſenſum præſtet , in qua ſpecie ita tenent Menoch. *cons. 411. num. 30. & 31.* Angel. *in l. 11. gloſſ. 10. num. 11.* Gutier. *de juram. confir. part. 1. cap. 19. ex num. 3.* D. Barboſ. *in l. ſi cùm dotem , num. 22. ff. ſoluto matr.* Alv. Valaſc. *de partit. c. 16. n. 34.* Amat. *d. Ferrariæ dec. 46. num. 23.* 27

Secunda concluſio eſt quod ubicumque ultra legitimam aliquid à patre relinquitur in recompenſationem gravaminis , actus taciti approbationis & conſenſus ſufficiunt : ita Mieres *de majoratu , part. 1. q. 55. num. 3.* Menoch. *cons. 196. n. 11. vers. & his accedit* , Valdeſ. *in addit. ad Xuar. in hac l. ampl. 10. n. 48.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec. 181. ex n. 8.* Fuſar. *d. q. 296. n. 63. & 70. vers. octavò facit.* Caſtill. *controvers. tom. 5. c. 107. n. 63.* 28

His duò notabilia adſtipulantur. Primum eſt , ſi pater in teſtamento reliquit legatum filio , ut non poſſit petere legitimam , ſubdens quod ſi eam peteret, eo ipſo privabat legato , & petito legato privabat legitimâ , ſi filius petiit legatum , poteſt amplius petere legitimam. Ita Curt. jun. *cons. 159.* Dec. *cons. 687.* Paul. Pariſ. *cons. 9. lib. 3.* Secundum , quod filius conſentiens patri facienti majoratum ex legitima , dicitur ipſe filius facere , & ideo pro debito filii poteſt fieri executio in legitima , ut ſingulariter tenet Gam. *Luſitan. dec. 208. n. 4.* 29

Limita ſeptimò ubi Regia facultas intercedit , quo caſu etiam renitente filio poteſt in ejus legitima gravamen apponi , ut per Menchac. *de ſucceſſion. tom. 1. lib. 1. §. 10. num. 438.* Merlin. *de primog. lib. 2. cap. 1. n. 10. cum ſeq.* Molin. *de legitima , lib. 2. tit. 1. q. 3. à num. 13.* 30

Limita octavò in tertio habente cauſam à filio : nam licèt filius poſſit impugnare gravamen ; tertius verò non poteſt , ut per Surd. *cons. 394. num. 34. & cons. 412. à num. 48. & cons. 570. num. 6. cum ſeqq.* ubi de filio vivente , qui non impugnavit teſtamentum patris ; nam ejus hæres non habebit privilegium deducendi legitimam contra expreſſam voluntatem teſtatoris, Fuſar. *d. q. 269. à n. 11.* ubi *num. 12.* idem reſolvit, Cancer. *d. lib. 1. tit. 3. n. 41.* latè Steph. Grat. *diſcept. forens. tom. 5. c. 983. n. 13. cum ſeqq.* ubi reprobat Farin. *cons. 159. n. 40. 41. & 56. cum ſeq. & in add. 1. ad q. 25. n. 45. vers. poſſet autem* , cujus fundamentum in eo nititur , quia petitio legitimæ , ſeu ejus ſupplementum tranſmittitur ad hæredes etiam extraneos , quod nihil concludit quoad rejectionem oneris ; aliud enim eſt quod tranſmittatur petitio legitimæ ad hæredes , aliud quod hæres non cogatur agnoſcere gravamen injunctum filio in legitima , nam eſt privilegium perſonale filii , ut illud onus poſſit rejicere , quod non egreditur ejus perſonam , ideo non tranſit ad hæredem , quia habebit quidem legitimam, ſed cum onere ei annexo tanquam in eum non tranſeat tale privilegium , licèt tranſeat jus deducendi legitimam. Ita Cancer. *d. tit. 3. de legitima, num. 41.* 31

Limita nonò quando filius cum juramento approbavit teſtamentum patris , in quo expreſsè in legitima eſt gravatus ; nam juramentum habet vim ſpecialis expreſſionis , & perindè eſt ac ſi ſpecialiter approbaſſet quoad gravamen impoſitum ſuper legitima : ita Roland. à Valle *cons. 99. num. 19. lib. 4.* Ant. Gabr. *d. tit. de legitima , concl. 9. n. 8.* Menoch. *cons. 71. n. 24.* Peregr. *cons. 67. n. 13. circa fin. lib. 1. & cons. 66. num. 5. lib. 4. & de fideicom. art. 36. num. 90.* 32

Joseph. Ludovic. *Lucensi dec.* 28. *n.* 21. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 101. *num.* 11. Fusar. *d. q.* 296. *n.* 100. *cum seqq.* Cancer. *variar. resol. lib.* 1. *tit.* 3. *de legitima*, *n.* 36. *&* 74.

33 Limita decimò in pupillari substitutione, quæ legitimam gravare potest, ut per Crass. §. *legitima*, *q.* 38. *num.* 8. Hieron. Gabr. *cons.* 36. *num.* 13. *lib.* 2. Peregr. *de fideicom. art.* 8. *num.* 25. Mangil. *de imput. q.* 124. *num.* 2. *cum seqq.* Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 15. *à princ.* ubi *cum.* 3. ampliat ut procedat in directa pupillari.

34 Limita undecimò quando plures filii essent instituti, & gravati restituere hæreditatem, & unus repudiavit hæreditatem paternam; nam eveniente casu restitutionis faciendæ ab aliis filiis, qui adiverunt, in restitutione veniat portio legitimæ fratris, qui repudiavit, Surd. *cons.* 458. *n.* 27. *& cons.* 541. *n.* 27. *vers. tertiò*, Fusar. *d. tract. q.* 654. *n.* 2.

35 Limita duodecimò quando filius ante agnitionem transmisit jus adeundi, Surd. *cons.* 541. *n.* 28. Fusar. *d. q.* 296. *n.* 110.

36 Limita decimotertiò in substitutione vulgari, cujus onus in legitima etiam filii apponi potest, nec rejicitur per hanc l. ut per Menchac. *d. tom.* 1. *lib.* 1. §. 20. *n.* 241. Crass. *d. verbo legitima*, *q.* 38. *n.* 8. *&* 9. Anton. Gabr. *d. tit. de legitima*, *concl.* 1. *n.* 48. Emman. à Costa *in cap. si pater*, *de testam. lib.* 6. *p.* 2. *verbo debitæ*, *n.* 4. Matienz. *l.* 11. *gloss.* 9. *n.* 2. *tit.* 6. *lib.* 5. *nova Recop.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 22. *princ. num.* 30. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 51. *num.* 14. Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 4. *n.* 12. & latiùs *q.* 13. *à n.* 16. Castill. *lib.* 3. *quotid. q.* 4. *c.* 14. *n* 1. Molin. *de Justit. tract.* 2. *disp.* 177. *vers. illud observa.*

37 Limita decimoquartò quando pater filio minus industrioso, seu parum apto ad bonorum administrationem, interdicat ne legitimam alicui et usque ad ætatem 25. annorum, quia talis prohibitio valet, cùm non onerosa, sed favorabilis à jure judicetur, ut per Guillelm. *in cap. Raynutius*, *verbo reliquit*, *n.* 32. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 1. *n.* 3. Crass. *d.* §. *legitima*, *q.* 38. *n.* 16. Hippol. Riminald. *cons.* 131. *n.* 58. *cum seqq. lib.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 28. *n.* 6. *cons.* 57. *n.* 6. *cum seqq.* Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 42. *ad med. pag.* 409. Mascard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 74. Surd. *de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *num.* 179. *cum seqq. & dec.* 21. *n.* 8. *&* 20. Valdes. *in addit. ad* Roder. Xuar. *in repet. hujus text. fallent.* 1. *n.* 3. Cald. Pereira *in l. si curatorem*, *ver. b Læsis*, *n.* 146. Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 25. *à n.* 44. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 11. *per tot. & ibi quæst.* 12. disputat an onus hujusmodi ad tempus in ultima voluntate resolvatur. Rota apud eundem Merlin. *decis.* 61. *n.* 5.

38 Limita decimoquintò ut non procedat in dote, quæ licèt loco legitimæ succedat, tamen patitur id onus, ut pater stipuletur soluto matrimonio ad se reverti, nec tale onus per hanc l. rejicietur, ut per Menchac. *d. lib.* 1. §. 10. *num.* 465. Fusar. *dict. tract. de substit.* 1. *p. q.* 296. Merlin. *de legitima*, *lib.* 3. *tit.* 3. *q.* 20. *num.* 37.

39 *Vel quodcunque onus introducens tollatur*, &c. ] Notatur ad hoc, quod gravamen ipso jure rejicitur à legitima, de quo vide Ant. Gom. *var. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 24. Peregr. *de fideicom. art.* 30. *à n.* 61. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 29. Card. Mant. *de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 9. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *c.* 29. *n.* 5. Fusar. *dict. q.* 296. *n.* 78. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de legitima*, *resol.* 4. *num.* 2. Fachinæ *controvers. lib.* 12. *c.* 10. ubi quod onus rejicitur de legitima ipso jure, itaut non sit necessaria petitio, & declaratio filii, Castill. *Controvers. tom.* 5. *c.* 107. *n.* 39. *in fine*, *& n.* 40. *in princ.* ubi ait id fortiùs procedere quando gravamen non consistit in quantitate, sed in modo, aut conditione, vel onere vinculi, seu fideicommissi.

---

## SUMMARIUM.

1 *Contumax in solutione legitimæ ad duplicatam solutionem postea tenetur.*

2 *Hæres qui legitimam filio relictam non solvit, à judice coactus demùm numerat.*

3 *Filius in judicio suam hæreditatem petat: intellige ut ibid.*

4 *Filius institutus in legitima, debet capere de manu hæredis, nec propria auctoritate eam occupare potest.*

5 *In legitima petenda requiritur libellus.*

6 *In legitima petitione & solutione procedendum secundùm ordinem judiciarium.*

7 *Testator cùm vocat stirpem, vel statuit bona debere conservari in stirpe, tunc solùm continentur à se descendentes, non autem collaterales. Limita ut n.* 8.

9 *Minuscula pro legitima pro minima parte relicta uni filiorum, n.* 10.

11 *Liber in singulari numero reperitur pro filio, sed latiùs consuevit declinari in numero plurali.*

12 *Infans odio patris sui non potest exhæredari quoad justitiam, rectitudinemque exhæredationis, sicque quoad impediendam testamenti rescissionem, excludendamque querelam inofficiosi.*

13 *Declaratur l. fin. §. fin. de liber. prater.*

---

## L. Si quis suo. XXXIII.

### *Idem* A. *Demostheni P. P.*

COntumax in solutione legitimæ ad duplicatam solutionem postea tenetur. 1
Hæres, qui legitimam filio relictam non solvit, à judice coactus demùm numerat. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. n.* 1. *supra hoc tit.* Menchac. *tom.* 3. *super hanc leg. pag.* 107. 2

*Filius in judicio suam hæreditatem petat*, &c. ] Intelligit Spin. *in speculo testament. glossi.* 17. *princ. n.* 18, quando hæres universalis erat in possessione totius hæreditatis, non verò quando hæreditas erat jacens, vel in certa re institutus, quia tunc ille hæres institutus in re certa, qui loco legatarii habetur, tenetur illam petere coram judice, secus verò in hærede universali, vel in sua legitima institutus, quia hæres in sua legitima institutus potest propria auctoritate capere hæreditatem. 3

Unde per hunc text. tenet Roder. Xuar. *in repet. hujus text. in declar. leg. regni*, *quæstione* 7. *numer.* 12. *pag.* 554. quod filius institutus in legitima debet capere de manu hæredis, nec propria auctoritate potest occupare eam, cùm sit incerta, & quia non est institutio universalis, cùm intelligatur deducto ære alieno. 4

*Sed expectato judiciorum strepitu.* ] Ergo in petenda legitima requiritur libellus, ut per Surd. *de aliment. tit.* 8. *priv l.* 2. *num.* 4. & quod via ordinaria in petitione, & solutione legitimæ debeat judex procedere secundùm ordinem judiciarium, per hunc text. tenet Alvar. Valasc. *de partit. cap.* 18. *num.* 37. *&* 38. ubi respondet ad illud in contrarium allegari solitum, quod scilicet in causa alimentorum filiorum jubetur procedi summatim, & legitima loco 5 6

alimen-

alimentorum ſuccedit, quia argumentum hoc de alimentis ad legitimam non eſt perpetuò verum, ut multis *ibi* probat idem Valaſcus.

7 *Vel his de ſtirpe ſua*, &c.] Notatur ad hoc, quod cùm teſtator vocat ſtirpem, vel ſtatuit bona debere conſervari in ſtirpe, tùnc ſolùm continentur à ſe deſcendentes, non autem collaterales, cùm ſtirpis propriè dicatur incipere ab ipſomet patre teſtatore, ut per Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 88. *n.* 9. *& cons.* 317. *n.* 31. *& cons.* 376. *num.* 33. Peregr. *de fideicom. art.* 22. *n.* 23. Intrigl. *de ſubſtitut. cent.* 3. *q.* 81. *n.* 8. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 337. *n.* 1. Card. Tuſch. *tract. concl. tom.* 7. *lit. S, concl.* 504. *n.* quos refero *in tract.*

8 *de appellat. verbor. utriuſque juris ſignif. appell.* 250. *num.* 1. ubi *num.* 2. limito, ſi teſtator vocavit omnes de ſtirpe, & non extant deſcendentes, quia tunc veniunt tranſverſales.

9 In gloſſ. *Legitimam*, ibi, *ergo legitimam hîc appellat minuſculam.* Sed verius eſt, minuſculam hîc

10 pro minima parte accipi uni filiorum relicta, cùm maxima alii data eſſet, non autem id nomen legitimam ſignificat, ita Guid. Pancirol. *lib.* 1. *var. lection. c.* 39. *de legitima, & ejus origine.*

11 In gloſſ. *Liberæ*, ibi, *plurali numero tantùm conſuevit declinari.* Notatur ad hoc, quod liber in ſingulari numero pro filio reperitur, ſed latiniùs in plurali numero conſuevit declinari, ut per Cott. *in memorab. verbo liberum pro filio*, Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo ſuſceperit liberos, num.* 243. *de revoc. donat.*

## §. Legis autem.

12 Infans odio patris ſui non poteſt exhæredari quoad juſtitiam, rectitudinémq; exhæredationis, ſicque quoad impediendam teſtamenti reſciſſionem, excludendamque querelam inofficioſi teſtamenti. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.* Menchac. *tom.* 3 *ſuper hunc* § *pag.* 210.

13 Huic textui ex adverſo contrariatur *l. fin* § *fin. de liber. præteritis*, dum admittit ut poſthumus exhæredari poſſit, in quo non eſt cauſa, nec repetiri ingratitudo poteſt: antinomiam aſſerit, & ut talem inſolutam reliquit Jaſ. *in l. poſthumo, de bon. poſſeſſ. contra tabul. n.* 11. Gomez Arias *l.* 4. *Tauri, n.* 12. Ideo gloſſ. *verbo poſthumus, in eodem* §. *fin.* ſolvit quod corrigitur text. ille per hunc §. & ita cùm olim poſſet exhæredari poſthumus, §. *poſthumi, Inſtit. de exhæred. liber.* hodie non poteſt, ex text. *in præſenti*, ut exiſtimarunt gloſſ. *verbo poſthumi, in* §. *tam autem, Inſtit. hoc tit.* Port. *in d.* §. *poſthumi, num.* 9. Riminald. *num.* 457. Sed hoc eſſe non poteſt juxta temporum chronologiam, quia text. *in præſenti*, fuit editus anno Imperii tertio Juſtiniani, & à Chriſto nato 530. multo antea quàm text. *in d. l. fin.* §. *fin.* qui fuit editus anno quinto Imperii ejuſdem, & à Chriſto nato 532. Vnde videtur dicendum quod textus iſte probat poſthumum, & infantem exhæredari non poſſe, non tamen dicit, quod ſi exhæredatur, non valeat teſtamentum; nam in principio valet, ut *d. l. fin.* §. *fin.* ſed dum ait non valere, refertur ad effectum, quia reſcindi poteſt facilè, ex text. ibi, *repelli*, & ibi *prægravetur*, quia neceſſe eſt ut repellatur, ita Corraſ. *in l. fin. n.* 7. *ff. de poſthum. hared. inſtit.* Cujac. *l.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* Connan. *comment. juris civilis lib.* 9. *cap.* 10. *n.* 4. Pichard. *ad* §. *igitur quartam, n.* 28. *Inſtit. hoc tit.* dicit verum eſſe, poſthumum & pupillum infantiæ proximum non poſſe exhæredari, quia cauſam ingratitudinis committere non poſſunt, ſic ut per exhæredationem à ſucceſſione paternorum bonorum excludantur, juxta text. *in præſenti*, rectè tamen poſſe exhæredari, exhæredationémque valere quod ad primordialem attinet teſtamenti valorem, cùm ſit ejus obſervata formula, & poſſit poſthumus aut non naſci, aut natus querelam non inſtituere; natus ſi eam inſtituat, teſtamentum ſtatim ſubvertet, quo modo quod de poſthumi interpretatione dicitur, eſſe interpretandum concludit.

---

## SUMMARIUM.

1 *Querela competens licèt non ſit præparata ad filios, vel hæredes tranſmittitur, & n.* 3.

2 *Jus petendi legitimam, aut legitimæ ſupplementum ingratitudinis cauſa ab hærede non probata, ad nepotes tranſmiſſionis jure pertinet.*

4 *Nepos non admittitur ad querelam inofficioſi per patrem repudiatam, vel expreſsè, vel tacitè per lapſum temporis, ex perſona patris, & ſic ex jure tranſmiſſionis.*

5 *Querela inofficioſi tranſmittitur ad liberos, ſi non fuerit extincta.*

6 *Declaratur l. ſi quis filium,* §. *omne adjutorium, de inoffic. teſtam.*

7 *Legitima in pecunia relinqui poteſt.*

8 *Querela inofficioſi infra quinquennium, & non ultra, intentanda.*

9 *Nepos conceptus poſt mortem avi, ei non ſuccedit.*

10 *Querela repudiatio non valeret ante aditam hæreditatem.*

## L. Si quis filium. XXXIV.

*Idem* A. *Ioanni P. P.*

QUerela competens licèt non ſit præparata, ad 1
filios, vel hæredes tranſmittitur. Item jus petendi legitimam, aut legitimæ ſupplementum, in- 2
gratitudinis cauſa ab hærede non probata, ad nepotes tranſmiſſionis jure pertinet. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupra hoc tit.* Mench. *tom.* 3 *ſuper hanc l. pag.* 218.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt 3
Connan. *commentar. juris civilis lib.* 9. *c.* 8. *n.* 5. Roman. *ſing.* 299. Alciat. *lib.* 4. *paradox cap.* 18. *col.* 2. *& cap. fin.* Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 55. ubi ait quod filius exhæredatus querelam non præparatam tranſmittit ad filios quando ad eum illa competebat, & ſic nepotes iſto caſu ex perſona patris ſui habent querelam inofficioſi teſtamenti contra teſtamentum avi. Sed ſi filio non competebat querela, putà quia poſt mortem avi repudiavit vel ratione ingratitudinis, vel quia quinquennium tacuit poſt aditam hæreditatem, vel ratione relicti, quia ſibi aliquid relictum fuit, quo caſu non competebat querela, ſed jus ſupplementi, ut *l. omni modo, iſto tit.* tunc quia illis caſibus filio non competebat querela, nec etiam competet nepoti ex ejus patris perſona. Emman. à Coſta *in l. Gallus,* §. *& quod ſi tantum, part.* 3. *n.* 202. *ff. de liber. & poſt.* Aquilin. *in eodem* §. *& quid ſi tantùm, verſ. quid ſi nepos, numer.* 103. Sarmient. *ſelect. lib.* 4. *ad l. ſi quis poſthumos,* §. *filium, à n.* 2. *ff. de liber. & poſth.* ubi quando tranſmittatur querela, & de ſucceſſorio edicto in querela inofficioſi teſtamenti, & in contra tabulas bonorum poſſeſſione. Menchac. *de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 2. §. 20. *num.* 231. *cum ſeqq.* ubi etiam de ſucceſſorio edicto in contra tabulas bonorum poſſeſſione, & in querela inofficioſi teſtamenti, Tiraquell. *de jure primog. q.* 40. *num.* 32. ubi quod ſi filius moriatur ante aditam hæreditatem ab hærede inſtitutò, tranſmittit in filium querelam,

querelam, licèt nondum natam, neque præparatam: & *num.* 113. per hunc text. similiter tenet, quod cuilibet gradui defertur succeſſio à lege, & ſeducto primo gradu per expreſſam, vel tacitam repudiationem, jus illius non tranſmittitur ad gradum ſequentem, quia jus repudiatum non tranſmittitur: Et *n.* 114. quod nepos non admittitur ad querelam inofficioſi teſtamenti per patrem repudiatam, vel expreſsè, vel tacitè per lapſum temporis, ex perſona patris, & ſic
4 ex jure tranſmiſſionis. Menoch. *cons.* 105. *nu.* 83. ubi dicit, quod text. iſte loquitur de jure competenti, id eſt de querela, quæ filio competebat, ſed quæ nondum erat præparata, & dicitur tranſmitti ex quo jus quæſitum erat, licèt à filio non eſſet deductum in judicio; ſubditque idem Menoch. quod hic filius exhæredatus ideo non movit querelam inofficioſi teſtamenti, quia hæres ſcriptus diſtulit adire hæreditatem, & querela intentari non poteſt ante aditam hæreditatem, niſi ergo hic filius fuiſſet impeditus facto hæredis, eam querelam non tranſmiſiſſet. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo teſtamentum, nu.* 88. ubi
5 quod querela inofficioſi teſtamenti tranſmittitur ad liberos ſi non fuerit extincta. Baëz. *de non meliorandis filiab. c.* 34. *n.* 12. Alex. Trentacinq. *var. reſol. l.* 3. *tit. de donat. reſol.* 4. *n.* 14. Mangil. *de imputat. q.* 10. *num.* 10. *cum ſeqq.* Merlin. *de legitima, l.* 3. *tit.* 1. *q.* 4. *n.* 11. ubi quod hic text. loquitur de jure competenti, id eſt de querela, quæ filio competebat, ſed quæ nondum erat præparata, & dicitur hic tranſmitti, ex quo jus quæſitum erat, licèt à filio nondum in judicio eſſet deductum.

6 *Omne adjutorium nepotem de. elinquit.* ] Benè Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 20. *in princ. n.* 99. poſtquam tanquam veriſſimum firmavit, quod in querela inofficioſi ſit locus ſucceſſorio edicto, dicit non obſtare textum *in præſenti*; duplicem enim ſenſum habere affirmat, primum quod loquatur quando nepos volebat venire ad querelam ex perſona filii exhæredati jure tranſmiſſionis, id enim juxta hanc l. facere non poterat, quia querela non præparata non tranſmittebatur; non autem loquitur text. quando nepos vult admitti ad querelam ex perſona propria per ſucceſſorium edictum. Secundus ſenſus non ita reſtringit litteram text. Et eſt quod propterea hic nepos non potuit admitti ad querelam ex ſucceſſorio edicto, quia querela nunquam habuit initium in perſona filii, quia deceſſit filius ante aditam hæreditatem ab hærede ſcripto, quo tempore non erat nata querela, eſt autem principium in materia ſucceſſorii edicti, quod non habet locum niſi in jure jam delato, & in jure jam nato priori, *l. in vers. detulit, ff. de ſucceſſ. edicto*, & ſic meritò in hac l. inquit Imperator, nepotem omne adjutorium dereliquiſſe, quia neque ex perſona filii jure tranſmiſſionis ante hanc l. poterat agere querela, neque ex ſua perſona per ſucceſſorium edictum, cùm filius deceſſerit antequam hæres ſcriptus deliberaret. Pichard. *ad princ. Inſtit. de inoffic. teſtam. à n.* 70. ubi *num.* 73. conſtituit in ſpecie hujus noſtri text. nunquam patri delatam hæreditatem, aut jus agendi contra teſtamentum, eo quod deceſſit deliberante hærede ſcripto de adeunda hæreditate, atque ita non potuit eſſe certus ex qua cauſa ſibi hæreditas deferretur, & inde nepos non potuit admitti jure tranſmiſſionis, quod nunquam fuit patri delatum, nec jure proprio ex ſucceſſorio edicto quod non habet locum niſi in jure jam delato, Guttier. *in reper. l. pater filium, ff. hoc tit. n.* 30. ubi dicit quod hic text. ſi rectè inſpicitur, intelligitur ex perſona patris, quia olim querela non præparata non tranſmittebatur, *l.* 3. §. *fin. cum l. ſeqq. ff. hoc tit.* non verò loquitur text. iſte ex perſona propria; quod conſtat *ex ſeqq.* primò dum dicit quod eſt agendum de meritis patris; ergo paret quod tractatur de querela ſuæ perſonæ: ſecundò, quia text. *in fine*, dicit, quod ſi pater ſuperſtes tacuit per quinquennium ab adita hæreditate, vel repudiavit expreſsè, non fit tranſmiſſio dictæ querelæ ad nepotem; ergo loquitur in querela patris; nam ſi eſſet querela nepotis per ſucceſſorium edictum, non excluderetur prædicta querela repudiatione tacita, vel expreſſa, imò ſucceſſorium edictum tunc propriè locum habet, quando præcedens eſt excluſus tacitè vel expreſsè, vel per ſententiam. Deinde ſecundò, optimè, ut ait idem Guttier. intelligitur text. quod hic de novo hoc inducitur, ut querela, licèt non fuerit præparata, tranſmittatur, quamvis nondum cœperit competere, cùm illa demùm competat adita hæreditate, & non antea, & in hac l. pater nepotis deceſſerat deliberante adhuc hærede ſcripto, & ſic nunquam incepit competere dicta querela, cùm non eſſet adita hæreditas, & nihilominùs hoc dicitur *in præſenti*, ut etiam nondum competens patri, & non præparata tranſmittatur, & ſic ante hanc l. non potuit in illo caſu habere locum ſucceſſorium edictum, quia illud habet locum in jure jam delato. Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. ad princ. Inſtit. hoc tit. n.* 45. *vers. quarto, & num.* 46. ubi interpretationem hujuſmodi Guttier. refert, & declarat.

*Niſi certa quantitas*, &c. ] Notatur ad hoc, quod 7
legitima in pecunia relinqui poteſt, ut per Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 11. *n.* 2. Menchac. *de ſucceſſ. tom.* 1. *l.* 1. § 10. *n.* 258. Menoch. *de arbitr. caſu* 162. *à num.* 5. ſubdit quod evitari hic text. poteſt, cùm ejus verba citata referri poſſint ad certam quantitatem bonorum immobilium.

*Vel quinquennium tacuit*, &c. ] Notatur ad hoc 8
quod infra quinque annos, & non ulteriùs, debet intentari querela inofficioſi teſtamenti, ut per Bart. *in l. ſi conſtante*, §. 2. *n.* 3. *ff. ſoluto matr.* Anton. Gomez *var. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 16. Boër. *dec.* 250. *in princ.* Corduba de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *utrum*, *n.* 54. *cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Donell. *comment. juris civilis, l.* 19. *c.* 6. *vol. antep.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo implorare n.* 39. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo teſtamentum, n.* 87. Rota poſt tract. Merlin. de *legitima, dec.* 65. *n.* 12.

In Gloſſ. *Conſtitutum*, ibi, *ſi enim vivo avo non* 9
*ſit conceptus, nullo jure ad hæreditatem ejus admittitur.* Notatur ad hoc, quod nepos poſt mortem avi conceptus, ei non ſuccedit, ut per Tiraquell. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 9. *num.* 83. *&* 93. Roderic. Xuar. *in repetit. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *num.* 56. Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo & ſobolem, numer.* 42. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 10. *num.* 14.

In gloſſ. *Hæreditatem, fin.* ibi, *nam neque ante adi-* 10
*tam hæreditatem, repudiatio querelæ valeret*: ita Roder. Xuar. *in reper. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 39. Duen. *reg.* 349. *vers. limita primò.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Princeps concedens liberam teſtandi facultatem, conceſſiſſe legitimam & conſuetam præſumitur, num.* 2.

3 *Statutum permittens filiumfam. teſtari, intelligitur ſine præjudicio uſusfructus, quem pater habet in adventitiis.*

4 *Privilegium conceſſum alicui, ut liberè teſtetur, intelligendum eſt ſervatis regulis, ac ſolemnitatibus juris.*

5 *Licentia*

5 *Licentia patri conceſſa ut poſſit alienare bona filii, intelligitur, ſervatis ſervandis, &c.*

6 *Privilegium eſt ſtrictè interpretandum.*

7 *Pacto pater non tollit filio querelam inofficioſi, & nam.* 8.

9 *Renuncians ſucceſſioni poteſt nihilominus petere ſupplementum legitimæ, niſi juret renuntiationem, vel poſt mortem patris conſentiat, vel fiat inter fratres cum conſenſu patris pactum de non ſuccedendo.*

10 *Filius conſentiens expreſsè, vel ſpecificè gravamini, habeat ætatem & perſonam legitimam ad ſe obligandum, & conſentiendum.*

11 *Filius poſt mortem patris poterit conſentire gravamini appoſito in legitima. Quid ſi aſſignata fuerit legitima in vita patris, & poſtmodum facultates augeantur, an debeat augeri, vel ſupleri legitima, n.* 12. *Reſolve ut n.* 13.

14 *Pacta futuræ ſucceſſionis non confirmantur juramento.*

15 *Accipiens ſimpliciter id quod ſibi eſt donatum aut relictum pro legitima, non perdit jus agendi ad ſupplementum abſque ſpeciali renuntiatione, & n.* 16. *Non ſolùm quando nulla legitima relinquitur, aut minus legitima relictum eſt, ſed etiam quando integra legitima relicta fuerit, ſi onus, conditio, gravamen, aut modus ei apponatur, n.* 17. *Niſi in generali renuntiatione interveniſſet juramentum, n.* 18. *Vel filius promiſerit ſe non plus petiturum, aut nihil plus petiturum, aut nihil petiturum de cuncta ſubſtantia patris, n.* 19. *Vel filius, aut filia renuntiaverit omnibus bonis paternis integraliter, & ſine diminutione, n.* 20. *vel renuntiatio facta à filio nihil aliud ſignificare, & operari poterit quàm remiſſionem, atque renuntiationem legitimæ, & ejus ſupplementi, n.* 21. *Vel adhibita ſit clauſula, non obſtante diſpoſitione requirente ſpecialem renuntiationem, n.* 22. *Vel aliter quàm per expreſſum conſenſum conſtaret de voluntate filii, quod legitimæ ſupplemento antè gravamini impoſito legitimæ conſentire vellet, n.* 23.

24 *Filius in ipſo actu teſtandi bene poteſt conſentire ut non inſtituatur, ſed prætereatur, vel exheredetur, & privetur ſua legitima; ſecus ſi ante, vel poſt teſtamentum, n.* 25.

26 *Onus adjectum legitimæ ipſo jure pro non adjecto habetur, ubi non adhibetur conſenſus filii.*

## L. Si quando talis. XXXV.

### *Idem* A. *Iuliano.* P. P.

1 PRinceps concedens liberam teſtandi facultatem, conceſſiſſe legitimam & conſuetam præſumitur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *numer.* 1. *ſuprà hoc. tit.* Menchac. *tom.* 3. *ſuper hanc l. pag.* 22.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hſpan.* 5. *tit.* 1. *part.* 6. ubi Gregor. Lopez *in gloſſ.* 1. Tiraq. *in l. ſi unquam, in præfat. num.* 33. ubi dicit quod quando alicui conceditur facultas ad aliquem actum, quem antè facere non poterat, intelligitur ſervata ſolemnitate, Mench. *de ſucceſſion.*

3 *tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *n.* 335. Cremenſ. *ſing.* 154. Pinel. *ad l.* 1. *de bonis matern. p.* 1. *n.* 44. unde infert, quod ſi ſtatutum permittat filiumfam. teſtari, intelligitur ſine præjudicio uſusfructus, quem pater habet in ad-

4 ventitiis, Molin *de primog. lib.* 1. *cap.* 14. *n.* 19. ubi quod privilegium conceſſum alicui, ut liberè teſtetur, intelligendum eſt ſervatis regulis, ac ſolemnitatibus juris, idem Mol. *lib.* 2. *n.* 11. *vers. tertiò.* Hippol. *ſing.* 328. Boër. *dec.* 244. *n.* 3. & 4. Ias. *in l. Præſes, n.* 6. *de tranſact.* ubi quod licentia patri conceſſa, ut 5
poſſit alienare bona filii intelligitur ſervatis ſolemnitatibus, interveniente̊que judicis decreto, ut fieri conſuevit, Gozadin. *cons.* 4. *n.* 29. ubi quod data facultate alienandi fundum, intelligitur cæteris ſolemnitatibus obſervatis optimè Menoch. *remed.* 6. *recuperand. poſſeſſion. numero* 23. *cum ſequentibus*, ubi quod inhabilis ad actum celebrandum diſpenſatus, ſub ea forma diſpenſatus dicitur, ut ſervare habeat, quæ aliàs poſtmodùm regulariter, & neceſſariò ad celebrationem, explicationémque actus exiguntur. Guttierrez *in repetit. l. nemo poteſt, ff. de legatis* 1. *n.* 7. ubi *n.* 8. ait textum *in præſenti*, eſſe intelligendum, præterquam ſi aliàs talis conceſſio nihil operaretur, quia tunc cenſetur remiſſa omnis ſolemnitas, & derogatum juri communi, utputà quando conceſſa eſt facultas alicui aliàs inhabili ad teſtandum, quia aliàs nihil operatur illa facultas. Et *n.* 9. refert elegantem Cyni declarationem in propoſito, Cald. Pereira. *de extinct. ſive reſolut. emphyt. c.* 7. *n.* 23. ubi quod omnis licentia, ſeu ſimplex conceſſio intelligitur facta ſecundùm naturam rei, de qua agitur, dummodò forma & neceſſaria ſolemnitas obſervetur, Valaſc. *de jure emphyt. q.* 38. *n.* 23. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 30. *n.* 46 *& conſ.* 245 *n.* 42. idem Guttierrez *pract. lib.* 2. *q.* 67. *n.* 1. *in vers. tertiò quia facultas, & n.* 2. *vers. tertium etiam fundamentum*: idem Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, num.* 129. Caſtill. *controvers. lib.* 4. *c.* 36. *n.* 44. *& n.* 69. ubi poſt Guttier. *in d. vers. tertium etiam fundamentum, ait textum in præſenti*, procedere reſpectu ſolemnitatis actus teſtandi, ſecus verò reſpectu voluntatis circa diſpoſitionem, quando ipſa libera conceditur, & citat Menoch. *d. arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 40. in illis verbis ibi, & clariùs Ruin. *in cons.* 100. *n.* 2. *lib.* 1. declarando *d. l. ſi quando*, dicebat eo caſu conceſſionem ſimpliciter tantùm fuiſſe factam, ut poſſet teſtari, ſecus ſi duo reſpiceret, ac contineret, quod teſtari poſſet, & liberè &c.

Notari ſolet hic text. ad hoc, quod privilegium 6
eſt ſtrictè interpretandum, ut per Bernard. *reg.* 579. *pag* 153.

In gloſſ. *Conceditur* 1. Hanc gloſſ. ſequitur, & ab aliis communiter ſequi affirmat Clar. *in* §. *teſtamentum, quæſt* 34. *num.* 3. dum ita diſtinguit, aut ille cui princeps concedit facultatem teſtandi, eſt aliàs de jure communi inhabilis ad teſtandum, & tunc facultas intelligitur ſervata ſolemnitate juris communis; aut verò talis facultas eſt conceſſa alicui, qui ſit habilis ad teſtandum, & hoc caſu conceſſo quod aliquid operetur, intelligitur abſque ſolemnitatibus juris communis.

### §. Illud etiam ſancimus.

Pacto pater non tollit filio inofficioſi querelam. 7
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *nu.* 1. *ſuprà hoc tit.* Mench. *tom.* 3. *ſuper hunc* §. *pag.* 237.

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt 8
Alvar. Valaſc. *de partition. c.* 16. *n.* 35. *cum ſeqq.* Ant. Gomez *var. tom.* 1. *c.* 11. *n.* 14. *propè fin.* Caſtill. *quotidian. tom.* 5. *c.* 107. *n.* 75. *vers. ſecundò*, ubi ait hoc text. probari quod pactum factum per filium patri de non agendo querela inofficioſi, vel de non petendo ſupplementum legitimæ ſeu legitimam, non noceat filio, adeò ut mortuo patre legitimam petere poſſit.

Et hinc Doctores inferunt, renuntiantem ſucceſ- 9
ſioni poſſe nihilominus petere ſupplementum legitimæ, niſi juret renuntiationem, vel poſt mortem patris conſentiat, vel fiat inter fratres cum conſenſu

patris

patris pactum de non ſuccedendo, de quo vide Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 28. Boër. *dec.* 14. *&* 62. *à princ.* Meneſes *in l. donationis, n.* 3. *&* 4. *de tranſact.* Covar. *in cap. Raynutius,* §. 1. *n.* 7. *de teſtam.* Anton. Gomez *tom.* 1. *var. c.* 11. *n.* 14. *vers. vel aliter, & n.* 31 *& l.* 22. *Tauri, n.* 5. *col.* 4. *& n.* 12. *cum ſeqq.* ubi Tell. Fernand. *n.* 26. *ad fi.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *n.* 527. Aquilin. *in l. Gallus* §. *& quid ſi tantum, p.* 1. *n.* 247. *ff. de lib. & poſth.* Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *c.* 19. *& in c. quamvis pactum, in initio, n.* 27. 32. 39 *&* 40. Cened. *ad Sextum, collect.* 10. *n.* 2. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 163. Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. ad* §. *ſed hæc, n.* 19. *cum ſeqq. Inſtit. hoc tit.* Caſtill. *controv. tom.* 5. *c.* 107. *ſub num.* 46. Cancer. *var. tom.* 1. *cap.* 3. *de legitima, num.* 23. ubi ait procedere hunc §. ubi filius ante teſtamentum conſenſit ut apponatur gravamen ſuæ legitimæ quia tunc per pactum ſibi in legitima præjudicare non poteſt, niſi ſit juratum.

10 Notandum eſt valdè in hac materia, quod filius, qui expreſsè atque ſpecificè gravamini conſenſerit, habeat ætatem, & perſonam legitimam ad ſe obligandum, & conſentiendum; nam ſi in ea ætate conſentiret, in qua ſe obligare non poſſet, aut ſe efficaciter obligare non valeret, poſſet poſtmodùm adverſus conſenſum, & obligationem reclamare, juriſque remediis ſibi conſulere intra tempora à jure ipſo conſtituta, & declarare ſe velle legitimam liberam, ut latè probat Caſtill. *d. tom.* 5. *cap.* 17. *ex n.* 47. ubi in contrarium adductis reſpondet.

11 *Poſt obitum patris*, &c. ] Ergo poſt mortem patris poterit filius gravamini appoſito in legitima conſentire, de quo vide Roder. Xuar. *in repetit. d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 31. Guillelm. *in c. Raynutius, verb. relinquens, el* 2. *n.* 18. Covarr. *in c. Raynutius,* §. 2. *n.* 2. *de teſtam.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 36. *& c.* 11. *num.* 9. Anton. Gomez *variarum tom.* 1. *c.* 11. *n.* 31. Surd. *dec.* 21. *n.* 20. Alvar. Valaſc. *de partit. c.* 16. *n.* 40.

12 Quid ſi aſſignata fuerit legitima in vita patris, & poſtmodum facultates augeantur, an debeat augeri, vel ſuppleri legitima? vide Menchac. *de ſucceſſion. creat. tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *n.* 462. *& lib.* 2. §. 18. *n.* 43. *cum ſeqq. & n.* 80. *&* §. 20. *n.* 295. Covar. *in cap. Raynutius,* §. 1. *n.* 8. *de teſtam & in c. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *part.* 3. §. 1. *n.* 2. ubi Guttier. *verbo à filia, n.* 7. Alvarad. *de conject. mente defuncti, lib.* 2. *c.* 2. § 1. *n.* 92. Menoch. *cons.* 72. *n.* 28. *&* 29. Roder. Xuar. *in repetit. l. quoniam in prioribus, limit.* 4. *leg. Regni, n.* 40. Caſtill. *l.* 23. *Tauri, col.* 2. ubi Tell. Fernandez *n.* 16. Mieres *de majoratu, part.* 1. *q.* 10. *num.* 7. Baëz. *de non meliorandis filiabus, c.* 5. *n.* 24. *& c.* 31. *per tot.* Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 38. Graſſ *in* §. *legitima q.* 13. Matienz. *l.* 7. *gloſſ.* 2. *ex n.* 9. *tit.* 6. *lib.* 5. *nova Recop.* Alex. Raudenſ. *de analog. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 54. Peregrin. *de fideicommiſſ. art.* 36. *n.* 17. *cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ.* 18. *princ. n.* 87. *cum ſeqq.* Angul. *ad leges meliorat. l.* 7. *gloſſ.* 5. *per tot.* Flores *ad Gam. dec.* 206. *n.* 5. Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 3. *c.* 5. *n.* 11. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *num.* 56. Cevall. *commun. contra commun. q.* 204. *per tot.* Alvar.

13 Valaſc. *de partitionibus, c.* 21. *n.* 19. *cum ſeqq.* ubi *n.* 15. reſolvit quod partitio bonorum facta à patre inter filios, & aſſignatio legitimarum, ac traditio facta à patre in vita cum clauſula quod amplius non petent de bonis parentis, etiamſi poſtea augeatur paterna ſubſtantia, adjecto in tali partitione juramento, adeò valebit, ut auctis poſtea facultatibus, vel diminutis, neque filius adversùs bona paterna, neque pater adversùs bona filii amplius audiendi ſint, propter vim juramenti: & *num.* 16. affirmat quod ad hoc ut in Regno Portugaliæ valeat diviſio facta à patre in vita inter filios, & ut ſit irrevocabilis, etiamſi poſtea bona patris augeantur, neceſſum eſt ut ſi fuerint filii in poteſtate, vel minores ætate, impetretur à Rege ætatis ſupplementum, ut habeat eos pro majoribus quoad illum actum partitionum, & ut interponatur in eo actu partitionum juramentum, quod aliàs in illo Regno interponere non licet, propter prohibitionem Ordinat. Regiæ *lib.* 4. *tit.* 73. & his adhibitis cum adjecto pacto de ulteriùs non ſuccedendo, manebunt partitiones in vita factæ irrevocabiles, & neque etiam auctis poſtea paternis facultatibus licebit filiis amplius ex illis legitimam petere.

In gloſſ. *Prægravari*, ibi, *etiamſi jurejur.* &c. Notatur ad hoc quod pacta futuræ ſucceſſionis juramento non confirmantur, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, in princ. n.* 152. *& de jure primogen. q.* 6. *n.* 18. Menoch. *cons.* 1. *num.* 148. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. 14

## §. Et generaliter.

Simpliciter accipiens id, quod eſt ſibi donatum, aut relictum pro legitima, non perdit jus agendi ad ſupplementum abſque ſpeciali renuntiatione, cùm in generali renuntiatione, quam facit filius de bonis paternis, non cenſeatur renuntiatum ſupplemento legitimæ. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſup. à hoc tit.* Mench. *tom.* 3. *ſuper hanc l. pag.* 258. 15

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Bernard. *reg.* 212. Socin. *reg.* 287. Alphan. *collect.* 235. Greg. Lopez *l.* 6. *gl. ff. fin. tit.* 8. *part.* 6. *& gloſſ. fin. col.* 8. *q.* 15. *poſt princ. l.* 32. *tit.* 9. *eadem part.* 6. Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 9. *à princ. & ampl.* 10. *n.* 4. *col.* 3. *& n.* 47. *& ſuper declar. leg. Regni, q.* 5. *n.* 5. Tiraq. *de jure primogen. q.* 55. *n.* 2. *cum ſeqq. & n.* 15. Cov. *in c. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *p.* 3. §. 3. *n.* 3. Avendan. *ad l.* 29. *Tauri, gloſſ.* 3. *num.* 1. Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 66. *pag.* 412. Guttier. *pract. lib.* 3. *c.* 83. *n.* 2. Cevall. *commun. contra commun. q.* 779. *n.* 139. *cum ſeqq.* Anell Amat. *cons.* 1. *n.* 113. ubi dicit procedere in eo, cui ex neceſſitate, non verò ex voluntate tantùm legitima debetur, Anguian. *de legibus lib.* 3. *controv.* 20. *n.* 42. *cum ſeqq.*

Pro abſoluta hujus text. & ejus materiæ explicatione videndi ſunt,

Ex conſulentibus Ioan. de Anania *cons.* 99. Dec. *cons.* 26. *n.* 3. *& cons.* 81. *in princ. & cons.* 218. *num.* 3. *cum ſeqq. & cons.* 235. *n.* 7. *& cons.* 228. *n.* 3. *cons.* 304. *n.* 9. *& cons.* 505. *n.* 3. *& cons.* 687. *per tot.* Anchar. *cons.* 101. ferè *per tot. & con.* 152. Alex. *cons.* 89. *lib.* 4. *& cons.* 69. *ex n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 180. *lib.* 5. Raph. Cuman. *cons.* 25. *n.* 52. *&* 188. Berol. *cons.* 92. *ex n.* 53. *& cons.* 136. *lib.* 2. Pariſ. *cons.* 17. 26. *&* 44. *lib.* 2. *cons.* 9. *n.* 5. *& cons.* 43. *n.* 31. *lib.* 3. Natt. *cons.* 321. *n.* 5. *lib.* 2. Gurt. *cons.* 159. 191. *&* 315. Socin. jun. *cons.* 122. *per tot. &* 136. *lib.* 1. Curt. ſen. *cons.* 75. *per totum* Ruin. *cons.* 56. *lib.* 2. Capra *cons.* 165. *ex numero* 20. Calcan. *cons.* 47. *col. fin.* Cardin. Alban. *cons.* 37. *ex num.* 3. Ioan. Cephal. *cons.* 44. 153. 188. 191. 337. *&* 563. Roland. *cons.* 62. *ex n.* 11. *& cons.* 78. *n.* 5. *&* 13. *cum ſeqq. vol.* 1. *& cons.* 97. *n.* 13. *vol.* 2. *& cons.* 99. *ex n.* 3. *& n.* 21. *cum ſeq. lib.* 4. Bertazol. *cons.* 75. *n.* 19. *&* 22. *in civilibus*, Franciſc. Capileſtius *cons.* 178. *ex n.* 11. *inter conſilia ultim. volunt. vol.* 2. Laderch. Imolenſ. *cons.* 16. *ex n.* 2. Tiber. Decian. *cons.* 32. *n.* 40. *&* 102. *cum ſeqq. lib.* 2. Alciat *reſp.* 497. *ex num.* 2. ſecundùm impreſſ. antiquam Lugdunenſ. aliàs *reſp.* 48. *num.* 4. *lib.* 9. ſecundùm impreſſ. novam Venetam, Mar. Anguiſ. *cons.* 66. *ex num.* 16. Beret.

*cons.*

*cons.* 133. *n.* 7. *& cons.* 144. *n.* 3. Franc. Burſat. *cons.* 44. *n.* 17. *& cons.* 92. *n.* 10. *& cons.* 102. *num.* 11. *lib.* 1. *& cons.* 355. *n.* 71. *& cons.* 385. *lib.* 3. Achil. Pedrocha *cons.* 6. *ferè per tot.* Burg. de Paz. *cons.* 14. *ex nu.* 55. Hieron. Gabr. *cons.* 96. *&* 124. *lib.* 1. Marc. Anton. Eugen. *tom.* 1. *cons.* 38. *ex n.* 7. 8. *&* 18. Anton. Galeat. Malvaſ. *cons.* 114. *n.* 3. *& cons.* 117. *ex n.* 2. Menoch. *cons.* 71. *per tot. lib.* 1. *& cons.* 196. *ex n.* 14. *lib.* 2. *& cons.* 206. *num.* 95. *&* 97. *lib.* 3. *& cons.* 603. *n.* 51. *lib.* 5. *& cons.* 403. *ex n.* 10. *& cons.* 411. *n.* 28. *eodem lib.* 5. *& cons.* 681. *n.* 35. *lib.* 7. *& cons.* 903. *n* 2. *cum ſequentibus, lib.* 10. *& cons.* 1041. *per totum, lib.* 12. Ludov. Morot. *reſp.* 9. *ex num.* 20. Vincent. Honded. *cons.* 59. *num.* 40. Surd. *cons.* 215. *à n.* 1. *uſque ad* 25. *lib.* 2. *& cons.* 357. *ex n.* 51. *lib.* 3. *& cons.* 512. *num.* 20. *cum ſeqq. eodem lib. & cons.* 541. *n.* 28. *& cons.* 570. *lib.* 4. Cald. Pereira *in reſp. pro Ferdinando Pereira*, *n.* 4. Aldovin. *cons.* 104. *n.* 4. Alvar. Valaſc. *cons.* 130. *num.* 4.

Ex decidentibus Milanenſ. *dec.* 11. *n.* 57. *lib.* 1. *decis. Dolana* 61. *&* 134. Hieron. Magon. *Forent. decis* 35. *& Lucenſi dec.* 85. Joſeph. Ludov. *Lucenſi decis.* 28. *ex n.* 2. *uſque ad n.* 33. *& à num.* 42. *uſque ad* 75. Anglois *dec.* 32. *q.* 1. Rota Roman. *decis.* 200. 206. *&* 449. *p.* 1. *recentior. & dec.* 419. *n.* 5. *& dec.* 463. *num.* 4. *p.* 2. *recentior. & dec.* 541. *num.* 2. *&* 3. *p.* 1. *recentiſſim.* aliàs *p.* 2. *in poſthum. & dec.* 230. *num.* 15. *& dec.* 420. *num.* 2. *cum ſequentibus, p.* 2. *in poſthum.* & poſt tract. Merlini *de legitima dec.* 85. *à princ.* ubi quod legitimæ ſupplementum debetur filiis & aliis deſcendentibus.

Ex Repetentibus Roderic. Xuar. *ad l. quoniam in prioribus, ampl.* 2. *&* 3. *& ampl.* 10. *ex nu.* 1. *uſque ad n.* 12. *& n.* 48. *& ſeq.* ubi Valdeſ. *in addit.* Cagnol. *in l. Papinianus, §. meminiſſe, num.* 17 *ff. hoc tit.* Paul. Pic. *in l. in quartam, n.* 228. *ff. ad legem Falcid.* Covar. *in cap. Raynaldus, de teſtam. §.* 2. *n.* 3. *&* 4. *& in cap. quamvis pactum, de pactis lib.* 3. *part.* 3. *§.* 1. *n.* 2. Guttier. *in d. c. quamvis pactum, in initio, & n.* 32. *uſque ad* 44. Petr. de Peralta *in l. cùm patronus, ff. de legat.* 2. *cum multis ſeqq.*

Ex ſcribentibus Phanut. *in tract. de inventar. part.* 7. *n.* 127. Tiraq. *de jure primogen. q.* 55. *n.* 6. Anton. Gomez. *var. tom.* 1. *c.* 11. *num.* 25. 26. *&* 31. Cuch. *in tract. de legitim., tit. nec uſufructu defraudari, n.* 35. *cum ſeq. & tit. legitima nullam gravamen admittit, ex num.* 27. *& tit. inſtitutus in portione excedente legitimam, ex n.* 40. Ant. Gabr. *comm. lib.* 6. *tit. de legitima, concl.* 8. Menc. *de ſucceſſ. creat. tom.* 1. *lib.* 1. *§.* 10. *n.* 244. 245. 255. 271. *cum ſeq.* 345. *cum ſeq.* 532. *cum ſeqq. &* 442. *cum ſeqq.* Surd *de alim. tit.* 2. *q.* 15. *ex num.* 179. Alex. Raudenſ. *de analog. lib.* 1. *c.* 19. *n.* 21. *& ſeq. & var. c.* 7. *ex n.* 19. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſ.* 196. *ex n.* 14. Marzar. *in epit. fideicommiſſ. q.* 50. Angel. Matheac. *de legat. & fideicomm. lib.* 4. *c.* 15. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *ex n.* 61. *cum multis ſeqq.* Molin. *de primogen. lib.* 1. *c.* 1. *ex num.* 30. *& c.* 11. *n.* 9. Card. Mantic. *de conjectur. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *ex num.* 8. Morquech. *de divis. bonor. lib.* 4. *c.* 5. *ex nu.* 21. Simon de Prætis *de interp. ult. vol. lib.* 3. *dubit.* 5. *ſolut.* 6. *n.* 7. Angul. *ad leges meliorat. l.* 11. *gloſſ.* 3. Seraphin. *de privileg. juramenti privil.* 70. Craſſ. *§. legitima, q.* 3. *ex num.* 9. *& quæſt.* 38. *&* 47. Jacob. Cancer. *var. reſolut. tomo* 1. *cap.* 3. *de legitima, n. fin. & tom.* 2. *c.* 2. *de invent. num.* 203. *cum ſequentibus & c.* 21. *de tranſmiſſionibus, ex num.* 128. Fachin. *controvers. libro* 5. *c.* 96. Fontanel. *de pactis nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 24. *ex num.* 39. *uſque ad num.* 51. *& gloſſ.* 21. *n.* 41. *part.* 1. *& tom.* 2. *gloſſ.* 10. *claus.* 5. *q.* 1. *ex num.* 30. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo legitima, n.* 5. Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom.* 5. *lit. L, concl.* 214. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom.* 2. *cap.* 247. *ex n.* 28. *& cap.* 249.



*& tom.* 3. *c.* 594. *ex n.* 11. *& tom.* 4. *cap.* 731. *ex num.* 5. *& cap.* 743. *ex n.* 1. Alexand. Trentacinq. *variarum reſolut. lib.* 1. *tit. de legitima, reſolut.* 4. *per totum*, ubi latè & eleganter de materia hujus text. Mar. Giurb. *ad conſuetudin. Meſſanens. cap.* 6. *gloſſ.* 9. *part.* 1. *ex num.* 24. *uſque ad num.* 9. latiſſimè & eleganter Caſtill. *controvers. tom.* 5. *c.* 107. *ex n.* 53. *vers. præterea, cum multis ſeqq.* Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 26. *cum ſeqq.*

Amplia hujus text. deciſionem procedere non ſolùm quando nulla legitima relinquitur, aut minus legitimâ relictum eſt, ſed etiam quando integra legitima relicta fuerit, ſi onus, conditio, gravamen, aut modus apponatur, ut ſcilicet quietatio, aut renuntiatio generalis, ſive etiam approbatio generaliter facta, aut quod filius ſimpliciter agnoverit judicium parentis, non impediat petitionem legitimæ, aut ejus ſupplementum, aut etiam jus habendi legitimam ipſam (quæ integra relicta eſt) abſque ullo onere, vel gravamine, ut reſolvit Caſtill. *d. c.* 107. *n.* 56. *& à num.* 63. diſputat an deciſio hujus §. procedat etiam quando pluſquam legitima relictum eſt, ſive in recompenſationem gravaminis legitimæ, melioratio tertii & quinti bonorum facta: & *a num.* 66. quærit etiam, an ſimpliciter procedat, vel non, quando filio pluſquam legitima relictum eſt, ſive in his Hiſpaniarum Regnis ipſe ultra legitimam melioratus, ut tunc adeundo ſimpliciter hæreditatem, ſive etiam teſtamentum aut diſpoſitionem approbando generaliter, ſive de bonis immiſcendo, videatur gravamini legitimæ conſentiſſe, nec poſſit eam detrahere, aut diſponere de ipſa quando dies fideicommiſſi, aut primogenii inſtituti ceſſerit? de quo etiam Alex. Trentacinq. *d. tit. de legitima, reſol.* 4. *à n.* 1. Et optimè Rota apud Merlin. *de legitima, dec.* 75. *n.* 1. ubi quod ſupplementum legitimæ debetur quamvis fuerit filius prohibitus plus petere, cùm talis prohibitio lege rejecta & reprobata habeatur pro non ſcripta. 17

Limita primò principalem hujus text. concluſionem ut non procedat quando in generali renunciatione interveniſſet juramentum; nam tunc in generali hæreditatis renuntiatione dicitur renuntiatum legitimæ, ſeu ejus ſupplemento, de quo tamen an verum ſit, vide Menoch. *cons.* 71. *num.* 24 *& cons.* 81. *num.* 29. Tiraquel. *in l. ſi unquam, in præfat. n.* 144. *& n.* 160. *& de jure marit. gloſſ.* 7. *n.* 159. *&* 178. Covar. *in c. quamvis pactum, de pactis lib.* 6. *part.* 3. *§.* 1. *n.* 2. Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 20. *de repud. n.* 26. *pag.* 136. Maſcard. *de probat. concl.* 1252. *n.* 3. Guttier. *de juram. confirm. part.* 1. *c.* 19. *n.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 90. Seraphin. *de privileg. juram. privil.* 79. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 15. *n.* 4. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 1. *tit. de legitima, reſol.* 4. *num.* 3. *per totum*, ubi caſus nonnullos diſtinguit, Caſtill. *dict. tom.* 5. *cap.* 107. *num.* 57. *vers. ac primùm* Cald. Pereira *in reſp. pro Ferdinando Pereira, num.* 4. *ad fin.* 18

Limita ſecundò, ut etiam non procedat deciſio hujus text. ac proindè legitimæ, & ſupplemento ejus, vel etiam gravamini, aut oneri cenſeri renuntiatum, cùm filius promiſit plus non petere, aut nihil petere, aut de cuncta ſubſtantia patris nihil petere, ut per Menoch. *dicto cons.* 71. *ex numer.* 13. *uſque ad num.* 19. Alexand. Trentacinq. *d. reſolut.* 4. *num.* 5. 19

Limita tertiò non procedere quando filius, ſeu filia renuntiat omnibus bonis paternis integraliter, & ſine diminutione; nam hæc renuntiatio excludit etiam à petitione legitimæ, ſeu ejus ſupplementi, ut per Menoch. *d. cons.* 71. *n.* 11. Alexand. Trentacinq. *dict. reſol.* 4. *num.* 7. Caſtill. *dict. cap.* 107. *num.* 57. *vers. quarto.* 20

21 Limita quartò non procedere quando renunciatio facta à filio inhil aliud ſignificare,& operari poteſt quàm remiſſionem, atque renunciationem legitimæ, & ejus ſupplementi. Menoch. *d.cons.71. n.23.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 9.* Caſtill. *d. c. 107. num.57. vers. ſexto.*

22 Limita quartò non procedere quando adhibita eſt clauſula,non obſtante diſpoſitione requirente ſpecialem renunciationem,ex Menoch. *d.cons.71. n. 19.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 8.* Caſtill. *d.c. 107. n. 57. vers. tertiò.*

23 Limita ſextò non procedere ubi aliter quàm per expreſſum conſenſum conſtaret de voluntate filii, quod legitimæ ſupplemento, aut gravamini impoſito legitimæ conſentire vellet, quaſi non ſit pro forma requiſitum in hoc text. quod ſpecialis, expreſſáque agnitio voluntatis, aut judicii parentis interveniat,ſed ſufficiat quomodolibet conſtare de voluntate filii, etiam per conjecturas & præſumptiones, & ſic tacitum conſenſum induci, ad quod vide Petr. de Peralta *in l. cùm patronus, ff de legat.2.n.8.in princ. & num. 16. in vers. ex quibus patet*, Seraphin. *d. privileg. 70. n. 10.* Surd. *cons.421.n.29.& 30.*Alex. Trentacinq. *d. tit. de legitima, reſol. 4. ſub n. 2. vers. & pro reſolutione hujus caſus, & vers. quod igitur in caſu noſtro*, Fontanell. *de pactis nupt. laus. 4.gloſſ.24.n.44. cum ſeqq.* Iacob. Cancer. *variarum. reſolut. tom. 2. c. 2. de inventario, n. 203.* Benè Caſtill. *d.c. 107. n.57. vers. tertiò veriſſimum*, ubi dicit quod licèt ex eo ſolùm quod judicium parentis ſimpliciter filius agnoverit, ſive etiam ſe bonis immiſcuerit, & illa poſſederit, aut teſtamentum,vel diſpoſitionẽ generaliter approbaverit, non videatur gravamini legitimæ conſentire, nihilominùs tamen non excludi videtur quin ultra agnitionem ſimplicem judicii parentis, aut approbationem generalem diſpoſitionis ejus,quæ ſola non ſufficit, ex aliis conjecturis, & præſumptionibus de voluntate conſtare poſſit, aut de voluntate apparere id ſufficiat,nec quando evidenter per actum facti de voluntate conſtare videatur, expreſſus,atque ſpecificus conſenſus pro forma requiratur: & ideò ſolam ſimplicem agnitionem hæreditatis non ſufficere firmavit Rot. *dec. 206. n. 6. p. 1. recent.* & idem de generali approbatione teſtamenti cenſuit *dec.449. num. 4. & dec. 653. n.9. ead.p.1.* Mangil. *de imputat. q. 90. n. 54 & q.7 n.41.& 42.*Stephan.Grat. *diſcept. forens.c.731.n.7.*

24 In gloſſ. *Indicium fin.* Notatur ad hoc, quod in ipſo actu teſtandi benè poteſt filius conſentire, ut non inſtituatur, ſed prætereatur, vel exhæredetur,& privetur ſua legitima; ſecus ſi ante, vel poſt teſtamentum; tunc enim non poſſet, quia eſt pactum de non ſuccedendo, ut per Anton. Gomez *var.tom.1. c. 11. n. 31. propè fin. vers. ſed his non obſtantibus*, Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, ampl. 10. n. 32. 37. & 38.* Covar. *in cap. Raynaldus, §.2. n.2. de teſtam.* Avendan. *ad l. 40. Tauri, gloſſ. 1. ad fin.* Guttier. *ad cap. quamvis pactum, de pactis lib. 6. in princ. n. 27. cum ſeqq. & pract. lib. 3.quæſt.76.n.2.* Sanchez *de matrimon. lib. 6. diſp. 4 n.19.*Cald. Pereira *in reſp. pro Ferdinando Pereira, num. 6. & de poteſtate eligendi cap.16.n.30.*

25 In eadem gloſſ. ibi, *aliàs ipſo jure eſſet nullum*, &c. Notatur ad hoc, quod onus adjectum legitimæ ipſo jure, pro non adjecto habetur ubi filii conſenſus non adhibetur, ut per Guillelm. Bened. *in c. Raynutius, verbo in eodem teſtamento relinquens, el 2. num. 18.* Guttier. *in repet. l. nemo poteſt, ff. de legat. 1. notab. 2. n. 144.* Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap. 16. num. 29.* ubi refert plures hanc gloſſ. in hoc ſequentes.

## SUMMARIUM.

1 *Quod legitimæ decedit per evictionem, huic per repletionem peritam adjicitur, & replendum omni ceſſante falcidia.*

2 *Repletio accedens legitimæ imminuta ſit ex rebus ſubſtantiæ patris, & pro jure quaſi adventitio habetur.*

3 *Gravamen ſi filio apponatur circa quantitatem legitimæ, ipſo jure rejicitur, & ſuppletur filio integra legitima.*

4 *Filius quando rem, in qua à patre fuit inſtitutus. agnovit, & pro ſua legitima habuit, illáque tantùm conventus fuit, ſi ea poſtea evicta fuerit, uſque ad illius rei menſuram repletio inducidebet.*

5 *Pater quando in vita per viam donationis donavit filio aliquam rem, quæ veniat imputanda in ſua legitima, ſi fuerit evicta, poterit filius agere de evictione contra alios fratres, vel cohæredes.*

7 *Filii debent habere, ſeu recipere legitimam ex bonis & ſubſtantia patris defuncti, & ita in rebus hæreditariis.*

8 *Legitimæ judicis arbitrio eligenda eſt de rebus nec melioribus, nec deterioribus.*

9 *Filius cogi non poteſt ſuam legitimam accipere in pecunia, ſed in re, quæ fructus producat.*

10 *Legitima non poteſt relinqui in fructibus, cùm debeatur ex rebus patrimonii.*

11 *In legitima debita deſcendentibus non imputantur fructus in legitima, tam in filiis primi gradus, quàm in reliquis deſcendentibus, n. 12.*

13 *Fructus non compenſari etiam volente teſtatore, niſi ſint percepti vivente teſtatore,n.14.*

15 *Legitima filii non minuitur propter legata.*

16 *Legitimæ ſupplementum ut fiat, neceſſe eſt petatur à judice.*

17 *Teſtamentum patris, in quo filiusfam. fuit præteritus, ita demùm eſt nullum, ſi filius id voluerit.*

18 *Legitima compenſatio non fit ipſo jure, ſed ita demum ſi ab homine objiciatur exceptio compenſationis.*

19 *De fideicommiſſo univerſali filio ſub conditione relicto, vel in diem, ad legitimam uſque detrahitur conditio & dies.*

20 *Gravamen conditionis de legitima rejiciendum eſt, in reſiduo verò ſolvendum, declara ut n. 21.*

22 *Querela inofficioſi ab adita hæreditate intra quinquennium intentari debet.*

23 *Legitima procedit à jure naturali, quod an verum ſit, vide in ſeqq.*

24 *Declarantur verba text.l. 36.de inoffic. teſtam.*

25 *Querela inofficioſi tranſmittitur ad liberos & deſcendentes jure ſanguinis, licèt in vita non fuerit propoſita, nec intentata per filium; ad extraneos verò non tranſmittitur, niſi in vita filii ſaltem fuerit præparata.*

26 *Poſterorum appellatione qui veniant, remiſſivè.*

## L. Scimus. XXXVI.

### *Idem* A. *Ioanni P. P.*

ID quod per evictionem legitimæ decedit, per repletionem peritam adjicitur huic, & replendum omni falcidia ceſſante. Item repletio accedens legitimæ imminutæ ſit ex rebus ſubſtantiæ patris, & pro 1 2

pro jure quaſi adventitio habetur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 61.* Menchac. *tom. 3. ſuper hanc l. pag. 260.*

3 *Filio attamen ipſo jure ineſſe*, &c. Notatur ad hoc quod ſi apponatur filio gravamen circa quantitatem legitimæ, ipſo jure rejicitur tale gravamen, & ſupplebitur filio integra legitima, ut per Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *n.* 2. Menoch. *cons.* 77. *n.* 4. *cum ſeqq. & cons.* 153. *n.* 17. Menchac. *quæſt. frequent. p.* 2. *c.* 64. *n.* 9. Emman. à Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. lib.* 6. *part.* 1. *verbo in re certa, n.* 20. *& ſeq.*

4 *Vel in teſtamento relictam agnoverit, & pro parte ſua habuerit*, &c. ] Notat Menchac. *de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *n.* 375. *vers. quod ſanè intelligendum*, quod quando filius rem in qua à patre fuit inſtitutus, agnovit, & pro ſua legitima habuit, illàque tantùm conventus fuit, ſi ea poſtea evicta fuerit uſque ad illius rei menſuram repletio induci debet, ſive illa nec plus, nec minus valeret quàm ipſa legitima, ſive minus valeret, quia tunc ex ſuo conſenſu poſt patris mortem præſtito ſibi præjudicavit, ſive etiam plus valeret quàm ipſa legitima uſque ad vires ipſius rei ſupplementum fieri debet.

5 *Deinde eadem res evicta*, &c. ] Notatur ad hoc, quando pater in vita per viam donationis donavit filio aliquam rem, quæ veniat imputanda in ſua legitima, ſi fuerit evicta poterit filius agere de evictione contra alios fratres, vel cohæredes, ut per Anton. Gomez *var. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 24. *in fine*, Alvar. Valaſc. *de partit. c.* 27. *n.* 6.

6 *Religionem autem ſieri*, &c.] Notatur ad hoc, quod filii debent habere, ſeu recipere legitimam ex bonis & ſubſtantia patris defuncti, & ita in rebus hæreditariis, ut per Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 11. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 163. *n.* 8. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 52. *pag.* 410. Ant. Gom. *var. tom.* 1. *c.* 12. *num.* 21. *vers. item addè.* Emman. à Coſta *in c. ſi pater, de teſtam. lib.* 6. *part.* 1. *verbo in re certa, n.* 25. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 34. *n.* 16. *cum ſeqq. & dec.* 21. *n.* 1. Card. Mant. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 13. *n.* 6. Cardoſ. *in praxi judicum & Advocat. verbo legitima, n.* 7. latè Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 19. *per tot.* Merlin. *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *q.* 24. *a n.* 4. *& lib.* 5. *tit.* 3. *qu.* 11. *à princ.* Rota apud eundem Molin. *dec.* 55. *n.* 1. Rot. *dec.* 528. *num.* 3. *p.* 2. *recentior.* ubi quod in corporibus hæreditariis una cum fructibus à die mortis debetur, & *dec.* 514. *n.* 4. *p.* 1. *in poſth. Farin.* ubi quod legitima debetur de ſingulis corporibus bonorum, & *dec.* 230. *num.* 22. *p.* 2. *in poſthum. & dec.* 368. *n.* 7. *cum ſeqq. eadem p.* 2. ubi quod legitima eſt portio totius ſubſtantiæ paternæ.

7 *Vel ſubſtitutione.* ] Intellige fideicommiſſaria, ut per Menchac. *de ſucceſſ. tom.* 1. *lib.* 1. §. 10. *num.* 374. *vers. ad l. ſcimus*, Donell. *commen juris civilis lib.* 19. *cap.* 4. *col. antep.* junctis his, quæ adducit Alphan. *collect.* 110.

8 Nota quod in poteſtate filiorum poſitum non eſt eligere pro ſua legitima rem quam maluerint, ſed eligenda erit legitima judicis arbitrio de rebus nec melioribus, nec deterioribus. Vide Ruin. *cons.* 57. *n.* 25. *lib.* 2. Covar. *in c. Raynaldus, de teſtam.* §. 2. *v. portiones*, Ant. Gabr. *commun. opin. tit. de legitima, concl.* 4. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. caſu* 163. *n.* 21. Petra *de fideicom. q.* 15. *n.* 90. *& ſeq.* Pereg. *eod. tract. art.* 36. *n.* 28. *& art.* 39. *n.* 11. Aloyſ. Ricc. *in collect. decis p.* 1. *collect.* 201. Bernard. Grævæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 2. *concl.* 116. *conſid.* 1. *à n.* 1. Cald. Pereira *quæſt. forens. lib.* 2. *q.* 41. *per tot.* Merlin. *d. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 11.



*ex n.* 2. *& tit.* 4. *q.* 10. ubi quod filius non poteſt pro legitima ſibi rem aliquam eligere, ſed judex eam debet aſſignare. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 543. *n.* 18. latè Alvar. Valaſc. *partit. c.* 19. *n.* 23. Rot. *dec.* 114. *n.* 4. *p.* 1. *in poſthum.* quicquid dicat Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *n* 80. *pag.* 413.

In pecunia tamen cogi non poteſt filius accipere ſuam legitimam, ſed in re; quæ fructus producat, ut per Guillelm. *in c. Raynutius, verbo Relinquit, n.* 29. Mench. *d.* §. 10. *n.* 258. Menoch. *d. caſu* 163. *n.* 3. *&* 23. Valdeſ. *ad Xuar. in d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 11. *lib.* 8, *pag.* 448. Alvar. Valaſc. *d. partit. c.* 19. *à n.* 15. Rot. *dec.* 235. *n.* 13. *p.* 2. *in poſth. Farin.* etiamſi pater jubeat in teſtamento dari in pecunia, niſi aliter commodè dividi non poſſit, vel vinculata eſſent bona, ut declaravit Valdeſ. *loco proximè cit.* & idem tradit Merlin. *d. lib.* 5. *tit.* 3. *q.* 11. *n.* 16. *& ſeqq.* ubi per plures caſus materiam declarat, Rota apud eundem Merlin. *dec.* 55. *n.* 21. *&* 24. *& dec.* 59. *n.* 15. *&* 16. 9

Nec poteſt relinqui in fructibus, cùm debeatur ex rebus patrimonii, ſecundùm Xuar. *in repet. d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 3. *n.* 3. Cephal. *cons.* 479. *n.* 43. *cum ſeqq.* Card. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 10. *n.* 18. *ante fin.* Menoch. *cons.* 376. *n.* 1. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 296. *n.* 74. 10

Notatur etiam ad hoc, quod in legitima debita deſcendentibus fructus in legitima non ſunt imputandi ut per Joan. Garc. *reg.* 201. Cephal. *cons.* 398. *n.* 20. *lib.* 3. *& cons.* 777. *lib.* 5. Menoch. *cons.* 183. *n.* 48. Peregrin. *de fideicom. art.* 49. *n.* 39. *cum ſeqq.* Ioſeph. Ludov. *Lucenſi dec.* 28. *n.* 110. *cum ſeqq.* Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 2. *q.* 32. *per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. q.* 690. *num.* 10. ubi *n.* 11. ampliat ut procedat tam in filiis primi gradus, quàm in reliquis deſcendentibus: & *n.* 12 ſubdit non compenſari etiam volente teſtatore. Limitatur tamen hæc reſolutio in fructibus perceptis vivente teſtatore, quia iſti erunt vel reſtituendi, vel imputandi in legitimam, ut per Roder. Xuar. *in repet. d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. *in repet. d. l. quoniam in prioribus, ampl.* 10. Peregr. *d. art.* 49. *n.* 4. *&* 5. Fuſar. *d. q.* 660. *n.* 14. ubi *num.* 15. cum eodem Peregr. *d. n.* 5. intelligit, niſi ſint conſumpti in neceſſarium uſum filiorum. 11 12 13

Notatur etiam ad hoc, quod legitima filii non minuitur propter legata, ut per Borgnin. *in tract. de de uſufruct. n.* 45. Petra *in tract. de fideicom. q.* 15. *n.* 66. latè Merlin. *d. lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 10. *per tot.* ubi *n.* 2. extendit ut procedat nedum in legatis profanis, ſed etiam in legatis piis. Rot. poſt eundem Merlin. *dec.* 38. *num.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 8. *privil.* 95. *n.* 6. ubi *nu.* 8. *&* 9. extendit ut procedat etiamſi legata facta ſint pro teſtitutione malè ablatorum, aut recompenſatione ſervitiorum, ſi aliter non apparet de malè ablatis, vel de ſervitiis. 14

In gloſſ. *Ipſo jure*, ibi, *id eſt, etiamſi nihil dicat teſtator, ſi tamen filius hoc allegat.* Notatur ad hoc, quod neceſſe eſt quod filius petat ſupplementum legitimæ, ut à judice fieri poſſit, ut per Boër. *dec.* 201. *n.* 7. Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, num.* 14. Greg. Lopez *l.* 5. *tit.* 8. *p.* 6. Rot. Bononienſis *dec.* 37. *n.* 9. *&* 16. Menoch. *cons.* 77. *n.* 13. Surd. *dec.* 25. *n.* 26. Viv. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 39. *pag.* 408. Kirchov. *ibidem, num.* 94. *pag.* 414. Cevall. *commun. contra commun. q.* 240. Cald. Pereira *de reſol. ſive extinct. emphyt. c.* 17. *n.* 9. *&* 13. *& quæſt. forens. ad* §. *ſed hæc, n.* 88. *&* 96. *Inſtit. de inoffic. teſtamento*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 56. *n.* 61. 15

Notatur etiam ad hoc; quod teſtamentum patris in quo filius familias præteritus fuit, ita demùm eſt nullum ipſo jure, ſi filius id voluerit; ut per Mench. *illuſtr. controvers. p.* 1. *c.* 99. *n.* 1. ubi per totum cap. latè diſputat. 16

18 Notatur etiam ad hoc quod compensatio non fit ipso jure, sed ita demùm si ab homine objiciatur exceptio compensationis, ut per Menchac. *controvers. usufrequent. part. 2. cap. 64. num. 7.* Cald. Pereira *de resolut. sine extinct. emphyt. cap. 17. num. 10. & 13. in fine.*

## §. Cum autem.

19 De fideicommisso universali filio sub conditione relicto, vel in diem, ad legitimam usque detrahitur conditio & dies. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. suprà hoc tit.* Menchac. *tom. 3. pag. 264.*

20 Ex hoc text. vulgò colligitur, gravamen conditionis de legitima rejiciendum esse, in residuo verò tolerandum, ita quod filius residuum consequatur cum onere, vel expectata conditione, legitimam verò purè, & statim absque ullo onere, de quo vide Rodric. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 3. n. 2. & ampl. 6. in princ.* Hippol. Riminald. *cons. 50. n. 76. cum seqq. lib. 1. & cons. 510. num. 15. cum seqq. lib. 5.* ubi inquit quod text. *in præsenti*, venit ad ampliationem *l. quoniam in prioribus, suprà hoc tit.* Menchac. *de succes. tom. 1. lib. 1. §. 10. n. 200. & 218. & 244. & 358.* Anton. Gomez *var. tom. 2. c. 3. n. 18. & c. 11. n. 24.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 1. n. 31 & 33.* Emm. à Costa *in l. Gallus, & quid si tantùm, part. n. 72. & part. 3. n. 105. & in c. si pater, de testam. lib. 6. part. 1. verbo in re certa, n. 24. & 29.* Gasp. Baëz *de non. melioran. c. 8. n. 9. cum seqq.* Molin. *de Iustit. tr. 2. disp. 177. n. 9.* Castill. *quotid. lib. 3. cap. 19. n. 124. vers. gravamen namque libro 5. cap. 64. à num. 39. & libro 6. cap. 107. à num. 36. & 62.* Valasc. *consult. 153. num. 22.* Guttier. *pract. libro 3. quæst. 58. n. 5. & 17.*

21 Et quamvis Anton. Gomez *dict. cap. 3. sub n. 28. vers. pro qua sententia*, intellexerit loqui totum *in præsenti*, in filio universaliter instituto, & gravato restituere hæreditatem post aliquod tempus, vel sub conditione, ut tunc scilicet non teneat gravamen in legitima, sed ipso jure rejiciatur, in cæteris tamen bonis sustineatur; & in fideicommisso à filio relicto similiter intellexerit Molin. *dict. capit. 1. num. 33.* nihilominùs tamen Castill. *dict. cap. 64. num. 41.* tenet quod non loquitur quando filius gravatus est fideicommisso (filius namque hîc non fuit institutus,) sed potiùs cum hærede extraneo instituto restituere cum filio suo hæreditatem suam cum morietur, parens disposuit, vel in tempus certum restitutionem distulit, & tunc quidem, quia *dict. l. quoniam in prioribus*, constitutio omnem dilationem, omnemque moram censuit esse subtrahendam, ut legitima (quarta scilicet pars) pura mox filio restituatur, quando in legitima tantùm filius fuit institutus, ita pariter in casu de quo hîc, legitimæ quidem, id est quartæ partim restitutionem statim faciendam, non expectata nec morte hæredis, nec temporis intervallo; reliquum autem quod post legitimam portionem restat, sic restitui quando testator disposuit. Sic etenim filius suam habebit legitimam integram, & scriptus hæres commodum, quod ei testator dereliquit, &c.

## §. Illud.

Inofficiosi querela ab adita hæreditate intra quinquennium intentari debet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

Vide Doctores citatos *ad l. contra majores 16. n. 2. suprà hoc eodem tit.*

*Debito naturali*, &c.] Ergo legitima à jure naturali procedit, de quo an verum sit simpliciter, seu procedat tantùm quoad substantiam, non verò quoad quotam, & quo casu Princeps possit in totum illam tollere? vide Roderic. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, super leg. fori, limit. 2.* Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem, à num. 176. & decis. 3. à num. 41.* Menchac. *de succes. creat. tom. 1. lib. 2. §. 20. num. 297. cum seqq.* Matheſilan. *in tract. de succes. ab intestato, memb. 3. art. 1.* Sot. *de Iustitia libro 4. quæst. 5. art. 1.* Covar. *de sponsalibus p. 2. c. 8. §. 6. à num. 4.* Anton. Gabr. *var. tom. 1. cap. 1. à n. 2.* Roias *in epit. succes. cap. 7. à princ.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 8. n. 2. & 7.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, num. 146. cum seqq.* Ioseph. Ludov. *Perus. decis. 11. num. 11. & dec. 21. num. 37. & num. 50. cum seqq.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 1. num. 14. cum seqq.* Emman. à Costa *in cap. si pater, de testam. libro 6. part. 3. verbo Privare, num. 41. & 42.* Crass. *in §. legitima, quæst. 43.* Sfort. Perusin. *cons. 9. num. 3.* Spin. *in speculo testam. gloss. 17. ex num. 19. & gloss. 18. num. 3. & 4.* Simon. de Prætis *de interpretat. ultim. volunt. lib. 5. dubit. 1. n. 140.* Ioan. Garcias *de expensis, cap. 3. num. 7. cum seqq.* Fachinæ. *lib. 4. controvers. cap. 32.* Matheac. *de legat. lib. 4. cap. 12. num. 5.* Ioan. Garcian. *reg. 436.* Matienz. *l. 2. gloss. 1. num. 3. & 4. tit. 7. lib. 5. novæ Recop.* Parlard. *differ. 3. num. 6. lib. 3.* Morl. *in emporio juris p. 2. tit. 1. de legibus, numer. 35. & 36.* Menoch. *cons. 250. num. 109.* Guttier. *pract. lib. 3. quæst. 82. num. 12. cum seqq.* Pichard. *in rub. Inst. de hæredit. quæ ab intest. n. 60. cum seqq.* Cevall. *commun. contra communes, q. 112.* Aldouin. *cons. 104. n. 10.* Alex. Trentacinq. *de subst. tut. p. 1. c. 9. n. 21.* Alvar. Valasc. *cons. 153. n. 2. cum seq. & de partition. c. 17. numer. 26.* Castill. *lib. 3. controvers. cap. 5. n. 30. cum seqq.* 23

*Licèt se non præparaverit.*] Declara cum Alciat *lib. 3 paradox. c. 16. col. 4.* 24

*Ad suam posteritatem*, &c.] Notatur ad hoc, quod querela inofficiosi testamenti transmittitur ad liberos & descendentes jure sanguinis, licèt in vita non fuerit proposita, nec intentata per filium; ad extraneos verò non transmittitur, nisi in vita filii saltem fuerit præparata, ut per Anton. Gom. *var. tom. 1. c. 11. num. 17.* Posterorum appellatione qui veniant, dixi *in meo tract. de appellativa verbor. utriusque juris signif. appellat. 208.* 25

---

## SUMMARIUM.

1 *Querela inofficiosi locum non habet in peculio filiifam. castrensi, vel quasi, dum quis manet filius, non autem si sit paterfam. & n. 2.*
3 *Peculium castrense quod sit.*
4 *Bona quasi castrensia quæ.*
5 *Filiusfam. testari potest de peculio castrensi, vel quasi.*
6 *In sacris parentum suorum, id est familia, & potestate patris.*
7 *Memoriales, id est Notarii, qui scribunt causam memoriæ.*
8 *Lucrum tabellionum quasi castrense dicitur.*
9 *Filiisfam. duo privilegia data.*

L. Cum antiquis. XXXVII. & ult.

*Idem* A. *eidem.*

1 IN peculio filiifam. Caſtrenſi, vel quaſi, dum quis manet filius, non autem ſi ſit paterfam. querela inofficioſi locum non habet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* Menchac. *tom. 3. ſuper hanc leg. pag. 264.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp. 6. in fine, tit. 17. part. 4.* Mench. *de ſucceſſ. tom. 1. lib. 1. §. 10. n. 606.* ubi extendit ad Clericos teſtantes de ſuo peculio, quod quaſi caſtrenſi aſſimilatur Cujac. *lib. 8. obſervat. 31.* optimè Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 231. n. 5.* Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpret. l. 1. c. 5. n. 8. cum ſeqq.* ubi de intellectu Mendez de Caſtro *in l. cùm oportet, de bonis quæ l. part. 3. n. 157. effectu 3.* Merlin. *de legitima, l. 3. tit. 2. q. 6. per tot.*

3 *In caſtrenſibus etenim peculiis*, &c. ] Caſtrenſe peculium dicitur quod filiusfamil. in caſtris, vel aliter militando acquiſivit, vel quod intuitu militiæ donatum eſt; ſive ſint præmia, ſive prædæ ex hoſtibus reportatæ, ita per *l. caſtrenſe, ff. de caſtrenſi peculio, & l. 1. C. eod. tit. l. 12.* reſolvunt Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 6. princ. n. 24.* Surd. *de alimentis, tit. 4. q. 11. per tot.* Azor. *inſtit. moral. part. 2. l. 2. c. 23. quæſt. 1.* Molin. *de Inſtit. tract. 2. diſp. 230. à princ.* qui deinceps ſubdunt quod inter milites habentur quicunque militare munus obeunt, & qui caſtri, aut alterius loci curam habent, quamvis nullum immineat bellum, & qui navibus, aut triremibus ad pugnam deſtinatis præfecti ſunt, & remiges, & nautæ.

4 Bona verò quaſi caſtrenſia in primis ſunt quæ acquiruntur ex officio publico, ut Doctoris, vel Advocati, judicis, tabellionis, Medici, Profeſſoris alicujus ex ſeptem artibus liberalibus; & longè majori cum ratione, ſcientiæ alicujus ſuperioris, ut Theologiæ, juris Pontificii, Cæſarei, aut Medicinæ, aut ex quavis alia adminiſtratione publica, propter quam publicum ſtipendium ſit ſtatutum, ut per Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo litis, n. 99.* Queſad. *diver. ſap. quæſt. cap. 7.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 4. rubr. n. 13. & gloſſ 6. num. 24.* Mendez de Caſtro *in l. cùm oportet, num. 140. de bonis quæ liber.* Molin. *de Inſtit. tr. 2. diſp. 231.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. c. 56. n. 33. cum multis ſeqq. & c. 186. n. 4. & 22. & c. 231. num. 18. cum ſeqq.* Azor. *d. p. 2. l. 2. cap. 13. quæſt. 2.* Cabel. *Luſitaniæ decis. fin. num. 16. p. 1.* Surd. *de aliment. tit. 4. q. 11.*

5 Notatur ad hoc, quod filiusfam. poteſt teſtari de peculio caſtrenſi, vel quaſi, ut per Ordin. Reg. Luſit. *l. 4. tit. 81. §. 3. in fine*, Clar. §. *in teſtamentum, q. 18. num. 6. & 7.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. titul. 13. num. 345. vers. interpretatur quartò*, Surd. *de aliment. tit. 4. q. 11. num. 11. cum ſeqq.* Craſſ. *in §. teſtamentum, q. 6. n. 3.* Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Cùm non abſimilis, n. 34. & verbo laſit, n. 98.* Queſada *ubi ſupra.* Bened. Ægid. *in repet. l. 1. de ſacros. Eccles. p. 1. §. 7. à n. 3.* Benedict. Pinel. *d. c. 5. à n. 8. & num. 43.* Et de filiofam. Clerico Spin. *in ſpecul. teſtam. gloſſ. 4. rubr. n. 22.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 42. n. 7.* Perez *ad l. 1. titul. 3. lib. 1. Ordin. pag. 63.* Valaſc. *cons. 108.* Benedict. Pinel. *dict. cap. 5. num. 19.*

6 *Donec in ſacris parentum ſuorum*, &c. ] Ideſt, familia, & poteſtate patris, ut declarat Guid. Pancicol. *lib. 1. var. lectionum, c. 77.*

7 In gloſſ. *Memorialibus*, ibi, *ideſt Notariis, qui ſcribunt cauſam memoriæ.* Notatur ad hoc, quod lucrum tabellionum dicitur quaſi caſtrenſe, ut per Capell. Tholoſ. *q. 20.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 56. n. 37.*

In gloſſ. *Teſtamenta*, ibi, *duo privilegia dat filliſfam. ut & teſtentur in quaſi caſtrenſi, & non timeant querelam.* Vide Cov. *in cap. quia nos, n. 7. de teſtam.* Clar. §. *teſtamentum, quæſt. 40. num. 6.* Molin. *dict. tract. 2. diſp. 231. n. 5. cum ſeqq.* Benedict. Ægid. *dict. part. 1. §. 7. num. 4.*

*De inofficioſis donationibus.*

## TIT. XXIX.

INOFFICIOSA donatio eſt quæ inter vivos fit in fraudem legitimæ portionis alicui debitæ, vel quæ inter vivos fit neglecto officio pietatis alii perſonæ debito, *l. 2. & 3.* Eſt autem querela inofficioſæ donationis introducta exemplo querelæ inofficioſi teſtamenti *leg. ultim.* Scripſerunt in hanc rubr. Cujac. Pac. & Vveſemb.

De materia vide *l. Hiſpan. 3. tit. 4. part. 4.* Viv. Vezin. Soar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 17.* Anton. Gomez *var. tom. 2. c. 4. n. 13. & in l. 29. Tauri, n. 33 & 34.* Cujac. *commen. juris civilis, l. 19. c. 11.* ubi Oſuald. Clar. §. *donatio, q. 24.* Nicol. Mozz. *in tract. de donation. tit. uls. à n. 91.* Guttier. *pract. l. 3. q. 40. & 41.* Fontanell. *de pact. nupt. claus. 5. gloſſ. 8. part. 2. n. 11. cum ſeqq.* ubi tradit ideo ſeparatim introductos fuiſſe duos titulos de inofficioſis donationibus, & de inofficioſis dotibus, cùm dare in dotem & pro dote donare idem ſit; quia poſſet contingere quod mulier ſe ipſam dotaret immodicè, & inofficiosè fraudando filios. Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib. 3. tit. de donation. reſol. 4.* Anton. Fab. *in ſuo Codice, lib. 3. tit. de inofficios. donat.* Stephan. Grat. *diſcept. forens. c. 729. à princ.* Merlin. *de legitima, l. 2. tit. 1. q. 21. n. 11. cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Ob legitimæ læſionem exiſtentem intuitu immenſæ donationis locus eſt querelæ inofficioſi, & n. 2. Etiam in donatione remuneratoria, n. 7. Niſi benemerita eſſent ejus generis ut actionem facienti præſtarent ad repetendum judicialiter, n. 8. In promiſſione earumdem factâ à vivo, qui filios prioris matrimonii habebat, n. 9. In renuntiatione, vel remiſſione, num. 10. In confeſſione debiti facta à patre, favore unius ex filiis, vel de pretio venditionis ſoluto à filio, &c. n. 11. Etſi juramentum interveniat, num. 12. In alienatione à patre, etiam titulo oneroſo facta in fraudem legitimæ, n. 13. In bonis quæ pater ludendo, vel luxuriosè, & malè aliter vivendo amiſit, & ſine cauſa alienavit, num. 14. Quamvis filius, qui de revocatione donationis inofficioſæ agit, ſit patri hæres, n. 15. Etſi pater cujus hæres eſt filius, juraverit donationem num. 16. Quamvis donatio tempore, quo facta fuit, non eſſet inofficioſa, n. 17.*

3 *Donatio inofficioſa an & quando revocetur per querelam inofficioſæ donationis in totum, ſeu uſque ad legitimam tantùm filiorum, diſtingue ut num. 4.*

5 *Donatio inofficioſa quæ re, & conſilio.*

6 *Donatio facta extraneo.*

18 *Parentes in vita ſua de rebus ſuis liberè diſponunt, etiam proficiendo in mare, dum ne id in fraudem faciant, attamen filius, vivente patre, qui bona diſſipat, petet ut ei aſſignentur bona aliqua patris pro alimentis, n. 19. Verior opinio quod in hoc caſu filiis debetur legitima, ſed quod non exigitur, à patre ante diem, vel mortem illius, n. 20.*

21 *Donatio ſi à principio fuerit inofficioſa, poſtea autem adeò creſcat, ut tempore mortis facta comparatione donatio deſinat eſſe inofficioſa, ceſſat iſta querela, intellige ut n. 22.*

23 *Donatio ſi non fuit inofficioſa ab initio, licèt poſtea talis efficiatur ex aliqua clade, querela non ideo competet.*

24 *Filius non revocat alienata per patrem titulo oneroſo, & licèt ex titulo & traditione ſimul junctis transferatur dominium, etſi poſtea titulus annulletur, aut reſcindatur, non transfertur dominium ipſo jure abſque traditione.*

## L. Si ut allegatis. I.

*Imp.* PHILIPPUS A. *Nicanori & Papianæ.*

1 OB læſionem legitimæ intuitu immenſæ donationis exiſtentem, locus eſt querelæ inofficioſi. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Angel. Jaſ. Sichard. Petr. Gilchen. Aloy. Leo *fol. 61. verſo*, Gebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt exornantque Bart. *in l. Titia Seio* 86. §. *Imper. num. 1. in fine, ff. de legat. 2.* ubi Sarmiento, Iaſ. *in §. item ſi quis in fraudem, n. 1. prope fin. & n. 2. Inſtit. de actionibus*, Anton. Gomez *var. tom. 2. c. 4. num. 13.* Clar. *verbo Donatio, q. 24.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, in præfat. n. 32.* Emman. à Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. p. 3. verbo privare, n. 20. cum ſeqq.* Pinel. *in l. 1. de bonis mater. num. 76. in princ.* Alphan. *collect. 88.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 44. c. 3. num. 13.* Cujac. *lib. 5. obſerv. 14.* Donell. *comment. juris civilis lib. 19. c. 11. col. 1.* Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. ad rubr. tit. Inſt. de inoffic. teſtam. n. 35. & 37.* Bocer. *in commentar. de donat. c. 3. à n. 105. edit. 2.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 183. n. 7.* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 18. q. 11. n. 2.*

3 An & quomodò donatio inofficioſa revocetur per querelam inofficioſæ donationis in totum, ſeu uſque ad legitimam tantùm filiorum? Hanc quæſt. movet gloſſ. Magna *hic in. q. 6.* Sed magis communiter Doctores ſic diſtinguunt. Aut donatio facta fuit filio,

4 aut extraneo: ſi filio, aut eſt inofficioſa re tantùm, aut re & conſilio, & in utroque caſu non revocari ultra legitimam, reſolvunt Cov. *lib. 1. var. c. 19. n. 17.* Clar. *d. verbo donatio, q. 24. n. 2.* Anton. Gomez *dict. tom. 2. c. 4. n. 13.* Emman. à Coſta *in d. c. ſi pater, p. 3. verbo privare non poſſit, n. 16. vers. his tamen non obſtantibus, & n. 17.* Honded. *cons. 42. n. 19. cum ſeqq. vol. 1.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de donation. reſol. 4. à n. 1.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 9. n. 11.* Mangil. *de imputat. q. 93. n. 25.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo totum, n. 5.* Ioſeph. Seſſe. *Aragon. decis. 26. n. 74. & 75.* Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 283. num. 8.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 5. gloſſ. 8. p. 2. à num. 22.* quicquid contrarium, id eſt quando re

5 & conſilio eſt inofficioſa, revocari in totum tradat Mart. *de ſucceſſ. legali p. 1. q. 25. art. 7. n. 3.* Dicitur autem donatio inofficioſa re & conſilio, quando pater habens filios nihil eis relinquit, vel ſi de omnibus bonis fecerit donationem, ſeu ſi ex propoſito ad læſionem filiorum, ut tenent Mangil. *d. q. 93. n. 56.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 725. num. 30. cum ſeqq.*

Si verò extraneo fiat, & donatio eſt inofficioſa 6
re tantùm, revocatur uſque ad legitimam, ſi re & conſilio, in totum. Bart. Bald. & alii *in d. l. Titia, Seio §. Imperator*, Tiraquell. *d. verbo totum, n. 5.* Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 2.* Mart. *d. q. 25. art. 7. n. 2.* Mangil. *d. q. 93. n. 21.* Stephan. Gratian. *d. cap. 729. num. 1. cum ſeqq.* Cov. Clar. Gom. Guttier. Fontanel. *citatis locis*, Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 1. quæſt. 21. num. 25.* Intellige hoc dictum de revocatione donationis inofficioſæ re & conſilio factæ extraneo, quando filio, vel filiis non fuit aliquid relictum, ſecus verò ſi aliquid à patre relinquatur, qui tunc in ultimo caſu nec querela inofficioſæ donationis dabitur, ſed ſolummodo actio ad ſupplementum legitimæ, Ioan. Bapt. Lup. *de illegit. & natural. liber. commento 4. §. 2. n. 18.* Emman. à Coſta *d. verbo privare non poſſit, num. 14.* Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 2.* Fontanel. *d. claus. 5 gloſſ. 8. p. 2. n. 26.* Mangil. *d. q. 93. n. 23. & 43.* Stephan. Gratian. *d. c. 729. n. 12.* Marta *d. art. 7. n. 3.*

Amplia primò principalem textus concluſionem 7
procedere etiam in donatione remuneratoria; nàm in præjudicium legitimæ filiorum pater etiam remunerando donare non poteſt, ut per Cov. *in cap. cùm in officiis, n. 11. de teſtam.* Alvarad. *de conject. menſe teſtatoris, lib. 2. c. 2. §. 1. n. 115.* Baëz. *de non meliorandis filiabus, c. 17. n. 3.* Salzed. *ad Bernard. reg. 214. v. amplia tamen*, Tell. *l. 28. Tauri, in. 3.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 5. n. 24. & 25.* Parlador. *quotid. quæſt. lib. 3. q. 15. n. 2. & 3.* ubi ſecus dicit quando bene- 8
merita eſſent ejus generis, ut actionem facienti præſtarent ad repetendum judicialiter.

Amplia ſecundò procedere etiam in promiſſione 9
arrharum facta à viro qui filios prioris matrimonii habebat; nam hujuſmodi arrhæ de quinto, & non de acervo & corpore hæreditatis ſunt extrahendæ, ut contra Ayoram. *de partit. p. 2. q. 44.* & Azeved. *l. 2. n. 30. tit. 2. lib. 5. novæ Recop.* qui de corpore totius patrimonii viri deducendas eſſe ſcripſerunt, docent Spin. *d. gloſſ. 18. n. 94. & 95.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 14. n. 7. & pract. lib. 3. q. 45.* Angul. *l. 12 tit. 6. de meliorat. gloſſ. 1. n. 22.* Ioan. Garc. *in tract. de donat. remunerat. n. 42.* Caſtill. *quotid. lib. 1. c. 2. n. 47.* Parlad. *differ. 125. n. 11.* Sanchez *de matr. lib. 6. diſp. 46. n. 14. 15.*

Amplia tertiò in renuntiatione, vel ren iſſione, ut 10
per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo donatione largius, n. n. 178. in princ. & verbo totum, num. 3. & 4. & verbo omnia, n. 33. & 43.*

Amplia quartò in confeſſione debiti facta à patre 11
favore unius ex filiis, vel de pretio venditionis ſoluto à filio, vel de tali re empta ex pecunia filii, ſi tertium & quintum excedat, vel ſi excedit quintum quando eſt facta in favorem extranei, quia ubicunque poteſt eſſe præſumptio fraudis, prout eſt inter perſonas prohibitas, non valet aſſertio, vel confeſſio patris, ſed requiritur vera & actualis ſolutio, *l. qui teſtamentum, ff. de probat.* Covar. *in cap. Raynutius, de teſtament. §. 10. n. 9. col. 2. vers. tertiò eadem conditio,* Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. it. 17. num. 1. pag. 415.* ubi quid hoc caſu, quo appareat de vera numeratione pretii, unde non ſufficeret patrem in inſtrumento confiteri ſe pretium recepiſſe quoad præjudicium filiorum. Anton. Gomez *l. Tauri, n. 36.* Menoch. *remed. 9. recuper. num. 179. & 180.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 50. n. 3* qui idem reſolvunt, Spin. *d. gloſſ. 18. princ. num. 110.* Avendan. *de exequendis mandat. part. 2. cap. 29. num. 10. cum ſeqq.* Matienz. *l. 15. gloſſ. 12.*

*gloſſ. 12. num. 7. tit. 6. lib. 5. novæ Recop.* Alex. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 7.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 5. n. 21. & 22.* ubi ampliat etſi juramentum interveniat, Mart. *de ſucceſſ. legali, p. 1. q. 23. art. 3. n. 20.* Mangil *d. tract. de imput. q. 93. à n. 19. & 96. cum tribus ſeqq.* ubi etiam, quod dolus præſumitur ex magna quantitate. 12

Amplia quintò in alienatione à patre, etiam titulo oneroſo in fraudem legitimæ facta, quæ ultra quintum non valet, & poteſt à filiis revocari conſtito de fraude, ſi emptor fraudis particeps eſſet, licèt pretium ſolviſſet. Ita Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 16. num. 9.* ubi Valdeſ. *in addit. lit. E,* Pinel. *in l. 1. de bonis maternis, part. 1. num. 76. & 77.* Emman. à Coſta *in dict. cap. ſi pater, p. 3. verbo privare non poſſit, num. 23. & 29.* Clar. *d. §. teſtamentum, q. 24. num. 5.* Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 2. §. 17. num. 14.* Menchac. *illuſtr. lib. 1. cap. 37.* ubi *num. 2.* pro hac opinione plures refert, ſed ipſe ab ea diſcedit, Menoch. *remed. 9. recuper. num. 173.* ubi quod pater non poteſt in fraudem filiorum alienare omnia bona, *& cons. 334. num 30.* ubi ait quod licèt liberum ſit patrifam. de rebus ſuis diſponere, etiam in præjudicium filiorum; attamen permiſſum non eſt: cùm in fraudem id agit. Cervant. *l. 6. Tauri, num. 36.* ubi veriorem dicit quando conſtat, quod titulis oneroſius eſt inſtrumentum defraudandi legitimam, Pichard. *in §. item, ſi quis in fraudem 6. n. 15. Inſtit. de action.* Mart. *d. art. 7. à n. 12. & n. 28.* ubi tenet filium poſſe revocare alienata à patre titulo oneroſo uſque ad legitimam, Peguer. *decis. 271. n. 15. vers. ſi verò alienatio eſt,* Cancer. *var. reſolut. p. 1. cap. de donation. num. 86.* Mangil. *de imputat. q. 93. num. 16. 17. 18. 36. & 38. & q. 198. n. 8.* ubi hanc opinionem veram dicit quando pater omnia bona, vel majorem partem vendiderit ſine cauſa fraudulenter, & animo excludendi filium. 13

Amplia ſextò poſſe filium revocare uſque ad legitimam bona quæ pater ludendo, vel luxuriosè, & malè aliter vivendo amiſit, & ſine cauſa alienavit, ut per Palat. *in cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 3. §. 22. num. 15.* Peguer. *decis. 271. num. 15. vers. & adeò prædictæ,* ubi hoc procedere dicunt quando ludus eſſet illicitus, quia acquirens in ludo illicito reſtitutioni eſt obnoxius, Alexand. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 15.* Mart. *d. q. 25. art. 7, n. 25.* ubi ideo ad petitionem filii uſque ad legitimam revocari tradit, quia etſi ludus ſit licitus, cùm ſit in magna quantitate, cenſetur eſſe prohibitus, quia ſolùm pro recreatione permittitur, Mangil. *de imput. q. 94. n. 20. & 21. & q 108. n. 13.* 14

Amplia ſeptimò quamvis filius, qui de revocatione donationis inofficioſæ agit, ſit patri hæres, quia cùm in ejus fraudem donatio facta fuerit, ei objici non poterit, quod ei hæres ſit, qui donavit, & ſic contra factum defuncti venire non poſſet: ita Alex. Trentacinq. *d. reſol. 4. n. 11.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 729 n. 27.* Pinel. Socin. Menoch. Gabr. Cephal. Dec. Riminald. Phanut. Sim. de Prætis, & Surd. quos refert, & ſequitur Mangil. *d. tract. de imputatione, q. 93. n. 26. & 27.* ubi *tribus numeris ſeqq.* tres rationes quoque tradit ad probandum, quod in hoc caſu filius non dicitur venire contra factum defuncti. 15

Amplia octavò, etſi pater, cujus hæres eſt filius, juraverit donationem, quia juramentum eſt perſonale ex parte jurantis, *cap. veritatis, de jurejur.* nec dicitur incidere in pœnam hæres, qui contravenit juramento. Azeved. *l. 3. n. 4. & 5. tit. 10. lib. 5. novæ Recop.* & ideo ita tenent Clar. *d. §. donatio, q. 24. n. 3.* Alex. Trentacinq. *d. res. 4. n. 11.* Stephan. Gratian. *d. cap. 729. n. 4. & 5.* Fontanel. *dict. claus. 5. gloſſ. 8. p. 2. n. 39.* Mangil. *d. q. 93. n. 46.* 16

Amplia nonò quamvis donatio tempore, quo facta fuit, non eſſet inofficioſa, quia patris ſupererant alia bona, quæ pro legitima filiis ſufficiebant ſi donator deinde diſponat de reliquis bonis in alium quàm in filium; nam & tunc revocabitur donatio tanquam ſi ab initio inofficioſa extitiſſet: ita Ant. Gom. *l. 29. Tauri, n. 35. vers. 2. in fine,* ubi tradit tempus mortis eſſe inſpiciendum, & ſi eo tempore appareat donationem eſſe inofficioſam, uſque ad legitimam eſſe revocandam, Fontan. *d. claus. 5. gloſſ. 8. p. 2. n. 40* Cancer. *var. reſol. p. 1. cap. 8. de donat. n. 78. vers. quod adeò verum eſt,* Mangil. *d. tract. de imput. q. 94. n. 9* 17

In gloſſ. *Ex duabus, quæ magna aliàs dicitur,* ibi; *quid enim ſi in mare omnia projiciat?* ] Notatur ad hoc, quod parentes in vita ſua poſſunt de rebus ſuis liberè diſponere etiam projiciendo in mare, dum ne id in fraudem faciant, ut per Roland. *cons. 61. n. 25. vol. 1.* Cavalcan. *de tutor. n. 89. & ſeq.* Surd. *d. c. 279. n. 12.* ubi addit, quod nec filius de eis conqueri poteſt, ex quo ſunt rerum ſuarum domini, & moderatores, Alphan. *collect. 88 vers. ad gloſſ.* Advertas tamen poſſe filium vivente etiam patre, qui diſſipat bona, petere ut ei aſſignentur bona aliqua patris pro alimentis, de quo vide Vriſl. *ad Aſſlict. dec. 86. n. 3.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 16. n. 9.* Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 26. n. 5. & 6. & privil. 77. n. 7. & privil. 88. n. 3.* Amendol. *in add. ad Vincent. de Franchis dec. 136 n. 6.* Peguer. *dec. 271. n. 15. vers. aut denique pater alienat.* Cevall. *commun. contra commun. q. 506.* Pichard. *in §. item ſi quis in fraudem, Inſt. de actionib n. 15. in fine.* Mangil. *d. tract. de imputat. q. 93. n. 11. cum tribus ſeqq. & q. 46. n. 5. cum aliis tribus ſeqq.* ubi veriorem opinionem eſſe dicit, quod in hoc caſu filiis debetur legitima, ſed quod non exigitur à patre ante diem, vel mortem illius, ſed fit interdictio adminiſtratoris, ſeu quædam aſſignatio in certis bonis patris, ut ſerviant pro alimentis, & deinceps pater non poterit alienare: & *q. 108. n. 17. & 18.* ubi tradit emptores bonorum patris teneri ad alimenta, ubi penes patrem tot non remanſerunt, quæ ſufficiant ad ea, quando alienatio facta fuit ſine cauſa, doloſè, & fraudulenter, ad excludendum filios. Et notant Ceval. *dict. q. 106. vers. & licèt hoc verum ſit,* & Mangil. *d. q. 44. num. 6.* hoc privilegium non competere patri adversùs filium diſſipantem. 18 19 20

In ead. Gloſſ. ibi, *idem octavò quæro,* &c. Notatur ad hoc, quod ſi donatio à principio fuit inofficioſa, poſtea autem bona adeò creſcant, ut tempore mortis facta computatione donatio deſinat jam eſſe inofficioſa, ceſſat omninò iſta querela, ut per Merlin. *d. lib. 1. tit. 1 q. 21. n. 47.* Alvar. Valaſc. *conſult. 189. n. 5.* ubi *n. 23.* intelligit, niſi à principio donatio fuiſſet inofficioſa re, & conſilio, quia tunc licèt bona poſtea augerentur, querela non ceſſaret in odium impii conſilii; & quoniam deficit eo caſu æquitas retrotrahendi bona poſtea quæſita ad tempus donationis, qua deficiente lex nihil fingit: idem Alvar. Valaſc. *de partit. cap. 19. n. 5.* ubi quod inofficioſitas donationis conſideratur juxta tempus, in quo fit, & non ex poſtfacto, licèt poſtea facultates minuantur. Tiraq. *in l. ſi nunquam, verbo omnia, à n. 35.* ubi quod ſi quis ab initio donavit totum ſuum patrimonium, ſed poſtea locupletius acquiſivit, & totum filio relinquit, non datur tali filio querela inofficioſæ donationis. 21 22

In ead. Gloſſ. ibi, *nonò quæro,* &c. Notatur ad hoc, quod ſi donatio à principio non fuit inofficioſa, licèt poſtea ex aliqua clade talis efficiatur, non 23

ideo competet querela, quia ſatis eſt, quod tempore factæ donationis non erat donatio inofficioſa, ut per Alvar. Valaſc. *d. conſult. 189. n. 11. & 19.* Peregr. *de fideicom. art. 36. num. 35.* Menoch. *de arbitr. caſu 149. n. 20.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 21. num. 46.*

24 In ead. Gloſſ. ibi, *quia hæc ſola donata*, &c. Notatur ad hoc, quod filius non revocat alienata per patrem titulo oneroſo, etiamſi alienatio facta ſit minori pretio, quàm res valeat, niſi aliter conſtet de donandi animo, ut per Emman. à Coſta *in d. c. ſi pater, p. 3. verbo privare non poſſit, n. 23.* D. Barboſ. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 173. in princ. ff. ſoluto matr.*

24 In ead. Gloſſ. ibi, *ideoque licèt infirmetur voluntas*, &c. Notatur ad hoc, quod licèt ex titulo, & traditione ſimul junctis transferatur dominium etſi poſteà titulus annulletur, ſive reſolvatur aut reſcindatur, non tamen transfertur dominium ipſo jure abſque traditione, ut per Tiraquel. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, num. 17. & 19.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 4. num. 20.* ubi quod in caſibus in quibus ex ſolo titulo, & contractu tranſit dominium in aliquem ipſo jure ſine traditione, in eiſdem facta revocatione & reſolutione contractus re transfertur ipſo jure dominium in alienantem: idem repetit *l. 40. Tauri, n. 25. col. 2. & num. 27. & 28.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 28. num. 22. vers. quare niſi, & de reſolut. ſive extinct. emphyt. cap. 17. n. 32.* ubi ait, etiamſi ipſo jure ex diſpoſitione legis, vel ſtatuti contractus annullaretur.

---

## SUMMARIUM.

1 *Donatio patris immoderata erga filium, morte patris non confirmatur, & n. 2.*

3 *Donatio facta ſilio emancipato valet.*

4 *Pater ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias poteſt dare filio exiſtenti in poteſtate.*

5 *Dominium dotis promiſſæ transfertur abſque traditione.*

6 *Pater donare poteſt filio patiendo ipſum habere uſumfructum bonorum adventitiorum; donare ei poteſt pro ejus legitima, n. 8. Poteſt ex cauſa caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis peculii, n. 9.*

10 *Pater cùm donat filio in ſua poteſtate conſtituto, perinde habetur ac ſi ſibi ipſi donaret, unde meritò talis donatio inutilis cenſetur.*

11 *Donatio facta filio, confirmatur morte patris donantis, ſi res donata fuit tradita.*

## L. Si pater omne. II.

*Impp.* VALERIAN. *&* GALLIEN. AA. *Acriæ.*

1 IMmoderata patris donatio erga filium morte patris non confirmatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Camill. Borrel. *in ſum. dec. tom. 3. tit. 10. de donat. inter, n. 122.* Molin. *de Iuſt. tract. 2. diſp. 243. in princ.* Mendez de Caſtro *ad l. cùm oportet, de bonis quæ liberis, p. 1. n. 65.*

3 *Sive antè emancipatus is fuerit*, &c. [ Notatur ad hoc, quod donatio facta filio emancipato valet, ut per Socin. *reg. 103.* Duen. *reg. 223.* Anton. Gom. *l. 17. Tauri, n. 5. & 8. & l. 29. num. 26. & tom. 2. var. cap. 4. in fine*, Burg. de Paz *cons. 14. num. 14.* Franc. Marc. *Delphin. dec. 326. à num. 1.* Angul. *l. 1. tit. 6. de meliorat. lib. 5. novæ Recop. gloſſ. 1. num. 26. & 27.* Franc. Milanenſ. *Siciliæ dec. 3. num. 79.* Magon. *Florent. dec. 77. num. 7.* Morquech. *de divis. bonor. lib. 3. cap. 3. à num. 13.* Anton. Fab. *de errorib. pragm. decad. 42. errore 2. p. 2. & conject. lib. 7. c. 11. col. ven. vers. plenè.* Mangil. *de imputat. q. 29. n. 33.* Camill. Borrell. *d. tit. 10. num. 105.* Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. collect. 196.* Molin. *d. diſp. 243. vers. de eodem jure*, Leſſ. *de Iuſt. tom. 1. lib. 2. cap. 18. dub. 12. n. 90.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo donatio, num. 86.* Franc. de Souſa *in repet. §. actionum, Inſt. de actionib. num. 67. & 108.* Menoch. *de præſumption. lib. 3. præſ. 29. num 67.*

In Gloſſ. *In poteſtate* 1. ibi, *in dote, & donatione propter nuptias*, &c. Notatur ad hoc, quod pater ex cauſa dotis, vel donationis propter nuptias poteſt dari filio in poteſtate exiſtenti, ut per Socin. *reg. 103. num. 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 29. num. 74.* Card. Tuſch. *pract. conclus. verbo donatio, concl. 673. num. 41.* D. Barboſ. *in l. 2. in princ. part. 1. num. 171. cum ſeq. ff. ſoluto matr.* Franc. Hieron. Leo *Valent. decis. 12. num. 8. lib. 1.* ubi *num. 9.* poſt Menoch. *dict. præſ. 29. num. 89.* ſubdit quod ut valeat dicta donatio à patre filiæ facta, debeat interpretari ut cenſeatur facta contemplatione matrimonii, ut ipſa filia, quæ ſtatim nupſit, ſe dotare poſſet. Matienz. *l. 1. gloſſ. 8 num. 2. & 3. tit. 6 lib. 5. novæ Recop.* Nam favore matrimonii, quod de proximo eſt contrahendum, donatio à patre facta filio in poteſtate eſt valida, ut per Boër. *dec. 169. num. 10.* Roland. *conſil 44. num. 1. & cons. 70. n. 3. vol. 4.* Surd. *cons. 457. à num. 55. & cons. 206. n. 21.* Tiber. Decian. *cons. 31. num. 69. & cons. 41. n. 22. vol. 1.* Vincent. de Franch. *dec. 436. num. 5.* Morquech. *de divis. bonorum, lib. 3. cap. 6. num. 81.* Angul. *in gloſſ. 3. l. 9. à num. 13. tit. 6. lib. 5.* D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matrim. part. 7. n. 30. verſicul. pro qua ſententia, & num. 31. verſicul. pro concordia*, ubi loquitur quando donatio eſt reſpectu certi matrimonii, quod de proximo eſt contrahendum. Fachinæ. *controvers. lib. 13. cap. 60.* Cardoſ. *in praxi judic. verbo Donatio, n. 86.* Fontanel. *de pactis nuptial. claus. 4. in princ. num. 6.* Mar. Mura *dec. 15. num. 5. & 6.* Camill. Borrel. *in ſum. deciſion. tom. 3. tit. 5. num. 216. & tit. 10. n. 107.* Mangil. *de imputat. q. 15. num. 27* Ioan. Feder. Solis *de dote, q. 21. pag. 58.* ubi de eo, qui ſimulatam donationem alicui fecit, ut dives appareret, & ſic aliquam in uxorem conſequi poſſet. Intellige procedere, etſi favore certi matrimonii donatio fiat, & matrimonium minimè ſequatur, D. Barboſ. *in d. l. 1. p. 7. n. 33.* Borrel. *d. tit. 5. n. 216. & tit. 9. n. 179. & tit. 10. num. 107.* Rot. apud Ludov. Cenc. *de cenſibus, dec. 16. n. 2.* poterit tamen matrimonio non ſequuto donatio revocari, ad tradita per Tell. *l. 17. Tauri, n. 76. & 77.* Matienz. *l. 1. gl. 8. n. 9. tit. 6. lib. 5. novæ Recop.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 3. c. 6. n. 61.* Morquech. *d. c. 6. n. 82.* Fontanel. *d. claus. 4. gloſſ. 1. n. 54.* 4

Notatur etiam ad hoc, quod dominium dotis promiſſæ abſque traditione transfertur, ut per Bald. Novel. *de dote, p. 7. privil. 10.* Anton. Theſaur. *dec. 48. num. 1.* Gabr. Alvarez *de privileg. paupertatis, q. 23. num. 11.* 5

In ead. gloſſ. ibi, *vel remittere uſumfructum in adventitiis.* Notatur ad hoc, quod pater donare poteſt filio patiendo ipſum habere uſumfructum bonorum adventitiorum, ut per Duen. *reg. 223. limit. 3.* Boër. *deciſ. 196.* Gom. Arias *l. 17. Tauri, num. 34.* Anton. Gom. *l. 48 Tauri, n. 9. col. 2.* latè Menoch. *cons. 282. num. 32. lib. 3. & d. præſ. 19. num. 87. cum novem ſeqq.* ubi quinque caſus diſtinguit, Tell. Fernandez *dict. l. 17. Tauri, a n. 57.* Surd. *de aliment. tit. 2. quæſt. 1. n. 45.* 6

. 45. Mangil. *d. tract. de imputation. q.* 45. *n.* 2. *cum multis ſeqq.*

7 In ead. Gloſſ. ibi, *item aliquod diurnum pro alimentis.* Ergo dum dicit patrem validè filio donare aliquid diurnum in cauſa alimentorum, excludere videtur donationem, cùjus emolumentum longiori tempore poteſt durare, ſed hanc gloſſæ opinionem non videri ſibi tutam aſſerit Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 2. *n.* 14.

8 Notatur etiam ad hoc, quod pater donare poteſt filio pro ejus legitima; poteſt enim in legitimæ aſſignatione mortem ſuam prævenire, ut per Duen. *d. reg.* 223. *limit.* 5. Menoch. *d. præſumpt.* 29. *n.* 102. *cum ſeqq.* Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri, n.* 5. *vers. & donatio, vel aſſignatio legitimæ*, Gom. Arias *ibidem, n.* 45. Azeved. *l.* 1. *n.* 12. *tit.* 6. *lib.* 6. *novæ Recop.* Morquech. *de divis. bonor. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 7. *&* 10. Mangil. *dict. q.* 45. *n.* 25.

9 In ead. Gloſſ. ibi, *idem videtur hodie ex qualibet cauſa*, &c. Notatur ad hoc, quod pater poteſt filio donare ex cauſa caſtrenſis, vel quaſi caſtrenſis peculii, ut per Ioan. Garc. *de expens. c.* 4. *n.* 1. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo laſis, n.* 103. *vers. in his autem.* D. Barboſ. *in dict. l.* 1. *ff. ſoluto matr. p.* 7. *n.* 30. *&* 34. Cardoſ. *dict. verbo Donatio, n.* 28.

10 In ead. Gloſſ. ibi, *unde perinde eſt ac ſi ſibi ipſi donaret.* Notatur ad hoc, quod cùm pater donat filio in ſua poteſtate conſtituto, perinde habetur, ac ſi ſibi ipſi donaret, unde meritò talis donatio inutilis cenſetur, ut per Aretin. *cons.* 17. *n.* 4. Anton. Gom. *l.* 17. *Tauri, n.* 4. D. Barboſ. *lib.* 2. §. *quod ſi in patris, n.* 1. *ff. ſoluto matr.*

11 In ead gloſſ. ibi, *niſi morte confirmaretur*, &c. Notatur ad hoc, quod morte patris donantis confirmatur donatio facta filio, ſi res donata fuit tradita; ut per Anton Gom. *l.* 17. *Tauri, n.* 3. Angel. *de meliorat. gloſſ.* 1. *num.* 2. 3. *&* 7. Avend. *l.* 44. *Tauri. gloſſ.* 9. *n.* 1. *cum ſeqq.* Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad.* 42. *errore* 2. *n.* 6. *vers. aliquin, part.* 2. Menoch. *d. præſ.* 29. *à num.* 66. Camill. Borrell *d. tom.* 3. *tit.* 10. *n.* 122. Fachinæ. *controv. lib.* 3. *cap.* 7. Cancer. *var. reſol. p.* 1. *cap.* 8. *de alienat. num.* 52. *&* 53. ubi ad confirmationem hujus traditionis tria requiri aſſerit ſcilicet traditionem rei donatæ, perſeverantiam patris uſque ad mortem, & quod filius donatarius ſupervivat patri donanti.

In gloſſ. *Familiæ herciſcundæ*, ibi, *non quantum ad dominium*, &c. Refert Ant. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 11. *n.* 30. *col.* 4. *vers. tertiò & principaliter limita.*

## L. Precibus quidem. III.

### *Idem* AA. *Æliano.*

1 QUerela inofficioſæ donationis habet locum ſi ab inteſtato ſucceſſio procedit, quia diſpoſitum in cauſa teſtati per rationem æquitatis ad inteſtati cauſam extenditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 44. *c.* 3. *n.* 14. *vers. & ita datur, lit. V.*

---

SUMMARIUM.

1 *Querela inofficioſi ubi præſtò eſt, non datur locus remedio reſtitutionis, & n.* 2.

3 *Remedium magis extraordinarium ceſſat ob minus extraordinarium.*

4 *Donatio inofficioſa datur comparatione aſcendentium, ſicut datur comparatione deſcendentium, & eo modo revocatur uſque ad portionem aſcendentibus debitam in bonis deſcendentium, ut parentibus in bonis filiorum quando non habent deſcendentes.*

## L. Si filius tuus. IV.

### *Impp.* Dioclet. *&* Maximian. AA. *Ariſtinæ.*

QUerela inofficioſi ubi præſtò eſt, reſtitutionis remedium non habet locum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Donell. *comment. juris civilis lib.* 19. *c.* 11. *col.* 8. Petr. Greg. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 44. *c.* 3. *n.* 14. *lit. A*, Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n.* 114. *de revocandis donat.* ubi ex Bald. & Socin. expendit hunc text. ad hoc, quod remedium magis extraordinarium ceſſat ob minus extraordinarium. Molin. *de Iuſt. tr.* 2. *diſp.* 283. *n.* 13. ubi citato hoc textu ait, quod datur donatio inofficioſa comparatione aſcendentium ſicut datur comparatione deſcendentium, & eo modo revocatur uſque ad portionem aſcendentibus debitam in bonis deſcendentium, ut parentibus in bonis filiorum, quando filii deſcendentes non habent. 2 3 4

---

SUMMARIUM.

1 *Donatio immoderata facta in unum, ex filiis per nativitatem reliquorum revocatur uſque ad legitimam, & n.* 2. *de jure regni Caſtellæ quid, n.* 3.

2 *Donatio inofficioſa non revocatur à naturalibus liberis tantùm.*

5 *Naturales legitimati per reſcriptum Principis, quamvis habeantur pro verè legitimis, attamen non poſſunt dici ex legitimo matrimonio nati.*

## L. Si totas. V.

### *Idem.* AA. *Cottabeo.*

IMmoderata donatio in unum ex filiis facta per nativitatem reliquorum revocatur ad legitimam uſque. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l.* 8. *tit.* 4. *part.* 5. *& l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *novæ Recop.* Tiraq. *in l. ſi unquam, de revocand. donat. verbo libertis, n.* 75. *cum ſeqq. & verbo reverſatur, nu.* 3. Alphan. *coll.* 81. 932. Cov. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 1. *& num.* 4. *vers. cæterùm*, Clar. *in §. donatio, q.* 24. *num.* 1. *vers. ſcire debes, in fine*, ubi tenet per hunc textum, quod ſi pater habens unum filium, illi donavit omnia bona, vel eorum partem, quam veriſimiliter non donaſſet ſi alios filios ſuſcipere cogitaſſet, tunc ſi alii ſupervivant, revocatur uſque ad legitimam tantùm Raynald. Corſ. *indagation. juris lib.* 2. *c.* 26. Connan. *commen. juris civilis lib.* 5. *c.* 10. *n.* 3. Bern. *reg.* 213. *limit.* 4. ubi quod donatio facta proprio filio non revocatur in totum, ſed uſque in legitimam ſupernaſcentium liberorum. Soar. *tom.* 1. *communiam opin. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 1. *pag.* 415. Molin. *in tract. de inoffic. donation. num.* 33. *& de donat. factis in contractu matrimonii, num.* 48. *&* 58. ubi ait donationem valere, & ratam manere uſque ad virilem filii, cui facta eſt donatio. Gaſp. Baëz. *de non meliorand. dotis ratione filiabus, cap.* 9. *ex num.* 33. ubi ait

Docto

Doctores communiter consentire, quod donatio etiam amplissima filio, non revocatur nisi usque ad legitimam recenter nati: Et *num.* 48. fatetur dispositionem hujus leg. procedere, etiamsi pater de aliis filiis cogitaverit. Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 4. n. 11. col. 2. vers. si verò fiat*, Molin. *de primog. l. 4. cap. 2. num.* 81. Guttier. *de juram. confirm. p. 1. cap. 9. n. 11.* Fachinæ. *controvers. l. 3. cap.* 89. Cardos. *in praxi judicum, verbo donatio, n.* 41. D. Barbos. *in l. 2. in princ. p. 1. n. 168. in fine, ff. soluto matr.* ubi dicit quod si donatio sit facta filio, aliis postea susceptis non revocatur donatio in totum, sed tantùm pro legitima competenti filiis postea natis: Et *n. 171. vers. & tenebit*, dicit menti tenendum, quod in revocatione legitimæ, quæ fit juxta hanc leg. filius qui postea nascitur, debet considerari, quasi natus tempore, quo facta fuit donatio fratri per patrem, quo tempore attento revocata censebitur donatio quatenus ejus legitima tunc valeret, latè Molin. *de Iust. tr. 2. disp.* 283. *à princ.* Alex. Trentacinq. *var. resol. l. 3. tit. de donation. resol. 4. n. 12.* latè etiam Castill. *quotid. controvers. l. 2. ca. 13. num. 40. in princ.* ubi ait hunc textum communiter interpretari, ut scilicet donatio facta à patre filio, quem unicum habebat, revocetur quoad legitimam bonorum portionem filiis postea natis competentem.

3 De jure Regni Castellæ quid resolvendum, magna est altercatio, si ponamus, quod pater, qui unicum tantùm filium legitimum habebat, donavit ei omnia bona sua, vel magnam partem eorum, & postea nati sunt alii filii legitimi, pro qua parte revocari debeat donatio, an in totum, ut omnia bona patris dividi debeant æqualiter inter omnes filios donatoris, an verò quoad legitimam tantùm, quæ filiis natis competere debet, ut inde remanere debeat penes filium, cui facta fuit donatio, tertium & quintum bonorum, in quibus potuit ultra legitimam meliorari per patrem, attento jure Regio? Et quamvis Gregor. Lop. *l. 8. in verbo à otro, vers. & quid si donatio facta jam nato, tit. 4. part. 5.* D. Barbos. *d. l. 2. in princ. part. 1. num.* 196. existimaverint prædictam donationem revocari aliorum filiorum nativitate quoad integram parentis substantiam, excepta quinta, & tertia bonorum parte. Contrarium tamen, immò præfatam donationem simpliciter factam revocari quoad legitimam filiis natis competentem, detractis tamen priùs quinta, & tertia partibus, quarum respectu non revocatur donatio, tenent Anton. Gom. *d. tom. 2. cap 4. n. 11. vers. & per consequens hodie in nostro Regno*, Covar. *d. l. 1. var. c. 19. n. 4. vers. cæterùm instituum*, Mieres *de majoratu, p. 1. q. 21. n.* 10. Molin. *de primog. lib. 4. c. 2. n. 81.* Gasp. Baez. *d. c. 9. n.* 48. Guttier. *d. p. 1. c. 9. ex n. 14. usque ad n. 17.* Molin. *de Iust. tract. 2. disp.* 283. *ex n. 3. usque ad n.* 10. Castill. *ubi suprà.*

4 *Ex quocumque legitimo matrimonio nati.* ] Notatur ad hoc, quod donatio inofficiosa non revocatur à naturalibus liberis tantùm, ut per Alvar. Valasc. *consult. 94. n. 7.*

5 Quamvis legitimati per Principis rescriptum habeantur quoad omnem effectum pro verè legitimis, ad notata per Surd. *de aliment. tit. 1. q. 8. per tot. & q. 11. n. 12. cum seqq.* Flores de Mena *in addit. ad Gam. dec. 2. n. 7.* Cald. Pereira *in resp. pro Sebastiano Limpo n. 43.* Cabed. *Lusit. dec. 69. n. 2. p. 2.* nihilominùs tamen non possunt dici ex legitimo matrimonio nati, ac proinde non comprehenduntur sub hac dispositione, ex Paul. *in l. fin. n. 6. de his, qui veniam ætat. impetr.* Dec. *consil. 155. col. fin.* Fusar. *de subst. q. 408. num. 71.*

## L. Cùm donationibus. VI.

*Iidem* AA. *Demetrianæ.*

1 IUdicium patris agnoscens, querelam inofficiosæ donationis amittit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt Tiraquel. *d. retractu lig. §. 1. gloss. 9. num. 136.* Donell. *comment. juris civilis lib. 19. cap. 11. col. 5.* Emman. à Costa *in cap. si pater, de testam. lib. 6. p. 3. verbo privare, num. 21. vers. itaque.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de donation. resol. 4. nu. 11. vers. contra hanc.*

### SUMMARIUM.

1 *Donatio matris immodica revocatur per querelam inofficiosi, & n. 2.*

3 *Dos filiæ excedens legitimam non potest revocari ab aliis fratribus in eo quod excedit legitimam patre vivente.*

## L. Si mater tua. VII.

*Iidem* AA. *Ammiano.*

1 DOnatio matris immodica per inofficiosi querelam revocatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt Cojac. *lib. 5. observ. 14.* Donell. *comment. juris civilis lib. 19. cap. 11. col. 5.* Palat, *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxor. notabl. 3. §. 22. n. 4. pag.* 387. ubi quod dotem filiæ, quæ excedit legitimam, non possunt alii fratres revocare in eo 3 quod excedit.

### SUMMARIUM.

1 *Donatio inofficiosa collata in unum ex liberis, revocatur ad quantitatem legitimam, & num. 2.*

3 *Consentiens alii donanti, rem ipsam donare videtur.*

4 *Dominus, pro marito.*

## L. Si liquèat. VIII.

*Iidem* AA. *Auxanoni.*

1 DOnatio inofficiosa in unum ex liberis collata revocatur ad legitimæ quantitatem. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt Clar. *in §. donatio, quæst. 24. num. 2.* Alexand. Trentacinq, *var. resol. lib. 3. tit. de donat. resol. 4. num. 1.* Tiraquel. *in l. si unquam, verbo totum, n. 4.* Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 751. num. 14.* Gregor. XV. *dec. 539. num. 2. cum seqq.* Merlin. *de legit. lib. 2. tit. 1. q. 21. num. 25.*

3 Notatur ad hoc, quod qui consentit alii donanti, rem ipsam donare videtur, ut per Tiraquell. *de jure mariti gloss. 5. n. 149. & in l. si unquam, verbo donatione largitus, n. 349.* & è contra qui non potest donare inofficiosè in præjudicium filiorum, eodem modo non potest consentire in tali actu, in quo ex ejus consensu resultet donatio. Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 10. n. 69. in medio.*

Consen-

4 *Conſentiente domino.* ] Id eſt, marito, ut per Tiraquel. *ad l. 1. connub. gloſſ. 1. p. 1. n. 14.* ubi tamen affirmat dominum hîc dici reſpectu rerum donatarum, quarum ſcilicet maritus erat dominus, non autem reſpectu uxoris. Chaſſan. *in Catalog. gloriæ mundi, p. 2. conſider. 28.*

SUMMARIUM.

1 *Querela inofficioſæ donationis æquiparatur querelæ inofficioſi teſtamenti, & ultra quinquennium non durat, & n. 2.*
3 *Actio ad revocandam donationem inofficioſam durat ſolùm quinquennio.*
4 *Querela inofficioſæ donationis ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti introducta eſt.*
5 *Jus dandi de inofficioſitate præſcribitur ſpatio quinque annorum.*

## L. Non convenit. IX. & ult.

*Imp.* CONSTANT. A. & JULIANUS. C. *Olybrio.*

1 QUerela inofficioſæ donationis æquiparatur querelæ inofficioſi teſtamenti, & ultra quinquennium illa non durat. Colligunt ex Ordin. Doctores ciati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Donell. *comment. juris civilis lib. 19. ca. 11. col. 5. vers. ſed huic ſententiæ*, Emman. à Coſta *in cap. ſi pater, de teſtam. lib. 6. p. 3. verbo privare, n. 14. 20. 21. vers. 3.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de donat. reſol. 4. n. 14.* ubi quod querela inofficioſæ donationis quinquennio durat; uti querela inofficioſi teſtamenti. Molin. *de Juſt. tract. 2. diſp. 283. n. 11.*

3 ubi quod actio ad revocandam donationem inofficioſam durat ſolùm quinquennio: & *nu. 13.* quod

4 querela inofficioſæ donationis ad inſtar querelæ inofficioſi teſtamenti introducta eſt. Rota apud Merlin. *de legitima dec. 65. num. 12.* ubi quod jus dandi de inofficioſitate præſcribitur ſpatio quinque annorum.

*De inofficioſis dotibus:*

## TIT. XXX.

QUEMADMODUM querela inofficioſæ donationis exemplo querelæ inofficioſi teſtamenti introducta eſt: ita etiam querela inofficioſæ dotis, quæ eandem vim habet, id eſt, tantum ex dote detrahit, quantum legitimam conficiat iis, quibus legitima debetur. Scripſerunt in hanc rubr. Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia vide Campeg. *de dote part. 1. q. 55.* Vincent. de Franchis *Neapol. dec. 170.* Grammar. *dec. 90.* Viv. *dec. 434. n. 9. cum ſeqq.* Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 1. q. 20. per tot.*

SUMMARIUM.

1 *Dos immodica in unam filiam collata, lædens aliorum filiorum legitimam per inofficioſi querelam, revocatur ad juſtam legitimæ quantitatem, & num. 2.*
3 *Actio inofficioſæ dotis eſt ad inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento.*
4 *Mulier omnia bona ſua poteſt dare in dotem, & primo, & ſecundo viro.*
5 *Parens promittens filiæ dotem inofficioſam, & ultra metam legis Regiæ, an poſſit adversùs proprium factum venire agendo, vel excipiendo.*
6 *Dos inofficioſa an repeti poſſit cum fructibus exceſſus conſtante matrimonio.*
7 *Ex donatione inofficioſa facta à patre detrahitur proportionabiliter legitima liberorum.*
8 *Dos ſi revocatur, quia eſt inofficioſa, ſocer dum vivit, non poteſt eam facere revocationem.*
9 *Dotis revocatio an poſſit fieri vivo marito, mortuo patre.*
10 *Legum correctio in dubio vitanda eſt.*

## L. Cùm omnia. Unic.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *ad Maximum præſidem Ciliciæ.*

DOs immodica in unam filiam collata lædens aliorum liberorum legitimam per inofficioſi querelam revocatur ad legitimæ juſtam quantitatem. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Caſtr. Sichard. Aloyſ. Leo *fol. 62.* Sebaſt. Næv. remiſſivè, Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Anton. Gom. *ad l. 29. Tauri, n. 34. in med.* ubi 2
juxta ſecundam lectutam veram, & communiter approbatam hujus textus ex eo colligit, quod ſicut donatio mera, & pura revocatur quando eſt inofficioſa, in fraudem legitimæ filiorum: ita etiam quando eſt inofficioſa dos: & licèt text. non dicat, nec aperiat an intelligatur conſtante matrimonio, vel eo ſoluto, tamen cùm textus & Doctores loquantur ſimpliciter & indiſtinctè, utroque caſu debet intelligi: idem Anton. Gom. *l. 50. Tauri, n. 16.* ubi reddit rationem, 3
ideo non revocari hîc dotem immodicam, ex eo quod omnia bona data fuerunt in dotem, ſed quia tendit dos in præjudicium legitimæ filiorum. Donel. *comment. jur. civilis lib. 19. c. 11. in fin.* Alphan. *collect. 437.* Vincent. de Franch. *dec. 170. n. 1.* ubi quod actio inofficioſæ dotis eſt ad inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento Boër. *dec. 200. n. 4. & dec. 201. n. 1.* ubi 4
quod mulier omnia bona ſua in dotem dare poteſt primo, & ſecundo viro, Cevall. *commun. contra commun. q. 779. n. 127.* ubi dicit quod ſecundùm veriorem hujus textus intellectum mater dederat in dotem ſecundo viro bona ſua in præjudicium filiorum primi matrimonii, & ſic titulo oneroſo; & nihilominùs conſtante dicto matrimonio, ac matre vivente, filii admittuntur ad querelam inofficioſæ dotis. Guttier. *pract. lib. 3. q. 41. per tot.* ubi ex profeſſo agit an parens promittens filiæ dotem inofficioſam, & ultra metam legis Regiæ, poſſit adversùs proprium factum venire agendo, vel excipiendo: & *à n. 13.* diſputat, an dos inofficioſa cum fructibus exceſſus repeti poſſit, etiam conſtante matrimonio. Ioan. Bapt. à Coſta *de portione ratæ, q. 152. n. 14. & de remed. ſubſid. remed. 180. n. 5.* latè Merlin. *de legitima, lib. 2. tit. 1.*

*tit.* 1. *q.* 20. *n.* 1. ubi quod ex inofficiosa donatione à patre facta detrahitur proportionabiliter legitima liberorum. Cald. Pereira *ad rubr. tit. Inst. de inoff. test. n.* 35. ubi *n.* 37. *in princ.* ait quod in hac l. solùm datur querela ad rescindendas dotes impensas respectu legitimæ, cui nocere non licet: at verò *in l. hac edictali, de secund. nupt.* datur actio ex lege ad revocationem ejus, quod mater secundo marito donavit, aut ex causa dotis debet, etiamsi legitimæ non nocuerit, & sic ad diversa sunt illa remedia inventa, scilicet querela respectu legitimæ, & remedium *d. l. hac edictali*, respectu residui, si fortè quid majus legitimâ mater marito dedit; quod excedat filio relicta. Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. lib.* 2. *c.* 69. Campeg. *de dote, p.* 1. *q.* 55. D. Barbos. *in l.* 2. *in princip. p.* 1. *n.* 174. *in med. ff. soluto matr.* ubi ait hunc text. generaliter constituere, quod dos inofficiosa revocetur quatenus opus est, ut legitima aliorum filiorum suppleatur.

2 Eleganter, ut solet, pro materiæ notitia advertit D. Barbos. *loco proximè cit. n.* 171. quod si dos revocatur quia inofficiosa est, socer dum vivit non potest eam facere revocationem, quia non facilè debet audire contra proprium factum, quinimò neque filii vivo patre, ut ibi aliorum auctoritatibus comprobat.

9 Mortuo autem patre controversum est, utrùm hæc revocatio dotis possit fieri vivo marito, & quamvis constante matrimonio prædictam revocationem non esse concedendam existimaverint Bernard. *reg.* 215. Afflict. *dec.* 86. *ad fin.* Thom. Grammat. *dec.* 90. *n.* 3. Contrarium tamen, immò alios filios posse revocare dotem inofficiosam, etiam constante matrimonio, melius tuentur Cæs. de Ursill. *ad Afflict. d. dec.* 86. Matienz. *l.* 3. *gloss.* 6. *n.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *novæ Recop.* D. Barbos. *d. loco, n.* 172. ubi dicit pro hac parte facere textum *in præsenti* in sua generalitate, & illam probare in Regno Castellæ expressè, *l.* 29. *Tauri*, quæ hodie est *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 5. *novæ Recop.*

10 *Leges legibus concordare promptum est.* ] Notatur ad hoc, quod correctio legum in dubio est vitanda, ut per Cephal. *cons.* 323. *à n.* 18. *vol.* 3. Menoch. *remed.* 4. *adipisc. n.* 21. Franc. Bec. *cons.* 1. *n.* 13. Surd. *decis.* 21. *n.* 19. Moner. *de distrib. quotid. p.* 2. *q.* 11. *n.* 29. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 2. *lit. C, concl.* 1046. *n.* 4. *cum seqq.* quos & alios refero ego ipse *axiom.* 60. *n.* 5. Merlin. *de legitima, lib.* 1. *tit.* 1. *q.* 2. *n.* 4.

## *De petitione hæreditatis.*

# TIT. XXXI.

CUM dictum sit de inofficiosi testamenti querela, & de querelis inofficiosæ donationis, vel dotis, quæ ad illius similitudinem sunt introductæ; nunc sequenter agitur de petitione hæreditatis, quæ est actio, qua quis petit se declarari hæredem, hæreditatemque ad se pertinentem sibi restitui ab eo, qui pro hærede, vel possessore possidet, una cum personalibus præstationibus, veluti si possessor rem hæreditariam deterioraverit, aut ejus fructibus potitus sit. Scripserunt in hanc rubr. Cujac. & Vvesemb.

De materia vide Bellacomb. Viv. Vezin. & alios *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 18. Rebuff. *in tract. except. n.* 1015. *cum seqq.* Donell. *comment. juris civilis lib.* 19. *c.* 12. Atism. Tepat. *var. sent. tom.* 1. *tit.* 5 14. Franc. de Barry *de succes. testati, ac intest. lib.* 11. *tit.* 14. *per tot.* Petr. Gregor. *syntagm. jur. p.* 3. *lib.* 46. *cap.* 7. *per tot.*

### SUMMARIUM.

1 *Hæreditas à quo tempore evicta, restituenda, non attento discrimine an ad fiscum, vel privatum pertineat.*

2 *Fisci, & extranei idem quoad hæreditates privilegium.*

3 *Bonæ fidei possessores rerum hæreditariarum usuras ante litem contestatam perceptas non reddunt post litem contestatam.*

4 *Quoad usurarum restitutionem eadem est conditio possessorum bonæ, & malæ fidei.*

5 *Fiscus utitur jure privati, & sic jure communi, nisi casu de quo agitur, reperiatur specialiter privilegiatus.*

6 *Possessor bonæ fidei tenetur in petitione hæreditatis quatenus ex fructibus factus est locupletior: malæ fidei tenetur à tempore malæ fidei, & litis contestatæ de perceptis, consumptis, & percipiendis, n.* 7.

8 *Qui fide bona possidebat, & ipsius hæres, tenentur restituere legitimo hæredi tum res omnes hæreditarias, quæ tempore litis contestatæ extabant, tum etiam fructus omnes, si quos commodè inde poterunt percipere, & sua negligentia, aut culpa non perceperunt, &c.*

## L. Senatusconsultum. I.

*Imp.* M. ÆLIUS ANTONINUS A. *Augurino Proconsuli Africæ.*

HÆreditas à quo tempore evicta restituenda, non 1
attento discrimine, an ad fiscum, vel privatum pertineat. Fisci & extranei idem quoad hæreditates 2
est privilegium. Item bonæ fidei possessores rerum 3
hæreditariarum usuras ante litem contestatam perceptas non reddunt post litem contestatam: quoad 4
usurarum restitutionem eadem est conditio bonæ, & malæ fidei possessorum. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Castr. Bald. Sichard. Angel. Petr. Gilchen. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant.*

*Non solum ad fisci causas*, &c. ] Notatur ad hoc, 5
quod fiscus utitur jure privati, & sic jure communi nisi in casu, de quo agitur, reperiatur specialiter privilegiatus, ut per Martin. Laudens. *in tract. de fisco, in princ. q.* 14. Menoch. *cons.* 242. *n.* 9. *lib.* 3. Farin. *frag. crim. p.* 1. *lit. F, n.* 150.

*Nisi ex his locupletiores extiterint*, &c. ] Notatur 6
ad hoc, quod bonæ fidei possessor in petitione hæreditatis teneatur quatenus ex fructibus factus est locupletior, ut per Pinel. *in l.* 2. *de rescind. vend. p.* 2. *c.* 4. *n.* 61. Petr. Greg. *syntagm. juris p.* 3. *lib.* 46. *c.* 7. *n.* 21. *in fin.* ubi addit quod malæ fidei possessor, qui sine titulo possedit, vel qui post litem contestatam suum titulum sufficientem non potuit ostendere, à tempo- 7
re malæ fidei, & litis contestatæ de perceptis, & consumptis, & de percipiendis, id est qui per alium percipi potuissent, tenetur: subditque, quod post petitam hæreditatem quilibet possessor contestatus litem incipit esse malæ fidei, vel ex quo scire potuit, & denuntiatum ei fuit, Molin. *d. disp.* 246. *num.* 9. ubi agens de possidente bona fide, ait in utroque foro solùm teneri restituere id, quod ex fructibus perceptis extat, & quantum ex consumptis factus est locupletior.

*Post litem autem contestatam*, &c. ] Notatur ad hoc 8
quod qui bona fide possidebat, & hæres ipsius, restituere tenentur legitimo hæredi tum res omnes hæredi-

tà

reditatis quæ tempore litis conteſtatæ extabant, tam etiam fructus omnes, ſi quos commodè inde poterant percipere, & ſua negligentia, aut culpa non perceperunt, eodemque modo tenentur ad res ejuſmodi hæreditarias & fructus earum emptores, qui poſt litem conteſtatam eas ſcienter emerunt, aut alio titulo acceperunt, ut per Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 246. *num.* 12.

SUMMARIUM.

1 *Fidei malæ emptor hæreditatis, tenetur de fructibus, bonæ fidei poſt litem conteſtatam fructus ſolvit, & num.* 2.
3 *Fructibus augetur hæreditas.*
4 *Actus ubi ſe habet ad prohibitum, & permiſſum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum.*

## L. Si poſt motam. II.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Marcello militi.*

1 MAlæ fidei emptor hæreditatis tenetur de fructibus, bonæ fidei poſt litem conteſtatam fructus ſolvit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupra hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Rot. Bonon. *dec.* 35. *n.* 2. Donell. *commenr. juris civilis lib.* 19. *c.* 12. *col antep.* ubi de intellectu, Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 246. *n.* 15. Parlad. *lib.* 1. *rer. cap.* 5. *n.* 11. ubi dicit quod idcirco hîc negat Imperator fructibus hæreditatem augeri, quia ab illo Muſeo hæreditas peti non poterat. Rationem reddit è veſtigio Imperator, quia ille Muſeus neque hæreditatem, neque partem hæreditatis poſſidebat, ſed res hæreditarias ſingulari jure, ſeu titulo, atque ita quia univerſitatem poſſidebat, ſingulari rerum jure, id eſt, ſpecialibus in rem actionibus convenitur, in quibus quidem fructus poſt litem conteſtatam tantùm veniunt: verùm ſi petitio hæreditatis locum haberet, etiam ante litem conteſtatam fructus reſtituendi
3 eſſent, quoniam fructibus augetur hæreditas, *l. pecuniæ verbum* §. 1 *ff. de verb. ſign.*

4 In Gloſſ. *Probaretur.* Notatur ad hoc, quod ubi actus ſe habet ad prohibitum, & permiſſum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum, ut per Tiraq. *de retract. lign.* §. 30. *gloſſ.* 2. *n.* 34. & per hanc Gloſſ. notat Maſcard. *de probat. concl.* 1224. alias 1230. *n.* 31. quod ſi præſumendo aliquid certa diei, vel temporis parte, eſſet delictum, præſumendo autem alia parte non eſſet, debemus præſumere ex illa parte, ex qua non reſultat.

SUMMARIUM.

1 *Excluſus ab hæreditate una actione propoſita, aliam, & quidem diverſam actionem non amittit, ſive actum ſit petitione hæreditatis, ſive querela abſolutoria, non nocet agenti ex alia perſona vel cauſa.*
2 *Propter diverſitatem perſonarum rem petere diverſis modis poſſumus.*

## L. Hæreditas. II.

*Iidem* AA. *Epicteſi.*

1 EXcluſus ab hæreditate una actione propoſita, aliam, & quidem diverſam actionem non amittit, ſive actum ſit petitione hæreditatis, ſive querela abſolutoria, non nocet agenti ex alia perſona, vel cauſa. Item propter diverſitatem perſonarum rem diverſis modis petere poſſumus. Colligunt ex Ord. Doctores citati.

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor à quo evincitur hæreditas, deducit ſumptus quos ſe feciſſe probaverit in infirmitate, & funere defuncti, & n.* 2.
3 *Funeris impenſa præferaturne creditoribus habentibus hypothecam expreſſam.*
4 *Funeris ſumptus eſt omne id quod ante humatum corpus expenditur.*
5 *Meliorationes ſemper priùs probandæ ſunt, ut de illis habeatur conſideratio.*

## L. In reſtituenda. IV.

*Imp.* ANTONINUS A. *Vitaliano.*

POſſeſſor à quo evincitur hæreditas, deducit ſumptus, quos feciſſe probaverit in infirmitate, & funere defuncti, Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Greg. Lop. *l.* 9. *verbo deſpues, tit.* 2. *p.* 5. ubi quod poteſt quis retinere rem defuncti quouſque ſibi ſolvantur expenſæ factæ in ejus funere, vel infirmitate, Cavalcan. *dec.* 32. *n.* 4. *p.* 1. ubi quod in reſtituenda hæreditate poteſt quis retinere expenſas funeris, & infirmitatis. Surd. *dec.* 255. Garc. Maſtrill. *Sicil. dec.* 10. *n.* 10. Merlin. *de legitima, lib.* 2. *tit.* 1. *q.* 15. *n.* 13. 2

Vtrùm autem impenſa funeris præferatur creditoribus habentibus hypothecam expreſſam, vide Surd. *dec.* 112. & 255. Vincent. de Franc. *dec.* 51. Garc. Maſtrill. *d. dec.* 10. Marta *voto* 8. *n.* 56. Joſeph. Ludov. *Perus. dec.* 78. *v.* 2. Ioan. Garc. *de expenſis c.* 8. *n.* 23. Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. collect.* 473. Act. *de infirmitate part.* 2. *in verbo creditor funeris.* 3

*Sumptum funeris.* ] Dicitur omne, quod ante humatum corpus expenditur, & ad id neceſſarium eſt, *l. Hſpan.* 12. *tit.* 13. *part.* 2. Azeved. *l.* 13. *à n.* 9. *tit.* 6. *lib.* 5. *novæ Recop.* Garc. Gironda *de privileg. ſeu exempt. explicat. n.* 417. Gam. *Luſit. dec.* 308. Garc. Maſtrill. *Sicil. dec.* 203. Lavor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 2. *c.* 16. quos refero *de appellativa verbi, utriuſque juris ſignif. appell.* 107. *n.* 1. 4

*Erogaſſe probaveris.* ] Notatur ad hoc, quod meliorationes ſemper priùs probandæ ſunt, ut de illis habeatur conſideratio, ut per D. Barboſ. *in l. divortio,* §. *fin. p.* 2. *n.* 33. *ff. ſoluto matr.* 5

## L. De hæreditate. V.

*Idem* A. *Poſthumianæ.*

POſſeſſor, qui hæreditatem reſtituit, deducit quod creditoribus hæreditariis hæreditario nomine ſolvit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num* 1. *ſupra hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſp.* 36. *tit.* 14. *part.* 5. ubi deciditur quod hæreditatis bonæ fidei poſſeſſor hæreditate evicta retinet de bonis hæredis debita hæreditaria, quæ de ſuo jam ſolvit nomine defuncti, eleganter D. Barboſ. *in l. divortio,* §. *fin. part.* 2. *num.* 5. *ff. ſoluto matrim.* ubi refert veram concordiam inter *l. ſi pœna,* §. 1. *ff. de condict. indeb.* & textum *in præſenti,* nam *d. l. ſi pœna* §. 1. procedit quando quis ſolvit nomine proprio, & 2

quasi hæres verus, cùm re vera ipse non deberet, quia hæres non erat, & ideò condicit à creditoribus: at verò textus iste procedit quando putativus hæres solvit nomine hæreditario, & ideò non condicitur, quod colligitur ex verbis illis ibi, *creditoribus ejusdem hæreditatis*, & sic constabat hæreditario nomine fuisse solutum; & etiam colligitur ex ratione ibi, *suum receperunt*; illa enim ratio non condicit nisi intelligas nomine hæreditario factam fuisse solutionem. Donell. *commentar. juris civilis l.* 14. *c.* 13. ubi Osuald. late Gregor Lopez Madeira *animadversionum juris civilis c.* 13. *per tot.* ubi de concordia hujus textus cum *d. l. si pœna*, §. 1.

---

SUMMARIUM.

1 *Judicium cum minus legitimo tutore tenet inter avum, & nepotem in ejus potestate constitutum ratione dubitationis.*
2 *Declaratur text. l. si putas 6. De inoffic. dotib.*

## L. Si putas. VI.

*Imp.* ALEXANDER A. *Firmino.*

1 RAtione dubitationis tenet judicium cum minùs legitimo tutore inter avum, & nepotem in ejus potestate constitutum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supra hoc tit.*

2 Vide Hector. Rodriguez *in privatis scholiis ad l. qui in aliena, ff. de acquir. hæred.* ubi docuit textum *in præsenti* necessariò debere intelligi in filio emancipato mortuo, cujus filii acceperunt bonorum possessionem post mortem ejus, quam habuit ratam avus eorum, quod potuit facere secundùm dispositionem *d. l. qui in aliena, post princip.* & illi qui non sunt in potestate, non succedunt nisi de jure Prætorio, ut sunt liberi ex filio emancipato, ut probat *l. si retentum, & l. fin. ff. de contrab. emt.*

---

SUMMARIUM.

1 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & ideo non excluditur per præscriptionem longi temporis, & n.* 2.
3 *Petitio hæreditatis est actio mixta, quod sit realis, num.* 4.
5 *Tò* Autem, *ponderatur.*
6 *Tò* Cæteris, *ponderatur.*
7 *Petitio hæreditatis non conceditur hæredi contra titulo possidentem.*

## L. Hæreditatis petitionem. VII.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Restitutæ.*

1 PEtitio hæreditatis non datur contra titulo possidentem, & ideo non excluditur per præscriptionem longi temporis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt *l. Hispan. fin. tit.* 14. *part.* 6. *ubi gloss.* 3. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 10. *n.* 14. Donell. *comment. juris civilis l.* 19. *c.* 12. *col.* 10. Petr. Gregor. *syntagm. juris p.* 3. *l.* 46. *c.* 8. *n.* 20. Cacheran. *Pedem. dec.* 56. *n.* 1. Gallin. *in comment. ad tit. de verbor. signif. l.* 9. *c.* 24. *n.* 8. Molin. *de just. tract.* 2. *disp.* 246. *n.* 14. Covar. *pract. cap.* 12. *n.* 2. *vers. erit equidem*, latè Parlador. *rer. quotid. lib.* 1. *c.* 1. §. 11. *per tot.* & maximè. *à n.* 9. ubi de intellectu.

*Cùm mixtæ personalis actionis ratio*, &c. ] Ergo 3
petitio hæreditatis, est actio mixta, de quo vide Covar. *pract. c.* 12. *in princ.* Donell. *comment. juris civilis l.* 19. *c.* 12. *col.* 1. Ias. *in* §. *sed ista*, *n.* 41. *Inst. de act.* Parlador. *d. l.* 1. *c.* 1. §. 11. *n.* 7. ubi affirmat hanc actionem habere actionem personalem mixtam cum reali, latè Nicol. Bellon. *supputationum juris lib.* 2. *c.* 3. ubi ait sibi semper visum fuisse, legem hanc non modò probare quod petitio hæreditatis sit mixta, sed potiùs quod sit realis nam dicitur *in hoc text.* petitioni hæreditatis non præscribi longo tempore, cæteris autem in rem specialibus actionibus sic. Pondera adversativam, *autem*, cujus natura est adversari his, quæ sunt ejusdem generis: ergo petitio hæreditatis est realis. Pondera rursus illam dictionem; *cæteris*, quæ est similium repetitiva, & in effectu *in hoc text.* videtur poni regula quod in rem actionibus præscribitur longo tempore, ut *in vers. cæteris autem*: fallit in petitione hæreditatis, ut in princio l. & fallentia, seu exceptio debet esse de regula. Non obstare dicit verba textus suprà relata, quia non dicunt quod petitio hæreditatis sit mixta, sed quod ratio, id est consideratio, quæ militat in personali mixta, putà *communi dividundo*, seu *familiæ herciscundæ*, quæ licet participent & de personali, & de reali, tamen respectu præscriptionis attenditur, quatenus participant de personali, ut scilicet tollantur spatio triginta annorum, similiter militat in petitione hæreditatis, quæ quamvis sit realis, ex quo tamen habet eræstationes personales, *l. sed etsi lege*, §. *petitio*, *ff. de petit. hæred.* respectu præscriptionis attenditur personalitas, non realitas.

Notatur ad hoc quod hæreditatis petitio non con- 7
ceditur hæredi contra titulo possidentem, ut per Cov. *pract.* 12. *n.* 2. Menoch. *remed.* 1. *adip. n.* 61.

---

SUMMARIUM.

1 *De persona defuncti prius inquirendum in judicio an liber sit, necne, quàm processus dirigatur ad hæreditatis petitionem.*
2 *Servus non potest facere testamentum.*

## L. Liber, necne. VIII.

*Idem* AA. & CC. *Hasterio.*

1 DE persona defuncti priùs inquirendum est in judicio, an liber sit, necne, quàm ad hæreditatis petitionem processus dirigatur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Ratio est, quia servus non potest facere testamentum, Ord. Reg. Lusit. *lib.* 4. *tit.* 81. §. 4. Ant. Gom. *l.* 3. *Tauri, n.* 12. Mol. *de Inst. tr.* 2. *disp.* 137. *n.* 2. *v. servus*, & vide posita *in coll. ad l. qui testamento*, *de testam.*

---

SUMMARIUM.

1 *Repudiantibus servis hæredibus, succedentibus ab intestato de jure civili, vel prætorio competit petitio hæreditatis.*
2 *Pro hæreditariis repetendis contra quemcumque detinentem datur actio.*
3 *Petitio fideicommissaria hæreditatis non datur adversus restituentem hæreditatem: datur tit qui*

*inter*

*intendunt ſe eſſe hæredes, ſervato ſuccedendi ordine, num. 4.*

## L. Si ſcripti. IX.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Demophilæ.*

1 REpudiantibus ſcriptis hæredibus ſuccedentibus ab inteſtato de jure civili, vel prætorio, competit hæreditatis petitio. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 46. c. 7. num. 9. lit. C*, ubi quod pro iſtis hæreditariis repetendis datur actio contra quemcunque detinentem, & *num. 12. lit. T*, quod fideicommiſſaria hæreditatis petitio non datur adversùs reſtituentem hæreditatem, & *num. 19. in princi.* quod datur hæc petitio hæreditatis eis, qui intendunt ſe eſſe hæredes, ſervato ordine ſuccedendi, ut primùm ſcriptis, & teſtamentariis, & iis locum non habentibus, legitimis ab inteſtato.

3

4

### SUMMARIUM.

1 *Ex poſſeſſione divina præſumimus ſolemnitatem interceſſiſſe extrinſecam, & n. 2. limita ut n. 4.*

3 *Solemnitas extrinſeca non præſumitur quando eſt talis, cui partes renuntiare non poſſunt.*

## L. Si filiusfam. X.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Theodoſiano.*

1 EX diuina poſſeſſione præſumimus ſolemnitatem extrinſecam interceſſiſſe. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.* Aloyſ. Leo *fol. 62. verſo.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu colligunt Hippol. *ſingul. 325.* Mantua *lib. 1. locorum, c. 5.* Balb. *de præſcript. 3. part. princip. quæſt. 10. n. 19. & 22.* Aym. *de antiq. tempor. par. 3. in princip. n. 1. cum ſeqq.* Boër. *decis. 281. n. 16. cum ſeqq.* Ant. Gom. *variarum tom. 2. cap. 11. n. 17. col. 2.* Tiraquell. *de jure mariti, gloſſ. 7. n. 40. cum ſeqq.* Menchac. *de ſucceſſ. creat. tom. 1. lib. 1. §. 5. à n. 24. & n. 31. & controvers. illuſtr. part. 1. c. 61. n. 8. cum ſeq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. n. 54. & cons. 189. n. 9.* Cacheran. *Pedem. dec. 173. n. 1.* Gam. *Luſit. decis. 49.* Maſcard. *de probation. concl. 238. n. 5. vers. ſequendo, & concl. 1316.* aliàs *1322. in nov. & conclus. 1362.* Surd. *Mantuana decis. 231. n. 19.* latè Ioan. Garcian. *regul. 144.* Marc. Anton. Eugen. *cons. 8. ex n. 7. tom. 1.* Burg. de Paz *cons. 15. num. 28.* Quarant. *in ſum. Bullarii, verbo alienatio, pag. 34.* latè Flores de Mena *var. lib. 3. q. 23.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo antiquitas 2. & verbo factum 18. & verbo hæres 13.* Card. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 12. tit. 12. n. 20. & tit. 13. n. 11. & de tacitis, & ambig. convent. lib. 7. tit. 12. n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 12. c. 2. n. 178.* Caſtill. *controvers. lib. 4. c. 35. n. 57.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 12. in princ. num. 78.*

3 Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 58. à n. 112.* ubi quod ſolemnitas extrinſeca non præſumitur quando eſt talis, cui partes renuntiare non poſſunt.

4 Limita quando ex ipſo inſtrumento apparet ſolemnitatem non interveniſſe Alex. *conſil. 1. n. 4.* Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 14. num. 219. pag. 274.* Ioan. Garcian. *d. regul. 144. n. 2.* Avendañ. *ad l. 41. Tauri, gloſſ. 3. n. 5.* Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. n. 74.* Anton. Gabr. *commun. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 1. n. 57.* Maſcard. *de probat. concl. 1140. num. 25. & concl. 1316. num. 33. cum ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 132. n. 79.* Peregrin. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 8. n. 25.* Valaſc. *conſult. 162. n. 20.* Flamin. Pariſ. *de reſignatione benefic. lib. 10. quæſt. 4. num. 27. & 28.*

### SUMMARIUM.

1 *Qualitatem poſſeſſionis non tenetur dicere conventus in poſſeſſione hæreditatis.*

2 *Titulum poſſeſſionis, ſeu rei, quam poſſidet, nullus tenetur oſtendere, procedit tam in prophanis quàm Eccleſiaſticis, in omni actu, n. 3. in beneficialibus quid, remiſſivè, n. 4. procedit eo magis, ſi poſſeſſio eſſet antiqua, n. 5. Etiam reſpectu fiſci, & Regis ſeu Principis ſupremi, non recognoſcentis ſuperiorem, n. 6. Secus quando jus commune poſſidenti, & ejus poſſeſſioni reſiſtit, num. 7. Aut titulus neceſſarius eſt ad fundandum intentionem, vel exceptionem; tunc enim tenetur quis oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, n. 8. aut res eſt talis, quod ſine titulo poſſideri non poteſt, num. 9. Vel poſſeſſor habet præſumptionem contra ſe, & actor in ſui favorem, num. 10. vel quis poſſidet regalia, aut ſuper regalibus agitur, num. 11. vel contenditur ſuper juriſdictione, num. 12.*

## L. Cogi poſſeſſorem. XI.

### *Impp.* ARCAD. *&* HONOR. AA. *Æternali proconſuli Aſiæ.*

QValitatem poſſeſſionis conventus non tenetur dicere in poſſeſſione hæreditatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Allegari vulgò ſolet hic text. ad hoc, quod titulum ſuæ poſſeſſionis, ſive rei, quam poſſidet, nullus tenetur oſtendere, de qua regula latè tractant, illámque multis exornant & declarant Novell. *reg. 217.* Socin. *reg. 525.* Ioan. Garc. *reg. 465.* Bernard. *reg. 136.* Gregor. Lop. per text. *ibi in l. 1. tit. 10. p. 3.* Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & uxorem nomine Adelaſiam, decis. 2. n. 21.* Palat. *in rep. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. notab. 2. §. 1. n. 45.* Iaſ. *in §. actionum, n. 201. Inſtit. de actionib.* Anton. de Padil. *in l. altius, de ſervit. & aqua, ex n. 4.* Menchac. *de ſucceſſ. reſol. lib. 1. §. 7. n. 19. & 29.* Boër. *dec. 313. n. 1. & 3.* Afflict. *decis. 265. n. 87.* Marant. *de ordine judic. p. 4. diſt. 13. n. 4.* Roland. *cons. 89. n. 21. & 26. lib. 2.* Tiraq. *ad leges connub. l. 11. n. 11. & gloſſ. 1. p. 11. n. 11.* Albert. Brun. *cons. 108.* Cov. *in reg. poſſeſſ. p. 2. §. 10. n. 6. vers. hinc.* Bellacom. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 44. de jure emphyt. n. 18. pag. 682. & tom. 2. lib. 7. tit. 2. de uſuc. n. 54. pag. 225.* Azeved. *l. 2. à princ. tit. 1. lib. 4. novæ Recop.* Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q. 8. n. 6. & 20. cum ſeqq.* Achil. Pedrocha *conſil. 3. n. 123.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 2. §. 1. n. 17.* Donell. *comment. juris civilis lib. 19. c. 12. col. 11.* Maſcard. *de probat. concl. 590.* & latiùs *concl. 1373.* Peregr. *de jure fiſci, lib. 7. tit. 3. n. 17. cum ſeqq.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo bullæ pag. 56. vers. ad 5.* Tiber. Decian. *cons. 7. n. 21. vol. 3.* Fulv. Pacian. *de probation. lib. 1. c. 7. ex n. 82. & c. 61. ex n. 7. uſque ad n. 84.* Anton. Fab. *ad tit. de petit. hæred. definit. 8.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 2. c. 16. n. 92.* Aloyſ. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect. 192. n. 4.* Ceval. *commun. contra commun. q. 820. n. 27.* Cardin. Tuſch. *practicar. conclus. tom. 6. lit. P, conclus. 539.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 23. tit. 6. n. 4.* Bernard. Gravæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 69. in conſid.* Garc. Maſtrill. *de magiſtratib. lib. 3. cap. 2.* 2

*cap. 2. n. 12. cum ſeqq.* latè Caſtill. *controuers. tom. 7. de tertiis, c. 16. n. 3. cum multis ſeqq.*

4 Quæ quidem regula procedit tam in prophanis, quàm in eccleſiaſticis, & in omni actu, ut adnotavit Maſcard. *d. concl. 1373. n. 1. in fine.* Sed quid in beneficialibus, vide Ioan. Selv. *in tract. de benefic. p. 2. q. 25.* Fulv. Pacian. *d. cap. 61. ex n. 36.* ubi notabiliter declarat, atque diſtinguit, Aloyſ. Ricc. *d. collect. 192. num. 4.* Cov. *d. n. 9.* Azeved. *d. l. 2. n. 5.* ubi etiam diſtinguit.

5 Et tanto magis dicta regula procedit, ſi poſſeſſio eſſet antiqua, tunc enim præſumitur pro titulo, ob idque ſic poſſidens non cogitur illum probare, ex Maſcard. *d. conclus. 1373. ex num. 2.*

6 Procedit etiam regula noſtri textus reſpectu fiſci, & Regis, ſeu Principis ſupremi non recognoſcentis ſuperiorem, qui non poteſt citare vaſſallos ut oſtendant titulos, quibus poſſident bona, aut terras ſuas, ut per Anton. de Padil. *in dict. leg. altius, numero 3.* Alvar. Valaſc. *dict. quæſt. 8. num. 20.* Pereg. *dict. lib. 7. tit. 3. ex num. 13.* ubi inquit quod poſſeſſor à fiſco conventus non cogitur docere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed fiſcus actor tenetur implere ſuam intentionem.

7 Limita primò regulam hujus textus non procedere quando jus commune poſſidendi, & ejus poſſeſſioni reſiſtit, tunc enim tenetur poſſeſſor oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſive rei quam poſſidet, ut per Curt. jun. *conſil. 50. num. 2. lib. 2.* Palat. *ubi ſup. n. 46. & 47.* Anton. de Padil. *in d. l. altius, num. 6. & 7.* Azeved. *in d. l. 2. num. 2.* Alvar. Valaſc. *dict. q. 8. num. 6.* Fulv. Pacian. *d. lib. 1. cap. 62. num. 26.* ubi hujus limitationis exemplum eſſe dicit quando laici poſſident Eccleſiam, decimas, vel quid aliud ſpirituale, quod de jure communi poſſidere non poſſunt, & *num. 27.* exemplificat etiam in omnibus, qui poſſident rem, quam de jure communi non poſſunt habere ſine aſſenſu ſuperioris, & ideo cùm feudum, & emphyteuſis requirant conſenſum alienum, vaſſallus, & emphyteuta domino requirenti oſtendere debent titulum ſuæ poſſeſſionis, Cened. *ad Decretal. collect. 144. num. 70.*

8 Limita ſecundò quando titulus neceſſarius eſt ad fundandam intentionem, vel exceptionem; tunc enim tenetur quis oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ut per Card Tuſch. *d. tom. 6. lit. P, concl. 539. num. 4.*

9 Limita tertiò quando res eſt talis, quod ſine titulo poſſideri non poteſt, ut per Pereg. *dict. lib. 7. tit. 3. num. 21.* ubi ſubdit id eſſe generale in eo, qui poſſidet quod ad ſe de jure communi non ſpectat, ſed ad alium, Fulv. Pacian. *dict. cap. 61. num. 36.* ubi latiùs explicat.

10 Limita quartò quando poſſeſſor habet præſumptionem contra ſe, actor in ſui favorem, tenetur enim tunc oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis. Achil. Pedrocha *cons. 3. num. 124.* Card. Tuſch. *d. concl. 539. num. 5.*

11 Limita quintò quando quis Regalia poſſidet, aut ſuper Regalibus agitur, tunc enim poſſeſſor tenetur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, alioquin ad fiſci Regii inſtantiam, & ejus Procuratoris fiſcalis rectè privari poterit, ut per Anton. de Padil. *in dict. leg. altius, numero 6. & 7.* Alvar. Valaſc. *dict. quæſt. 8. ex num. 22. & num. 36.* Peregr. *d. lib. 7. tit. 3. num. 21.*

12 Limita ſextò quando etiam ſuper juriſdictione contenditur, tunc enim tenetur poſſeſſor oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, & manifeſtiſſimè de ſuo jure docere; nam & juris communis deciſio, & præſumptio ei reſiſtit, & regulæ omnes in favorem Regis aſſiſtunt, Roder. Xuar. *allegat. 7. numero 7.* Anton. de Padill. *in leg. aquam, numero 7.* Covar. *pract. capite 1. numero 11.* Alvar. Valaſc. *d. quæſt. 8. numero 22.* Garc. Maſtrill. *de magiſtrat. lib. 3. cap. 2. num. 12. & 17.* Et addit ideo Valaſc. *citato loco ad fin. vers. adde ſeptimam conclus.* quod adſtringi poſſunt Duces, Comites, & Marchiones oſtendere titulos ſuarum dignitatum.

---

## SUMMARIUM.

1 *In hæreditatis controverſia legatarii poſſunt agere contra hæredem ſcriptum.*

2 *Creditores defuncti, item legatarii poſſunt agere contra honorem, non obſtante pendentia hæreditatis, & num. 3.*

4 *Res litigioſa alienari poteſt ex cauſa neceſſaria.*

5 *Hæres putativus ſi probabiliter dubitabat utrùm eſſet hæres, in dubio videtur ſolviſſe nomine hæreditario, vel nomine veri hæredis.*

6 *Iudicium centumvirale pro querela inofficioſi, & hæreditatis petitione.*

## L. Cùm hæreditatis. XII. & ult.

### *Imp.* IVSTINIANVS A. *Iuliano. P. P.*

IN controverſia hæreditatis legatarii poſſunt agere contra hæredem ſcriptum. Creditores defuncti, vel legatarii poſſunt agere contra hæredem, non obſtante pendentia hæreditatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* 1 2

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Lancel. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 26.* Cujac. *lib. 9. obſerv. 27.* Alvar. Valaſc. *conſult. 90. n. 3.* ubi advertit quod quando tertius eſt, qui movet quæſtionem particularem, ſive debiti, ſive legati, ſive libertatis, non ſuperſedetur in particulari propter judicium univerſale, & ſubdit in hoc diſcriminari textum *in præſenti, à l. ſi quis libertatem, ff. hoc tit.* quia hìc agit tertius contra unum ex collitigantibus, & quia non datur præjudicium, non ſuperſedetur in judicio particulari; ut illic agit unus ex collitigantibus contra tertium, & ſuperſedetur propter præjudicium, *& conſil. 128. num. 11.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. quæſt. 7. num. 9.* latè Rebuff. *in tract. exception. num. 585. cum multis ſeqq.* ubi *n. 588. & ſeq.* reſolvit judicium ſingulare ante petitionem hæreditatis poſſe intentari quando aliàs qui vindicaret rem ſibi debitam quam ex teſtamento peteret, vel ubi tertius pendente judicio petitionis hæreditatis moveret ſingulare judicium contra petitorem, vel poſſeſſorem. 3

Notatur ad hoc, quod res litigioſa ex cauſa neceſſaria poteſt alienari, ut per Tiraq. *de retractu lign. §. fin. num. 2.* Benintend. *Bonan. deciſ. 48. n. 15.* Lancel. *de attent. p. 2. cap. 4. limit. 8. num. 2. & 10. cum ſeqq.* Cardin. Tuſch. *practic. conclus. verbo litigioſi vitium, concl. 386. num. 12.* Farin. *fragment. crimin. p. 2. lit. L, num. 259.* ubi *num. 260.* refert dici alienationem neceſſariam primò per confiſcationem bonorum; ſecundò, quæ fit ex cauſa retractus; tertiò quæ fit ex cauſa de præterito; quartò quando debitor ſuo creditori dat in ſolutum rem litigioſam. 4

*Sin autem ex contractibus*, &c, ] Notatur ad hoc, quod ſi hæres putativus probabiliter dubitabat utrum eſſet hæres, ut quia ſibi jam mota erat controverſia ſuper hæreditate, in dubio videtur ſolviſſe nomine hæreditario, id eſt ſuo, ſi eſſet hæres, vel nomine veri hæredis; nam & pendente lite ſolvere poteſt, ut per 5

D. Barbos. *in l. divortio*, §. *fin. num.* 5. *in princ. ff. soluto matrimonio.*

*Omni modo bonæ fidei*, &c. ] Vide Donell. *comment. juris civilis lib.* 19. *cap.* 14. *col.* 2.

6 In gloss. *Centumviralis*, ibi, *qui erant centum numero*, &c. Notatur ad hoc, quod centumviralia judicia erant graviora, quæ à centumviris judicabantur, de quo latè Guid. Pancirol. *in thesauro var. lect. l.* 1. *cap.* 35. *de centum viralibus judiciis & hasta*, latè Calvin. *in suo Lexic. juridico, verb. centumvirale judicium* ubi ait in hoc text. accipi pro inofficiosi testamenti querela & petitione hæreditatis.

## *De rei vendicatione.*

## TIT. XXXII.

AB actione de universitate, id est, de hæreditate, transit ad singularum rerum petitionem. Hæc actio vocatur rei vindicatio, & est species vindicationis; nam res hîc accipitur pro certa specie, *ff. eod. l.* 6. id est, pro corpore. Non solùm autem corpora vindicantur, sed etiam res incorporales. Omnis autem actio in rem appellatur vindicatio, *Instit. eod. appellamus.* Scripserunt in hanc rubr. Cujac. Vvesemb. item Petr. Gilchen. Sichard. Giphan. *tom.* 1. *pag.* 158.

De materia tituli vide Viv. Soar. & Villalob. *tom.* 1. *commun. opin. l.* 3. *tit.* 19. Donell. *comment. juris civilis lib.* 20. *cap.* 1.

### L. Etiam per alienum. I.

*Impp.* SEVERUS & ANTONINUS AA. *Cæciliæ.*

1 PEr servum bona fide possessum possessio acquiritur ex re ipsius possessi, & opera possidentis. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Angel. Fulgos. Bald. Castr. Sichard. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

SUMMARIUM.

1 *Ædificium cedit solo, & soluto ædificio, materia ad pristinum redit dominum, & num.* 3. *intellige ut num.* 2.

4 *Proponuntur intellectus diversorum, & num. seqq. usque ad fin.*

### L. Si inferiorem. II.

*Imp.* ANTONINUS A. *Aristeneto.*

1 ÆDificium cedit solo, & soluto ædificio, materia ad pristinum dominum redit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 2. *supr. hoc. tit.* post omnes Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 705.

2 Vide *l. Hispan.* 42. *tit.* 28. *part.* 3. ubi statuitur cedere solo quod ædificatur, vel seritur mala fide in solo alieno, Socin. *regul.* 111. Riminald. *cons.* 238. *num.* 12. Francisc. Vegg. *consil.* 53. *num.* 36. Cardos. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo ædificare, num.* 3. Donell. *comment. juris civilis lib.* 4. *cap.* 33. Donat. à Fina *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *de acquir. possess. num.* 179. *pag.* 210. ubi quod dominus soli est dominus ædificii superpositi; Surd. *decis.* 40. *num.* 6. ubi quod ædificium mala fide factum in re aliena cedit solo, secus quando factum est à domino rei, & *dec.* 78. *num.* 10. & *decis.* 168. *n.* 3.

*Finis materiæ ad pristinum dominum redit.* ] Probat hic text. quod si quis sua materia in alieno solo sciens ædificaverit, & ædificium posteà corruerit, ædificii dissoluti materia ad pristinum dominum revertitur: cui ex diametro adversari videtur I. C. *in l. adeò quidem*, §. *ex diverso, ff. de acquir. rerum domin.* qui apertè respondit, materiam illam ad eum spectare, qui quidem sit dominus soli. 3

Ad quæ jura concilianda plures intellectus Doctores excogitarunt, & in primis Accurs. *in d. l. adeò quidem*, §. *ex diverso*, *in verb. competit*, ita distinctionis fœdere componere nititur. Aut enim, inquit, quis ex propria materia in alieno solo ædificavit, aut ex aliena materia: priori casu, quia tunc animo donandi ædificare videtur, cessat vendicatio materiæ, etiam diruto ædificio, & ita procedit textus *in d.* §. *ex diverso.* Secundo verò casu, quia non præsumitur donare, cùm res non sit sua, habet locum vendicatio, & ita procedit text. *in præsenti*: sequuntur Bartol. & Odofred. *hic*, Balduin. *in d.* § *ex diverso, num.* 3. & 4. Ioan. Garc. *de expensis, cap.* 5. *num.* 21. *per tot.* Pichar. *in* §. *cùm in suo solo*, *num.* 8. *Instit. de rerum divis.* Menoch. *de arbitr. casu* 158. *num.* 85. ubi subdit in casu *d.* §. *ex diverso*, illum ædificantem non tollere, neque abradere materiam etiam diruto ædificio, quia ibi concurrunt tria. Ex quibus colligitur prædictum ædificantem voluisse materiam illam donare domino fundi, hoc est, quod in fundo alieno ædificaverit: secundò scienter, & sic mala fide ædificaverit: demum tertiò ædificaverit ex propria materia, hoc sanè casu conjecturam faciunt ædificantem illum voluisse donare ipsam materiam; cùm alia præsumptio, quàm donationis, capi non possit; & subdit idem Menoch. in casu hujus text. diversum esse, quia hoc non constat; ædificatum ex propria materia, sed potiùs ex aliena, ibi *si non donandi animo*; non enim verba hæc protulisset Imper. si materia fuisset propria ædificantis, quia satis diceretur donasse, ex *d.* §. *ex diverso.* Verùm hæc conciliatio nullo modo recipienda est, nullum enim verbum adest in hoc textu, quo significetur Imperatorem loqui, cùm quis ædificat ex aliena materia, immò verba illa, *si non donandi animo*, magis propriè conveniunt ei, qui est dominus materiæ, quàm ei qui non est. Item quia est absurdum ut magis succurratur ad recuperandam materiam alienam, quàm propriam, tum denique quia text. iste apertè probat dominium materiæ redire etiam ad malæ fidei possessorem, nisi probetur animo donandi ædificasse. 4

Secundo loco Eguinar. Baro *in dict.* §. *ex diverso*, aliter sensit. Tradidit enim malæ fidei possessorem censeri animo donandi ædificasse in alieno solo, & ideo materiam vendicare non posse, ut *in d.* §. *ex diverso*; probare tamen potest se non animo donandi impendisse, & tunc materia vendicare potest: quo casu accipi debere textum *in præsenti*, asserit idem Eguinar. quem sequuntur. Hubert. Giphan. *ad* §. *nec tamen ideo is*, *in versic. quia voluntate ejus*, *Instit. de rerum divis.* Iul. Pacius *cent.* 6. *de acquir. rerum dominio, quæst.* 9. Sed iste intellectus non videtur admittendus; nam repugnat decisioni hujus text. in quo ponitur regula pro malæ fidei possessore, ut re separata possit materiam regulariter auferre, & limita: si animo donandi id fecit: ergo probatio hujus limitationis non spectat ad istum malæ fidei possessorem, maximè quia in dubio nunquam præsumitur donatio, ex vulgatis juribus. 5

Tertio loco Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 10. *num.* 16. *ad fin.* existimavit textum *in præsenti*, dum probat 6

dominum materiæ redire ad malæ fidei poſſeſſorem, debere intelligi jure retentionis, argum. *l. planè* 41. *ff. de petit. hæred.* Sed neque hæc reſponſio placet, quia hic text. *in fine*, ſentit dominium redire ad malæ fidei poſſeſſorem, & qui tantùm habet jus retentionis, non dicitur habere rei dominium, ut colligitur *ex d. l. adeò*, §. *ex adverſo*. Item hîc agitur de malæ fidei poſſeſſore, cui minimè competit jus retinendi, ſed tantùm abradendi, *l. domum, ad fin. infr. hoc eodem tit.*

7 Quarto loco Cyn. *num.* 1. *in præſenti*, credit textum *in præſenti* intelligi debere in colono, vel inquilino, qui rem alienam poſſidet volente domino; nam quamvis is non poſſit dici poſſeſſor bonæ fidei, quia non poſſit animo domini, *l. apud antiquos, vers. cùm igitur, de furtis*; quia tamen ex juſta cauſa rem alienam detinet, ædificando ex ſua materia in alieno, non amittit proprietatem materiæ, & ideo diruto ædificio illam vindicare poteſt, ut eſt expreſſum *in l. habitator* 59. *hoc tit.* Probant hunc intellectum, & ſimul ejus auctorem ſequuntur Bald. *num.* 2. *in fine*, Albert. & Fulgoſ. *ad finem*, Sichard. *num.* 7. *in præſenti*, Mynſing. *in d.* §. *ex diverſo*, ubi Thom. Lini & Vveſemb. *num.* 1. Redoan. *de rebus Eccles. non alien. pag. mihi* 413. *num.* 6. Sed hic intellectus, quamvis in ſe verus ſit, tamen non convenit finalibus verbis hujus textus qui loquitur in poſſeſſore bonæ & malæ fidei; inquilinus autem, vel colonus non poſſident, ſed detinent, ut advertit Bart. *l. in fundo, num.* 11. *ff. hoc tit.* neque in illis poteſt conſiderari mala fides, cùm voluntate domini poſſideant, & ideo animò obligandi dominum videantur meliorationes feciſſe, qua ratione competit eis actio ad eas petendas, *l. dominus* 57. §. 1. *locati, leg. in hoc judicium* 14. §. *diverſum, ff. communi divid.*

8 Quinto loco Iul. Capra *in d.* §. *ex diverſo*, ad ſupradicta jura acutiſſimam quidem attulit interpretationem; tradit enim quod dicitur in hoc textu, diſſoluto ædificio ejus materiam ad priſtinum dominum redire, eo caſu verum eſſe, quando idem ille, qui ædificium conſtruxit, illum diſſolvit, id enim juris rationem dictitare, ut quemadmodum ſoli dominus ædificii dominium acquiſivit, ob id quod ſuo ſolo impoſitum id fuit; ita etiam contrario caſu, quia ab ædificante diſſolutum fuit, ejus ædificii dominium amitti, & ſic etiam is, qui ædificavit, ſi dominium materiæ amiſit, ea ratione, quia in alieno ſolo ædificavit, materia recepta poſt diſſolutum ædificium ejus, ut poſſeſſionem, ita & dominium recipiat, iiſdem enim modis, quibus dominium amittimus, iiſdem quoque ipſummet diſſolvi, adeò notum eſt quàm quod notiſſimum, *ad l. ferè, ff. de regul. juris*, cum concordantibus: quamvis enim mala fide fuerit ædificatum, tamen diſſolutio ab ipſo ædificante facta rem in priſtinam cauſam reſtituit, text. *in præſenti*, ubi notandum dicit, quod prior dominus vendicare poſſit, ſed quod ſicut materia diſceſſit alieno loco impoſita, ita & ab eo exempta ad ipſum dominum redit, *ad l. qui res*, §. *ult. ff. de ſolut.* Quòd ſi verò ſoli dominus poſtquam poſſederit ædificium id diſſolverit, obtinere quod *in d.* §. *ex diverſo*, dicitur, putat Iulius Cap. *d. loco*, videlicet materiam vendicari ab eo, qui ædificavit, non poſſe. Cui interpretationi adhæriſſe viſus eſt Petr. Heig. *in d.* §. *ex diverſo, n.* 6. & 7. Sed neque illa, licet ſubtilis, recipienda eſt; cùm enim quis in alieno ſolo ſcienter ex ſua materia ædificat, utique voluntate ſua amiſiſſe proprietatem ipſiuſmet materiæ intelligitur, eamque donaſſe, *d.* §. *ex diverſo*; cùm itaque ſemel alienaverit, ſeu donaverit, conſilium ſuum mutare, & donationem poſtea revocare amplius non poteſt, ad not. *in cap. mutare, de regul. juris lib.* 6. Tum etiam, quia nulla eſſet pœna conſiderabilis in alieno ſolo ædificantis, ſi quandocunque ædificium conſtructum deſtruendo materiam illam, quam ſemel amiſerat, iterum reacquireret ac adipiſceretur.

Sexto loco Herman. Vult. *in* §. *cùm in ſuo ſolo*, 9
*num.* 2. *Inſt. de rerum divis.* ubi Borcholten *in fine*, & Thaddæ. Piſo *in comment. ad d.* §. *ex diverſo, n.* 4. ita diſtinguunt. Aut loquimur inſpecto juris rigore, aut æquitate inſpecta. Primo caſu procedit deciſio *in d.* §. *ex diverſo*; ſecundo verò hic textus noſter. Et ratio eſt ſecundùm eos, quia non debet quis ex aliena jactura lucrum facere, ut Paulus loquitur de eo, in cujus fundum quis ſciens & mala fide quid impendit, *in l. planè, ff. de petit. hæred.* Sed contrà opponitur *l. ſumptus, ff. hoc tit.* ubi Papinianus ſcribit, *ſumptus in prædium alienum factos, peti quidem non poſſe, ſed exceptione doli oppoſita per officium judicis, æquitatis ratione ſervari, ſi à bonæ fidei poſſeſſore facti ſint.* Ergo à contrario, ſi à malæ fidei poſſeſſore facti ſint, æquitatis ratione ſervari non debent.

Septimo loco Fachinæ. *lib.* 1. *controvers. cap.* 55. 10
alium attulit ſenſum pro ſupradictis reſponſis conciliandis. Inquit enim quod textus *in d.* §. *ex diverſo*, loquitur de ædificatione in alieno ſolo, is enim materiam vendicare non poteſt, quia voluntate ejus intelligitur eſſe alienata, ſive donata ei, qui dominus eſt ſoli, ut ibi loquitur Iuriconſ.; textus verò *in præſenti*, ubi totum contrarium deciditur, procedit cùm aliquis in alieno ſolo ædificat ſciente & patiente domino, talis enim ſcientia, & patientia operatur ut materia vendicari poſſit: nam conſiderat quod hîc Imperator loquitur de eo, qui in ſuperiori parte domus habitabat, & ſimul dominus erat partis inferioris; quamobrem præſumitur non ignoraſſe ædificium fieri in parte inferiori: meritò Imp. conſiderata poſtea facti ſpecie, & circumſtantiis omnibus declarat, diſſoluto ædificio materiam vendicari poſſe, niſi animo donandi fuerit impoſita, de qua quidem ſpecie non loquitur Iuriconſ. *in d.* §. *ex diverſo*. Quod autem patientia operetur repetitionem materiæ, probat textus *in l. plures*, §. *ſi donavi, ff. de doli mali except.* Sed iſte intellectus ſtare non poteſt, quia in hoc textu non bene probatur, quod hic dominus ſciret, & pateretur ædificari in ſuo ſolo, prout autumavit Fachinæus; hoc enim dumtaxat hîc deciditur. Si inferiorem partem, ideſt fundamentum, prout explicat gloſſ. *verbo ædificii*, ad te pertinere probas, illud quod vicinus tuus impoſuit, domino tuo accreſcit, &c. Ex his verbis non video colligi quod Imp. hîc loquitur de eo, qui in ſuperiori domus parte habitabat.

Octavò, & ultimò doctiſſimus D. Barboſ. *in l. di-* 11
*vortio*, §. *fin. p.* 1. *num.* 84. pro vera reſponſione advertit, quod malæ fidei poſſeſſor ædificans in alieno, habet donandi animum, quando conſiſtente ædificio impenſa abradi commodè non poteſt, aliàs donandi animum non videtur habuiſſe, ſed magis abradendi: ſi igitur diruto ædificio velit in prædicto ſecundo caſu abradere, dominium materiæ ad eum redibit, quia in hunc caſum non videtur animum donandi habuiſſe, ut expreſsè tenet Loriot. *in tract. de fructibus, axiom.* 14. *in fine*, & in his terminis accipi debere textum *in præſenti*, aſſerit idem D. meus, expendendo illius verba, dum dicit dominium materiæ reverti ad dominum, ſive ſit poſſeſſor bonæ fidei, ſive malæ fidei, ſi non donandi animo fuerit ædificatum, ſed poſſeſſor malæ fidei tantùm videtur habere animum donandi, quando conſiſtente ædificio impenſa abradi commodè non poteſt, alias ſecus, ut *ſupra* dictum eſt: ergo prædicta interpretatio apertè colligitur ex mente hujus textus. Vnde vera infertur

expli-

explicatio *ad §. ex diverſo*, dum probat, quod qui ſcienter ex ſua materia ædificat in alieno, ſua voluntate videtur alienare proprietatem, adeò quod nec diruto ædificio poſſit illam vendicare, quia debet intelligi quando conſiſtente ædificio materia abradi non poterat ſine detrimento rei; cùm enim tunc videatur habere animum donandi, vendicare poterit, quantumcumque poſtea ex accidenti diruto ædificio materia potuerit abradi: cæterùm ſi à principio abradi potuit, quia tunc ceſſat animus donandi, *ſuprà* diximus, diruto ædificio vendicari poteſt: text. hîc *in fine*, & facit ratio *d. l. habitator 59. in fine, ff. hoc tit.* quam interpretationem uti veram ſequimur, & amplectendam proponimus.

## SUMMARIUM.

1 *Rem meam non meo nomine venditam vendicare poſſum.*
2 *Vendicatio rei alienæ conſentienti, non invito præjudicat.*
3 *Pretium ſolvens actione negotiorum geſtorum hoc recuperat.*
4 *Conſentiens alienationi rei ſuæ, aut ſibi obnoxiæ, non poteſt repetere ampliùs, nec eam vendicationem infringere.*
5 *Dominus rei poſt uſucapionem ipſius poteſt repetere pretium venditionis factæ ab illo non domino, tanquam ipſemet vendiderit.*
6 *Re mea ab alio vendita, vel præſcripta, aut peremptâ, poſſum agere contra tertium, & n. 8.*
7 *Si conſentio rem meam vendi per alium, valet venditio.*
8 *Venditio ubi facta fuit ignorante domino, & ſic veriſimile eſt, quod tertius eam vendidit tanquam propriam, nomine ſuo vendicari poteſt.*

## L. Mater. III.

*Imp.* ALEXANDER. A. *Dominæ.*

1 REm meam non nomine meo venditam vendi-
2 care poſſum. Venditio rei alienæ conſentienti,
non invito præjudicat. Pretium autem ſolvens actio-
3 ne negotiorum geſtorum hoc recuperat. Colligunt
ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 63.*

Vide *l. Hiſpan. 54. n. 5. part. 5.* Tiraq. *de retractu*
4 *lig. §. 1. gloſſ. 9. num. 139.* ubi quod conſentiens alienationi rei ſuæ, aut ſibi obnoxiæ, non poteſt ampliùs repetere, nec eam venditionem infringere, &
*num. 245.* per hunc text. tenet, quod ipſe dominus
5 rei poſt uſucapionem ipſius poteſt repetere pretium venditionis factæ ab illo non domino, tanquam ſcilicet ipſemet vendiderit. Neguſant *de pignorib. p. 5. membr. 1. num. 40. vers. præterea, & membr. 2. num. 43. vers. 5.* Capell. Tholoſ. & *ibi* addit *decis. 202.* Roder. Xuar. *alleg. 28. num. 23. & 24.* Burg. de Paz. *cons. 4. num. 6.* Gam. *Luſit. decis. 21. num. 3.* ubi quod re mea
6 ab alio vendita, vel præſcripta, aut peremptâ, poſſum agere contra tertium: latè & eleganter D. Barboſ. *in l. quæ dotis 35. ff. ſoluto matrim. num. 140.* ubi per hanc l. tenet quod ſi conſentio rem meam vendi
7 per alium, valeat venditio propter conſenſum meum, non tamen videor conſentire donandi animo, ac proindè pretium, quod habuit venditor, ab eo repetere poſſum, ſubdens quod licèt lex iſta loquatur in eo qui poſt venditionem conſenſum alienationi rei ſuæ, tamen idem recipiendum eſt quando à principio prædictum conſenſum adhibuit, juxta reg. *leg. fin. ad Macedon.* & propter ſuam generalitatem ſemper conſentiens pretium repetet, ſive venditor vendat rem meam nomine meo, ſive etiam ſuo tanquam propriam, & *in num. 141.* expendit hunc text. 8
ubi venditio facta fuit ignorante domino, & ſic veriſimilius eſt quod tertius eam vendidit tanquam propriam nomine ſuo, & dicit text. dominum eam vendicare poſſe ab emptore, etiam non reſtituto pretio: ſubdens quod ſi dominus poſtea ratam habuit venditionem illam, vel etiam à vendicatione rei repulſus eſt, quia ſcilicet res præſcripta, vel peremptа eſt, tunc poteſt pretium repetere à venditore. Expendit igitur, quod text. iſte æquiparat hos duos caſus, quando dominus ratam habuit venditionem, vel quando res peremptа fuit: ſed in hoc caſu certum eſt, domino in ſubſidium competere actionem negotiorum geſtorum ad pretium adversùs vendentem: ergo idem in primo recipiendum eſt, juxta reg. *l. qui neque, §. 1. ff. de rebus eorum*, per quam inductionem conſtat veriorem eſſe opinionem Martini, quam retulit gloſſ. *verbo non prohiberis, in hoc text.* quod etiam re extante, ſi dominus ratam habeat venditionem, habet actionem negotiorum geſtorum ad repetendum.

## L. Adversùs eos. IV.

*Imp.* GORDIANUS A. *Muniano militi Africæ.*

AMalæ fidei poſſeſſore præſcriptionis titulo non munito, res vendicari poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

## SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur de fructibus perceptis & percipiendis, omnique cauſa damni: item neceſſarias dumtaxat impenſas repetit, & utiles expenſas ſine prioris ſtatus læſione detrahit, num. 2. & 3.*
4 *Fructus percepti, & qui percipi potuerunt, jubentur reſtitui a malæ fidei poſſeſſore. Diſtinguendum ut num. 5. Limitatur num. 6. & 7. Reſolvitur num. 8.*
9 *Poſſeſſor malæ fidei tenetur de omni cauſa damni dati.*
10 *Emptor bonæ fidei rei ſubjectæ reſtitutioni recuperat pretium à venditore, ſi ab eo prædicta res evincatur, & meliorationes ab eo factas ad ejus evidentem utilitatem, à ſucceſſore ejuſdem rei.*
11 *Poſſeſſor malæ fidei conſequitur expenſas neceſſarias, eaſque deducere poteſt, & petere. Contrarium urgetur num. 12. Difficultati occurritur, num. 13. Proponitur mens auctoris, & aliorum, num. 14.*
15 *Impenſæ utiles non jubentur ſolvi malæ fidei poſſeſſori, ſed ſolùm ei permittitur abradere, ſine, læſione ſtatus prioris.*
16 *Poſſeſſori malæ fidei licèt in foro externo denegentur expenſæ utiles, eas tamen deduci in foro conſcientiæ.*
17 *Impenſæ neceſſariæ non poſſunt deduci per malæ fidei poſſeſſorem jure retentionis, ſed implorato tantùm judicis officio, deduci poſſunt jure retentionis & oppoſitæ doli mali exceptione, n. 18.*

## L. Domum. V.

### *Idem* A. *Heruſiano.*

1 POſſeſſor malæ fidei tenetur de fructibus percèptis, & percipiendis, omnique cauſa damni.
2 Item neceſſarias dumtaxat impenſas repetit, & recuperat, & utiles expenſas ſine prioris ſtatus læſione detrahit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

3 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan. 44. tit. 28. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Roman. *ſing. 337.* Cop. *de fructib. l. 7. tit. 3. cap. 9.* Boër. *deciſ. 44. num. 6. in fine*, ubi quod malæ fidei poſſeſſor neceſſarias expenſas deducere poteſt, Joan. Bapt. à Coſta *in tract. de facti ſcient. & ignor. diſtinct. 34. à n. 17.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 1. princip. nu. 22.* ubi quod malæ fidei poſſeſſor tenetur deducere expenſas ex fructibus, Sarmient. *lib. 1. ſelect. cap. 10. in princip.* Anton. Gom. *l. 46. Tauri, num. 2.* Petr. Gilchen. *in tract. de impenſis, p. 1. cap. 2.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Expenſæ, n. 2. & 4. & verbo melioramenta, num. 1. cum ſeqq.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 27. à n. 15. & n. 56. & 58.* Rebellus *de obligat. juſtit. p. 1. lib. 2. q. 5. num. 2. cum ſeqq.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 23. num. 97. cum multis ſeqq.* De conciliatione hujus *l. cum l. planè ff. de petit. hæred.* Marc. Derl. *in ſuis miſcel. in annot. ad hanc l.* Cujac. *lib. 10. obſerv. 1.* Everard. Bronchorſt. *cent. 3. aſſert. 17.* Petr. Gilchen. & Ioan. Bapt Coſta *citatis locis.*

4 *Cum penſionibus, quas percipit, aut percipere poterat*, &c. Notatur ad hoc, quod fructus percepti, & qui percipi potuerunt, jubentur reſtitui à malæ fidei poſſeſſore, ut per Jaſ. *in l. apud Iulianum, §. fructus, num. 1. & 2. ff. de legat. 1.* Bart. *in l. ex diverſo, num. 4. ff. hoc tit.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 19. nu. 14. pag. 417.* Cevall. *commun. contra communes, q. 499. à princip.* Cabed. *Luſit. dec. 69. num. 1. p. 1.* ubi *à num. 2.* diſputat cujus perſona attendi debeat, petitoris, an poſſeſſoris, id eſt, an quos petitor percipere potuit, an verò quos poſſeſſor? Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. præam. n 161.* ubi ait condemnationem de fructibus qui percipi potuerunt, ſolere fieri à Rota in tribus caſibus. Primò contra violentum ſpoliatorem, etiam ſine armis, & poſſeſſorem; ſecundò quando agit pupillus, minor, vel Eccleſia; tertiò contra attentantem.

5 In hac quæſtione verior Doctorum ſententia ſub diſtinctione eam reſolvit, ut ſcilicet poſſeſſor malæ fidei eatens titulo, ut quia rem alienam uſurpavit, teneatur de fructibus, qui percipi poterant; ſi verò habeat titulum, ut quia emptione, aut donatione accepit ſcienter à non domino, excuſatur à fructibus, qui percipi poterant. Ita Sylv. *in ſum. verbo Reſtitutio 3. q. 9. l. Reg. 40. tit. 28. part. 3.* Ludov. Lopez *in inſtruct. conſcient. p. 1. cap. 238. paulò poſt princip.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 13. princ. num. 54.* Joan.
6 Garc. *de expens. cap. 23. num. 43.* latè Sanchez *d. lib. 2. cap. 23. num. 98.* ubi *n. 99.* limitat, niſi titulus ille ſit lite pendente procuratus, tunc enim non liberabit malæ fidei poſſeſſorem à reſtitutione fructuum
7 qui percipi poterant, & *n. 100.* limitat etiam in quatuor caſibus in quibus poſſeſſor malæ fidei, quantumvis titulo munitus, tenetur ad fructus qui percipi poterant. Primus eſt in eo, qui in fraudem creditorum emit, *l. ait prætor, §. per hanc, ff. quæ in fraudem credit.* Secundus eſt in emente contra interdicta legum, *l. quemadmodum, de agricol. & cenſit. lib. 11.* tertius in eo, qui emit à fiſco non ſolemniter, *l. 1. de fide inſtrum. & jure haſtæ, lib. 10.* Et addit alios duos, quando ſcilicet quis quocumque titulo munitus, poſſideret rem minoris, & quando quis fructus maturos patiatur ſtudiosè corrumpi, & idem Sanchez *d. cap. 23. num. 119.* reſolvit quod poſſeſſor iſtæ malæ fidei tenetur in foro conſcientiæ ad fructus reſti- 8
tuendos, quos dominus rei ex illa apud ſe habita percepiſſet, quamvis poſſeſſor eos non perceperit, & *numeris ſeqq.* multipliciter ampliat, & declarat.

*Et omni cauſa damni dati*, &c.] Notatur ad hoc, 9
quod poſſeſſor malæ fidei tenetur de omni cauſa damni dati, ut per Donell. *comment. juris civilis lib. 20. cap. 5. col. 1.*

*Ejus quod in rem alienam impendunt*, &c.] Nota- 10
tur ad hoc, quod emptor bonæ fidei rei ſubjectæ reſtitutioni recuperat pretium à venditore, ſi ab eo prædicta res evincatur, & meliorationes ab eo factas ad ejus evidentem utilitatem à ſucceſſore ejuſdem rei, ut per Neguzant. *de pignorib. p. 5. memb. 4. n. 19.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. part. 2. c. 3. n. 1. in fine*, Cov. *lib. 5. var. cap. 17. nu. 1.* Molin. *de primog. lib. 1. c. 26. n. 14.* Menoch. *conſ. 454. n. 4.* Burg. de Paz *q. 7. civili n. 34.* Pelaëz *de major. p. 4. q. 32. n. 2.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 25. n. 4.*

*Niſi neceſſarios ſumptus fecerint*, &c.] Notatur 11
ad hoc, quod malæ fidei poſſeſſor conſequitur expenſas neceſſarias, eaſque deducere & petere poteſt, ut per Ordin. Reg. Luſit. *lib. 4 tit. 48. § 7.* Ioan. Garcia *de expenſis cap. 1. num. 24.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. fin. ff. ſoluto matrim. p. 1. num. 58. vers. & quoad primum, & num. 69.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. p. 2. cap. 3. num. 1. ad fin.* Burgos de Paz *quæſt. civili 7. num. 41.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 25. num. 4. & conſult. 83. num. 18.* Guttier. *lib. 3 practic. quæſt. 8. n. 23. & q. 69. num. 11.* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 7. q. 2. num. 8.* Sanch. *in præcepta Decalogi, dict. tom. 1. lib. 2. cap. 23. num. 139.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 17. n. 15. & 53.*

Sed in contrarium urget *l. 1. de infantibus expoſit.* 12
ubi quod impenſa alimentorum facta per furem, & ſic malæ fidei poſſeſſorem, per eum non deducitur, cùm ſit expenſa neceſſaria, eo quòd ſine ea ſervus vel periret, vel deterior fieret, *l. p. de ff. de impenſis*, cui difficultati occurrit *gloſſ. in præſenti, verbo Sumptus*, diſtinguens furem à cæteris malæ fidei poſſeſſoribus, nam quamvis alii malæ fidei poſſeſſores impenſas neceſſarias deducant, ut *ſuprà* ex hoc textu colligimus, tamen fur illa deducere non poteſt, quia in eo abundat mala fides, propter dolum & rapinam, ita etiam *gloſſ. 2. in d. l. 1. de infant. expos.* Gregor. Lopez *l. 44. gloſſ. 1. tit. 18. part. 3.* Menoch. *remed. 15. recu-* 13
*per. num. 516. & 538.* Ioan. Garc. *dict. tract. de expenſis cap. 2. n. 17.* Hæc tamen ſolutio non videtur tuta per hanc noſtram l. ubi agitur de domo per injuriam occupata, & ſic per vim invaſa, ut hîc exponit *gloſſ. 1.* & tamen huic permittitur deductio neceſſariæ impenſæ: ergo idem debet dici in fure, vel prædone, quia omnes hi æquiparantur, *§. pen. ad fin. Inſtit. de vi bonor. rapt.* Nec ſatisfacit reſponſio Menoch. *dict. remed. 15. num. 516.* quod text. *in præſenti* procedat in occupatione rei immobilis ſine violentia, juxta *§. quod autem, Inſtit. de uſucap.* cujus delictum minus eſt quàm furis. Minùs ſatisfaciunt aliæ reſponſiones quas tradunt Sarmient. *lib. 1. ſelect. c. 10. n. 3. & 4.* & Ioan. Garc. *d. cap. 2. à num. 10.* ac D. Barboſ. *in d. l. divortio, §. fin. p. 1. num. 60. cum ſeqq.* ubi *n. 62.* pro vera ſolutione advertit, quod quicquid ſit in aliis malæ fidei poſſeſſoribus, tamen fur deducere non poteſt impenſam neceſſariam, dummodò talis ſit, quæ non ſit in rerum natura, ac proinde à re ſeparari non poſſit, ſed certum eſt utilem meliorationem tantùm abradi poſſe, ut habetur *in hac l.* ergo idem

dicen

dicendum eſt in neceſſaria, ut ſi abradi poſſit, tunc deducatur, aliàs ſecus, ſaltem quando jam non extet in rerum natura: & addit idem dominus meus hunc text. loqui in re immobili, in qua non committitur furtum, §. *quod autem Inſtitut. de uſucap.* & ſic non competit condictio furtiva; ſed quando res mobilis auferetur, ſive clam, ſive palam, & ſive cum vi, ſive ſine vi furtum committitur, & competit condictio furtiva.

14 In foro conſcientiæ integrum eſt cuique malæ fidei poſſeſſori deducere impenſas neceſſarias, quippe etiam in foro externo illi debentur, ut *ſupr.* diximus, quamvis autem denegentur hæ in foro externo, quando in alieno ſervo furtivo alendo ſunt factæ ex dictis nihilominus tamen in foro conſcientiæ debentur quatenus ſervitii valorem excedunt, quia dominus eas facturus erat, atque forum externum eas denegat in furti pœnam. Ita Cov. *in reg. peccatum p. 2. § 6. num. 3.* Sayr. *in clavi Reg. lib. 10. tract. 2. c. 3. n. 4.* Menoch. *cons. 2. n. 277. & de remed. 15. recup. n. 5 38.* Guttier. *d. lib. 3. q. 69. n. 12* Ioan. Garc. *c. 25. n. 54. in tract. de expens.* Molin. *de Iuſtit. tr. 2. diſp. 725. in fine*, remiſſive D. Barboſ. *d. § divortio. p. 1. nu. 63. in medio*, Sanch. *d. cap. 23. n. 137.* Neceſſariæ autem expenſæ quæ ſint, tradit Cald. Pereira *de emp. cap. 27. num. 50.*

15 *Sin autem utiles*, &c. ] Notatur ad hoc, quod impenſæ utiles non jubentur ſolvi malæ fidei poſſeſſori, ſed ſolùm ei permittitur abradere, ſeu ſeparare ſine læſione prioris ſtatus, ut per Joan. Garc. *de expenſis cap. 5. num. 1.* Alvar. Valaſc. *conſult. 83. n. 19.* D. Barboſ. *in d. §. divortio, part. 1. num. 88.* ubi ſubdit quod in Regno Portugaliæ non ſolet tractari de abraſione, cùm permittatur retentio: Et *num. 107. in fine*, quod cùm malæ fidei poſſeſſori non conſulatur circa utiles expenſas, niſi per abraſionem, juxta hunc textum, & plantata & ædificata abradi non poſſint, ideo meliorationes hujus qualitatis amittet. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 27. n. 58.* ubi ex hoc textu colligit malæ fidei poſſeſſorem utiles expenſas non deducere, ſed ei permittit tantùm hujuſmodi meliramenta abradi, circa tamen læſionem ſtatus rei, dummodo hujuſmodi impenſæ auferri commode poſſint. Attamen eo caſu, quo tolli poſſunt, & abradi, dominus auferre poteſt quantum valent abraſæ non affixæ, & impedire ne tollantur, *l. in fundo, ff. de rei vendic.* Tiraq. *de retractu conven. §. 7. gloſſ. 1. num. 6.* etiamſi adſit pactum, quod poſſit abradere. Hippol. de Marſil. *de ſide juſſor. n. 12.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt. 25. poſt num. 16.* quos refert & ſequitur Cald. Pereira *d. c. 27. n. 58. in fine.*

16 Licèt in foro externo malæ fidei poſſeſſori denegentur utiles, expenſæ, eas tamen deducit in foro conſcientiæ, quia hæc deductio pertinet ad indemnem ſervandum hunc, & ne ſuis expenſis dominus rei evadat ditior quippe quod cedunt in majorem rei æſtimationem, ac domini utilitatem: ita Covar. *d. §. 6. num. 3.* Petr. Navarr. *de reſtitut. lib. 4. c. 1. dub. 4. num. 23.* in nova edit. Sayr. *dict. lib. 10. tract. 1. cap. 3. num. 3. & 4.* Molin. *d. diſp. 725. in fine.* Rebell. *d. p. 1. lib. 2. q. 8. num. 3.* Leſſ. *de Iuſtit. lib. 2. cap. 12. dub. 17. num. 111.* quos alios refert & ſequitur Sanch. *d. lib. 2. cap. 23. num. 138.*

17 In gloſſ. *Sumptus fecerint, fin.* ibi, *quos ſervant officio judicis, non exceptione doli*, &c. Notatur ad hoc quod neceſſariæ impenſæ deduci non poſſunt per malæ fidei poſſeſſorem jure retentionis, ſed tantùm implorato judicis officio, per *l. planè 41. ad med. ff. de petit. hæred.* ut per Bald. Novell. *de dote part. 11. in princ. num. 16.* Cavalcan. *decis. 28. num. 5. in 1. edit.* Sed neceſſarias hujuſmodi expenſas deduci poſſe

18 per malæ fidei poſſeſſorem jure retentionis, & apoſita doli mali exceptione, reſolvit D. Barboſ. *in d. l. divortio, §. fin. p. 2. num. 8.* ubi *num. 9.* reſpondet ad *l. planè*, vide apud eum

---

SUMMARIUM.

1 *Res empta ex pecunia mea non eſt mea, ideoque ut rem meam talem vendicare non poſſum, & n. 2. & cur, n. 3. Secus eſt in pecunia Eccleſiæ, num. 4. Intellige tamen ut n. 5.*

6 *Res acquiſitæ & emptæ ex pecunia uſuraria efficiuntur ipſius ementis & eidem acquiruntur.*

## L. Si ex ea pecunia. VI.

*Idem* A. *Vſtronio.*

REs empta ex pecunia mea non eſt mea, ideoque 1
ut rem meam talem vendicare non poſſum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 63. verſo.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt *l. Hiſp. 49. tit. 5. part. 5. ubi gloſſ. 1. in princip. & l. 21. tit. 14. part. 5. ubi gloſſ. 3.* Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 17. num. 10. & 11.* Anton. Gom. *l. 50. Tauri, num. 36. in princip.* Viv. *com. 1. communi. opin. lib. 4. tit. 35. num. 1. in pr. n. pag. 643.* Menoch. *cons. 80. num. 1.* Cald. Pereira *de renovat. emphy. q. 3. num. 17. & de poteſt. eligendi, cap. 4. n. 13. & de empt. & vendi. cap. 20 n. 13.* Molin. *de primog. lib. 4. c. 4. num. 35. vers. nihil tamen*, ubi loquitur de pecunia depoſita, ut ex illa in locum alterius rei venditæ alia emeretur, & ſubrogaretur in majoratu Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2 lib. 8. q. 15. n. 4.* Tiraquell. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 9. n. 60. & 64. cum ſeqq.* meliùs *§. 32. gloſſ. 16. cum ſeqq.*

Res enim empta ex pecunia aliena, efficitur emen- 3
tis, & ei dominium acquiritur, & non domino pecuniæ, ut per Socin. *reg. 343.* Anton. Gom. *l. 53. Tauri, num. 36.* Molin. *d. c. 4. n. 35.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 51. n. 43.* Eſobar. *de ratiocin. c. 14. n. 35.* Matienz *l. 8. gloſſ. 4. tit. 11. lib. 5. novæ Recop.* Marta *voto 127. n. 3.* Anton. Monach *Lucenſi decis. 25. n. 58.* Alexand. Trentacinq. *var. reſol. lib. 3. tit. de empt. & vendit. res. 1. n. 1.* Cardin. Tuſch. *pract. conclus. lit. E, concl. 138. à num. 1.* Fontanell. *de pactis nupt. claus. 7. gloſſ. 3. p. 13. n. 17. tom. 2.* Rot. poſt tract. Ludovici Cencii *de cenſib. deciſ. 149. n. 1.* Nam in dubio præſumitur res pro emente empta, & non pro eo, cujus eſt pecunia, Pariſ. *cons. 84. n. 9. lib. 1.* Cravet. *cons. 129. à n. 2.* Matienz. *l. 2. gloſſ. 1. n. 15. & 38. tit. 9. lib. 5. novæ Recop.* Eſcobar. *d. c. 14. n. 33.*

Et illud, quod dicitur emptum ex pecunia mea 4
non effici meum, in Eccleſiæ pecunia non procedit, ut per Sarmient. *de reddit. ib. eccles. part. 3. c. 2. ſub num. 4.* Cov. *in cap. 1. num. 5. de teſtam.* Tiraq. *de privileg. pia cauſa, privil. 120. num. 1.* ubi *num. 2.* intelli- 5
git quando res empta eſt ab adminiſtratore ipſius Eccleſiæ, aut piæ cauſæ, ſecus ſi ab alio, quia tunc non eſſet ipſius Eccleſiæ, aut piæ cauſæ, quod ex ſua pecunia eſſet emptum, Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 3. q. 5.*

*Ab invito eo in te transferri injurioſum eſt.* ] No- 6
tatur ad hoc, quod res acquiſitæ, & emptæ ex pecunia uſuraria ipſius ementis efficiuntur, & eidem acquiruntur, ut per Cov. *lib. 3. var. cap. 5. num. 6. vers. ſed ad hujus.* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 8. quæſt. 15. per tot.* Sanchez *d. lib. 2. c. 23. n. 46.*

SUM

SUMMARIUM.

1 *Partus sequitur matrem quoad conditionem status ; quoad dignitatem , familiam , & honorem imitatur patrem , & num. 2.*

3 *Axioma , partus ventrem sequitur , quî intelligendum sit.*

4 *Nobilitatem paternam filius sequitur , non maternam.*

## L. Partum ancillæ. VII.

PHILIPPUS A. & PHILIPPUS *N. C. Antonio.*

1 PArtus sequitur matrem quoad statûs conditionem : quoad dignitatem , familiam , & honorem patrem imitatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt *l. Hispan. 2. tit. 21. part. 4. ubi gloss. 1.* Tiraq. *de nobilit. cap. 18. num. 20. cum seq.* Anton. Gom. *l. 79. Tauri, num. 6. col. 1.* Perez *l. 1. vers. vel est dicendum , in med. tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 8.* Cald. Pereira *in resp. pro D. Ioanne de Tassis , incip. Præmissa facti specie , num. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 7. disp. 24. n. 5.* Pichard. *in tract. de nobilit. communicativa , num. 12.*

3 ubi addit vulgare axioma , *ut partus ventris conditionem sequatur* , interpretandum esse quoad statum , & dominum ; contra verò esse quoad honores , & dignitates , quia ad eas filii paternam conditionem habent : & *n. 39.* ait partum matrem potiùs , quàm patrem sequi , quia mater quod ad statum ingenuitatis , vel servitutis causam attinet , partui pluribus temporibus accommodari potest in nanciscenda partui libertate , quàm pater ipse : si enim mater vel partus vel conceptionis , vel medio tempore , dum ventrem tulit , libera fuerit , partus quoque fit liber , ut Mattianus probat *in l. & servorum , 5 §. ingenui , §. de statu domin.* id quod non est in patre , in quo unicum tantùm tempus , nempè generationis considerari poterat , quia illo solo tempore pater est causa potentior & effectiva.

4 In gloss. *In hac specie , unic.* ibi , *secus autem in honoribus* , &c. Notatur ad hoc quod nobilitatem paternam filius sequitur , non maternam , itaut si ex nobili matre , obscuro autem & infimo patre ille natus sit ignobilis utique censebitur. Ita Palat. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 31. & 32.* ubi Barahona *in addit. lit. B* , Tiraq. *de. c. 18. n. 20.* Padil. *in l. naturalis , in princ. num. 7. ff. de præscript. verb.* Oralor. *de nobilit. part. 2. ex num. 4.* & expressè probat. *l. Hispan. 3. tit. 21. part. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Res ex pecunia militis empta militi acquiritur , & num. 2.*

3 *Privilegiis militaribus qui gaudeant milites.*

4 *Res empta per tutorem , curatorem , seu administratorem nomine proprio ex pecunia minoris , efficitur minoris , si minor eam velit vendicare. Etiam res empta ex pecunia furiosi , vel prodigi cui bonis interdictum est , vel alterius , qui sit sub cura, num. 5.*

6 *Pecunia non præsumitur solvendis , quando quis ut administrator universitatis emit aliquid simpliciter pro dicta universitate.*

7 *Res empta ex pecunia Ecclesiæ per Prælatum , œconomum , administratorem , syndicum nomine proprio, acquiritur Ecclesiæ.*

8 *Emptum per maritum nomine proprio ex pecunia dotali de consensu uxoris efficitur uxoris , & ei dominium acquiritur. Resolve ut n. 9.*

## L. Si ut proponis. VIII.

*Idem* A. & C. *Philippo militi*

RES ex pecunia militis empta militi acquiritur. 1
Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem concluf. ex hoc textu desumunt 2
*l. Hispan. 49. tit. 5. p. 5. ubi gloss. 2.* Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 17. nu. 10.* Socin. *reg. 343. limit. 1.* Burg. de Paz *cons. 3. n. 79. cum seq.* Menoch. *cons. 106. n. 236* ad hoc quod meum est quod est, vel nascitur ex re mea , Alex. Trentacinq. *var. res. lib. 3. tit. de empt. & vend. resol. 1. n. 4. vers. primò* , Ayala *de jure belli lib. 3. c. 7. n. 7.*

Nota quod privilegium hujus legis , & alia jura 3
militibus concessa non comperunt omnibus militibus , sed tantùm illis , qui dant operam rei militari , & vacant armis & non illis , qui stant in domibus inermes , & in delitiis , Gregor Lopez *ad l. 49. gloss. 2. vers. similiter & de jure.* Perez *in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. pag. 763. v. ex quibus infertur* , Avendan. *in diction. verbo caballeros , v. item milites* , Neguzant. *de pignorib. 2. membr. p. 5 n. 20.* Card. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 1. à n. 34.* Thesaur. *Pedem. decis. 111. n. 5.* Vincent. de Carot. *de locato, p. 2. tit. quibus non est permissum conductores esse, num. 3.* Ant. Gom. *l. 53. Tauri n. 98. unum. tamen est* , Gam. *Lusi. decis. 366.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 6. num. 9.* Sfort. Odd. *de in integ. rest. t. p. 1. q. 6. art. 6. n. 18.* Fatin. *fragm. crim. p. 1. lit. C, n. 568. & seqq.* Staphil. Pacif. *de Salviano inter dicto. insp. 3. c. 2. n. 634.* Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 161. cum seqq.* Alvar. Valasc. *consult. 104. n. 29. cum seqq.* ubi *n. 30.* tradit quod ut milites hodierni gaudeant privilegiis militaribus , non requiritur quod habeant illa insignia & requisita , de quibus per gloss. *in l. pen. ff. ex quib. caus. mai.* quia hæc in desuetudinem abierunt , & *num. 31.* ait illa privilegia non solùm esse concessa militibus equestribus , sed etiam peditibus , quia etiam hi militare dicuntur , & *n. 33.* in praxi receptum esse asserit non solùm eos , qui sunt in castris statim dimicaturi , sed etiam illos , qui sunt in arcibus in terris hostium , prout sunt nostri in terris Mauritaniæ , & apud indos habentes stipendia Principis , potiri etiam hujusmodi privilegiis. Idem resolvit Fontanell. *de pactis nupt. claus. 3. gloss. 3. à num. 17.*

*Idem mandati quoque , seu negotiorum gestorum* , &c. ] 4
Notatur ad hoc quod res empta per tutorem , curatorem , seu administratorem nomine proprio ex pecunia minoris , efficitur minoris , si minor eam velit vendicare , ut per Ant. Gom. *d. l. 53. Tauri , n. 36.* Gasp. Baëz. *de decima tutoris , c. 18. n. 24.* Masc. *de probat. concl. 612. n. 7.* Petr. *in addit. ad Gramat. decis. 103. n. 112. & 113.* Escob. *de ratiocin. cap. 24. n. 34.* Alex. Trentacinq. *d. lib. 3. tit. de empt. & vendit. res. 1.* Guttier *de tutel. part. 3. cap. 1. num. 83.* D. Barb. *in rubr. ff. soluto matrim. part. 3. numero 84.* Cardin. Mantic. *de tacitis , & ambig. convent. lib. 11. titul. 14. num. 1.*

Amplia primò , procedere etiam in re empta ex pecunia furiosi vel prodigi , cui bonis interdictum est , vel alterius , qui sub cura sit , ut per Anton. Gom. *d. num. 36. vers. secundus casus.* Guttier. & Alex. Trentacinq. *citatis locis.*

Amplia

6 Amplia ſecundò, ut tunc pecunia non præſumatur ſolventis quando quis ut adminiſtrator univerſitatis emeret aliquid ſimpliciter pro dicta univerſitates nam præſumeretur emiſſe de pecunia univerſitatis, ut per Socin. *reg.* 343. *fallent.* 2. Menoch. *cons.* 80. *n.* 1. *vers. quinimò*, Maſc. *de probat. concl.* 1159. aliàs 1164. *n.* 9.

7 In gloſſ. *Non negabit*, ibi, *& eadem ratione in Eccleſia*, &c.] Notatur ad hoc quod res empta ex pecunia Eccleſiæ per Prælatum, œconomum, adminiſtratorem, vel ſyndicum nomine proprio, acquiritur Eccleſiæ, ut per Soc. *reg.* 343. *in* 6. *fallent.* Tiraquel. *de retractu lig.* §. 32. *gloſſ. unic. n.* 16. *& de privileg. piæ cauſæ, privil.* 110. Anton. Gomez *l.* 53. *Tauri*, *n.* 36. *vers. tertius caſus eſt.* Sarmient. *de reddit Eccl. part.* 3. *c.* 2. *à n.* 5. & præcipuè *n.* 10. Roderic. Xuar. *alleg.* 28. *n.* 25. *in princ.* Covar. *in cap.* 1. *n.* 5. *de teſt.* Cardin. Tuſch. *pract. conclus. lit. E, conclus.* 139. *à num.* 1.

8 In eadem gloſſ. ibi, *idem in uxore & viro*, &c. Advertè quod emptum per maritum nomine proprio ex pecunia dotali de conſenſu uxoris, efficitur uxoris, & ei dominium acquiritur, ut per Socin. *reg.* 343. *vers. fallit in re empta*, Anton. Gomez *dict. l.* 53. *Tauri*, *n.* 36. *vers. quid autem in re*, Honded. *cons.* 41. *num.* 27. *vol.* 1. ubi dicit quod copulativè requiritur conſenſus uxoris, & utilitas, Roland. *cons.* 86. *n.* 15. *lib.* 4. Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 87. *n.* 4. *&* 18. *& de tutel. part.* 3. *c.* 1. *num.* 87. latè D. Barboſ. *in rub. ff. ſoluto*
9 *matrim. part.* 2. *n.* 78. *&* 79. ubi reſolvit conſenſum uxoris, & ejus utilitatem requiri, aliàs conſenſum de per ſe non ſufficere ad liberationem mariti ſi ei utilis non ſit, Giurba *dec.* 111. *n.* 16. Matienz. *l.* 2. *gl.* 2. *n.* 4. *tit.* 9. *lib.* 5. *novæ Recop.* Alexand. Raudeſ. *Piſan. decis. poſtfeud.* 1. *n.* 24. ubi quod ſi pecunia non eſt dotalis, etſi uxor conſentiat, res empta non efficitur uxoris.

---

SUMMARIUM.

1 *Dominium rei dotalis eſt mariti, & ideo conſtante matrimonio rei vendicatio non competit uxori & num.* 2. *Contrarium, quod ſcilicet verum & naturale dominium verum dotalium maneat apud uxorem, num.* 3. *Rectè tamen cum marito cauſa agitur ſuper re dotali, validumque erit judicium, etſi mulier citata non fuerit, n.* 4.

## L. Doce ancillam. IX.

*Imppp.* CARUS, CARINUS & NUMERIANUS AAA. *Antonio.*

DOminium rei dotalis eſt mariti, & ideo conſtante matrimonio rei vendicatio non competit uxori. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 36. *verſo.*

Quamvis non defuerint, qui per hunc text. & *l. dotale prædium, vers. dotale prædium, ff. de fundo dot. & l. ſi prædium. de jure dot*, ac ſimilia jura, exiſtimaverint indiſtinctè dominium rei dotalis apud maritum eſſe, ex quorum numero ſunt Bald. Novell. *de dot. p.* 8. *privil.* 6. *num.* 1. Seguta *de bonis lucrat. conſtante matrimon. num.* 56. Palat. *in repet. cap. per veſtras, de donat. inter virum & uxor. in princ.* §. 43. *n.* 2. Pinel. *in l.* 2. *de bonis mat. p.* 3. *à num.* 12. Queſada *quæſt. juris c.* 14. *n.* 18. Sahag. *in cap. quanto, de jud. à num.* 18.

Nihilominùs tamen alii propter jura in contrarium allegari ſolita docent, verum & naturale dominium rerum dotalium apud uxorem manere, in quibus terminis procedere aiunt textum *in l. in rebus, de jure dot. l.* 3. § *ſed utrum, in fine, ff. de minoribus*, cum ſimilibus; ſecundùm verò juris ſubtilitatem & figmentum res dotales ad dominium viri perveniſſe videri, & ſic dotalium civile dominium viri eſſe: in quo caſu intelligendus textus *in præſenti, & d. l. ſi prædium*, cum aliis. Alii intelligunt jura ſecundo loco citata locum habere quando dos datur æſtimata ea æſtimatione, quæ faciat emptionem dotalium rerum hujuſmodi, quæ æſtimatæ in dotem dantur quarum dominium in maritum tranſire, ipſumque effectum dominum ad libitum de illis diſponere poſſe exiſtimant. Quare qui hujuſmodi reſolutiones videre Mavult, conſulat Robert. *l.* 3. *ſentent. c.* 18. *pag.* 3. Corraſ. *l.* 5. *miſcel. c.* 14. Zaſ. *l.* 2. *ſing. c.* 5. Coſtam *de dotibus, c.* 5 *n.* 3. *&* 4. Connan. *comment. juris civilis l.* 8. *c.* 9. Roch. *de jurepatron. verbo ipſe vel is, q.* 28. *n.* 62. Lambert. *eod. tract. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 5. *art.* 8. *n.* 50. *& p.* 3. *l.* 2. *q.* 6. *art.* 3. *n.* 7. *&* 8. *in fine*, Cordub. de Lara *in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his, n.* 249. *cum ſeqq. ff. de liber. agnoſc.* Molin. *de primog. l.* 1. *c.* 23. *n.* 6. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 10. *in princ. à n.* 72. Ioan. Garc. *de expens. c.* 12. *n.* 6. Ioan. Vaud. *var. qu. juris l.* 2. *q.* 3. *in princ.* ubi ait mulierem aperto jure intelligi dominam dotis, licèt dos in bonis mariti eſſe videatur, Jacob. Cujac. *in recitationibus ſolemnibus ad libros Codicis ad tit. de jure dotium, in princ.* ubi expreſsè probat verum dominium cum effectu & re ipſa uxoris eſſe dum conſtat matrimonium, maritum tamen juris ſubtilitate & ſine re per dotis conſtitutionem dominum effici, Pichard. *ad tit. Inſtit. quibus alienare licet, vel non, in princ.* 10. ubi reſolvit verius videri maritum dominum eſſe, poſtea verò *n.* 11. ut ſatisfaciat juribus pro uxore adductis, animadvertit maritum conſtante matrimonio ſubtili quadam juris fictione rerum dotalium dominum eſſe, quamvis reverà, & naturaliter earum dominium uxori pertineat, D. Barboſ. *in l. dotalem, à n.* 27. *ff. ſoluto matrim.* ubi ait quod quando traduntur bona ex cauſa dotis, non videntur tradi ea mente, ut dominium quoad omnes effectus tranſeat in maritum, ſed tantùm quoad jus adminiſtrandi & recipiendi fructus pro oneribus; & ideo non transfertur dominium naturale in maritum, ſcilicet quoad omnes effectus, Cevall. *commun. contra communes q.* 3. *à n.* 28. *ſque ad n.* 62. ubi diſtinguit inter dominium civile & naturale; civile marito tribuit, naturale autem uxori. Surd. *cons.* 330. *n.* 13. Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. cons.* 14. *n.* 14. *in fine*, Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 36. *num.* 7. ubi dicit in puncto juris verum eſſe dominium rerum dotalium naturaliter permanſiſſe in dominio uxoris, ex legum verò ſubtilitate tranſire in maritum quoad exercitium actionum, & res vendicandas, Gutier. *de tutel. p.* 3. *c.* 26. *n.* 16. latè Molin. *de Inſtit. tract.* 2. *diſp.* 426. *à num.* 3. ubi ait quod quando marito in dotem dantur inæſtimatæ res, quæ in pondere, numero, aut menſura conſiſtunt, tunc dominium transferri omninò videtur in maritum, eo modo quo transferri *ſuprà* diximus, quando res illi æſtimatæ dantur æſtimatione quæ fecit venditionem, Caſtill. *lib.* 1. *de uſufructu, cap.* 4. *n.* 30. *cum multis ſeqq.* ubi *n.* 36. dicit quod dos licèt in bonis mariti ſit mulieris, tamen eſt verum dominium illius dum conſtat matrimonium: nam ſæpè in jure tribuitur illud marito, ſive ipſe maritus dominus nuncupetur rerum dotalium fictione quadam & ſubtilitate juris civilis, ſive propter commodum fructuum, & adminiſtrationem illi competentem, propter quod non domini rerum aliquando domini,

vocan

vocantur, ſive de jure ſubtilitatis id eſt ex illo quaſi, ſive improprio emptionis contractu, qui conſideratur in dote reſpectu mariti proper onera matrimonii ſuſtinenda, &c. Petrus Gregor. *ſyntagm. juris lib. 1. cap. 12. de dominio, num. 9.* ubi tradit uxorem conſtante matrimonio verum dominium dotis habere; maritum autem propter commodum fructuum fictione quadam & ſubtilitate juris dominum nuncupari, latè Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. 9. ex n. 149. uſque ad num. 176.* ubi *num. 164.* dicit longè veriorem ſibi videri opinionem quæ dictat virum eſſe verè & propriè dominum rerum dotalium, & *numeris ſeqq.* reſpondet ad omnia contraria fundamenta.

4 Notatur etiam ad hoc text. iſte quod rectè cum marito cauſa agitur ſuper re dotali, validúmque erit judicium etſi mulier citata non fuerit, ut per Parlad. *rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 9. num. 23. in princip.*

## L. Cùm ſuper. X.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Ianuario.*

DOminium per teſtes & inſtrumenta probatur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

De hac materia commodiùs dicemus *in collect. ad l. cùm res, de probat.* ubi ſedes propria materiæ probationis dominii.

### SUMMARIUM.

1 *Plantatum & ſeminatum ſolo cedit, radices autem ubi planta in alieno ſolo cepit, plantans ſi poſſidet ſumptus deducit.*

2 *Pretium utilium expenſarum in plantatis factarum debetur poſſeſſori bonæ fidei cùm abradi non poſſint.*

3 *Arbores plantatæ, quæ jam terram radicibus ſunt amplexæ non debent eradicari per poſſeſſorem, ſed earum peti æſtimatio poteſt.*

## L. Si quis ſciens. XI.

*Idem* AA. & CC. *Gallano.*

1 PLantatum & ſeminatum ſolo cedit, radices autem ubi planta in alieno ſolo cepit, plantans ſi poſſidet, ſumptus deducit. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Donell. *comment. juris civilis lib. 20. c. 5. col. 16.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. fin. p. 1. n. 107. ff. ſoluto matrimon.* ubi quod pretium utilium expenſarum in plantatis factarum debetur bonæ fidei poſſeſſori, cùm abradi non poſſint: Et *n. 106. in princ.* ideo tenet quod ſi dominus ſit dives, prout cogitur præcisè ſolvere pretium ædificii, ſic etiam præcisè cogetur ſolvere pretium plantatorum; ſi verò dominus ſit pauper, & nihilominùs eſſet facturus, vel rem habet venalem, prout his caſibus, cogitur ſolvere æſtimationem ædificii, *l. in fundo 39. ff. hoc tit.* pariter & æſtimationem plantatorum, quia eadem militat ratio. Cæterùm ſi dominus pauper ſit, & ſimus extra prædictos caſus, quantumvis tunc permittatur melioranti ædificium auferre, *dict. l. in fundo*, non tamen idem ei permittitur in plantatis, *l. ſi fundi poſſeſſor. 53. ff. hoc tit.* tunc enim incipit militare diverſa ratio inter ædificata, & plantata, quia ædificium non unitur cum terra, ſed ſolo cohæret, & ab eo ſeparari poteſt per abraſionem, ſed plantata uniuntur cum ipſa terra, & unum cum ea efficiuntur, unde non 3
permittitur plantatorum abraſio. Unde benè Gam. *Luſit. dec. 310. n. 3.* tenet arbores plantatas, quæ jam terram radicibus amplexæ ſunt, non debere deduci ſeu eradicari per poſſeſſorem, ſed earum æſtimationem peti poſſe.

### SUMMARIUM.

1 *In contractibus nominatis licèt altera pars non obſervet, pœnitentiæ locus non eſt. Item licèt non ſolvatur pretium, res vendita & tradita vindicari, vel condici non poteſt, n. 2.*

2 *Rem venditam emptori tradere tenetur venditor: limita ut n. 4.*

5 *Debitor ſi rem tradidit non ſoluto pretio, videtur habita fides de pretio, ac ita per prædictam traditionem cenſetur dominium tranſlatum in emptorem.*

6 *Venditor qui tradidit rem quando permittit emptori illam aſportare, nec nuntium ſuum miſit cum re, tunc fidem habuiſſe de pretio creditur.*

7 *Vendens emptori ignoto & mòx receſſuro, non præſumitur fidem habuiſſe de pretio.*

8 *Emptor ſi dixiſſet ſe ad manus habere pretium, non præſumitur ſibi data fides de pretio.*

9 *Fides non præſumitur habita quando venditor rem venditam adhuc non tradidiſſet.*

10 *Venditor ſi rem tradidit aſſignato termino intra quem ſolveretur pretium, licèt pretium non ſolvatur in tempore conſtituto, non ob id reſolveretur venditio.*

11 *Venditores non patiantur dominium transferri in emptores interim dum pretium ſibi non fuerit perſolutum integrè.*

12 *Venditor emptori rem tradit ſub pacto quod non tranſeat dominium donec pretium integrè ſolvatur.*

13 *Pretio non ſoluto quibus remediis venditori contra emptorem uti liceat.*

14 *Venditor ſi rem tradidit non habita fide de pretio, eo adhuc non ſoluto poterit rem vendicare ab emptore. Alias cautelas vide in ſequentibus.*

15 *Fiſcus an alienata à die criminis indiſtinctè revocare poſſit à poſſeſſoribus remedio rei vendicationis, pretio non ſoluto, remiſſivè.*

## L. Incivile. XII.

*Iidem* AA. & CC. *Alexandro.*

IN contractibus nominatis licèt altera pars non 1
obſervet, pœnitentiæ locus non eſt. Item licèt 2
non ſolvatur pretium, res vendita & tradita vendicari, vel condici non poteſt. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. n. ſupra hoc tit.*

*Ut manſipium, quod tradidiſti*, &c. ] Ergo vendi- 3
tor rem venditam emptori tradere tenetur, quia ex natura contractûs venit ut res tradatur, *l. ſi ita, in fin. ff. de contrab. empt.* Surd. *cons. 13. n. 12.* Patientia tamen, & ſcientia venditoris videntis emptorem rem 4
venditam poſſidere, habet vim traditionis, quando venditor tenebatur tradere, & præceſſit titulus. Menoch. *remed. 19. recup. num. 19.* Seraphin. *dec. 264. n. 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 2. c. 318.*

*à n.* 15. latè Cald. Pereira *de empt. vend. c.* 25. *n.* 22. ubi tradit venditorem eo ipso, quod pretium recipit, licentiam videri dediſſe ingrediendi poſſeſſionem. Et ſi venditor in inſtrumento venditionis conſtituit ſe pro emptore, poſſidere poteſt ille & actione ex empto compelli ad tradendum realiter rem venditam emptori, Roland. *cons.* 53. *à n.* 5. Tiraq. *de jure conſtituti, in princ. n.* 10. Anton Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 118. *in fine*, Cacheran. *dec.* 36. *n.* 5. *cum ſeqq.* Matienz. *l.* 8. *gloſſ.* 2. *n.* 5. *tit.* 7. *lib.* 5. *novæ Recop.* Surd. *d. cons.* 13. *n.* 13. *&* 14. Fachin. *contr. lib.* 1. *c.* 13.

5 *Et eo modo dominium eius tranſtuliſti*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi debitor rem tradidit non ſoluto pretio, videtur habita fides de pretio, ac ita per prædictam traditionem cenſetur dominium tranſlatum in emptorem, ut per Tiraq. *de retract. convent. ad fin. tit. n.* 78. Gregor. Lop. *l.* 46. *in gloſſ. fin. tit.* 28. *n.* 3. D. Barboſ. *in l ſi cum dotem* 23. §. *fin. numer.* 35. *ff. ſoluto matrim.* ubi ſubdit, quod in Regno Portugaliæ in dubio ſi res ſimpliciter tradatur, non videtur habita fides de pretio, per Ord. Reg. *lib.* 4. *tit.* 5. §. 1 Gizzarel. *Neap. dec.* 40. *n.* 6. ubi quod quando venditor, qui

6 tradidit rem, permiſit emptori illam aſportare, ac nuntium ſuum miſit cum re, tunc fidem habuiſſe de pretio creditur; paria enim exiſtimantur ad finem transferendi dominium, & contractus perfectionem, ſolutum eſſe pretium, vel fidem de pretio habitam, de quo Menoch. *cons.* 579. *à n.* 26. *&* *de præſumpt. lib.* 3.

7 *præſ.* 79. *n.* 3. Bernard. Græveus *ad pract. Cameræ Imp. lib.* 2 *concl.* 15. *n.* 2. *&* 3. ubi *conſil.* 1. *n.* 11. tenet quod

8 vendens emptori ignoto, & mox receſſuro, non præ-

9 ſumitur fidem habuiſſe de pretio: & *n.* 12. idem ait ſi emptor dixiſſet ſe ad manus habere pretium, ſeu ſtatim numeraturum: & *n.* 14. reſolvit, quod fides de pretio non præſumitur habita quando venditor rem venditam adhuc non tradidiſſet.

10 Notatur etiam ad hoc, quod ſi venditor rem tradidit aſſignato termino, intra quem ſolveretur pretium, licèt pretium non ſolvatur in tempore conſtituto, non ob id reſolveretur venditio, ſed agendum eſt elapſo termino ad pretium, neque res vendicari poteſt, ut per Afflict. *dec.* 280. D. Barboſ. *in d. l. ſi cùm dotem*, §. *fin. n.* 26 *ff. ſoluto matrim.* ubi ſubdit id non obſervari in Regno Portugaliæ *ex d. Ord. Reg. lib.* 4. *tit.* 5. §. *pen.* qua conſtitutum eſt, quod ſi res tradatur adjecto pacto ut pretium ſolvatur intra certum tempus, ſi eo tempore non ſolvatur, reſolvitur traditio, & dominus rem venditam vendicare poterit, ac ſi à principio tradidiſſet, non habita fide de pretio, Rebel. *de oblig. juſtit. p.* 2. *lib.* 9. *q.* 16. *n.* 7. Surd. *dec.* 220. *n.* 17. ubi quod venditio contractus eſt nominatus, qui ubi ſemel ab una parte executionem habuit, ut quia ſequuta ſit traditio, non poteſt de cætero reſolvi, etſi pretium non ſolvatur, & *cons.* 38. *n.* 26. Mareſcot. *lib.* 1. *var. c.* 89. *&* 90. ubi latè agit quando ex cauſa non implementi poſſit diſcedi à contractu nominato, Fachinæ. *controvers. lib.* 2. *cap.* 4. *in fine*, Caſſanat. *conſil.* 8. *num.* 48. Rot. *dec.* 77. *num.* 2. *part.* 2. *recentior.* ubi quod in contractibus nominatis propter non implementum non eſt locus pœnitentiæ.

11 Caveant venditores ne patiantur dominium transferri in emptores interim dum pretium ſibi non fuerit integrè perſolutum, quod ut aſſequi poſſint, & aliis anterioribus creditoribus præferantur, erit cautela ut precario res vendita penes emptorem ſit, donec integrum pretium ſolvatur, quæ eſt tantæ efficaciæ, ut ex ea dominium & poſſeſſio penes venditorem maneat, & emptore non ſolvente poterit venditor revocato precario per rei vendicationem, vel per interdicta poſſeſſoria rem venditam recuperare: ita Parlador. *rerum quotid. lib.* 1. *cap.* 8. *à n.* 3. Fontanel. *de pactis nupt. clauſul.* 7. *gloſſ.* 2. *part.* 9. *n.* 21. *&* 22. *tom.* 2. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap.* 325. *num.* 11.

Alia cautela eſt, quod venditor emptori rem 12
tradat hoc pacto, quod non tranſeat dominium donec pretium integrè ſolvatur, quod pactum valere & dominii tranſlationem impedire, tenent Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſſ.* 2. *à num.* 36. Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 30. *vers. item etiam*, Afflict. *dec.* 338. *n.* 2. *cum ſeqq.* Ubi Vaſil. Vincent de Franchis *decis.* 506. *ex num.* 2. Magon. *Lucenſi dec.* 31. *& Florent. decis.* 91. *num.* 8. *&* 9. Surd. *decis.* 220. *num.* 13. *&* *decis.* 344. *à n.* 12. Marta *in votis noviſſ. decis. voto* 43. *à n.* 2. Joſeph. Seſſe *Arag. dec.* 42. *à n.* 13. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 13. *num.* 1. ut per illam deciſionem agit, an valeat alienatio, & cenſus impoſitio quando per venditionem reſervatur dominium ob non ſolutionem pretii, & an agatur ad pretii reſtitutionem, *&* *diſp. forens. tom.* 3. *cap.* 523. *n.* 12. *&* 3. Parlad. *d. cap.* 8. *n.* 7. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambiguis convent. lib.* 4. *tit.* 27. *num.* 4. *&* 5. Ioan. Baptiſt. Valenz. *cons.* 59. *nu.* 35. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 22. *nu.* 31. *in fine*, Bernard. Græveus *d. lib.* 2. *concl.* 15. *n.* 14. *&* 15. Si verò ſtante hoc pacto ſuccedat rem venditam incendio, alluvione, vel caſu perire antequam pretium ſolvatur, emptoris periculo peribit, Surd. *decis.* 198. *num.* 18. Cardin. Mantic. *d. tit.* 27. *num.* 18. Stephan. Gratian. *tom.* 2. *diſcept. cap.* 354. *à num.* 48. *& tom.* 3. *c.* 523. *num.* 17.

Pretio non ſoluto quibus remediis venditori con- 13
tra emptorem uti licebit, utilis inveſtigatio, ad quam aſſequendam eſt ſciendum, quod ſi ipſe venditor rem adhuc retinet, tunc eam alteri licitè, & citra pœnam falſi vendere poterit ſi tempore ſtatuto emptor ceſſavit in ſolutione pretii, Surd. *dec.* 220. *num.* 16. *&* *dec.* 334. *num.* 16. *&* 17. Stephan. Gratian. *d. dec.* 13. *in addit. num.* 2. *&* 3. *&* *d. cap.* 523. *n.* 5. Et etiam per viam exceptionis datur ei reſciſſio contractus; nam quando pactum, ſeu conventio non ſervatur, contractus nominatus reſolvitur. Graver. *conſil.* 192. *num.* 12. Bec. *cons.* 54. *nu.* 8. Surd. *d. dec.* 210. *num.* 12. *&* *dec.* 344. *num.* 171. *&* *cons.* 13. *num.* 32. *&* *cons.* 52. *à num.* 36 *&* *cons.* 593. *n.* 3. *&* 5. Menoch. *cons.* 1178. *n.* 11. Fachin. *controv. lib.* 2. *c.* 4. *in fine*, Caroc. *dec.* 76. *num.* 11. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap.* 255. *n.* 3. 16. *&* 23. Giurba *dec.* 100. *num.* 23.

Si verò rem jam tradidit venditor non habita fide 14
de pretio, eo adhuc non ſoluto, poterit rem vendicare ab emptore, Menoch. *lib.* 3. *controv. uſufreq. cap.* 50. *in princip.* D. Barboſ. *in d. l. ſi cum dotem*, §. *fin. num.* 32. *in fine, & num.* 36. *ff. ſolut. matr.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 23. *num.* 18. niſi emptor venditori rem repetenti pretium offerat, Gloſſ. *verbo vendicare, in l. procuratoris*, §. *planè*, *ff. de tributor. action.* Cald. Pereira *d. cap.* 23. *n.* 18. *vers. ſed ſi emptor.* Vel pars pretii eſſet ſoluta, quia tunc ita perficitur venditor ut ab ea recedi non liceat, Surd. *conſil.* 104. *num.* 10. *&* *dec.* 97. *num.* 5. *&* *dec.* 343. *n.* 27. Giurba *dec.* 113. *num.* 5. Vel denique eſſet pactum de non contraveniendo, Ioſeph. Seſſe *Arag. dec.* 24. *num.* 2. Fontanel. *de pactis nupt. clauſul.* 4. *gloſſ.* 28. *num.* 3. *&* 4. Si habita fuiſſet fides de pretio ex pacto reſervationis dominii, non poſſet contractus reſolvi, maximè in viam actionis. Stephan. Gratian. *dict. c.* 523. *à n.* 13. *&* 23. Quando denique res tradita fuiſſet habita fide de pretio, nullo ex dictis pactis interveniente, datur venditori actio ad reſcindendam traditionem quaſi indebitè factam, ſi id deficiat, quod principaliter movit ad contrahendum; nam etiam nominatus contractus corruit ob defe-

ctum finalis causæ, ut per Cravet. *cons.* 192. *n.* 22. Roland. *cons.* 69. *à n.* 37. *lib.* 4. Surd. *dec.* 210. *n.* 18. & 19. Stephan. Gratian. *Marchæ dec.* 13. *num.* 3. & *dec.* 26. *num.* 22. & *discept. forens. cap.* 307. & *c.* 326. *num.* 2. D. Barbos. *in l. de divisione* 5. *num.* 50. *vers. ex quo*, *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *d. cap.* 23. *n.* 22. Franc. Sousa *in repet.* §. *actionum*, *Inst. de actionib. num.* 33. Giurba *dec.* 115. *n.* 10. ubi per viam actionis ad rescissionem contractus agere posse venditorem ait quando deficit illud, quod principaliter movit.

15 Utrùm fiscus alienata à die criminis indistinctè revocare possit à possessoribus remedio rei vendicationis, pretio non soluto, vide Covar. *de sponsalib. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. Clar. *in* §. *fin. q.* 78. *n.* 18. Azeved. *ad l.* 1. *n.* 187. *tit.* 3. *lib.* 8. *novæ Recop.* Surd. *de alim. tit.* 8. *priv.* 35. & *dec.* 247. *n.* 11.

SUMMARIUM.

1 *Possessorium retinendæ prius examinandum, & excutiendum, antequam cognitioni in petitorio sit locus, & n.* 2.

3 *Causa ab eodem judice decidenda.*

## L. Ordinarii. XIII.

### *Idem* AA. & CC. *Cytichio.*

1 POssessorium retinendæ prius examinandum, & excutiendum, antequam cognitioni in petitorio sit locus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.* post omnes Aloys. Leo *fol.* 64. Petr. Gilchen. *tom.* 1. *fol.* 707.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt. Gerard. *sing.* 88. Cott. *in memorab. verbo Iudex*, Vacon. à Vacuna *declarationum juris civilis lib.* 2. *de arbitr. casu* 371. latè; & eleganter Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 11. *n.* 6. *in princ.* ubi refert Bartholom. audacter asserere, quod in cumulatione petitorii, & possessorii retinendæ est aperta repugnantia, quia qui vendicationem intentat, facit ex adverso reum conventum possessorem, ut per hunc textum, & *in l. fin. inf. hoc eod. tit.* at verò possessorio retinendæ contra facit se possessorem: & *num. seqq.* materiam optimè declarat, vide apud illum.

3 *Causa ab eodem judice decidatur.* ] Vide Cujac. *lib.* 2. *observat.* 35. qui in ea fuit opinione, causam possessionis, & proprietatis posse quidem ab eodem judice diffiniri, sed necessariò omninò id non contingere; ob id ait, judices si volunt cognoscere posse, sed non coguntur, Menoch. *casu* 371. *n.* 7. ubi dicit *in hoc text.* fuisse responsum, quod orta mancipiorum quæstione, illis exhibitis prius de possessione judicetur, ac tunc demùm proprietatis causa ab eodem judice decidatur: unde colligunt nonnulli, quod judex causæ præparatoriæ sit & judex præparatæ, ex quo *in hoc text.* is judex, qui mancipia exhibere jubet, atque ita qui cognoscit super actione ad exhibendum, quæ rei vendicationis præparatoria est *l.* 1. *ff. ad exh bendum*, cognoscit etiam super rei vendicatione. Advertit idem Menoch. *ibid.* se aliquando dixisse apud Imperatores *in præsenti text.* non fuisse hæsitatum super exhibitione, sed præsupponi, quod mancipia exhibita fuerint, atque ita non diffiniri apud quem judicem mancipia exhiberi debuerint, sed dubitandi rationem hìc esse super causa possessionis, & proprietatis, an judex unius esset judex & alterius.

SUMMARIUM.

1 *Filius venit contra factum matris, nisi quatenus ejus sit hæres, & n.* 2. *Intellige ut num.* 3. *Vel factum sit contra legis dispositionem, & sic nullum, num.* 4. 5. *Procedit etiam in fideicommissario hærede alienante, qui non potest vendicare bona à defuncto alienata veniendo contra ejus factum, n.* 6. *In bonis primogenituræ, num.* 7. *In emphyteusi etiam non hæreditaria, num.* 8. *In feudo ex pacto, & providentia, num.* 9. *Etiam in hærede hæredis, n.* 10. *Et in hærede consentientis, num.* 28. Limita *in succedente ex alia persona. n.* 12. *Item quando testator sibi non reliquit illud, quod relinquere tenebatur, n.* 13. *In legatario, n.* 14. *Et quando factum defuncti est nullum, & invalidum, n* 15.

16 *Filius etiam hæres patris potest vendicare bona majoratus alienata à patre, repetere emphyteusim acceptam pro se & filiis, si pater extraneum quendam inutiliter nominaverit, num.* 18. *Contrarium, num.* 20. *Limita tamen ut nu.* 21. 22. 23. 24. 25.

17 *Hæredes mulieris possunt vendicare alienationem rei dotalis, non obstante quod acceptaverint ejus hæreditatem.*

19 *Pater bona filii adventitia à se vendita ab emptore vendicat.*

26 *Hæres non repræsentat defunctum, nisi pro portione hæreditaria.*

27 *Hæres cum beneficio legis, & inventarii solùm tenetur stare alienationi pro ea tantùm quantitate, quæ ad ejus manus pervenit.*

29 *Filius in sola legitima institutus non potest repetere rem propriam, quam pater alienavit facto inventario.*

30 *Hæres non universalis, pro quota pro qua est hæres non poterit revocare alienata si fecit inventarium, etsi illa quota sit minoris valoris; pro reliqua verò parte poterit etiam non confecto inventario contravenire, licèt quota relicta excedat valorem bonorum alienatorum.*

31 *Hæres tenetur servare factum defuncti, quatenus vires hæreditatis supperunt.*

## L. Cùm à matre. XIV.

### *Idem* AA. & CC. *Septianæ.*

FIlius venit contra factum matris, nisi quatenus ejus sit hæres, quia pro parte hæreditaria hæres defuncti facto non contravenit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *suprà hoc tit.* & post omnes Aloys. Leo *fol.* 64. *verso.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt & multipliciter declarant, exornantque, Rod. Xuar. *in repetit. l. quoniam in prioribus, super l. Regni, q.* 8. *n.* 7. Gregor. Lopez *l.* 24. *verbo entonse, tit.* 23. *p.* 5. Pinel. *ad l.* 1. *de bonis maternis, p.* 3. *n.* 79. *cum seqq.* Alph. *coll.* 62. Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *glos.* 9. *n* 48. *cum seqq.* Gramm. *dec.* 93. *a n.* 8. Alc. *resp.* 556. *n.* 6. & 7. Ant. Gabr. *com opin. lib.* 6. *tit. de regul. jur. concl.* 11. *n.* 8. *cum seqq.* Ioseph. Ludov. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de hæredib. concl.* 1. *vers. infertur* 82. *pag.* 486. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 1. *ex n.* 16. Brunor. à Sole *in lo. is communib. verb hæres* 23. Decian. *consil.* 117. *numero* 37. *vol.* 3. & *consil.* 121. *num.* 33. *vol.* 3. Marant. *disp.* 10. *num.* 2. Menoch. *cons.* 1. *n.* 102. *cum seqq.* ubi intelligit regulam hujus textus in contractibus onerosis, non autem in lucrativis vel quando ante- 2

cessor

ceſſor potuit ad libitum diſponere, aliàs non, *& conſil. 2. num. 283. & cons. 11. n. 25.* ubi ait regulam hujus textus ceſſare quando factum eſt contra legis diſpoſitionem, & fit nullum, *& cons 81. num. 9. cum ſeqq.* ubi ait textum procedere etiam cùm quis non eſt hæres immediatus alienantis, ſed mediatus, & quando teſtator diſponit de re peeventura ad ſuum hæredem, utputa de re ex fideicommiſſo illi reſtituenda, *& cons. 87. num. 99. cum ſeqq. & cons. 347. num. 7. & num. 21. cum ſeqq. & cons. 89. num. 110.* ubi quod hæres matris contravenire non poteſt renuntiationi à matre factæ, *& cons. 129. num. 23. & conſil. 155. n. 5. & cons. 196. num. 9. & cons. 203. num. 25.* ad hoc, quod hæres non poteſt impugnare factum defuncti, *& cons. 818. num. 26. & cons. 404. num. 10. & cons. 563. n. 7. & ſeq. & cons. 713. n. 17. cum ſeqq.* 5 Surd. *dec. 99. à num. 6.* ubi quod poteſt contravenire facto defuncti quando eſt nullum, & contra legis prohibentis diſpoſitionem, *& dec. 161. num. 20. & dec. 11. num. 15.* ubi quod hæres venire poteſt contra factum defuncti, quando defunctus non eſt pro illo facto obligatus, idem Surd. *cons. 577.* Ioan. Baptiſt. Coſta *de facti ſcientia & ignorantia, inſp. 14. num. 2.* Gam. *Luſitan. dec. 67. & decis. 222. num. 4.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo filius, n. 25. & verbo hæres, num. 42.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæſt. 9. num. 23. & quæſt. 24. num. 19. cum ſequent.* D. Barboſ. *in l. 2. in princ. part. 1. num. 145. ff. ſoluto matrim.* Alvar. Valaſc. *conſult 52. num. 44. cum ſeqq. & cons. 69. per tot.* Cæſ. Barz *Bonon. dec. 64.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 83.* Vincent. de Franchis *Neapol. dec. 355. num. 7.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ decis. 56. n. 34. cum ſeqq.* Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpret. lib. 2. cap. 8. per tot.* Fuſar. *de ſubſtit. q. 557. à princ. & quæſt. 717. num. 7.* Rota *dec. 430. n. 3. in fin. p. 2. recentiſſim. in poſthum.*

6 Amplia primò prædictam textus concluſionem procedere etiam in fideicommiſſario hærede alienante, qui non poteſt vendicare bona à defuncto alienata veniendo contra ejus factum: ita Pinel. *in d. l. 1. part. 3. n. 81.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 33.* Marzar. *in epit. fideicom. quæſt. 46.* Ant. Gabr. *d. tit. de regulis juris, conclus. 11. num. 6.* Petr. *de fideicom. quæſt. 4. num. 315. cum ſeqq. & num. 323. cum ſeqq.* Hieron. Gabr. *cons. 125. n. 2. cum ſeqq. vol. 1.* Menoch. *cons. 81. num. 10. & cons. 87. num. 99. cum ſeqq. & cons. 89. per tot. & cons. 904. n. 38. & cons. 1196. dub. 2. & cons. 1204. n. 8. cum ſeqq.* Surd. *cons. 73. num. 34. & cons. 559. num. 2.* Ioſeph. Ludov. *Lucenſi dec. 64. num. 25.* Cæſ. Barz. *Bonon. dec. 42. & 64.* Gall. *de excep. ſucceſſ. tit. 2. except. 4. num. 141. cum ſeqq. part. 3.* plures alios refert, & ſequitur Fuſar. *dict. quæſt. 557. n. 1.*

7 Amplia ſecundò in bonis primogenituræ; nam filius hæres alienantis, qui ſucceſſit in primogenitura, non poterit alienata revocare, Melch. Pelaëz *in tract. de major. part. 4. q. 16. col. 2. vers. quibus tamen non obſtantibus*, Molin. *de primogen. lib. 4. c. 2. n. 21. & ſeq.* Menoch. *cons. 196. n. 11. & cons. 1204. ante n. 14.* Contrarium tamen tenent Pinell. *in d. l. 1. p. 3. n. 99. vers. ſed pro ſucceſſore*, & alii in prima limitatione citati, ubi vide.

8 Amplia tertiò in emphyteuſi etiam non hæreditaria, quia filius hæres patris alienantis, eam alienatam, aut alii prælegatam petere non poterit: ita per regulam hujus textus reſolvunt Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q. 19. n. 3.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. cap. 24. num. 19.*

9 Amplia quartò in fundo ex pacto & providentia, quod alienari, aut renuntiari non poteſt in præjudicium filiorum, & tamen ſi ſint hæredes patris, non poterunt contravenire, Bald. *in l. qui ſe patris, n. 9. ff. unde vi,* & alii quos refert & ſequitur Menoch. *conſil. 1204. n. 10. & ſeq.* Sed contrarium non immeritò tuentur Pinel. *d. n. 99. vers. pro eodem,* Peralta *in rubr. ff. de hæred. inſt. n. 100. vers. præterea,* Cald. Pereira *de renov. emphyt. q. 16. n. 27.* & vide *in lim. 1.*

Amplia quintò etiam in hærede hæredis, qui eo- 10
dem modo non poterit impugnare factum defuncti, & bona per eum alienata revocare: ita Pinel. *in dict. l. 1. p. 3. n. 81. vers. ampliatur quartò,* Decian. *cons. 55. lib. 3.* Anton. Gabr. *dict. tit. de regul. juris, concl. 11. n. 7.* Menoch. *cons. 89. n. 126. & cons. 443. n. 86.* Decian. *cons. 55. lib. 3.* Peregr. *d. art. 33. n. 14.* Cæſ. Barz. *Bonon. dec. 64. n. 50.*

Amplia ſextò, ut ſit in libertate conventi, vel à 11
principio repellere agentem, vel poſtea contra eum de evictione agere. Alciat. *cons. 600. in fine*, Ioſeph. Ludov. *commun. concl. 16. illat. 82. vers. & eſt in poteſtate* Marzar. *in opin. de fideicom. q. 46.*

Limita primò in ſuccedente ex alia perſona, ut te- 12
nuit Rot. *apud Merlin. de legitima, dec. 75. n. 5.*

Limita ſecundò quando teſtator ſibi non reliquit 13
illud, quod relinquere tenebatur, quia tunc poteſt hæres venire contra factum defuncti, Ant. Gom. *de reg. juris, concl. 11. num. 25.* & alii citati per Rot. *d. dec. 75. n. 3.*

Limita tertiò in legatario, quia licèt agnoviſſet 14
legatum relictum in teſtamento, non propterea cogeretur habere ratum factum defuncti in ſeparatis à ſuo legato, ex eadem Rot. *dec. 75. n. 6.*

Limita quartò quando factum defuncti eſt nul- 15
lum & invalidum, veluti quando res alienata erat prohibita alienari; nam tunc hæres poterit contra illud factum venire, ac tali alienationi contravenire: ita Gramm. *dec. 93. per tot.* Pinel. *in d. l. 1. part. 3. num. 96. ad fin.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 9. num. 58.* Cæſ. Barz. *Bonon. dec. 64. num. 18. & 57.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q. 16. n. 26.* Peralt. *in rubr. ff. de hæred. inſt. num. 94.* Covar. *var. lib. 2. cap. 18. n. 4. vers. 8.* Gam. *Luſit. dec. 222. num. 4.* Mich. Craſſ. *§. hæreditas, q. 12. n. 6.* Guttier. *pract. lib. 3. q. 41. n. 4.* Ioſeph. Ludov. *d. concl. 16. illat. 82. vers. quando tamen defunctus, & vers. ſed hæc limitatio*, Menoch. *cons. 11. n. 25.* Surd. *dec. 99. n.* Marzar. *d. q. 46. vers. poſtremò.* Valaſc. *de jure emphyt. quæſt. 49. n. 5. & conſult. 190. num. 7.* Alex. Raudenſ. *cons. 38. n. 39. cum ſeqq. lib. 2.* Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpretat. lib. 2. cap. 8. à num. 1.* latiſſimè Rot. *dec. 110. part. 2. diverſor.* ubi contrariis omnibus reſpondet, quamvis de ejus veritate dubitet Menoch. parum ſibi conſtans *cons. 1196. n. 8. cum ſeqq.*

Vnde jam hodie noviores ferè omnes contendunt 16
filium etiam hæredem patris poſſe vendicare bona majoratûs à patre alienata, ea præcipuè ratione, quia ſi non admitteretur filius etiam hæres ad vendicanda bona majoratûs à patre anteceſſore alienata, modico tempore dilaberentur, cùm plerumque filii parentum hæredes ſint: ita Pinel. *in d. l. 1. p. 3. n. 99. vers. ſed pro ſucceſſore*, Gam. *dict. dec. 222. n. 3.* Cald. Pereira *d. q. 16. num. 26.* ubi ſubdit quod cùm honorem & gloriam magis augeri quàm minui defunctus majoriæ conditor ſedulò procuraverit, bona vinculavit, & ne quo modo alienarentur, interdixit, quare ut iſta conditoris voluntas inviolabiliter obſervetur, concedenda videtur ſucceſſori etiam hæredi ejus, qui alienavit, vendicandi poteſtas, non obſtante diſpoſitione hujus l. quæ ad hunc caſum trahi non debet, in quo niſi filius hæres poſſit bona ſic alienata vendicare, exiguo quidem tempore majoratus corruet; quoniam ſecundùm ea quæ frequenter uſu eveniunt, majoratûs ſucceſſor plerumque filius poſſeſſoris eſt, qui alienavit, & hæres, qui ſi non eſt audiendus, vendicare alienata contendens, neque

ejus filius, ſi cætera ipſe bona alienavit, utique per indirectum majoria ad nihil redigatur, ut igitur hæc fraus prorſus amputetur, dicendum eſt diſpoſitionem hujus textus in majoratus ſucceſſore, eodémque alienantis hærede non procedere, latè etiam Alvar. Valaſc. *cons.* 69. *ex n.* 19. ubi his, & aliis rationibus hanc partem tuetur, & reſpondet ad hunc text. quod in bonis majoratus alienatis à patre anteceſſore non procedat, quominus filius etiam hæres patris alienantis poſſit ea ad majoratum reducere, quia in illis cenſetur eſſe alia perſona, & ubicunque quis agit, & vendicat tanquam alia perſona, non eſt locus huic l.

17 Hinc etiam hæredes mulieris, non obſtante quod acceptaverint ejus hæreditatem, poſſunt vendicare alienationem rei dotalis, non obſtante reg. hujus text. quia ſicut ipſa mulier poterat agere contra alienationem à ſe factam, vel à marito ea conſentiente, ut *in toto titul. ff. de fundo dot.* ita poterunt etiam agere ejus hæredes, quia hæres eſt ejus conditionis, cujus defunctus, *l. hæredem, ff. de regul. juris*: ita Alvar. Valaſc. *conſult.* 190. *n.* 6.

18 Hinc quoque fit, ut ſi in emphyteuſi accepta pro ſe, & filiis pater extraneum quendam inutiliter nominaverit, poteſt filius etiam hæres patris tanquam ab eo tacitè nominatus ex diſpoſitione juris Luſitani repetere hujuſmodi emphyteuſim, eo quòd illud à principio actui reſiſtens illum reddit omninò nullum, & invalidum, in quo caſu ceſſat diſpoſitio hujus textus, ut reſolvit Cald. Pereira *de poteſt. eligendi*

19 *c.* 13. *n.* 6. Hinc etiam infertur, patrem bona filii adventitia à ſe vendita poſſe ab emptore, in quem alienavit, vendicare, cùm enim alienatio contra formam, & prohibitionem *l.* 1. *de bon. mat.* facta ſit, ex ea utique admittendus eſt ad revocandam alienationem, eamque irritandam, & rem venditam nomine filii vendicandam: ita Cald. Pereira *poſt qq. forens. cons.* 39. *num.* 4. *& de empt. & vend. cap.* 26. *n.* 18. Pinel. *in d. l.* 1. *p.* 3. *n.* 73. D. Barboſ. *in l. Lucius Titius* 39. *n.* 20. *vers. item pater, ff. ſoluto matr.*

20 Verùm quamvis principalis doctrina hujus limitationis videatur communiter recepta, tamen ſi juris rigor attendatur, non eſt verum abſolutè, quod filius hæres poteſt venire contra factum patris nullum, nec ſuſtineri poteſt, quod hæres venire poſſit contra factum defuncti, quando illud eſt nullum propter legis prohibitionem, in tantùm quod nec ſalvari poſſit quando actus defuncti eſt nullus, ut ipſemet defunctus, qui illum fecit, poſſet contra illum venire, quia nec tunc pariter hæres contra illum venire poterit, ut colligitur ex *l. ſi ab eo, de liberali cauſa*, ubi minor viginti annis ſervum manumiſit, contra quam manumiſſionem certum eſt venire potuiſſe, *l. ſi minor, ff. de ſervis export.* & tamen hæ-

21 res contra eam venire non poteſt. Sic etiam pater alienans bona adventitia filii, poteſt venire contra factum ſuum, & rem vendicare ab emptore nomine filii, juxta citatos *ſuprà*, & tamen filius hæres patris contra hanc alienationem venire non poteſt, ut per hunc text. tenet D. Barboſ. *in d. l. Lucius Titius, n.* 20. *paulò poſt princ.* Quare ipſe D. Barboſa ſolita maxima ſui ingenii facundia *ibidem* regulam in hac materia conſtituit poſt Menoch. *cons.* 89. *à num.* 60. & Phanut. *in tract. de inventario, p.* 7. *à num.* 150. hæredem ſcilicet non poſſe venire contra pactum defuncti, etiam nullum propter legis reſiſtentiam. Eam tamen limitat aliquibus modis, & primò niſi actus fuerit nullus, propter defectum conſenſus, quia tunc hæres adiens, contra illum venire poteſt, ut colligunt ex *d. l. Lucius Titius*, unde poſſe hæredem venire contra factum defuncti ſimulatum, & ad vendicandum feudum, ſive emphyteuſim, ſine Domini

22 conſenſu alienatam. Secundò limitat ut non procedat quando actus eſt nullus propter eam diſpoſitionem legis, cui hæres non poſſit renuntiare; nam quemadmodum expreſſim illi renuntiare non poteſt, ita etiam neque fictè poterit renuntiare, ſcilicet per additionem, juxta reg. *l. qui ad certum, ff. locati*, cum vulgaribus. Tertiò limitat, ut licèt hæres ſuc- 23
cedat alienanti, tamen non confirmetur ea alienatio, ſed tantùm paretur exceptio poſſeſſoris adversùs hæredem, ſi vendicet, *l. ſi ſervo* 20. *ff. qui, & quibus*, ubi libertas data per non dominum non confirmatur, licèt is ſuccedat domino, & tamen ſi is velit ſervum in ſervitutem revocare, repelletur per eum ope exceptionis, *l. fin. n.* 23. *ff. de liberali cauſa*. Sed falſum dicit D. Barboſ. *ibidem n.* 23. quia in venditione cùm interſit vendentis confirmari alienationem, ne aliàs teneatur de evictione, cenſetur confirmata venditio non ſolùm quoad præſtandam exceptionem poſſidenti, ſed etiam quoad præſtandam actionem, ſi non poſſideat, *l. ſi quis alienam* 47. *ff. de action. empt.* & tamen in ſpecie *d. l. ſi ſervo*, cùm non interſit manumittentis manumiſſionem confirmari, tantùm confir-
mabitur ope exceptionis. Quartò limitat idem D. 24
Barboſ. *in l.* 2 *in princip. n.* 145. *in fine, ff. ſoluto matr.* ubi hæres ex proprio jure venire poſſit contra factum defuncti, quando erat tale factum, cui non poterat conſenſum expreſſum præſtare propter legis reſiſtentiam. Quintò limitat in filio ſolam legitimam 25
habente, qui poteſt revocare alienationem rei ſuæ factam per patrem: ita idem D. Barboſ. *in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, num.* 32. *ff. ſoluto matr.* Ioſeph. Ludov. *d. tom.* 3. *comm. opin. tit. de hæred. conclus.* 1. *vers. dicitque, pag.* 493. Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 17. *n.* 21. *cum ſeqq.*

*Pro qua portione*, &c. ] Notatur ad hoc, quod hæ- 26
res non reptæſentat defunctum, niſi pro hæreditaria portione, ut per Tiraquel. *de retractu lig. §.* 32. *gloſſ.* 1. *num.* 40. *& in tract. le mort, part.* 2. *declarat.* 12. *n.* 4. *& 9.* Pinel. *in d. l.* 1. *de bonis maternis, part.* 3. *n.* 79. *vers. eadem concluſio*, Surd. *dec.* 224. *n.* 21. ubi etiam quod hæres pro ea parte, pro qua non eſt hæres, venire poteſt contra defuncti factum, Menoch. *conſil.* 1204. *n.* 14. ubi etiam, quod hæres non tenetur niſi pro parte, pro qua eſt hæres, licèt defunctus promiſerit de evictione, & ſic defendere, & manutenere alienationem: & *cons.* 125. *n.* 3. ubi quod pro ea portione pro qua fuit à teſtatore inſtitutus, & non plus, repræſentat teſtatorem.

Vnde hæres cum beneficio legis & inventarii ſo- 27
lùm tenetur ſtare alienationi pro ea tantùm quantitate, quæ ad ejus manus pervenit: ita Cephal. *conſil.* 292. *num.* 36. *lib.* 2. Cravet. *cons.* 225. *num.* 12. Ant. Gabr. *d. tit. de regulis juris, concl.* 11. *num.* 9. Hieron. Gabr. *cons.* 125. *num.* 10. *cum ſeqq. lib.* 1. Menoch. *conſil.* 89. *num.* 15. *& cons.* 125. *num.* 6. *& ſeq.* Honded. *cons.* 3. *num.* 53. *lib.* 1. Marzar. *in epit. de fideicommiſſ. q.* 46. Petr. *de fideicommiſſ. quæſt.* 14. *num.* 302. *&* 315. *cum ſeq.* Ioſeph. Ludov. *d. cons.* 16. *illat.* 82. *vers. & prædicta procedunt*, Ioſeph. Ludov. *Lucenſi dec.* 64. *n.* 28. *cum ſeqq.* Calvacan. *dec.* 36. *n.* 29. *part.* 1. Cæſ. Barz. *Bonon. dec.* 42. Peregr. *de fideicomm. art.* 33. *num.* 13. Gall. *de excep. ſucceſſ. tit.* 4. *except.* 26. *n.* 16. *& ſeq. p.* 2.

Concluſionem hujus textus amplia in hærede 28
conſentiente, qui non poterit contravenire, Cephal. *cons.* 393. *n.* 168. Menoch. *cons.* 58. *in fine, lib.* 1. niſi hæres veniret ex perſona & jure proprio; illi enim non noceret conſenſus præſtitus à defuncto, qui conſenſit, *l.* 1. *§. quod ait, ff. quor. legatorum*, Roland. à Valle *cons.* 70. *num.* 35. *lib.* 3. Cephal. *cons.* 393. *n.* 168. 169. *&* 189. *lib.* 3. Hieron. Gabr. *d. cons.* 125. *num.* 1. Tiraquel. *de retractu lign. §.* 1. *gloſſ.* 9. *n.* 134. Petr. *de fideicomm. quæſt.* 14. *num.* 320. *vers. primus eſt*,

*eſt, & n.* 301. *in fine*, Peregr. *de fideicomm. art.* 52. *à n.* 91. Gail. *d.tit.*4.*excepta* 26. *n.*67. *part.*2. Ratio eſt, quia conſentiens, & renuntians cenſetur renuntiare juri in ejus favorem introducto, non autem juri ſpectanti ſuo hæredi ex perſona propria, gloſſ. *verbo renuntiant, in l. jubemus*, §. *ſcientes, de ſacros. Eccles.* Alba *cons.* 74. *n.* 1. Hier. Gabr. *d.cons.*125. *n.*1. Dec. *cons.*33. *n.*109. *l.*1.

29 In gloſſ. *Non prohiberis*, ibi, *item quod ſi in debito bonorum ſubſidio*, &c. Notatur ad hoc, quod filius in ſola legitima inſtitutus non poteſt repetere rem propriam, quam pater alienavit facto inventario, ut per Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus limit.* 7. *n.*11.*&* 12. Monticul.*de inventar.c.* 10.*n.*101. Rojas *de ſucceſſ. c.* 9. *n.* 9. Molin. *de primogen. lib.* 4. *c.*1.*n.*26. Burg.de Paz *cons.*14.*n.*25.

30 In eadem gloſſ. ibi, *inſtituatur hæres in quota portione*, &c. Notatur ad hoc, quod hæres non univerſalis pro quota pro qua eſt hæres non poterit revocare alienata, ſi fecit inventarium, etſi illa quota ſit minoris valoris; pro reliqua verò parte poterit etiam non confecto inventario convenire, licèt quota relicta excedat valorem bonorum alienatorum, Ioan. de Anan. *cons.* 3. Pinel. *in d. l.* 1. *part.*3. *n.* 79. *prope fin.* Cravet. *cons.* 131. *n.* 7. Anton. Gabr.*d.tit.de regul. juris, concl.* 11. *n.* 8. Menoch.*cons.*105 *in* 2. *caſu & cons.* 1204. *n.* 12. Peregr.*cons* 19.*n.*15. *lib.*4. Raudenſ.*cons.*38.*n.*57 *cum ſeqq.lib* 2.

31 Notatur etiam ad hoc, quod hæres tenetur ſervare factum defuncti quatenus vires hæreditaris ſuppetant, nec poteſt vendicare rem, & ſolvere æſtimationem illius cum intereſſe, Cravet. *cons.* 225. *n.* 12. Hieron. Gabr. *d.cons.*125. *n.*11. *cum ſeqq.lib.*1. Marzar. *d. quæſt.* 46.*vers. advertendum*, Ioan. Ludov. *Lucenſi dec.* 64. *n.* 31. Cavalcan. *dec.* 35. *n.*29. *p.*1. Petra *de fideicomm.q.*14.*n.*321.*vers.ſextus caſus.*

---

## SUMMARIUM.

1 *In dominio ille eſt potior, cui priùs res traditur, licèt alius in titulo prævenerit, & n.* 2. *Procedit in omnibus contractibus, tam oneroſis, quàm lucrativis, n.* 3. *In donationibus,n.*4.*In re emphyteutica duobus in emphyteuſim conceſſa, n.* 5. *In feudis n.* 6. *In contractibus locationis, n.*7.*contrarium, n.* 8. *In Eccleſiis, Clericis & perſonis eccleſiaſticis vendentibus, n.* 9. *Etſi prior venditio eſſet juramento confirmata, n.* 10. *Quamvis traditio rei eſſet facta uni ex pluribus emptoribus, n.*11. *Declara tamen ut n.*12. Limita *in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, quibus abſque traditione transfertur dominium, n.* 13. *In quacumque conceſſione jurium ſpiritualium, n.* 14. *in pauperibus, n.* 15. *In ceſſione jurium incorporalium, n.* 16. *In donationibus, & venditionibus factis per Principes, n.* 17. *Si ſecundus emptor conſcius venditionis alteri factæ rem emerit, n.* 18. *ſi primus emptionis titulum, vel alium oneroſum habeat, poſterior verò cui res fuit tradita donationis, vel alium lucrativum, n.* 19. *Quando in alienatione eſſet neceſſaria licentia alterius n.* 20. *Si primus emptor pro obſervatione contractus haberet rem venditam ſpecialiter hypothecatam cum pacto de non alienando, n.* 21. *Quando eadem res pluribus obligetur n.* 24. *Si primus emptor pretium rei emptæ & ſibi traditæ non ſolvit venditori, nec de eo fuit fides, n.* 25. *Vbi res tradita fuerit conditionaliter primo, & pendente conditione purè ſecundo, n.*26.

22 *Prior in hypotheca, præferendus cæteris, quibus poſteriùs ea res tradita, intellige ut n.*23.

27 *Intellectus verborum*, duobus in ſolidum, *l.* 15. *de rei vendic.*

28 *Pœna illius, qui eandem rem duobus inſolidum diverſis contractibus vendidit, remiſſivè.*

29 *Primus emptor effectus dominus rem nec retinendo repetit pretium & uſuras, facta compenſatione impenſarum, & fructuum.*

30 *Agens actione perſonali pro re ſibi priùs vendita non tamen tradita, poteſt prætendere intereſſe, ſi habeat alium fundum juxta, vel ſi fuit majorum ſuorum.*

31 *Prioritas traditionis ubi ignoretur, præſumendum pro eo, qui prior emerit, & ſolverit; ſi alius priùs emiſſe, alius priùs ſolviſſe probetur, pro eo qui pretium priùs ſolverit.*

## L. Quotiens. XV.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Aureliæ. Philoxenæ.*

IN dominio ille eſt potior, cui priùs res traditur, licèt alius in titulo prævenerit: ita ut ſi duobus ſit vendita, præferendus veniat, cui fuit priùs tradita. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *ſol.* 65. *& tom.* 7. *repet.* Hieronym. Marlianus. 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt, exornantque Ord. Reg, Luſit. *lib.*4.*tit.*7.*l Hiſp.* 50. *tit.* 5.*part.*5.*& l.*7.*tit.*7.*par.*7. *bi gloſſ.*7. Bernard. Diaz. *reg.* 152. Socin. *reg.* 155. Ioan. Garc. *reg.* 471. Alphan. *collect.* 189. Roman *ſingul.* 382. Gerard. *ſingul.* 98. Hippol. de Marſil. *ſing.*82. Capyc. *dec.*182. *n.* 8. *&* 9. Tiraq *de privileg. p æ cauſæ privil.* 107. *& de jure primogen. q.* 17. *opin.* 12. Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & uxor.* §. 81. *n.*11. *vers. ad cujus*, Ferrer. *cautel.* 84. Anton. Gomez *tom.* 2. *var. c.* 2. *de empt. & vend. num.* 20. Cov. *lib.* 2. *var. c.* 19. *num.* 1. Gironda *de gabell. p.* 5. §. *unic. n.* 11. Clar. *in* §. *donatio, q.*133.*n.*4. Marant. *diſp.*8.*n.*22. Cacher. *dec.*133. *n.* 4. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit.de empt. & vendit. concl.* 2. Fuſch. *lit. V, ſing.*4. Decian. *reſp.*29.*n.*70. *vol.* 2. Roder. Xuar. *alleg.* 37. Soar. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 7. *pag.* 417. Bellacomb. *eodem tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 26. *de contract. empt.n.*130. *in princ. pag.* 626. Menoch. *cons.* 84.*n.*29. *& cons.*122.*n.* 77. *cum ſeqq.* Ioan. Autpach. *lib.* 2. *epiſtolar. jurid. cap.* 8. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo dominium* 4. *&* 8. *& verbo Emptio, n.* 11. Guttierez *de juram. confirm. part.* 1. *c.* 30. *per tot. & in l. nemo poteſt, n.* 40. *ff. de legat.* 1. *& in* §. *ſui,n.*197. *Inſtit,de hæred. qual. & differ.* Fachinæ. *lib.* 2. *controvers. c.* 33. Mozz. *de contractibus tract. de empt. tit. de naturalibus emptionis, n.* 33. *cum ſeqq.* Anton. Fab. *decad.* 24. *errore* 10. Perez *l.* 2. *gloſſ.* 1. *vers. non obſtat, tit.*7.*lib.* 5. *Ordin. pag.* 189. Azeved. *l.* 2. *num.*60.*tit.*3.*novæ Recop. & in l.* 3. *n.*8. *in med.tit.*8. *novæ Recop.* Caſtill. *l.* 74. *Tauri gloſſ. parte en ella, poſt princ.* Matienz *l.* 7. *gloſſ.* 6. *n.* 24. *tit.* 11. *lib.* 6. *novæ Recop.* Caballin. *in milleloq. juris, p.* 1. *milleloq.* 124. Pichard. *in princ. Inſt. de empt. & vendit. n.* 25. Laſſarte *de decima vendit. c.* 3. *n.* 9. Honded. *cons.* 51. *n.* 1. *&* 12. *lib.* 2. Theſaur. *quæſt. foren. lib.* 4. *q.* 54. *n.* 1. Ceval. *commun. contra commun. q.* 756. *n.* 41. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.*15. §.1. *n.* 16. Morl. *in emporio juris, p.* 1. *tit.*9. *in prælud. n.*48. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. E, concl.*64. *num.*1. *cum ſeqq. & concl.* 144. *num.*1. Cardoſ. *in praxi Iudicum & Advocator. verbo emptio, num.* 17. *&* 18. Gam. *Luſit. dec.* 116. *n.*1. *&* dec. 130. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo prohiberis, n.* 14. *& quæſt. forens. lib.* 1. *q* 23. *n.* 14. *& de empt. & vend. c.* 26. *n.* 30. *&* 37. Alvar.

Valaſc. *de jure emphyt. q.* 14. *n.* 4. *& ſeq. & cons.* 172. *n.* 5. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *ad rubr. ff. ſoluto matr. p.* 2. *n.* 85. Cabed. *Luſit. dec.* 30. *n.* 9. *p.* 2. Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 9. *cap.* 17. *ſect.* 3. Benedict. Ægid. *ad d. l. ex hoc jure, ff. de Iuſtit. & jure, p.* 2. *differ.* 4. *n.* 24. Benedict. Pinel. *ſelect. juris interpr. lib.* 1. *cap.* 18. ubi conciliat *l. ſi à Titio, ff. hoc tit.* cum hac noſtra lege, Val. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 3. *lib.* 25. *n.* 364. *cum ſeqq.* Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 369. Leon. Leſſ. *in ſimili tract. lib.* 1. *c.* 21. *dub.* 20. *ver tot.* Ioan. Salas *de empt. dub.* 46. *n.* 2. *cum ſeqq.* Caſtill. *contr. lib.* 5. *c.* 80. *n.* 12. *& n.* 25. *cum ſeqq. & a n.* 44. Gabr. Alvarez *de privileg. pauper. q.* 23. *a princip.*

3 Amplia primò hujus textus concluſionem procedere in omnibus contractibus, tam oneroſis, quàm lucrativis, ut per Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 1. *n.* 10. *col.* 2. *in princip.* Ioan. de Salas *d. tit. de empt. dub.* 46. *n.* 3. Molin. *d. diſput.* 369. *num.* 6. Gabr. Alvarez *de q.* 23. *num.* 8.

4 Amplia ſecundò in donationibus, ut ſcilicet re donata pluribus, ille prævaleat, cui primò eſt tradita. Hipol. *ſing.* 82. Clar. *d.* §. *donatio, q.* 23. *num.* 3. *vers. Ego verò*, Anton. Gabr. *d. tit. de empt. concl.* 2. *n.* 8. Mozz. *d. tit. de naturalibus empt. num.* 32. *vers. am. plia etiam.* Cavalcan. Fiviſ. *dec.* 42. *num.* 31. *part.* 1. Leſſ. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 20. *n.* 140. Azor. *inſt. moral. p.* 3. *lib.* 8. *c.* 18. *q.* 7. Cald. Pereira *de empt. & vendit. c.* 34. *n.* 7. Limita tamen in donationibus Principis, & factis Eccleſiæ, prout inferiùs.

5 Amplia tertiò in re emphyteutica duobus in emphyteuſim conceſſa, ut per Tiraq. *de conſtituto, lim.* 3. *à princip.* Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 14. *n.* 7. Gam. *Luſit. decis.* 116. ubi Flores de Mena *in addit.* Cald. Pereira *de poteſt. eligendi, cap.* 6. *n.* 22. *& de res. emphyt. c.* 10. *n.* 32. *cum ſeqq.* Caſtill. *dict. lib.* 5. *c.* 80. *n.* 44. Bernard. Grævæus *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 152. & faciunt quæ Surd. *dec.* 188. *n.* 19.

6 Amplia quartò in feudis, Afflict. *in c.* 1. *n.* 5. *qui ſucceſſ. ten. lib.* 1. *fol.* 61. *& in cap. quid ſit inceſt. n.* 11. *lib.* 2. *fol.* 6. Hippol. *ſing.* 82. Valaſc. *d. n.* 7. Cardin. Tuſch. *d. lit. V, concl.* 64. *num.* 5. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo lex, n.* 52.

7 Amplia quintò in contractu locationis, nam ſi quis locavit rem ſuam duobus, vel pluribus, præfertur ille, cui res priùs fuerit tradita: ita Cott. *in memorabil. verbo locatio, vers. tamen adde, pag.* 556. Greg. Lopez *l.* 50. *verbo dos vezes, tit.* 5. *part.* 5. Ant. Gom. *d. tom.* 3. *cap.* 2. *num.* 20. *ſecundò principaliter*, Cov. *d. cap.* 19. *n.* 8. Vrſil. *ad Afflict. dec.* 238. *num.* 2. Cornel. Benincaſ. *de paupertate, ſpec.* 6. *in contractib. num.* 4. Alvar. Valaſc. *d. q.* 14. *n.* 7. Flores de Mena *in addit. ad Gam. decis.* 130. Vincent. Carot. *tract. de locato, tit. de locatione duob. facta, p.* 4. *num.* 5. Molin. *d. diſp.* 369. *num.* 6. Marta *in votis noviſſ. dec. voto* 25. *à num.* 12. Mar. Giurba *dec.* 59. *num.* 4. Anton. Fab. *decad.* 24. *errore* 10. *n.* 24. *&* 25. Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. collect.* 439. *vers.* 2. Mar. Muta *dec.* 35. *num.* 11. Rebel. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 17. *& lib.* 9. *quæſt.* 17. *ſect.* 3. *n.* 22. Gabr.

8 Alvarez *d. q.* 23. *n.* 7. Contrarium verò, imò quod prior locator præferatur, etſi ſecundo res locata ſit tradita, cum Iaſ. ſequitur Gamma *de dec.* 130. *n.* 1. ubi pro hac opinione Senatum Luſitanum judicaſſe teſtatur Cevall. *commun. contra commun. quæſt.* 756. *num.* 52. ubi etiam ſi ſecundus conductor poſſeſſioni incumbat, primum præferendum eſſe dicit, ſaltem in foro ſæculari, quia talis conductor non dicitur poſſidere proprio nomine, ſed nomine ipſius locatoris, quia in locatione ad modicum tempus ſemper dominium remanet apud locatorem: idem tenent Mozz. *de contract. tract. de locat. & conduct. tit. de naturalib. location. num.* 11. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo Emptio, n.* 17. *& verbo lex, n.* 32. *& verbo Locatio, num.* 29. Cardin. Tuſch. *lit. L, conclus.* 429. *n.* 2. qui componunt has contrarias opiniones, ut ſcilicet prima procedat in locatione ad longum tempus ultra decennium, & ſecunda in locatione ad modicum tempus.

Amplia ſextò, ut noſtri textus concluſio procedat 9
in Eccleſiis, Clericis & perſonis Eccleſiaſticis vendentibus, ut ſemper præferatur emptor, cui priùs res ſit tradita, ut per Ant. Gom. *d. cap.* 2. *n.* 20. *vers. ſextò principaliter*, Capyc. *dec.* 182. *n.* 20. Cov. *d. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 4. Ant. Gabr. *dict. tit. de empt. concl.* 2. *n.* 34. Fachinæ. *controvers. lib.* 2. *cap.* 33.

Amplia ſeptimò, etſi prior venditio eſſet juramento confirmata, ut per Cov. *de ſponſal. part.* 1. *cap.* 5. *in princ. num.* 9. *& 12. & in cap. quamvis pactum, part.* 1. §. 4. *num.* 2. Anton. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 20. *vers. ſeptimo*, Cephal. *cons.* 41. *lib.* 1. Anton. Gabr. *dict. tit. de empt. concl.* 2. *num.* 3. Menoch. *cons.* 84. *num.* 29. Guttier. *de juram. confirm. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 4. Ludov. de Torres *de Iuſtit. diſp.* 59. *dub. de injuſtitia empt. num.* 3. *vers. tertiò*, D. Barboſ. *ad rub. ff. ſoluto matrim. part.* 2. *num.* 85. Molin. *d. diſp.* 359. *vers. octavum*, Ioan. de Salas *d. tract. de empt. dub* 46. *num.* 3. *ad fin.* Morl. *d. p.* 1. *tit.* 9. *in prælud. num.* 48. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 7. Azor. *inſtit. Moral. p.* 3. *lib.* 8. *cap.* 10. *q.* 3. Rebell. *de oblig. juſtit. lib.* 9. *q.* 17. *ſect.* 3. *n.* 22. Gabr. Alvarez *de priv. pauperum, q.* 23. *n.* 4. 10

Amplia octavò procedere, quamvis traditio rei 11
facta eſſet uni ex pluribus emptoribus, primo per actum fictum, & alteri poſteà per actum verum; nam adhuc præfertur, cui primùm per actum fictum, putà per clauſulam Conſtituti, fuit res tradita: ita Roland. *cons.* 19. *à num.* 19. Bernard. *reg.* 229. Ioan. Garcian. *reg.* 471. *n.* 1. Tiraq. *de clauſula Conſtituti, p.* 1. *num.* 21. Cott. *in memorab. verbo poſſeſſio, pag.* 695. Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 1. *de acq. poſſeſſ. n.* 67. *pag.* 206. Ant. Gabr. *d. tit. de empt. concl.* 2. *n.* 19. Guttier. *d. p.* 2. *cap.* 30. *n.* 5. Gom. *d. cap.* 2. *num.* 20. *vers. quarto principaliter, & l.* 45. *Tauri, n.* 22. Cacheran. *dec.* 36. *num.* 1. Brunor. à Sole *in locis comm. verbo Dominium, n.* 4. Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 26. *de contrab. empt. num.* 65. *pag.* 621. Mozz. *d. tract. de empt. tit. de naturalibus emptionis, n.* 33. *&* 34. Cald. Pereira *de poteſt. eligendi, cap.* 8. *n.* 4. *& de reſol. emphyt. cap.* 10. *n.* 32. Menoch. *cons.* 1153. *num.* 62. *lib.* 12. Theſaur. *quæſtion. forens. lib.* 4. *c.* 64. *n.* 3. Cardoſ. *d. verbo Emptio, n.* 18. Cancer. *var. reſol. p.* 1. *tit. de donat. num.* 13. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 3. *gloſſ.* 12. *n.* 130. Caſtill. *d. lib.* 5. *c.* 80. *n.* 24.

Multipliciter declaratur hæc octava ampliatio, 12
& primò ut locum habeat quando venditio conditionalis eſt cum clauſula Conſtituti; nam ſi pendente conditione venditor rem alii vendat, & tradat, & poſtea conditio veniat, præfertur ille, cui poſtea res tradita fuit per actum verum, quia ad hoc ut fictio tranſlativa locum habeat, & actus conditionalis retrotrahatur, requiritur habilitas in utroque extremo, ſcilicet in tempore, quo actus fuit celebratus, & in tempore quo verificatur, & purificatur conditio, Ant. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 93. *& tom.* 2. *var. cap.* 11. *num.* 30. *vers. attamen*, Guttier. *in repet.* §. *ſui, Inſt. de ſuis & legit. hæred. n.* 197. Secundò non procedit in venditione facta ad menſuram; nam donec res vendita menſuretur, non transfertur dominium per clauſulam conſtituti, & ideò ſecundus emptor, cui traditio facta fuit, præfertur: ita Pariſ. *cons.* 59. *num.* 10. *& ſeq. & n.* 17. *lib.* 1. Cald. Tuſch. *lit. E, concl.* 144. *n.* 17. Card. Mantic. *de tacitis convent. lib.* 4. *tit.* 17. *n.* 5. Tertiò nec habet locum quando venditio, in qua adeſt clauſula Conſtituti, eſſet

in

incerta, utputà de tribus jugeribus ex tali fundo ad electionem, & res alteri vendatur, & tradatur; nam is præfertur, Card. Tuſch. *d. concl.* 144. *n.* 16. Quartò reſtringitur ſi traditio facta ſit per Conſtituti clauſulam à venditore poſitam, cùm emptor eſſet abſens cujus nomine Notarius rem agnoverit, ac receperit, ſi antequam emptor geſta rata habuerit, venditor alii eandem rem vendiderit, & verè tradiderit: nam tunc poſterior, cui verè res tradita fuit, primo præferri debet, ita Bertrand. *cons.* 304. *lib.* 3 Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 83. *& 92. cum ſeq.* Alvar. Valaſc. *cons.* 55. *n.* 2. Cald. Pereira *de empt. c.* 24. *num.* 7. *cum ſeqq.*

13 Limita primò principalem hujus text. concluſionem in venditionibus, aut donationibus factis Eccleſiis, Monaſteriis, Hoſpitalibus, & aliis piis locis, quibus abſque traditione transfertur dominium, *leg. ult. de ſacros. Eccles.* & ſic præferuntur aliis, quibus poſtea res vendita, vel donata traditur virtute primæ aut poſterioris venditionis. Ita Afflict. *ad conſtit. lib.* 3. *rubr.* 31. §. *ult. n.* 9. Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloſſ.* 2. *num.* 44. *& de privileg. piæ cauſæ, privil.* 107. Socin. *reg.* 148. *fallent.* 1. Surd. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 19. *num.* 7. *pag.* 417. *vers. nec item*, ubi idem de civitate emptrice, Cov. *d. lib.* 2. *c.* 19. *num.* 2. *vers. ſecundò deducitur*, Gom. *d. cap.* 2. *numer.* 20. *vers. nunc verò, & l.* 40. *Tauri, num.* 16. *vers. ex quo.* Ant. Gabr. *d. tit. de empt. concl.* 2. *n.* 16. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 6. *num.* 20. Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 9. *in prælud. num.* 51. Mozz. *d. tit. de natural. empt. num.* 34. Mart. *de juriſdict. p.* 4. *cent.* 1. *caſu* 19. *num.* 5. & latiùs *cent.* 2. *caſu* 172. *num.* 1. *cum ſeqq.* Molin. *d. diſp.* 369. *vers. quintum*, Valer. Reginald. *d. lib.* 25. *num.* 364. Rebell. *d. lib.* 9. *q.* 17. *ſect* 9 *n.* 23. Leſſ. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 20. *num.* 141. Ioan. Salas *d. tract. de empt. dub.* 49. *num.* 4.

14 Limita ſecundò in quacunque conceſſione jurium ſpiritualium, quia in eis transfertur jus abſque aliqua traditione, ut per Anton. Gabr. *d. conclus.* 2. *num.* 33. ubi *num.* 38. loquitur de matrimonio priùs contracto, Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 55. *numer.* 9. ubi de beneficiis, & *num.* 12. de cauſis matrimonialibus, Mieres *de majorato, p.* 1. *q.* 26. *num.* 18. D. Barb. *ad rubr. ff. ſoluto matrim. p.* 2. *n.* 85. ubi de matrimonio, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 15. *num.* 17. ubi de beneficiis loquitur.

15 Limita tertiò in pauperibus, quos non comprehendere diſpoſitionem hujus textus reſolvunt Beninca ſ. *de privileg. paupertat. ſpec.* 6. *num.* 16. Hippol. *ſing.* 82. *num* 5. Gabr. Alvarez *de privileg. pauperum, q* 23. *num.* 9.

16 Limita quartò in ceſſione jurium incorporalium, nam is potior eſt, cui priùs ceſſio facta fuit, quia res incorporales propriè non poſſidentur, cùm non recipiant traditionem, *l. ſervus*, §. *incorporales, ff. de acquir. rer. domin.* & in his juribus patientia habetur loco traditionis, *l. ſi ergo*, §. 1. *ff. de public. l.* 3. §. *dare, ff. de uſufruct.*

17 Limita quintò in donationibus & venditionibus factis per Principes; nam tunc prior venditio, vel donatio gratioſa ſecundæ alteri factæ cum traditione poſſeſſionis potior eſt. Gail. *lib.* 2. *obſer.* 55. Cov. *d. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 9. ubi procedere ait quando ex Principis voluntate conſtat, quod voluit dominium transferre, vel quando eſt conceſſio gratioſa, ſecus verò ſi Princeps contraxiſſet, Anton. Gabr. *d. conclus.* 2. *num.* 39. *cum ſeqq.* Mozz. *d. tit. de naturalib. emptionis, num.* 33. *in fine*, Mieres *de majoratu, part.* 1. *q.* 26. *num.* 13. 16. *&* 27. Hering. *de fidejuſſorib. q.* 27. *num.* 45. *cum ſeqq. & n.* 53. *&* 300. Narbona *ad l.* 11. *gloſſ.* 7. *num.* 7. *tit.* 5. *lib.* 7. *novæ recop.* Tiraq. *de nobil. cap.* 37. *num.* 56. *&* 57. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 26. *de contrab. empt. num.* 130. *vers. interpretatur, pag.* 627. Burg. de Paz *cons.* 25. *num.* 2. Cabed. *Luſit. decis.* 30. *num.* 9. *p.* 2. Cald. Pereira *poſt quæſt. forens. cons.* 28. *num.* 23. *& de emptione cap.* 12. *num.* 50. Bernard. Grævæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 55. Valaſc. *conſult.* 72. *num.* 2.

Limita ſextò ſi ſecundus emptor conſcius venditionis alteri factæ rem emerit; nam licèt ſecundo tradita ſit, & emptio valeat, licèt dicat, Trado tibi, ſalvo jure tertii cui primò vendidi; tamen primo datur actio revocatoria ad revocandam emptionem in fraudem factam, ita Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum*, §. 81. *n.* 11. Gail. *d. lib.* 1. *obſer.* 55. *num.* 11. Gom. *d. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 20. *vers. ſecundò principaliter*, Surd. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 6. *vers. nec rurſus, pag.* 416. Mozz. *d. tit. de naturalib. empt. num.* 33. *vers. tertium*, Honded. *cons.* 52. *num.* 2. *vol.* 1. Anton. Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 30. Guttier. *de juram. confirm. p.* 1. *cap.* 30. *num.* 8. Cevall. *commun. contra commun. q.* 756. *num.* 48. *cum ſeqq.* Molin. *d. Et. diſput.* 369. *num.* 9. Rebell. *d. lib.* 9. *q.* 17. *ſect.* 3. *n.* 26. *cum ſeqq.* Caſtill. *d. lib.* 5. *c.* 80. *n.* 24. *vers. ſecundò nequit*, Cald. Pereira *de empt. cap.* 27. *n.* 30. 18

Limita ſeptimò, ſi primus emptionis titulum, vel alium oneroſum habeat, poſterior verò, cui res fuit tradita, donationis, vel alium lucrativum; nam tunc licèt donatarius prioris emptionis inſcius ſit, ac bona fide ſe geſſerit, primus emptor eam ab eo revocare poterit. Ita Palat. *in d. rubr.* §. 81. *n.* 12. Covar. *d. lib.* 2. *var. cap.* 19. *num.* 5. *in fine*, Anton. Gom. *dict. cap.* 2. *num.* 20. *vers. ex quo deducitur*, Anton. Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 32. Azor. *d. p.* 3. *lib.* 2. *cap.* 8. *q.* 5. quicquid dicat Anton. Fab. *de errorib. decad.* 85. *errore* 9. *part.* 4. 19

Limita octavò quando in alienatione eſſet neceſſaria licentia alterius; nam tunc ſi virtute licentiæ alienat, primus emptor potior erit ſecundo emptore, cui res fuit tradita: ita Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 14. *numer.* 9. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 10. *numero* 36. *&* 37. Theſaur. *quæſt. forens. lib.* 4. *q.* 64. *num.* 4. ubi ampliat etſi alteri emptori res per conſtitutum eſſet tradita, nam præfertur prior à domino inveſtitus. 20

Limita nonò, ſi primus emptor pro obſervatione contractus haberet rem venditam ſpecialiter hypothecatam cum pacto de non alienando; nam virtute hujus pacti ſecunda venditio eſt nulla, & ſic prima emptio prævalet. Ita Tiraq. *de retract. convent.* §. 3. *gloſſ. unic. n.* 5. Menoch. *de ſucceſſ. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 84. *vers. ſecundò ex hoc*, Anton. Gom. *d. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. *vers. limita quartò*, Cov. *d. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 7. Morl. *d. tit.* 9. *in prælud. n.* 49. Caſtill. *d. lib.* 5. *c.* 80. *n.* 24. *vers. reſpondetur, & n.* 25. Guttier. *in l. nemo poteſt, num.* 40. *&* 41. *ff. de legat.* 1. 21

Cùm ergo eo ipſo quod res hypothecæ ſubjiciatur alicui, appareat quod is jus habeat in ea re, conſequens eſt ut qui prior fuerit in hypotheca ad contractûs impletionem, is præferendus ſit cæteris, quibus poſteriùs ea res tradita ſit: quo fit ut ſi res vendatur uni, ſimúlque ei ſubjiciatur hypothecæ in contractûs ſecuritatem, eſto poſtea vendatur, & tradatur alteri, atque is pretium ſolvat, præferendus ſit prior ille emptor, cui res ſubjecta hypothecæ fuit: ita Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de conſtit. reddit. art.* 1. *gloſſ.* 8. *n.* 5. Neguſant. *de pignorib. memb.* 2. *p.* 1. *n.* 5. Mudæ. *de pignorib. tit. quibus modis pignus. n.* 91. Gam. *Luſit. decis.* 130. *n.* 2. Felician. *lib.* 3. *de cenſib. cap.* 5. *num.* 15. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 22. *num.* 3. Valer. Reginald. *d. num.* 364. Molin. *d. diſp.* 369. *num.* 8. 22

Intellige generalem hypothecam rei venditæ ſufficere, ut primus emptor ſecundo, cui res fuit tradita 23

dita, præferatur: ita Iaſ. *cons. 5. n. 1. col. 5. vers. ſexto pro iſta, vol. 3.* ubi per hypothecam generalem favore primi donatarii impediri dominii tranſlationem in alium dicit Magon. *Lucenſi dec. 21. n. 4. & 5.* Mozz. *d. tit. de naturalibus empt. n. 33.* Theſaur. *d. lib. 4. q. 64. n. 2.* ubi primum emptorem habentem hypothecam in contractu, potiorem eſſe affirmat, Molin *dict. diſput. 369. n. 6.* Quamvis ex ſola hypotheca dominii tranſlationem non impediri aſſerant Tiraquell. *de retractu convent. §. 3. gloſſ. unic. n. 6.* Anton. Fab. *d. decad. 24. errore 12. n. 19. & 20.* Caſtill. *d. c. 80. n. 24. vers. remanet*, ubi dicit quod pactum de non alienando, ſolùm de per ſe abſque hypotheca non impedit dominii tranſlationem, neque ſola hypotheca, aut bonorum obligatio abſque pacto de non alienando, vel abſque conſtituto ſufficit.

24 Limita decimò quando eadem res pluribus pignoretur & obligetur, quia primus præfertur, licèt ſecundo ſit priùs tradita, cùm in hypotheca ſolo titulo & contractu conſtituatur jus in re, *l. 1. ff. de pignorat. actione*, ita Mantua *lib. 3. locorum, c. 45. à princ.* Neguſant. *de pignor. p. 5. memb. 1. n. 62.* Ant. Gom. *l. 40. Tauri, n. 16. col. 2. in fine.*

25 Limita undecimò ſi primus emptor pretium rei emptæ & ſibi traditæ non ſolvit venditori, nec de eo fuit habita fides; nam tunc ſecundus, qui pretium ſolvit, præfertur. Guid. Pap. *dec. 112. vers. & hoc verum*, Tiraq. *de conſtituto, p. 1. num. 27.* Anton. Gabr. *dict. concl. 2. in fine*, Honded. *cons. 52. num. 41. vol. 1.* Carot. *de excuſſ. bonor. q. 13. q. 10. princ. n. 43.* Steph. Grat. *diſcept. forens. c. 529. n. 9.* ad quod facit hic. text. *ac pretium exſolviſſet.*

26 Limita duodecimò ubi res tradita fuerit conditionaliter primo, & pendente conditione purè ſecundo, quia ſecundus primo præferri debet, ſecus ſi quando hujuſmodi ſecundo tradita fuit, impleta & verificata jam erat conditio, ſub qua primo fuerat tradita, ita Anton. Gomez *var. tom. 2. cap. 11. n. 30. vers. attende, & nota.*

27 *Duobus inſolidum*, &c. ] Intellige procedere quando eadem res diverſis temporibus duobus emptoribus vendita eſt, vel in uno inſtrumento cuilibet in ſolidum, ut per Anton. Fab. *de erroribus pragm. decad. 85. errore 2. & 5. ad fin. p. 4.*

28 De pœna illius, qui eandem rem duobus inſolidum diverſis contractibus vendidit, vide Menoch. *de arbitr. caſu 381. n. 10. cum ſeqq.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. q. 150. num. 219. cum multis ſeqq.* ubi ampliationes, & limitationes tradit, *& ibi n. 230.* limitat quando primus emptor non ſolvit pretium conventum; nam tunc impunè poteſt venditor eandem rem alteri vendere, de quo etiam Menoch. *dicto caſu 381. n. 18.* Surd. *dec. 220. & 344. duplicata, n. 16. & 17. & cons. 15. n. 16.* Stephan. Gratian. *diſcep. forens. c. 523. n. 5. cum ſeqq.* ubi reddit rationem, quia poſtquam primus emptor non ſervat fidem ſolvendo pretium, poteſt venditor alteri vendere, & primo emptori fidem impunè non ſervare.

29 *Ac ſumptuum ratio habeatur.* &c. ] Notatur ad hoc, quod primus emptor effectus dominus rem non retinendo repetit pretium & uſuras, facta compenſatione impenſarum & fructuum, ut per Ordin. Reg. Luſit. *lib. 4. tit. 7. §. 3.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. p. 2. c. 4. n. 63.* D. Barboſ. *in l. divortio, §. fin. p. 1. n. 46. in fine, ff. ſolut. matrim.* ubi ait quod in odium vendentis eandem rem duobus conſtitutum eſt, ut primus, cui res tradita fuit, poſſit, ſi velit, recedere, à venditione, & pretium repetere cum uſuris quo tamen caſu fructus tenetur compenſare cum meliorationibus; & eſt ratio, quia tunc contractus reſcinditur quaſi nunquam factus, neque impletus, & conſequenter incipit conſiderari emptor tanquam bonæ fidei poſſeſſor, unde locus eſt compenſationi.

Nota quod ille, qui agit actione perſonali pro re ſibi priùs vendita, non tamen tradita, poteſt prætendere intereſſe, ſi habeat alium fundum juxta, vel ſi fuit majorum ſuorum, juxta notata per Tiraquell. *de retract. lign. in præfat. n. 37.* Duen. *reg. 355. vers. limita ſecundò*, Anton. Gomez *l. 70. Tauri, n. 1. col. 2.* Menoch. *de arbitr. caſu 381. n. 9. & de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 83. num. 5.* Cald. Pereira *in l. curatorem verbo ſua facilitate, n. 4.* 30

*Eum, cui priori poſſeſſio ſoli tradita eſt*, &c. ] Ubi de proprietate traditionis non conſtiterit, quia probatum eſt eodem die & eadem hora utrique emptori rem fuiſſe traditam, vel quia de traditione conſtat ſed non de prioritate, tunc præſumendum eſt pro eo qui prior emerit & ſolverit: aut ſi alius priùs emiſſe, alius priùs ſolviſſe probetur, pro eo qui pretium priùs ſolverit, ut ex eo, quod jure fieri debuit, facti conjectura ſumatur: ita Anton. Gomez *dict. tom. 2. var. c. 2. n. 20. vers. tertio principaliter*, Covarr. *d. lib. 2. var. c. 19. n. 6.* Anton. Gabr. *d. concl. 2. n. 51.* Mozz. *d. tit. de naturalibus empt. n. 34. in fine*, Azor. *inſtit. moral. p. 3. lib. 8. c. 8. q. 9.* Leſſius *de Inſtit. lib. 2. cap. 21. dub. 20. n. 140. & 143.* Ioan. Salas *dict. tract. de emp. dub. 46. n. 10.* Stephan. Grat. *diſcept. forens. cap. 523. num. 4.* 31

---

SUMMARIUM.

1 *Ædificatum in communi, commune efficitur.*
2 *Ædificanti bona fide in ſolo alieno, expenſæ reſtituendæ ſunt, & n. 4. Reſolve ut n. 5.*
3 *Ædificare in communi non poteſt ſocius invito ſocio.*

## L. Si in area. XVI.

*Iidem* AA. *&* CC. *Ianuario.*

QUod in communi ædificatur, id commune efficitur. Ædificanti autem bona fide expenſæ ſunt reſtituendæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* 1 2

Vide Poſira *in collect ad l. 2. ſuprà eodem. tit.*

*Hanc vobis communem*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ædificare in re communi non poteſt ſocius invito ſocio, ut per Cardoſ. *in praxi Iudicum & Advocat. verbo ædificare, n. 13.* 3

*Sumptus offerre debes*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ædificanti bona fide in ſolo alieno expenſæ ſunt reſtituendæ, ut per Albert. Brun. *in tract. de augmento, concl. 20. num. 3. cum ſequenti*, Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 26. num. 14.* ubi reſolvit, quod ædificia in ſolo majoratûs facta majoratui accreſcunt, ſoluta priùs majoratûs poſſeſſori vera ac juſta æſtimatione; ſubditque in hoc caſu non eſſe fructus cum ædificiis, ſeu melioramentis compenſandos, ſed æſtimationem ſolvendam, non habita fructuum ratione. 4 5

---

SUMMARIUM.

1 *Denunciatio facta emptori à vero domino conſtituit ultra denunciationem ementem in mala fide, & n. 2. Niſi denunciatio facta poſt cœptam præſcriptionem, n. 3.*
4 *Denunciatio, ſeu notificatio facta ab eo, qui nullum*

*jus*

*jus habet in re, de qua agitur, eum non adſtringit, cui facta eſt.*

5 *Emens poſtquam ſibi fuerit denuntiatum à vero domino, ne emat à non domino, non dicitur habere bonam fidem.*

6 *Poſſeſſor malæ fidei regulariter non tenetur de non perceptis; non excuſatur à fructibus percipiendis ratione tituli, n. 7.*

8 *Fructus ſunt reſtituendi, non à tempore factæ denunciationis ſed à tempore malæ fidei: fieri poteſt eorum reſtitutio non ex die conteſtationis, ſed ex eo die, quo reus petitus ex documentis adductis, & ſibi exhibitis potuit compertum habere rem ad ſe non pertinere, n. 9.*

10 *Dolus præſumitur contra illum, qui ſpreta prohibitione, ſeu denuntiatione ſibi facta, ne quid faceret, illud fecit, vel ſi ſciverit futuram ſibi prohibitionem, aut denuntiationem, & tamen illum fecit, n. 11.*

12 *Fides mala probatur quando emptori fuit denuntiatum à vero rei domino, ut rem illam non emeret, quoniã vendentis non eſt, ſed ſua; & tamen emit etiamſi talis denuntiatio facta fuerit non à domino, ſed ab alio tertio, ejus nomine, etiamſi non haberet mandatum, n. 13. Et etiamſi à nemine fuerit talis denuntiatio facta, ſed tamen erat fama in vicinia rem illam alterius, quam venditoris eſſe, niſi emens emeret ab eo, qui habet titulum, & poſſedit longiſſimo tempore, n 14. Intellige ſi hujuſmodi denuntiatio facta fuerit ante emptionem, & ſic antequam haberet titulum, ſecus ſi poſt, niſi, &c. n. 15.*

16 *Inter poſſeſſorem malæ fidei cum titulo, & ſine titulo diſtinguitur.*

## L. Si fiendum. XVII.

### *Idem* AA. *&* CC. *Sabino & aliis.*

1 DEnuntiatio facta emptori à vero domino conſtituit ultra denuntiationem ementem in mala fide. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc t.* poſt omnes Aloyſ. Leo fol. 69.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan. 10. tit. 29. part. 3. ubi gloſſ. 1. & l. 8. tit. 15. part. 5.* Roman. *ſing. 339.* Balb. *in repet. l. Celſus, num. 78. & 111. ff. de uſucap. & de præſcript. 2. p. tertiæ part. qu. 2.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 19. num. 12. pag. 417.* ubi per hunc text. dicit, quod ſi quis denuntiaverit alicui, qui rem aliquam erat emptorus à quodam tertio, quod ea res eſt ſua, proteſtando illi quod non emat, qui eſt ſua, & quia non eſt illius, qui eam rem vult vendere, ſi ille emat non obſtante tali proteſtatione, redderetur in mala
3 fide. Boet. *dec. 333. num. 4.* ubi limitat in denuntiatione facta poſt præſcriptionem cœptam, quæ non conſtituit quem in mala fide, Tiraquell. *de retractu lig. §. 36. gloſſ. 2. num. 10.* ubi quod denuntiatio, ſeu
4 notificatio facta ab eo, qui nullum jus habet in re, de qua agitur, eum non adſtringit, cui facta eſt, Mayn. *lib. 1. action. cap. 11.* Donell. *comment. juris civilis lib. 20. cap. 5. col. 10. vers. tertio loco, & col. 11. vers. qua ſententia*, Menoch. *cons. 2. num. 341.* ubi quod denuntiatio malam fidem cauſat, Cardoſ. *in praxi Iudicum, & advocatorum, verbo Emptio, n. 4.*
5 ubi ait quod emens poſtquam ſibi fuerit denuntiatum à vero domino ne emat à non domino, non dicitur habere bonam fidem, quia illa denuntiatio conſtituit emptorem in mala fide, latè Joan. Garc. *de expenſis, cap. 6. n. 10.* ubi ex Paulo de Caſtro *in præſenti*, ait quod non teneor credere tibi, qui dicis fundum, quem ego emi, ad te pertinere, niſi aliquid oſtendas, quo id mihi veriſimile fiat, niſi denuntiatio fuerit facta re integra antequam acquireretur res emptori, debebam tibi credere, & perquirere veritatem antequam emerem, quia de facili poteram abſtinere ab emendo: deinde ait, poſtquam autem emiſſes per illam ſimplicem denuntiationem, non conſtituerem te in mala fide, ſi non oſtenderem eſſe dominum, *ex l. ſi quis inficiatus, ff. depoſiti.* Denique ex Pauli Caſtrenſis interpretatione ideo hîc denuntiatio operatur effectus malæ fidei, quia emptori nullum jus erat adhuc in re emenda, qui diverſum jus conſtituit in caſu contrario, ubi alicui jus quæſitum ſit, ut denuntiatio illa poſſeſſori nihil noceat; cùm expenſæ autem fiant à poſſeſſore, qui jus habet in re & qui contendit ſe dominum reſpectu expenſarum, illa proteſtatio parum officiet. Pinel. *in auth. niſi tricennale, num. 14. de bonis mat.* ubi per hunc text. tenet malam fidem probari ſi quis ante venditionem denuntiet emptori ne emat, alioquin poſt emptionem & poſſeſſionem non procedere hanc l. nec induci malam fidem, per *l. pen. ff. de uſucap.* etiamſi dominus rei denuntians ante emptionem nihil oſtendat de jure ſuo, Menchac. *illuſtr. controvers. p. 1. cap. 80. numero primo*, ubi reſolvit quod malæ fidei emptor eſt, qui altero denuntiante ante contractum celebratum ſe dominum eſſe, nihilominùs emit: & *num. 2.* ampliat, etiamſi non ſtatim jus ſuum oſtenderet, & *num. 5.* limitat ut non procedat quando poſt rem emptam & traditam fieret talis denuntiatio, tunc enim poſſeſſor, idemque emptor non videretur in mala fide conſtitutus per ſolius denuntiationis interventum.

*Fructus quos cum malæ fidei percepiſſe fuerit probatum.* ] Notatur ad hoc, quod poſſeſſor malæ fidei regulariter non tenetur de non perceptis, ut per Cop. *de fructibus lib. 2. tit. 4. cap. 1.* Menoch. *remed. 15. recuperat. n. 608.* Cevall. *commun. contra commun. q. 120.* ubi quod poſſeſſor malæ fidei ratione tituli non ex- 7
cuſatur à fructibus percipiendis, Joan. Garc. *de expenſis c. 26. n. 46.* ubi quod fructus ſunt reſtituendi, 8
non à tempore factæ denuntiationis, ſed à tempore malæ fidei & *c. 23. n. 13. in fine*, ubi tenet in his terminis poſſe reſtitutionem fructuum fieri quidem non 9
ex die conteſtationis, ſed ex eo die, quo reus petitus ex documentis adductis, ſibi exhibitis, potuit compertum habere rem ad ſe non pertinere. Valaſc. *cons. 83. n. 7.*

Notatur etiam ad hoc, quod dolus præſumitur con- 10
tra illum, qui ſpreta prohibitione, ſeu denuntiatione ſibi facta ne quid faceret, illud fecit, ut per Cravet. *cons. 193. n. 2.* Maſcard. *de probat. concl. 532. n. 53.* ubi *num. 54.* extendit etiam contra ſcientes futuram ſibi 11
prohibitionem, vel denuntiationem, & tamen illud fecerunt, latiſſimè idem Maſcard. *dec. 1000.* aliàs *1003. n. 24.* ubi per hunc text. tenet probari malam fidem quando emptori fuit denuntiatum à vero rei domino; 12
ne rem illam emeret, quoniam vendentis non eſt, ſed ſua, & tamen emit: & *à n. 25.* præcipuè *n. 29.* ampliat procedere, etiamſi talis denuntiatio facta fuerit 13
non à domino, ſed ab alio tertio ejus nomine, etiamſi non haberet mandatum, eo quòd talis notificatio fit ad notificandum tantùm, & conſtituendum aliquem in mala fide, in quo quælibet denuntiatio à quocunque & quomodocunque facta, dummodò veniat in notitiam, ſufficit: & *n. 34.* ampliat, etiamſi à nemine fuerit talis denuntiatio facta, ſed tamen erat fama in vicinia rem illam alterius quàm venditoris eſſe, niſi 14
emens emeret ab eo, qui habet titulum, & poſſedit longiſſimo tempore: & *n. 41.* intelligit procedere ſi hujuſmodi denuntiatio facta fuerit ante emptionem, & ſic antequam haberet titulum, ſecus ſi poſt, niſi

niſi fiat talis denuntiatio in defectum, quo caſu etiam poſt contractum fieri poterit.

16 In gloſſa *Percepiſſe.* Diſtinguere videtur hæc gloſſ. inter poſſeſſorem malæ fidei cum titulo, & ſine titulo: illum excuſat à percipiendis fructibus, hunc verò minimè, niſi titulus ſit unus ex quatuor, de quibus *in hac gloſſ.* fit mentio, quia illi non excuſant: ita *l. Hiſpan. 40. tit. 28. part. 3.* quæ ad litteram deſumpta fuit ab hac gloſſ. Ioan. Garcia *dict. cap. 24. n. 42. vers. de percipiendis*, Alvarad. Valaſc. *conſult. 83. num. 17.*

SUMMARIUM.

1 *Errans in proprietate non præjudicat ſibi in dominio, & num. 2.*

3 *Dominus ſi aliquid facit in re ſua tanquam aliena per errorem juris, non præjudicat ſibi in proprietate rei.*

## L. Re tua. XVIII.

### *Idem* AA. & CC. *claro.*

1 ERrans in proprietate non præjudicat ſibi in do-
2 minio. Item ſi dominus aliquid facit in re ſua tanquam aliena per errorem juris, non præjudicat ſibi in proprietate rei. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

3 *Errore nihil tibi nocere potuit.* ] Notatur ad hoc, quod errans non amittit rem ſuam, ut per Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 2. n. 20.* Menoch. *cons. 162. n. 28. cum ſeqq.* quos refero ego ipſe *de Axiomat. juris uſufreq. axiom. 62. n. 3.*

## L. Indicia certa. XIX.

### *Idem* AA. & CC. *Calliſtratō.*

1 DOminium probatur per indicia & argumenta. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Iaſ. *in §. 1. n. 71. cum ſeqq. Inſtit. de actionibus*, Mantua *lib. 6. paralip. c. 30. pag. 1.* Verall. *dec. 280. n. 4. part. 1.* Afflict. *dec. 6. n. 2.* Boër. *dec. 42. n. 25.* Caſſad. *dec. 12. n. 2. & 3. de probat.* Pariſ. *cons. 104. n. 102. & ſeqq. lib. 1.* Bero *cons. 79. n. 6. lib. 3.* Bellacomb. *tom. 1. communium opin. lib. 3. tit. 19. n. 17. pag. 417.* Azeved. *cons. 28. n. 94.* Surd. *Mantuana dec. 10. n. 5.* Rot. *decis. 12. n. 2. part. 2. recent. & dec. 449. num. 1. part. 1. recentiſſim. in poſthum.*

## L. Non ſervum. XX.

### *Idem* AA. & CC. *Quartillæ.*

SErvus licèt rem teneat, rei tamen vendicatione non convenitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

## L. A. Poſſidentibus. XXI.

### *Idem* AA. & CC. *Hierocli.*

1 COntra non reſtituentem in rei vendicatione juratur in litem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſor malæ fidei omnes fructus cum re reſtituit, bonæ fidei reſtituit fructus perceptos poſt litem conteſtatam, & n. 2. Intellige ut n. 5.*

3 *Tà* Malæ fidei, *propriè de vera mala fide intelligenda.*

4 *τὸν* Poſt litis conteſtationem, *intellectus.*

6 *Fructuum diviſio, remiſſivè.*

7 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur fructus perceptos poſt litem conteſtatam indiſtinctè reſtituere.*

## L. Certum XXII.

### *Idem* AA. & CC. *Diodoræ.*

MAlæ fidei poſſeſſor omnes fructus cum re reſtituit, bonæ fidei poſſeſſor reſtituit fructus poſt litem conteſtatam perceptos. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *folio 65. verſo*, Petr. Gilchen. *tom. 1. à folio 707.* ubi per novem capitula materiam hujus text. exponit, exornatque. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
*l. Hiſpan. 39. tit. 28. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Mayn. *lib. 1. action. c. 11. pag. pen.* Donell. *comment. juris civilis lib. 20. c. 5. col. 10. & 15.* Pinel. *in l. 2. de reſcind. vendit. part. 2. c. 4. n. 60.* Ioan. Garc. *de expens. c. 23. n. 45. & 46.* ubi dicit quod hic verbum, *malæ fidei*, 3
propriè de vera mala fide eſt intelligendum, & verbum, *poſt. litis conteſtationem*, intelligendum eſt de conteſtatione legitimè facta, quæ poſſit & debeat 4
malam fidem veram inducere, cum qua vix conſiſtere poſſit vera bona fides; non verò intelligendum eſt de ea conteſtatione, cum qua vera bona fides conſiſtere poſſit, quia tunc proculdubio quicquid ſit de perceptis, de quibus judex bonus, & prudens variè judicare poterit ex circunſtantiis cauſarum, rerum, & perſonarum, certè de percipiendis ſecurus erit talis poſſeſſor, quia durat fides bona. D. Barboſ. *in l. divortio, §.ª fin. part. 1. nu. 41.* ubi concluſionem 5
illàm, quod bonæ fidei poſſeſſor fructus extantes tenetur reſtituere domino rei; conſumptos autèm minimè, ſi ex illis factus eſt locupletior, intelligit procedere quando nullæ factæ ſunt meliorationes per bonæ fidei poſſeſſorem; nam aliàs tenebitur fructus conſumptos cum meliorationibus compenſare, etſi ex hoc in effectu videatur reſultare quod fructus conſumptos non facit ſuos, quod procedere ait etſi ex fructibus conſumptis non ſit factus locupletior; nam adhuc prædicta compenſatio inducenda eſt. Et deinde idem D. Barboſ. *in d.l. divortio, in prine. p. 2. n. 48.* & idem Pinel. *ubi ſuprà, num. 47. & 60. ad fin.* aiunt communem praxim judiciorum non obligare bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtituendos fructus conſumptos, quantumcumque ex illis factus ſit locupletior, neque ſimiliter bonæ fidei poſſeſſorem fructus extantes juberi reſtituere, cùm non ſoleat condemnari niſi ad fructus perceptos poſt litem conteſtatam, quia ab eo tempore incipit conſiderari tanquam malæ fidei poſſeſſor, Rebell. *de obligat. juſtit. p. 1. lib. 2. q. 4. n. 8.* ubi dicit quod ſive ſit poſſeſſor malæ, ſive bonæ fidei, tenetur reſtituere cum re aliena omnes fructus naturales, non tantùm pendentes, cùm ſint partes rei ſed etiam perceptos, ſi extant, & *n. 10.* concludit teneri quem reſtituere fructus naturales ex re aliena bona fide perceptos, ſi extant, in quantum factus eſt ex illis locupletior ante præſcriptionem *& p. 2. lib. 7. q. 3. n. 6.* latè Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 66. cum ſeqq.*

Omnes

6 *Omnes fructus*, &c. ] Fructus in quas ſpecies dividantur, vide per Connan. *comment. juris civilis lib. 4. c. 1. n. 2.* Afflict. *dec. 44. n. 6. & 7.* Pinel. *in l. 2. de reſt. ind. vendit. part. 2. c. 4. n. 52. cum ſeqq.* Vacon. à Vacuna *declarat. juris lib. 2. declar. 41.* Cop. *in tract. de fructibus, lib. 1. c. 3.* Covar. *lib. 1. var. c. 3. num. 6. cum ſeqq.* Baëz. *de decima tutor. c. 22. n. 3.* Menoch. *remed. 15. recuper. n. 577. & de arbitrar. caſu 210. n. 2. cum ſeqq.* latè Caſtill. *lib. 1. de uſufructu, cap. 36. num. 50. cum ſeqq* Rebell. *de obligat. juſtit. p. 1. lib. 2. q. 4. à princ.* Cardoſ. *in praxi Iudicum & Advocat. verbo Fructus, à n. 1.*

7 *Poſt litis autem conteſtationem*, &c. ] Notatur ad hoc, quod bonæ fidei poſſeſſor perceptos fructus poſt litem conteſtatam indiſtinctè reſtituere tenetur, quia exinde conſideratur tanquam poſſeſſor malæ fidei, ut per Capyc. *dec. 93. in fine*, Silvan. *cons. 49. n. 75. ad med.* Abb. *n. 15.* & Bero. *n. 17. & 18. in c. gravis, de reſtit. ſpol.* D. Barboſ. *in d. l. divortio, §. fin. p. 1. n. 42. vers. nam perceptos.* Verùm Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 23. num. 193.* poſt Ioan. Garc. *citatis locis*, probat bonæ fidei poſſeſſorem non eſſe damnandum ad hanc fructuum reſtitutionem, quaſi eſſet poſſeſſor malæ fidei à tempore litis conteſtatæ, aut denuntiationis, per quæ ſola mala fides præſumpta inducitur, ſed à ſolo malæ fidei veræ tempore, quæ inducitur quoties ea denuntiatio, aut litis conteſtatio ita fiant, ut veram malam fidem inducant, quod ait contingere quando adverſarius talia documenta exhibet ut prudentis arbitrio debeat poſſeſſor exiſtimare rem eſſe alienam, ita intelligens textum *in præſenti*, ut verbum *malæ fidei*, ſit de vera mala fide intelligendum, & verbum, *poſt litis conteſtationem*, quando ea ita fit, ut veram malam fidem debeat meritò inducere. Additque eundem Ioan. Garc. *dict. tract. de expens. cap. 6. num. 8.* affirmare ſe vidiſſe ſemel in Regio Senatu Valliſoletano judicatum, ut poſſeſſor bonæ fidei non reſtituat fructus à tempore litis conteſtaræ, ſed à tempore, quo mala fides vera potuit inde ſuboriri.

---

SUMMARIUM.

1 *Vendicanti rem propriam non incumbit neceſſitas offerendi pretii.*

2 *Emptori non reſtituitur pretium non converſum in utilitatem vendicantis.*

3 *Poſſeſſor bonæ fidei tenetur rem alienam apud ſe extantem integrè reſtituere domino, ubi norit rem eſſe alienam, nullum ab eo pretium exigendo, quo bona fide illam à latrone emerat, reſolve ut num. 4.*

5 *Emens rem furtivam, tenetur illam reſtituere domino etiam ſibi non reſtituto pretio: amplia ut n. 6. 7. & limita ut n. 8. 9.*

## L. Si mancipium. XXIII.

### *Iidem* AA. & CC. *Magnifero.*

1 VEndicanti rem propriam neceſſitas offerendi
2 pretii non incumbit. Item emptori non reſtituitur pretium in utilitatem vendicantis non converſum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

3 Probat hic text poſſeſſorem bonæ fidei teneri rem alienam apud ſe extantem integrè domino reſtituere ubi rem alienam eſſe norit; nullum ab eo pretium exigendo, quo bona fide illam à latrone emerat, quia cùm rem eſſe alienam norit, nullum ejus retinendæ, aut pretii à vero domino, ſed à latrone exigendi jus habet, ut per Ordin. Reg. Luſitan. *lib. 3. tit. 4. §. fin. l. Hiſpan. 33. tit. 5. part. 5.* Socin. *reg. 534.* Sanchez *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 23. n. 2.* ubi *num. 4.* reſolvit poſſeſſorem bonæ fidei, ſi res 4
aliena apud illum non extat, nullatenus teneri reſtituere, niſi quatenus ex illa factus eſt locupletior, qualitercunque illam conſumpſerit: quare ſi in nihilo factus eſt locupletior, nil prorſus tenetur reſtituere, Sayr. *in clavi Regia lib. 10. tract. 2. c. 2. n. 15. cum ſeqq.*

Unde regula in hac materia certa eſt, quod emens 5
rem furtivam tenetur illam reſtituere domino, etiam ſibi non reſtituto pretio, ut per *l. incivilem de furtis*, reſolvunt Clar. *§. furtum, n. 27. vers. ſed hîc incidenter quæro*, ubi Baiard. *num. 106. & 107.* Maſcard. *de probat. concl. 831. num. 18.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 37. c. 1. de furtis, n. 34.* Petr. Caball. *reſol. crimin. caſu 292. n. 1. & 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 29. n. 9. vers. & pro regula, & n. 10. cum ſeqq.* ubi ampliat non ſolùm in emente, ſed etiam in fœne- 6
ratore pignori accipiente veſtes alienas, latè Farin. *in praxi crimin. tract. de furtis, q. 177. n. 29. cum ſeqq.* ubi *num. 31.* ampliat etiam quod emerit in nundinis, 7
& in publico mercatu, & *num. 40.* limitat in emente 8
rem furtivam à latronibus, vel prædonibus, qui tenetur eam domino reſtituere, pretio ipſi non ſoluto: & *n. 49.* limitat etiam quando res furata empta ab 9
aliquo non reperitur, quia bona fide conſumpta eſt; nam licèt emptor teneatur illius valorem domino reſtituere, ſecundùm Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 65. n. 63.* Covarr. *in reg. peccatum, p. 3. n. 12. vers. qui certò ſciens*; hoc tamen procedit quatenus ipſa re fuerit factus locupletior, aliàs ſecus, ut per Clar. *d. §. furtum, n. 27. in fine*, Menoch. *lib. 5. præſumpt. 29. n. 18. & 19.*

---

SUMMARIUM.

1 *Uſucapio, vel præſcriptio non procedit ſine juſto titulo, & n. 3.*

2 *Reſtitutio datur abſenti adverſus uſucapionem.*

4 *In præſcriptione 10. vel 20. annorum, quæ ordinaria tituli allegatio, & probatio jure exigitur.*

5 *Titulus licèt regulariter non præſumatur, tamen benè præſumitur quando agitur de leviori præjudicio. Non præſumitur habitus à vero domino, niſi probetur, num. 6. poſtulatur in uſucapione, num. 7.*

8 *Conſenſus non inducitur ex temporis antiquitate in iis, quæ ſunt magni præjudicii.*

9 *Titulus an præſumatur ex longa poſſeſſione, vel non, remiſſivè, præſumitur ex poſſeſſione decennali, accedente præſtatione diuturna, & ſic cùm intervenit traditio, aut factum ejus, contra quem præſcribitur, num. 10.*

## L. Nullo juſto. XXIV.

### *Iidem* AA. & CC. *Iuliano.*

SIne juſto titulo uſucapio, vel præſcriptio non 1
procedit. Item reſtitutio datur abſenti adversùs uſucapionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati 2
*ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem quoad primam ejus 3
partem deſumunt *l. Hiſpan. 6. poſt princ. tit. 19. p. 3.* Gregor. Lopez *l. 18. gloſſ. 3. eodem tit.* Batt. *in auth. at qui ſemel, num. 24. in princ. de probat.* Iaſ. *in §. quædam,*

*dam, n. 27. Inſtit. de actionibus.* Boër. *dec. 42. n. 5.* ubi quod allegatus titulus cum curſu temporis non ſufficit quando reſpicit magnum damnum patientis, 4 Covarr. *in reg. poſſeſſor, pa t. 2. § 5. n. 1.* ubi *n. 2.* per hunc text. tenet, quod in præſcriptione decem, vel viginti annorum, quæ ordinaria eſt, tituli allegatio, & probatio jure exigitur, Menchac. *illuſtr. controv. p. 1. c. 87. à princ.* ubi *n. 2.* citato hoc textu dicit, quod licèt regulariter titulus non præſumatur, tamen 5 quando agitur de leviore præjudicio, benè præſumitur, & *c. 84. n. 19.* ubi tenet non præſumi titulum habitum à vero domino, niſi probetur, non magis quàm 6 ſi ab alio habitus allegatur. Aym. *de antiqui temp. part. 2. in princ. n. 22.* ubi quod titulus non præſumitur. Maſcard. *de probat. concl. 1213.* aliàs *1219. n. 2.* ubi quod titulus ab eo, qui præſcriptione ſe tueri 7 vult, probandus eſt, & *numeris ſeqq.* multipliciter declarat, Parlador. *rerum quotidian. lib. 1. c. 1. §. 9. n. 1.* 8 ubi quod in uſucapione titulus poſtulatur. Fachinæ. *controvers. lib. 8. cap. 30.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo Conſenſus, el 2.* ubi quod ex temporis antiquitate conſenſus non inducitur iis, quæ ſunt magni præjudicii. Cald. Pereira *qq. forens. lib. 1. q. 11. n. 7. in med.*

9 Et ſi latiùs inquirere velis, an ex longa poſſeſſione, decem ſcilicet annorum, præſumatur titulus, vel non, & de intellectu *l. ùm de in rem verſo, ff. de uſuris, & l. ſi certis annis, de pactis,* vide Tiraquell. *de præſcript. §. 1. ex n. 13.* Balb. *eodem tract. 2. part. tertiæ princ. q. 10.* Pariſ. *cons. 77. ex n. 41. lib. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 131. ex n. 51.* Alex. Raudenſ. *cons. 10. n. 129.* Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q. 8. n. 18.* D. Barboſ. *in l. quæ dotis 34. n. 53. ff. ſoluto matr.* Pereg. *de jure fiſci, lib. 7. tit. 3. num. 22.* Roderic. *de annuis reddit. lib. 1. q. 15. n. 5. cum ſeqq.* Avendan. *de cenſibus c. 5. & 6.* Felician. de Solis *eod. tract. lib. 2. c. 5. n. 24.* Flores de Mena *variar. lib. 1. q. 2. per tot.* & maximè *ex n. 9. & lib. 2. q. 23. à n. 17.* Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec. 227.* Perez de Lara *de capellan. & annis vers. lib. 1. c. 12. per tot.* Cald. Pereira *de renovat. em-*10 *phyt. c. 15. n. 12. cum ſeqq.* ubi aſſerit quod ex poſſeſſione decennali præſumitur titulus allegatus accedente præſtatione diuturna, & ſic cùm intervenit traditio, aut factum ejus, contra quem præſcribitur, Joan. de Balboa *ad cap. ſi diligenti, de præſcript. quæſt. 3.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 208. ex num. 1.* ubi quatuor præcipuas fecit concluſiones in hac materia.

---

SUMMARIUM.

1 *Penſionis ſolutione non acquiritur dominium.*
2 *Cenſuum deſcriptio, cenſuum non reddit aliquem dominum.*
3 *Cataſtrum probat contra tertium, dummodo adfuerit ſcripturæ cataſtri.*
4 *Canonis ſolutio facta proprietario, continuè arguit dominium illius, cui fit ſolutio.*
5 *Dominium præſumitur ex ſolutione collectarum: non probatur ex regiſtratione bonorum cataſtratorum ſine conſenſu eorum, de quorum præjudicio agitur.*

## L. Solemnibus. XXV.

### *Idem* AA. & CC. *Eugnomio.*

1 SOlutione penſionis dominium quis non acquirit.
2 Item cenſuum deſcriptio, cenſuum aliquem dominum non reddit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Vide Maſcard. *de probat. concl. 273. n. 18.* ubi per 3 hunc text. tenet quod cataſtrum probat contra tertium, dummodò adfuerit ſcripturæ cataſtri, Rot. *dec. 400. n. 3. part. 1. recentior.* ubi quod ſolutio canonis facta proprietario continua, arguit dominium illius, cui fit ſolutio. Eadem Rot. *dec. 449. n. 5 part. 1. recentiſſ. in poſthum.* ubi quod dominium præſumitur ex ſolutione collectarum. Et licèt dominium ad rei 5 vendicationem concludenter probari debeat, Roland. *cons. 82. n. 7. lib. 2.* Caputaq. *dec. 280. part. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 554. n. 7. vers. ſæ ùm,* & ex libro cataſtri ſufficienter non probetur, nihilominùs tamen ubi cum hujuſmodi libri regiſtratione concurrerit canonis ſolutio, illud rectè probabitur, Caſtrenſ. *cons. 105. n. 1. in fine, lib. 1.* Afflict. *dec. 83. n. 12. & dec. 264. n. 7. & 8.* Rot. *dec. 188. n. 3. p. 2. in poſth. & dec. 501. n. 3. eadem p. 2.* Ex regiſtratione bono- 6 rum cataſtratorum ſine conſenſu eorum, de quorum præjudicio agitur, non probatur dominium, Cravet. *de antiquit. temp. part. 1 § quanto limitatur, n. 71. in fine,* Pariſ. *cons. 104. n. 169. lib. 1.* Rot. *dec. 430. n. 5. part. 1. recentiſſ. in poſth.*

---

SUMMARIUM.

1 *Litis conteſtatio interrumpit longi temporis præſcriptionem, & n. 2. Intellige ut n. 3.*
4 *Præſcriptio jam perfecta non interrumpitur per litem, quando litem intentans ſuccubuit, n. 5.*

## L. Motæ litis. XXVI.

### *Idem* AA. & CC. *Heliodoro.*

LItis conteſtatio præſcriptionem longi temporis 1 interrumpit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2 Connan. *commentar. juris civilis lib. 3. c. 14. n. 7.* Cremenſ. *ſing. 101.* Boër. *dec. 42. n. 38. col. 2.* latè Covar. *in reg. poſſeſſor, part. 2. §. 12. n. 4. concl. 2.* ubi intelligit cùm litis conteſtatio fiat apud judicem competentem, & habentem cauſæ, & litis ejuſdem cognitionem; 3 deinde intelligit modò ipſe agens in cauſa non ſuccubuerit, eo enim ſuccumbente non interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem, quaſi eam vim, quam ſemel habuit, amiſerit actore victo. Balb. *de præſcript. 3. part. 6. num. 52.* Petr. Gilchen. *in ſimili tract. parte 2. membr. 2. num. 45. & parte 2. princip. cap. 6. numer. 43.* Rota *decis. 208. num. 4. part. 1. recentior. & decis. 445. num. 9. eadem part. 1.* ubi quod præſcriptio jam perfecta non interrumpi- 4 tur per litis conteſtationem, *& dec. 726. num. 6. part. 2. recentior.* ubi quod præſcriptio non interrumpitur per litem quando litem intentans ſuccubuit, *& dec. 245. num. 3. p. 1. recentiſſ.* aliàs *in poſthum.* Ad 5 illud autem, quod præſcriptio non interrumpitur per litem in qua quis ſuccubuit, vide Felic. *in cap. illud, num. 17. de præſcript.* Bald. *à Et. 3. p. 6. partis, quæſt. 4. num. 37.* Caſſan. *cons. 47. num. 7.* Menoch. *cons. 307. num. 55.* Sfort. Odd. *cons. 20. num. 11.* Burg. de Paz. *cons. 38. num. 19.* Monter. *Arag. deciſ. 21. num. 16.*

SUMMARIUM.

1 *Titulus ſine traditione non eſt cauſa transferendi dominium, & n. 2.*
3 *Dominium transfert non ſola voluntas, nec traditio ſola, ſed utriuſque quaſi concurſus.*
4 *Dominium non probatur per ſententiam, nec per confeſſiones, non ſequuta traditione, niſi acquiratur Eccleſiæ, transfertur abſque traditione quando quis eſt jam in poſſeſſione, n. 5.*

## L. Servum. XXVII.

### *Idem* AA. & CC. *Phyladelphio.*

1 Titulus ſine traditione non eſt cauſa transferendi dominium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt
3 Connan. *comment. juris civilis lib. 3. cap. 7. num. 1.* ubi quod non ſola voluntas, nec ſola traditio transfert dominium, ſed utriuſque quaſi concurſus. Rot. *de-*
4 *cis. 673. n. 4. p. 2. rec.* ubi quod dominium non probatur, nec per ſententiam, nec per confeſſiones non ſequuta traditione, niſi Eccleſiæ acquiratur, & *de-*
5 *cis. 725. n. 6. eod. p. 2.* ubi quod dominium transfertur abſque traditione quando quis eſt jam in poſſeſſione & *dec. 326. n. 1. p. 2. recentiſſ. in poſthum.* Ioan. Garc. *de expenſis c. 23. n. 37. cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Ius poſſeſſoris nemo attendit, ubi non conſtat de jure peritoris, & n. 2.*
3 *Poſſidentis melior eſt conditio.*
4 *Poſſeſſionis ſuæ titulum nemo probare tenetur.*

## L. Res alienas. XXVIII. & ult.

### *Idem* AA. & CC. *Sopatro.*

1 UBi non conſtat de jure peritoris, ibi jus poſſeſſoris nemo attendit. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt. *l. Hiſpan. 28. tit. 2. p. 3. ubi gloſſ. fin.* Bart. *in l. naturaliter, n. 17. poſt princ. ff. de acquir. poſſeſſ.* Felin. *in c. olim, n. 10. de reſcript.* Alvar. Valaſc. *de jure emph. q. 9. n. 12.* Ioan. Bapt. Coſta *in tract. de quæſt. q. 135.* Aldovin. *cons. 80. n. 28.* Caſtill. *controves. lib. 7. de tertiis, cap. 7. n. 4.*

3 Notari ſolet ad hoc, quod poſſidentis melior eſt conditio, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 75. in princ.* Tiraq. *de jure primogen. q. 17. opin. 11. ex n. 1.* Ozaſc. *decis. 108. num. 18.* Vincent. de Franc. *decis. 167. n. 13.* Honded. *cons. 49. in fin. vol. 2.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſ. 66. num. 7.* quos & alios refero *de axiom. juris uſufreq. axiom. 182. n. 5.*

4 *Licet juſtam tenendi cauſam*, &c. ] Ergo quis non tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſionis, de quo vide Bonacoſ. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 20. de except. num. 69. pag. 353.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1372.* Surd. *decis. 280. n. 5.* D. Barboſ. *in l. ſi alienam, n. 3. cum ſeq. ff. ſolut. matrim.*

*De uſufructu, & habitatione, & miniſterio ſervorum.*

## TIT. XXXIII.

AVindicatione corporum tranſit ad vindicationem jurium incorporalium, id eſt ſervitutum, quæ vel ſunt perſonales, ut uſusfructus, vel reales, ut ſervitutes prædiorum urbanorum, aut ruſticorum. Vſufructui ædium ſimilis eſt habitatio, in fructu autem ſervi ſunt ejus miniſteria, ſive operæ. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Aloyſ. Leo, Sichard. Petr. Gilchen, Sebaſt. Nev. item Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia tituli vide Suar. Villalobos, & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 20.* Borgninum Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto*, Joan. del Caſtillo *in ſpeciali tract. de uſufructu*, qui eſt tomus primus ſuarum controverſiarum & quotidianarum quæſtionum. Anton. Gabr. *commun. opin. tit. de uſufructu*, Ariſmin. Tepat. *variar. juris ſentent. tit. 564. de uſufructu in genere, & tit. 565. de uſu, & habitatione*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib. 4. c. 3. cum ſeqq.*

SUMMARIUM.

1 *Cautio uſufructuaria per teſtatorem remitti nequit, & ante cautionem non competit actio pro uſufructu, & n. 2.*
3 *Teſtator uti nequit cautionem uſufructuario remittere: ita nec etiam poteſt ex licentia ſibi conceſſa à Principe.*
4 *Cautio uſufructuaria non poteſt remitti uſufructuario per teſtatorem, etiam per viam condictionis pœnæ, vel tranſlationis, etiam in uſufructu improprio, ſive earum rerum, quæ uſu conſumuntur, aut minuuntur, n. 5.*
6 *Bonorum deſcriptio, ſine qua non poteſt præſtari cautio remitti nequit.*
7 *Cautio uſufructuaria remitti poteſt, ſi uſufructus conſtituatur inter vivos, ſi hæres poſtquam ſucceſſit, eam cautionem, & inventarii confectionem uſufructuario remiſerit, n. 8.*
9 *Verborum*, quàm oblata ſecundùm formam Senatuſconſulti cautione, *l. 1. de uſufructu*, intellectu,
10 *Uſufructuarius ſi ob paupertatem, vel aliam difficultatem idoneos fidejuſſores invenire nequit, an idcirco uſufructu privandus ſit, hæreſve qui exigit cautionem ab eo, contentus eſſe debeat juratoria cautione remiſſivè.*
11 *Maritus, cui ab uxore relictus eſt uſusfructus omnium bonorum, vel alicujus partis eorum, an alio hærede inſtituto in proprietate, cavere teneatur uti alii fructuarii, etiam reſpectu dotis, remiſſivè.*
12 *Cavere non tenetur de utendo arbitrio boni viri, qui omnia bona donavit, ſolo uſufructu retento.*
13 *Vſufructuarius rem poſſidens facit fructus ſuos etiam ante ſatisdationem, niſi malitiosè diſtulerit præſtare, niſi poſſidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, n. 14.*
15 *Fideicommiſſarius poteſt petere cautionem ab hærede de fideicommiſſo præſtando evenisute*

*conditione, ita ut etiam primus fideicommissarius teneatur cavere posterioribus, ibid. idem in legatariis, & fideicommissariis particularibus, ibid. sive gravatus dissipet bona, sive non, n. 16. Etiam quod nulla suspicio exiet contra gravatos, n. 17. Secus quando frater fratri est gravatus restituere ex substitutione paterna, n. 18.*

## L. Si usus fructus. I.

### *Impp.* Severvs, & Antoninvs AA. *Polidonio.*

1 CAutio usufructuaria per testatorem remitti nequit, & ante cautionem non competit actio pro usufructu. Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. Bald. Angel. Castr. Sichard. Aloys. Leo, Petr. Gilchen. Sebast. Nav. remissivè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc textu desumunt, exornantque Alciat. *lib. 7. pareg. c. 2.* Connan. *comment. juris civilis lib. 5. c. 5. n. 4.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 6. §. 6.* Mynsing *cent. 6. observ. 48.* Gail. *lib. 2. observ. 47.* Alphan. *collect. 439.* Pinel. *in l. 1. p. 2. n. 75. ad fin. de bonis maternis*, Covarr. *lib. 2. variarum, c. 14. n. 5. vers. quintò, & in c. relatum, il 2. n. 1. de testament.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 15. n. 3. post princ.* Anton. Gabr. *commun. tit. de usufruct. concl. 1. n. 28.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 15. n. 27.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 4. interpr. 1. solut. 5. dub. 10. n. 74. cum seqq.* Cavalcan. *de usufructu mulieri relicto, n. 148.* Ioseph. Ludov. *Perus. dec. 61. n. 12. cum seqq. part. 2.* Pech. *de testam. conjug. lib. 5. cap. 9. n. 4.* Pedroch. *cons. 7. n. 17. cum seqq.* Guttier. *in l. nemo potest, v. 276. cum seqq. ff. de legat. 1.* Matienz. *ad tit. 8. gloss. 1. n. 6. lib. 5. novæ Recop.* Azeved. *l. 4. n. 48. tit. 1. eod lib. 5.* Fachinæ. *controvers. lib. 8. c. 42.* Cevall. *commun. contra commun. q. 408. n. 1.* Petr. Greg. *syntagm. juris lib. 4. cap. 3. n. 11.* Surd. *dec. 194. n. 3.* Menchac. *de succes. creat. lib. 1. §. 7. n. 22. & 23.* Parlador. *p. 3. differ. 29. n. 21.* Molin. *de Justit. tract. 2. disputat. 7. num. 14.* Cabed. *Lusit. dec. 136. n. 2. p. 1.* Bernard. Grævæus *ad pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 145.* Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 23. n. 42.* Rebell. *de oblig. justit. part. 1. lib. 1. q. 7. sect. 2. n. 13.* latè Castill. *de usufructu, c. 15. per tot.*

3 Amplia primò, ut sicut testator non potest cautionem hujusmodi usufructuario remittere: ita nec etiam potest ex licentia à Principe sibi concessa: ita Petr. Pech. *de testament. conjug. lib. 5. cap. 9. n. 4.* Sim. de Prætis *lib. 4. interpret. 1. solut. 5. dub. 10. c. 77. & 78.* Castill. *d. c. 15. n. 2.* ubi *n. 3.* ampliat etiam ut nec tacitè, & per indirectum possit remittere.

4 Amplia secundò, ut cautio hujusmodi remitti non possit usufructuario per testatorem, etiam per viam condictionis, pœnæ, vel translationis, utputà si prohibuit testator, ne hæres prædictam cautionem exigeret, & pœnam adjiceret superiorem, si cautio petita fuerit, nam talis adjectio pœnæ nullius erit momenti, poteritque impunè hæres cautionem ab usufructuario exigere, ac si ulla pœna adjecta non fuisset. Ita Pinel. *in d. l. 1. de bonis matern. n. 76.* Mench. *d. tom. 1. lib. 1. §. 7. n. 33.* Ant. Gabr. *d. tit. de usufruct. concl. 1. n. 23.* Achil. Pedrocha *consil. 7. n. 70. vol. 1.* Sim. de Prætis *d. dub. 10. ex n. 83.* Castill. *d. cap. 15. n. 4.* ubi *n. 6.* post multos, quos refert, resolvit hæredes non prohiberi ab usufructuario cautionem ususfructus petere, etiamsi testator disposuerit, quod ipsi hæredes usufructuarium nulla molestia afficiant, sive nullo modo inquirent: & *n. 7. cum seq.* eadem ratione ait, usufructuarium cavere teneri, non obstante quod hæres, sive proprietarius promiserit ei, quod liberè uti fruique possit, & quod nullam molestiam inferet; nam prohibitio testatoris, aut promissio hæredis, quod hæredes ipsi non inferant molestiam aliquam usufructuario, intelligitur de molestia injusta, non autem de justa, & legitima, & de illa quæ ex ipsa natura rei proficiscitur, de quo latè Surd. *de aliment. tit. 9. q. 26. ex n. 13. cum multis seqq.*

5 Amplia tertiò etiam in usufructu improprio, sive earum rerum, quæ usu consumuntur, aut minuuntur, cautionem de utendo, & fruendo arbitrio boni viri non posse per testatorem remitti, ut per Roland. *de confectione inventarii, quæst. ult. numero 8.* Clar. *§. testamentum, quæst. 64. num. 2.* Pinel. *in d. l. 1. de bonis matern. p. 2. n. 74. vers. ampliatur etiam ut testator hanc cautionem*, Sim. de Prætis *d. dub. 10. n. 79.* Verùm contrarium defendit Castill. *d. c. 15. n. ult.* ex ea ratione, quia in hoc casu remissio hujusmodi frustratoria est, aut inanis, quia etsi remissa cautio non sit, præstari eam nihil hæredis interest, cùm non solùm in prædicto usufructu necessaria non sit, sed etiam impossibilis, aut ipsi usufructui contraria, cujus natura est, ut prædictarum rerum substantia minimè per fructuarium salva reservari debeat, sed potiùs ut consumatur: unde cautionem hanc usus, & fruitionis arbitrio boni viri in hoc usufructu considerabilem non esse, sed alteram cautionem de restituendo tantundem, aut æstimatis rebus de reddenda æstimatione omninò necessariam esse hæredi, non immeritò tenet Mench. *d. §. 7. n. 24.* & idem Castill. *in fine ejusdem c. 15.* respondit ad objectionem ex hoc textu desumptam.

6 Amplia quartò, ut nec etiam possit remitti bonorum descriptio, sine qua non potest præstari cautio, Cravet. *cons. 187. in fine*, Plot. *in tract. de inventario jurando, §. 26. n. 7.* ubi quod etsi testator remiserit sub pœna privationis, tamen hæres impunè poterit petere, quod fiat inventarium, Ant. Gabr. *d. tit. de usufruct. concl. 5. n. 31.* Pinel. *d. l. 1. p. 2. n. 22.* Surd. *dec. 194. à n. 4.*

7 Limita primò si ususfructus inter vivos constituatur, quia constituens illum prædictam cautionem remittere potest, ut per Menchac. *dicto lib. 1. §. 7. n. 34.* Pinel. *in d. l. 1. part. 2. num. 75. vers. ut illa jura*, Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 26. n. 23.* latè Guttier. *in repetit. dict. l. nemo potest, num. 287. ff. de legat. 1.* ubi *n. 90.* respondet, textum *in præsenti* loqui in usufructu simpliciter constituto, non facta mentione cautionis; nam is sive constituatur in testamento, sive in contractu voluntario, præstanda est cautio hæc de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, salva rerum substantia; non verò loquitur eo casu, quo contrahens expressè remittit hanc cautionem, quo casu textus hic non loquitur, Castill. *d. c. 15. n. 14. & 15.*

8 Limita secundò si hæres postquam successit, eam cautionem, & inventarii confectionem usufructuario remiserit, quia benè potest, ut resolvunt Crav. *cons. 187. ad fin.* Borguin. Cavalcan. *de usufr. mulieri relicto, n. 149.* Guttier. *in d. l. nemo potest, n. 280. & 285.* Castill. *d. c. 15. n. 16.*

9 *Quàm oblata secundum formam Senatusconsulti cautione.* ] Intellige non de nuda, sed cum fidejussoribus, ut per Guid. Papæ *dec. 249.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 4. §. 6. verbo & fera, in princip.* Gregor. Lopez *per text. ibi in l. 20. verb. a vocabo, tit. 31. part. 3.* Mynsing. *cent. 6. observat. 48. n. 2.* Gail. *lib. 2. observat. 47. n. 2.* Pinel. *in d. l. 1. part. 2. num. 79.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 15. num. 1. in fine, & num. 2.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 15. n. 29.*

*n.* 29. Guttier. *in d. l. nemo poteſt, n.* 293. Ioan. Garc. *de expens. cap.* 11. *in princip.* Seraphin. *de privileg. juram. privileg.* 18. *n.* 41. *vers. quinimo*, Ceval. *Communium contra commun. q.* 408. *n.* 5. Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c.* 16. *num.* 34. Caſtill. *dicto tract.*
10 *de uſufruct. cap.* 18. *per tot.* ubi *à num.* 9. an uſufructuarius ſi ob paupertatem; vel aliam difficultatem idoneos fidejuſſores invenire non poſſit, idcirco uſufructu privandus ſit, hæréſve qui exigit cautionem ab eo, contentus eſſe debeat juratoria cautione: ita ut ea præſtita fructuarius uti & frui poſſit, & fructus ſuos faciat, de quo etiam Gabr. Alvarez *de privil pauperum, q.* 53. *n.* 5.

11 Vtrum autem maritus, cui ab uxore relictus eſt uſusfructus omnium bonorum, vel alicujus partis eorum, alio hærede inſtituto in proprietate, cavere teneatur, ut alii fructuarii tenentur, etiam reſpectu dotis, vide Caſtill. *dicto tractat. de uſufruct. capite* 19.

12 Qui omnia bona donavit, ſolo uſufructu retento, non tenetur cavere de utendo arbitrio boni viri, deciſ. Pedem *decis.* 153. *n.* 2. Cavalcan. *de uſufruct. mulieri relicto, n.* 153. *n.* 2. Pinel. *in d. l.* 1. *p.* 2. *n.* 80. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 41. *n.* 7.

13 Vſufructuarius rem poſſidens facit fructus ſuos etiam ante ſatisdationem, niſi malitioſè diſtulerit præſtare, de quo vide Hippol. *in practic.* §. *nunc videndum, n.* 5. *& l. unius*, §. *cognitarum, n.* 9. *ff. de quæſtion.* Sylvan. *cons.* 37. *n.* 7. *&* 8. Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 29. *pag.* 419. *&* 420. Cavalcan. *de uſufr. mulieri relicto, num.* 90. Anton. Galeat. Malvaſ. *cons.* 52. *n.* 54. *lib.* 1. Anton. Gabr. *tit. de uſufructu, concl.* 2. *n.* 40. Ioſeph. Ludov. *dec.* 31. *ex n.* 7. Theſaur. *Pedem decis.* 80. *n.* 3. Pinel. *in d. l.* 1. *part.* 2. *n.* 71. Ceval. *d. q.* 408. *num.* 4. latè Caſtill. *d. tract. de*
14 *uſufructu, cap.* 16. *n.* 9. *cum ſeqq.* ubi *n.* 10. *&* 11. limitat ſi uſufructuarius poſſidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, quia fructus ſuos non faciet, cùm non poſſideat. nec prædicta adimpleat: Et *n.* 12. limitat etiam niſi cautio, vel ſatisdatio petatur per hæredem, vel proprietarium, tunc enim uſufructuarius non ſatisdans, etiamſi rem poſſideat, non facit fructus ſuos, quia eo ipſo, quod ſatisdationem petitam non præſtat, in mala fide conſtituitur, & conſequenter commodo fructuum gaudere non debet.

15 Fideicommiſſarius poteſt petere ab hærede cautionem de fideicommiſſo præſtando eveniente conditione. Ita Plot. *de in litem jurando*, §. 26. *num.* 4. Bardell. *cons.* 6. *n.* 3. Ioſeph. Ludov. *Perus. decis.* 63. *num.* 2. Soar. *tom.* 1. *commun. opinion lib.* 3. *tit.* 19. *pag.* 410. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 13. *& ſeqq.* Marzar. *in epit. de fideicom. q.* 5. Petra *de fideicom. quæſt* 10. *n.* 13. Peregr. *eod. tract. art.* 40. *num.* 10. Gall. *de exrept. ſucceſſ. tit.* 4. *excepr.* 23. *n.* 8. *cum ſeqq. part.* 2. latè Fuſar. *de ſubſtit. quæſt.* 515. *à princip.* ubi *n.* 3. ampliat, ut etiam primus fideicommiſſa-
16 rius teneatur cavere poſterioribus, & idem in legatariis, & fideicommiſſariis particularibus: & *num.* 7. ampliat etiam ſive gravatus diſſipet bona, ſive non quia utroque caſu tenetur cavere: & *n.* 6. Ampliat
17 denique etiam, quod nulla ſuſpicio extet contra gravatum: & *n.* 11. Limitat quando frater fratri eſt
18 gravatus reſtituere ex ſubſtitutione paterna, per *l. jubemus, ad Trebell.*

In Gloſſ. *Vſusfructus*, ibi, *eſt jus utendi fruendi, ſalva rerum ſubſtantia.* Vide de hac definitione Ant. Gom. *tom.* 2. *variar. cap. fin. num.* 3. Connan. *comment. juris civilis lib.* 4. *cap.* 1. Sebaſt. Medices *de definit. part.* 2. *definit.* 70. *Vſusfructus, & uſus, num.* 6. Pe. Gregor. *ſyntag. juris part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 2. *cum ſeqq.* Burſat. *cons.* 360. *num.* 16. *lib.* 4. Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 6. *q.* 1. *num.* 3. Caſtill. *d. tract. de uſufructu, c.* 4. *à princip.* Molin. *de juſt. tract.* 2. *diſp.* 7. *in princ.* Cardoſ. *in prax. Iudicum, verbo fructus, n.* 15. Rebell. *de obligat. juſtit. lib.* 1. *q.* 7. *ſect.* 2. *n.* 8. *cum ſeqq. part.* 1.

---

SUMMARIUM.

1 *Dominus proprietatem ſuam obligat, licèt alius habeat uſumfructum, & n.* 2. *Secus in caſibus, in quibus pater habet uſumfructum, n.* 3.

## L. Verbis teſtamenti. II.

### *Idem* A. *Felici.*

DOminus proprietatem ſuam poteſt obligare, licèt alius habeat uſumfroctum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1 *ſupra hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Anton. Gom. *variar. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 9. ubi *n.* 10. intelligit præterquam in caſibus, in quibus pater habet uſumfructum in bonis filii, quia tunc 3
filius non poteſt vendere, vel alienare proprietatem ſine voluntate, & conſenſu patris. Pinel. *in l.* 2. *de bonis mat. p.* 2. *num.* 51. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 1. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 23. ubi quod proprietarius poteſt pignori dare proprietatem, licèt alius habeat uſumfructum. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 26. *n.* 60. *cum ſeqq.* ubi poſtquam firmavit proprietarium poſſe rem vendere, ex quo uſufructuario nullum infertur præjudicium, addit quod ſi jam vendat pleno jure, non reſervato jure uſusfructus, dicitur turbare, & moleſtare uſufructuarium; ſi tamen poſſeſſionem non tradidit, nec emptor eam capere tentavit; non poterit conqueri ex hujuſmodi venditione, aut alienatione, cùm inde ſibi nullum ſequatur damnum. Molin. *de Iuſt. tract.* 2. *diſp.* 7. *n.* 19. latè Caſtill. *tract de uſufructu, c.* 38. *n.* 8. *cum ſeqq.* ubi *n.* 11. reproba Cavalcan. *in tract. de uſufructu mulieri relicto, n.* 141 *vers. legatum verò*, dum contra hanc l. exiſtimavit hæredem, ſive proprietarium non poſſe invito uſufructuario, ſive eo irrequiſito aliquid de proprietate diſponere, nec illam alienare.

---

SUMMARIUM.

1 *Vſusfructus patris non tranſit ad filium.*
2 *In uſufructu perdendo mors uſufructuarii attenditur.*
3 *Vſusfructus morte propietarii non finitur, ſed durat quouſque uſufructuarius vivit.*

## L. Si patri tuo. III.

### *Imp.* ANTONINVS A. *Antoniano.*

VSusfructus patris non tranſit ad filium. In uſu- 1
fructu perdendo attenditur mors uſufructuarii. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

*Vſufructuario autem ſuperſtite*, &c. ] Notatur ad 2
hoc, quod uſusfructus morte proprietarii non finitur, ſed durat quouſque uſufructuarius vivit, ut per Sichard. *in præſenti, n.* 3. *&* 5. Anton. Gom. *l.* 6. *Tauri n.* 11. *in princip.* Caſtill. *in tract. de uſufructu, c.* 61. *n.* 14. D. Barboſ. *in l. uſufructu* 58. *n.* 7. *in princip. ff. ſoluto matr.*

3 In Gloſſ. *Non tollitur*, ibi, *ſed fallit cùm pater*, &c. Videtur ſentire Gloſſ. quod *in l. pen. §. quod nepotes, de bonis mater.* agitur de patre, qui habebat uſumfructum in bonis filii emancipati, ut moriente cum liberis filio proprietario, pater amittat uſumfructum, ſuccedatque in virilem ejuſdem uſusfructus cum nepotibus ex filio: ſed hunc intellectum reprobat Pinel. *ad dict. pen.* quæ eſt 3. *n.* 8. dicens textum illum *d. vers. quod ſi nepotes*, non tantùm de filio emancipato, ſed etiam de filia loqui, nec agere de uſufructu quem pater habeat vivo filio, ſed de acquirenda virili portione novè cum nepotibus.

SUMMARIUM.

1 *Uſusfructus ex quacumque cauſa debetur, fructuarius cavebit, quod velit uti arbitrio boni viri, & num. 2.*

3 *Satisdatio pro ea accipitur, quæ eſt ſuffulta fidejuſſoribus, vel pignore.*

4 *Cautio, ſive fidejuſſio reſpectu rerum, & bonorum, quæ uſu non conſumuntur, intelligitur de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, ſalva rerum ſubſtantia: quid ſi uſusfructus conſiſteret in rebus, quæ uſu conſumuntur, n. 6.*

5 *Fidejuſſio, ſive ſatisdatio danda de illis bonis, finito uſufructu reſtituendis.*

7 *Donans retento ſibi uſufructu non excuſatur à ſatisdatione.*

8 *Cautio cum requiritur pro ſubſtantia uſusfructus conſtituendi, non ſufficit juratoria, ſed neceſſariò præſtanda eſt ſatisdatio.*

## L. Uſufructu conſtituto. I V.

*Imp.* ALEXANDER A. *Verbecio.*

1 EX quacunque cauſa debetur uſusfructus, uſufructuarius cavebit, quod velit uti arbitrio boni viri. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan. 20. in fine, tit. 30. part. 3.* Boër. *decis. 60. numero 10.* Ioſeph. Ludoviſ. *Perus. dec. 61. n. 13. cum ſequentibus*, Theſaur. *Pedem decis. 80.* Achil. Pedrocha *conſil. 7. à princip.* Surd. *decis. 67. & de lament. tit. 9. quæſtione 26. num. 17.* Viv. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. titul. 20. num. 31. pag. 419.* Sylvan. *conſil. 37. numer. 2. & 3.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 75. de bonis maternis*, Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto, numer. 89. & 146. cum ſequentibus*, Cornel. Benincaſ. *de privileg. pauper. ſpecul. 7. ultim. volunt. num. 13. cum ſequentib.* Franc. March. *Delphinat. dec. 817. num. 3. & 4. & decis. 818. per tot. ſolut. 5. dub. 10. n. 79.* Anton. Galeat. Malvaſ. *conſil. 110. vol. 1.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 4. cons. 110. vol. 1.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, c. 16. n. 35.* Camill. Borrell. *in ſum. dec. tom. 3. tit. 13. num. 228.* Caſtill. *in tract. de uſufruct. cap. 17. per tot.*

3 *Vt ſatisdatio*, &c. ] Satisdationem accipi pro ea, quæ eſt ſuffulta fidejuſſoribus, vel pignore, ait Caſtill. *dicto tractatu de uſufructu, capite 18. num. 4.*

4 *Boni viri arbitratu*, &c. ] Adverte, quod reſpectu rerum, & bonorum, quæ uſu non conſumuntur, cautio, ſive fidejuſſio intelligitur de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, ſalva rerum ſubſtantia: ita Franciſc. Marc. *dicta dec. 817. num. 4. & 5. volum. 1.* Roland. *cons. 92. n. 22. vol. 1. & cons. 37. numer. 3. lib. 2.* Caſtill. *dicto tractatu de uſufructu, cap. 17. num. 4.* Camill Borrell. *d. tom. 3. tit. 13. n. 231.* ubi *num. 232.* intelligit dandam fidejuſſionem, ſive ſatisdationem de illis bonis finito uſufructu reſtituendis. 5

Si verò uſusfructus conſiſteret in rebus quæ uſu conſumuntur, putà in vino, oleo, frumento, lana, lino, & ſimilibus, in his ante omnia fit æſtimatio de illorum pretio, & valore, & cautio præſtatur de æſtimatione finito uſufructu reddenda; ſi verò prædictæ res æſtimatæ non fuerint, tenetur fructuarius præſtare cautionem de aliis rebus ejuſdem qualitatis, & bonitatis, & in eodem genere finito uſufructu reſtituendis, de quo vide Pariſ. *cons. 96. n. 1. vol. 2.* Cavalc. *dicto tractatu, n. 146.* Roland. *cons. 92. n. 23. lib. 1.* Pedrocha *cons. 7. n. 1. cum ſeqq.* Camill. Borrell. *d. titulo 13. n. 233.* Caſtill. *d. tract. de uſufruct. c. 17. n. 9. cum ſeqq.* 6

*Sive ex teſtamento, ſive ex voluntario contractu*, &c. ] Ergo donans, retento ſibi uſufructu non excuſatur à ſatisdatione de quo tamen vide Pinel. *in d. l. 1. p. 2. n. 80. vers. ſed de rigore*, Hieron. de Leon. *Valentiæ dec. 39 n. 32 tom. 1.* 7

In Gloſſ. *Boni viri 1.* ibi, *ſed eo caſu quando debet ſatisdare, quid erit, ſi non poteſt, & velit jurare*, &c. ] Notatur ad hoc, quod cùm cautio pro ſubſtantia uſusfructus conſtituendi requiratur, non ſufficit juratoria, ſed neceſſariò præſtanda eſt ſatisdatio; de quo tamen vide Jaſ. *in leg. 1. n. 23. vers. decimò limita, ff. qui ſatisdare coganiur*, Hippol *in l. 1. §. præterea, n. 114. & 115. ff. de qq. & in rubr. de fidejuſſorib. n. 166.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. gloſſ. 10 n. 124.* Greg. Lopez *l. 19. verbo que la coſa, tit. 31. p. 3.* Mynſing. *centur. 6. obſervat. 48.* Gail. *lib. 2. obſerv. 47.* Bellon. *cons. 54. n. 6.* Roland. *cons. 92. n. 11. lib. 1.* Caballin. *milleloq. 526.* Simon. de Prætis *de interpr. ult. volunt. lib. 3. interpret. 1. ſolut. 5. dub. 10. n. 81.* Pinel. *in d. l. prima, p. 2. n. 79. vers. quid ergo*, Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ. 3. n. 15.* Peregr. *de jure fiſci lib. 1. tit. 1. n. 35. dec. 141. & dec. 183. n. 9.* Azeved. *l. 3. n. 7. tit. 15. lib. 5. novæ Rec. pilat.* Cevall. *commun. contra commun. q. 69. n. 8. & q. 408. n. 5.* Caſtill. *dict. tract. de uſufruct. c. 18. n. 6. cum ſeqq.* Molin. *de Iuſt. tract. 2. diſp. 7. v. uſufructuarius, in fine*, D. Barboſ. *in l. divortio, §. interdum, n. 28. ff. ſoluto matrim.* ubi ſubdit hoc caſu rem eſſe deponendam penes tertium, qui uſufructuario reſpondeat de fructibus; & paulò infrà diſtinguit utrùm perſona ſit ſuſpecta de dilapidatione, & tunc verum exiſtimat, quod neceſſariò ſit præſtanda ſatisdatio; ſi verò ſit perſona honeſta, & non inveniat fidejuſſorem, dicit ſufficere juratoriam cautionem. 8

SUMMARIUM.

1 *Uſufructuarius tenetur fructus perceptos poſt tempus uſufructui adjectum reſtituere. Finito uſufructu non facis ampliùs fructus ſuos. n. 2.*

3 *Hæres fructuarii injuſtè retinens uſumfructum, tenetur proprietario reſtituere fructus quos percepit.*

4 *Uſufructuario decedente, ſi fructus jam ſunt percepti, bene percepti cenſentur, & ad hæredem ejus pertinent: nondum autem percepti etiam maturi, & proximi perceptioni, ſpectant ad proprietarium.*

## L. Si pater. V.

### *Idem* A. *Evocato, & aliis.*

1 VSufructuarius fructus perceptos poſt tempus uſufructui adjectum tenetur reſtituere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

2 *Finito uſufructu*, &c. ] Notatur ad hoc, quod uſufructuarius finito uſufructu non amplius facit fructus ſuos, ut per Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q. 20. n. 13. & 14.* Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q. 10. n. 7.* D. Barboſ. *in l. divortio 8. in princip. p. 2. n. 34.* ubi quod hæres fructuarii injuſtè retinens uſumfructum, tenetur proprietario reſtituere fructus, quos percepit.

3

4 Quando uſufructuarius decedit, ſi fructus jam percepti ſunt, bene percepti cenſentur, & ad hæredem ejus pertinent, ſed nondum percepti etiam maturi, & proximi perceptioni ad proprietarium ſpectant, de quo Vide Tiraq. *de retract. convent. §. 5. gloſſ. 4. num. 1.* Baëz *de decima tutor. cap. 28. num. 2. in fine, & num. 16.* Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto, num. 242.* Iacob. Mandell. *cons. 639. num. 1. vol. 4.* Cephal. *cons. 181. num. 10. & 11. l. b. 2.* Molin. *de primog. lib. 3. cap. 11. n. 5.* alter Molin. Theolog. *de Iuſt. tract. 2. diſp. 635. num. 2.* Avendan. *reſp. 5. num. 5.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 12. princip. n. 30.* Vincent. Caroc. *de locato & conducto, gradu 3. perſonarum, q. 23. n. 4.* Martin Monter. à Cueva *Arag. decis. 17. n. 11. cum ſeq.* latè Caſtill. *in tract. de uſufructu, c. 77. per tot.*

---

SUMMARIUM.

1 *Maritus uſumfructum in dotem recipiens, proprietatem obligare non poteſt, rem verò æſtimatam ſic.*

2 *Uſufructuarius proprietatem pignorare non poteſt.*

3 *Uſusfructus pignori datus tandiu durabit, quandiu uſufructuarius vivit, eóque mortuo pignus extinguitur.*

4 *Maritus res æſtimatas, quæ in dotem datæ, tanquam ſuas liberè alienare poteſt.*

5 *Maritus hypothecare poteſt fundum æſtimatum, ſibi per uxorem datum, appoſito pacto ut poſt mortem mariti idem fundus redderetur: quomodo, id verum n. 6.*

## L. Intereſt. VI.

### *Idem* A. *Stratonicæ.*

1 MAritus uſumfructum in dotem recipiens, pro-
2 prietatem obligare non poteſt. Rem verò æſtimatam in dotem accipiens, eam obligare poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag. 160.*

3 *Nam uſufructuarius quidem proprietatem pignorare non potuit.* ] Ita Neguſant. *de pignor. 3. membro 1. part. num. 9. cum ſeqq.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part. 1. lib. 4. cap. 3. num. 22.* latè Caſtill. *in tract. de uſufructu, cap. 70. n. 6. cum ſeqq.* ubi *n. 9.* addit, quod tandiu durabit uſusfructus pignori datus, quandiu uſufructuarius vivit, eóque mortuo pignus extinguitur.

4 *Qui autem proprietatem æſtimatam*, &c. ] Notatur ad hoc, quod maritus res æſtimatas, quæ in dotem datæ fuerunt, tanquam ſuas liberè alienare poteſt, ut per Roland. *cons. 92. n. 12. lib. 2.* D. Barboſ. *in l. æſtimatis 51. ff. ſol. matr. n. 25. in fine.*

Advertit idem D. Barboſ. *in citato loco, n. 30. in* 5
*princ.* hunc textum probare, maritum potuiſſe hypothecare fundum æſtimatum ſibi per uxorem datum appoſito facto, ut poſt mortem mariti idem fundus redderetur, quod non eſſe verum videtur dicere, ſi propter prædictum pactum fundus cenſeretur dotalis, & non æſtimatus, tunc enim etiam conſentiente uxore hypothecari non poſſet, *princ. Inſt. quibus alienare licet*: ſed ipſemet D. Barboſ. *ibid.* reſponder propoſito caſui, Imperatorem hîc explicitè non reſ- 6
pondere, ſed tantùm implicitè; nam cùm in fine dicat, quod maritus poteſt hypothecare fundum quando poſt ſolutum matrimonium non fundus, ſed ejus æſtimatio reddenda eſt, implicitè ſignificat, quod ubi ratione pacti non æſtimatio, ſed fundus reddendus eſt, non poterit hypothecari per maritum.

---

SUMMARIUM.

1 *Expenſæ tectorum, & aliæ modicæ ad fructuarium pertinent, magnæ verò ad proprietarium redeunt n. 2. Intellige ut n. 6.*

3 *Expenſæ modicæ quæ, quæ magnæ, judicis arbitrio relinquendum eſt.*

4 *Uſufructuarius non tenetur ad eas impenſas, quæ perpetuam rei utilitatem continere videntur, quin potiùs incumbant proprietario, & factæ per uſufructuarium repeti poſſunt, dummodo non ſint modicæ.*

5 *Expenſæ factæ gratiâ fructuum quæ.*

7 *Uſufructuarius à proprietario repetit, ſi quid ultrà modicam impenſam impendit, vel magnam impenſam facit, reſolve ut n. 8.*

## L. eum ad quem. VII.

### *Imp.* GORDIANUS A. *Ulpiano militi.*

EExpenſæ tectorum, & aliæ modicæ ad fructua- 1
rium pertinent, magnæ expenſæ ad proprietarium redeunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt *l. Hiſp. 22. tit. 31. part. 3.* Gail. *lib. 2. obſerv. 146.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. fin. n. 7. & l. 46. Tauri, n. 3.* Guilielm. Redoan. *de rebus Eccleſiæ non alienan, q. 72. cap. 10. per tot.* Pinel. *in l. 1. de bonis matern. p. 2. n. 72. in princip.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p. 1. lib. 4. cap. 3. n. 20. lit. A,* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 27. num. 11.* Cavalcan. *decis. 44. parte 1.* Menoch. *de arbitrar. caſu 215.* Sarmient. *ſelect. lib. 3. cap. 4. num. 4.* Gam. *Luſit. dec. 312.* Ioan. Garc. *de expens. cap. 10. cum ſeqq.* Ricciard. *ad §. fin. n. 35. Inſtit. hoc tit.* Surd. *cons. 155. n. 9.* D. Barboſ. *in l. fructus, num. 12. & in l. divortio, §. fin. part. 1. num. 16. ad fin, ff. ſoluto matr.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo fructus, n. 19.* Molin. *de Iuſt. tract. 2. diſp. 7. num. 18.* Rebell. *de obligat. juſtit. part. 1. lib. 2. q. 7. ſect. 2. num. 12.* latè Caſtill. *de uſufructu, cap. 56. per tot.*

Quæ autem dicatur modica, quæ magna expen- 3
ſa, non eſt in jure definitum, nec certa regula de hoc conſtitui poteſt, ideo totum hoc judicis arbitrio eſſe relinquendum, tenent Gloſſ. *verbo pertinere, in l. hactenus, ff. hoc tit.* Menoch. *de arbitr. caſu 225. ad fin.* Molin. *d. lib. 1. c. 27. n. 6.* Ioan. Garc. *de ex enſ. c. 11. num. 16.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 25. n. 13. &*

q. 26. n. 6. Surd. cons. 155. num. 9. D. Barbos. in d. l. divortio, §. fin. n. 36. Rebell. de obligat. justit. lib. 13. q. 2. num. 6. Castill. d. cap. 56. num. 6. cum seqq. ubi num. 12. resolvit, usufructuarium non teneri ad eas impensas, quæ perpetuam rei utilitatem continere videantur, eas potiùs proprietario incumbere, & factas per usufructuarium repeti posse, dummodò
4 modicæ impensæ non sint, & ex Jacob. Mandel. de Alba cons. 363. num. 6. lib. 2. cùm impensæ tendunt ad utilitatem non perpetuam, sed temporalem, sic distinguit. Aut utilitas est temporalis ad modicum tempus, putà biennii, vel triennii: ita quod verisimiliter fiat talis impensa propter fructus, veluti sarta tecta habere, purgare fossata, & alia similia, & tales expensæ pertinent indistinctè ad usufructuarium. Aut istæ impensæ temporales concernunt utilitatem multorum annorum, putà decem, quindecim, vel viginti, & tunc certa doctrina, aut responsio dari non poterat, sed per mortem ipsius usufructuarii determinabitur negotium, quia si ipse vixerit per tot annos, quot erant anni in quos porrigebatur utilitas impensarum, vel melioramentorum, nihil poterunt petere hæredes usufructuarii; sed si vixerit per pauciores annos, habenda erit cum hæredibus usufructuarii ratio annorum restantium, ideò rectè facere usufructuarium concludit, si protestetur pro
5 se, & suis hæredibus, quod facit impensas temporales, vel melioramenta animo reperendi, quatenus de jure repeti possunt. Unde D. Barbos. in d. l. divortio, §. fin. ex n. 9. & Castill. d. c. 57. n. 13. verius existimat impensam factam gratiâ fructuum illam dici, quæ attenta principali intentione facientis ad illum finem facta est, ut fructus colligantur; addunt-que, quod si maritus impensa facta fructuum usus est usque ad tempus, pro quo facta est, nihil repetere poterit; sed ea cum fructibus percepris computabitur: si verò impensa facta gratiâ fructuum duravit plusquam jus mariti impendentis, tunc pro rata repetere poterit.

6 Intellige principalem hujus textus conclusionem procedere tantùm in reficiendo, non autem in aliis expensis, atque oneribus, quæ ratione possessionis, vel fructuum solvuntur; hæc enim etiamsi modica non sint, ab ipso usufructuario solvi debent: unde usufructuarium ipsum onera quamplurima, collectas, scilicet, gabellas, pensiones canones, tributa, & alias præstationes temporales subiturum, resolvunt Jacob. Mandel. Alba cons. 745. num. 10. lib. 4. Cavalcan. de usufructu mulieri relicto, num. 160. vers. hinc est, & dec. 44. num. 45. & 55. p. 1. Alvar. Valasc. de jure emphyt. q. 17. Mich. Grass. §. legatum, q. 37. Ioan. Garc. dict. cap. 11. de expens. à n. 45. Molin. d. lib. 1. cap. 27. n. 8. alter Molin. Theolog. de Iustit. tract. 2. disput. 7. vers. usufructuarius tenetur ad expensas, Achil. Pedrocha cons. 2. n. 75. cum seqq. Cardos. in praxi Judicum, verbo Fructus, n. 14. Castill. d. c. 56. n. 14. cum seqq.

7 *Proinde si quid ultra*, &c.] Notatur ad hoc, quod si quid ultra modicam impensam impendit usufructuarius ipse, vel magnam impensam facit, repetit à proprietario, ut per Cabal. milleloq. 13. num. 1. Ioan. Garc. de expens. c. 11. n. 26. Pinel. in l. 1. de bonis mater. p. 2. n. 72. vers. tandem, Surd. de aliment. tit. 6. q. 3. n. 73. in fine, & n. 74. & cons. 155. n. 17. & 18. & latè Castill. dict. tract. de usufructu, c. 57. à
8 princip. ubi n. 2. cum seqq. resolvit, quod usufructuarius quando impensa magna necessaria est, non tenetur à principio impendere, & postea repetere, sed antequam impendat, possit petere pecuniam pro futura impensa à proprietario, vel eundem astringere ad impensam suâ manu faciendam, si fructuario pecuniam dare noluerit.

SUMMARIUM.

1 *Usufructuarius, vel ejus hæres non præscribunt proprietatem, & n. 2. Intellige ut n. 3.*
4 *Usufructuarius non possidet civiliter nec merè naturaliter, nec merè civiliter, n. 5.*

## L. Neque fructuarium. VIII.

*Impp.* Diocletian. & Maximian. AA. & CC. *Etheroni.*

USufructuarius, vel ejus hæres non præscribunt proprietatem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati ad l. 1. n. 1. supra hoc tit. 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt l. Hispan. 5. in med. tit. 30. p. 3. Bald. ad præscript. 4. p. quarta, p. 11. n. 38. & p. 1. sexta, casu 26. n. 51. Tiraq. de constituto, p. 2. ampl. 10. n. 5. & 6. Ant. Gom. l. 45. Tauri, n. 106. col. 2. in princ. Cov. in reg. possessor p. 2. §. 9. n. 2. Menchac. illustr. controvers. p. 1. c. 65. n. 18. Menoch. cons. 201. num. 124. ubi n. 123. id intelligit quando quis constitutus est, vel relictus simpliciter usufructuarius, cùm nullum habeat jus, quod præscribere possit, secus quando usufructus est constitutus, adjecto pacto liberationis, seu 3
recuperationis, soluta aliqua summa, secuti in pignore contingit; hoc enim casu adversus actionem illam, illudve jus recuperationis currit præscriptio; quo jure, & actione sublatis, usufructuarius extincto usufructu manet proprietarius, Cald. Pereira de renovat. emphyt. q. 15. n. 45. Castill. in tract. de usufructu, c. 68. n. 19.

In Gloss. *Præscriptio munit.* ibi, *quia non possidet* 4
*civiliter*, &c. Notatur ad hoc, quod usufructuarius non possidet civiliter, ut per Cujac. in recit. solemnib. in lib. Digest. ad l. naturaliter, in princip. ff. de acquir. possess. Franc. Hotroman. observat. lib. 9. c. 1. col. 2. ad med. Connan. comment. juris civilis lib. 3. c. 10. de possessione naturali & civili, n. 2. Cov. in reg. possessor, p. 2. §. 9. n. 5. Vacon. à Vacuna juris civilis declaratorum lib. 2. cap. 38. per tot. & præcipuè n. 4. ubi probat usufructuarium nec merè natu- 5
raliter, nec merè civiliter possidere, Donel. comment. juris civilis lib. 5. c. 6. col. 2. vers. ex omnibus, Pachinæ. controvers. lib. 8. c. 18. Castill. d. tract. de usufructu, c. 6. n. 39. cum seqq.

SUMMARIUM.

1 *Usufructuarius, vel is, cui relictæ sunt operæ, servi alienandi potestatem non habet.*
2 *Usufructuarius non potest alienare, nec cedere usumfructum: intellige ut num. 3. & conclude ut num. 4.*
5 *Usufructus non potest transferri in alium, cùm cohæreat personæ, nec constitui novum per fructuarium, qui rei dominus non est, n. 6. Contrarium, num. 7. Componitur, n. 8.*

## L. Usufructu matri. IX.

*Idem* AA. & CC. *Auxanesæ.*

USufructuarius, vel is, cui relictæ sunt operæ, 1
servi alienandi potestatem non habet. Colligunt

gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supra hoc tit.*

2 Ex hoc textu vulgò colligitur, usufructuarium alienare non posse, nec cedere usumfructum, ut per *l. 20. Hispan. in fine, tit. 31. part. 3.* Petr. Gregor. *syntagm. juris p. 1. lib. 4. cap. 3. n. 22.* ubi videtur textum intelligere in venditione proprietatis, Mench. 3 *de succ. feud. cat. tom. 1. lib. 1. §. 7. n. 40. vers. sed quam,* Anton. Gom. *variar. tom. 2. capite 14. numero 15. in princip.* Cavalcan. *de usufructu mulieri relicto, n. 65. in fine,* Cald. Pereira *de resolut. seu extinct. emphyt. c. 14. num. 46.* Hieron Gabr. *cons. 192. num. 11. & 14. vol. 2.* Mendez à Castro *in l. non oportet, de bonis quæ liber. p. 2. n. 119.* & concludit usumfructum extraneo cedi nullo modo posse, vendi verò, aut locari 5 rectè posse, D. Barbos. *in l. usufructu, n. 1. ff. soluto matrim.* ubi ait usumfructum eundem non posse in 6 alium transferri, cùm personæ cohæreat, *l. 4. ff. de novat.* item nec posse novum constitui per fructuarium, qui rei dominus non est.

7 Contrarium tamen, immò usufructuarium impunè posse, ac jure ipso usumfructum, quem habet, sive jus ususfructus alienare, per text. *in l. arboribus 13. §. fructuarius, & in leg. non utitur 45. ff. hoc tit.* resolvunt Pinel. *in l. 1. de bon. mat. part. 3. n. 39.* ubi *n. 40. vers. inde simul,* respondet ad hunc textum & similes, ut scilicet in illis dicatur usumfructum in aliam personam alienari non posse, quia effectus, & tempus, quo ususfructus durare debet, non attenditur nisi ex persona fructuarii alienantis, & ita negotium, & jus manet, etsi alienatio non fieret, Cordub. de Lara *in l. si quis à liberis, §. parens, n. 60. ff. de liber. agnosc.* Felician. *de censib. lib. 2. c. 4. num. 4. tom. 1.* ubi ex eo vendi usumfructum, vel pignori dari posse ait, quia ea non est propria rerum incorporalium alienatio, sed fructuum tantùm, aut corporum, quæ in usufructu continentur, ideóque jus illud incorporeum non amittitur ex venditione, sed fructuum perceptio competit, Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 6. q. 1. n. 14. & 15.* Castill. *tract. de usufructu, cap. 69. n. 15.* ubi *n. 16.* respondet ad textum *in præsenti.*

8 Verùm magis communiter Doctores has contrarias opiniones sub distinctione componere nituntur, distinguentes inter jus ususfructus, & commoditatem percipiendi fructus, itaut jus ususfructus nequeat alienari, ipsa verò commoditas, aut facultas percipiendi fructus maximè, & sic jura contraria conciliando tradunt gloss. *verbo Vel donec, in fine, in l. aboribus, §. 1. ff. hoc tit.* Anton. Gom. Cavalcan. & Hieron. Gabr. *citatis locis,* Sarmient. *select. lib. 3. c. 9. n. 2.* Matienz. *l. 13. gloss. 3. n. 14. tit. 11. lib. 5. novæ Recop.* Ioan. Garc. *de expensis, c. 10. ex num. 28.* Quesada *divers. cap. fin. n. 16.* Spin. *in speculo testam. gloss. 13. princ. n. 61.* Pereg. *de fideicom. art. 40. n. 117.* Monter. à Cueva *Aragon. decis. 46. n. 9. 22. & 55.* Mozz. *de contractib. tr. de emptione, tit. de rebus quæ emi, vel vendi possunt, n. 39.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 22. n. 9.* D. Barbos. *in d. l. usufructu, num. 2. ff. soluto matr.* ubi *n. 3.* respondet ad adducta in contrarium, & dicit quod si fructuarius posset vendere jus suum, emptor censeretur fructuarius, & consequenter tantùm per illius mortem extingueretur ususfructus, non autem per mortem vendentis, quod non est dicendum. Cardos. *in praxi judicum, verbo fructui, n. 18.* Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 7. vers. licè proprietarius,* Rebell. *de obligat. justit. p. 1. lib. 1. q. 17. sect. 2. n. 26. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 15. cap. 15. n. 267.*

## L. Si domina. X.

*Idem* AA. *&* CC. *Pomponio.*

MOrte domini non extinguitur locatio usus- 1
fructus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. sup. hoc tit.* post omnes Giphan. *tom. 1. tag. 159.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt Cremens. *sing. 170. l. Hispan. 3. tit. 8. part. 5. ubi gloss. 2.* Gregor. Lopez *l. 24. verbo Tuviere, titul. 31. part. 2.* D. Barbos. *in l. divortio, in princip. part. 2. num. 34. & in l. usufructu, num. 7. ff. soluto matrimon.*

## L. Habitatio. XI.

*Idem* AA. *&* CC. *Theodoro.*

HAbitatio morte finitur. Colligunt ex Ordin. 1
Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt *l. Hispan. fin. tit. 31. part. 3. ubi gloss. 1. post princ.* Hottoman. & Pichard. *in §. ult. Instit. de usu & habit.* Ricciard. *ad rubr. Instit. hoc titul. n. 135. vers. primò quia usufructus,* Castill. *in tract. de usufructu, c. 28. & 31.* Rebell. *de obligat. justit. p. 1. lib. 1. q. 7. sect. 3. n. 29.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Tempus certæ ætatis appositum juri jam quæsito non inducit conditionem.*

2 *Ususfructus relictus usque ad tempus certæ ætatis, aut qualitatis, non perit illius morte, sed cum temporis eventu relictus usque ad tempus conditionis incertæ, finitur eveniente conditione: conditio autem si sit impossibilis, aut non eveniat, ad vitam relictus censetur, numero 3. & 4.*

5 *Legatum transmittitur ad hæredes, & quando.*

## L. Ambiguitatem. XII.

*Imp.* IUSTINIANUS A. *Iuliano P. P.*

TEmpus certæ ætatis appositum juri jam quæ- 1
sito conditionem non inducit. Item ususfruc- 2
tus relictus usque ad tempus certæ ætatis, aut qualitatis, non perit illius morte, sed cum temporis eventu. Item relictos ususfructus usque ad tempus conditionis incertæ finitur conditione eveniente: 3
conditio autem si sit impossibilis, aut si non eveniat, ad vitam relictus censetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

Vide Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 6.* 4
*col. 2.* Roman. *sing. 244. & 287.* Castill. *in tract. de usufructu, cap. 62. n. 13.* ubi ait, quod si ususfructus relinquatur alicui donec hæres, vel alius ad certam ætatem pervenerit, & eveniat quod hæres, vel alter ante dictam ætatem, vel tempus moriatur, legatarius consequetur usumfructum usque ad ætatem præfinitam, quia personam potius quàm tempus consideravit principaliter testator, & ex Cavalcan. *de usufructu mulieri relicto, n. 137.* rectè probat contrà esse cùm ususfructus relinquitur ad certum tempus;

quia mortuo uſufructuario ante tempus, finitur ſtatim, nec pro tempore deficiente ad hæredes tranſit.

3 *Non eſt penitus poſſibile*, &c. ] Ergo ſi non fuerit vita functus, legatum tranſmitteretur ad hæredes, quia in diem relictum, de quo vide Iaſ. *in l. ſi cui legetur, §. hoc autem, n. 1. ff. de legat. 1.* Tiraquell. *in l. ſi unquam, verbo revertatur, n. 106. de revocan. donat.*

---

SUMMARIUM.

1 *Sive habitatio legetur, ſive uſusfructus habitationis, jus habitandi legatum videtur, & per me poſſum habitare, & locare alii, & n. 2. Intellige ut n. 3. 4. 5.*

6 *Habitatio, uſus, & uſusfructus in quo differant, remiſſivè.*

## L. Cùm antiquitas. XIII.

### *Idem* A. *eidem.*

1 SIve legetur habitatio, ſive uſusfructus habitationis, jus habitandi legatum videtur, & per me poſſum habitare, & alii locare. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 27. tit. 31. part. 3.* ibi, *E puede morar en ella eſte à quien otorgaron la morada con la compania que tuviere, y a un ſe la quiſiere arrendar ò alogar, puece lo facer.* Cremen. *ſing. 110.* Conn. *comment. juris civilis lib. 4. c. 5. n. 6.* ubi argumentationibus quibuſdam hanc deciſionem auſus eſt impugnare, inferens deinde, quod ſi hodie apud nos legaretur alicui alicujus domus habitatio, non conceſſuros judices ut aliis eam locaret. Afflict. *decis. 401.* Chærian. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 29. n. 56. pag. 159.*

3 Cardin. Mantic. *de conjectur. lib. 3. tit. 4. n. 8. & de tacitis & ambig. convent. lib. 4. tit. 32. num. 23.* Surd. *de alimentis, tit. 4. q. 4. n. 17.* Franciſc. Hieron. Leo *Valentina deciſ. 59. n. 6.* ubi *n. 7.* dicit textum *in præſenti* loqui ubi habitatio eſt legata, vel conceſſa, non ubi facultas ut poſſit habitare. Pichard. *ad §. ſed ſi cui habitatio, numero 2. Inſtit. de uſu & habit.* Caſtill. *in tract. de uſufructu, cap. 28. num. 23.* ubi quod is, qui habitationem haber, locare, & gratis concedere alteri poteſt, & *n. 24.* poſt Afflict. *d. decis. 401. n. 7.* & Vincent. Carot. *tract. de locato & conducto, tit. de uſu, & habita. q. 3. num. 3.* ait textum *in præſenti*, &

4 ejus diſpoſitionem procedere indifferenter, ſive habitatio relinquatur in ultima voluntate, ſive inter vivos, ſive per viam reſervationis, ſive alio quovis modo, & *n. 26.* ait quod ſi domus fuerit legata ad habitandum, plena proprietas intelligitur legata, ſi verò habitatio fuerit legata, hoc eſt jus habitandi, tunc ſervitus, & jus habitandi cenſetur relictum, & conſequenter utroque caſu juri locandi locus erit indubitanter, ex deciſione hujus textus. Idem Caſtill.

5 *in eod. tr. c. 73. ex n. 21.* per hunc textum tenet quod is, cui habitatio relicta eſt, poteſt illam alteri locare, contra quam deciſionem *num. 23. & 24.* ſic argumentatur. Habitatio re ipſa, & effectu idem eſt cum uſu, *l. ſi habitatio 24. ff. de uſu & habit.* & tamen uſus locari non poteſt, *l. ſed neque, ff. eod. tit. & princ. Inſtit. eod.* ergo nec is, qui habitationem haber, poterit eam locare. Propter quæ ibi ait aliquos exiſtimaſſe, Iuſtinianum *in præſenti* correxiſſe jus antiquum; ſed verius eſt attento jure Digeſtorum non ita certum fuiſſe, habitationem locari non potuiſſe; nam inter Iureconſultos valdè hoc controverſum erat, ut colligitur ex verbis hujus l. & §. *ſed ſi cui habitatio, Inſtit. de uſu & habit.* nonnulli enim crediderunt, nec locari, nec donari poſſe habitationem, cujus opinionis videtur fuiſſe Papinianus, ut conſtat ex *d. l. ſi habitatio*; alii verò exiſtimârunt habitationem locari poſſe, cujus ſententiæ fuit Marcellus, quem refert Imper. *in d. §. ſed ſi cui habitatio.* Alii denique in hac diſputatione inter ſe diſſentiebant, ut ſignificat hic textus ibi, *actorum jurgium decidentes*: quare Iuſtinianus, ut prædictam altercationem tolleret. Marcelli, ſequaciúmque opinionem ſequutus præfatam controverſiam decidit, & habitationem locari poſſe propter rerum utilitatem ſtatuit, ut *in d. §. ſi cui habitatio.*

In gloſſ *Habitatio.* In quo autem differant habitatio, uſus, & uſusfructus? vide Connan. *comment. juris civilis lib. 4. c. 5. n. 4 cum ſeqq.* Pichard *ad §. fin. n. 2. Inſtit. de uſu & habit.* Ricciard *ad rub. Inſt. hoc tit. n. 235.* Caſtill. *d. tr. de uſufructu, c. 28. num. 21.* Molin. *de juſtit. tr. 2 diſp. 5. in fin.* Rebell. *de oblig. juſt. p. 1. lib. 1. q. 7. ſect. 3. n. 29.* 6

---

SUMMARIUM.

1 *Appellatio hæredis relata ad id, quod ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, in perſona primi hæredis finitur.*

2 *Teſtator ſi legat proprietatem deducto uſufructu, mortuo primo herede finitur uſusfructus, & conſolidatur cum proprietate.*

3 *Privilegium cuipiam, & hæredi ſuo conceſſum, intelligitur de primo hærede tantùm, non etiam de cæteris.*

4 *Proponuntur opiniones nonnullorum, & n. 5.*

6 *Hæredum mentione facta, ſive in plurali, ſive ſingula i numero, ſemper veniant hæredes hæredum.*

## L. Antiquitas. XIV.

### *Idem.* A. *eidem.*

APpellatio hæredis relata ad id, quod ſui natura non eſt tranſmiſſibile ad hæredes, in perſona primi hæredis finitur. Item teſtator ſi legat proprietatem deducto uſufructu, mortuo primo hærede finitur uſusfructus, & conſolidatur cum proprietate. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1 2

Quoad primam partem concluſionis vide Tiraq. *in tract. le mort, p. 2. declar. 5. num. 6.* ubi quod privilegium cuipiam, & hæredi ſuo conceſſum, intelligitur de primo hærede tantùm, non etiam de cæteris, Connan. *comment. juris civilis lib. 4. c. 6. n. 2. col. 2.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 11. n. 14. & cap. 15. n. 18. in princip.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 14. n. 22.* Guttier. *de juram. confirm. part. 1. cap. 48 n. 8. & 9.* Alex. Raudenſ. *de analog. lib. 1. c. 15. n. 78. & 80.* Sim. de Prætis *de interpretat. ultim. volunt. lib. 1. ſolut. 2. n. 10.* Pichard. *ad §. finitur, n. 6. Inſtit. de uſufructu*, Molin. *de Iuſtit. tract. 2. diſp. 9. n. 1. in fine*, latè Caſtill. *in tract. de uſufructu, c. 61. n. 24. cum ſeqq.* 3

Hujus textus deciſionem exiſtimant nonnulli ex *ſupra* relatis fundatam eſſe ex natura ipſa uſusfructus, ſecundùm quam morte finitur: quod non videtur admittendum, cùm juxta eam nec ad primum hæredem deberet tranſire. Alii putant ex eo procedere, quia in hoc textu facta fuit mentio de hærede in numero ſingulari, ut per Palat. *in repet. rubr. de don. inter virum, §. 69. n. 19.* Tiraq. *in tract. le mort,* 4

p. 2.

*p. 2. declar. 5. n. 6.* & citatos ab Anton. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de legib. concl. 2. n. 3.* Sed id regulariter verum non eſt, quia ſive in numero plurali, ſive in ſingulari facta ſit mentio hæredum, ſemper veniunt hæredes hæredum, Cardin Mantic. *dict. lib. 8. tit. 14. n. 21.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 32. nu. 61.* Fuſar. *de ſubſtitut. q. 343. num. 4.* Alii magis communiter eam rationem præſtant, quia ſumus in re, quæ ſui naturâ non tranſit ad hæredes, & tunc ubi appellatio hæredis refertur ad id, quod de ſui naturâ non eſt tranſmiſſibile ad hæredes in perſona primi hæredis finitur: ita Alphan. *collect. 469.* Tiraq. *in tract. le mort. q. 4. declar. 4. n. 42.* Cardin. Mantic. *d. lib. 8. tit. 14. num. 21.* Joſeph. Ludov. *concl. 16. illat. 44. vers. tertiò limitatur*, Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præs 130. n. 6.* D. Barboſ. *in leg. quia tale 14. num. 34. trope fin. ff. ſoluto matr.* Fuſar. *d. q. 343. n. 5.* Ego ipſe *de appellat. verborum utriuſq; jur. ſignif. appel 113. n. 34.* qui omnes citant hunc textum ad probandum, quod ubi verbum, *hæres*, profertur in materia non tranſmiſſibili ad hæredes, intelligitur de primo hærede. Denique Caſtill. *d. c. 61. n. 28.* præter omnes aſſeruit rationem in eo fundari, ne aliàs proprietas remaneat prorſus, atque perpetuò inutilis, ſemper abſcedente uſufructu: quapropter cùm uſusfructus ſic relinquitur, mediam viam eligendam antiqui putarunt, ut ſcilicet valeat legatum, atque ut mentio hæredis ſine effectu non ſit, nec etiam proprietas inutilis perpetuò remaneat, ad primum dumtaxat legatarii hæredem extendatur legatum.

---

SUMMARIUM.

1 *Vſusfructus ubi per ſervum acquiſitus, alienatio ejus non tollit jam factam acquiſitionem,*
2 *Vſusfructus ſervo relictus per alienationem partis ſervi non extinguitur.*

## L. Inter antiquam XV.

### *Idem* A. *eidem.*

SI per ſervum fuit uſusfructus acquiſitus, alienatio ejus non tollit acquiſitionem jam factam. 1 2 Per alienationem partis ſervi non extinguitur uſusfructus ſervo relictus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit Mendez à Caſtro *in repet. l. cùm oportet, de bonis quæ liber. part. 1. n. 117. vers. unde nec ejus emancipatione*, & Caſtill. *in tract. de uſufructu, cap. 74. n. 1. vers. difficultas.*

---

SUMMARIUM.

1 *Vſusfructus non petendo, & perſonalis actio pro eo, ſeu pro patientia competens, ſpatio longi temporis, non minori finitur, non finitur minima, ſed media capitis diminutione, n. 2. 3. Amittitur ſi uſufructuarius rei mobilis olim anno, vel hodie in triennio uſufructu uſus non eſt, aut rei immobilis olim biennio, & hodie decennio inter præſentes, aut vicennio inter abſentes, n. 4. Amplia ut n. 5. 6. Et limita ut n. 7. 8. 9.*
10 *Actio pro uſufructu conſtituendo competens, eodem temporis ſpatio, quo uſusfructus jam conſtitutus tollitur.*
11 *Declaratur textus l. 16. de uſufruct.*
12 *Vſusfructus morte naturali uſufructuarii finitur, & cum proprietate conſolidatur, finitur maxima & media, capitis diminutione uſufructuarii, n. 13. mutatione rei extinguitur, & cum proprietate conſolidatur, n. 14.*
15 *Intellectus verborum*, niſi talis exceptio uſufructuario opponatur, *l. 16. de uſufruct.*
16 *Vſusfructus computatur inter immobilia.*
17 *In ſervitutibus requiritur patientia ſucceſſiva ex parte debitoris; & dicitur impedire ſervitutem, & in pœnam incidere, ſi aliquo tempore reſiſtat.*

## L. Corruptionem. XVI.

### *Idem* A. *eidem.*

USusfructus non petendo, & perſonalis actio pro eo, ſeu pro patientia competens, ſpatio longi temporis, non minori finitur. 1 Item uſusfructus non finitur minima, ſed media capitis diminutione. 2 Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag. 162.*

Hanc eandem concluſionem quoad primam ejus partem ex hoc textu deducunt *l. Hiſpan. 24. vers. otroſi dezimos, tit. 71. part. 3. ubi gloſſ. 3.* Eguinar. Baro *ad titul. Inſtit. hoc tit. vers. quod ve ò per modum.* Cujac. *recitat ſolemnium in libros Digeſt. ad l. 2. ff. de uſuf. legato, vers. & ideo ſi fructuarius*, Covar. *var. lib. 1. c. 17. n. 11.* Padill. *in l. ſicut, n. 1. de ſervitut.* Petr. Ricciard. *ad §. finitur, n. 9. & 23.* & *ibidem* Pichard. *n. 10. Inſtit. hoc tit.* Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto, n. 168. cum ſeqq.* Bald. *de præſcript. 2. p. 4. q. 7. & 3. p. 1. q. 5* Molin. *de Juſti. tract. 2. diſp. 9. n. 1. vers. item ſi uſufructuarius eo non utatur*, Caſtill. 3 4 *in tractat. de uſufructu, cap. 67. ex num. 1.* ubi quod ſi uſufructuarius rei mobilis olim anno, vel hodie in triennio uſufructu uſus non eſt, aut ſi rei immobilis uſufructu olim biennio, & hodie decennio inter præſentes, aut vicennio inter abſentes uſus non eſt, uſusfructus amittitur: Et *n. 24.* ampliat ut procedat non ſolùm in totum, verùm etiam pro parte, 5 ut pro parte amittatur uſusfructus, & pro parte non, ſi uſufructuarius pro parte non utatur, & pro parte ſic: Et *num. 25.* ampliat etiam non ſolùm in 6 uſufructu relicto in ultima voluntate, verùm etiam inter vivos: Et *n. 8.* limitat ut minimè procedat in uſufructu civitati, aut Eccleſiæ relicto, qui centum 7 annorum ſpatio per non uſum amitti, aut finiri debebit, cum centum annorum ſpatio durare debeat, *l. an uſusfructus, ff. de uſufructu, & n. 29.* limitat in 8 operibus ſervorum, quæ non utendo, aut capitis diminutione non amittuntur, & *à n. 30.* limitat denique cùm uſusfructus alternis annis legatur, ut *ibid.* 9 latè explicat.

*De perſonali autem actione*, &c. ] Probare videtur textus juxta communem omnium intellectum, 10 quod actio pro uſufructu conſtituendo competens tollitur eodem temporis ſpatio, quo uſusfructus jam conſtitutus tollitur, in quo contrariari videbantur *l. ſicut, & l. omnes, de præſcr. 30. dum* decidunt actiones perſonales minori tempore quàm triginta annorum non præſcribi, nec extingui. Propter quæ jura 11 receptior, & communior ſolutio tenet textum *in præſenti* non loqui, nec intelligendum eſſe in actione perſonali primordiali, quæ pro uſufructu conſtituendo, aut nondum conſtituto competit; ſed de ea, quæ poſt uſumfructum conſtitutum datur, ut is qui conſti

conſtituit, patiatur uſufructuarium uti frui liberè poſſe. Ratio diſtinctionis eſt, quia actio perſonalis cùm ſit acceſſoria ad ipſum jus uſusfructus, extincto eo per non uſum legitimi temporis, ampliùs durare non debet, quod ſecus eſt in actione primordiali, quæ non amittitur minori tempore quàm 30. vel 40. annorum. Ita Bald. *de præſcrip. 3. part. quartæ partis princip. q. 5. n. 2. & 3.* Franc. Marc. *Delphinali decis. 831. part. 1.* Cavalcan. *de uſufructu mulieri relicto, n. 169. in fine.* Sed his, & aliis interpretandi modis rejectis, Caſtill. *d. c. 67. ex n. 10.* intelligit principalem reſolutionem ex textu deſumptam de præſcribenda actione perſonali hujuſmodi decem, vel viginti annorum ſpatio procedere titulo & bona fide intervenientibus, juxta deciſionem *l. fin. de præſcript. longi temp.* Aliam verò deciſionem, quæ dictat has perſonales actiones non præſcribi minori tempore quàm triginta annorum, intelligendam cùm abſque titulo, & bona fide præſcriptio procedit, juxta *d. l. ſicut, & l. omnes, de præſcript. 30.*

12 *Niſi tantummodo morte uſufructuarii*, &c. ] Notatur ad hoc, quod de morte naturali uſufructuarii finitur uſusfructus, & cum proprietate conſolidatur, ut per *l. Hiſpan. 24. tit. 31. part. 7.* Ant. Gom. *tom. 2. var. c. 15. num. 19.* Molin. *de Juſtit. tract. 2. diſp. 9. num. 1. vers. item morte*, latè Caſtill. *d. tract. de uſufructu, c. 61. à princip.* Et an ſi uſusfructus pluribus relinquatur, mortuo uno, illius pars ſocio accreſcat, vide Anton. Gom. *d. tom. 2. cap. 10. de jure accreſcendi, num. 41.* Rebell. *de obligat. juſtit. part. 1. lib. 1. q. 7. ſect. 2. num. 24.*

13 *Vel capitis diminutione*, &c. ] Notatur ad hoc quod uſusfructus maxima, & media capitis diminutione uſufructuarii finitur, ut per *l. Hiſpan. 24. vers. E dezimos que ſi aquel, tit. 31. p. 3.* Pichard. *ad §. finitur, Inſtit. hoc tit. num. 8. & 9.* Petr. Ricciard. *ad §. fin. num. 19. & 20. Inſt. t. eod.* latè Caſtill. *dict. tract. de uſufructu, cap. 66. per tot.* Molin. *de Juſtitia tractat 2. diſp. 9. num. 2.* Rebell. *de obligat. juſtit. part. 1. lib. 1. q. 7. ſect. 2. n. 16.* Quæ autem dicatur maxima, & media capitis diminutio, vide apud illos.

14 *Et ipſius rei interitu*, &c. ] Notatur ad hoc, quod uſusfructus mutatione rei extinguitur, & cum proprietate conſolidatur, ut per Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 7. n. 7. vers. rei etiam peremptione, & n. 8. & 9. l. Hiſpan. 25. tit. 31. part. 3.* Ant. Govean. *lectionum juris var. lib. 1. cap. 38.* Joan. Garc. *de expens. cap. 11. num. 18. & 19.* Surd. *cons. 155. nu. 5.* Caſtill. *d. tract. de uſufructu, cap. 72.* Rebell. *d. p. 1. lib. 2. q. 7. ſect. 1. num. 16.* Quod adeò verum eſt, ut nec reviviſcat uſusfructus ſemel extinctus, etiam rebus fructuarii denuò erectis, hoc eſt, etiamſi ſemel exuſtas, & collapſas; ſolóque dirutas ædes ex integro hæres, aut proprietarius refecerit. Cephal. *conſil. 20. n. 16. cum ſeqq. lib. 1.* Surd. *d. cons. 155. à n. 5.* Joan. Garc. *d. c. 11. n. 19.* Caſtill. *d. c. 72. n. 6.* ubi *n. 7.* per *d. l. Hiſp. 25.* ait quod nec etiam poteſt fructuarius opus dirutum, aut deſtructum reficere, ut uſufructu utatur & fruatur, quia ſemel extincto uſufructu, jus ejus in perpetuum periit: Et *n. 11.* intelligit procedere in legato particulari uſusfructus, veluti cùm domus, aut fundus legatur, quo caſu rei mutatione ſic extinguitur uſusfructus, ut nec areæ uſusfructus debeatur, ſecus in legato generali uſusfructus, veluti cùm univerſorum, aut omnium bonorum uſusfructus relinquitur; tunc enim areæ uſusfructus retinetur, aut peti poteſt, per textum *in l. quoties 41. §. univerſorum, ff. hoc tit. & n. 15.* procedere etiam ait in uſufructu, & ſervitutibus perſonarum, in ſervitutibus verò rerum, vel prædiorum minimè obtinere, & conſequenter ſervitutes reales, aut prædiales mutatione rei non perire, ſive peremptas ſemel ex æquitate reſtitui, reſtituto ædificio. 15

*Niſi talis exceptio uſufructuario opponatur*, &c. ] Advertit Caſtill. *d. tract. de uſufructu, cap. 67. n. 10.* verum ſenſum horum verborum in eo conſiſtere, ut neceſſariò intelligere debeamus Juſtinianum ipſum novè ſtatuiſſe, nec actionem perſonalem pro uſufructu competentem, nec uſumfructum ipſum jam conſtitutum ex ſola negligentia non utentis amitti, niſi talis præſcriptio, ſive exceptio opponatur quæ ſufficeret ad præſcribendam proprietatem, & integrale dominium; cujus pars uſusfructus dicitur, *l. 4. ff. hoc tit.* hoc eſt decem, vel viginti annorum præſcriptio cum titulo, vel bona fide, juxta deciſionem *l. fin. de præſcript. longi temp.* aut fine his 30. annorum præſcriptio, juxta textum *in l. ſicut, & in l. omnes, de præſcrip. 30.*

*Quæ etiamſi dominium*, &c. ] Notatur ad hoc, 16
quod uſusfructus inter immobilia computatur, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 7. n. 57.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 147. n. 1. in princ.*

Notatur etiam ad hoc, quod in ſervitutibus ex 17
eo, quod non poteſt dari perfecta traditio, requiritur patientia ſucceſſiva ex parte debitoris, & dicitur impedire ſervitutem & in pœnam incidere, ſi aliquo tempore reſiſtat, ut per Anton. Gom. *l. 45. Tauri, num. 67. in fine.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Vſusfructus filiofam. vel ſervo alieno relictus acquiritur patri, & domino, qui moriente filio, aut ſervo, reſidet apud patrem, & dominum, & num. 2.*

3 *Declaratur lex ult. de uſufr. & n. 4.*

5 *Legatum filio in poteſtate relictum, ejus contemplatione, non patris, relictum videtur, & n. 6. Limita ut n. 7.*

## L. Ex libris. XVII. & ult.

### *Idem* A. *Ioanni P. P.*

USusfructus filiofam. vel ſervo alieno relictus 1
acquiritur patri & domino, qui moriente filio, aut ſervo reſidet apud patrem & dominum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pagina 165.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt, de ejuſque intellectu latè agunt Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 6. n. 4.* Roder. Xuar. *ſuper quæſt majoratus, q. 6. n. 11.* Pinel. *in l. 1. de bonis mat. part. 1. n. 41.* Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part. 1. lib. 4. cap. 5. n. 8. 12. & 20.* Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 9.* Petr. Ricciard. *ad §. finitur, n. 5. Inſtit. hoc tit.* Pichard. *ad §. finitur, num. 4. & 5. Inſtit. hoc tit.* Morl. *in emporio juris, part. 1. tit. 6. quæſt. 1. num. 6.* Mendez à Caſtro *in l. cùm oportet, de bonis quæ liber. part. 2. num. 114. cum ſeqq.* latè Caſtill. *in tract. de uſufructu cap. 63. per tot.*

Difficilis reputatur hic textus; difficultas autem 3
conſiſtit in hoc, quod Juſtinianus *in præſenti* expreſsè probat, morte uſufructuarii non finiri uſumfructum, dum dicit uſumfructum relictum ſervo, vel filiofam. & per ipſos acquiſitum patri, vel domino, eorundem morte non finiri, neque etiam morte domini, aut patris: utriuſque potiùs mortem, & patris, filii & ſimul expectandam eſſe; id quod jure procedere non poſſe videbatur; nam aut ille uſusfructus

fructus

fructus filii erat, & tunc morte ipſius finiri debebat, *ex reg. 3. finitur*, cum ſimilibus; *Inſtit. hoc tit.* aut per alium mediante diſpoſitione legis acquiſitus fuerat patri, ita ut pater eſſet verus uſufructuarius, & tunc mors filii in conſideratione habenda non erat, ſed mors patris, ex qua uſusfructus finiri debebat, ſi verum eſt uſufructuarii morte uſumfructum extingui: & ad proprietatem reverti: & augetur dubium, nam hodie ex nova Juſtiniani conſtitutione *in d. l. cùm oportet*, adventitiorum omnium reſervata eſt proprietas filiis, ſolo uſufructu reſervato parentibus.

4 In propoſita difficultate ſunt qui exiſtiment verum eſſe, uſumfructum finiri morte ejus, cujus contemplatione relictus eſt; quod ſi non appareat cujus contemplatione relictus fuerit, & ſic verſemur in dubio, id ex futuro eventu declarandum; nam ſi filius decedat vivo patre, hic eventus declarat uſumfructum fuiſſe relictum contemplatione patris, ipſique patri intelligi acquiſitum: & conſequenter mortem ejus expectandam: ſed ſi pater decedat ſuperſtite filio, iſte eventus declarat contemplatione filii uſumfructum fuiſſe relictum, & conſequenter etiam morte ejus, non patris extingui. Ita Bart. *in præſenti*, Anton. Gom. *l. 48. Tauri, n. 2. n fine*, Padill. *in l. quamvis ſimpliciter, n. 10. de fideicommiſſ.* Cavalcan. *de uſufructu vulieri relicto, num. 179. vers. quod autem debeat habere, & n. 234.* Cardin. Mantic. *de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. num. 9* Petr. Ricciard. *in dicto §. finitur, num. 5.* Sed hæc interpretatio verè non tollit difficultatem propoſitam, éſtque maximum abſurdum dicere voluntatem teſtatoris in hoc
12 caſu certum aliquid non continere, ſed ex futuro eventu pendere, ex illóque, & non certa juris doctrina, vel ipſius teſtatoris diſpoſitione declarandum, hanc, vel illam fuiſſe teſtatoris voluntatem. Aliter igitur declarat Cujac. *tract. 5. ad Africanum, ad l. 17. ff. de uſu & habitat.* ex eo ſcilicet procedere deciſionem hujus textus, quia pater & filius cenſentur una & eadem perſona per legem, indéque eſt quod uſusfructus quæſitus patri per filium, abſque interpretatione remaneat penes filium, quia altero mortuo
14 ſi alter ſupereſt, quaſi ſupereſſe videtur eadem perſonâ: ſed meritò improbat Mendez à Caſtro *dict. part. 2. num. 115.* Tertio loco affirmant alii textum *in præſenti* procedere non poſſe hodie de jure novo, indéque inferunt, quod ſi uſusfructus tantum alicujus rei filiofamilias relinquatur hodie, morte ejuſdem filii uſusfructus ipſe extingui debebit, nec vivente eo poterit eſſe penes patrem, ex quorum numero ſunt Ferdin. Arias *l. 46. Tauri, n. 5. ad finem.* Matienz. *l. 9. gloſſ. 1. n 9. tit. 1. lib. 5. novæ recopilat.* Mendez à Caſtro *dicta part. 2. n. 118.* Sed iſtum intellectum improbat Caſtill. *dicto c. 63. n. 25. cum ſeq.* qui tamen *ibid. n. 14.* pluribus aliis interpretationibus rejectis dicit verum ſenſum hujus textus eſſe poſſe, quod Imperator *in præſenti* interpretatus fuerit *dict. leg. cum oportet, de bonis quæ liber.* & totum jus antiquum: nam cùm in quæſtione hîc propoſita, quæ difficilis erat, & ardua, ex una parte dicendum videretur uſumfructum per filium patri quæſitum non poſſe remanere penes filium poſt mortem patris, ex juris principiis vulgatiſſimis, mutatione rei, & morte uſufructuarii uſumfructum extingui: ex alia autem parte videretur contrarium, nam *in d. l. cùm oportet* defertur filio proprietas cujuſlibet rei per ipſum acquiſitæ, & ſic jus etiam uſusfructus deberet penes filium remanere, & non fraudari uſufructu, maximè cùm regulariter ſtet pro eo præſumptio, teſtatorem contemplatione magis filii, quàm patris uſumfructum reliquiſſe: in eo agitur dubio conſtiturus Juſtinianus decidit in ſpecie hujus textu verum uſumfructum patri acquiſitum penes ipſum etiam mortuo filio manſurum, ſecundum antiqua jura & noviora, & poſt mortem patris eundem etiam intractum, & nunquam extinctum apud filium remanere debere, tum ob rationem *dictæ l. cùm oportet*: tum etiam, quia pro filio ſtat juris præſumptio, quod magis ipſius quàm patris contemplatione uſusfructus fuerit relictus, & ſic mortuo patre penes ipſum remanet nunquam extinctus.

*Cùm plerumque veriſimile ſit teſtatorem*, &c.] Notatur ad hoc, quod in dubio legatum filio in poteſtate relictum, ejus contemplatione, non patris, relictum videtur, ut per Afflict. *decis. 393. num. 5. cum ſeqq.* Padill. *in l. quamvis, num. 10. de fideicommiſſ.* Anton. Gom. *l. 48. Tauri, n. 2.* Emman. à Coſta *ſelectarum lib. 2. cap. 17. n. 4.* Alvarad. *de conject. mente defuncti, lib. 3. cap. 1. n. 3. vers. & quando*, Cardin. Mantic. *de conjecturis ultim. volunt. lib. 8. tit. 26. n. 4.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib. 1. interp. 2. ſolut. 6. n. 14. & 15.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 28. num. 17. & lib. 4. præſumpt. 22. num. 1. cum ſeq.* Surd. *decis. 322. num. 46.* ubi per 6
hunc textum tenet regulariter filio relictum, non patris, ſed ſui ipſius contemplatione relictum videri; 7
ſed *numero 47.* Limitat quando eſt relictum ſub commemoratione patris, & patriæ poteſtatis, quia tunc patris contemplatione, non filii, datum videtur, & eo magis quando datur filiis nondum natis, & ita incognitis, quia ad eos non poteſt applicari dilectio, Cald. Pereira *de nominat. emphyteut. quæſt. 19. num. 44.* Sanchez *de matrim. lib. 6. diſp. 26. num. 10.* Caſtill. *dicto tractat. de uſufructu, cap. 64. num. 6.*

## *De ſervitutibus, & aqua.*

## TIT. XXXIV.

SERVITUTIBUS perſonalibus ſubjiciuntur ſervitutes reales, ſeu prædiales, quæ ſimplici ſervitutum appellatione ſæpè ſignificantur. Scripſerunt in rubr. Bart. Sichard. Aloyſ. Leo, item Cujac. Pac. & Vveſembec. & *tom. 7. reper.* Anton. de Padilla. De ſervitutibus peculiariter egit Petrus Rebuffus, & de ſervitutibus prædiorum ruſticorum, & urbanorum, Barthol. Cæpolla *tom. 6. tractat. Doctor. part. 2. fol. 209.* & de ſervitutum controverſa materia Petrus Caſenius.

De materia tit. vide *l. Hiſp. 1. tit. 31. part. 3.* Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 7. & 11.* Anton. Govean. *lectionum juris var. lib. 2. cap. 15. & 16.* Anton. Gom. *var. tom. 2. cap. 15.* Robert. *lib. 4. ſent. cap. 5.* Menoch. *remed. 6. retinendæ.* Kirchov. Bellacomb. Vezin. Suar. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 29.* Mendoz. *diſp. juris civilis in difficiliores leges tit. ff. de pactis, lib. 4. cap. 4. à num. 1.* Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 6. de ſervitutib.* Covarr. *in regul. poſſeſſor, part. 2. §. 4. num. 5.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tit. 566. cum duobus ſeq.* Donell. *comment. juris civilis lib. 11. cap. 1. cum ſeqq.* Petr. Gergor. *ſyntagmat. juris part. 1. lib. 4. cap. 17. cum ſequentibus.* Molin. *de Juſtit. tractat. 2. diſp. 11. cum ſequentibus*, Rebell. *de obligation. juſtit. part. 1. lib. 1. quæſt. 8. ſect. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Servitus habens continuam cauſam præſcribitur longo tempore.*
2 *Libertas contra ſervitutem altius non tollendi præſcribitur longo tempore ab eo, qui bona fide fuit in poſſeſſione.*
3 *Actiones pro ſervitutibus more ſolito intentanda.*
4 *In ſervitutibus præſcribendis bona fides requiritur.*
5 *In præſcriptione rerum incorporalium requiritur, quod neceſſariò probari debet bona fides, quæ in corporalibus non præſumitur niſi probetur.*
6 *In ſervitutibus negativis, ut altius non tollendi, vel non ædificandi, & ſimilibus, præſcriptio non incepit currere niſi in tempore quo intervenit prohibitio ex parte præſcribentis contra vicinum volentem ædificare.*
7 *Conſuetudo vim pacti habet.*

## L. Si quas actiones. I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Calpurniæ.*

1 SErvitus habens continuam cauſam præſcribitur
2 longo tempore. Item libertas contra ſervitutem altiùs non tollendi præſcribitur longo tempore ab eo, qui bona fide fuit in poſſeſſione. Actiones pro
3 ſervitutibus more ſolito intentandæ. Colligunt ex Ord. Gyn. Bart. Salicet. Angel. Bald. Caſtr. Sichard. Aloyſ. Leo *fol.* 67. Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. & tom. 7. tract. Doctor.* Anton. de Padilla, & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 167.

Circa materiam præſcriptionum ſervitutum vide Palat. *in repet. cap. per veſtras de donat. inter virum, notab. 2. §. 1. n.* 34. Corraſ. *ad l. ſervitutes 4. in princip. num.* 46. *ff. hoc titul.* Theſaur. *Pedem. decis.* 16. *num.* 2. Covarr. *in regul. poſſeſſor. part. 2. in initio num.* 7. *in fine, & num.* 8. Surd. *dec.* 236. *n.* 1. Cald. Pereira *quæſt. forens. lib. 1. q* 4. *&* 5. Cardoſ. *in praxi Judicum, & Advocat. verbo Præſcriptio, num.* 73. *cum ſeqq.*

4 *Bona fide fuit*, &c. ] Notatur ad hoc, quod in ſervitutibus præſcribendis bona fides requiritur, ut per Aym. *de antiquit. temporum, part. 4. n. 19. fol.* 135. Cæpol. *in tractat. de ſervitut. ruſtic. prædior. cap.* 4. *num.* 55. *vers. ſecundum requiritur*, Menoch. *remed.* 6. *retinend. num.* 132. Padil. *hic num.* 28. Corraſ. *in d. l. ſervitutes prædiorum ff. hoc tit. n.* 34. Cald. Pereira *d. quæſt.* 5. *num.* 65. ubi ſubdit, quoad eam ſufficit præſcribentem credidiſſe ea ſervitute ſibi uti licere, Maſcard. *de probat. concluſ.* 1215. *ex n.* 15. ubi ex communi Doctorum ſententia reſolvit, quod in præſcriptione rerum corporalium eſt requiſitum,
5 quod neceſſariò probari debet bona fides, quæ in corporalibus non præſumitur niſi probetur, quoniam præſcribens ſervitutem habet præſumptionem juris contra ſe, & Joan. de Balboa *in cap. 1. de præſcript. num.* 32. Caſtill. *controvers. tom.* 7. *de tertiis, cap.* 25. *num.* 5.

6 In Gloſſ. 1. ibi, *& incip. ab eo tempore, quo vicinus meus fuit aliquando à me prohibitus ædificare*, &c. Notatur ad hoc, quod in ſervitutibus negativis, ut altiùs non tollendi, vel non ædificandi, & ſimilibus, præſcriptio non incipit currere niſi à tempore quo intervenit prohibitio ex parte præſcribentis contra vicinum volentem ædificare, ut per Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. fin. n.* 27. *col. 2. vers. item*, Kirchov. *tom. 2. commun. opin. lib.* 7. *tit.* 2. *de uſucap. n.* 126. *pag.* 231.

In ead. Gloſſ. ibi, *& ſic conſuetudo æquivalet veritati* &c. Notatur ad hoc, quod conſuetudo habet vim pacti, ut per D. Barboſ. *in l. ſi conſtante, in princ. n.* 134. *ff. ſoluto matr.*

SUMMARIUM.

1 *Servitus habens cauſam continuam adquiritur longo tempore, niſi fuerit interrupta.*
2 *In ſervitute præſcribenda requiritur ſcientia & patientia adverſarii.*
3 *Libertatem præſcribi etiam domino ignorante, limita ut n.* 4. 5. 6.
7 *Servitus in fundo urbano, vel ruſtico ab initio legitimè conſtituta, an augeri & ampliari poſſit invito patiente.*
8 *Scientia quotieſcumque deſideratur in aliquo caſu, probari debet non ſimplex ſcientia, ſed quod fuerit legitima, certa, & plena, non in genere, ſed in ſpecie.*
9 *In juribus incorporalibus præſcribendis neceſſarius eſt uſus cum ſcientia & patientia domini, & num.* 10. *Contrarium qui teneant, num.* 11. *Refelluntur, num.* 12.
13 *Servitutes an & quando præſcribi poſſint.*
14 *In ſervitute præſcribenda non deſiderari titulum.*
15 *Aqua quando ducitur è flumine, & loco privato, jus acquiritur decennio inter præſentes, vicennio inter abſentes; quando verò ducitur è flumine publico, tunc tantum tempus requiritur, cujus initii memoria non ſit in contrarium.*

## L. Si aquam. I I.

*Idem* A. *Martiali.*

SErvitus habens cauſam continuam acquiritur 1
longo tempore, niſi fuerit interrupta. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 67. *verbo*, Giphan. *tom. 1. pag.* 169. *& tom. 7. repet.* Ant. de Padilla.

*Eo ſciente duxiſti ſervitutem*, &c. ] Notatur ad hoc 2
quod in præſcribenda ſervitute requiruntur ſcientia & patientia adverſarii, ut per Corraſ. *in l. ſervitutes* 14. *ff. hoc tit. num* 41. *in fine.* Surd. *decis.* 236. *nu.* 16. Balb. *de præſcript. in 2. part. 4. partis, quæſt. 1. num.* 12. *vers. quarto requiritur*, Cæpol. *de ſervit. urban. prædior. cap.* 20. *ſub num.* 4. *vers. quartum quod requiritur*, Covarr. *in reg. poſſeſſor, part. 2. in initio, n.* 8. *vers. ſed præter hæc* Ioan. Baptiſt. Fontan. *de ſpoliis, lib. 2. c. 16. n.* 169. *vers. eorum verò jurium*, Surd. *dec.* 236. *n.* 16. Cald. Pereira *quæſt. forens. lib. 1. quæſt.* 4. *n.* 18. ubi etiam reſolvit libertatem præ- 3
ſcribi poſſe etiam domino ignorante. Ariſm. Tepat. *variarum ſentent. tit.* 566. *cap.* 14. Maſcard. *de probat. concl.* 1214. aliàs 1220. *ex n.* 38. ubi *num.* 40. rationem præſtat quare requiratur ſcientia & patientia adverſarii in præſcribendis ſervitutibus, & *num.* 42. limitat ut locum non habeat quando probaretur de
tanti temporis uſu ſervitutis quod hominum memo- 4
riam excederet; non enim tunc requiritur probari de ſcientia & patientia adverſarii: & *n.* 56. Limitat
etiam, ut verum ſit cùm quis ſolum probaret de 5
uſu longi temporis 10. vel 20. annorum, ſecus ſi probaret de uſu longiſſimi temporis 30. vel 40. annorum

nam

nam tunc non requiritur, quod probetur de ſcientia
6 & patientia adverſarii: & *num.* 57. limitat etiam non habere locum cùm haberet titulum ſervitutis à quodam tertio non domino, qui putabatur dominus fundi, & conſtituit ſervitutem in ipſo fundo, quem fortè poſſidebat, licèt eſſet alienus, quia tunc non exigitur quod probetur de ſcientia & patientia domini, ſed præſcribitur ſervitus, exemplo immobilium contra ignorantem, per text. *in l. ult. in fin. de præſcript. longi temporis*, & *n.* 58. limitat denique quando ageretur de probanda liberatione à ſervitute. Vtrùm autem
7 ſervitus in fundo urbano, vel ruſtico ab initio legitimè conſtituta, poſſit invito patiente augeri & am-
8 pliari, vide Gaſp. Theſaur. *quæſt. forens. lib. 1. q.* 81. Et adverte, quod quotieſcunque ſcientia in aliquo caſu deſideratur, probari quidem debet nedum ſimplex ſcientia, ſed quod fuerit legitima, certa, & plena, non in genere, ſed in ſpecie. Gloſſ. *verbo ſciverit, in cap. concertationis, de appell. lib.* 6. Alex. *cons.* 114. *n.* 4. *vol.* 1. Tiraq. *de retract. lign.* §. 36. *gloſſ.* 2. *n.* 31. Hieron. Gabr. *conſil.* 16. *num.* 6. *& conſil.* 40. *num.* 19. *vol.* 1. Caſ. Barz. *decis.* 61. *n.* 19. *& dec.* 48. *n.* 23. *uſque ad num.* 17.

9 Notatur ad hoc, quod in corporalibus juribus præſcribendus neceſſarius eſt uſus cum ſcientia & patientia domini, ut per Corràſ. *in l. ſervitutes* 54. *ff. de ſervitut. num.* 34. *&* 40. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de mater. poſſeſſorii, num.* 125. Bartol. *in d. leg. ſervitutes, num.* 3. *in princip. & num.* 6. Mayn. *lib.* 1. *actionum, cap.* 14. *part.* 2. Corraſ. *lib.* 5. *miſcell. cap.* 5. *cum ſeqq.* Caputaq. *deciſ.* 418. *part.* 2. Balb. *de præſcript.* 2. *part. quartæ partis, q.* 8. *&* 2. *part. quintæ part. quæſt.* 2. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. notab.* 2. §. 44. *vers. ſed eſt pulchra dubitatio, n.* 25. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 25. *&* 26. *&* §. 45. *Tauri, num.* 37. Morl. *in emporio juris, part.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 42. *vers. neque*, Maſcard. *de probat. conclus.* 1215. *num.* 18. Octavian. Cacheran. *Pedem. deciſ.* 101. *num.* 10. *cum ſeqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.* 7. *n.* 7. Gregor. Lopez *l.* 15. *verbo no lo contradiziendo, tit.* 31. *part.* 3. Menoch. *de arbitr. caſu* 161. *num.* 4. Fachinæus *controvers. juris lib.* 8. *c.* 20.
10 Sixtin. *de Regalib. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 146. ubi inquit certi juris eſſe, poſſeſſionem in incorporalibus ſine ſcientia & patientia adverſarii non acquiri. Petr. Gilchen. *de præſcript. parte* 2. *membr.* 3. *cap.* 12. *n.* 4. 8. 9. *&* 10. Fontanel. *de pactis nuptialib. tom.* 1. *claus.* 4. *gloſſ.* 17. *ex n.* 61. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ* 45. §. 2. *numero* 32. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 12. *n.* 11. *cum ſeqq.* Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 5. *n.* 109. Caſtill. *tom.* 1. *de uſufructu, cap.* 12. *ex num.* 27. *& tom.* 7. *de tertiis, cap.* 28. *num.* 1. *cum ſeqq.*
11 Quamvis Ioan. Longavall. Cujac. & Revardus, quos refert & ſequitur Ioan. de Balboa *ad cap. de quarta, de præſcript. quæſt.* 2. *ad l. ſervitutes, num.* 38. contenderint pluribus rationibus hanc ſententiam falſam eſſe, reſpondentes in hoc textu referri, aquam ductam fuiſſe per fundum Martialis, eo ſciente, non quia ſcientia illius eſſet neceſſaria, ſed quia eo modo ſignificavit Imperator, non vi, non clam, non precario poſſediſſe, & inde quod ex hoc non ſtatuitur ſcientiam præcisè requiri ex hypotheſi non propoſita: quæ quidem reſponſio non poteſt adaptari verbis hujus text. convincitur enim aper-
12 tè ex illis verbis, *eo ſciente*, quod non ex eo quod ita factum eſſet, aut ita contigiſſet appoſita fuere, ſed velut conditionaliter (prout de gerundio, & ablativo abſoluto dici ſolet) & ut demonſtrarent ſervitutem per poſſeſſionem Martialis ductam, non aliter tempore quæri potuiſſe, quàm ſi eo ſciente ducta eſſet; & meritò quidem, cùm in juribus incorporalibus, in quibus etiam quaſi poſſeſſio requiritur, cùm ſine poſſeſſione ulla præſcriptio non procedat, & quaſi poſſeſſio ipſa non ex alio quàm ex ſcientia & patientia adverſarii inducatur, & ſubſiſtat. Vnde ut præſcriptio horum jurium incorporalium interrumpatur, ſola impatientia, & reſiſtentia verbalis ſufficit. Ioan. Philip. *conſil.* 42. *num.* 27. *volum.* 2. Cravet. *conſil.* 973. *num.* 23. *lib.* 5. Anton. Faber *in ſuo Cod. tit. de longi temporis præſcript. diffic.* 2. Aldovin. *cons.* 47. *nu.* 10. *&* 11. *vers. ſola impatientia*, Ozaſch. *decis.* 101. *num.* 22. *&* 23. Andr. Alfar. *cons.* 38. *n.* 22.

An & quando ſervitutes præſcribi poſſint, vide 13
Balb. *de præſcript.* 2. *part. certiæ, n.* 3. Cæpol. *de ſervitut. urban. cap.* 19. *n.* 4. Padil. *in præſenti, num.* 26. Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap. fin. à num.* 26. Covarr. *in regul. poſſeſſor, part.* 2. §. 3. *n.* 3. *& lib.* 1. *variarum, capite* 17. *num.* 11. Anrel. *lib.* 1. *ſentent. cap.* 8. Corraſ. *lib.* 5. *miſcel. cap.* 5. Duaren. *lib.* 1. *d ſp. cap.* 34. Anton. Govean. *lection. juris variar. lib.* 1. *c.* 14. Carond. *lib.* 1. *veroſimil. cap.* 21. Menchac. *illuſtr. controvers. p.* 1. *cap.* 84. *num.* 7. Onciac. *academic. quæſt. lib.* 1. *q.* 82. Menoch. *remed.* 6. *retin. num.* 126. *cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo præſcriptio, à n.* 73. Molin. *de Iuſtit. tractat.* 2. *diſput.* 70. *num.* 7. *vers. porrò.*

In gloſſ. *Sciente*, ibi, *& nota non deſiderari ti-* 14
*tulum in præſcribenda ſervitute.* Ita Menoch. *remed.* 6. *retinen. num.* 135. Maſcard. *de probat. conclus.* 1215. aliàs 1220. *numero* 18. Armin. Tepat. *dict. tit.* 566. *cap.* 14. Cald. Pereira *recept. ſent. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 58.

In gloſſ. *Quæſiti*, ibi, *& ſic decem annis inter* 15
*præſentes, & 20. inter abſentes.* Notatur ad hoc, quod quando aqua è flumine, & loco privato ducitur, jus acquiritur decennio inter præſentes, & vicennio inter abſentes, quemadmodùm tanto tempore immobilia, quibus hæc ſervitus quoad hoc æquiparatur, acquiruntur, ut per Bald. *de præſcript.* 2. *part. quartæ partis princ. q.* 4. Cæpol. *de ſervitut. ruſticor. præd. cap.* 4. *n.* 55. *vers. tertium requiritur, & in tractat. de ſervit. urban. prædior. cap.* 19. *n.* 4. Menoch. *remed.* 6. *retin. num.* 126. ubi *num.* 127. ſubdit quod quando aqua ducitur è flumine publico, tunc requiritur tantum tempus, cujus initii memoria non ſit in contrarium.

---

## SUMMARIUM.

1 *Provinciales licèt eorum prædia ſint tributaria, habent dominium, & ideo ſervitutem conſtituunt, & acquirunt.*

2 *Vaſſallus & emphyteuta poteſt conſtituere ſervitutem, & valet conſtitutio.*

3 *Servitus non extinguitur in perſona ejus, qui ſucceſſit illam conſtituenti.*

## L. Et in provinciali. III.

*Imp.* ALEXANDER A. *Ricariæ.*

PRovinciales licèt eorum prædia ſint tributaria, 1
habent dominium; & ideo ſervitutem conſtituunt, & acquirunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit. & tom.* 7. *repet.* Anton. de Padilla.

Notatur ad hoc, quod vaſſallus & emphyteuta 2
poteſt conſtituere ſervitutem, & valet conſtitutio, *l. Hiſpan.* 12. *tit.* 31. *part.* 3. Boër. *decis.* 181. *n.* 1. Roman. *ſingul.* 334. Capell. Tholoſ. *decis.* 461. Ranchin. *p.* 3. *decis.* 65. *&* 206. Hieron. de Laurent. *Aven on. decis.* 28.

3 *decis.* 28. *n.* 1. Cald. Pereira *de renovat. emphyt. q.* 16. *n.* 22. ubi dicit quod non extinguitur ſervitus in perſona ejus, qui ſucceſſit illam conſtituenti.

SUMMARIUM.

1 *Aquæductus uni conceſſus poteſt concedi & alteri dummodo non noceat.*
2 *Aqua non ſolùm illa dicitur mea, quæ ſponte ſua in meo fundo naſcitur; ſed etiam illa, quæ naſcitur alibi poſtquam meum fundum ingreſſa eſt, num.* 3.
4 *Aqua poſtquam eſt in meo fundo, poſſum eâ facere quod volo: quando exivit de fundo meo, & eſt ingreſſa tuum, non poſſum ego alteri concedere, niſi cùm ſervitus à fundi domino conſtituitur, vicino inferiore volente, antequam aqua ad fundum inferiorem perveniat. n.* 5.
6 *Aqua cùm ſufficere poteſt tam pro uſu illius primi, cui jam quæſitum eſt jus ducendi eam, quàm etiam pro ſecundo; tunc huic ſecundo concedere licet jus ducendi aquam, etiam invito illo primo.*
7 *Dominus fontis, de quo aquam ad meum fundum duco, non poteſt ſervitutis jure illam alii dare me invito, niſi tanta ſit aqua, quod abundet omnibus.*
8 *Aquam ducendi alteri facultate conceſſa, poſtquam eſt effecta illius concedentis per ingreſſum fundi tunc alii etiam licet concedere.*

## L. Aquam quæ. IV.

### *Idem* A. *Corneliano.*

1 AQuæductus uni conceſſus, alteri etiam concedi poteſt, dummodò non noceat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 179. & *tom.* 7. *repet.* Anton. de Padilla.

2 Singularis eſt hic textus ad probandum, quod non ſolùm illa aqua dicitur mea, quæ ſponte ſua, & natura ipſa in meo fundo naſcitur, ut per Covar. *practic. cap.* 37. *num.* 3. Maſcard. *de probat. concl.* 123. *n.* 1. ſed etiam illa, quæ alibi naſcitur poſtquam meum fundum ingreſſa eſt, *gloſſ. ut ad fin. in l. cùm eſſent* 33. *§. fin. & ibi* Bart. *ff. de ſervit. ruſt. præd.* Dec. *cons.* 244. *n.* 5. *& cons.* 377. *n.* 3. Boër. *dec.* 352. *ex n.* 4. Vezin. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 29. *num.* 15. *pag.* 422. ubi poſt Baldum tenet, quod de aqua poſt-
4 quam eſt in meo fundo, poſſum facere quod volo. Et ideò meritò ait Bald. *in l. item lapilli, n.* 21. *ff. de rerum divis.* flumen dici meum, dum decurrit per meum fundum: ſequuntur Alexand. *cons.* 195. *n.* 3. *lib.* 2. Maſcard. *de concl.* 123. *n.* 3. Surd. *decis.* 9. *n.* 11. D. Barboſ. *in l.* 2. *in princip. part.* 2. *n.* 41. *ff. ſoluto matrim.*

5 Advertit Cæpol. *in tract. de ſervit. ruſtic. præd. cap.* 4. *num.* 31. *vers. quartus, & ultimus, & vers. ſed iſta regula*, Menoch. *remed.* 6. *retin. num.* 118. *vers. quartus eſt caſus*, quod quando aqua exivit de fundo meo, & eſt ingreſſa fundum tuum, non poſſum ego alteri concedere, niſi cùm ſervitus à fundi domino conſtituitur, vicino inferiore volente, antequam aqua ad fundum inferiorem perveniat; quo circa admonet fundi dominum, qui aquam exeuntem per proprium fundum poteſt derivari facere in fundos plurium vicinorum, ut cum altero eorum paciſcatur, quod in illius fundum derivari faciet eo tamen pacto, ut deinde is patiatur quod poſſit concedi alteri ſua voluntate.

6 In gloſſ. *Pertinet*, ibi „ *ſi autem dominus ſoli velit alii concedere*, &c. Notatur ad hoc, quod cùm aqua ſufficere poteſt, tam pro uſu illius primi, cui jam quæſitum eſt jus ducendi eam, quàm etiam pro ſecundo, tunc huic ſecundo concedere licet jus ducendi aquam, etiam invito atque reluctante illo primo, ut per *l. Hiſp.* 5. *tit.* 31. *p.* 3. ubi ſtatuitur, quod non poteſt dominus fontis, de quo aquam ad fundum meum duco, ſervitutis jure alii illam me invito 7
dare, niſi tanta ſit aqua, quod ambobus abundet. Connan. *comment. juris civilis lib.* 4. *c.* 9. *n.* 6. Cæpol. *d. c.* 4. *n.* 30. *vers. aut iſtam*, Menoch. *d. remed.* 6. *retin. n.* 114. ubi *num.* 115. refert ita ex facto quandoque fuiſſe judicatam Bononiæ controverſiam illam, quæ olim fuit inter Franciſcanos, & Dominicanos; conceſſum quippe primùm fuerat Franciſcanis, ut aquam ducere ex flumine publico poſſent, deinde idem conceſſum Dominicanis, in quo Franciſcani contendebant, poſteriorem conceſſionem valere negantes: tandem pro Dominicanis meritò fuit judicatum, cùm utriſque aqua ſufficeret.

Notatur etiam ad hoc, quod cùm alteri conce- 8
ditur facultas ducendi aquam, quæ jam eſt per ingreſſum fundi effecta illius concedentis, tunc alii licet concedere, ut per Menoch. *d. remed.* 6. *retin. n.* 118. *vers. tertius eſt caſus.*

SUMMARIUM.

1 *Per confeſſoriam res in priſtinum ſtatum repoſcitur, & damnum reſarcitur.*
2 *De actione confeſſoria, remiſſivè.*

## L. Si quid pars. V.

### *Imp.* Philippus A. & Philipp. C. *Luciano militi.*

PEr confeſſoriam res in priſtinum ſtatum repoſ- 1
citur, & damnum reſarcitur. Colligunt ex Ord. 2
Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſupr. hoc tit.* & *tom.* 7. *repet.* Anton. de Padilla.

De actione confeſſoria vide Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.* 166.

SUMMARIUM.

1 *Charitas ordinata à ſemetipſo proficiſcitur, & n.* 8.
2 *Nemo per aquam ex fundo ſuo vicino ſervit, cùm ſit propriorum agrorum.*
3 *Ius, vel ſervitus paſcendi mutatur propter propriam vicinorum neceſſitatem.*
4 *Negotia propria quilibet priùs curare præſumitur quàm aliena.*
5 *Providendum ſibi priùs quàm alteri, & n.* 6. *&* 7.

## L. Præſes provinciæ. VI.

### *Imp.* Claudius A. *Priſco.*

ORdinata charitas à ſemetipſo proficiſcitur; & 1
nemo per aquam ex fundo ſuo vicino ſervit, 2
cùm ſit propriorum agrorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fel.* 68. & inter repetentes *tom.* 7. Anton. de Padilla.

Notari ſolet hic text. ad hoc, quod propter pro- 5
priam vicinorum neceſſitatem mutatur jus, vel ſervitus paſcendi, ut per Roder. Xuar. *allegat.* 5. *n.* 10.

Aven

Avendan. *de exequendis mandat. p.1.c.12. n. 29. vers. quod procedit.*

4 *Cùm ſit durum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod quilibet præſumitur priùs curare propria negotia, quàm aliena, ut per Alciat. *in tract. de præs. reg. 1. præs.5 n.52.* Calcan. *cons.7.n.19.* ubi quod quis magis
5 ſibi, quàm alteri providere debet, Roman. *cons. 364. Dum ſecundò, in princ. n.2.* ubi quod quis priùs ſibi,
6 poſtea aliis providere debet. Petr. Greg. *ſyntag. juris part.1. lib.4.cap. 15. n. 1.* ubi quod durum eſt & cru-
7 delitati proximum, agris noſtris ſitientibus aquam noſtram ad aliorum vicinorum agrorum uſum propagari. Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 7. n. 5.* & jurans defendere, non tenetur contra ſe, Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 51. n.79.*

8 Allegatur communiter ad hoc, quod charitas bene ordinata incipit à ſe ipſa, ut per Duen. *reg.33.* Fuſc. *lit. C, ſing.60.* Surd. *de aliment. tit.1. q.94. n. 2. & tit.7.q. 8. & decis. 236. n. 21. & cons. 205. n. 12. & cons.345. num. 28.* Guttier. *de tutel. part. 3. c. 12. num.1. in fine*, Flamin. Pariſ. *de reſignat. benefic.tom.2. lib.9. q. 17. n. 117.* Cald. Pereira *quæſt. forens. ad tit. Inſtit. de inoff. teſtam. in princip. n. 21.* Bellet. *diſquis. clerical. p.1. tit. de diſcipl. cleric. §. 27. num. 8. & tit. de bonis clericorum, §. 13. numero 3.* Cardin. Tuſch. *pract.conclus. tom. 1. lit. C, conclus. 220. à princip.* Ioſeph. Seſſe *Aragi decis. 36. n. 6.* Pichard. *ad §. juris præcepta, num. 29. Inſtit. de juſtit. & jure*, Mar. Antonin. *var. reſolut. 42. n. 9.* quos refero *in tract. de Axiom. juris uſufrequent. axiom.41.*

---

SUMMARIUM.

1 *In aquæductu antiquam conſuetudinem obſervare decet, & n.2.*

3 *Commodum quod principaliter. non quod ſecundariò venit, conſiderandum eſt.*

4 *Aquam ex flumine ita demum dari permittitur, ſi ſine injuria alterius id fiat, non ſi cum damno alterius.*

5 *Molendinum fabricans in parte ſuperiori fluminis publici, ita ut decurſus aquarum ab inferiore vicino avertat in ſuum, prohiberi ab eo poterit.*

## L. Si manifeſtè. VII.

### *Impp.* Dioclet. & Maximian. AA. & CC. *Iuliano P. P.*

1 IN aquæductu antiquam conſuetudinem obſervare decet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.1. n.1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Iaſ. *in l. quoniam, num. 95. ff. de fluminib.* Cremenſ. *ſing.* 150. Bellacomb. *tom.1.commun. opin.lib.3. titul. 21. num. 25. vers. præterea antiqua conſuetudo,*
3 *pag.522.* Menoch. *cons. 136. n. 4. & 24.* ubi dictum illud vulgare, quod commodum, quod principaliter, non quod ſecundariò venit, conſiderandum eſt, procedit quando is, qui ad ſui commodum aliquid facit, non impeditur ex aliquo jure ſui adverſarii quominus ita facere poſſit; exempli gratiâ, ſi è meo fonte in tuum fundum derivant aquæ abſque nulla ſervitutis conſtitutione, etſi ea facultate irrigandi fundum tuum hactenus uſus es, attamen poſſum ego nunc mei commodi gratiâ eas fontis venas præcidere & aliò aquas vertere, nec conqueri hoc caſu potes, cùm nullum tibi jus competat prohibendi me meo jure uti: ita procedit *l. Proculus, ff. de damno infecto*, cum ſimilibus. Si verò è fonte meo in fundum tuum jure ſervitutis derivant aquæ, non poſſum ego meæ utilitatis gratiâ aquas aliò vertere, cùm ſervitutis tibi debitæ gratiâ jus habeas me prohibendi: ita loquitur *l. Trebatius, ff. illo tit. de damno infecto.*

Notatur etiam ad hoc, quod aquam ex flumine 4
ita demum duci permitteretur, ſi ſine injuria alterius id fiat, non ſi cum alterius damno, ut per Cabed. *Luſit. decis. 119. n. 1. p. 1.*

In gloſſ. *Procurator, fin.* ibi, *quod ſi quis habeat* 5
*molendinum*, &c. Adverte contra hanc gloſſ. quod fabricans molendinum in parte ſuperiori fluminis publici, itaut decurſum aquarum ab inferiore vicino avertat in ſuum, prohiberi ab eo poterit, ut per Gom. *l. 46. Tauri, n. 12.* Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſtit. p. 1. c.6. n. 22.*

---

SUMMARIUM.

1 *Ædificare ad cœlum uſque quilibet poteſt, niſi prohibeatur per ſervitutem, aut alium prætextum & n. 2. 4. Et in parte inferiore ſub terra uſque ad inferos, n. 6. Secus eſt in ædificiis qua ſunt prope aliqua monaſteria Monialium, ſeu Monachorum, num. 7. Quod declara ut num. 8. Vel quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita, n. 9. Et quando conſuetudo certum modum ædificandi præſcribit, n. 10. Vel ubi ædificatio intendatur fieri ad æmulationem, invidiam, aut injuriam, n. 11. Ad æmulationem quando fieri dicatur, n. 12.*

3 *Ædificia non extolli ultra certam formam, & modum lege, ſtatuto, vel conſuetudine induci poteſt.*

5 *De novo Ædificare portas, vel feneſtras directè adversus januas, vel feneſtras vicini, non licet.*

13 *Res qualibet præſumitur libera à ſervitute, & allodialis.*

## L. Altiùs. VIII.

### *Iidem* AA. & CC. *Ancieto.*

ÆDificare ad cœlum uſque quilibet poteſt, niſi 1
prohibeatur per ſervitutem, aut alium prætextum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n.1. ſup. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 68. verſo*, & *tom.7. repet.* Anton. de Padilla.

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt 2
Ordin. Reg. Luſit. *lib.1. tit. 68. §.24.* Greg. Lop. *l.25. ve bo mucho, tit. 32. p.3.* Hippol. *ſing.154.* Cæpol. *in tr. de ſervitut. tit. de ſervit. altius tollendi, & eſt c.16.* Connan. *comment. juris civilis lib.4. c.10. n.1.* Corraſ. *lib.4. miſcel. c. 24. in princ.* Alphan. *collect. 184.* Boër. *decis. 320. n. 4. cum ſeqq.* Roder. Xuarez *in proœm. legum fori, n. 4. & 5.* Gail. *lib.2. obſerv.69.* Hieron. Magon. *Lucenſi dec. 29.* Arimin. Tepat. *var. ſent. tit.566. c.6.* & latiùs cum ampl. & limitationibus, *tit. 576. c. 4.* Anton. Gom. *l. 46. Taur. n.6. cum ſeqq.* ubi ſubdit per 3
legem, ſtatutum, vel conſuetudinem poſſe induci, ut ultra certam formam & modum ædificia non extollantur, Theſaur. *Pedem. decis. 216. n.1.* Menoch. *de arbitr. caſu 156. n. 4. & de præſumpt. lib. 6. præs. 29. n. 10.* Soar. de Paz *in pract. tom.3. cap.1. §.4. num.39. & cons. 154. n. 11.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo ædificare, & verbo factum 1. & verbo res 4.* Cardoſ. *in praxi Iudicum & Advocat. verbo ædificare, n. 1. verbo ſervitus, n. 34.* Aldov. *cons.10. n.5. cum ſeqq.* Bernard. Grævæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl.69.*

*concl.* 69. Molin. *de Iuſtit. tom.* 3. *tract.* 2. *diſp.* 709.
4 *n.* 1. *cum ſeqq.* ubi latè probat fas eſſe unicuique ſe attollere in ſuo ſolo, ac area uſque ad cœlum, & aperire in ſuo ædificio feneſtram, aut feneſtras, quas voluerit, quando neque eſt ſervitus in contrarium, neque loci ſtatutum, quod in commune bonum id
5 prohibeat. Advertit tamen Melch. Phœbos *Luſit. decis.* 63. *n.* 6. *cum ſeq. tom.* 1. quod vicinus non poteſt de novo ædificare portas, vel feneſtras directò adversùs januas, vel vicini feneſtras.

6 Amplia procedere in parte inferiore ſub terra, quia ſicut illud, quod ſuperiùs reſpondet ſuperficiei fundi mei, cenſetur meum uſque ad cœlum, ſic etiam quod eſt ſubtus fundum meum debet cenſeri meum uſque ad inferos, ut per Bellacomb. *tomo* 3. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 21. *num.*22. *pag.*423. Cæpol. *de ſervi. ruſtic. præd. cap.* 22. *n.* 4 Gregor. *l.*27 *verbo podrera, tit.* 21. *part.* 4. D. Barboſ. *in l. divortio*, §. *ſi vir, n.*2. *ff. ſolut. matr.*

7 Limita primò non procedere ſupradictam concluſ. in ædificiis, quæ ſunt prope aliqua monaſteria, Monialium, ſeu Monachorum, quia ædificans poteſt prohiberi ne altiùs tollat, ut per Anton. Gom. *dict. l.* 46. *Tauri, n.* 6. ubi dicit poſſe miniſtrum Monaſterii cogi ad tollendum aſpectum quem habet in monaſterium Monialium, & ad vendendam hanc ſervitutem, etiam ſi ſit via publica intermedia: & *c.* 9. idem eſſe ait ſi noceret Eccleſiæ, vel pio loco; nam cogi poſſe ſervitutem eis vendere, & ſi vult ædificare, & patietem altiùs tollere, ad æmulationam facere præſumitur, Padill. *in præſenti, num.* 20. qui *num.* 19. tradit poſſe prohiberi religionis favore, ne quis feneſtras aperiat, ex quibus poſſint Moniales intra proprias domos videri, etiamſi via ſit intermedia, & in Monachis non procedere niſi ædifi-
8 cium fiat in eorum æmulationem, & *n.* 22. declarat quando ad æmulationem quis ædificare præſumatur. Vincent. de Franchis *decis.* 223. *per tot.* ubi Amendol. *in addit.* tradit ex Bulla Pontificia, cujus meminit Quaranta, prohibitum eſſe Monialibus feneſtras habere correſpondentes ad feneſtras vicinorum. Giurba *decis.* 86. *n.* 8. *vers. immò cogi poteſt*, Cabed. *Luſit. decis.* 105. *n.*4. *& decis.*152. *part.*1. ubi ait, quod ſi ex novo ædificio graviſſimum imminet monaſterio præjudicium, etſi ad ejus æmulationem non fiat, poteſt cogere dominus vendere ſervitutem altiùs non tollendi, Maſcard. *de probat. concl.* 621. *n.* 9. Covar. *lib.* 3. *var. c.*14. *num.*7. & 8. Molin. *d. diſp.* 709. *num.*6. ubi dicit, quod ſi aliquem ſe attollere in ſuo ædificio, aut aperire feneſtram cedat in præjudicium monaſterii Religioſorum, aut Religioſarum, quia inde ſecreta monaſterii conſpiciuntur, aut aliud præjudicium in damnum communis boni ſequitur, poteſt is cogi vendere ſervitutem tali monaſterio, ne ſe tollat, aut aperiat feneſtram cum ejus monaſterii præjudicio, idque intelligit modò juſtum pretium talis ſervitutis domino talis ædificii ſolvatur, neque enim privandus eſt gratis ſuo illo jure, præterea intelligit, dummodo non major ſervitus ei imponatur ipſo invito, quàm ſit neceſſe ad evitandum præjudicium talis monaſterii. Benedict. Ægid. *ad l. ex hoc jure, ff. de juſt. & jure, p.*1. *cap.* 6. *num.* 13. D. Barboſ. *in l.*1. *part.*7. *num.*52. *ff. ſoluto matr.* ubi dicit, quod quemadmodum quis favore publico, vel Religionis prohibetur altiùs tollere ædes ſuas, ſi ex hoc præjudicatur loco publico, vel Religioſo, ita etiam neque quis poterit tollere ædes, ſi per hoc præjudicatur luminibus ſcholarium, de quo etiam Bened. Ægid. *d. c.*6. *n.*16.

9 Limita ſecundò quando quis acquirit partem ædium ab eo, qui in ſua parte habet feneſtras reſpicientes in domo vendita, ut per Theſaur. *decis.* 216. Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.*567. *c.*2. *in fine.* 10 Et quando conſuetudo certum modum ædificandi præſcribit, Surd. *decis.*168. *n.*6.

Limita tertiò ubi ad æmulationem, invidiam, aut 11 injuriam vicini ædificatio fieri intendatur, quia tunc permiſſa non eſt, ut per Viv. Neapol. *decis.* 306. *num.*6. *& decis.* 474. Gail. *d. obſervat.* 69. *n.*18. Arimin. Tepat. *tit.* 576. *cap.*4 Menoch. *d. caſ* 256. *n.*3. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 29. *n.* 28 Bened. Ægid *ad l. ex hoc jure, ff. de juſtit. part.* 1. *cap.*7. *num.*11. Maſ- 12 card. *d. concl.* 620. *num.* 15. Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando ædificans nullam utilitatem ex eo ædificio percipit, ut per Melch. Phœbos *Luſit. decis.* 73. *n.* 6 *cum ſeqq. tom.* 1. vel ædificat ad occupandum ſolem, ventum, vel aërem, Magon. Florent. *decis.*6.

*Dominus ejus minimè prohibetur.* ] Ergo quælibet 13 res præſumitur libera à ſervitute, & allodialis, de quo vide laſ. *in l. quominus, n.* 179. *ff. de fluminib. in l. ſi prius, n.* 40. *ff. de novi operis nunc.* Mynſing. *cent.* 5. *obſerv.* 25. Theſaur. *Pedem. decis.*216. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo res* 4. Bonacoſ. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.*21. *communia ſervitutum, n.*57. *pag.* 425. Viv. *tom.* 2. *tract. de feudis, tit. de materia feudor. n.* 13. *pag.* 625. Rebuff. *in tract. congruæ portionis, num.* 127. Bertazol. *de clauſul. inſtrum claus.* 21. *gloſſ.* 1. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 156. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 89. *n.* 1. ubi *num.*6. ampliat etiam ſtante quaſi poſſeſſione ſervitutis, *& præſ.* 91. *& lib.* 6. *præſ.* 29. *& cons.* 2. *n.* 43. *& cons.*127. *n.*17. *& cons.* 75. *n.* 4. *& cons.* 395. *n.*2. *cum ſeqq.* Maſcard. *de prob. concl.* 79. *&* 209. *& concl.* 1194. aliàs 1200. *num.* 49. Alvar. Valaſc. *de jure emphyt. q.* 51. *& conſult.* 82. *n.* 6. Surd. *dec.*117. *n.*1. Mar. Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 95. *n.*8. Arimin. Tepat. *var. ſentent. tit.* 566. *cap.* 5. *vers. libera*, Ioſeph. Ludov. *Lucenſi decis.* 14. *n.* 6. & 8. Caſtill. *in tract. de uſufructu, c.*7. *num.* 10. Cald. Pereira *quæſt. forens. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 59. quorum plures refero ego ipſe *de Axiom. juris uſuf. eq. axiom.*137.

---

SUMMARIUM.

1 *Ædificans contra debitam ſervitutem, ædificium tenetur tollere.*
2 *Deſtruere non poteſt quod quis in ſuo ædificavit ſine auctoritate Prætoris.*
3 *Ædificia non deſtrui publicè intereſt.*

## L. Si in ædibus. IX.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Zoſimo.*

ÆDificans contra debitam ſervitutem, ædificium 1 tollere tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *num.* 1. *ſuprà hoc tit. & tom.* 7. *repet.* Anton. de Padilla.

*Per Præſidem provinciæ*, &c. ] Ergo non poteſt 2 quis deſtruere quod in ſuo ædificavit ſine Prætoris auctoritate, de quo vide Vaud. *var. q. lib.* 29. *c.*30. Arimin. Tepat. *var. ſent. tom.* 2. *tit.* 576. *c.*5. Publicè enim intereſt ædificia non deſtrui, pertinent enim ad 3 decus urbis, *l. prætor*, §. *hoc interdictum prohibitorium*, *ff. de novi oper. nunciat.* Surd. *decis.*168. *n.*9.

---

SUMMARIUM.

1 *Servitus aquæductus probanda eſt, eáque probata per non uſum congruo tempore amittitur.*

2 *In*

2 *In ſuo quilibet facit, quod vult, niſi faciat contra ſervitutem.*

3 *Servitutis conſtitutio ubi non docetur, dominus feudi, in quo aqua eſt, facto in proprio loco opere, continere aquam poteſt, ne fluat alibi.*

4 *Aqua ſi naturaliter fluit tempore etiam immemoriali, nulla poteſt prætendi præſcriptio, & ideo dominus aquæ ejus curſum mutat ad libitum.*

## L. Si tibi ſervitutem. X.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Nemphydio.*

1 SErvitus aquæductus debet probari, ac etiam probata per non uſum congruo tempore amittitur. 2 Item in ſuo quilibet id facit quod vult, niſi faciat contra debitam ſervitutem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* & *tom. 7. Repet.* Anton. de Padilla.

3 Vide Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part. 1. lib. 4. cap. 15. n. 2.* ubi per hunc textum tenet, quod ſi conſtitutio ſervitutis non doceatur, dominus fundi, in quo aqua eſt, facto in loco proprio opere, continere aquam poteſt, ne alibi fluat, Menoch. *remed. 6. retin. n. 89.* ubi ex Baldo dicit, quod ſi duco aquam è flumine publico ad prædium meum, & ex meo prædio fluat ad prædium mei vicini, poſſum eam aquam in meo prædio retinere, cùm ſemel fundum meum ingreſſa, mea ſit, & de ea ad libitum diſponere poſſim, cùm ambo, ſcilicet vicinus ſuperior & inferior, ſint in pari conditione quoad poſſeſſionem; ſecus ſuperiori non licebit eam divertere; aut ſiccare, D. Barb. *in l. 2. in princ. p. 2. n. 41. coſt. princ. ff. ſoluto matrim.* ubi tradit quod quis poteſt divertere aquam à ſolito curſu poſtquam ingreſſa eſt ſuum fundum, licèt ex hoc ſequatur damnum vicini, quando avertens aquã illi non debet ſervitutem, nam ſi illam deberet, non poſſet avertere aquam à ſolito curſu.

4 Hinc colligitur, quod ſi aqua naturaliter fluit etiam tempore immemoriali, nulla poteſt prætendi præſcriptio, & ideo dominus aquæ ad libitum ejus curſum mutare poteſt, de quo vide Iaſ. *in l. quominus, ex n. 171. ff. de flumin. & in l. 1. in princ. ex n. 77. ff. de acquir. poſſeſſ.* Balb. *de præſcript. 2. p. quartæ princ. q. 4. n. 3.* Pariſ. *conſ. 112. n. 29. & 30. vol. 1.* Greg. Lop. *l. 15. verbo regnando, tit. 31. p. 3.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 15. n. 28.* Menoch. *de arbitr. caſu 160. n. 8.* Anton. Theſaur. *Pedem. decis. 245. n. 1. & 2.* Vnde ut præſcriptio prætendi poſſet, oportet interveniſſe factum hominis, quo mediante aqua fluit eo modo, quo nunc fluit, nam ex illo facto requiritur quaſi poſſeſſio ducendi aquam, & aqua licèt non poſſit inchoare præſcriptionem, poteſt tamen inchoatam perficere *l. qui fundum, ff. quemadmodum ſervit. amit. & l. 1. §. quæſitum eſt, ff. de aqua quot.* & ita obtinuiſſe aſſerit Rip. *in cap. cùm Eccleſia, n. 52. de cauſa poſſeſſ. & in l. 1. in princ. n. 42. ff. de acquir. poſſeſſ.* & in his terminis loquitur hic text. dum dicit antiquum aquæ curſum mutari non poſſe, *l. ſi manifeſtè, ſup. hoc eod. tit.* explicat eleganter Rip. *in d. l. quominus, num. 95.* Dec. *cons. 244. n. 9.* Riminald. *cons. 197. ex num. 52. lib. 1.* Menoch. *cons. 136. n. 24.*

---

SUMMARIUM.

1 *Per agrum nemo it, invito ejus domino, & n. 2.*

2 *Vicinus viam præſtet per ſuum fundum, ſi per viam publicam non poteſt tranſiri commodè.*

4 *Dominus poteſt cuicunque prohibere ſui prædii ingreſſum.*

5 *Metalla an poſſint inquiri in fundo alieno, invito domino, remiſſivè.*

## L. Per agrum. XI.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Aureliano.*

INvito domino nemo it per ejus agrum. Colligunt Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 3. tit. 31. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Roman. *ſingul. 611.* Boër. *decis. 322. n. 9.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 21. n. 10. pag. 422.* ubi quod vicinus 2 3 debet viam præſtare per ſuum fundum, ſi per viam publicam non poſſit commodè tranſire. Bertrand. *cons. 61. n. 5. & 6. vol. 1.* Surd. *decis. 236. num. 5.* 4 ubi quod dominus poteſt cuicunque prohibere ſui prædii ingreſſum.

An metalla in fundo alieno invito domino poſſint inquiri? Vide Roman. *dict. ſingul. 611.* Afflict. *in c. 1. verbo argentariæ, num. 13. quæ ſunt Regalia, lib. 3. feudorum.* Grge. Lop. *l. 27. verbo pedrera, tit. 11. p. 4.* Paul. de Caſtro *conſil. 2[illegible]. lib. 2. & in l. divortio, §. fin. n. 4. ff. ſoluto matrim.* ubi Barboſ. *n. 21.* Peregr. *de jure fiſci, lib. 6. tit. 2. n. 14. pag. mihi 194.* 5

---

SUMMARIUM.

1 *Servitus aquæ ducendæ modum prædiis facit.*

2 *Prædia quibus debetur aquæ ſervitus, licèt fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ ducendæ limitatus à principio.*

3 *Exemptio villæ, aut conceſſio juriſdictionis, ſi fiat certis expreſſim definitis, aut conſtitutis limitibus, tunc quicquid extra limites illos villa, caſtro, veteribúſque civibus accederet, non eſſet ejuſdem juriſdictionis, vel exemptionis cenſendum.*

4 *Servitutis impoſitio non extenditur ad futurum ædificium, ſeu prædium.*

5 *Privilegia conſtituta ad certos agros irrigandos, non extenduntur ad agros, qui acceſſerunt per alluvionem, vel per emptionem aliorum.*

6 *Intellectus l. 12. de ſervitutib.*

7 *Declaratur text. in l. ſi ſervitus, ff. de ſervit. urban. prædior.*

8 *Piſtor, furnarius, vel barbitonſor, & ſimiles, ſi conveniant pro parva penſione coquere panes, vel tondere pro tota familia, & poſtea nimium creverit, non tenentur niſi pro modo familiæ, quæ extabat tempore conventionis.*

9 *Oblatio de ſolvendo cuilibet canonico decem quolibet anno, ſi tunc non erant niſi ſex Canonici, & poſtea auctus eſt numerus, non attenditur ad augmentum.*

## L. Non modus. XII.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Valeriæ.*

SErvitus áquæ ducendæ modum prædiis facit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ. Leo *fol. 67. verſo*, & *tom. 7. repet.* Anton. de Padilla. 1

Vide Alphan. *collect. 503.* ubi per hunc text. dicit, quod licèt prædia, quibus debetur ſervitus aquæ, fuerint aucta, non tamen augetur modus aquæ ducendæ à principio limitatus. Albert. Brun. *in tract. de augmento, & diminut. in 6. concl. princ.* Covar. *pract. c. 2. n. 1. vers. cæterùm*, ubi dicit quod ſi exemptio villæ, aut conceſſio juriſdictionis fiat certis 2 3

expreſſim definitis, aut conſtitutis limitibus, tunc quicquid extra limites illos villæ, caſtro, veteribúſque civibus accederet, non eſſet ejuſdem juriſdictionis, vel exemptionis cenſendum, Gonzal. 4 *ad reg. 9. Cancel. gloſſ. 9. §. 5. n. 35.* ubi quod ſervitutis impoſitio non extenditur ad futurum ædificium, ſeu prædium, Alvar. Valaſc. *conſult. 58. n. 7.* ubi citato hoc textu tenet, quod privilegia conſtituta ad certos agros irrigandos, non extenduntur ad agros, qui per 5 alluvionem, vel per emptionem aliorum acceſſerunt. 6 Et *n. 13. vers. tertiò*, agit de intellectu hujus textus, & aſſerit illum procedere in conſtitutione ſervitutis, quæ eſt materia odioſa, necnon in ſervitute certo modo conſtituta, noviſſimè Caſtill. *controvers. lib. 7. de tertiis, c. 14. n. 29.* ubi *n. 37.* ait ideo *in hoc text.* licèt prædia, quibus debetur ſervitus, fuerint aucta, non augeri aquæ ducendæ modum, ratione ſubjectæ materiæ, conſtitutionis ſcilicet ſervitutis, quæ eſt materia odioſa, atque ex verosimili mente conſtituentis ſervitutem, qui in dubio non eſt cenſendus de futuris cogitaſſe, neque de his, de quibus expreſsè actum non fuit.

7 Vnde colligitur vera decidendi ratio ad textum *in l. ſi ſervitus ff. de ſervit. urban. prad.* ubi conſtituta ſervitute, itaut ne luminibus officiatur, intelligitur in univerſum ne officiatur luminibus præſentibus, nec futuris; quam interpretationem adversùs propriam indefinitæ orationis ſignificationem admiſit ſubjecta materia, mens, & intentio contrahentium, non enim videtur is, qui ita ſibi caver, viam ſibi præcludere, quin poſſit feneſtras alias, vel ampliores facere: de qua interpretatione, aliiſque, ac multiplici conciliatione noſtri textus cum *d. l. ſervitus*, vide Alciat. *in l. verbum erit, n. 8. ff. de verb. ſignif.* Bald. *cons. 112. n. 4. lib. 1.* Angel. *cons. 216. n. 2. in fine*, Anton. de Padill. *in præſenti, n. 2.* Rip. *in l. 1. n. 3. ff. de pignorib.* Corraſ. *in l. 1. n. 33. ſup. hoc eod. tit.* Albert. Brun. *in tract. de augmento, concl. 10. n. 2.* Cov. *lib. 1. var. c. 13. n. 9. vers. ſeptimo.*

8 Notatur hic textus ad hoc, quod ſi piſtor, furnarius, vel barbitonſor, & ſimiles conveniant pro parva penſione coquere panes, vel tondere pro tota familia, & poſtea nimium, creverit, non tenentur niſi pro modo familiæ, quæ extabant tempore conventionis, de quo vide Iaſ. *in l. quominus, n. 136. ff. de flaminib.* Pilau. *q. 48.* Alb. Brun. *de augmento, concl. 10.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 21. de ſervit. & aqua, n. 29. pag. 424.* Theſaur. *decis. 226.* Boër. *decis. 213. nu. 9.* Roderic. *de annuis redditib. lib. 2. q. 15. n. 95.* Alvar. Valaſc. *d. conſult. 58. n. 4.* Perez de Lara *de anniver. & capellan. c. 16. a n. 7.* Card. Tuſch. *practic. conclus. tom. 3. lit. E, conclus. 431.* Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 2. q. 9. n. 2.*

9 Hinc obligatio de ſolvendo cuilibet de Canonico v.g. Sancti Laurentii, decem quolibet anno, ſi tunc non erant niſi ſex Canonici, & poſtea auctus eſt numerus, non extenditur ad augmentum, ut per Dyn. Alberic. Bald. & Salicet. *in præſenti*, Menoch. *de arbitr. caſu 223.* Gonzal. *dict. gloſſ. 9. §. 5. n. 36.* Alvar. Valaſc. *de conſult. 88. n. 4. vers. ſexto.*

---

SUMMARIUM.

1 *Servitutes reales non utendo præſcribuntur longi temporis ſpatio, ſcil. 10. annorum inter præſentes, 20. Inter abſentes, ad inſtar uſus, & uſusfructus, & n. 2.*

3 *Præſcriptio non inducitur per non uſum, quando quis pro parte jure ſuo uſus eſt.*

4 *Vſus in parte conſervat jus in totum.*

L. Sicut. XIII.

*Imp.* JUSTINIANUS A. *Ioanni P. P.*

SErvitutes reales non utendo præſcribuntur longi 1 temporis ſpatio, ſcilicet decem annorum inter præſentes, viginti inter abſentes, ad inſtar uſus, & uſusfructus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupra hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2 *l. Hiſpan. 16. tit. 31. p. 3. ubi gloſſ. 1.* Bald. *de præſcript. 3. p. quarta, q. 1. n & 6.* Mayn. *lib. 1. action. c. 14. col. fin.* Duaren. *lib. 1. diſp. c. 32.* Connan. *comment. juris civilis, lib. 4. c. 12. n. 11.* Corraſ. *lib. 5. miſcel. c. 5.* Anton, Gom. *var. tom. 2. c. 15. n. 26.* Cardoſ. *in praxi judicum, & Advocat. verbo præſcriptio, n. 76.* Cravet. *cons. 124.* ubi quod præſcriptio non inducitur per non uſum, quando quis pro parte jure ſuo uſus eſt, 3 quia uſus in parte conſervat jus in totum, refert. Arimin. Tepat. *variar. ſentent. tom. 1. tit. 566. c. 13.* 4

---

SUMMARIUM.

1 *Servitus habens uſum diſcontinuum perditur tempore duplicato, & n. 2.*

3 *Præſcriptio ſervitutis habentis cauſam diſcontinuam requirit tantum tempus, cujus initii non extat memoria.*

4 *Tò* Penitus, *nullitatem actus ipſo jure denotat.*

5 *Area ſi non poteſt habere ventum niſi ex una parte, prædio vicino ipſo jure ſervitus eſt impoſita, ne altiùs tollatur, & ventum impediat, & n. 6.*

7 *Prædia ruſtica, ſive in areis, ſive in ædificiis conſiſtant, principaliter ac natura ſua ruſticorum fructuum cauſâ inſtituta ſunt.*

L. Cùm talis quæſtio. XIV. & ult.

*Idem* A. *eidem.*

SErvitus habens uſum diſcontinuum perditur 1 tempore duplicato. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit. & tom. 7. repet.* Anton. de Padilla.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2 munt *l. Hiſp. 16. tit. 31. part. 3. ubi gloſſ. 1.* Connan. *comment. juris civilis lib. 4. cap. 19. col. 2.* Cov. *lib. 1. var. c. 17. num. 11.* Vveſemb. *conſult. de præſcript.* Honded. *cons. 81. num. 20. libro 1.* Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocat. verbo privilegium, num. 74.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom. 2. tit. 566. c. 14. in princip.* ubi poſt Capyc. *decis. 117. num. 9. & 10.* Natt. *conſil. 69. tom. 1.* tenet præſcriptionem ſervitutis ha- 3 bentis cauſam diſcontinuam, requirere tantum tempus, cujus initii memoria non extat.

*Penitus amittat.* ] Id eſt, ipſo jure, de quo Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Revertatur, num. 87. & ſeqq. & n. 153.* & alii quos plena manu citavi *de diction. uſufreq. dict. 249. num. 6.* 4

---

§. Cùm autem apertiſſimi.

Si area non poteſt habere ventum, niſi ex una parte, prædio vicino ipſo jure ſervitus eſt impoſita, ne altiùs tollatur, & ventum impediat. Colligunt 5 ex Ordinat. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupra hoc tit.*

Hanc

6 Hanc eandem concluſionem ex hoc §. colligunt Guibert. *lib. quæſt. cap.* 17. *n.* 21. Connan. *comment. juris civilis lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 11. Corraſ. *lib.* 3. *miſcel. cap.* 24. *num.* 4. Duen. *reg.* 33. *vers. ſexto fallit*, Boër. *dec.* 320. *n.* 14. *& dec.* 322. *n.* 12. Cæpol. *in tract. de ſervitut. urban. cap.* 39. *n.* 3. Viv. *opin.* 69. *& in tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 21. *de ſervitut. & aqua*, *n.* 5. *pag.* 422. ubi ſubdit, quod etiam quando area non poſſet habere ventum ad triturandum, niſi ab uno latere, ſeu parte, tunc quippe vicinus minimè poſſet in illa parte; licèt ſua intereſſet, ædificando tollere impediréque ventum, quamvis nulla debita reperiatur ſervitus, Cardoſ. *in praxi Iudicum*, *& Advocator*, *verbo Servitus*, *n.* 33. Anton. Gom. *l.* 46. *Tauri. n.* 7. *tom.* 2. *var. cap.* 2. *in fine*, latè Benedict. Ægid. *in repet. ad l. ex hoc jure*, *ff. de juſti. & jure*, *tom.* 1. *cap.* 6. *n.* 17. ubi pro vera hujus ratione adver-
7 tit, ruſtica prædia, ſive in areis, ſive in ædificiis conſiſtant, principaliter, ac natura ſua ruſticorum fructuum cauſâ reſtituta eſſe: ita ut in ruſticis prædiis fructus vicem principalis ſubeant, ædificia verò vicem acceſſorii ad illos: unde quia non convenit, ut acceſſorium principale tollat, & extinguat, meritò conſtitutum eſt ab Imper. *in præſenti*, ut vicinus prædium ſuum ruſticum extollere ita nequeat, ut trituratio frugum in area vicina, & commoditas impediatur: quæ ratio ceſſat in prædiis urbanis, in quibus idcirco deciſio hujus textus recipienda non eſt, quæ cùm ſolummodò publici commodi cauſâ in agricultura conſiſtentis procedat, ut ſingularis ad caſum de quo hic, & exorbitans ad ſimiles alios caſus publicæ utilitatis extendi non debet, juxta vulgares traditiones.

## *De Lege Aquilia.*

## TIT. XXXV.

ACTIONIBUS realibus ſubjicitur perſonalis ex lege Aquilia. Conſtat legem hîc accipi pro plebiſcito: atque hac lege actionem de damno, quod injuria eſt, ideſt dolo, aut culpâ datum eſt, introductam eſſe. In hanc rubr. ſcripſerunt Bart. Caſtr. Sichard. item Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia titul. vide Vezin. & Fichard. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 22. *pag.* 426. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 38. *cap.* 9. Menchac. *illuſt. controv. part.* 1. *cap.* 48. *n.* 35. *& cap.* 55. *n.* 14. Hartman. *c.* 4. *tit. miſcellanea*, *lib.* 1. Ioſeph. Ludov. *commun. ſub hoc tit. concl. unic. tom.* 2. *commun. opin. pag.* 528. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *tom.* 3. *diſp.* 697. Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.* 533. Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *cap.* 5. § 1. *ex n.* 34.

### SUMMARIUM.

1 *Damnum illatum ſylvæ per ignis immiſſionem, reſarciendum, ſi legis Aquiliæ actio ſit inſtituta.*

2 *Ob mortem ſervi civilis & criminalis actio competit.*

3 *Actio l. Aquiliæ competit quando quis dolo, culpa, vel injuria vulneravit, fregit, rupit, aut læſit ſervum, quadrupedem, vel alias res, ad hoc quod reſarciat damnum, & æſtimationem.*

### L. Damnum. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Glyconidi.*

DAmnum illatum ſylvæ per ignis immiſſionem 1
reſarciédum, ſi legis Aquiliæ actio ſit inſtituta. Item ob mortem ſervi civilis & criminalis actio competit. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. 2
Bald. Caſtrenſ. Fulgoſ. Sichard. Aloyſ. Leo *fol.* 69. Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concordant.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 3
Bonifac. *tit. de damno dato*, *n.* 41. Iaſ. *in* §. *ex maleficiis* 18. *n.* 104. *Inſtit. de action.* Avendan. *de exequendis mandat. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 28. *vers. in ſecunda quæſtione*, ubi de ſcindentibus arbores frugiferas, Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *cap.* 5. §. 4. *n.* 43. ubi de actione hujus l. Aquiliæ adversùs eum, qui dolo, culpa, vel injuria vulneravit, fregit, rupit, aut læſit ſervum, quadrupedem, vel alias res, ad hoc quod reſarciat damnum, & æſtimationem.

### SUMMARIUM.

1 *Damnum illatum per demolitionem, aut domus concremationem, & deſtructionem aquæductus, per legis Aquiliæ petitionem repetitur.*

2 *Occidens animal de ſui natura manſuetum, tenetur de ejus æſtimatione, quanti plus uno anno à die mortis retro valuit, juxta l. Hiſp.*

3 *Vulnerans animal ſui naturâ manſuetum, aut rumpens, deſtruens, vel comburens alias res, tenetur quanti plurimi valuit 30. diebus retrò à die damni numerandis l. Aquiliæ diſpoſitione.*

4 *Incendiarius quas pœnas incurrat, & qualiter ad damna & intereſſe damnum paſſo teneatur, remiſſivè.*

### L. Legis Aquiliæ. II.

*Imp.* GORDIANUS A. *Mutiano.*

DAmnum illatum per demolitionem, aut domus 1
concremationem, & deſtructionem aquæductus, per legis Aquiliæ petitionem reperitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*

Vide *l. Hiſp.* 18. *tit.* 5. *part.* 7. ubi ſtatuitur, quod 2
occidens animal de ſui natura manſuetum, ut equum porcum, vitulum, elephantem, tenetur de ejus æſtimatione quanti plus uno anno à die mortis retro valuit; ſi autem vulneret eos, aut rumpat, deſtruat, aut comburat alias res, tenetur quanti plurimi va- 3
luit triginta diebus retro à die damni numerandis legis Aquiliæ diſpoſitione & probato damno fiet æſtimatio cum juramento damnum paſſi, Jaſ. *in* §. *ex maleficiis*, *n.* 102. *cum ſeqq. Inſt. de actionib.*

*Vel incendio concremaſſe*, &c.] De incendiario; & 4
quas pœnas incurrat, & qualiter ad damna, & intereſſe damnum paſſo teneatur? vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 68. *n.* 20. Menoch. *de arbitr. caſu* 390. *nu.* 27. *cum ſeqq.* Ioſeph. Ludov. *Perus. dec.* 25. *n.* 4. *cum ſeqq. p.* 1. Azeved. *l.* 6. *n.* 9. *cum ſeqq. tit.* 12. *lib.* 8. *novæ Recop.* Vincent. Carrot. *de locato & conducto, part.* 4. *rubr. de incendio*, latè Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quæſt.* 110. *à princip.*

SUMMARIUM.

1 *Occidens alienam ancillam tenetur civiliter actione l. Aquiliæ, & criminaliter l. Cornelia de ſicariis.*

2 *Actione l. Aquiliæ tantùm civiliter agi ad damnum, non conſiderari delictum mortis.*

3 *Damnum quomodo in foro conſcientiæ, & exteriori ſarciendum ex percuſſione, vel mutilatione quoad operas propter infirmitatem, ſeu talem mutilationem amiſſas, remiſſivè.*

4 *Occidens, vel vulnerans aliquem etiam ſervum, equum, oves, aut alia animalia, qua teneatur pœna.*

## L. Ex morte. III.

### *Idem* A. *Dolenti.*

1 OCcidens alienam ancillam tenetur civiliter actione legis Aquiliæ, & criminaliter lege Cornelia de ſicariis. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Soar. de Paz. *in pract. tom. 3. cap. 5. §. 1. n. 36.* ubi quod actione legis Aquiliæ agitur tantùm civiliter ad damnum, nec delictum mortis conſideratur, ubi ad hoc citat hanc legem Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 25. n. 94. pag. 521.* ubi quod licèt liberum corpus æſtimationem non recipiat, poteſt tamen agi ad expenſas, ſi aliquis ex vulnere illato debilitatus remaneat, & tale intereſſe poteſt probari per juramentum injuriam paſſi, taxatione judicis præambula. Marant. *diſp. 6. n. 5.* ubi per hunc textum tenet, quod quando ex eodem facto oritur duplex modus agendi, unus civiliter, & alius criminaliter, non ad vindictam principaliter, ſed circa perſecutionem rei familiaris, tunc intentata via civili, poteſt etiam agi via criminali, quia una per aliam non tollitur.

3 *Damni ſarciendi gratia*, &c. ] Damnum quomodo in foro conſcientiæ, & exteriori ſarciendum ex percuſſione, vel mutilatione quoad operas propter infirmitatem, ſeu talem mutilationem amiſſas, vide Martin. de Ledeſma *in 2. quarti, q. 18. art. 2. fol. 241. col. 3.* Sot. *de Iuſt. lib. 4. q. 6. art. 3. vers. at verò*, Nav. *in manuali, cap. 15. n. 21.* Latè Ioſeph. Ludov. *commun. tit. ad legem Aquil. conclus. unica, per tot.*

4 *tom. 3. commun. opin. pag.* 528. ubi reſolvit, quod occidens, vel vulnerans aliquem, tenetur ad expenſas factas in curatione, & Medicis, & medicinis, & reſarcire hæredibus defuncti, vel ipſimet vulnerato, ſi fuerit redditus mancus, omne id, quod ipſe occiſus potuiſſet ſuperlucrari, abſque eo quod fuerit redditus inhabilis propter vulnera, vel quantum potuiſſet occiſus ſuperlucrari habita ratione ad vitam: ſi verò quis vulneraſſet ſervum, equum, oves, ſeu alia animalia, tenebitur talia committens reſarcire domino expenſas curationis, & ipſorum pretium & damnum extrinſecum, & intrinſecum, & & lucrum ceſſans ad æſtimationem operarum amiſſarum, ac amittendarum, & ad intereſſe cicatricum, & deformitatum, pro quibus damnis, expenſis, & intereſſe poterit jurari in litem. Covar. *lib. 2. var. cap. 10. n. 7. vers. 4.* Ant. Gom. *tom. 3. var. c. 3. n. 9. cum ſeqq.* Put. *dec. 280.* aliàs *279. in novis, p. 3.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 114. n. 2.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 11. c. 12.* Paul. Comitol. *reſpons. moral. lib. 4. q. 11. n. 2.* Molin. *de Iuſt. tom. 4. tract. 3. diſput. 83. à princ.* latiſſimè Farin. *in praxi crim. tit. de homicidio, q. 119. n. 93. cum multis ſeqq.*

## L. Contra negantem. IV.

### *Impp.* Dioclet. & Maximian. AA. AA. & CC. *Zoilo.*

1 ACtio legis Aquiliæ, ut pœnalis datur in duplum contra negantem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 16. tit. 15. part. 7. ubi gloſſ. 1.* Iaſ. *in l. eum qui, in princip. n. 16. ff. de jurejur. & in §. ex maleficiis, n. 10. Inſt. de actionibus.* Tiraq. *de retractu, tit. 2. §. 1. gloſſ. 5. n. 20.* intelligit, niſi incontinenti ſe corrigat, & confiteatur, Molin. *de Iuſt. tract. 2. tom. 3. diſput. 697. n. 36.* ubi ſubdit, quod duplicatur in pœnam non ſolùm damnum datum, ſed etiam quicquid lege Aquilia cogendus erat ſolvere, ſi non negaſſet ſe dediſſe id damnum: deinde ait tunc ſolùm cogi ſolvere duplum, quando poſtquam damnum in judicio negavit, ei ſufficienter per teſtes, aut aliunde probatur damnum id dediſſe: ſecus autem quando id poſtea conſtat ex ſua confeſſione, ſive adhibitum fuerit ei juramentum, ſive non, ſi minor neget ſe dediſſe damnum, reſtituitur in integrum, ut non cogatur ſolvere duplum, ſed ſolùm ſimplum, ac ſi delictum fuiſſet confeſſus, *l. ſi ex cauſa, §. nunc in minoribus, ff. de minoribus.*

SUMMARIUM.

1 *Damnum ubi non eſt illatum corpori à corpore, ibi ceſſat legis Aquiliæ actio.*

2 *Animal in ſuo prædio inveniens, illud includere non poteſt, niſi ignoretur cujus ſit, n. 3. Et tunc quid agendum, n. 4.*

5 *Interficiens alienum animal in ſuo fundo, aut ei aliud malum inferens, tenetur compenſare damnum ita datum, cum accepto ex tali animali; ſi verò quod ipſe dat acceptum ſuperet, tenetur domino animalis de incremento.*

6 *Animal in ſuo inveniens, illud per ſtatutum impunè interficit.*

## L. De pecoribus. V.

### *Idem* AA. & CC. *Claudio.*

1 VBi damnum non eſt illatum corpori à corpore, ibi ceſſat legis Aquiliæ actio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 *Quæ per injuriam incluſa*, &c. ] Notatur ad hoc, quod animal in ſuo prædio inveniens, illud includere non poteſt, ut ſtatuitur *in l. Hiſp. 24. tit. 15. p. 7.*

3 ubi Gregor. Lopez *verbo incierre*, cum aliis, quos refert, limitat niſi ignoretur, cujus ſit id animal; nam tunc ait licitum eſſe illud includere, ut dominus ſciatur, ac ſolvat damnum. Corraſ. *in l. 1. n. 38. ff. de ſervitut.* Capyc. *dec. 45.* Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 3. fol. 28. n. 1. & fol. 71. verſo, n. 1. & fol. 72. num. 11. & 13.* Menoch. *remed. 9. recuper. num. 282.* Molin. *de Iuſt. tract. 2. tom. 3. diſp. 697.*

4 *num. 23.* ubi advertit, quod eſt dominus admonendus, ſi non accurrat ad liberandum ſuum animal, ad illique providendum de cibo, & potu, animal detineri incluſum quouſque damnum, aut pœnam ſolvat, ut de illo curet: quod ſi neque ipſe, neque alius de ſua familia reperiatur, qui admoneri

moneri ſufficienter poſſit, ut tali animali ſuccurratur, tunc expenſis domini ejus animalis provideri illi debet de cibo, vel paſtu, ac potu neceſſario, alioquin includens tenebitur domino animalis de damno ſequuto, juxta §. *ult. Inſt. hoc tit.*

5 *Vel interfecta*, &c. ] Advertit Molin. *d. diſp.* 697. *n.* 22. quod interficiens alienum animal repertum in ſuo fundo, aut ei aliud malum inferens, tenetur compenſare damnum ita datum cum accepto ex tali animali; ſi verò quod ipſe dat ſuperet acceptum, tenetur domino animalis ſolvere incrementum, & citat *l. Hiſp.* 24. & *ibi* Gregor. Lop. *verbo que lo mate*; ac deinde ſubdit poſt eundem Greg. Lop. &
6 Næv. *in man. cap.* 17. *n.* 120. validum eſſe ac licitum ſtatutum, quo permitteretur, ut qui animal alienum in ſuo prædio inveniret, poſſet illud impunè, & abſque ulla culpa interficere.

## SUMMARIUM.

1 *Pratum alienum depaſcens tenetur lege Aquilia, & num.* 2.
3 *Animalia depaſcentes in territorio alieno, qua pœna teneantur.*
4 *Pœna contra depaſcentes ligat Clericos.*
5 *Pecora aliena ſi damnum dent in vinea, horto, prato, aut in alia re aliena, quid.*
6 *Iudex ſecularis an competens ſit adversùs Clericos circa pœnarum condemnationem, exactionemque, quando ipſorum pecora damnum dederunt in fructibus, vel in paſcuis vetitis fuerunt inventa.*

## L. De his quæ. VI. & ult.

### *Idem* AA. *&* CC. *Plenio.*

1 PRatum alienum depaſcens lege Aquiliâ tenetur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *d. l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. rubr.* 1 §. 6. *verbo meſme ſon gage*, *n.* 11. *vers. vide*, ubi de gallinis inventis in hortis, *& rubr.* 13. §. 3. *gloſſ.* 1. *n.* 1. Avendan. *de exequend. mandat. p.* 1. *cap.* 13. *à princip.* ubi
3 latè agit qua pœna teneantur animalia depaſcentia in alieno territorio: & *n.* 7. reſolvit, quod pœnæ contra depaſcentes ligat Clericos, latè Molin. *de*
4 *Iuſt. tract.* 2. *tom.* 3. *diſp.* 697. *num.* 20. ubi poſt Greg.
5 Lop. *l.* 24. *verbo doblado*, *tit.* 13. *part.* 7. tenet, quod ſi aliena pecora damnum dent in vinea, horto, prato, aut in alia re aliena, tunc ſi miſſa ad id ſint à domino eorum animalium, aut à cuſtode illorum, etiam domino inſcio, neque id volente, ſolvendum eſt damnum ſimplum de jure communi, duplum verò de jure Hiſpaniæ, per *d. l.* 24. & circa hoc diſponit etiam Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 5. *tit.* 87. Diſputat deinde idem Molin. *citato loco, n.* 12. utrùm quando ſine culpa domini cuſtos eorum animalium ea immiſit, teneatur dominus ad pœnam dupli, ea lege Hiſpaniæ attenta.

6 Vtrùm judex ſecularis competens ſit adversùs. Clericos circa pœnarum condemnationem, exactionémque, quando ipſorum pecora damnum dederunt in fructibus, vel in paſcuis vetitis fuerunt inventa? vide Ordin. Reg. Luſit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 20. *l. Hiſpan.* 12. *tit.* 3. *lib.* 1. *novæ Recop.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 4. *à princip.* Cevall. *commun. contra commun. q.* 897. *num.* 620. *cum ſeqq. tom.* 3. Squillante *de privileg. cleric. c.* 7. *ſub n.* 94. *vers. ſed dubitatur*, latè meipſum *de jure Eccles. univerſo, lib.* 1. *cap.* 39. §. 2. *à num.* 123. ubi *num.* 23. refero decretum S. Congreg. negotiis juriſdictionalibus præpoſitæ *in una Terracinen.* ubi fuit reſolutum, cauſas damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, ſeu per eorum animalia, necnon per familiares, miniſtros, & colonos Epiſcoporum, & menſæ Epiſcopalis, etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcunque, tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm etiam laicorum, ſpectare ad Curiam Epiſcopalem privativè. Si verò laici, eorúmve miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, curiam Epiſcopalem procedere poſſe tanquam in cauſis mixti fori, at quando coloni & miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, ac Eccleſiaſticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitionem tam quoad bona, quàm quoad perſonas laicorum & eorum animalia, ſpectare ad judicem laicum privativè; ſed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum quoad perſonas ſpectare ad laicum, quoad verò animalia ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam.

## *Familiæ erciſcundæ.*

## TIT. XXXVI.

SEQVVNTVR actiones mixtæ, inter 1
quas primus locus meritò datur actioni familiæ erciſcundæ, quia eſt de univerſitate, id eſt, de hæreditate dividenda: nam *erciſcere*, eſt vetuſtum vocabulum, quod ſignificat *dividere*; familia verò hîc accipitur pro hæreditate, id eſt, pro rebus hæreditariis. Scripſerunt in hanc rubr. Bart. Salicet. Bald. Sichar. Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia tituli vide *l. Hiſp.* 1. *cum ſeqq. tit.* 15. 2
*part.* 6. Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 96. *de partitionib.* Anton. Ayerbe de Ayora, & Alvar. Valaſc. *in ſpecialibus tract. de partitionib.* Petr. Sanz Morquechum *in tract. de bonorum diviſione*, Bellacomb. Vezin. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 23. Suar. de Paz *tom.* 3. *cap.* 1. §. 6. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tom.* 2. *tit.* 551.

## SUMMARIUM.

1 *Hæreditatis pars ubi extat indiviſa, ibi judicio familiæ erciſcundæ locus eſt.*
2 *Filius poteſt nunc rem petere, de qua antea in diviſione bonorum nihil dictum fuerat.*
3 *Actum ſi ſemel fuit judicio familiæ erciſcundæ, an poſſit iterum agi eodem judicio, & actione, pro rebus, quæ manſerunt indiviſæ.*

## L. Si omnem. I.

### *Impp.* SEVERVS *&* ANTONINVS AA. *Martiano.*

VBi hæreditatis pars indiviſa extat, ibi judicio 1
familiæ erciſcundæ locus eſt. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Fulg. Bald Caſtrenſ. Ang. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Et remiſſive Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant.*

Per hunc textum tenet Gam. *Luſitan. decis.* 233. 2
*num.* 16.

*num. 16. in fine*, quod filius potest petere nunc rem,
3 de qua antea in divisione bonorum nihil fuerat dictum. Et ad illam quæst. an si semel fuit actum judicio familiæ erciscundæ, possit iterum agi eodem judicio, & actione pro rebus, quæ indivisæ manserunt, ponderat hunc textum Alvar. Valasc. *de partit. cap. 2. num. 35.* post Padill. *in l. si post divisionem, num. 4. de juris & facti ignorant.* & resolvit quod si semel actum est hoc judicio judicialiter, non potest iterum eodem judicio, & actione agi pro rebus indivisis, *l. si filia nupta, §. fin. ff. hoc tit.* sed agendum est communi dividundo, ut insinuat gloss. *in præsenti*; si verò extrajudicialiter res divisæ sunt, tunc pro rebus, quæ non fuerunt divisæ, potest agi actione, & judicio universali familiæ erciscundæ, & ita procedit, & communiter intelligitur text. *in præsenti*; quod etiam repetit *in eod. tractat. de partit. cap. 39. num. 65.*

---

SUMMARIUM.

1 *Filius post mortem patris dotem uxoris viventis, vel defunctæ percipit judicio familiæ erciscundæ.*
2 *Lucrum dotis, quod filius acquirit, vel ratione pacti, vel statuti, mortuo patre, cùm illi jam quæri non possit, non est communicandum cum fratribus.*
3 *Etiam, casum magis dubitabilem exprimit.*

## L. Vxor. tua. II.

*Imp.* ANTONINUS A. *Vitiano.*

1 FIlius post mortem patris dotem uxoris viventis, vel defunctæ percipit judicio familiæ erciscundæ. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

2 Probat hic textus, lucrum dotis, quod acquirit filius, vel ratione pacti, vel statuti, mortuo patre, cùm illi jam quæri non possit, non esse cum fratribus communicandum, ut per Roland. *de lucro dotis q. 100. n. 3. vers. quartus casus*, Phanut. *eod. tract. gloss. 8. n. 30.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem 23. §. transgrediamur, n. 40. in princip. ff. soluto matr.* ubi etiam totam esse controversiam ait quando pater ex bonis propriis substicuit onera matrimonii, utrùm tunc lucrum ei acquiratur, & veniat communicandum inter filios.

3 *Etiamsi postea*, &c. ] Notatur ad hoc, quod dictio *etiam*, casum magis dubitabilem exprimit, ut per Guid. Pancirol. *variarum lectionum lib. 1. capit. 174.* ubi citat hunc textum, de quo plures citavi Doctores *in tract. de dictionib. usufrequent. dict. 112. num. 1. cum sequentib.* multipliciter limito & amplio.

---

SUMMARIUM.

1 *Rebus expilatis post aditam hæreditatem à cohærede familiæ erciscundæ, non de crimine expilatæ hæreditatis agendum est & n. 2.*
3 *Partitiones jam factæ si impugnentur ob collationem alicujus rei per errorem, vel deceptionem omissam, quid.*

## L. Adversùs. III.

*Idem* A. *Rufo.*

REbus expilatis post aditam hæreditatem à co- 1
hærede, agendum familiæ erciscundæ, non de crimine expilatæ hæreditatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desu- 2
munt Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 18. n. 3.* ubi rationem reddit, quia lex præsumit, quod acceperit bona hæreditaria ratione partis suæ, non autem malo animo subtrahendi, Ioan. Martius à Costa *in addit. ad Camin. circa formam libellorum, anno. 18. n. 4.*

*Si quid à cohærede sublatum probatum fuerit*, 3
&c. ] Notatur ad hoc, quod quando impugnantur partitiones jam factæ ob collationem alicujus rei per errorem, vel deceptionem omissam, tunc officio judicis compellendus est adversarius non collata conferre, & quæ manserunt indivisa dividere, ut per Alvar. Valasc. *de partit. c. 10. n. 18.* ubi *n. 59.* advertit, quod tamen per hoc non debent rescindi divisiones jam factæ, quia jure nihil tale cavetur, sed solùm illud plus, quo apud hæredem reperitur, restitui debet, & jubet *l. si uxor, de collation.*

---

SUMMARIUM.

1 *Castrensia, & quasi, non veniunt in divisionem hæreditatis paternæ: at donata in peculium sic, & num. 2. in Regno Portugalliæ conferuntur aliquando, n. 3.*
4 *Peculium castrense, quod sit.*

## L. Si filius familias. IV.

*Imp.* ALEXANDER A. *Antonio.*

CAstrensia, & quasi non veniunt in divisionem 1
hæreditatis paternæ, sed donata in peculium veniunt in divisionem. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. supr. hoc tit.*

Probat hic textus, bona castrensia mortuo priùs 2
patre eximi à jure collationis, ut per Azor. *institutionum moralium part. 2. lib. 2. c. 22. q. 2. in princip.* Mendez à Castro *in l. cùm oportet, de bonis quæ liberis, part. 3. num. 153.* ubi advertit, quod in Regno Castellæ per *l. 3. tit. 4. part. 3. l. 5. tit. 15. part. 6.* hodie indistinctè castrensia non sunt conferenda, & in Regno Portugalliæ castrensia aliquando conferuntur. 3

*Quæ ex occasione militiæ*, &c. ] Notatur ad hoc 4
quod sicut peculium castrense dicitur illud, quod pater tradit filio jam militi existenti in castris: ita illud, quod tradit filio eunti ad castra, ut per Ant. Gom. *l. 29. Tauri, n. 17. vers. sed salva pace tantorum virorum.*

---

SUMMARIUM.

1 *Dispositio favorabilis urget recessum ab odiosa.*
2 *Ultima voluntas prævalet sine scriptura.*
3 *Merita faciunt præsumi remissionem injuriæ præcedentis.*
4 *Inimicitia finita repellit ab accusando.*
5 *Præcepta defunctorum non impediuntur per iracundiam.*

6 Calor

6 *Calor inconſultus exhæredationem, injuſtam ſcilicet, vitiat.*
7 *Inimicus olim, talis etiam hodie præſumitur.*
8 *Qualis olim, talis præſumitur, & hodie.*

## L. In ipſius mariti. V.

*Idem* A. *Statiliæ.*

1 FAvorabilis diſpoſitio urget receſſum ab odioſa.
2 Et ultima voluntas prævalet ſine ſcriptura. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc. tit.*

3 Text. iſte ad plures concluſiones per Doctores notatur, in primis ad probandum, quod merita faciunt præſumi remiſſionem injuriæ præcedentis, ut per Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n. 51. de revocand. donat.* D. Barboſ. *ad l. 1. p. 4. n. 44. ff. ſoluto matrim.*

4 Et ad hoc, quod inimicitia finita repellit ab accuſando, ut per Covar. *lib. 2. variar. c. 10. num. 1. in princip.*

5 Et ad hoc, quod præcepta defunctorum non impediuntur per iracundiam: ita Cald. Pereira *de teſtare eligendi, c. 1. n. 44.* ubi citat in contrarium
6 *l. ſi filiam 19. de inoffic. teſtam.* quatenus probare videtur, inconſultum calorem vitiare exhæredationem, injuſtam ſcilicet.

Et ad hoc, quod olim inimicus, hodie talis præſumitur, ut per Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 11.* Ranchin. *p. 3. concl. 208.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 43. n. 8.*

8 Et quod olim talis, hodie talis præſumitur, ut per Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 5. q. 10. num. 2.*

### SUMMARIUM.

1 *Diviſum ipſo jure per legem, judicis miniſterio amplius dividi non debet.*
2 *Nomina debitorum per hominis judicium dividenda non ſunt, dum extant diviſa ipſo jure.*
3 *Pacta hæredum non valent in præjudicium creditorum, vel debitorum, benè tamen ipſorum hæredum.*
4 *Nomina ipſo jure, & ſine diviſione dividi, licèt aliàs non recipiant diviſionem, & numer. 5. 6. & 7.*

## L. Ea quæ. VI.

*Imp.* GORDIANUS A. *Pomponio militi.*

1 DIviſum ipſo jure per legem, judicis miniſterio dividendum amplius non eſt. Item nomina debitorum per hominis judicium dividenda non ſunt, dum ipſo jure diviſa extant. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu defumunt Bart. *in l. cui fundus, num. 4. in princip. ff. de condit. & demonſtr. & l. 4. §. Cato, n. 27. ff. de verborum ſignific.* Ias. *in §. quædam, num. 47. Inſtitut. de*
3 *action.* Boër. *decis. 57. n. 3.* ad hoc quod hæredum pacta non valent in præjudicium creditorum, vel debitorum, bene tamen ipſorum hæredum, Tiraquel. *de retractu lign. §. 1. gloſſ. 21. n. 16.* ubi quod
4 ipſo jure, & ex lege, & ſine diviſione nomina dividuntur, licèt aliàs non recipiant diviſionem, Rebuff. *in tractat. de except. num. 956.* ubi quod quæ in nominibus conſiſtunt, non recipiunt diviſionem, cùm ipſo jure in portiones hæreditarias ex lege duodecim Tabularum diviſa ſint. Ioan. Martius à Coſta *in addition. ad formam libellorum Camina, annot. 18. num. 9.* Donell. *comment. juris civilis lib. 18. cap. 15. col. 2.* Morquech. *de diviſione bonorum, lib. 1. cap.* 6 *10. n. 7.* ubi etiam citato hoc textu tenet, quod ea quæ ſunt in nominibus, in hæreditate non recipiunt diviſionem, quia per legem duodecim Tabularum diviſa ſunt. Alvar. Valaſc. *de partit. c. 2. n. 39.* 7 ubi quod in hoc judicium familiæ erciſcundæ non veniunt nomina debitorum, quia lege duodecim tabularum dividuntur ipſo jure.

### SUMMARIUM.

1 *In judicio familiæ erciſcundæ habetur ratio fideicommiſſorum, & prælegatorum, & n. 3.*
2 *Iudex aditus ſuper hæreditate dividenda de prælegatis cognoſcit, & ea cui debentur adjudicat.*

## L. Si qua. VII.

*Idem* A. *Æliano.*

IN judicio familiæ erciſcundæ habetur ratio fi- 1
deicommiſſorum, & prælegatorum. Item judex 2
aditus ſuper hæreditate dividenda, de prælegatis cognoſcit, & ea, cui debentur, adjudicat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad leg. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Probat hic textus, quod in judicium familiæ er- 3
ciſcundæ veniunt prælegata, ut per Ayerbe de Ayora *in tract. de partitionib. p. 1. c. 5. n. 11.* Alvar. Valaſc. *in ſimili tract. c. 8. n. 52.*

### SUMMARIUM.

1 *Bona ex hæreditate communia judicio familiæ erciſcundæ rectè petuntur, & adjudicantur: de malè acquiſitis in hæreditate inventis quid, num. 2.*
3 *Turpe lucrum non venit in judicio familiæ erciſcundæ, & n. 4.*

## L. Bona quæcunque. VIII.

*Idem* A. *Theleſphoro.*

BOna ex hæreditate communia judicio familiæ 1
erciſcundæ rectè petuntur, & adjudicantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſuprà hoc tit.*

In Gloſſ. *Imperialis, unic.* ibi, *item mala me-* 2
*dicamenta*, &c. Vide *l. Hiſp. 2. tit. 15. part. 6.* ubi ſtatuitur, quod non debent dividi malæ herbæ, ſeu potiones, aut libri incantationum; ſed comburantur, nec etiam malè acquiſita in hæreditate inventa ſed dominis, aut eorum hæredibus reſtituantur, aut eis non inventis, amore Dei dentur. Palat. *in repet. rubr. de donation. inter virum & uxor. §. 65. n. 9.* Mendez à Caſtro *in leg. cum oportet, de bonis quæ liber. par. 1. n. 29.* ubi aſſerit veram, & receptam ſententiam, quod turpe lucrum non venit in judicio fa- 3
miliæ erciſcundæ, Morquech. *in tract. de diviſione bonorum lib. 4. c. 13. n. 28.* ubi quod lucra illicita non veniunt in judicio familiæ erciſcundæ. 4

SUM

SUMMARIUM.

1 *Fructus, aliáque incrementa in actionem familiæ erciſcundæ veniunt, & n.* 2.
3 *Hæredes tenentur communicare cohæredibus fructus perceptos bona fide, & conſumptos.*

## L. Non eſt ambiguum. IX.

*Idem* A. *Verino.*

1 FRuctus, aliáque incrementa in actionem familiæ erciſcundæ veniunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Ordin. Reg. Luſitan. *lib.* 4. *tit.* 96. §. 1. *cum ſeqq. l. Hiſpan.* 6. *tit.* 15. *part.* 6. *ubi gloſſ.* 4. Roder. Xuar. *in tit. de las herancias*, id eſt, *de actione hæreditatis*, *n.* 38. *pag. mihi* 355. Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 13. *num.* 15.

3 In gloſſ. *Augeri*, *fin.* ibi, *ſed tu dic*, *quod tenetur utili actione*, &c. ]Notatur ad hoc, quod hæredes tenentur communicare cohæredibus fructus perceptos bona fide, & conſumptos, ut per Cyn. & Caſtr. *in præſenti*, Alex. *cons.* 7. *num.* 8. *libr.* 2. Roder. Xuar *citato loco*: licèt enim conventus rei vendicatione non teneatur reſtituere fructus bona fide perceptos, & conſumptos, *l.* 4. *ad fin. principii*, *ff. finium regund.* & reſolvit Pinel. *in l.* 2. *de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 47. nihilominùs tamen quando agit actione univerſali, ut eſt petitio hæreditatis, & actio familiæ erciſcundæ hujuſmodi fructus ſunt reſtituendi: quatenus ex illis poſſeſſor locupletior factus eſt, *l. illud.* 43. *ad fin. principii*, *ff. de petit. hæred. l.* 2. *ff. hoc noſtro tit.* Cov. *var. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 6. *ad finem.*

SUMMARIUM.

1 *Pater, & teſtator poſſunt res inter hæredes dividere, & n.* 2.
3 *Quota quid ſit.*
4 *Clauſula generalis refertur ad antecedentia.*
5 *Patris judicium ſervandum eſt à filiis in bonis inter eos dividendis.*
6 *Teſtator ſi in ſolemni teſtamento diviſit bona inter filios, & aſſignando cuilibet certam portionem id pro inſtitutione habetur.*
7 *Diviſio bonorum à patre inter filios facta vim habet ultimæ voluntatis, & non ſimplicis donationis: facta filiis conſentientibus, & approbantibus videtur habere naturam contractus, n.* 8.
9 *To* Relinquo, *an & quando importet hæredis inſtitutionem, remiſſivè.*

## L. Quoties inter. X.

*Idem* A. *Teleſphoro.*

1 PAter, & teſtator poſſunt res inter hæredes dividere, ſalva Falcidia. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l.* 10. *tit.* 26. *part.* 4. Greg. Lop. *l.* 3. *gloſſ.* 1. *col.* 3. *in princ. tit.* 10. *part.* 6. Bart. *in repet. l.* 1. *n.* 9. *ad med. ff. de offic. Procons. Cæs.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & uxor.* §. 69. *num.* 10. *vers. in contrarium tamen*, ubi hîc probari ait, quod ſi teſtator inter ſuos hæredes bona ſua diviſit, & cuilibet certa bona cum mancipiis, quæ ibi erant, reliquit, non videtur voluntatem mutare, quamvis poſtea eadem mancipia univerſa, non facta eorum diſcretione, commendanda putaverit hæredibus, Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus*, *in declarat. legis Regni. q.* 7. *n.* 8. ubi refert caſum hujus textus, & inde infert quod ſi filiis hæredibus inſtitutis dicat pater, & talem filium melioro in tertia parte bonorum meorum, quod in illa tertia non dicitur hæres, ſed prælegatarius. Menoch. *remed.* 4. *adipiſc. n.* 115. ubi quod quota eſt jus univerſale, *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 167. *num.* 46. ubi quod teſtator hæredem faciens 3
aliquem in omnibus bonis, dicitur revocaſſe rem legatam in codicillis, vel jam antea donatam.

In Gloſſ. *Hæredes* 1. ibi, *nota generalem clauſulam* 4
*referri ad antecedentia.* Hanc concluſionem cum ampliationibus, & limitationibus exornavi *in meo tract. de clauſulis uſufreq. claus.* 70. *per tot.*

In Gloſſ. *Dividit.* ibi, *& ſic dico*, *quod ſi pater* 5
*inter filios*, &c. ] Notatur ad hoc, quod patris judicium ſervandum eſt à filiis in bonis dividendis inter eos, ut per Duen. *reg.* 249. Ayora *de partitionib. part.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. Alvar. Valaſc. *in ſimili tract. cap.* 25.

In ead. Gloſſ. ibi, *pro eo habeo*, *ac ſi dixiſſet*, *Hæ-* 6
*redes inſtituo*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi teſtator inter filios ſuos in ſolemni voluntate diviſit bona ſua, aſſignando cuilibet certam portionem, vel certam rem, quod hoc habetur pro inſtitutione, ut per Roder. Xuar. *dict. quæſt.* 7. *n.* 3. Tiraq. *in tract. le mort, part.* 2. *declar.* 4. *n.* 1. Cov. *in cap. Rainutius.* §. 1. *n.* 3. *propè fin. de teſtament.* Morquech. *de diviſione bonorum*, *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 5. ubi quod diviſio bono- 7
rum à patre facta inter filios habet viam ultimæ voluntatis, ſive prælegati, & non ſimplicis donationis: & *n.* 11. ſubdit, quod ſi fiat filiis conſentientibus, & 8
approbantibus, videtur ſumere naturam contractus. Verbum *relinquo*, an & quando importet hæredis inſtitutionem? vide per me citatos *in tract. de dictionib. uſufreq. dict.* 346. 9

SUMMARIUM.

1 *Inteſtatorum bona inter liberos æqualiter dividenda ſunt, & n.* 2.
3 *Pater filius alimenta æqualiter præſtet, niſi ſit filius primogenitus, cui dare debet alimenta pinguiora, & uberiora.*
4 *Diviſio inæqualiter facta non retractanda eſt, ſed arbitrio judicis parti læſæ ſatisfaciendum.*

## L. Inter filios. XI.

*Imp.* PHILIPPUS A. & PHILIPP. C. *Antonio.*

INteſtatorum bona inter liberos æqualiter ſunt dividenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad* 1
*l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Boër. *decis.* 46. *num.* 7. Anton. Gom. *variarum tom.* 1. *cap.* 1. *n.* 2. Mynſing. *centur.* 4. *obſervat.* 73. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 21. ubi per argumentum deſumit ex hoc textu, quod patre æqualiter alimenta filiis tenetur præſtare, niſi ſit filius primogenitus, cui dare debet pinguiora, & uberiora alimenta, Morquech. *de diviſione bonorum*, *lib.* 1

*cap.* 8. ubi latè de diviſione inter filios facta, & *eod. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 28. quod diviſio non æqualiter facta
4 non eſt retractanda, ſed arbitrio judicis eſt parti læſæ ſatisfaciendum.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio valet ſine ſcriptura, & n.* 2.
3 *Scripturæ requiſitæ caſus remiſſivè.*
4 *Scriptura ad probandam diviſionem quando requiratur in Regno Luſitaniæ, & quando non.*

## L. Non ideo. XII.

### *Impp.* GALLIEN. *&* VALERIAN. AA. *Rufo.*

1 DIviſio valet ſine ſcriptura. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.*
2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Cardoſ. *in praxi judicum, & advocat. verbo diviſio, n.* 9. Scripturæ autem requiſitæ multos caſus
3 refert Gloſſ. *in c.* 1. §. *poſtquam, de cenſib. lib.* 6. Afflict. *decis.* 498. Boër. *dec.* 49. *n.* 18. Bibius *dec.* 22. 90. 174. *&* 240. Theſaur. *Pedem. dec.* 179. Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap.* 2. *n.* 17. Anton. Fab. *in ſuo Codice, tit. de probat. diffinit. n.* 11. *&* 30. Cardoſ. *in praxi*
4 *judicum, verbo Diviſio, n.* 9. ubi ſubdit in noſtra Luſitania requiri ſcripturam ad probandam diviſionem niſi fiat inter patrem, & filium naturalem, aut matrem & filium, aut inter ſocrum, & nurum durante matrimonio.

SUMMARIUM.

1 *Bona profectitia dividenda ſunt, & debitum unius fratris non onerat alios, niſi de ejus peculio profectitio, & num.* 2.
3 *Peculium profectitium, quod reſpectivè patrem ſpectat, atque filium, non confiſcatur ob delictum filii, nec è contra.*

## L. Certum eſt. XIII.

### *Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *Saturnino.*

1 PRofectitia bona dividenda ſunt; & debitum unius fratris non onerat alios, niſi de ejus peculio profectitio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.*
2 Probat hic textus, quod mortuo patre peculium profectitium venit dividendum, vel conferendum inter liberos, ut per Corraſ. *in expoſitione l. frater à fratre, n.* 43. *ff. de cond. indebit.* ubi Bart. *n.* 10. *poſt med.* Mendez à Caſtro *in l. cùm oportet, ff. de bonis quæ lib. n.* 60. Segur. *in l.* 1. §. *ſi vir uxori, ff. de acquir. poſſeſſ. n.* 91. Rimin. *in l.* 1. *qui admitt. ex n.* 454. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo Laſis, n.* 118. *vers. quibus explicatis.*
3 Notatur etiam ad hoc, quod cùm peculium profectitium pertineat ſolùm patri in proprietate, & uſufructu, & ſolam adminiſtrationem habeat filius, ſi ipſe filius committat delictum, per quod bona ejus veniant confiſcanda, nullo modo hujuſmodi peculium eſſet confiſcandum, ut per Ant. Gom. *var.* 3. 15. *de ſerv. n.* 14. *in princ.* Et an è contrario hujuſmodi peculium profectitium ex patris delicto confiſcetur, ſi patris bona publicentur, latè diſputat Cald. Pereira *d. verbo laſis, n.* 118. *in fine, & n.* 119.

SUMMARIUM.

1 *Ex diviſione judicis obligatur quis de evictione, uti ex diviſione contrahentium, niſi unuſquiſque receperit in ſe rei eventum, & n.* 2. *Non procedit quando promiſſum eſt de evictione n.* 5. *Vel inter fratres actum ſit, ut de evictione alter alteri non teneatur, n.* 6. *Vel res de ſui natura evincatur, n.* 7. *Quod intellige ut n.* 8. *Vel ſi à teſtatore bona fuerunt diviſa inter hæredes, n.* 9. *Quod etiam intellige ut n.* 10. 11. *Vel quando eadem res, aut fundus malè affectus inter fratres divideretur, ſe vata æqualitate, n.* 12. *Vel res uni ex filiis hæredibus inſtitutis prælegata evincantur, n.* 13.
3 *Diviſione facta à judice, ſequutáque evictione, adhuc datur actio contra cohæredem: limita ut num.* 4.
14 *Diviſio cenſetur quædam permutatio.*
15 *Traditio ubi eſt muta, & ita conventum, re evicta non tenetur aliquis etiam ad pretium.*

## L. Si familiæ. XIV.

### *Iidem* AA. *Hermiano.*

EX diviſione judicis obligatur quis de evictione uti ex diviſione contrahentium, niſi unuſquiſque receperit in ſe rei eventum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp.* 80. *tit.* 18. *part.* 3. *ubi gloſſ.* 2. Laſ. *in* §. *quædam n.* 50. *Inſtit. de action.* Anton. Gom. *var. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 118. *à num.* 1. *cum ſeqq.* ubi *n.* 19. dicit, quod etiam ex facta diviſione à judice, ſequuta evictione adhuc datur actio contra cohæredem: 2 3
& *num.* 20. limitat ut locum non habeat quando portio alterius cohæredis eſt in eadem evictionis 4
cauſa, Cardoſ. *in praxi judicum, verbo diviſio, n.* 13. Decian. *reſp.* 55. *num.* 93. *vol.* 3. ubi dicit regulam 5
hujus textus non habere locum quando promiſſum eſt de evictione, Gail. *lib.* 2. *obſervat.* 14. *n.* 6. Caballin. *de evict.* §. 4. *num.* 51. *vers. cohæres tenetur*, Peregrin. *de fideicommiſſ. artic.* 52. *n.* 54. Manent. *dec.* 13. *n.* 1. Barz. *deciſione.* 96. *n.* 41. Surd. *cons.* 67. *n.* 7. *& cons.* 411. *n.* 26. Fachinæ. *controv. lib.* 6. 68. Amatis *Ferrar. dec.* 3. *num.* 2. *&* 3. Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 37. *à princip.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 9. Molin. *de Iuſt. tract.* 1. *diſputatione* 245. *verſic. facta bonorum partitione*, latè Morquech. *in tract. de diviſione bonorum, lib.* 1. *capite* 8. *num.* 3. *cum ſeqq.* latè etiam Guzman. *de evict. quæſt.* 33.

Primò limita, niſi inter fratres actum ſit, ut de 6
evictione alter alteri non teneatur; nam tunc mutuum periculum ſubeunt, & re evicta unus contra alium non poterit de evictione agere, ut per Gloſſ. *verbo pro patre, v. ſic ergo diſtingue in præſenti*, Laſ. *in leg. ſtipulatio iſta n.* 11. *ff. de verbor. obligat.* Padil. *in l. ſi pro fundo, num.* 5. *de tranſact.* Vezin. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 8. *titul.* 29. *de evict. num.* 75. *pag.* 75. Cald. Pereira *d. cap.* 31. *num.* 11. Ayora *de partit. q.* 9. *n.* 19. *&* 20. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 118. *num.* 13. Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 34. Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 37. *num.* 7. Morquech. *d. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 4. Guzman. *d. q.* 33. *num.* 9.

7 Secundò limita, niſi res de ſui natura evincatur, veluti quando uni fratri feudum adjudicatum fuit, quo mortuo relicta filia, quæ non poterat feudum obtinere, ab ea evictum fuit, nam non poterit contra patrem de evictione agere, ita gloſſ. *dicto verbo pro patre, verſic. item quid ſi uni aſſignetur*, &c. quam ſequuntur Ruin. *conſil. 11. n. 11. & cons. 14. num. 5. lib. 1. conſil. 137. numero 12. libro 2.* Tiraquell. *de retractu lign. §. 1. gloſſ. 9. numero 34. & 35. & §. 12. gloſſ. 1. num. 10. & de jure primogen. quæſt. 4. nu. 46.* Menoch. *conſil. 87. num. 78. lib. 1.* ubi *num 2.* intelligit quando ratione eventus fideicommiſſi, vel feudi, quod evinci poterat juſtum pretium intervenit, putà quia attento periculo,& gravamine,minori
8 pretio æſtimatum fuit: latè Morquech. *dicto lib. 1. cap. 8. num. 5.* ubi *numeris ſequentib.* bene declarat. Caballin. *de evict. §. 5. num. 33.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 11. numero 25.* ubi dividentium data ſcientia qualitatis rei, ſcilicet quod erat fideicommiſſo ſubjecta, ſequuta evictione, Senatum Mantuanum evictioni locum eſſe propter inæqualitatem declaraſſe teſtatur, *& conſil. 67. n. 53. & 54. & conſil. 311. n. 27.* ubi explicat, & totam vim evictionis conſiſtere dicit in ſcientia ejus, qui rem feudalem recipit, Anton. Monach. *Lucenſi decis. 60. n. 7. &* 8. Mar. Muta *decis. 57. n. 29.* Amatis *Ferrariæ decis. 3. n. 3. cum ſeqq.* Guzman. *d. q. 33. n. 10.*

9 Tertiò limita, ſi à teſtatore fuerunt bona diviſa inter hæredes, nam tunc non debetur evictio, quia talis diviſio habet vim prælegati, *l. cùm pater, §. evictis, ff. de legat. 2. l. Hiſpan. 9. tit. 15. part. 6.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 52. num. 27.* Anton. Gom. *tom. 2. var. cap. 2. num. 34. vers. ſecus tamen eſt*, Surd. *conſil. 517. n. 25.* Ayora *de partit. part. 3. quæſt. 9. num. 21.* Queſada *quæſt. 10. n. 7. vers. 15.* Morquech. *d. lib. 1. cap. 8. n. 13.* Cald. Pereira *dicto c. 31. n. 12.* Guzman.
10 *dict. q. 33. n. 16.* ubi *n. 20.* intelligit, niſi de voluntate teſtatoris conſtaret voluiſſe, quod æqualitas inter hæredes ſervaretur; nam tunc hæres, à quo res fuit
11 evicta, poterit adversùs alios cohæredes de evictione agere, & *n. 19.* intelligit etiam, niſi ex evictione rei minueretur filii legitima,nam tunc poterit filius de evictione agere adversùs cohæredes, etſi à teſtatore diviſio facta ſit,de quo etiam Morquech. *d. c. 8. n. 14.* Valaſc. *d. c. 36. n. 5.*

12 Quartò limita, quando eadem res vel fundus malè affectus inter fratres divideretur, æqualitate inter eos ſervata, & quælibet æqualem partem habuerit; nam tunc unius parte evicta, non erit evictioni locus, quia in eodem periculo ſunt cæteri fratres, & propter mutuum periculum æqualitas inter illos in diviſione fuit ſervata, ut per Ayor. *de partit. part. 3. quæſt. 9. num. 20. cum ſeqq.* Morquech. *d. cap. 8. n. 12.* Surd. *d. q. 33. num. 15.*

13 Quintò limita, ſi res uni ex filiis hæredibus inſtitutis prælegata evincatur,quoniam tunc evictio non præſtatur à cohærede, *l. cùm pater, §. evictis, ff. de legat. 2.* Roder. Xuar. *in l. quoniam in prioribus, in declarat. legis Regni, §. tertiò quæro*, Caballin. *de evict. §. 4. n. 23.* Valaſc. *dict. q. 37. à n. 10.* Queſada *d. q. 10. n. 7. vers. 14.* Morquech. *dicto c. 8. n. 17.* Guzman. *dicta q. 33. n. 22.*

14 In gloſſ. *Pro parte*, ibi, *eſt enim in diviſione quædam permutatio*, &c. Notatur ad hoc, quod diviſio cenſetur quædam permutatio, ut per Tiraquell. *de retractu lign. §. 32. gloſſ. 1. n. 88.* Valaſc. *de jure emphyt. q. 38. n. 18. & de partition. q. 37. n. 2.*

15 In eadem gloſſ. ibi, *ſed magis puto*, &c. Notatur ad hoc, quod ubi eſt mutua traditio, & ita conventum res evicta non tenetur aliquis etiam ad pretium, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 50. n. 14. ad fin.* ubi dicit hanc gloſſ. ſingularem, Laſ. *in l. pater puellæ, de inoffic. teſtam.* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo Donatione largitus, n. 111. de revocand. donat.* Menchac. *controvers. uſufreq. p. 2. c. 68. n. 12.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Ex diviſionis nudo pacto non oritur actio, nec transfertur dominium, niſi traditio inſequatur. De actione hujus diviſionis remiſſivè. n. 2.*

## L. Si diviſionem. XV.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Theophilo.*

EX pacto nudo diviſionis non oritur actio, nec 1
transfertur dominium, niſi traditio inſequatur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. à hoc tit.*

De hujuſmodi actione familiæ erciſcundæ latè 2
agit Alvar. Valaſc. *de partitionib. cap. 2. à princip.* ubi *num. 6.* dicit ſingulare eſſe in omnibus judiciis diviſionis, quod per adjudicationem dominium transfertur ſtatim ſine alia traditione, & dicit valdè notandum, quia in iſtis receditur à regula *l. traditionibus, de pactis.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Iudex in diviſione, defuncti voluntatem ſequitur, etiam non ſolemnem.*

2 *Ex voluntate parentis minùs ſolemni non ſuccedi niſi ab inteſtato, minus placet.*

3 *Teſtamenti etymon.*

4 *Teſtamentum conditum inter liberos, non adhibita ſolemnitate juris poſitivi, erit perfectum teſtamentum, & non codicillus, & per conſequens liberi ſuccedent ex teſtamento, & non ab inteſtato.*

5 *In teſtamento condito inter liberos ſubintelligitur appoſita clauſula codicillaris.*

## L. Filii patris. XVI.

### *Iidem* AA. *Heraclio.*

IUdex in diviſione, defuncti voluntatem ſequetur, 1
etiam non ſolemnem. Colligunt Ordin. Doctores citati *d. l. n. 1. ſupr. hoc tit.*

In gloſſ. *Ab inteſtato*, ibi, *ex hoc dicunt quidam*, 2
*quod ex minus ſolemni voluntate parentis non ſuccedatur niſi ab inteſtato, quod non placet.* &c. Ita Tiraquel. *de privileg. pia cauſæ, privil. 8.* Clar. *§. teſtamentum, q. 13.* Mich. Craſſ. *recept ſentent. §. teſtamentum q. 11. n. 2.* Hartman. Piſt. *lib. 1. n. 2.* Thaddæus Piſo *var. reſol. lib. 1. c. 7. n. 21.*

In eadem gloſſ. ibi, *eſt enim teſtamentum teſtatio* 3
*mentis.* &c, Vide Menchac. *de ſucceſſ. creat. in præfat. n. 28.* Molin. *de Juſtitia, & jure, tract. 2. diſp. 124. col. 1. in fine.*

In eadem Gloſſ. ibi, *referas ad caſum, cùm fecit co-* 4
*dicillos*, &c. Notatur ad hoc, quod teſtamentum conditum inter liberos, non adhibita ſolemnitate de jure poſitivo requiſita, erit perfectum teſtamentum, & non codicillus, & per conſequens liberi ſuccedent ex teſtamento, & non ab inteſtato, quando ſcilicèt pater uſus eſt verbis directis denotantibus inſtitutionem, vel diviſit inter filios hæreditatem per

quotas

quotas; ſecus verò ſi particulariter per ſingulas res, quia tunc illa eſt quædam diviſio, & ſucceſſio ab inteſtato, & non teſtamentum. Ita Anton. Gom. l. 3. *Tauri, n. 55. & 56.*

5 Notatur etiam ad hoc quod in teſtamento condito inter liberos ſubintelligitur & cenſetur appoſita clauſula codicillaris, ut per Boër. *decis. 240. num. 6.* Anton. Gom. *d. l. 3. Tauri, n. 62.* & citatos per me *de clauſul. uſufreq. clauſul. 21. n. 5.*

---

SUMMARIUM.

1 *Diviſio facta inter præſentes juribus abſentium nil derogat, & n. 2.*
3 *Factum unius non debet nocere alteri.*
4 *Pro debito unius non debet moleſtari alius.*
5 *Heredes abſentes an & qualiter citandi ſint per edicta ad familiæ erciſcundæ judicium.*
6 *Fructuum incremento bona hæreditaria augentur.*

## L. Cohæredibus. XVII.

*Idem* AA. *&* CC. *Commodiano.*

1 DIviſio facta inter præſentes juribus abſentium nil derogat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt, *l. Hiſpan. 12. titulo 2. parte 3.* Ordin. Reg. Luſit. *lib. 4. tit. 96. §. 2.* Socin. *cons. 195. num. 6. lib. 2.* Morquech. *in tract. de diviſione bonorum, lib. 1. cap. n. 41. cum ſeqq.* latè Alvar. Valaſc. *de partition. cap. 7. à princip.* ubi *num. 7.* ait jure communi, de quo *in hoc text.* attento, ſi quidam ex hæredibus ſint abſentes, & alius, vel alii præſentes velint hæreditatem partiri poſſe hoc rectè facere, jure abſentium & ignorantium minimè derogato & omnino illæſo manente, & *n. 8.* addit legem Regiam Luſitanam *in d. §. 2.* requirere ad citationem hæredis abſenti quod ſit in loco certo, in quo bene poſſit citari, hoc eſt facilè, & ſine periculo: Et *n. 18.* ait quod ſi fiant partitiones non facta mentione alicujus hæredis abſentis, quia forſan ignoratur quod defunctus habebat talem hæredem, vel quod eum inſtituerat; quia non reperitur defuncti teſtamentum, vel quia ab inteſtato deceſſit non valent quatenus in præjudicium illius abſentis, qui ignoratur, vel fuit habitus pro mortuo latè etiam Ayora *eod. tract. de partit. p. 1. c. 5. n. 15. cum ſeqq.*

3 Notatur ad hoc, quod factum unius non debet alteri nocere, ut per Surd. *decis. 102. num. 1. & conſil. 22. num. 29.* Menoch. *cons. 349. num. 26.* & alios per me citatos *de axiom. juris uſufrequent. axiom. 93. n. 21.* Et ad hoc quod pro debito unius non debet alius moleſtari, Surd. *de aliment. tit. 8. privil 54. num. 1.*

4 Hæredes abſentes an, & qualiter citandi ſint per edicta ad judicium familiæ erciſcundæ? Vide Ayor *de partit. part. 1. cap. 5. num. 17.* Alvar. Valaſc. *eod. tractat. capite 7. à num. 13.* Morquech. *de diviſion. bonorum, lib. 1. cap. 2. num. 41. cum ſeqq.* ubi reſolvit ſi aliquis ex hæredibus abſens fuerit, & citari non poſſit, quia domum certam non habet, nec ſcitur ubi ſit, curator bonis eſt à judice creandus, cum quo diviſio fiat, præcedente informatione de ſupradictis, quæ vim proclamantis habet, & *n. 42* diſputat an ſi dicta ſolemnitas non ſervetur, & abſque curatore bonis dato fratres præſentes diviſionem bonorum fecerint, & ſuam partem fratri abſenti adjudicaverint, & uſusfructus præſentium promiſit abſentem ratam dictam diviſionem habiturum, an dicta diviſio ſic facta valeat, ſi frater abſens veniat, & contradicat?

*Abſentis & ignorantis.* ] *Ignorati* debere dicere putat Alvar. Valaſc. *d. c. 7. n. 17. in princ.*

*Portionem cum redditibus*, &c. ] Notatur ad hoc quod fructuum incremento bona hæreditaria augentur, ut per Alvar. Valaſc. *dict. tractat. de partition. c. 13.*

---

SUMMARIUM.

1 *Emptum & traditum nomine filii, eidem in diviſione eſt adjudicandum, & n. 3.*
2 *Sumptus à cohærede facti pro communi hæreditatis commodo, titulo familiæ erciſcundæ, aut negotiorum geſtorum actione reſtineri, ac peti non poſſunt.*
4 *Pater emens nomine filii cenſetur ei donare, ſi emit, & nomen filii inſtrumento apponi jubet non tamen filii nomine, ut donet ei, emiſſe præſumitur, niſi re ipſa ſubſequuta ſit traditio, n. 5. quando emit fundum, aliamve rem nomine filii emancipati, vel exiſtentis in poteſtate, ſed eam illi non tradidit, non præſumitur donatio, nu. 6. Secus quando rem illam ei tradidit, etiamſi pater dediſſet pecuniam ipſi filio ut ſuo nomine emeret, n. 7. Niſi inter filios magna reſultaret inæqualitas, vel extent conjecturæ, quæ ſignificare poſſunt patrem donare noluiſſe, n. 8.*
9 *Aſſignantur intellectus l. filiæ cujus, familiæ erciſcundæ.*
10 *Diviſio bonorum patris inter filios morte patris confirmata, facit valere donationem, quæ aliàs eſſet invalida.*
11 *Res empta ex pecunia aliena efficitur ementis, & ei dominium acquiritur, & non domino pecuniæ.*
12 *Filius non tenetur conferre libros à patre donatos, niſi magna inter fratres reſultaret inæqualitas, n. 13. Et ut illi donati præſumantur, & non veniant conferendi, emptio librorum nomine filii, & traditio ſimul concurrere debent, n. 16. Si conferantur, ſufficiet conferre eorum æſtimationem, habito reſpectu ad tempus collationis, n. 20. An autem donatio librorum, vel alia facta filio cauſa ſtudii poſſit revocari à patre, diverſè ſentiunt, n. 22. Concordantur num. 23.*
14 *Filius non tenetur conferre expenſas, quas pater cum eo fecit in ſtudiis, etſi non ſit Doctor, Licentiatus, vel Advocatus, nec ſtudia compleverit in vita patris, num. 15. Niſi pater tempore, quo expenſas ſubminiſtravit, credendi animo facere, & non donandi fuerit proteſtatus, n. 17. aut filius habebat penes patrem bona materna, vel alia, n. 18. vel in ſtudio negligenter ſe geſſerit, & à patre præſtita in malos uſus erogarit, n. 19. & quidem in caſibus quibus expenſæ factæ in ſtudio conferendæ ſunt, detrahi in primis debet quod filius in domo patris in alimentis potuiſſet expendere, n. 21.*
25 *Donatio quam facit pater filio, ad ſui confirmationem, non requirit additionem hæreditatis.*

## L. Filiæ cujus. XVIII.

*Idem* AA. *&* CC. *Dominæ.*

EMptum & traditum non ine filii, eidem in diviſione eſt adjudicandum. Item ſumptus à cohæ-

rede facti pro communi hæreditaris commodo, titulo familiæ erciſcundæ, aut negotiorum geſtorum actione retineri ac peti poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 179.

3 Hanc eandem concluſ. quoad primam ejus partem ex hoc text. deſumunt Duen. *reg.* 371 Cujac. *lib. 9. obſervat.* 16. Soar. à Ribera *lib. 9. obſervat. cap.*
4 35. Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloſſ. 9 numero* 63. ubi, quod pater emens nomine filii cenſetur ei donare,
5 Menoch. *de arbitr. caſu* 88. *n.* 11. ubi quod ſi pater rem aliquam emit, & nomen filii in inſtrumento apponi jubet, non tamen filii nomine, ut donet ei,
6 emiſſe præſumitur, niſi re ipſa ſubſequuta traditio ſit, *& de præſumpt. lib. 3. præſ. 30. numero* 7. ubi dicit quod quando pater emit fundum, aliamve rem nomine filii emancipati, vel exiſtentis in poteſtate, ſed
7 eam illi non tradidit, non præſumitur donatio, &
*num.* 8. *cum ſeqq.* ſecus tenendum aſſerit quando rem
8 illam ei tradidit, etiamſi pater dediſſet pecuniam ipſi filio, ut ſuo nomine emeret, & *num.* 12. *&* 13. limitat quando inter filios reſultaret magna inæqualitas, vel extent conjecturæ, quæ ſignificare poſſunt patrem donare noluiſſe, Surd. *de aliment. tit. 6. q. 13. n.* 13. *cum ſeqq.* ubi ait, quod ſi pater non emat nomine filii, non videtur illi donare, & idem eſſe aſſerit in quocunque aſcendente erga deſcendentem ſuum. D. Barboſ. *in l. 3. §. quod ſi in patris, num. 9. ff. ſoluto matrim.* ubi probari in hoc text. ait, quod licèt donatio facta filiofam. morte patris non confirmetur, tamen illum operabitur effectum, ut in diviſione hæreditatis donatum adjudicetur filio, & ex aliis bonis hæreditariis aliorum fratrum ſupplebuntur portiones: unde licèt donatum filiofam. & non traditum non confirmetur morte patris, *l. ſi quis alteri, vel ſibi*, tamen in diviſione donatum applicabitur illi filio, cui donatum eſt, ex reliquis bonis aliis fratribus ſatisfiet. De intellectu latè idem D. Barboſ. *in l. quæ dotis*
9 34. *n.* 139. *& ſeq. ff. ſoluto matr.* ibi, *Eſt tamen verum, quod immò ex ſolo contractu ſine traditione præſumatur donatum filiæ*, videtur probare text. *in l. filiæ cujus* 18. *fam. erciſc.* & licèt Bart. *hîc n.* 12. reſpondeat textum eſſe intelligendum quando etiam intervenit traditio nomine filiæ, & defendat Iaſ. *hîc n.* 58. tamen prædictus intellectus apertè divinat, & ex multis eum reprehendit Andr. Angul. *tract. de meliorat. lib. 3. gloſſ. 4. à n.* 68. Alii igitur varii intellectus aſſignantur *d. l. filiæ cujus*, quos hîc referunt Alex. *n.* 19. Vincent. *n.* 35. Iaſ. *in l. ſi donatione, col. 2. & ſeq. de collat.* Sed verus intellectus eſt, quod *in d. l. filiæ cujus*, non agitur de præſumenda donatione, ſed tantùm de rebus emptis per patrem nomine filiæ, quæ reperiuntur in hæreditate patris, & ideo veniunt mero jure dividendæ inter cohæredes, *leg. 1. de caſtrenſi pecul. lib. 12.* in ſpecie Roman. *cons.* 291. *num.* 10. *ad finem*, & inquit nihilominùs Imper. *in de l. filia cujus*, quod voluntas patris, quæ colligitur exemptione facta per patrem nomine filiæ, illum effectum operabitur, ut filiæ hæc res debeat præcipua adjudicari per arbitrum familiæ erciſcundæ, & aliis cohæredibus ex reliqua hæreditate tantundem compenſabitur; quia licèt filii ex ſingulis rebus hæreditariis debeant legitimam ducere, *l. Plautius, inf. ad leg. Falcid.* tamen voluntas patris expreſſa, vel tacita efficiet ut quis legitimam habeat in certa re, & alii in aliis rebus hæreditariis, ut reſolvit Rip. *in leg. in quartam, numero* 93. *infrà ad legem Falcid.* qui intellectus eſt de mente Saliceti *in dict. leg. filiæ cujus, num.* 1. Imol. *leg. continuus, §. fin. col. 2. ad finem, infrà de verb. obligat.* Lancel. Dec. *hîc col. penult. ad medium*, Corn. *in authent. ex teſtamento num.* 39. *de collation.* & tanquam novum intellectum ſibi arrogat Andr. Angul. *de meliorat. lib. 3. gloſſ. 4. num.* 71. Hactenus D. Barboſa.

Notatur ad hoc hic text. quod diviſio bonorum patris inter filios morte patris confirmata, facit do- 10
nationem valere, quæ aliàs eſſet invalida, ut per Aym. *cons. 19. num. 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 1. cap.* 82. *num.* 12. ubi *num.* 13. intelligit quando facta eſt traditio bonorum donatorum verè, vel fictè per clauſulam.

In gloſſ. *Res comparavit*, ibi, *Vnde quia nomine* 11
*ejus emit*, &c. Adverte, quod res empta ex pecunia aliena efficitur ementis, & ei dominium acquiritur, & non domino pecuniæ, dequo Tiraq. *de retractu lig. §. 32. gloſſ. unic. numero* 16. Socin. *reg.* 345. Anton. Gom. *leg. 53. Tauri, numero* 36. Molin. *de primog. lib. 4. cap. 4. num.* 35. Eſcobar. *de ratiocin. cap. 14 num.* 35. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 51. numero* 43. Matienz. *l. 8. gloſſ. 4. tit. 11. lib. 5. novæ Recop.* Anton. Monach. *Lucenſi decis. 25. numero* 58. Alex. Trentacinq. *var. reſol. libro 3. titulo de empt. & vendit. reſol. 1. numero* 1. Mart. *in votis noviſſ. deciſivis, voto* 127. *numero* 3. Fontanel. *de pactis nupt. claus. 7. gloſſ. 3. part. 13. numero* 27. *tom. 2.* Rot. apud Cenc. *poſt tract. de cenſibus, decis.* 149. *num.* 1.

In ead gloſſ. ibi, *quod facit pro filio, cujus nomine* 12
*pater emit libros*, &c. Regula eſt, quod filius non tenetur conferre libros à patre donatos, de qua, & ejus exornatione, vide Duen. *reg.* 222. *limit. 3. & reg.* 371. Abb. *in cap. in præſentia, numero* 56. *de probat.* Afflict. *in cap. 1. §. præterea, num.* 76. *de prohibita feudi alienat. lib. 3. feudor.* Gregor. Lop. *l. 3. verbo valdria, tit. 4. part. 5.* Anton. Gom. *l. 29. Tauri, num.* 16. *&* 17. Avendan. *ibi gloſſ. 3. num. 5.* & Menchac. *de ſucceſſ. reſol. lib. 2. §. 19. num.* 30. Iul. Clar. *§. donatio, q.* 8. *num.* 6. Kirchov. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 10. de collat. num.* 26. *pag.* 31. Horat. Lut. *de privileg. ſcholar. privil.* 22. Rebuff. *in ſimili tract. privil. 55. cum ſeqq.* Perez *l. 8. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag.* 46. *col. 2. vers. quæritur ulteriùs*, ubi ſeptem concluſiones in hac materia facit, Matienz. *l. 3. gloſſ. 2. num. 3. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* Petr. Gilchen. *ad auth. ex teſtamento, n.* 29. *de collation.* Ioan. Garc. 13
*de expenſis, cap. 4. n.* 6. Anton. Amat. *in l. ſi emancipati, de collation. num.* 300. *cum ſeqq.* ubi *num.* 315. limitat ſi magna inter fratres reſultet inæqualitas, Menoch. *de præſumpt. lib. 3. q. 30. num.* 16. *& de arbitrar. caſu* 131. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 13. tit. 14. ex n.* 3. D. Barboſ. *in l. 1. part. 7. n. 36. ff. ſoluto matrim.* Valaſc. *de partit. c. 13. n. 159. cum ſeqq.* Parlad. *differ. 50. §. 4. n.* 40. Pichard. *ad §. quædam actiones, in tract. de collat. bonorum, art. 3. n.* 60. Stephan. Gratian. *diſcept. forens. c. 50. à n.* 24. Franc. à Souſa *in repet. §. actionum, part. 4. num.* 10. *cum multis ſeqq. Inſtit. de actionib.* Molin. *de Juſtitia, tract. 2. diſp.* 239. *in fine*, Mangil. *de imputat. q.* 30. *n.* 15.

Hinc etiam filius non tenetur conferre expenſas 14
quas pater cum eo fecit in ſtudiis, quas in dubio non animo credendi, ſed ex debita pietate, & donandi animo videtur facere. Ita Duen. *reg.* 87. Avendan. *d. l.* 29. *Tauri, gloſſ. 3. n. 5.* Mendez à Caſtro *in l. cum oportet, de bonis quæ lib. num.* 173. Matienz. *l. 3. gloſſ. 2. n. 6. tit. 8. lib. 2. novæ Recop.* Parlad. *d. differ. 50. §. 4. num.* 3. Ioan. Garc. *de expenſ. c. 4. n.* 1. Ayor. *de partit. part. 2. q. 13. n. 29. vers. primò item quæro*, Valaſc. *in ſimili tract. cap. 13. n. 151.* D. Barboſ. *in d. l. 1. ff. ſoluto matr. part. 7. num.* 48 *cum ſeqq.* Pichard *in d. tract. de collat. bonorum, art. 3. n. 54.* Franc. à Souſa *in repet. d. §. actionum, cap. 4. n. 80. vers. item ſi filio, & n. 101. cum ſeqq.*

Amplia etſi filius non ſit Doctor, Licentiatus, 15
vel Advocatus, nec ſtudia compleverit in vita patris;

nam

nam adhuc liberos ſibi à patre donatos conferre non tenetur, gloſſ. per text. *ibi in l. quæ pater 50. ff. hoc tit.* Anton. Gom. *l. 29. Tauri, n. 16. cum ſeqq.* Duen. *reg.* 371. D. Barboſ. *in d. l. 1. part. 7. n. 35. 37. & 38.* Matienz *de gloſſ. 2. num. 5.* Franc à Souſa *d. p. 4. n. 107.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 2. c. 231. à n. 18.*

16 Et advertas, quod emptio librorum nomine filii & traditio ſimul concurrere debent, ad hoc ut illi donati præſumantur, & non veniant conferendi, ita ut ex ſola librorum traditione donatio non præſumatur, nec ex ſola emptione pro filio. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo læſis, n. 102. vers. ex quo,* Menoch. *d. lib. 3. præs. 30. à n. 22.* Pichard. *d. art. 3. n. 60. vers. quæ tamen noſtræ gloſſ.* Franc. à Souſa *d. p. 4. n. 108.* Mangil. *de imput. q. 30. à n. 9.* Stephan. Gratian. *d. cap. 131. n. 15.*

17 Limita primò ſi pater tempore quo expenſas ſubminiſtravit credendi animo facere, & non donandi fuerit proteſtatus, *l. quæ pater 50. ff. hoc tit.* Anton. Gom. *l. 49. Tauri, n. 16. vers. ſecundò limita,* Joan. Garc. *dict. cap. 4. num. 1.* Matienz. *l. 13. gloſſ. 2. n. 6. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* Ayora *de partit. p. 2. q. 13. n. 29. col. 3. vers. fin.* Mendez à Caſtro *in l. cùm oportet, n. 177. de bonis quæ liber.* Amat. *in d. l. ſi emancipati, de collation. n. 315. 316. & 317.* Franc. à Souſa *d. part. 4. numer. 105.* ubi quod non præſumitur donare ſi expenſas ſcripſit in libro ſuorum debitorum. Alvar. Valaſc. *de partit. cap. 131. n. 164 v. vel pater tempore,* ubi etiam quod eo ipſo colligitur animus credendi, ſi pater expenſas contulit in libris rationum. Intellige ſi ipſo tempore, quo expenſæ præſtantur, & non ex intervallo, intervenit animus credendi, & non donandi, *l. illud 20. in fine, de collat.* Anton. Gom. *d. l. 29. Tauri, nu. 16. in fine, & n. 27.* Mendez à Caſtro *in cad. l. cùm oportet, n. 177.* Pichard. *in d. art. 3. num. 58.* aſſerens ideo non nocere filio declarationem tempore mortis factam quod animo credendi dedit. Quod quidem locum habere mihi videtur niſi filius ſtudium non compleverit; nam tunc ex intervallo poterit animum ſuum patefacere, & filio nocebit. Anton. Gom. *d. l. 29. Tauri n. 27. in fine,* Ayora *de partit. p. 2. q. 13. num. 29. col. 4. vers. caſu tamen quo filius.* Mendez à Caſtro *in d. l. cùm oportet, n. 177. vers. quæ declaratio fieri debet.*

18 Limita ſecundò, ſi filius habebat penes patrem bona materna, vel alia, quia tunc de illis pater ad iſtas cauſas videbatur expendere, & non de ſuo: ita per text. *in l. fin. ff. de petit. hæred. & in l. Neſennius, ff. de negot. geſt.* reſolvunt, Gregor. Lop. *l. 5. gloſſ. 6. tit. 15. part. 6.* Ant. Gom. *l. 29. Tauri, n. 16. vers. quod tamen limita, & intellige,* Ayora *d. q. 3. num. 29. vers. item limitatur,* Ioan Garc. *d. tract. de expens. cap. 4. num. 2.* Matienz. *l. 3. gloſſ. 2. num. 7. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 22. num. 31.* Alvar. Valaſc. *d. cap. 13. n. 164. vers. & primò,* Mangil. *de imputat. quæſt. 30. vers. ubi verò, & quæſt. 32. num. 6.* Franc. à Souſa *d. p. 4. n. 105.* Et ſi bona hujuſmodi apud patrem exiſtentia non conſiſtant in pecunia numerata, ſed in bonis immobilibus, Ant. Gom. *d. l. 16. vers. adverte,* Ioan. Garc. *d. c. 4. vers. quod eſt verum* Ayora *d. num. 29. vers. eſt tamen advertendum.* Quamvis contrarium hujus limitationis, imò quod etſi habeant bona filii, pater non præſumatur animo compenſandi expendiſſe, reſolvunt Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præs. 30. n. 19.* D. Barboſ. *in dict. l. 1. ff. ſoluto matr. p. 7. n. 28.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 231. num. 19.*

19 Limita tertiò, ſi filius in ſtudio negligenter ſe geſſit, & à patre præſtita in malos uſus erogavit, nam datio patris habet tacitam conditionem, ſi filius proficiat, & in optimos uſus expendat, & ſic tanquam cauſa non ſequuta repetitioni erit locus: ita Avendan. *reſp. 17. n. 2.* Joan. Garc. *de 4. n. 3.* Alvar. Valaſc. *d. c. 12. n. 164. vers. & tandem.* Matienz *l. 3. gloſſ. 2. n. 6. tit. 8. lib. 5. novæ Recop.* D. Barboſ. *in d. l. 1. part. 7. n. 64. vers. unde dixit,* Pichard. *d. art. 3. n. 59.* Franc. à Souſa *d. p. 4. n. 105.*

Duo in hac materia ſunt advertenda, unum quod 20
ſi libri conferantur, ſufficiet conferre eorum æſtimationem, habito reſpectu ad tempus collationis. Anton. Gom. *d. l. 29. num 17.* Alvar. Valaſc. *d. c. 13. num. 166.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. convent. lib. 13. tit. 14. num. 11.* ubi tenet quod in caſibus, in quibus non præſumitur facta donatio, & filius tenetur libros in commune conferre, tunc judex debet eos in ejus portione imputare, ne aliquod detrimentum patiatur propter ſingularem affectionem, & memoriam localem; quam illis habere conſuevit. Alterum quod in caſibus quibus expenſæ factæ in 21
ſtudio conferendæ ſunt, detrahi in primis debet quod filius in domo patris in alimentis potuiſſet expendere, ita Perez *l. 1. titul. 10. lib. 1. Ordin. pag. 383.* Duen. *reg. 222. limit. 2. ad fin.* Anton. Gom. *d. l. 29. Tauri. n. 17. vers. unum tamen eſt,* Avendan. *dict. reſp. 17. num. 2. ad finem,* Ayora *d. part. 2. quæſt. 13. num. 29. col. 4.* Matienz. *d. l. 3. gl. ff. 2. num. 6.* Anton. Amat. *in dict. l. ſi emancipati, num. 322.* Pichard. *d. art. 3. n. 59.* Franc. à Souſa *d. p. 4. n. 105.* Alvar. Valaſc. *d. c. 13 n. 165.* Mangil. *de imput. q. 32. n. 1.*

Vtrùm autem hæc donatio librorum, vel alia facta filio cauſâ ſtudii, poſſit à patre revocari? Negativam partem tuentur Gom. Arias *in l. 17. Tauri, num. 34* Cifuentes *n. 1. limit. 3.* Palat. Rub. *n. 67.* Caſtill. *verbo Semejante,* Segura *in l. unum ex familia, §. ſed ſi fundum, n. 128. & 151 ff. de legat. 2.* Ceval. *commun. contra commun. q. 245. n. 9.* cujus contrarium ſequuntur Tell. *in d. l. 17. num. 113.* Avendan. *l. 44.* 23
*Tauri. gloſſ. 15. num. 6.* Sed quælibet opinio facilè ad concordiam reduci poteſt, ut ſcilicet prima procedat in bonis neceſſariis ad alimenta, & ad diſcendum: ſecunda in donatione bonorum, quæ ad ſtudium neceſſaria non ſunt, ita Azeved. *l. 1. n. 45. & 46. tit. 6. lib. 5. novæ Recop.* Morquech. *in tract. de diviſione bonorum, lib. 3. c. 6. n. 89.*

In ead. gloſſ. ibi, *ſed hic,* &c. Notatur ad hoc, 24
quod donatio quam facit pater filio, ad ſui confirmationem non requirit aditionem hæreditatis, ut per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & uxor. §. 69. n. 2. in fine,* Tiraq. *in l. ſi unquam, verbo libertis, n. 122. vers. tertiò,* Hippol. *ſing. 63.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 4. n. 16. col. 3. in fine.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Res ex hæreditate ſubtractæ repetuntur familiæ erciſcundæ judicio, & n. 2. Intellige ut n. 3.*

## L. Incerti juris. XIX.

### *Iidem* AA. *&* CC. *Lyſicrati*

RES hæreditate ſubtractæ judicio familiæ erciſ- 1
cundæ repetuntur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt Azor. *de partitionib. part. 1. cap. 3. num. 37.* ubi intelligit de re ſubtracta, vel deteriorata poſt mortem defuncti, addens quod ſi ante mortem patris, vel defuncti id factum eſſet, non veniet in hoc judicio diviſorio, ſed alio judicio ordinario agendum 3
eſſet, Alvar. Valaſc. *in ſimili tract. de partition. c. 8. num. 56.*

SUMMARIUM.

1 *Res si communi nomine distrahitur, communi nomine pretium venit in actione mandati, vel negotiorum gestorum; si verò proprio nomine, venit in petitionem hæreditatis.*

2 *Fratres præsentes quando hæreditatem diviserunt, & partes suas vendiderunt, poterit frater, qui absens fuit, & divisioni non consensit, in judicio familiæ erciscundæ partem pretii rerum venditarum à fratribus petere.*

3 *Vendens rem alienam semper nomine alieno vendere creditur.*

## L. In familiæ. XX.

### *Idem* AA. & CC. *Pactuelæ.*

1 SI res communi nomine distrahitur, communi nomine pretium venit in actione mandati, vel negotiorum gestorum; si verò proprio nomine, venit in petitionem hæreditatis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2 Vide Morquech. *in tract. de divisione bonorum, lib. 1. cap. 2. num. 45. cum seqq.* ubi citato hoc text. ait, quod quando fratres præsentes hæreditatem diviserunt si partes suas divisas vendiderunt, poterit illius frater, qui absens fuit, & divisioni non consensit, in judicio familiæ erciscundæ partem pretii rerum venditarum à fratribus petere: Et *num. 46.* subdit, quod si commodè expediri poterant, & communi nomine vendiderunt, actione negotiorum gestorum pretium communicatur, & dividendum erit Cabed. *Lusit. dec. 146. n. 3. part. 1.* ad hoc, quod ubi hæreditas jacet indivisa, si hæres suo nomine rem aliquam hæreditariam alienat, non revocatur alienatio, etiamsi alii hæredes non consenserint, sed repetitur pretium ab eo ut conferat inter hæredes dividendum.

3 Notat hîc Bartol. quod vendens rem alienam, semper nomine alieno censetur vendere, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 2. n. 20.*

SUMMARIUM.

1 *In rebus à patre divisis judex patris voluntatem inter liberos sequetur; ubi verò non apparent à patre divisæ, juris ordinem attendet.*

2 *De divisione à parente facienda inter liberos, remissivè.*

3 *In dividendo voluntas testatoris non solùm expressa, sed & conjecturata sequenda est.*

4 *Divisio bonorum communium quando facta fuit ab ipsomet testatore, qui in bonis hæredes fecit, cohæret non tenetur cohæredi pro re evicta, quam quidem ob conditionis eventum tenetur restituere.*

## L. Si cogitatione. XXI.

### *Idem* AA. & CC. *Fortunato.*

1 IN rebus à patre divisis judex patris voluntatem inter liberos sequetur, ubi res non divisæ à patre apparent, juris ordinem judex attendet. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. suprà hoc tit.* & post omnes Giphan. *tom. 1. pag. 181.*

De divisione à parente inter liberos facienda, vide latè Alvar. Valasc. *in tract. de partition. c. 21. per tot.* Morq. *in tractat. de divisione bonorum, lib. 4. cap. 3.* 2

Ex hoc text. colligit Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampliat. 11. n. 20. vers. ad propositum*, quod judex in dividendo debet sequi voluntatem testatoris, non solùm expressam, sed conjecturatam. 3

In gloss. *Voluntatem, pen.* ibi, *& nota quod pro hujusmodi divisione non agitur de evictione*, &c. Notatur ad hoc, quod quando divisio bonorum communium facta fuit ab ipsomet testatore, qui in bonis suis hæredes fecit, cohæres non tenetur cohæredi pro re evicta, quam quidem ob conditionis eventum tenetur restituere, ut per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 118. n. 1.* 4 5

SUMMARIUM.

1 *Errore cohæredum alteri non acquiritur dominium.*

2 *Possidens rem alienam sine titulo, domino etiam sciente & patiente, non acquirit dominium.*

3 *Actio familiæ erciscundæ an, & quo tempore præscribatur juri agendi ad dividendum rem communem familiæ erciscundæ, aut communi dividendo actione, remissivè.*

## L. Servum. XXII.

### *Idem* AA. & CC. *Dyonisio.*

ERrore cohæredum alteri non acquiritur dominium. Item possidens rem alienam sine titulo, domino etiam sciente & patiente, dominium non acquirit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.* 1 2

An, & quo tempore præscribatur actio familiæ erciscundæ, seu præscribatur juri agendi ad dividendum rem communem familiæ erciscundæ, aut communi dividundo actione, vide Ayoram *in tract. de partition. p. 3. q. 30. n. 106.* ubi per hunc text. tenet, quod hæc actio non præscribitur longo tempore decem, vel viginti annorum, sed triginta annis cùm is qui possidet rem communem, non habeat titulum in actione reali, quæ continetur in mixta actione familiæ erciscundæ, vel communi dividundo, & intelligit procedere quando socius possidebat nomine suo tantùm, credens rem esse divisam, vel suam bona fide ex aliqua justa causa, secus si socius possidebat communi nomine suo, & cohæredis, vel socii, quia tunc nullo tempore præscribit: & *n. 111.* subdit, tunc esse necessariam præscriptionem triginta annorum, quando cohæret, aut socius defenditur præscriptione temporis lapsi, sed si allegaret, & prætenderet factam fuisse divisionem, & pro diviso possedisse illam rem, aut res, de quibus petitur divisio, & cohæres possedisset alias res hæreditarias pro diviso, tunc ex sola possessione decem annorum præsumetur facta divisio, & hoc tempore lapso defendetur à divisione petita, per gloss. *verbo si major, in l. si major, communi divid.* latè etiam hanc eandem materiam pertractat Alvar. Valasc. *in simili tract. de partitionibus, c. 38. per tot.* 3

## L. Licet pactio. XXIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Hermogeni.*

1 PActum cohæredum non præjudicat creditoribus. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum univerſale adveniente conditione reſtituendum, quarta priùs deducta, & n. 2.*
3 *Intellectus divinatorius in dotis cauſa vitandus eſt.*

## L. Filium quem. XXIV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Socrati.*

1 FIdei commiſſum univerſale conditione adveniente reſtituendum, quarta priùs deducta, Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* poſt omnes Aloyſ, Leo *fol.* 70. Giphan. *tom. 1. pag.* 185. & *tom. 7. reper.* Petrus Matheſilan. Vincent. à Salà, Lancel. Politus, Hieron. Torniellus, & Ioan. Corraſius.

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt, & pro illius intellectu, ac conciliatione *cum l. in quartam, ff. ad leg. falcidiam*, multa cumulant Alciat. *lib. 6. paradox. c. 5.* Vacon à Vacuna *juris civilis declarat. lib. 4. declar. 50.* Bereng. Fernandez *in l. in quartam, ff. ad leg. falcid. cap. 4. n. 40.* Fachinæ. *controvers. lib. 7. cap. 70.* Alphan. *collect. 342.* Iul. Pac. *lib. 6. enant. 51.* Turret. *in tract. de effectib. clauſul. codicill. q. 114. n. 3.* Charond. *lib. 2. veriſim. c. 4. fol. mihi 119. verſo,* Corraſ *lib. 2. miſcel. c. 17.* Duaren. *lib 2. diſp. anniv r. c. 10.* Cont. *lib. 1. diſp. ſubcis. c. 15.* Hottoman. *lib. 1. var. diſp. 3 & lib. 9. c. 5. & lib. 10. cap. 5. & 7.* Ventid Tamberlan. *in ſuo juris Dialogo, in d. l. in quartam,* M. Ant. Delr. *in ſuis miſcel. ad hanc l. & ad d. l. in quartam,* Ant. Fab. *lib. 6. conject. juris, c. 4 & 5.* Nicol. à Salis *in ſuis ſicilimentis juris civilis, pag. mihi* 247. Loriot. *in ſuis axiomat. ex tract. legatorum, axiom. 22. cum ſeqq.* Menoch. *de arbitrar. caſu* 164.

3 In Gloſſ. *Hæreditaria*, ibi, *ſed hoc refugium eſt miſerorum*, &c. Limitant in cauſa dotis, quod intellectus divinatorius eſt vitandus, Paul. de Caſtro *in l. 2. n. 2. ff. ſoluto matr.* Surd. *d. dec. 298. n. 5.*

SUMMARIUM.

1 *Repudians hæreditatem non tenetur ad collationem, & n. 2.*
3 *Filius, vel deſcendens, qui vult ſe abſtinere, vel renuntiare ſucceſſioni patris, vel matris, vel aſcendentis, non tenetur conferre, ſed poteſt retinere quod eſt ſibi datum.*
4 *Filius non tenetur conferre ſibi donata à patre in ejus vita.*

## L. Ex cauſa. XXV.

*Iidem* AA. *&* CC. *Diocli.*

1 REpudians hæreditatem non tenetur ad collationem. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt 2
Cujac. *lib. 17. obſerv. 33.* Anton. Gom. *leg. 19. Tauri, n. 32. in princip.* ubi quod filius, vel deſcendens 3
qui vult ſe abſtinere, vel renuntiare ſucceſſioni patris, vel matris, vel aſcendentis, non tenetur conferre, ſed poteſt retinere quod eſt ſibi datum, & antea *num. 5. vers. unum tamen*, ſubdit per hunc textum filium non teneri conferre ſibi donata à pa- 4
tre in ejus vita, quia non ſuccedit titulo univerſali, ſed particulari.

SUMMARIUM.

1 *Diviſio, vel diſpoſitio etiam imperfectè facta à patre valet inter liberos, & n. 2.*
3 *Liberi, non verò extranei capiunt legata ex teſtamento minùs ſolemni.*
4 *Teſtamentum inter liberos eandem contineat ſolemnitatem, quam inter extraneos.*
5 *Teſtamentum inter liberos minus ſolemniter factum valet, etſi non fuerint æqualiter inſtituti.*
6 *Teſtamentum imperfectum inter liberos ratione voluntatis non magis valet, quàm inter extraneos.*
7 *Ex actu nullo, ſicut ex valido declaratur voluntas.*
8 *Teſtamentum imperfectum ratione ſolemnitatis inter liberos etiam emancipatos valet, & inter liberos gradus ulterioris, n. 9. Sive deſcendunt ex filio, ſive ex filia, n. 10. Et inter liberos excluſos per Statutum à ſucceſſione ab inteſtato. n. 11. Item inter filias cùm renuntiarunt, ſucceſſioni, n. 12. Similiter inter legitimatos, n. 13. Et denique inter naturales non legitimatos in eo quod capere poſſunt à patre, vel matre, n. 14. Diſtinguitur inter patrem, & matrem, n. 15. Et limitatur opinio, n. 16.*
17 *Teſtamentum cœptum inter liberos ſufficienti numero teſtium & ſolemnitate legitima, non tamen perfectum mortis præventione, valet in dubio ſi conſtiterit, quod teſtator ulterius volebat procedere.*
18 *Teſtamentum minus ſolemne inter liberos valet quoad ipſos liberos tantùm, non verò quoad extraneos principaliter cum ipſis liberis ſimul hæredes inſtitutos, vel admiſſos.*
19 *Teſtamentum inter liberos quibuſcunque indiciis probari poteſt, modò duobus comprobetur teſtibus, n. 20. ſi nutu factum, quid n. 21.*
22 *Teſtamentum imperfectum defectu voluntatis etiam inter liberos non valet.*
23 *Melioratio à patre facta uni ex filiis in teſtamento imperfecto ratione voluntatis, an & quando valeat.*
24 *Indicium quodlibet duobus probatur teſtibus.*

## L. Inter omnes XXVI. ult.

*Imp.* CONSTANTIN. A. *Ad Raſſum. P. P.*

DIviſio, vel diſpoſitio etiam imperfectè à patre 1
facta valet inter liberos. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt, 2
*l. Hiſp. 7. tit. 1. part. 6. ubi gloſſ. 4. & 5. & l. 5. tit. 8. p. 6. ubi gloſſ. 7.* Socin. jun. *cons. 147. num. 33. vol. 2.* Boër. *decis. 240. à princip.* Marc. Anton. *in princip. Inſtit. de teſtam. n. 32.* Paul. Montan. *in tract. de tutel. cap. 8. num. 14.* Emman. à Coſta *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. p. 1. num. 43.* Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 12. n. 15.* Cardin. Mantic. *de conject. ult. vol.*

*lib. 6. tit. 2. per tot.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 7. 9. & 19. num. 11.* Tiraq. *de jure primogen. q. 4. n. 2.* ubi intelligit si pater æqualiter inter filios disponat, *& in l. si unquam, verbo libertis, n. 203. de revoc. donat.* ubi ait, quod liberi, non verò extranei, capiunt legata ex testamento minùs solemni, Valasc. *consult. 23. num. 4.* ubi quod sufficit disponere inter liberos per quemcunque modum scripturæ, & quæcunque verba, vel incidia, Morquech. *in tract. de divisione bonor. lib. 4. cap. 8. num. 3.* ubi *num. 4.* subdit de
4 jure Regio Hispanor. per *leg. 3. Tauri*, testamentum inter liberos deberi continere eandem solemnitatem
5 quam inter extraneos, latè Francisc. de Barry *de succeff. testati, ac intestati, lib. 1. tit. 3. per tot.* ubi *num. 5.* resolvit testamentum factum inter liberos
6 minus solemniter, valere etsi non fuerint æqualiter instituta, & *num. 12.* quod testamentum imperfectum inter liberos ratione voluntatis, non magis valet quàm inter extraneos, latè Molin. *de Instit. tract. 2. disp. 128.*

7 Solet allegari hic text. ad hoc quod ex actu nullo voluntas sicut ex valido declaratur, ut per Crav.
8 *cons. 113. num. 6.* Bec. *cons. 76. n. 22.* Menoch. *de arbitr. casu 131. n. 30.* Surd. *de aliment. tit. 9. q. 25. n. 92.*

9 *Vel emancipatos*, &c. ] Notatur ad hoc, quod testamentum imperfectum ratione solemnitatis inter liberos etiam emancipatos valet, ut per Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 54. vers. secundò.* Obtinet etiam inter liberos ulterioris gradus, Clar. *§. testamentum q. 12.*
10 sive ex filio, sive ex filia descendant, Menchac. *de succeff. creat. lib. 3. §. 21. n. 82.* Crass. *§. testamentum, q.*
11 *15. n. 5.* Molin. *d. disp. 127. n. 3.* & inter liberos exclusos per statutum à successione ab intestato, Clar. *d.*
12 *q. 12.* Mench. *d. §. 21. n. 52.* Sim. de Pret. *de interpr. ult. volunt. lib. 4. interpr. 3. dub. 2. n. 20.* Menoch. *remed.*
13 *4. adipisc. n. 321. & 326.* Item inter filias, quæ renuntiaverunt successioni, Crass. *dict. q. 15. n. 3.* Similiter inter legitimatos, Clar. *d. q. 12.* Menchac. *d. §. 11. n. 56.* Petr. Greg. *syntagm. juris p. 3. lib. 42. c. 5. n. 7.* Gail. *lib. 2. obser. 112. n. 21.* Fachinæ. *controvers. lib. 4. c. 3.*
14 Cardin. Mantic. *d. lib. 6. tit. 2. n. 24.* Et denique inter naturales non legitimatos, in eo quod capere possunt à patre, vel matre, secundum Anton. Gom. *d. l. 3. Tauri, n. 54. in princip. vers. tertiò,* Molin. *dict. disp. 128. n. 4.* Sed communis opinio distinguit inter patrem, & vult testamentum patris imperfectum non valere, illud verò matris sic, de quo Clar. *d. q. 12.* Menchac.
15 *d. §. 21. n. 53.* Gail. *d. lib. 2. observ. 112. n. 18* Capreol. *de succeff. ab intestato, lib. 1. n. 86.* Andr. Fachinæ *d. c. 3.* Crass. *d. q. 15. & §. institutio, q. 7. n. 4.* Surd. *decis. 95.* Cæterùm quidam hanc communem opinionem limitant ut procedat si pater legitimos filios habeat, & deinde isti volunt, ut patris testamentum imperfectum valeat inter liberos naturales, si careat legiti-
16 mis, quam sententiam sequitur Boër. *dec. 250. n. 12.* ubi id restingit in spuriis, licèt pater careat legitimis, quod secus est in matre nisi illa sit illustris, vel filius natus sit ex damnato coitu, sive mater sit illustris, sive non, ut observant Clar. *d. q. 12.* Men-
17 chac. *dict. §. 21. n. 55.* Crass. *d. q. 15.*

*Sive cœptum, neque impletum testamentum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod si quis cœpit facere inter liberos testamentum sufficienti numero testium & solemnitate legitima, tamen non potuit perficere, nec consummare morte præventus, valet in dubio, si non constiterit quod testator ulteriùs volebat procedere, ut per Ant. Gom. *d. l. 3. Tauri, n. 18.* Boër. *decis. 240. n. 5.* Tiraq. *de pia causa, privil. 7. n. 2.* Burg. de Paz. *cons. 1. n. 1.* Vnde si pater instituit filios hæredes, & uni ex filiis meliorationem fecit, & cum vellet plura legata facere mortem obiit, melioratio non valet, ut per Clar. *§. testamentum., q. 9. n. 2.* Morquech. *d. tr. de divis. bonor. lib. 5. c. 8. n. 2. v. utrumque*, quicquid teneat Ayora *de partition. p. 3. q. 24. n. 70. cum segq.*

Notatur ad hoc, quod testamentum inter liberos minus solemne valet quoad ipsos liberos tantùm 18
non verò quoad extraneos, principaliter cum ipsis liberis simul hæredes institutos, vel admissos, ut per Cov. *in cap. relatum, el 1. n. 3. de testam.* Mench. *de succeff. creat. lib. 3. §. 21. n. 120. & §. 22. in princ.* Crass. *in §. testamentum, q. 6.* Franc. de Barry *de successione testati ac intestati, lib. 1. tit. 3. n. 6.*

*Vel indicis*, &c. ] Notatur ad hoc, quod testa- 19
mentum inter liberos quibuscunq; indiciis probari potest: ut per Card. Mantic. *de conjecturis ultim. volunt. lib. 6. tit. 2. n. 1.* ubi tamen intelligit, dummo- 20
do duobus testibus comprobetur. Tiraq. *de pia causa privil. 4. in fine.*

An autem nutu factum valeat, vide Tiraq. *de pia* 21
*causa privil. 8. vers. sed prima*, Clar. *in §. testament. q. 8.* Card. Mantic. *d. lib. 6. tit. 6. n. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 19. n. 12.* Franc. de Barry *d. lib. 1. tit. 3. n. 4. in princip.*

In Gloss. *Neque imploratum*, ibi, *quantum ad so-* 22
*lemnitatem, sed bene completum quoad voluntatem.* Notatur ad hoc, quod testamentum imperfectum defectu voluntatis etiam inter liberos non valet, ut per Menchac. *de succes. creat. lib. 3. §. 22. n. 6* Padill. *in l. ex testamento, n. 8. de fideicomm.* Anton Gom. *d. l. Tauri, n. 106.* Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, super declar. legis Regni, q. 4. à n. 1.* Alvar. Valasc. *consult. 74. n. ult.* Molin. *d. disp. 128. n. 6.* Morquech. *d. tract. divis. bonor. lib. 4. cap. 8. n. 2. &* 3. ubi resolvit meliorationem à patre factam uni ex
filiis in testamento imperfecto ratione voluntatis 23
non valere, nisi hujusmodi melioratio, sive bonorum divisio esset æqualis, quia tunc valeret.

In Gloss. *Vel indiciis*, ibi, *dummodo tamen duobus* 24
*testibus probetur*, &c. ] Notatur ad hoc, quod quodlibet indicium probatur per duos testes, ut per Coras. *in l. quamvis, n. 10. de impuberum & aliis*, Hippol. de Marsil. *sing. 476. & in 1. §. idem Cornelio, n. 2. ff. de quæst. & in l. de minore, §. plurium, n. 10. & in l. unius, §. testes, n. 2. & in l. fin. n. 12. & 13. ff. de quæst. & cons. 8. n. 9. & cons. 12. n. 16. & cons. 15. n. 13. & cons. 20. n. 44. & cons. 22. n. 12. & cons. 51. n. 5. & consil. 52. n. 29. & cons. 59. n. 6. & cons. 72. n. 10. & cons. 88. n. 15. & cons. 130. n. 33.* Afflict. *decis. 364. n. 3. cum segq.* Anton. Gom. *tom. 1. var. cap. 5. num. 24. col. 3. & tom. 3. cap. 13. num. 18.* Clar. *lib. 5. sent. quæst. 22.* Ioseph. Ludov. *Perus. decis. 9. n. 1.* Ranchin. *p. 5. concl. 46.* Mascard. *de probat. concl. 22. & conclus. 347. n. 29. & concl. 379. & concl. 894. n. 1. & concl. 1223. n. 37. cum segq.* Menoch. *de præsump. lib. 1. præs. 51. n. 3.* Perez *l. 8. tit. 15. lib. 2. Ordin. pag. 360.* Valasc. *consult. 154. n. 21.*

---

## SUMMARIUM.

1 *Scripturam imperfectam à patre, aut hæredibus inter quos debet dividi hæreditas, subscriptam servabunt hæredes, & n. 2.*

3 *Testamentum in scriptis conditum inter liberos cum duobus testib. ut sit validum, necesse est, ut subscribatur à testatore, vel liberis in eo restitutis.*

4 *Subscribens scripturam ab altero scriptam, præsumitur illam approbasse.*

AUTH. Si modò.

SCripturam imperfectam à patre, aut hæredibus inter quos debet dividi hæreditas, subscriptam, hæredes servabunt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. sup. hoc tit.*

2. Hanc

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Tiraq. *de pia cauſa, privil.* 4. Molin. *de juſtit. tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 128. *n.* 1. *vers. obſervat tamen*, ubi
3 hîc probari aſſerit, ut teſtamentum in ſcriptis conditum inter liberos cum duobus teſtibus ſit validum, neceſſarium eſſe ut ſubſcribatur à teſtatore, vel à liberis in eo inſtitutis.

4 *Liberorum ſubſcriptio.* ] Notatur ad hoc, quod ſubſcribens ſcripturam ab altero ſcriptam præſumitur illam approbaſſe, ut per Hippol. *in rubr. de prob. n.* 75. Anton. Gabr. *comman. lib.* 1. *tit. de præſumpt. concl.* 3. *n.* 1. latè Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præs.* 66. *n.* 7. *cum ſeqq.*

## *Communi dividundo.*

## TIT. XXXVII.

IVDICIO familiæ erciſcundæ rectè ſubjicitur judicium communi dividundo: quoniam ut illo dividitur univerſitas, id eſt, tota hæreditas: ita hoc dividuntur res ſingulæ. Vide Bart Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. Item Cujac. Pac. & Vveſemb.

De materia tit. Bellacomb *commun. opin. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 24. Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *c.* 1. §. 7. Morquech *in tract. de divis. bonorum, lib.* 1. *c.* 3. *cum ſeqq. & lib.* 4. *cap.* 1. *cum ſeqq.* Alvar. Valaſc. *de parsit. cap.* 22. *cum ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſen. tom.* 2. *tit.* 552.

### SUMMARIUM.

1 *Actio communi dividundo datur contra ſingularem ſucceſſorem, & n.* 2.

3 *Pars rei communis non poteſt vendi extraneo, intentato judicio communi dividundo, niſi de voluntate omnium ſociorum.*

4 *De re una tantùm dividenda ubi agitur, ſi patiatur commodam diviſionem, tunc per regiones, & partes æquales, vel prout quemquam hæredum contigerit, dividi debet: quid autem ſi non patitur commodam diviſionem, n.* 5.

6 *Res quando non poteſt commodè dividi ſine injuria, & partes contendunt rem ſibi adjudicari, tunc judex debet aperire licitationem, & totam dabit ſocio plus licitanti. Quid ſi nullus ſociorum voluerit licitari, vel omnes idem offerant pretium, nec inter ſe conveniant, cui potiùs res tota adjudicetur, n.* 7.

8 *Æſtimatio totius rei non per partes, ſed integraliter fieri debet.*

### L. Frater tuus. I.

*Imp.* ANTONINVS A. *Lucano.*

1 ACtio communi dividundo datur contra ſingularem ſucceſſorem. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Angel. Bald. Caſtrenſ. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu-
3 munt *l. Hſpan.* 55. *tit.* 5. *part.* 5. ubi ſtatuitur, ut non poſſit rei communis pars vendi extraneo, intentato judicio communi dividundo, niſi de ſociorum omnium voluntate, Iaſ. *in* §. *quædam, num.* 59. *Inſtit. de actionib.* Et notatur ad hoc, quod ſi de una re tantùm dividenda agatur, ſi patiatur commodam diviſionem, tunc per regiones, & partes æquales, vel prout quemquam hæredum contigerit, dividi debet, ut per Bart. *in l. ſtipulationes, num.* 18. *prope fin. ff. de verborum obligat.* Greg. Lop. *l.* 10. *tit.* 15. *part.* 6. Tiraq. *de jure primog. q.* 60. *n.* 16. Navar. *de reſtitut. Eccleſiaſt. q.* 1. § 51. *n princip.* latè Alvar. Valaſc. *in tract. de partit. cap.* 22. *a.* 6. ubi *n.* 7. advertit, 5
quod quando res non patitur commodam diviſionem, permittitur judici alteri cohæredem rem totam adjudicare, atque eundem alteri æſtimatione juſta rei facta per æſtimatores adinvicem condemnare, & ſic quando ſubeſt juſta cauſa, putà difficultas diviſionis, poteſt judex facere juſtam adjudicationem totius rei uni, aliàs hoc facere non poteſt.

*Amittit prædium, ſi licitatione viceris,* &c. ] 6
Advertè, quod quando res non poteſt commodè dividi ſine injuria, & partes contendunt, unuſquiſque rem ſibi adjudicari, tunc judex debet aperire licitationem, & ſocio plus licitanti dabit totam, ut per Gaſp. Caballin. *miſcellan.* 817. Ariſmin. Tepat. *var. ſen. tom.* 1 *tit.* 552. *cap.* 9. *in princ.* Alvar. Valaſc. *dict. can.* 22. *n.* 9 ubi ſubdit, hunc textum ſuppleri & declarari debere per alium *in l. ad officium in vers. ad licitationem, inf. hoc eod. tit.* ut videlicet 7
priùs admittatur licitatio inter ipſos ſocios, ſeu cohæredes, & alteri ſocio plus licitanti res tota adjudicetur, quod ſi nullus ex ſociis voluerit licitari, vel omnes idem pretium offerunt, nec inter ſe conveniant, cui potiùs res tota adjudicetur, tunc extraneus licitator admittendus eſt, vel etiamſi contingat, quòd qui plus licitatur, non offert adhuc juſtum rei pretium, & alter ſocius ſe non ſufficere ad juſtum pretium ob paupertatem forte aſſerat, tunc enim etiam admittetur extraneus licitator, ut expreſsè diſponitur *in d. l. ad officium*, ubi dicimus.

In Gloſſ. *Parte pretii* 2. ibi, *imo totus fundus æſtimatur*, &c. Notatur ad hoc, quod æſtimatio totius 8
rei non per partes, ſed integraliter fieri debet; nam per partes minuitur valor rei, ut per Tiraq. *de retractu lig.* §. 23. *gloſſ.* 1. *n.* 17. Roland. *cons.* 71. *n.* 16. *vol.* 3. Pinel. *in l.* 2. *de reſcind. vend. p.* 3. *cap.* 4. *n.* 36. Menoch. *cons.* 358. *n.* 25. & 30. Surd. *decis.* 155. *n.* 4. *cum ſeqq.* Ioan. Garciam. *de expens. c.* 24. *n.* 6.

### SUMMARIUM.

1 *Poſſeſſionem nactus jure pignoris, familiæ erciſcundæ judicio convenitur, & n.* 2.

3 *Societas præſumitur contracta, ſi conventum ſit inter aliquos, ut communi nomine quid ematur.*

4 *Bona fuiſſe communia, per inſtrumentum diviſionis probari poterit.*

5 *Æqualitas in bonis dividendis non ſolùm quoad numerum conſideranda eſt, ſed etiam quoad valorem, & æſtimationem bonitatis rerum diviſarum.*

### L. Si probatum. II.

*Imp.* ALEXANDER A. *Avito militi.*

POſſeſſionem qui nactus eſt jure pignoris, familiæ erciſcundæ judicio convenitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupra hoc tit.* 1

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt Neguz. *de pignorib. t.* 2. *membr.* 3 *p.* 40. & 41. Valaſc. *in tract. de partitionib. cap.* 2. *p.* 34. ubi dicit hîc referri, quod frater vineas communes pignori dedit

dedit, & tradidit cuidam creditori; & tamen ait textus, quod licèt hypotheca pro parte fratris non valuerit, & illi sit restitutio suæ partis facienda cum fructibus, poterit tamen creditor, qui reperitur in possessione, provocari ad divisionem, in qua judex procedet dividendo, vel per licitationem, prout æquitas judicantis dictaverit: unde ipse Valasc. resolvit hujusmodi actiones familiæ erciscundæ dari etiam contra tertios per rei possessores, quoniam mixtæ sunt tam in rem, quàm in personam.

3 Notatur ad hoc quod si conventum sit inter aliquos, ut communi nomine aliquid ematur, societas præsumitur contracta, ut per Tiber. Decian. *resp.* 97. *n.* 35. *vol.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1309. aliàs 1315. *num.* 10.

4 Notatur etiam ad hoc, quod bona fuisse communia, probari per instrumentum divisionis poterit; nam alioquin non fuissent divisa, ut per Mascard. *de probat. concl.* 218.

5 *Idem Præses provinciæ*, &c. ] Notatur ad hoc, quod non solùm quoad numerum æqualitas in dividendis bonis considerari debet, sed etiam quoad valorem, & æstimationem bonitatis rerum divisarum, aliàs non diceretur æqualiter fieri, si uni meliores res & fertiliores hæreditatis darentur, & alteri steriles & infertiles, ut per Boër. *dec.* 46. *n.* 7.

---

SUMMARIUM.

1 *Iudex divisionem instituet per assignationem partium, & possessionum diversarum, & n.* 2.
3 *Filio non est assignanda legitima in singulis rebus patris, sed in una, vel duabus, arbitrio boni viri.*
4 *Pretium ab æstimatoribus in rebus dividendis taxatum potest quilibet ex cohæredibus illud offerendo augere, vel augendo taxationem petere.*
5 *Castrum uni adjudicatum, si sit majoris valoris quàm alterum, ad officium judicis spectat alterum alteri ad certam pecuniam dandam condemnare.*
6 *De arbitris, sive æstimatoribus bonorum, & partitoribus, remissivè.*
7 *In judicio divisorio familiæ erciscundæ totum pendet ab officio judicis, & ejus arbitrio, & n.* 10. 11.
8 *Res dividua quæ.*
9 *Res dividua, & individua differunt.*
12 *Licitator extraneus an, & quando audiendus sit.*

## L. Ad officium. III.

### *Idem* A. *Verecundiano.*

1 IVdex divisionem instituet per assignationem partium, & possessionum diversarum. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *supr. hoc tit.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc textu desumunt, pluraque circa illius materiam tradunt *l. Hisp. fin. tit.* 15. *part.* 6. ubi statuitur, quod judex tenetur interponere vices suas inter cohæredes discordantes adinvicem, ut commodè, & sine damno fiat divisio, ubi Gregor. Lopez *gloss.* 4. *per tot.* Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus, ampl.* 11. *n.* 9. *in fine*, ubi quod judex debet dividere. Frumagiol. *in l. in quartam, n.* 296. *ff. ad leg. falcid.* Anton. Gabr. *comm. lib.* 6. *tit. de legitima, concl.* 3. ubi quod filio non est assignanda legitima in singulis rebus patris, sed in una, vel duabus, arbitrio boni viri, Ayora *de partitionib. part.* 1. *cap.* 1. *à n.* 11. Morquech. *de divisione bonorum, lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 16. ubi per hunc textum tenet, quod pretium ab æstimatoribus in rebus dividendis taxatum potest quilibet ex cohæredibus illud offerendo augere, vel augendo taxationem petere, quod talis res ab æstimatoribus taxata ipsi pro tanto pluri adjudicetur, & *cap.* 5. *n.* 5. tenet, quod si 5
castrum, quod uni adjudicatur, sit majoris valoris quàm alterum, ad officium judicis spectat alterum alteri ad certam pecuniam dandam condemnare, & *lib.* 2. *cap.* 10. *à n.* 3. idem dicit.

*Ad officium arbitri*, &c. de his arbitris, sive æsti- 6
matoribus bonorum, & partitoribus, vide Alvar. Valasc. *d. tract. de partitionib. c.* 9. *per tot.* Morquech. *d. tract. de divisione bonorum, lib.* 1. *cap.* 11. Et quod in 7
judicio divisorio familiæ erciscundæ totum pendeat ab officio judicis & ejus arbitrio, colligitur ex *l. Hispan.* 10. *tit.* 15. *part.* 6. & asserit Valasc. *d. tract. c.* 9. *num.* 16.

*Cùm autem regionibus dividi commodè*, &c. ] Di- 8
citur dividua illa res, quæ tantæ utilitatis separata, quantæ unita est, *l. quid autem*, §. *fin. cum l. seq. ff. de in diem adject. l. si quis aliam*, *ff. de solut.* è converso autem dicitur res commodè dividi non posse quando si divideretur, satis minus valeret, Decian. *resp.* 15. *n.* 38. *vol.* 1. Guttier. *de juram. confirmat. p.* 1. *cap.* 58. *num.* 6. Cabed. *Lusit. dec.* 108. *n.* 8. *p.* 1. Vel quando dividendo fit ad injuriam alterius ex consortibus, Ias. *in* §. *quadam, n.* 59. *Instit. de actionib.* Cæs. Barz. *Bonon. decis.* 100. *n.* 11. Angul. *l.* 4. *gloss.* 8. *n.* 1. *de melioration.* ubi ait, quod dicentur convenienter non posse dividi ea, quæ à natura habent fines destinatos, fine quibus individuum, seu subjectum subsistere non potest, ut equus, servus: idem si res dividi sine damno non possit, ut furnus, molendinum, & similia.

Inter rem dividuam, & individuam magna quoad 9
propositum versatur differentia, nam si sumus in dividuis, semota consuetudine divisio facienda erit per partes, non per partitum, quasi in re communi quilibet habeat suam portionem, *l. item Labeo* 23. *ff. famil. erciscæ.* maximè quando sumus in paupere, cui esset difficile reperire pecuniam, ut advertit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 160. *num.* 26. Si verò simus in re individua, tunc erit dividenda per partitum, seu æstimationem, aut alium modum congruentem viri boni arbitrio, Morquech. *de divisione bonorum, lib.* 2. *cap.* 10. Menoch. *de arbitr. cas.* 123. *n.* 3. Capyc. *decis.* 36. Bernard. Grævæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 2. *conclus.* 116. *consid.* 1. Cabed. *dict. Lusit. decis.* 108. *n.* 8. & 9. *p.* 1. Stephan. Gratian. *dict. cap.* 160. *n.* 27. *cum seq.*

Arbitrabitur autem vir bonus legitimè si duobus 10
contendentibus circa præferentiam in æstimatione solvenda, perquirat an socii rem habeant communem, non æqualiter, sed imò inæqualiter, putà unus pro una parte, & alius pro duabus, vel tribus, quia hoc casu æstimatione ritè & rectè facta per expertos, & appretiatores cum interventu judicis, electionem, & optionem dandam fore ei, qui majorem partem possideret, tradunt Doctores per text. expressum *in l. sancimus*, §. *ne autem, de donation.* Capyc. *d. decis.* 36. *n.* 1. Vrsill. *ad Affl. decis.* 13. *n.* 6. *cum seqq.* Tiraq. *de jure primogen. q.* 60. *n.* 15. Cravet. *cons.* 377. *n.* 8. Morquech. *d. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 7. Valasc. *de partit. c.* 22. *n.* 3. Cæs. Barz. *decis.* 100. *n.* 10. & 12. Alvar. Valasc. *cons.* 114. *n.* 7. qui duo ultimo loco citati dicunt non licere hæredibus licitare in rebus hæreditariis, ut rem habeat qui plus licitaverit.

Si verò isti socii rem possident communiter, & 11
pro indiviso æqualiter, tunc id totum relinquendum est arbitrio judicis, qui qualitate facti, & ejus circunstantiis optimè perspectis, arbitrabitur quis cui sit præferendus, itaut si res sit divisibilis, tunc vel

major

major frater dividat, & minor eligat. Tiraq. *de jure primog. c.* 60. *à princ.* Iaſ. *in §. omnes ; n.* 62. *Inſtit. de act.* Tepar. *tit.* 551. *c.* 10. Bolognin. *in repet. auth. habita, n.* 371. *ne filius pro patre.* Ayor. *de partit. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 24. ubi ait iſtum modum non ſervari in practica, Morquech. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 55. vel ſi partes æquales factæ fuerint, ſorte dirimi poterit, quæ pars ſingulis danda ſit, de quo Menoch. *de arbitr. caſ.* 123. Morquech. *dict. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. *& lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 56. Alvar. Valaſc. *d. tract. de partitionib. cap.* 22. *n.* 2. Aloyſ. Ricc. *in collect. dec. part.* 1. *collect.* 201 *in princ.* Bolognin. *in repet. auth. habita, n.* 371. Bernard. Grævæus *lib.* 2. *concl.* 116. *conſid.* 1. *à num.* 2. latè Cald. Pereira *quæſt. forens. lib.* 2. *q.* 41. Strach. *de mercat. tit. de ſponſionip.* 1. *vers. quæro igitur, n.* 8. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tom.* 2. *tit.* 551. *cap.* 17. At ubi res fuit indiviſibilis, poterit eſſe licitationi locus, in qua præferatur is, qui vicerit in licitando, id eſt, qui magis pretium obtulerit, ita per hunc textum tenet Morquech. *d. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 4. ubi *n.* 5. reſolvit quod pretium rei indiviſibilis per æſtimatores à partibus electos taxatum, poteſt à quolibet ſocio augeri, & offerri ſtatim poſt factam taxationem, & ſi volens offerre ſit pauper, poteſt ſupponere perſonam, quæ faciat : & *n.* 13. ait quod in licitatione præfertur, qui ſtatim pretium ſolvendum offert, etiamſi alius plus cum dilatione offerat, niſi partes dilationi aſſentiant, Alvar. Valaſc. *d. cap.* 22. *n.* 9. ubi quod licitatio debet fieri inter cohæredes, ſi unuſquiſque contendit rem ſibi adjudicari : & *n.* 19. aſſerit in diviſionibus præferri illum, qui poſtulat ſibi adjudicari ea, quæ ſunt contigua in rebus ſuis : meliùs idem Valaſc. *d. tract. cap.* 11. *ex n.* 1. ubi *n.* 3. dicit, quod inter ſocios rei communis non eſt admittenda à judice licitatio, niſi quando alter ex ſociis offert minus, & vilius juſto pretio intelligendo verbum illud, *vilius* comparativè ad juſtum pretium rei, non verò ad animoſitatem licitantis, quia qui volebat vincere offerendo, non offerebat pretium condignum & juſtum.

12 *Nonnunquam etiam extraneo emptore admiſſo*, &c. ] Adverte extraneum licitatorem etiam plus offerentem non audiri, niſi alterum duorum eveniat, vel quod ſocius non offerat juſtum pretium, vel quod non habeat pecuniam paratam, ita Bald. *in præſenti, n* 4. Salicet. *n.* 2. Iaſ. *in §. quædam, n.* 50. *Inſtit. de action. & in l. qui Romæ, §. cohæredes, n.* 20. *de verb. oblig.* Capyc. *decis.* 36. Tiraq. *de retractu lig. §.* 1. *gloſſ.* 18. *n.* 1. ubi quod non admittitur animoſior licitator ad impediendum adjudicationem fieri cõſorti. Mex. *in tract. taxæ panis concl.* 5. *n.* 99. Cald. Pereira *de reſol. emphyt. cap.* 8. *n.* 13. Cabed. *Luſit. dec.* 108. *n.* 8. *p.* 1. Alvar. Valaſc. *cons.* 114. *n.* 8. *& dict. tract. de partit. cap.* 11. *ex n.* 5. ubi ait quod ſi unus ex ſociis offert juſtum pretium, non poterit alter ſocius ſubmittere tertium extraneum licitatorem animoſum plus juſto pretio offerentem, nec judex debet illum admittere, *& cap.* 22. *n.* 9. *&* 10. ubi quod ſi nullus ex ſociis voluerit licitari, vel omnes idem pretium offerunt, nec inter ſe conveniant, cui potiùs res tota adjudicetur, tunc extraneus licitator admittendus eſt, vel etiam ſi contingat, quod quis plus licitatur, non offerat adhuc juſtum rei pretium, & alter ſocius ſe non ſufficere ad juſtum pretium ob paupertatem fortè aſſerat, tunc enim etiam admitteretur extraneus licitator, aliàs ſi unus ex ſociis, qui plus licitatur, offerat juſtum pretium, nullatenus eſt admittendus extraneus licitator animoſus, etiamſi unus ex ſociis eum ſuo loco ſubmittat, quia videtur hoc fieri per æmulationem, & ſi hoc admitteretur, abiret res in infinitum.

## SUMMARIUM.

1 *Diviſio facta inter fratres & ſorores perſiſtit, & non reſcinditur abſque beneficio reſtitutionis.*
2 *Diviſio cùm ſit facti, non præſumitur, ſed eſt probanda ab eo qui allegat.*
3 *Partitiones jam factæ impugnari poſſunt per reſtitutionem in integrum ex auxilio ætatis, ſi fortè cohæres læſus ſit minor.*
4 *Æqualitas ſervanda inter liberos.*
5 *Partitio quare introducta.*
6 *Diviſio paternæ hæreditatis facta præſumitur, ſi fratres habitaverunt ſeorſum poſt mortem patris per* 10. *aut* 20. *annos, licèt aliter non probetur, niſi eſſet inæqualitas, n.* 7. *&* 8.

## L. Si major. I V.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Herodiæ.*

DIviſio facta inter fratres & ſorores perſiſtit, & abſque beneficio reſtitutionis non reſcinditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* 1

Notari ſolet hic textus ad hoc, quod diviſio, cùm ſit facti, non præſumitur, ſed eſt probanda ab eo qui allegat, ut per Maſcard. *de probat concl.* 527. *per tot.* Marquech. *in tract. de diviſione bonor. lib.* 1. *c.* 12. *ex n.* 1. ubi addit potius præſumi fratres poſſidere gratiâ commodioris uſus, quàm diviſionis. 2

*Quod ſi minor fuit*, &c. ] Notatur ad hoc, quod petitiones jam factæ impugnari poſſunt per reſtitutionem in integrum ex auxilio ætatis, ſi fortè cohæres læſus ſit minor annis, ut per Tiraq. *de retr. lig. §.* 1. *gloſſ.* 14. *ex n.* 74. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate, n.* 31. Valaſc. *de partit. c.* 33. *n.* 37. Molin. *de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 245. *in fin.* Ord. Reg. Luſit. *lib.* 4. *tit.* 96. *§.* 21. 3

*Ut in omnibus æqualitas ſervetur*, &c. ] Notatur ad hoc, quod æqualitas debet ſervari inter liberos, ut per Tiraq. *de jure primog. q.* 4. *n.* 1. *& q.* 60. *n.* 10. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 18. *n.* 21. Et ſic partitio introducta fuit ut æqualitas ſervetur inter fratres, Menoch. *cons.* 346. *n.* 3. *cum ſeqq.* Peregr. *ad tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 129. Cald. Pereira *de nom. emphyt. q.* 18. *n.* 33. *& de empt. & vend. cap.* 9. *n.* 22. *& cap.* 27. *n.* 28. Bernard. Græv. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 116. *conſid.* 1. *n.* 1. æqualis enim in patre conſideratur amor erga filios, ut dicit idem Cald. Pereira *de poteſt. elig. c.* 13. *n.* 27. 4 5

In gloſſ. *Si mater.* 1. ibi, *ſe poſſediſſe rem ut propriam*, &c. Notatur ad hoc, quod ſi fratres habitaverint ſeorſum poſt mortem patris per decennium inter præſentes, vel viginti annos inter abſentes, præſumitur facta diviſio paternæ hæreditatis, licèt aliter non probetur, de quo vide Felin. *in cap. ſicut, num.* 29. *de re judic.* Iaſ. *in §. quædam, n.* 40. *Inſt. de action.* Socin. *cons.* 166. *n.* 22. *vol.* 1. Cæpol. *cons.* 22. *n.* 7. Bald. *de præſcript.* 1. *p. tertiæ part. q.* 10. *num.* 39. Tiraq. *cod. tract. §.* 1. *gloſſ.* 4. *vers.* 14. Ayor. *de partit. p.* 3. *q.* 30. *n.* 111. Matth. Coler. *de proceſſ. execut. p.* 1. *cap.* 3. *n.* 40. *&* 41. Dan. Moller. *lib.* 2. *ſemeſt. cap.* 27. Cravet. *cons.* 318. Anton. Trigon. *ſing.* 123. ubi limitat quando adeſſet inæqualitas, Ariſmin. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.* 552. *cap.* 3. *§.* 2. Boër. *decis.* 42. *num.* 32. *& ſeqq. & decis.* 58. *n.* 1. *& ſeqq.* Anton. Gom. *variarum tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 7. *ad fin.* Menchac. *illuſtr. controvers. part.* 1. *cap.* 61. *num.* 27. *& cap.* 66. 6 7

*&*

*& cap.* 88. *n.* 1. *in fine*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo diviſio* 1. *&* 4. Gam. *Luſit. decis.* 146. *& decis.* 322. *num.* 5. Maſchard. *de probat. concl.* 526. aliàs 527. *num.* 2. Perez *l.* 5. *tit.* 13. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 716. Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 5. *pag.* 427. Guttier. *in l. nemo poteſt, n.* 209. *ff. de legat.* 1. Azeved. *l.* 5. *tit.* 15. *lib.* 4. *novæ Recop.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 60. *num.* 3. *cum ſeqq. & præſ.* 131. *n.* 93. Flores de Mena *var. q.* 23. *num.* 44. Alvar. Valaſc. *de partit. cap.* 38. *à num.* 6. Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocator. verbo diviſio n.* 14. *& verbo frater, n.* 2. Morquech. *in tract. de diviſione bonorum, lib.* 1. *cap.* 12. *per tot.*

8 Nonnulli Doctores hanc gloſſæ reſolutionem intelligunt procedere, quando partes æquales fratres poſſederunt, aliàs ſtante inæqualitate dicunt diviſionem non præſumi, ex quorum numero ſunt Boër. *d. decis.* 58. *n.* 3. Guttier. *in d. l. nemo poteſt, ex nu.* 209. Menoch. *dict. lib.* 3. *præſ.* 60. *n.* 6. Sed contrariam opinionem, imò quod etiamſi frater poſſideat diſpariter, adhuc ſit locus præfatæ præſumptioni, tenent Ayora *q.* 30. *n.* 112. Gam. *Luſit. dec.* 146. Alvar. Valaſc. *de tract. de partit. c.* 38. *n.* 7. ubi dicit ita vidiſſe non ſemel judicatum in Luſitano Senatu; addit tamen ex conjectura magnæ inæqualitatis, ut quia unus frater poſſidet totum, & alius rem modicam, debere talem præſumptionem ceſſare, Morquech. *d. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 2. *&* 3.

---

SUMMARIUM.

1 *In communione nemo invitus permanet, & numero* 2. *&* 4.

3 *Diviſio bonorum ſuorum ne fiat inter hæredes, & ejus ſucceſſores in perpetuum, non poteſt prohiberi à teſtatore; ſecus ſi ad tempus, & n.* 5.

6 *Præſcriptio* 30. *annorum, an & quando locum habeat in communione bonorum.*

## L. In communione. V. & ult.

*Idem* AA. *&* CC. *Secundino militi.*

1 INvitus in communione permanere nemo cogitur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Hippol. *ſing.* 9. Neguzant. *de pignoribus, part.* 1. *membr.* 3. *num.* 42. Roland. *conſil.* 84. *num.* 1. Macachan. *tom.* 1. *commun. opinion. in princip. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. ubi *num.* 7. tenet quod conventio, ſeu pactum ſemper ſtando in communione non valet, Menoch. *conſil.* 87. *num.* 77. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo pactum* 7. Morquech. *in tract. de divis. bonorum, lib.* 1. *c.* 2. *ex num.* 19. ubi tenet contra Ayoram

3 non poſſe teſtatorem prohibere, ne diviſio bonorum ſuorum inter hæredes, & ejus ſucceſſores in perpetuum fiat, ſecus ſi ad tempus: de hoc latè Fuſar. *in tract. de ſubſtit. q.* 707. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo diviſio, nu.* 11. ubi quod nullus cogitur eſſe in communi, quamvis per mille annos antea voluntariè in communi ſtetiſſet, & quod non valet pactum initum inter alias perſonas habentes res communes,

4 ne in perpetuum dividantur. Guttier. *de juram. confirmat. part.* 1. *cap.* 58. *per tot.* ubi *num.* 2. ait quod ſicut non valet pactum de ſtando perpetuò in communione, ita etiam nec præceptum teſtatoris ſuper hoc emanati, & *num.* 3. ſubdit, quod ſi pactum fiat de ſtando in communione, & de non recedendo intra

5 certum terminum, & tempus valet hujuſmodi pactum & ſervandum eſt, ſicut etiam valet præceptum teſtatoris jubentis hæredi, ut ad certum tempus perſeveret in ſocietate. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 24. *n.* 2.

In gloſſ. *In communione*, ibi, *item ratione tem-* 6 *poris*, &c. Vult hæc gloſſ. quod text. *in præſenti*, fallit ratione temporis triginta annorum, per *l.* 1. *§. ad hæc de annali excep.* Sed contrariam opinionem, imò quod licèt ei, qui non poſſidet, præſcribatur hæc actio, ut *in d. §. ad hæc*, tamen ſi ambo poſſideant, qui habent rem communem non poſſit præſcribi quin diviſio peti & fieri debeat, poſt Bart. & alios tenet Guttier. *dict. cap.* 48. *num.* 9. ubi ait non obſtare *dict. leg.* 1. *§. ad hæc*, quia loquitur, & procedit prout ex ejus littera & contextura conſtat, quoties unus tantùm poſſidet, & alius, qui habet communionem, non poſſidet; nam tunc actio illa perſonalis competens illi, qui non poſſidet, ad petendum dictam dimidietatem, vel partem quam habet in re communi, bene præſcribitur triginta annis, & hoc eſt quod probat, & dicit *d. §. ad hæc*, non verò loquitur, nec procedit in pluribus poſſidentibus rem communem, nam illis non currit præſcriptio, quominus quilibet eorum quocumque tempore poſſit petere diviſionem.

Nota valere conditionem, quod unus ex hæredibus teneatur perpetuò ſtare in communione cum aliis cohæredibus ſub pœna privationis ſuæ portionis applicandæ aliis cohæredibus, licèt ſecus in pacto, ita poſt Roland. *cons.* 84. tenet Arim. Tepat. *var. ſentent. tom.* 2. *tit.* 551. *c.* 16. *in princ.*

*Communia utriuſque judicii, tam familiæ erciſcundæ, quàm communi dividundo.*

## TIT. XXXVIII.

IUris compilatoribus familiare eſt quædam communia ſpecialibus tractatibus ſubjicere; ſic igitur in hac parte poſt ſpeciales titulos familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, datur hic titulus utrique illi judicio communis.

Vide Bart. Caſtr. Bald. Sebaſt Næv. item Cujac. Pac. & Vveſemb. & de materia tit. M. Chærian. Bened. Capram *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3.

---

SUMMARIUM.

1 *Diviſio prædiorum emptionis vicem obtinet, & num.* 2.

3 *Diviſio eſt quædam alienatio, & permutatio: utrùm autem ſit prohibita, prohibita alienatione, & diviſionis perpetua prohibitio, vel ad tempus facta ſuſtineatur, remiſſivè, n.* 4.

## L. Diviſio. I.

*Imp.* ANTONINUS A. *Marco.*

DIviſio prædiorum emptionis vicem obtinet. 1 Colligunt ex Ordin. Bart. Cyn. Salicet. Bald. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Sichard. Aloyſ. Leo, Sebaſt. Næv. remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Dec. *cons.* 88. *num.* 4. Alex. *cons.* 64. *vol.* 1. Donel. *ad l.* 2. *n.* 21. *de reſcind. vendit.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſſ.* 14. *num.* 77. *& de jure mariti gloſſ.* 5. *num.* 216. Sarmient. *de reddit. eccles. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. Gam. *Luſit. decis.* 242. *n.* 6. Bald. *de præſcript.* 3. *p. princip. quæſt.* 4. *in princip.* Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 61. Cald. Pereira *de reſolut. emphyt. cap.* 5. *n.* 34. *& cap.* 8. *n.* 7. Alvar. Valaſc. *cons.* 53. *n.* 4.

3 Notatur etiam ad hoc, quod diviſio eſt quædam alienatio, & permutatio, ut per Tiraq. *de retract. lig.* §. 32. *gl.* 1. *n.* 88. Laſſarte *de decima vendit & permut. cap.* 20. *n.* 45. Morquech. *in tract. de diviſione bonorum, lib.* 1. *c* 2. *n.* 14. *&* 37. Utrùm autem diviſio bonorum ſit prohibita, alienatione prohibita, & an diviſionis perpetua prohibitio, vel ad tempus ſuſtineatur, latè Fuſar. *in tract. de ſubſt. tut. q.* 707. *per tot.*

## SUMMARIUM.

1 *Diviſio facta à judice incompetenti, conſenſu partium confirmari poteſt, & n.* 2.

3 *Partes ſi confirment ſententiam ipſo jure nullam, talis confirmatio licèt non valideat ſententiam, tamen inducit obligationem de novo, ut obſervetur vi pacti, vel contractus.*

4 *Partitiones factæ coram judice improrogabili, & omnino incompetenti poſſunt annullari, & hæc nullitas omni tempore allegatur.*

5 *Nullitas ratione incompetentiæ judicis impedit executionem trium ſententiarum conformium, nec tollitur per reſcriptum Principis.*

6 *Diviſio bonorum hæreditatis ubi petenda ſit.*

7 *Per diviſionem rei diverſæ transfertur dominium.*

8 *Sententia, proceſſus, ſive actus nullus, factus ab incompetenti judice, conſenſu partium convalidari poteſt: intellige ut n.* 9.

## L. Etiamſi. II.

*Imp.* ALEXANDER A. *Euphratæ.*

1 DIviſio facta à judice incompetenti, partium conſenſu confirmari poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Aloyſ. Leo *fol.* 71.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt ad plura inferentes Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri num.* 41. *col.* 2. ubi ad hoc notat, quod ſi partes confirmant ſententiam ipſo jure nullam, talis confirmatio licèt non valideat ſententiam, tamen inducit obligationem de novo, ut obſervetur vi pacti, vel contractus, & ſubdit, quod hic text. in ſuo caſu eſt ſingularis in jure, Mozz. *de contract. tit. de ſocietate, cap. de naturalib. ſocietatis, n.* 16. Alphan. *collect.* 44. Mart. *de juriſdict. p.* 4. *caſu* 150. *n.* 7. ubi poſt Bald. *in l. ſi diverſa, n.* 3. *de*
3 *tranſact.* dicit quod factum partium in præſenti bene valebat, quia partes ipſæ proceſſerunt ad facti executionem, ideo concludit, non tenere diviſionem tanquam ex ſententia, ſed quia poteſt fieri per pactum, ut diviſio teneat. Amatis *Marchiæ dec.* 58. *n.* 18.

4 *Cui dandi jus non fuit*, &c.] Advertit Alvar. Valaſc. *in tr. de partition. c.* 39. *à princ.* quod partitiones factæ coram judice improrogabili, & omnino incompetenti, poſſunt annullari, & hæc nullitas omni tempore allegatur, & quod nullitas ratione incompeten-
5 tiæ judicis impedit executionem trium ſententiarum conformium, nec tollitur per reſcriptum Principis. Diviſio autem bonorum hæreditatis eſt petenda coram judice ubi major pars hæreditatis ſita eſt; & ſi petatur à Clerico contra laicum cohæredem, eſt coram judice laico petenda, & è contra coram judice Eccleſiaſtico, ſi cohæres laicus illam contra clericum petat: ita Morquech. *de diviſione bonorum, lib.* 1. *cap.* 3. *per. tot.*

*Dominium tactus eſt* [ Notatur ad hoc, quod per 7
diviſionem rei diviſæ dominium transfertur, ut per Rebuff. *in l. alienationis verbum, verſ. nona diviſio, ff. de verb. ſignif.* Cald. Pereira *de reſol. emphyt. c.* 7. *num.* 7.

In gloſſ. *Non fuit*, ibi, *potius tenuit auctoritate pacti, quàm arbitri.* Notatur ad hoc, quod ſententia, 8
proceſſu, ſive actus nullus, factus ab incompetenti judice conſenſus partium poteſt in vim pacti convalidari, ut per Dec. *in capite prudentiam, in princip. num.* 20. *de offic. delegat. & in capite examinata, n.* 2. *de confirm. utili*, Felin. *in cap. ſignificaſti. col.* 3. *n.* 7. *de foro comp.* Corraſ. *in rept. l. admonendi, num.* 47. *ff. de jurejur.* Hippol. *in l.* 1. §. 1. *num.* 29. *ff. de quæſt.* Anton. Gomez *l.* 45. *Tauri, n.* 42. *col.* 2. Vant. *de nullitat. tit. quibus modis ſent. nullit. num.* 18. Perez *l.* 1. *col.* 3. *in fine, verſ. dubitari tamen ſolet, tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 584. Menoch. *cons.* 1. *num.* 260. Viv. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *de ſentent. omn. judic. n.* 28. Bellacomb. *eod. tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 14. *de re judic. n.* 89. *pag.* 264. Surd. *decis.* 53. *num.* 22. *& cons.* 398. *n.* 26. Morl. *in emporio juris civilis, p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 98. Azeved. *cons.* 4 *n.* 84. Intellige quando ipſæ partes habent poteſtatem diſponendi, ut declarant Abb. *in d. capite examinata, n tab.* 2. Urſil. *ad Afflict. de iſione* 217. *num.* 3. Riminald. jun. *conſil.* 239. *n.* 22. *vol.* 3. ubi dicit quod quando vitium nullitatis non pendet à conſenſu partium, eo caſu non poteſt valere in vim pacti, vel tranſactionis. Refert Marta *dict. caſu* 150. *num.* 9. ubi aſſerit ſic debere intelligi hanc gloſſ.

## SUMMARIUM.

1 *Per diviſionem dolo adverſarij læſus reſtitutionem impetrat adversùs diviſionem, ſi minor ſit.*

2 *Diviſio reſcindenda venit enormiſſima læſione. Poteſt peti rem reformari in melius, n.* 3. 4. 5.

6 *Diviſiones an valeant factæ per dolum, qui cauſam dedit contractui.*

7 *Diviſio quando ſit ſecundùm conventionem partium, requiritur quod læſio ſit ultra dimidiam; ſi per arbitratores, ſufficit læſio in ſexta parte, num.* 8.

## L. Majoribus. III.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Aurellæ Septimiæ.*

DOlo adverſarij qui læſus eſt per diviſionem, reſtitutionem adverſus diviſionem, ſi minor ſit, impetrat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hac tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 292. 1

Vide Roder. Xuar. *alleg.* 22 *n.* 3. ubi dicit, quod ex enormiſſima læſione reſcindenda venit diviſio. Cujac. *lib.* 13. *obſervat.* 24. Fachin. *controvers. lib.* 8. *c.* 3. Pinel. *in l.* 2. *de reſcind. vendit. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. ubi per hunc textum ait deciſionem *dict. l.* 2. habere locum in diviſione bonorum, Tiraq. *de jure primog. quæſt.* 17. *opin.* 1. *num.* 97. ubi ait, quod ſi intolerabilis deceptio ex diviſione inſurgat, poteſt peti 3
rem in melius reformari *& quæſt* 60. *n.* 8 ubi quod ſi diviſio ſit fraudulenta, poteſt peti rem aliter dividi. 4
Alvar. Valaſc. *in tract. de partit. c.* 38. *ex n.* 13. ubi 5

5 quod partitiones poſſunt annullari prætextu læſionis enormiſſimæ.

6 *Solet ſubveniri*, &c. ] Ergo valent diviſiones per dolum factæ, qui contractui cauſam dedit, & reformari jubentur, cujus contrarium reſolvit Morl. *in emporio juris civilis, part. 1. tit. 3. in prælud. n. 37. & tit. 9. in prælud. ex num. 92.* qui in primo loco *num. 40.* & in ſecundo *num. 95.* ait non obſtare textum *in præſenti*, quia dolus hîc non dedit cauſam contractui, ſed incidit in contractum, ut ſentit & probat textus iſte *in verſ. quod inæqualiter*, qui oſtendit dolum interveniſſe inæqualitate diviſionum, non in facienda diviſione: rurſus, quia hîc non potuit eſſe dolus dans cauſam contractui, quia in perſuaſione, ut fiat diviſio, non poteſt dari dolus, cùm nemo cogatur ſtare in communione, *l. cùm pater, §. duloſſimis, ff. de legat. 1.*

7 In gloſſ. *Vel perperam*, ibi, *cum ultra dimidium ſit alter aeceptus*, &c. Notatur ad hoc quòd quando diviſio fit ſecundùm conventionem partium, requiritur quod læſio ſit ultra dimidiam, ut per Hieron. Cagnol. *in l. 1. de reſcind. vendit. num. 59.* & Pinel. *ibidem, part. 2. cap. 1. num. 3.* Alvar. Valaſc. *dict. cap.* 8 *39. num. 9.* ubi *num. 20.* ſubdit ſufficere læſionem in ſexta parte quando, diviſio facta eſt per arbitratores.

SUMMARIUM.

1 *Res empta communi pecunia, aut redacta ex pecunia communi, non eſt communis nec inter ſocios communicanda, excepta ſocietate omnium bonorum & n. 2. Empta per ſocium etiam omnium bonorum, non acquiritur ipſo jure conſocio, ſed agit ad communicandum, num. 3. Empta ex pecunia communi nomine alterius tantùm, non eſt communis, ſed ejus ſolius, cujus nomine empta eſt, num. 4. Empta nomine proprio ex pecunia aliena, eſt propria emptoris, non autem communis cum pecuniæ domino, num. 5. A me quæſita nomine meo ex tua pecunia, mea efficitur quantum ad ſpeciem ipſam, attamen teneor reſtituere pecuniam illam, qua rem emi, n. 6. Quæſita ex pecunia mea, etiam mala fide poſſeſſa, nec eſt mea, nec mihi reſtituenda, n. 7. Quid ſi ſint quatuor ſocij omnium bonorum, & unus ex eis emat prædia, & faciat concipi inſtrumenta pro ſe tantùm, n. 8.*

9 *Res empta ex alterius pecunia non efficitur ejus, cujus erat pecunia, ſed ementis.*

## L. Si patruus. IV.

### *Iidem* AA. & CC. *ad Maximianum.*

1 RES emptas communi pecunia, aut redacta ex communi pecunia, non eſt communis, nec eſt inter ſocios communicanda, excepta ſocietate omnium bonorum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag. 205.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt Corſet. *ſing. 112.* Alphan. *collect. 1000.* aliàs *ult.* Bart. *in leg. Imp. §. fin. numero 2. poſt princip. ff. de legat. 2.* Palat. *in repet. rubric. de donat. inter virum & uxor. §. 65. num. 12.* ubi quod res empta per ſocium etiam
3 omnium bonorum non acquiritur ipſo jure conſocio, ſed agit ad communicandum, Tiraquel. *de retract. lig. §. 32. gloſſ. 1. num. 17.* ubi quod res empta
4 ex pecunia communi, nomine alterius tantùm, non eſt communis, ſed ejus ſolius, cujus nomine empta eſt, Menoch. *conſil. 121. numero 23.* ubi quod res nomine proprio empta ex pecunia aliena, eſt propria emptoris, non autem communis cum pecuniæ domino, & *numero 32.* tenet, quod res à me 5
quæſita nomine meo ex tua pecunia, mea efficitur quantum ad ſpeciem ipſam, attamen teneor reſtituere pecuniam illam, qua emi rem, Cald. Pereira *de poteſt, elegendi, capite 4. numero 13. in fine*, ubi 6
quod res quæſita ex pecunia mea, etiam mala fide poſſeſſa, nec eſt mea, nec eſt mihi reſtituenda, D. Barboſ. *in l. 1. ff. ſoluto matr. part. 1. numero 37. prope fin.* ubi dicit elegantem deciſionem hujus textus, & 7
*in l. ſi ab hoſtibus, §. fin. numero 68. ff. eod. tit.* Perez *l. 1 col. 5. tit. 4. lib. 5. Ordin. pag. 158.* ubi ait, quod 8
ſi ſunt quatuor ſocij omnium bonorum, & unus ex eis emat prædia, & faciat concipi inſtrumenta pro ſe tantùm, licet illa prædia efficiantur de dominio ementis, tamen jure ſocietatis tenebitur ea communicare.

Notatur ad hoc, quod res empta ex pecunia alterius non efficitur ejus, cujus erat pecunia, ſed ementis, ut per Anton. Gom. 50. *Tauri, num. 36. in princ.* Molin. *de primogen. lib. 4. cap. 3. num. 35.* Eſcobar *de ratiocin. cap. 14. num. 35.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſ. 51. num. 43.* Anton. Menach. *Lucenſi deciſion. 25. n. 58.* Matienz. *l. 8. gloſſ. 4. tit. 11. lib. 5. nova Recopil.* Alexand. Trentacinq. *variar. reſolut. lib. 3. tit. de empt. & vendit. reſolution. 1. n. 1.* Marta *voto 127. n. 3.* Fontanel. *de pactis nupt. clauſul. 7. gloſſ. 3. parte 13. n. 27. tom. 2.* Rota *poſt tract. de cenſib. Ludovici Cencij, dec. 149. n. 1.* 9

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumentorum communium cuſtodia uni ex fratribus per judicem aſſignanda.*

2 *Inſtrumenta communia quod debent eſſe apud digniorem, vel antiquiorem, remiſſivè.*

## L. De inſtrumentis. V.

### *Iidem* AA. & CC. *Frontino & Gaſirioni.*

INſtrumentorum communium cuſtodia uni ex fratribus per judicem aſſignanda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* 1

De illo quod inſtrumenta communia debent eſſe apud digniorem, vel antiquiorem, vide Guid, Papæ *dec. 289.* Ariſmin. Tepat. *variar. ſent. tom. 2. tit. 551. cap. 28. §. 1.* 2

## L. Si cum patruo. VI.

### *Iidem* AA. & CC. *Thæſidianæ & aliis.*

COnditio juramenti appoſita in diviſione adimplenda. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Utrùm melioratio, prælegatum, ſeu diviſio facta cum juramento ſit, irrevocabilis? Vide Morquech. & ab eo citatos *in tract. de diviſione bonorum, lib. 3. c. 6. ex n. 54. cum ſeqq.* 2

SUMMARIUM.

1 *Ex contractu diviſionis tenetur quis de evictione, niſi adverſarius ſciens res alienas, vel alij obligatas accipiat.*

2 *Diviſio facta extra judicium inducit actionem de evictione, niſi inter ſcientes facta ſit.*

3 *Emptor*

3 *Emptor ſciens rem alienam, non agit de evictione.*

4 *Hæredes ſi inter ſe dividant hæreditatem ſua voluntate, vel judicis auctoritate, & poſtea evincatur ab aliquo hærede res aliqua ex his, quæ ei in ſua portione fuerint adjudicata, datur illi actio evictionis contra cohæredes pro portionibus ſuis, ut rem evictam ſatisfaciant, & ſic de qualibet alia diviſione facta inter ſocios, n. 5. Niſi actum ſit inter cohæredes, ut non teneantur de evictione, n. 6. Vel bona fuerint diviſa inter hæredes à teſtatore, n. 7.*

8 *Emens ſcienter rem alienam, poteſt ſibi per ſtipulationem expreſſam cavere de dupla ultra reſtitutionem pretij.*

## L. Si Fratres. VII.

### *Iidem* AA. & CC. *Severiano & Flaviano.*

1 EX contractu diviſionis tenetur quis de evictione, niſi adverſarius ſciens res alienas, vel alij obligatas accipiat. Item diviſio facta extra judi-
2 cium indicit actionem de evictione, niſi inter ſcientes facta ſit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 2. ſup. hoc. tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag.* 206.

3 De materia hujus text. dixi latè *in collect. ad l. ſi familia* 14. *ſup. familiæ erciſc.*

Notatur ad hoc, quod emptor rem ſciens alienam, non agit de evictione, ut per Tiraq. *de retractu lig. §. 12. gloſſ. 1. n. 7. cum ſeqq.* Cov. *lib. 3. var. c. 17. num. 2. vers. ad eam*, Surd. *decis. 243. n. 1.*

4 *Evictis partibus*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ſi hæredes inter ſe dividant hæreditatem ſua voluntate, vel judicis auctoritate, & poſtea evincatur ab aliquo hærede res aliqua ex his, quæ ei in ſua portione fuerint adjudicatæ, datur illi actio evictionis contra cohæredes pro portionibus ſuis, ut rem evictam ſatisfaciant, ut per Gregor. Lop. *l. pen. tit. 15. part. 6.* Alciat. *reſp. 138.* Roland. *cons. 51. num. 5.* Caballin. *de eviction. §. 4. num. 51. vers. cohæres tenetur*, Anton. Gom. *var. tom. 2. capite 2. num. 33. vers. ſextò infertur*, Gail. *lib. 2. obſerv. 14. num. 6.* Peregr. *de fideicom. art. 52. num. 54.* Viv. *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 28. de eviction. num. 10. pag. 328.* Ayora *de partit. p. 3. q. 9.* Surd. *cons. 67. num. 7. & cons. 411. num. 26.* Manent. *decis. 13. n. 1.* Alvar. Valaſc. *de partit. cap. 37. à princ.* Morquech. *de diviſione bonorum, lib. 1. cap. 8. num. 3.* Fachin. *controvers. lib. 6. cap. 68.* Guzman. *in noviſſimo tract. de eviction. quæſt. 33.* Cald. Pereira
5 *de empt. & vendit. cap. 31. num. 9.* Et ad quamlibet aliam diviſionem factam inter ſocios extendi ſolet hæc reſolutio; nam ſi ex portione unius aliqua res fuerit evicta, alter ſocius de evictione reſpectu ſuæ portionis tenetur, ut in diviſione, quæ fit inter virum & uxorem, ſoluto matrimonio, de lucris acquiſitis, ſecundùm Ant. Gom. *d. c. 2. n. 33. in fine*, Cald. Pereira *d. c. 31. n. 10. in fine*, Guzman. *d. q. 33. num. 37.*

6 Limita tamen, ſi actum ſit inter cohæredes, ut non teneantur de evictione; nam licèt in aliis contractibus, in quibus debetur evictio, hoc pacto non obſtante venditor teneatur ad reſtitutionem pretij; at in diviſione hæreditatis neque ad pretium tenentur, ut per gloſſ. *verbo pro parte, in d. l. ſi familia*, Socin. *reg. 437. fallen. 2.* Anton. Gom. *d. cap. 2. n. 34.* Caballin. *d. §. 4. n. 51.* Gail. *lib. 2. obſerv. 139. n. 15.* Queſada *q. 10. n. 6.* Ayora *d. q. 9. n. 19. & 20.* Alvar. Valaſc. *de partit. c. 37. n. 7.* Morquech. *d. c. 3. n. 4.* Cald. Pereira *d. c. 31. n. 11.* ubi ſublimitat, niſi is, à quo fuit res evicta, ſit in bona fide, cæteri verò in mala. Guzman. *d. q. 33. num. 9.*

7 Limita deinde ſi à teſtatore fuerint bona diviſa inter hæredes, nam tunc non debetur evictio, quia talis diviſio habet vim prælegati *l. cum pater, §. evictis, de legat. 2. l. Hiſpan. 9. tit. 15. p. 6.* Ant. Gom. *d. cap. 2. n. 34.* Peregr. *d. art. 52. n. 72.* Ayora *d. p. 3. q. 9. n. 21.* Surd. *cons. 517. n. 25.* Queſada *d. q. 10. num. 7. vers. 25.* Morquech. *d. lib. 1. c. 8. n. 13.* Cald. Pereira *d. c. 31. n. 12.* Guzman. *d. 33. n. 16.* niſi de voluntate teſtatoris conſtaret, voluiſſe quod æqualitas inter hæredes ſervaretur; nam tunc hæres, à quo res fuit evicta, poterit adversùs alios cohæredes de evictione agere, Morquech. *dict. lib. 1. c. 8. n. 15.* Cald. Pereira *d. cap. 31. à n. 13.* Guzman. *d. q. 33. num. 30.* Vel niſi ex evictione rei minueretur filij legitima, nam tunc poterit filius de evictione agere adversùs cohæredes, quamvis à teſtatore diviſio facta ſit. Ant. Gom. *d. c. 2. n. 33. vers. quod tamen*, Morquech. *d. c. 8. n. 14.* Alvar. Valaſc. *d. tract. de partit. c. 37. n. 5. & 6.* Cald. Pereira *d. c. 31. n. 17.* Guzman. *d. q. 33. n. 9.*

Notatur etiam hic text. ad hoc quod emens ſcienter rem alienam, poteſt ſibi per ſtipulationem expreſſam ſpecialem cavere de dupla ultra reſtitutionem pretij, ut per Caballin. *de evict. §. 3. n. 166. & §. 5. n. 31.* Menoch. *cons. 87. num. 79. & 86.* Bec. *cons. 24. n. 34. & cons. 106. n. 29.* Surd. *dec. 208. n. 14.* 8

### SUMMARIUM.

1 *A diviſione facta per traditionem, & poſſeſſionis dimiſſionem recedendum non eſt.*

2 *A diviſione an, & quando recedi poſſit.*

## L. Si inter vos. VIII.

### *Iidem* AA. & CC. *Nicomacho, & aliis.*

A Diviſione facta per traditionem, & poſſeſſionis dimiſſionem recedendum non eſt. Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Doctores citati *ad l. 1. n. 1 ſup. hoc tit.* 1

A diviſione facta an & quando poſſit recedi, vide Alvar. Valaſc. *in tract. de partit. c. 39.* Morquech. *de diviſione bonorum, lib. 1. c. 11.* Chærian. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 35. num. 2. cum ſequentib.* 2

### SUMMARIUM.

1 *Communione non extante locum non habet diviſio.*

2 *Communio poteſt eſſe ſine ſocietate.*

## L. Familiæ erciſcundæ. IX.

### *Iidem* AA. & CC. *Demetriano.*

COmmunione non extante, diviſio locum etiam non habet. Colligunt ex Ordin. Doctores, citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Advertit communionem poſſe eſſe ſine ſocietate, ut dicit Alvar. Valaſc. *in tract. de partit. c. 5. num. 21.* dum ait poſſe contingere communionem abſque noſtro conſenſu, ut quia res mihi & alteri eſt legata, vel donata; incidimus enim in communione non noſtro conſenſu, ſed re ipſa, & ideo vocatur iſta ſocietas incidens, quo non eſt propriè ſocietas, ſed veriùs appellabitur communio. 2

SUMMARIUM.

1 *Verba enunciativa in ullius præjudicium emiſſa non diſponunt : qualiter probent , remiſſivè , n. 2. Regulariter operari modicum, n. 3.*

## L. Scriptura X.

### *Iidem* AA. *&* TC. *Gallicano.*

1 VErba enunciativa in ullius præjudicium emiſſa non diſponunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 De verbis enunciativis qualiter probent , vide Cardin. Mantic. *de conject. ultim. volunt. lib. 3. tit. 12. & de tacitis & ambig. convent. lib. 2. tit. 9. per tot.* ubi *n. 1. in princip.* citato hoc text. dicit verba enunciativa regulariter modicum operari.

SUMMARIUM.

1 *Officium judicis eſt familias non ſeparare , & ſeparatas conjungere.*
2 *Separatio inter parentes & filios , valdéque conjunctas perſonas permittenda non eſt.*
3 *Diviſio debet fieri mandato judicis.*
4 *Vxor à marito , vel pater à filio ſeparandi non ſunt.*
5 *Servus an poſſit venundari ubique locorum , quamvis inde uſus impediatur matrimonij.*
6 *Familiarum pacta pro harum conſervatione favorabili confirmatione digna , remiſſivè.*

## L. Poſſeſſionem. XI.

### *Imp.* Constantinus A. *Cerulo rationali trium provinciarum.*

1 OFficium judicis in diviſione eſt familias non ſeparare , & ſeparatas conjungere. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Vide Connan. *comment. juris civilis lib. 3. cap. 10. n. 5. & lib. 10. c. 1. n. 5.* Ant. Gom. *variarum tom. 2. c. 2. n. 14.* ubi quod ſeparatio inter parentes & filios , & valdè conjunctas perſonas, non eſt permittenda. Cardoſ. *in praxi judicum, verbo diviſio, n. 10.* ubi quod diviſio debet fieri mandato judicis.

3 Notatur ad hoc , quod non debet uxor à marito , nec pater à filio ſeparari , ut per Surd. *de aliment. tit. 4. quæſtione 15. num. 37.* Vnde inferunt ad deciſionem illius quæſtionis , an ſervus poſſit venundari ubique locorum , quamvis inde uſus matrimonij impediatur , quam latè diſputat Sanch. *de matrim. lib. 7. diſput. 22. à princip.* ubi ſex opiniones refert, & eas totidem concluſionibus componit , Henriq. *in ſum. lib. 11. de matrim. cap. 10. num. 4. vers. 6. juncta lit. G,* Tolet. *in inſtit. Sacerd. lib. 7. cap. 3. n. 3.* Rebell. *de obligat. juſtit. part. 2. lib. 3. quæſt. 3. num. 6. cum ſequentib.*

4 5 6 *Quis enim ferat* , &c. ] De familiarum pactis pro harum conſervatione favorabili confirmatione digna , vide Anton. Gabr. *commun. tit. de pactis concl. 1. n. 7. &* 8. Henriq. à Roſenth. *in tract. de feudis, p. 1. c. 2. concl. 38.* Petr. Pech. *in tract. de teſtam. conjung. lib. 4. c. 44. pag. 425.*

SUMMARIUM.

1 *Dos , vel donatio ante nuptias ad patrem reverſa , debet eſſe præcipua illius filiæ , pro quadata fuit , extraneis inſtitutis.*
2 *Inſtitutionis tenor ante omnia attendendus eſt.*
3 *Declaratur l. ult. vers. hunc omni modo , &c. communia utriuſque judicij.*
4 *Pactum de dote patri reſtituenda , licèt ſecundùm receptam ſententiam impediat dotem in filia conſolidari , tamen ſi cum extraneis inſtituitur , non obſtante pacto conſolidatur in ejus perſona.*
5 *Collatio ceſſat inter hæredes extraneos in teſtamento inſtitutos, & inter filios & extraneos ſimul inſtitutas in teſtamento.*

## L. Illud æquitatis. XII. & ult.

### *Imp.* Iustinianus A. *ad Senatum.*

DOs , vel donatio ante nuptias ad patrem reverſa , debet eſſe præcipua illius filiæ pro qua data fuit , extraneis inſtitutis. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.* 1

Vide Roder. Xuar. *in repet. l. quoniam in prioribus , in declarat. legis Regni , quæſt. 4.* ubi intelligit textum *in præſenti* , de imperfectione reſpectu ſolemnitatis circa teſtamentum requiſitæ , non de imperfectione conſenſus Anton. Gom. *l. 50. Tauri , num. 10. prope fin. vers. actavò* , ubi , hunc text. dicit ſingularem & unicum in ſuo caſu , & notat ad hoc , quod ſicut dos confertur & computatur à filia ſuccedente patri , vel matri , vel aſcendentibus, ita etiam donatio ante nuptias , vel propter nuptias confertur , & computatur à filio.

*Inſtitutionis tenorem* , &c. ] Qui ante omnia attendendus , ex traditis per Tiraquell. *in leg. ſi unquam , verbo libertis , n. 6.* 2

*Hunc omni modo præcipuum habeat* , &c. ] Probat hìc text. quod ſi dos filiæ data ad patrem quacunque ratione fuerit reverſa , ipſéque poſtea eandem filiam cum extraneis inſtituat hæredem, habet filia dotem præcipuam, & etiam illud, in quo à patre fuit inſtituta ; cui ſanè deciſioni repugnat , quod pro conſtanti ſcripſit Iureconſ. *in l. ſi cum dotem , §. ſi pater , ff. ſoluto matrim.* ubi pater debitor neceſſarius inſtituendo filiam videtur animo compenſandi inſtituiſſe , Roman. *in d. §. ſi pater, num. 13* & Laſ. *ibid. num. 3.* aiunt Iuriſconſulti reſponſum per hanc l. limitari , quaſi non procedat ſi filia cum extraneis fuerit hæres inſtituta , quæ tamen reſolutio non placet , quia per eam nimis reſtringitur generalitas , *d. §. ſi pater* , quare Cald. Pereira *quæſt. forens. lib. 1. q. 16. num. 4.* dicit Imperatorem loqui *in præſenti text.* quando pater jure dotem exegit , & non videri procedere in terminis *d. §. ſi pater* ; cum enim gener ſemel dotem ſolviſſet , iniquum eſſet cogi iterum ſolvere, *l. bona fides, ff. de regul. jur.* æquitas autem in dotibus maximè conſideratur , *l. jure ſuccurſum. ff. de jure dotium.* Clariùs reſpondet D. Barboſ. *in d. §. ſi pater , n. 22. vers. ſextò principaliter* , procedere illum §. quando dos patri non fuit ritè ſoluta , ac ob id adhuc tanquam debita poteſt peti per filiam ; nam ſi ſit hæres inſtituta, repellitur à petitione dotis, juxta regulam ejuſdem §. *ſi pater* : ſi verò dos ritè ſit exacta , & incorporata in patrimonio patris & dubitatio ſit inter cohæredes , qualiter ea dos ſit dividenda , tunc procedit diſtinctio hujus l. ut tanquam patrimonium patris veniat dividenda inter cohæredes , niſi in duobus caſi- 3

bus,

bus, ſcilicet quando filia inſtituitur cum fratribus qui ſimilem donationem ex bonis paternis habuerunt, vel filia inſtituitur cum extraneis.

4 Unde notatur hic text. ad hoc, quod licèt ſecundùm receptam ſententiam pactum de dote patri reſtituenda impediat dotem in filia conſolidari, tamen ſi cum extraneis inſtituitur, non obſtante pacto conſolidatur in ejus perſona, ut per Alex. *in l. poſt dotem, n. 19. ff. ſoluto matrim.* Roder. Xuar. *repet. l. quoniam in prioribus, ampl. 15. n. 5.* Cald. Pereira *d. q. 16. n. 4. in fine.*

5 In gloſſ. *Omni modo.* Notatur ad hoc, quod inter hæredes extraneos in teſtamento inſtitutos, & inter filios & extraneos ſimul in teſtamento inſtitutos ceſſat collatio, ut per Anton. Gom. *l. 29. Tauri, n. 9. in fine, vers. decimoquintò, & ibidem* Caſtill. *n.* 10. Alvar. Valaſc. *de partit. c. 12. n. 32.* ubi tamen declarat quod licèt in iſto ſecundo caſu non detur collatio quoad extraneos, dabitur tamen inter filios.

## *Finium regundorum.*

## TIT. XXXIX.

CUM dictum ſit de rerum communium diviſione, dicitur hîc de agrorum confinium diſtinctione: quoniam dividere & diſtinguere ſunt affinia. Vocatur judicium finium regundorum, id eſt, dirigendorum; vel finalis quæſtio, vel finale jurgium, quoniam ad fines agrorum conſtituendos pertinet. Scripſerunt in hanc rubr. Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia tituli vide Hieron. de Monte *in ſpeciali tract. de finibus regundis*, Cujac. *lib. 10. obſerv. 2.* Craſſ. Viv. & alios *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 26.* Soar. de Paz *in pract. tom. 3. c. 1. §. 8.* Arimin. Tepat. *var. ſent. tom. 2. tit. 553.*

### SUMMARIUM.

1 *Vendens partem fundi, juxta pactum venditionis terminos poteſt apponere.*
2 *Fines antiqui non inſpiciuntur in propriis agris venditis, ſed in venditione expreſſi.*
3 *De finibus antiquis, & probandis, remiſſivè.*

## L. Regionem. I.

### *Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Nicephoro.*

1 VEndens partem fundi juxta venditionis pactum terminos apponere poteſt. Item fines ant qui
2 in propriis agris venditis non inſpiciuntur, ſed in venditione expreſſi. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salic. Bald. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Aloyſ. Leo *fol. 71.* Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

3 De finibus antiquis attendendis, & probandis vide Hieron. de Monte *in tract. de finibus regundis, cap. 21.* Mich. Graſſ. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 26. num. 2. pag. 428.*

### SUMMARIUM.

1 *Fines mutari poſſunt varietate ſucceſſorum, & dominorum conſenſu.*
2 *Finium quæſtio quomodo determinanda ſit.*
3 *Finium mutatio non præſumitur, & ubi olim fuerunt termini, ibi & nunc eſſe cenſentur. Ab hujuſmodi præſumptione receditur per contrarias præſumptiones, quibus fines ipſi probari ſolent, n. 4.*

## L. Succeſſionum. II.

### *Idem.* AA. & CC. *Taciano.*

VArietate ſucceſſorum, & conſenſu dominorum 1
fines mutari poſſunt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Vide *l. Hiſpan. fin. tit. 15. part. 5.* ubi ſtatuit ut orta quæſtione de confinibus, judex, ſi poteſt, per antiquos limites determinet, & alios novos limites fieri mandet, & *in* Greg. Lopez *gloſſ. 8. verbo mojones antiguos*, ubi ait, quod ſtandum eſt finibus antiquis, niſi novi probentur, & quando antiquiores tanto ſunt efficaciores: idem Gregor. Lopez *l. fin. gloſſ. 17. in med. tit. 15. part. 7.* 2

Notari ſolet ad hoc, quod finium mutatio non 3
præſumitur, & ubi olim fuerunt termini, ibi & nunc eſſe cenſentur, ut per Hieron. de Monte *de finibus regundis c. 15. n. 5. & c. 21. n. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 393. n. 8. & concl. 403. n. 7. & concl. 1078. n. 6.* Menoch. *cons 147. n. 36. & de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 43. per tot.* ubi *n. 4.* advertit ab hujuſmodi præſumptione recedi per contrarias præſumptiones, & 4
conjecturas, quibus fines ipſi ſolent probari.

### SUMMARIUM.

1 *Finium regundorum judicio, & controverſa proprietate, poſſeſſioneve, menſura committitur agrimenſori, ad cujus relationem judex in cauſa judicat.*
2 *Ad finium controverſorum menſuram partibus citatis agrimenſor una abſente poteſt procedere in contumaciam.*
3 *In finium controverſia poſſeſſorium judicium ante petitorium expediri debet.*
4 *Agrimenſores & periti rem melius percipiunt præſentibus litigantibus, quàm eis abſentibus.*
5 *Reus ſi neget actorem habere prædium in illo termino, quid actori faciendum: quid ſi prædiorum diviſio eſt facienda per agrimenſores, n. 6. 7.*
8 *Dominium & poſſeſſio quomodo probari debeat.*
9 *Litem non conteſtari quando quæſtio eſt de finibus agri tantum, & non de proprietate*

## L. Si quis ſuper. III.

### *Imp.* CONSTANTINUS A. *ad Tertullian. V. P. Comitem diœceſeos Aſianæ.*

IN judicio finium regundorum, & controverſa pro- 1
prietate, poſſeſſioneve, menſura committitur agrimenſori, ad cujus relationem judex in cauſa judicat. Item partibus citatis ad menſuram finium controverſorum agrimenſor una abſente in contumaciam 2
procedere poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

Vide Hieron. de Monte *in tract. de finibus re- 3
gundis, cap. 30. num. 1.* ubi an poſſeſſorium judicium in finium controverſia ante petitorium expediri debet, *& cap. 32. num. 3. de agrimenſorum officio in tali controverſia*, Covarr. *lib. 2. var. cap. 13. num. 5. vers. nona concluſio* ubi tenet per hunc textum poſſe agrimenſores, & peritos melius rem percipere præſenti- 4
bus litigantibus, quàm eis abſentibus. Soar. de Paz *in pract. tom. 3. cap. 1. §. 8. num. 14. cum ſeqq.* ubi ait

quòd ſi reus neget actorem habere prædium in illo termino, actor ante omnia oſtendat ſe prædium habere, & deinde probare intendat menſuram prædiorum, & ſupradictis probatis, judex mittere debet agrimenſorem, qui tenetur facere juramentum de bene ſe gerendo in illa agrimenſura quod juramentum debet eſſe de credulitate, non verò de aſſertione veritatis. Et facta relatione per agrimenſorem, judex tunc profert ſententiam, qua præcipit menſuram, & declarationem agrimenſoris ſervari. Cardoſ.
7 *in praxi Iudicum & advocat. verbo diviſio, n.* 7. ubi dicit: quod diviſio prædiorum quando eſt facienda per agrimenſores, debent partes citari ut tali die, ſeu hora ſint præſentes tempore menſurationis: & *n.* 8. ſubdit, quod agrimenſores viſu proprio ſunt facturi diviſionem, & terminos ac limites conſtituere debent.

8 In Gloſſ. *Finiatur*, ibi, *quia fecit ſeminare terram, & arari*, &c. Notatur ad hoc, quod dominium & poſſeſſio probatur ex eo, quod quis fecit terram ſeminari, arari, coli, & ſimilia, ut per Tiraq. *de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 5. Menchac. *illuſtr. controvers. cap.* 58. *n.* 8. ubi *n.* 10. intelligit, niſi fortè cùm unus terram coleret, alius fructus perciperet; nam tunc is potius quàm ille poſſidere videretur, Campeg. *de teſtibus, reg.* 340. *vers.* 4. & 6. Pariſ. *cons.* 107. *num.* 19. *lib.* 1. ubi extendit procedere etiam cùm quis manu aliena, ſuo tamen nomine, coli fecit, Menoch. *remed.* 3. *retinen. n.* 563. ubi ex aliis ſubdit, quod ſi unus probat ſe araſſe, & coluiſſe, & alter probet ſe fructus collegiſſe, uterque dicitur æqualiter probaſſe poſſeſſionem in illo interdicto, & ob id erit deferendum illi, qui melioribus probationibus, & teſtibus actum ſuæ poſſeſſionis probavit, latè Maſcard. *de prob. concl.* 1182. aliàs 1187. *in novis, per tot.* ubi *num.* 7. reſolvit, quod ſi unus probavit ſe araſſe & ſeminaſſe, & alius de eodem principio temporis, & fine probavit ſe fructus percepiſſe, præfertur ille, qui probavit fructuum perceptionem; ſecus data inæqualitate temporis: & *n.* 9. tenet quod cultura agrorum, etiamſi per alium quis coluerit, probat poſſeſſionem, & quod teſtis dicens ſe vidiſſe coli agrum nomine meo poſſeſſionem meam probat.

9 In gloſſ. *Quæſtio*, ibi, *quia non erat ibi lis conteſtata.* Notatur ad hoc, quod lis non conteſtatur quando quæſtio eſt de finibus agri tantùm, & non de proprietate, ut per Hieron. de Monte *dict. tract. cap.* 44. *num.* 2. Cardoſ. *in praxi judicum, verb. lis, num.* 17.

---

SUMMARIUM.

1 *Lite conteſtata ſuper finium controverſia, invadens & occupans fines indebitè, punitur*
2 *Fines evellens dividentes prædia de vicini prædio ſine mandato Regis, aut judicis, perdit jus, ſi quod habebat in eo: ſi non habebat, reſtituet duplicatum*
3 *Occupans poſt litem conteſtatam in cauſa finium regundorum aliquam partem fundi alterius propria auctoritate, & ibi ponens confinia, amittit illam partem, & tantumdem de ſuo tenetur dare adverſario.*
4 *Attentatorum cauſa non impedit quominus non procedatur in cauſa principali.*
5 *Vnum judicium non ſuſpendit aliud.*
6 *Qui terminos corrumpere tentavit, & amovere, ſed non perficit, minimè puniendus.*

## L. Si conſtiterit. IV.

*Idem* A. *ad Baſſum P. V.*

LIte conteſtata ſuper finium controverſia, invadens & occupans fines indebitè, punitur, non ſolùm in rei reſtitutione, ſed de propriis finibus amiſſione portionis, quam alij ademit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.* 1

Vide *l. Hiſp. fin. tit.* 14. *part.* 7. ubi ſtatuitur, quod 2
evellens fines prædia dividentes de vicini prædio ſine mandato Regis, aut judicis, perdit jus, ſi quod habebat in eo, quod ſibi ex mutatione appropriavit; & ſi jus non habebat, reſtituet duplicatum, &c. laſ. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 130. *ff. de acquirend. poſſeſſ. & in §. quædam, num.* 73. *Inſtit. de actionib.* Hieron. de Monte *de finibus regund. cap.* 34. *n* 1. Anton Gom. *variarum tom.* 3. *cap.* 4. *ceſſu* 7. *vers. aliquando*, ubi ex hoc textu colligit, quod occupans 3
poſt litem conteſtatam in cauſa finium regundorum aliquam partem fundi alterius propria auctoritate, & ibi ponens confinia, amittit illam partem, & tantundem de ſuo tenetur dare adverſario, Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in prælud. n.* 53. ubi dicit, quod per conſtitutionem *l. ſi quis in tantam, ff. unde vi* proviſum eſt plenius quàm conſtitutione hujus *legis, & de arbitr. caſu* 393. *n.* 19. Soar. de Paz *in pract. tom.* 3. *c* 1. §. 8. *n.* 11. Molin. *de Juſt. tom.* 3. *diſp.* 695. *n.* 10. ubi ſubdit, quod licèt lex iſta ſolùm loquatur quando poſt litem conteſtatam ante ſententiam latam eam partem occupavit, eadem tamen eſt ratio quando nulla mota lite id propria auctoritate fecit.

Notatur etiam ad hoc, quod attentatorum cauſa 4
non impedit quominus non procedatur in cauſa principali; unum enim judicium non ſuſpendit aliud, ut 5
per Affict. *Neapol. dec.* 131. *n.* 2.

Notatur etiam ad hoc quod non puniuntur qui ter- 6
minos corrumpere & amovere tentavit, ſed non perfecit, ut per Bonif. de Vitalin. *in tit. de termino, cap.* 9. *num.* 10. Hieron. de Monte *de finibus regund. c.* 34. *n.* 11. Farinac. *in praxi crim. q.* 178. *n.* 115.

*Lecta apud acta.*] Quia tunc publicari dicebatur, ſecundùm Guid. Pancirol. *in theſauro var. lect. cap.* 26. *vers. Conſtantinopoli.*

---

SUMMARIUM.

1 *Exemptio antiqua quinque pedum judicium finium regundorum non impedit.*
2 *Iudicium finium regundorum datur etiam pro re modica, & vili ceſpite.*
3 *Inter agros vicinos olim relinqui debebant quinque pedes à ſatione liberi.*
4 *Proponitur opinio Auctoris, & Guid. Pancirola, n.* 5.
5 *Petrus Baylardus quis.*

## L. Quinque pedum. X.

*Imppp.* VALENT. THEOD. & ARCAD. AA. *Neotherio P. P.*

EXemptio antiqua quinque pedum hoc judicium 1
non impedit. Item etiam pro re modica, & vili ceſpite datur finium regundorum judicium. Colli- 2
gunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſup. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 208. & *tom.* 7. *repet.* Ludov. Carus, & Andr. Alciatus.

De materia & intellectu hujus text. vide Aymer. Rivard. *lib.* 1. *hiſtoriæ civilis, fol.* 12. Crinit. *lib.* 25. *de honeſt. diſciplin. cap.* 4. Charond. *lib.* 3. *veroſimil. pag.* 163. Cujac. *l.* 4. *ff. de uſu cap. & lib.* 10. *obſervat.*

*ſervat.* 2. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris part.* 3. *lib.* 20. *cap.* 9. *num.* 6. ubi dicit, quod inter vicinos agros, olim relinqui debebant quinque pedes à ſatione liberi, ſive ad vertendum aratrum, ſive ad viam vicinalem, ſive ad radices arborum, ſive ne ramis impendentibus ſata læderentur umbrâ; & deinde atteſtatur nullo modo ſenſui hujuſmodi officere text. *in præſenti*, copioſiùs idem Petr. Gregor. *lib.* 39. *cap.* 13. *num.* 15. *cum ſeq.* ubi ſic ait: Neque nos à ſententia dimovet *l. quinque pedum*, *C. finium regund.* cujus verba videntur inhibere præſcriptionem omnem. Quinque pedum, inquit, præſcriptione ſummota, finalis jurgij vel locorum libera peragatur intentio. Quibus verbis quidam rati ſunt ibi poſt Accurſ. olim non potuiſſe agi pro præſcriptione quinque pedum, circa fines agri, hodie contrà. Explicant illam l. Cujacius, Connanus, Agenus Urbicus refert legem Maniliam, quinque, aut ſex pedum latitudinem conſtituiſſe pro fine agrorum, quòd hæc latitudo reſervaretur itineri ad culturam, ut ad eam iretur & ad circumactum aratri, ideo impræſcriptibile eſſe ſpatium. Uvolphgangus Luzius aliter explicat quatuor pedum interſtitium fuiſſe relictum ad ſepeliendos milites & ſucceſſores dominorum, ibique fuiſſe cippos; & tumulos militares, probat ex quibuſdam vetuſtis inſcriptionibus Capuæ inventis. Mortui namque olim more Græcorum extra oppidum ſepeliebantur, & ſi intrò ferrentur, id honori ſummo concedebatur, ut notat Cicero: unde Polybius ait illud fuiſſe ſingulare ex oraculo contra morem communem, ut Tarentini intra urbem in parte, quæ Solis ortum versùs eſſet, mortuos conderent. Cùm Græci contra obſervarent, imò & Libitinarios, qui eos ſepelirent, urbe habitare non ſinerent. Exiſtimarem autem ego *l. quinque pedum*, etſi præſcriptionem ſubmoveat, tamen antiquatam ut admittatur præſcriptio, ſi longius tempus adſit, quàm viginti annorum; nam Theodoſij, Arcadij, & Valent. lex eſt quinque pedum, lex autem finalis ejus tit, finium regund. quæ illam ſequitur & præſcriptionem inducit, Juſtiani eſt, qui 57 Imperator fuit, illi autem 49. ordine imperarunt. &c. Hactenus Petrus Gregor.

5 Novè Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lection. lib.* 2. *cap.* 197. *in vers. Ego*, ubi ſic loquitur. Ego quandoque exiſtimavi hanc l. velle ut libera finium quæſtio terminetur, ut veri fines cognoſcantur, rejecta quinque pedum exceptione; nam etſi quinque pedes circa fines relinquantur, non ideo minus de finibus eſt cognoſcendum; poterat enim alter vicinorum prætendere ſuperfluam eſſe terminorum inſpectionem, quoniam quinque pedes ad eundum, & agendum relinquebantur; nihilominùs mandatur ut veri fines noſcantur, neque pedes ultra quàm par ſit quandoque proferantur, ſed poſtea ex ſequenti auctoritate ſum opinatus, intelligendum ut eodem modo & tempore præſcribantur quinque pedes, & agrorum limites, cùm priùs diverſis temporibus præſcriberentur, &c.

6 In gloſſ. *Præſcriptione*, ibi, *ſed Petrus Baylardus*, &c. Is fuit genere Anglus, à quibuſdam Abelardus, ab aliis Baliardus vocatus, profeſſione peripatericus Philoſophus, non autem, ut aliqui opinantur, Juriconſultus ex Pariſienſi Academia prodiit adeoque confidentis ingenij fuit, ut ex quavis vel difficillima littera aliquem ſanum ſenſum ſe exacturum polliceretur, ſed dum nimium ſibi tribuit, in hæreſim lapſus aliud æternum præter Deum inveniri credidit; negavit præterea filium Dei eſſe factum hominem, ut hominem liberaret, & Chriſtum ſpiritum timoris Domini habuiſſe non credebat, & hominis liberum arbitrium omnino ademit; quare ab Innocent. II. adversùs eum in Gallijs coacta Synodo circa annum 1140. de hæreſi condemnatus eſt, ſed errore agnito factus Monachus in eremo paucis cum diſcipulis piè vitam egit. Ita Guid. Pancirol. *citat. loco.*

SUMMARIUM.

1 *Quæſtio finium regundorum* 30. *annorum ſpatio finitur, & n.* 2.

3 *Confinia quomodo probanda, remiſſivè.*

## L. Cunctis. VI. & ult.

*Imppp.* ARCAD. HONOR. *&* THEOD. AAA. *Rufino P. P.*

QUæſtio finium regundorum triginta annorum ſpatio finitur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſuprà hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom.* 1. *pag.* 208.

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Balb. *de præſcr. t.* 4. *pr. princ. p.* 4. *q.* 14. *c.* 67. Hieron. de Monte *in tract. de finibus regund. cap.* 74. *per tot.* & præcipuè *n.* 7. Menoch. *cons.* 21. *n.* 21. Amatis *decis.* 19. *n.* 3.

Confinia quomodo probentur, latè oſtendimus *in collect. ad cap. cùm cauſam* 13. *de probat. in Decretalib.*

*De conſortibus ejuſdem litis.*

## TIT. XL.

SUPERIORIBUS judiciis mixtis, familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorum, commune eſt, ut ſæpè multi ejuſdem litis conſortes ſint; veluti ſi hæreditas inter hæredem & cohæredis ſucceſſores dividatur: hi ſunt conſortes ejuſdem litis. Similiter ſi agatur de duobus feudis diſterminandis, & eorum unus duobus dominis communis ſit, hi ſunt conſortes ejuſdem litis. Scripſerunt in hanc rubr. Cujac. Pac. & Vveſembec & de materia Peregr. Iannin. *in tract. de citatione reali, lib.* 3. *c.* 8. Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tom. tit.* 190.

SUMMARIUM.

1 *Conſortes ejuſdem rei ſi plures, quilibet pro parte ſua agere poteſt.*

2 *Iudex non patiatur litigantes ad invicem rationes perpendere, teneturque Procuratorum, Advocatorum, ac partium clamoſam garrulitatem reprimere.*

## L. Exploſis. I.

*Imp.* IULIANUS. A. *Secundo P. P.*

INter plures ejuſdem rei conſortes quilibet pro parte agere poteſt. Colligunt ex Ordinar. Cyn. Bart. Salicet. Butrig. Caſtrenſ. Pald. Angel. Sichard. Aloyſ. Leo *fol.* 71. *verſo*, Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in ann. t.* & Ximen. *in concord.* 1

Ex hoc textu colligitur judicem non debere pati litigantes ad invicem rationes perpendere, teneturque Procuratorum, Advocatorum, ac partium clamoſam garrulitatem reprimere, de quo eleganter Bobadil. *in ſua politica, libro* 3. *cap.* 14. *num.* 14. 2

SUM

SUMMARIUM.

1 *Pro conſorte abſente factâ litis conteſtatione, actio & defenſio licita eſt, modò ſatisfactio interveniat, & n.2.*

3 *Exceptio utcunque dilatoria, ſi oriatur poſt litem conteſtatam, admittenda eſt, & opponi poteſt.*

## L. Commune. II. & ult.

*Impp.* VALENT. *&* VALENS AA. *Salluſtio P. P.*

1 PRo conſorte abſente poſt litis conteſtationem actio, & defenſio licita eſt, modò ſatisfactio interveniat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt *l. Hiſpan. 10. vers. eſto miſmo, tit. 5. part. 3.* ubi Gregor. Lopez. *gloſſ. 7.* quid ante litem conteſtatam, Gelin. *in c. cùm M. n. 8.* ubi Ripa *n. 52. cum ſeqq. de conſt.* Bernard. *reg. 136.* ubi additio, Socin. *reg. 160.* Duen. *reg. 132.* Cov. *lib. 1. var. c. 6. n. 6.* ubi quod ante litem conteſtatam conſors litis pro conſorte agere nequit, Padil. *in l. error, n. 34. col. 3. de juris & facti ignor.* Chriſtoph. de Paz *ad leges ſtyli, l. 10. n. 12.* ubi quod conſors litis poteſt agere ſine mandato pro conſorte, & quidem ante litis conteſtationem, attenta dicta *l. Hiſp. 10.* quæ ſine diſtinctione loquitur.

3 Bald. *in præſenti* authoritate hujus text. tenet quod exceptio utcunque dilatoria, ſi oriatur poſt litem conteſtatam, admittenda tunc eſt, & opponi poteſt. ut per Marant. *de ordine judic. p. 7. membr. 9. num. 8.* Cov. *lib. 1. var. c. 16. n. 13. & practic. c. 26. n 2. vers. hujus autem*, Rebuff. *de excep. n. 378.* Parentem meum *in remiſſ. ad Ordin. Reg. Luſit. lib. 4. tit. 49. §. 2. n. 8.*

## *De noxalibus actionibus.*

## TIT. XLI.

SEQUITUR alia actio mixta, id eſt noxalis, quatenus enim eſt ex delicto, eſt in perſonam: ſed quatenus certæ perſonæ non cohæret, imò caput, ideſt poſſeſſorem ſequitur, in rem eſſe videtur. Scripſerunt ad rub. Cujac. Pac. & Vveſembec.

De materia tit. Bellacom. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 27.* Petr. Greg. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 38. c. 11.* Decian. *tr. crimin. lib. 1. c. 15.* Molin. *de Iuſtit. tom. 3. tr. 2. diſp. 711.* Cald. Pereira *qq. forens. lib. 1. q. 7. per tot.* Arimin. Tepat. *var. ſentent. tom. 2. tit. 530.*

SUMMARIUM.

1 *Ex furto admiſſo in ſervitute, non tenetur liber factus, niſi ex nova contrectatione.*

2 *Servus ſi deliquit adversùs extraneum, noxa liberum factum ſequitur*

## L. Si extat. I.

*Imp.* ALEXADER A. *Marcello.*

1 EX furto admiſſo in ſervitute non tenetur liber
2 factus, niſi ex nova contrectatione. Item ſi ſervus deliquit adversùs extraneum, noxa liberum factum ſequitur. Colligunt ex Ordin. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Angel. Caſtr. Fulgoſ. Sichard. Aloyſ. Leo *fol. 72.* Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

SUMMARIUM.

1 *Ex delictis ſervorum factis in ſaltibus, dominis ignorantibus, domini inviti non conveniuntur, ſed ſervorum traditione liberantur.*

2 *Statutum diſponens ſuper eo, ſuper quo diſponit jus commune, interpretatur ſecundùm jus commune.*

3 *Teſtator videtur ſe conformare cum diſpoſitione juris.*

4 *Damnum ne quis indebitè patiatur, verba ſtatuti accipiunt interpretationem reſtrictivam.*

5 *Mancipium ubi delictum commiſiſſe probetur, tunc Dominus per ſententiam in eo judicio ad alterum duorum ipſius optione condemnandus.*

## L. Si ſervi. II.

*Imp.* GORDIANUS *Quintiliano & aliis.*

EX delictis ſervorum in ſaltibus ignorantibus dominis factis, domini inviti non conveniuntur, ſed ſervorum traditione liberantur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* 1

Allegari ſolet hic textus ad hoc, quod ſtatutum diſponens ſuper eo, ſuper quo diſponit jus commune, interpretatur ſecundùm jus commune, ut per ſummar. Iaſ. *in repet. leg. omnes populi, n. 60. cum ſeqq. ff. de juſt. & jure, & in l. fin. n. 12. de jure emphyt.* Ludov. Gom. *in cap. 1. n. 216. de conſt. lib. 6.* Tiraq. *de retractu lig. §. 2. gloſſ. 9. n. 55.* Cott. *in memor. verbo ſtatutum, pag. 789.* Menoch. *cons. 187. n. 39. cum ſeqq.* Kirchov. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. de legib. n. 225. pag. 231.* Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 45. n. 55. & dec. 282. n. 24.* Gonzal. *ad reg. 7. Cancel. §. 7. procem. n. 139. & gloſſ. 4. n. 135.* Alvar. Valaſc. *cons. 66. n. 17.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 19. n. 5.* Et hinc etiam teſtator videtur ſe conformare cum diſpoſitione juris, 3
de quo Menoch. *cons. 111. n. 17.* Gam. *Luſit. dec. 16. n. 4. & dec. 193. n. 6.* Maſcard. *de probat. concl. 1415. n. 2.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 70. n. 29. & q. 101. n. 3. & cons. 18. n. 7. cum ſeqq.*

In ſummar. text. ibi *ne aliquis indebitè damnum* 4
*patiatur verba ſtatuti accipiunt interpretationem reſtrictivam*, de quo Tiraq. *de jure primog. q. 40. n. 88.* Roder. Xuar. in *in repet. l. quoniam in prioribus, ſuper declarat, legis Regni, in princ. n. 3. col. 3.* Menoch. *cons. 5. n. 3. & cons. 100. n. 123. & cons. 123. n. 12. & cons. 187. n. 29. cum ſeqq.*

*Vi aut noxæ dedere*, &c. ] Notatur ad hoc, quod 5
ubi probatum fuerit mancipium commiſiſſe delictum, tunc dominus per ſententiam in eo judicio ad alterum duorum ipſius optione eſt condemnandus, nempè ut vel mancipium tradat, vel ſolvat damnum totum, ac pœnam loco illius, ut per Donell. *comment. juris civilis lib. 15. c. 50.* Menoch. *de arbitr. lib. 1 q. 5. à n. 13.* Pichard. *ad princ. Inſtit. hoc tit. n. 2.* Molin. *de Iuſtit. tom. 2. tract. 2. diſputatione 711. n. 2.* ubi *in fine* ſubdit, quod ſi ſine defenſione velit dominus mancipium noxæ debere, ut liberet ſe à ſumptibus & â moleſtiis litis, poterit id efficere. Et ideo ſic debere concipere ſententiæ verba, aſſerit Cald. Pereira *qq. forens. lib. 1. quæſtione 7. num. 2. Lucium Titium in decem aureos condemno, aut ſervum noxæ dedere.*

SUMMARIUM.

1 *Servus ob plagij crimen criminaliter accuſari poteſt; dominus verò ignorans delicti civiliter ad exhibitionem ſervi pro noxa tenetur, & n. 2.*

L. Sive

## L. Sive ſervum. III.

*Impp.* DIOCLET. *&* MAXIMIAN. AA. *&* CC. *Eutycho.*

1 SErvus ob plagij crimen criminaliter accuſari poteſt ; dominus ignorans delicti civiliter ad exhibitionem ſervi pro noxa tenetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Vide Molin. *de Iuſt. tom. 3. tract. 1. diſp. 711. n. 1. in fine*, ubi per hunc text. tenet, quod quando criminaliter eſt agendum ad mortis, aut ad aliam corporalem pœnam mancipij, tunc locum habet judicium cum mancipio ipſo, intentaríque proinde adversùs ipſum, & non adversùs illius dominum debet: & *n. 5.* ſubdit, quod ſi dominus ignoravit mancipij delictum, quando mancipium illud commiſit, vel eſto illud ſciverit, prohibere tamen delictum non potuit, tunc liberatur mancipium noxæ dedendo.

### SUMMARIUM.

1 *Servi rapinâ dominus ignorans pro noxa convenitur, ſciens verò, nec prohibens, beneficium ſervi pro noxa tradendi amittit, & n. 3.*

2 *Accuſatio criminalis ex delicto ſervi contra dominum non protenditur.*

## L. Si ſervus ignorante. IV.

*Idem* AA. *&* CC. Soſio.

1 EX rapina ſervi dominus ignorans pro noxa convenitur, ſciens verò nec prohibens, beneficium
2 ſervi pro noxa tradendi amittit. Item criminalis accuſatio ex delicto ſervi contra dominum non protenditur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Hanc eandem concluſ. ex hoc textu deſumunt *l. Hiſpan. fin. tit. 13. part. 7.* ubi ſtatuitur, quod dominus non tenetur de maleficio ſervi abſque ſui culpa facto, ſi vetare nequivit ; ſed ſi ſervus aliquid rapuit, tenetur dominus de eo, quod ad eum pervenit, de alio autem faciat emendam, aut dabit ſervum pro noxa. Molin. *de Iuſt. tom. 3. tr. 2. diſp. 7. 11. n. 5.* ubi ait quod ſi domino jubente, conſulente, aut ſciente, nec prohibente, quando prohibere potuit, mancipium commiſit delictum, tunc non liberatur dominus noxæ mancipium dedendo, ſed tenetur ad damna omnia, & ad pœnas omnes pro eo delicto, eſto mancipium alienaverit, aut manumiſerit poſt tale delictum commiſſum, vel mancipium moriatur : ſecus autem ſi vel dominus ignoravit mancipij delictum, quando mancipium illud commiſit, vel eſto illud ſciverit, prohibere tamen delictum non potuit, tunc liberatur mancipium noxæ dedendo.

### SUMMARIUM.

1 *Iudicium civile cum ſervo non conſiſtit, ſed cum domino ex eo agendum.*

2 *Servi delicto dominus civiliter conveniendus, & n. 3*

## L. Si ſibi. V. & ult.

*Idem* AA. *&* CC. *Menophilo.*

1 CIvile judicium cum ſervo non conſiſtit, ſed cum
2 domino ex eo agendum. Item ex delicto ſervi dominus civiliter conveniendus. Colligunt ex Ord Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt *l. Hiſp. 10. tit. 1. p. 7.* dum ſtatuit ſervum poſſe ex delicto, ex quo pœna apponitur corporalis, accuſari, ac à domino defendendum eſſe ; de pecuniaria autem pœna nequaquam, quia nihil habet. Molin. *de Iuſt. tom. 3. tr. 2. diſp. 711. n. 1.* ubi dicit quod quando mancipium delictum aliquod abſque domini culpa commiſit, ratione cujus agendum eſt civiliter, ſaltem ad pœnam pecuniariam, ut ſi furtum commiſit, rapuit, damnum dedit, vel aliam injuriam intulit, ita quod locum habeat conditio aliqua, vel pœna pecuniaria, judicium illud non cum ſervo eſſe intentandum, qui bonis externis caret, unde ſolvat, ineptuſque eſt, ut adversùs illum eo modo agatur; &c.

## *Ad exhibendum.*

## TIT. XLII.

ACTIO quoque ad exhibendum, mixta dici poteſt, quia cùm in perſonam ſit, tamen, poſſeſſorem, ſeu detentorem ſequitur, & potiſſimùm propter actiones in rem introducta eſt. Scripſerunt in rubr. Cujac. Pac. & Vveſemb. item Bellac. *tom. 1. com. opin. lib. 3. tit. 28. pag. 429.*

### SUMMARIUM.

1 *Actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis.*

2 *Vendicaturus rem ratione dominij, ad illius exhibitionem agere poteſt.*

3 *Res mobilis, vel ſe movens, ſi petatur ab actore exhiberi, exhibenda eſt in judicio, ut actori paretur ſua probatio.*

4 *Rem exhiberi jubetur à Præſide Provinciæ, & eâ exhibitâ, apud alium judicem principalis cauſa tractatur.*

## L. Si dominium. I.

*Imp.* ALEXANDER A. *Creſcenti militi.*

AD exhibendum actio eſt præparatoria rei ven- 1
dicationis. Item vendicaturus rem ratione do- 2
minij, ad illius exhibitionem agere poteſt. Colligunt ex Ord. Cyn. Bartol. Salic. Bald. Caſtr. Angel. Fulgoſ. Sichard. Aloyſ. Leo *fol. 72.* Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Vide *l. Hiſp. 16. tit. 2. p. 3.* ubi ſtatuitur, quod ſi res 3
mobilis, vel ſe movens exhiberi petatur ab actore, exhibenda eſt in judicio, ut actori paretur ſua probatio. Dec. *in rubr. de jud. n. 2. vers. ſed tamen*, Cov. *lib. 1. var. c. 4. n. 8.* ubi dicit, quod Præſes provinciæ jubet hîc rem exhiberi, & ea exhibita, apud alium judicem 4
principalis cauſa tractatur.

### SUMMARIUM.

1 *Ob criminis accuſationem perſona exhibenda eſt.*

2 *Pars exhiberi debet quando teſtes dicunt, quod cognoſcerent ſi viderent.*

## L. Si criminis. II.

*Idem* A. *Syro.*

OB criminis accuſationem perſona exhibenda 1
eſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

Vide Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 28. n. 1. pag. 429.* ubi per hunc textum dicit, quod pars 2
exhiberi debet quando teſtes dicunt, quod cognoſcerent, ſi viderent.

SUMMARIUM.

1 *Sententia abſoluteria non nocet agenti de nova ex cauſa ſuper qua fuit pronuntiatum, non præjudicat quin poſſit agi ex nova, n.2. 3.*

4 *Reus ſi fuerit abſolutus, quia rem petitam non poſſidebat, tenetur ad exhibendum, ſi poſtea res in ejus poteſtatem redierit, ſecus ſi ideo fuerat abſolutus, quia actor nullum jus habebat.*

5 *Actor ſi petens rem aliquam, ideo victus eſt, quod reus rem ipſam non poſſideret, ſi poſtea reus poſſidere cœperit, poterit idem actor iterum agere, nec ſubmovebitur actione rei judicatæ.*

## L. Neque ad exhibendum. III.

*Idem* A. *Felicissimæ.*

1 SEntentia abſolutoria non nocet agenti de novo
2 ex cauſa ſuper qua non fuit pronuntiatum. Item ſententia abſolutoria, quod reus non poſſidet, minimè præjudicat quin ex nova poſſit agi. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit
4 *l. Hiſp. 24. tit. 2. part. 3.* ubi ſtatuitur, quod ſi reus fuerit abſolutus, quia rem petitam non poſſidebat, tenetur ad exhibendum, ſi poſtea res in ejus poteſtatem redierit, ſecus ſi ideo fuerat abſolutus, quia actor nullum jus habebat. Et per hunc textum notat
5 Tiraq. *de retract. lig. §. 8. gloſſ. 7. n. 4.* quod ſi actor petens rem aliquam, ideò victus eſt, quod reus rem ipſam non poſſideret, ſi poſtea reus poſſidere cœperit, poterit idem actor iterum agere, nec ſubmovebitur actione rei judicatæ.

SUMMARIUM.

1 *Contra non exhibentem Inſtrumenta, juratur in litem, & n. 4. Quid ſi probatum, inſtrumenta fuiſſe apud adverſarium ab initio litis, n. 3. Amplia ut n. 5.*

2 *In actione ad exhibendum juramento in litem locus eſt.*

6 *Qui ſemel poſſedit, & hodie poſſidere præſumitur, etiam in re mobili, n.7.*

## L. Non ignorabit. IV.

*Idem* A. *Flacillæ.*

1 COntra non exhibentem inſtrumenta jurat ut in
2 litem. Item in actione ad exhibendum juramento in litem locus eſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Vide *l. Hiſp. 1. poſt princ. tit. 2. p. 3.* Menoch. *de præſ. lib. 5. præſ. 64. n. 4.* ubi dicit, quod qui probavit inſtrumenta fuiſſe apud adverſarium ab initio litis, cogere eum poteſt ad exhibendum, quia præſumitur, quod adhuc ea inſtrumenta habeat, additque non repugnare, quod dicit gloſſ. *in præſenti*, ideo in caſu contigiſſe quia paulò antè ea inſtrumenta habebat; reſpondet enim idem eſſe etiam quando jam diù poſſedit, quandoquidem amiſſione non probata adhuc ea habere & poſſidere præſumitur, cùm hæc ſint de his, quæ cuſtodiri ſolent. Idem Menoch. *de arb. caſu 207. n. 19.* ubi quod in actione ad exhibendum contra non exhibentem in litem juratur. Mancin. *in tract. de jurum. p. 3.*
4 *art. 8. n. 7.* ubi ait, quod obligatus ad exhibendum inſtrumentum, ſi recuſat illud exhibere, aſſerens non habere, datur contra illum juramentum in litem, propter præſumptam occultationem, refert Far. *in praxi crim. q. 176. n. 46.*

5 Nota deciſionem hujus textus ſtatuentem juramentum in litem deferri poſſe, ſi publicum inſtrumentum non exhibeatur, extendi ad privatam ſcripturam non poſſe, quia hæc inſtrumenti, ſeu publicæ ſcripturæ appellatione non continetur: ita Jacob. Machelius *patrocinio 30. n. 3. & 4.* Cald. Pereira *de poteſt. eligendi c. 7. n. 17. & de empt. c. 1. n. 18.*

Notari ſolet hic textus ad hoc, quod qui ſemel poſ- 6
dedit, & hodie poſſidere præſumitur, ut per Maſcard. *de probat. concl. 1195.* aliàs *1201. per tot.* ubi *n. 21.* per
hunc textum tenet procedere etiam in re mobili, plu- 7
res citavi Doctores *de Axiom. juris uſufreq. axiom. 182. à n. 1.* & commodiùs tractabo *in coll. ad l. ſive poſſidetis, de prob.* adde magis in propoſito Ioan. Garc. *de nobil. gl. 2. §. 1. n. 41.* ubi dicit gloſſ. *verbo fuiſſe, in præſenti*, & dici receptam eſſe à Bart. & reliquis *hîc.*

## L. Ad exhibendum. V.

*Imp* GORDIANUS. *Sabiniano militi.*

DOlo qui deſiit poſſidere, actione ad exhibendum 1
tenetur. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Inſtrumenta violenter rapiens criminaliter accuſari poteſt: quod civiliter, n. 2.*

## L. Inſtrumenta. VI.

*Imp.* PHILIPPUS A. *Palemonidi.*

INſtrumenta violenter rapiens criminaliter accuſari 1
poteſt. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* ex quibus Bald. & Salic. tenent illum civiliter ad exhibendum cogi poſſe.

De furripientibus inſtrumenta, & ſcripturas, vide 2
Farin. & ab eo citatos *in praxi crim. p. 5. q. 150. n. 154. cum ſeqq. & c. 6. q. 158. n. 19.*

## L. Exhibitionis.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Vitalianis.*

REm deteriorem ſua culpa exhibens actione in fa- 1
ctum tenetur. Colligunt Ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.* & poſt omnes Giphan. *tom. 1. pag. 211.*

Vide *l. Hiſp. 19. vers. mas ſi pro aventura, tit. 2. p. 3.* 2
ubi ſtatuitur, quod ſi rem, quæ petitur exhiberi, poſſidens deterioratam exhibeat, tunc tenetur vincenti ad ejus reſtitutionem, & deteriorationis æſtimationem, & *ibi* Gregor Lop. *gloſſ. 3.* hunc text. citat.

SUMMARIUM.

1 *Ex pacto appoſito per alium in contractu commodati, vel depoſiti rei meæ acquiritur hæredi paciſcentis directa actio ad exhibendum, alij autem quàm hæredi paciſcentis, utilis actio.*

2 *Ex pacto appoſito ſuper re mea, quæ debet durare mea, regulariter bene quæritur actio tertio, ſecus quando non debet durare mea.*

3 *Stipulatio, vel promiſſio quando interponitur ſuper re mea, quæ debet durare mea, ut ſi depoſui, vel commodavi res penes te, hoc pacto, ut reſtituas tertio, tunc illi tertio quæritur utilis actio, & quamvis utilitas contractus ad tertium non ad Stipulantem pertineat, tamen actio & obligatio acquiruntur ſtipulanti, cedenda poſtea per eum illi, pro quo Stipulatus eſt n. 4.*

5 *Procurator ſi ſtipuletur rem domini, quæ in ejus dominio permaneat, tunc licèt ſtricto jure actio ipſi domino non competat, tamen ex æquitate ei utilis datur.*

## L. Si res tuas. VIII.

*Idem* AA. *&* CC. *Photino.*

1 EX pacto appoſito per alium in contractu; commodati, vel depoſiti rei meæ, acquiritur hæredi paciſcentis directa actio ad exhibendum; alij autem quàm hæredi paciſcentis utilis actio. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

2 Vide Anton. Gom. *l. 40. Tauri, n. 26* ubi per hunc text. dicit, quod regulariter ex pacto appoſito ſuper re mea, quæ debet durare mea, bene quæritur actio tertio, ſecus quando non debet durare mea, *& variarum tom. 2. c. 11. n. 18. in med. vers. quintus caſus*, ubi
3 ait, quod quando ſtipulatio, vel promiſſio interponitur ſuper re mea, quæ debet durare mea, ut ſi depoſui, vel commodavi res penes te, hoc pacto, ut reſtituas tertio, tunc illi tertio quæritur utilis actio. Surd.
4 *dec. 229. n. 14.* ubi refert, quod quamvis utilitas contractûs ad tertium, non ad ſtipulantem pertineat, tamen actio, & obligatio ſtipulanti acquiritur, cedenda poſtea per eum illi, pro quo ſtipulatus eſt. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conv. lib. 14. tit. 24. n. 6.*
5 ubi per hunc text. dicit, quod ſi Procurator ſtipuletur rem domini, quæ in ejus dominio permaneat, tunc licèt ſtricto jure actio ipſi domino non competat, tamen ex æquitate utilis ei datur.

---

SUMMARIUM.

1 *Naturaliter liberatus poteſt condicere inſtrumentum debiti.*
2 *Debitor ſolutione facta agit ad inſtrumenti exhibitionem.*
3 *Rei reſtitutionem volens petere, poteſt agere tã ad exhibendum, quàm rei vendicatione eodem libello, ambæ tamen actiones regulariter conjunguntur, n. 4.*

## L. Si ex quocunque. IX. & ult.

*Idem* AA. *&* CC. *Fauſtino.*

1 NAturaliter liberatus poteſt condicere inſtrumen-
2 tum debiti. Item debitor ſolutione facta agit ad inſtrumenti exhibitionem, Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſupr. hoc tit.*

3 In gloſſ. *Reddi, fin* ibi, *agit ad exhibendum, & rei vindicatione*, &c. Notatur ad hoc, quod volens petere reſtitutionem rei, poteſt agere tam ad exhibendum quàm rei vendicatione in eodem libello, ut per Greg. Lop. *l. 16. in gloſſ. 3. verbo ciertamente, tit. 2. p. 3.* ubi
4 tamen dicit, quod regulariter poſſunt ambæ actiones conjungi, licet ſuper prima actione, ſcilicet ad exhibendum, primò ſit procedendum, niſi res quæ petitur exhiberi, ſit conjuncta, vel incluſa alij rei, vel quando ipſa actio ad exhibendum induceret reſtitutionem rei; nam tunc non poſſe ſimul proponi aſſerit.

## *De religioſis & ſumptibus funerum, & aleæ luſu, & aleatoribus.*

## TIT. XLIII.

NOT ex aliæ luſu aliæ actiones adimuntur, aliæ tribuuntur: ita etiam ex funeratione mortui, qua locus religioſus fit, denegari locivindicationem, & dari actionem perſonalem ad funeris impenſam repetendam, tractatur hoc titulo. Scripſerunt in rubr. Cujac. Pac. Vveſemb. item Viv. Bellacomb. & alij *tom. 1. comm. opin. lib. 3. tit. 29.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tom. 1. tit. 31. de funeralibus, & ſumptibus eorum.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 2. princ. ex n. 46. cum ſeqq.* Joan. Garc. *in tract. de expenſis, c. 8. de expenſis & ſumptibus funerum,*

De ludo, aleæ luſu, & aleatoribus, vide Ioan. Bapt. Caccialup. *in ſpeciali tr. de ludo, tom. 7. tract. Doctor. fol. 155.* Peridem de Puteo *in ſimili tr. eodem tom. 7. fol. 151.* Steph. Coſta *ibidem, fol. 161.* & poſt omnes Joannem. de Salas, *Ord. Reg. Luſit. lib. 5. tit. 82.* & apud Hiſpanos *l. 6. tit. 14. p. 7. & l. 8. & 9. tit. 7. lib. 9. novæ Rec.* Alciat. *lib. 8. pareng. c. 16.* Cæpol. *cautel. 55.* Car. *in practica, verbo ludus*, Bernad. & Salzed. *in pract. c. 70.* Corrad. *in pract. tit. de luſorib.* Ioan. Vela *in tr. de pœnis delictor. c. 22.* Aviles *ad c. 29. Prætorum, verbo juegos*, Cov. *in reg. peccatum, p. 2. §. 4. n. 5. cum ſeqq.* Avend. *de exequend. mandatis, p. 2. c. 9.* Perez *l. 37. in addit tit. 19. lib. 8. Ord. pag. 385.* Petr. Greg. *ſyn. tag. juris p. 3. lib. 30. c. 2.* Azeved. *l. 2. n. 68. & 90. & l. 8. tit. 7. lib. 8. novæ Recop.* Menoch. *de arbr. caſu 299.* Maſcard. *de prob. concl. 995.* Guttier. *de juram. confirm. p. 1. c. 53.* Amatis *Provinciæ Marciæ dec. 137.* Ariſm. Tepat. *var. ſent. tom. 2. tit. 539.* Henriq. *in ſum. lib. 8. c. 56.* Fr. Emm. *qq. Regul. tom. 2. q. 37. art. 1.* Morl. *in emporio juris civilis, tom. 3. tit. 7. de aleatorib.* Cardoſ. *in praxi judicum, verbo ludus*, Padil. *in ſum. legum pœnal. p. 1. c. 35.* Guid. Pancirol. *in theſauro variarum lectionum, lib. 1. c. 48* Far. *in praxi crim. p. 3. q. 109. per tot.* Molin. *de Iuſt. tom. 3. tr. 2. diſp. 510.* Paul. Comitol. *reſpons. moral. lib. 3. q. 7. n. 3. & q. 8. cum duabus ſeqq.* Rebell. *de oblig. juſt. p. 2. lib. 12. de contractu ludi,* Sayr. *in clavi Regia, lib. 11. c. 13.* Leſſ. *de juſt. tom. 1. lib. 4. c. 4. dub. 13.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 10. n. 384. cum ſeqq.* Iacob. de Graffiis *tom. 1. conſil. lib. 3. tit. de voto, cons. 2.*

---

SUMMARIUM.

1 *Corpus humanum ſepultum in uno loco, poteſt transferri in alium, juſta ſubſiſtente cauſa, & interveniente ſuperioris conſenſu, & n. 2.*
3 *Referuntur opiniones aliquorum.*

## L. Si vi fluminis. I.

*Imp.* ANTONINUS. A. *Doritæ.*

CORpus humanum ſepultum in uno loco poteſt 1
in alium transferri, ſubſiſtente juſta cauſa, & interveniente ſuperioris conſenſu. Colligunt ex Ord. Cyn. Bart. Salicet. Bald. Caſtr. Ang. Fulgoſ. Sichard. Aloyſ. Leo *fol. 72.* Sebaſt. Næv. Remiſſivè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſu- 2
munt *l. Hiſpan. 11. tit. 13. p. 1. ubi gloſſ. 2.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 24. num. 36.* Sanchez. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 43. num. 25.* Et hinc Paul. de Caſtro *in præſenti*, tenet quod ſi teſtator juſſit hæredibus ſuis, ut poſtquam corpus ſuum ſepulturæ traditum eſſet, tunc à tempore illius funeris uſque ad unum annum corpus ſuum transferrent, & reportarent in patriam ſuam, talis teſtatoris diſpoſitio non eſt neceſſe quod obſervetur, quia cadaver ſemel ſepultum non poteſt aliò transferri, niſi de licentia, & permiſſione Principis, & ea quæ pendent à ſolius Principis voluntate, reputantur impoſſibilia, & hæredes non obligant, ex textu *in l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de leg. 1.* Sed contrarium ſuſtinent Menchac. *de ſucceſſ. creat. tom. 1. lib. 1. §. 7. n. 10.*

*num.* 10. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 2. *princip. n.* 8. quia quæ pendent à voluntate Principis, ſi ſolita ſunt concedi, non reputantur impoſſibilia, nec rejiciuntur de teſtamento, ſed implenda ſunt per hæredes: unde cùm corpus ſemel ſepultum, præſertim cùm cuſtodiæ causâ humatum ſit, atque depoſitum, ſolitus ſit Princeps permittere ut aliò transferatur ſepeliendum, ſupereſt ut id & teſtator poſſit præcipere, & hæredes teneantur parêre, & ita obſervat conſuetudo.

SUMMARIUM.

1 *Locus in quo ſepelitur corpus humanum domini voluntate fit religioſus, & ex commercio hominum recedit, & num.* 2. *Hodie ſecus de jure Canonico, n.* 3.

## L. Invito. II.

### *Idem* A. *Hilariano.*

1 LOcus in quo ſepelitur corpus humanum domini voluntate ſit religioſus, & ex commercio hominum recedit. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumunt Matth. Matheſil. *ſing.* 75. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 38. Ariſma Tepat. *variarum ſent. tom.* 1. *tit.* 31. *c.* 6. Gonzal. *ad reg.* 7. *Cancellar. gloſſ.* 5. *n.* 38. 3 & 39. qui omnes advertunt hodie de jure Canonico quod eſt obſervandum, ſecus eſſe, cùm nullus locus niſi prævia Epiſcopi licentia religioſus efficiatur, *cap. ad hæc, de relig. domib.* ubi diximus.

SUMMARIUM.

1 *Legatarius non prohibetur cum legato ſimul petere funeris expenſas pro teſtatore expoſitas, & n.* 2.
3 *Expenſæ funeris quæ.*
4 *Expenſæ funeris & infirmitatis æquiparantur.*
5 *Expenſarum funeris appellatione veniunt medicinæ.*

## L. Legatum à defuncto. III.

### *Imp.* Alexander A. *Rimo.*

1 LEgatarius non prohibetur cum legato ſimul petere funeris impenſas pro teſtatore expoſitas. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc textu deſumit Cardoſ. *in praxi Judicum & Advocator. verbo legatum, n.* 38.

3 *Et quod in funus*, &c.] Quæ autem dicantur funeris expenſæ, vide Anton. Gom. *l.* 30. *Tauri, n.* 2. Tell. *num.* 3. Valaſc. *gloſſ. unica, num.* 7. Cov. *in cap. Raynaldus, §. de teſtam.* Sim. de Prætis *de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 5. *interpret.* 3. *ſolut.* 4. Sebaſt. Medices *in tract. de ſepultur. p.* 2. *q.* 5. *num.* 18. Azeved. *l.* 13. *à princip. tit.* 6. *lib.* 5. *nova Recop.* Surd. *deciſ.* 255. *num.* 29. Guttier. *in l. nemo poteſt, n.* 9. *cum ſeqq. ff. de legat.* 1. *& pract. lib.* 2. *q.* 72. Garc. Maſtrill. *Siciliæ dec.* 10. *num.* 11. Molin. *de Juſt. tractat.* 2. *diſput.* 235. Ioan. Garc. *de expenſis, cap.* 8. *num.* 15. *cum ſeqq.* Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.* 2. *princ. n.* 49. *cum ſeqq.* Ariſmin. Tepat. *var. ſent. tom.* 1. *titul.* 31. *cap.* 2. Alvar. Valaſc. *de partition. cap.* 19. *num.* 46. *cum ſeqq.* qui attento jure communi magis communiter reſolvunt expenſas funeris propriè illas dici quæ ad humandum corpus defuncti requiruntur. Apud Hiſpanos extat circa hoc particularis diſpoſitio *l.* 30. *Tauri*, ibi, *la cera, Miſſas, gaſtos del enterramiento ſe ſaquen con las otras mandas graciosas del quinto de la hazienda del teſtator, y no del cuerpo de la hazienda aunque el teſtador mande el contrario*: & ita ſolùm reſpicit ad neceſſaria ad corpus chriſtianè humandum, dummodò intra quintum. Apud Luzitanos nulla lex habetur, quæ diſponat in hac materia, tamen in illo Regno de conſuetudine generali non ſolùm veniunt illa, quæ pertinent ad funerandum corpus, ſcilicet habitus, quo involvitur cadaver, & locus in quo defunctus humetur, ſarcophagi, vectura cadaveris, & quicquid corporis causâ antequam ſepeliatur, neceſſariò conſumitur, & ad deferendum corpus ad ſepulturam; ſed etiam eleemoſynæ Miſſarum, & orationum, quæ dicantur eo die, quo corpus ſepeliretur, & quæ dantur pro ſacrificiis Miſſarum, & confraternitatibus, Clericis, & Monachis ferentibus, & comitantibus corpus, quod defertur, & quod datur pro cereis illuminantibus eadem die, & ita tam quæ pertinent ad corpus humandum, quàm quæ ad animæ ſubſidium illa die. Unde veſtes lugubres non dici funeris expenſas, reſolvunt Gregor. Lopez *l.* 12. *gloſſ.* 8. *titul.* 13. *part.* 1. Gam. *Luſitan. dec.* 308. *n.* 5. Molin. *dict. diſp.* 235. *vers. conſentit*, Surd. *d. deciſ.* 255. *n.* 28. ubi intelligit, niſi detur conſuetudo, in contrarium, Perez de Lara *de capellan. & annivers. lib.* 1. *c.* 25. *n.* 24. Alvar. Valaſc. *d. c.* 19. *n.* 53.

*Vel morbum.*] Ergo expenſæ funeris, & infirmi- 4
tatis æquiparantur, ut per Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tractat, de ſentent. proviſion. in præfat. n.* 95. & 5
ideo appellatione funeris expenſarum veniunt medicinæ, ut per addition. *ad Ant. Gom. l.* 30. *Tauri, n.* 22. Roder. Xuar. *alleg.* 7. *n.* 17. Surd. *d. deciſ.* 225. *n.* 25.

SUMMARIUM.

1 *Sepulchrum ut monumentum nemo jure dominij vendicat.*
2 *Sepulchra familiarum ut individua ad omnes hæredes pertinent, nec per diviſionem uni accedunt.*
3 *Locus prophanus juxta religioſum non fit religioſus.*
4 *Monumentum & ſepulchrum differunt.*
5 *Sepulchrorum jus in nullius bonis, atque extra hominum commercium eſt.*

## L. Si ſepulchrum. IV.

### *Idem* A. *Luciano.*

SEpulchrum ut monumentum nemo jure dominij 1
vendicat. Sepulchra familiarum ut individua ad 2
omnes hæredes pertinent, nec per diviſionem uni accedunt. Locus prophanus juxta religioſum non fit religioſus. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad* 3
*l.* 1. *n.* 1. *ſupr. hoc. tit.*

*Si Sepulchrum monumenti appellatione ſignificas.*] 4
Diverſa enim ſunt monumentum & ſepulchrum; nam monumentum dicitur quandiù in eo corpus non infertur; poſtquam autem illud illatum eſt monumentum eſſe deſiit, & ſepulchrum factum eſt, ita Ioan. Garc. *in tract. de expenſis, cap.* 8. *n.* 4. *poſt princ. vers. ex quibus.*

*Scire debes jure dominij*, &c.] Notatur ad hoc, 5
quod jus ſepulchrorum in nullius bonis, atque extra hominum commercium eſt, nec poteſt ab aliquo acquiri, nec poſſideri, ut per Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 14. *ſub n.* 36.

SUM

SUMMARIUM.

1 *Voluntas defuncti obſervanda, & illæſâ conſcientiâ non violanda.*
2 *Ad monumentum conſtruendum ex ordinatione defuncti coguntur hæredes per judicis officium.*

## L. Militis voluntate. V.

*Idem* A. *Caſſio militi.*

1 VOluntas defuncti obſervanda, & illæſa con-
2 ſcientia non violatur. Ad conſtruendum ex ordinatione defuncti monumentum coguntur hæredes per judicis officium. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſuprà hoc tit.*

SUMMARIUM.

1 *Scripturæ, quæ fiunt in lapide monumenti, non inducunt fidem omnimodam.*
2 *In monumento hæreditario liberti hæredes non inſtituti abſque longi temporis præſcriptione jus ſepeliendi non habent.*
3 *Scripta in monumentis & lapidibus, quando dicantur facere plenam probationem.*

## L. Monumentorum. VI.

*Idem* A. *Primitivo, & aliis.*

1 SCripturæ, quæ fiunt in lapide monumenti, om-
2 nimodam non inducunt fidem. In monumento hæreditario liberti hæredes non inſtituti abſque longi temporis præſcriptione jus ſepeliendi non habent. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.*

3 Scripta in monumentis & lapidibus quando plenam probationem facere dicantur, vide Hieron. de Monte *de finibus regundis, c. 65. n. 4.* Kirchov. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probation. n. 188. pag. 498.* Joſeph. Ludov. *tom. 3. de libris mercator. conclus. unic. ampl. 32. n. 511.* Menoch. *de præſ. lib. 4. præſ. 59. per tot.* meipſum *in collect. ad c. cùm cauſam, de probat. ex n. 6.*

SUMMARIUM.

1 *Ædificare quilibet poteſt pro libito, modò non adverſetur prohibitioni, & n. 3.*
2 *Sepulchrum ornare non eſt illicitum.*

## L. Status. VII.

*Imp.* GORDIANVS A *Claudio.*

1 ÆDificare pro libito, modò probationi non ad-
2 verſetur, quilibet poteſt. Item ornare ſepulchrum non eſt illicitum. Colligunt ex ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc tit.*

3 Hanc eandem concluſionem quoad primam ejus partem tenent Cardoſ. *in praxi Iudicum, & Advocat. verbo, ædificare, num. 1. & 2.* ubi *in fine hujus* text. meminit Brunor. à Sole *in locis communib. verbo facere 1. & 3.*

SUMMARIUM.

1 *Familiæ appellatione non continentur cognati juncti per lineam fœmininam.*
2 *Sepulchrum familiæ non tranſit ad cognatos ex linea fœminina, niſi hæredis inſtitutio hiſce tale jus conferat.*
3 *Familia appellatione qui contineantur, remiſſivè.*

## L. Jus familiarum. VIII.

*Imp.* PHILIPPUS. A. *Iuliæ.*

FAmiliæ appellatione non continentur cognati 1
juncti per lineam fœmininam. Item ſepulchrum 2
familiæ non tranſit ad cognatos ex linea fœminea, niſi hæredis inſtitutio jus tale hiſce conferat. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſupr. hoc tit.*

Familiæ appellatione qui contineantur, dixi latè 3
*in tract. de appellativa verborum utriuſque juris ſignificat appell 94. per tot*

De ſepulchris familiaribus, & hæreditariis dicam commodiùs *infrà in collect. ad l. jus ſepulchri 13. hoc eod. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Locus religioſus ſcienter non venditur, ſed cohærens agit licì è.*
2 *Sepulchrum habens proprium, ſuis ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis; non prohibetur illud vendere quoad proprietatem, juxta valorem fundi, reſpectu habito ad ſolas expenſas factas in eo ædificando.*
3 *Simoniacum an ſit aliquid tanquam pretium pro jure ſepulturæ accipere*

## L. Locum quidem. IX.

*Idem* A. PHILIPPUS C. *Fauſtinæ.*

LOcus religioſus ſcienter vendi non poteſt, ſed 1
cohærens magis licitè venditur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Quamvis pro jure ſepulturæ non ſit licitum ali- 2
quid recipere, nihilominus tamen ſi quis habeat ſepulchrum proprium, ſuis, ſumptibus emptum, vel ædificatum pro ſe, aut ſuis non eſt prohibitum illud vendere quoad proprietatem, juxta valorem fundi, & reſpectu habito ad ſolas expenſas in eo ædificando factas. Ita Soar. *de Relig. tom. 1. tractat. 3. lib. 4. de ſimonia, c. 14. n. 18* Ego ipſe *de officio, & poteſt. parochi, c. 26. n. 18. in fine,* ubi *n. 16.* an ſit ſimoniacum aliquid tanquam pretium pro jure ſepulturæ accipere, 3
& adhoc propemodum infinitos refero Doctores.

## L. Si necdum. X.

*Impp.* DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Aquilianæ.*

COrpus depoſitum ſine licentia aliò exportari 1
poteſt. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſu- 2
munt l. *Hiſpan. 11. titul. 13. part. 1. ubi gloſſ. fin. & l. 14. tit. 28. part. 3. ubi gloſſ. 2.* Sanchez *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 43. n. 25.* & vide poſita *in collect. ad l. ſup. hoc eod. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Reus criminis non prohibetur ſepeliri, & n. 2.*
3 *Cadavera punitorum olim inſepulta relicta, & cur.*
4 *Corpora punitorum non ſolent ſepeliri niſi petatur.*
5 *Cadaver delinquentis in Gallia non poteſt tradi ſepulturæ inconſulto Principe, ſeu Curia ſuprema, & ex conſuetudine in patibulis dimittuntur ad terrorem & exemplum, quod obſervatur etiam in Luſitania*
6 *Sepulturâ quinam priventur loco pœnæ, remiſſivè, & an aliquis poſſit juberi ne corpus ſuum ſepulturæ mandetur, etiam remiſſivè, num. 7.*

## L. Obnoxios. XI.

*Iidem.* AA. *&* CC. *Gaudentio.*

1 REus criminis non prohibetur ſepeliri. Colligunt ex Ord. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text deſumunt *l. Hiſpan. 7. tit. 13. p. 1. ubi gloſſ.* 3 Petr Gregor. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 31. c. 27. n. 10.* ubi refert olim cadavera punitorum relicta inſepulta, & quare: *&*

3 4 *lib. 32. c. 29. n. unic.* ubi dicit quod corpora punitorum non ſolent ſepeliri, niſi petatur; at ſi petatur, facilè conceduntur, niſi in gravioribus ſceleribus, quibus opus eſt exemplo. Chaſſan. *in conſuet Burgund. in rubr. des confiſcations, §. 1. in gloſſ. il confiſque, n. 6.* Rebuff. *ad leges Gallia, tom. 1. in proœm. gloſſ. 5.*

5 *n. 54.* ubi ait quod ſervant Galli, delinquentis cadaver non poſſe tradi ſepulturæ inconſulto Principe, ſeu Curia ſuprema, & ex conſuetudine in patibulis dimitti ad terrorem & exemplum aſſerit, quod in noſtra Luſitania obſervatur, at alibi non vidi. Gam. *de ſacramentis præſtandis, q. 8. n 1.*

6 Quinam ſepulturâ priventur loco pœnæ, vide citatos per me *de officio, & poteſt. parochi, cap. 26. n. 39. cum ſeqq.*

7 Et an aliquis poſſit jubere ne ſuum corpus ſepulturæ mandetur? Vide Cardin. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. à n. 6. & lib. 3. tit. 2. n. 15.* Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45. n. 41. cum ſeqq.* Maſcard. *de probatio. concl. 826. n. 25.*

SUMMARIUM.

1 *Reliquiæ mortuorum quondam non ſepeliebantur intra civitatem, & n. 2. Cauſæ quæ, n. 3.*

## L. Mortuorum. XII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Victorino.*

1 MOrtuorum reliquiæ quondam intra civitatem non ſepeliebantur. Colligunt ex Ordinar. Doctores citati *ad l. 1. num. 1. ſup. hoc. tit.*

2 Hanc eandem concluſionem ex hoc text. deſumunt Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p. 3. lib. 33. cap. 21. n. 4.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib. 1. c. 23. à princ.* Petr. Gilchen. *ad l. 2. n. 1. de ſacros. Eccles.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 2. c. 210. n. 4.* Spin. *in ſpeculo teſtament. gloſſ. 2. princ. à n. 30.* ubi refert, ad id ſanctorum Patrum plura extare teſtimonia. Ego ipſe *de offic. & poteſt. parochi, c. 26. n. 5.* ubi refero cauſas duas fuiſſe ſepeliendi extra urbem, unam divinam, ad cavendam pollutionem ſacrorum publicorum, quæ contaminatum iri exiſtimabant ſi intra urbis mœnia mortui ſepelirentur, alteram civilem ne aër putrefieret.

SUMMARIUM.

1 *Hæredes extranei habent jus ſepeliendi in ſepulchro omnibus communi: in familiarum ſepulchris non humantur, & n. 2.*
3 *Intelligitur text. in l. jus ſepulchri. & in l. jus familiarum, de relig. & ſumpt. fun.*
4 *Sepulchri jus non poteſt tranſire ad alium quàm ad hæredem, etiam extraneum.*

## L. Jus ſepulchri. XIII.

*Iidem* AA. *&* CC. *Dionyſio.*

HÆredes extranei habent jus ſepeliendi in ſepul- 1
chro omnibus communi: in familiarum ſepulchris non humantur. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. 1. n. ſup. hoc tit.*

Vide Tiraquel. *de retractu lig. §. 26. gloſſ. 1. n. 55.* 2
ubi quod jura ſepulchrorum extraneis cedi non poſſunt. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ. 2. princ. n. 36.* ibi. Ex 3
qua ſententia infertur intellectus ad text. *in l. jus ſepulchri*, & text. *in l. jus familiarum, de relig. & ſumpt. fun.* ubi dicunt illa jura, quod poſſunt ſepeliri hæredes in ſepulchro ejus, cui ſuccedunt, ut intelligantur, quod etiamſi ſint hæredes extranei, poſſunt in illo ſepulchro ſepeliri; ſecus verò quando ſolùm ad eos, qui ſunt de familia, fuit factum, ut ſolùm hi qui de familia ſunt, ſepeliantur, tunc omnes illi, qui indiſtinctè ſunt de familia, ſive, ſint hæredes fundatoris ſepulchri, ſive abſtinuerint, dum tamen ſint de ejus familia: at verò ſi jus ſepulchri non jure familiæ, ſed hæreditario provenit, tunc etiamſi hæredes non ſit de familia inſtitutoris, ſed ſit extraneus, ſuccedit in illud jus ſepulchri; ſic intelligo opinionem Ludovic. Molin. *de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 24. num. 72.* Hactenus Spino. Agit etiam de intellectu hujus text. *& dict. l. jus familiarum,* Ioan. Garc. *de expens. cap. 8. num. 4. vers. quibus præmiſſis*, Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom. 1. cap. 210. n. 36. cum ſeqq.* ubi dicit, quod jus ſepulchrorum tranſit ad hæredes extraneos, dummodò non ſimus in juribus ſepulchrorum filiorum, & ſic ſanguinis. Molin. *de juſtit. tract. 2. diſputat. 188. num. 6.* ubi quod jus ſepulchri non ad alium tranſire poteſt, quàm ad hæredem 4
etiam extraneum.

## L. Nemo humanum. XIV.

*Imppp.* VALENT. THEOD. *&* ARCAD. AAA. *Cynegio P. P.*

CAdaver humanum inconſulto Principe à loco in locum non eſt transferendum. Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

Vide poſita *in collect. ad l. 1. & 10. ſup. hoc eod. tit.*

SUMMARIUM.

1 *Alearum luſus prohibitus ob jacturam ſubſtantiæ, vel per ignorantiam hujus, aut infelicitatem, non exercetur ſine blaſphemia, n. 1.*
3 *Ludi ob publicam utilitatem ſunt prohibiti, ſuper his ceſſant condemnationes, ſolutum in ludo condicitur, niſi præſcriptio 50. annorum intervenerit.*
4 *Ludi liciti, & legibus approbati, ab Epiſcopis, & Præſidibus concedendi.*
5 *In ludis approbatis nemo ultra ſolidum Imperiali permiſſu licitè perdit.*
6 *In ludentes Epiſcopi Cæſaris permiſſu inquirunt, & hoſce ſedant.*

7 *Ludus per equos ligneos inter prohibitos refertur, & amiſſa in tali ludo repetuntur, domus autem in quibus ludi habiti, publicantur.*

8 *In ludo illicito amittens non repetens amiſſum, procuratori fiſci ad illius revocationem & converſionem ad uſus publicos viam ſternit*

9 *Ludi fiunt ſine Blaſphemiis, & ob blaſphemias judex ludos prohibere, & luſores blaſphemantes coërcere poteſt.*

10 *Ludere non licet nec in publicis, nec in privatis domibus.*

11 *Non ſolùm ludere, ſed etiam ludo præſentes eſſe prohibetur, vel facere ad partem, vel ſocietatem cum luſore, præſertim Clericis, n. 12.*

13 *Vincens in ludo, ſi victam pecuniam non habuit, ad illam habendam actionem non habet, & n. 14.*

15 *Pecuniam in ludo perditam, & promiſſam ſolvere nemo tenetur in conſcientia, maximè in Hiſpania, n. 16. Contrarium extra regnum Caſtellæ, n. 17. & in Luſitania, num. 18.*

19 *Victo datur à vincente repetitio amiſſæ pecuniæ, ſecus in foro conſcientiæ, n. 20.*

21 *Filiusfam. aut ſervus, quando amiſit in ludo, ſive prohibito, ſive permiſſo, datur parentibus, ac patronis repetitio adverſus victores.*

22 *Lucratus à minoribus, an teneatur reſtituere lucrum.*

23 *In ludo ſi is, qui pecuniam amiſſam ſolvit, vel pater, Procurator, aut defenſor ejus fuit negligens in illam repetendo, tunc fiſcus eam repetit, tam Eccleſiaſticus Epiſcopi, quam ſecularis, n. 24.*

25 *In ludo adversùs repetitionem amiſſæ pecuniæ & ſolutæ non datur præſcriptio, niſi 50. annorum, non obſervatur ex conſuetudine generali totius Regni Franciæ, nec etiam totius mundi, n. 26. Limitatum eſt ad octo dies tantummodo ex lege Hiſp. n. 27.*

28 *Punitio ludi, hujuſque criminis cognitio videtur ſpectare ad Epiſcopum invocato, quatenus opus ſit judicis ſæcularis præſidio. Mixti fori eſt, n. 29.*

30 *Ludi virtutis, conſiſtentes ſcil. in corporis exercitatione, non ſunt prohibiti, etiam quod in pecunia ludatur*

31 *Ludere non licet in magna quantitate, etiam in ludo permiſſo. Quantitas magna quid, n. 82.*

33 *Canon belon, Comon diaulomolon &c. ludi ſpecies, remiſſiùs.*

34 *Solidus, ejuſque valor, remiſſivè.*

35 *Domus, in qua luditur, etiam fiſco applicanda eſt, quamvis non ſpectet aliquo modo ad ſuſceptorem ludi, n. 39. intellige ut n. 37. quin, & ſella & ſedes & menſa, ſuper quibus luditur, confiſcandæ, n. 38.*

## L. Alearum uſus. XV.

*Imp.* JUSTINIANUS. A. *Ioanni P. P.*

1 LUſus alearum prohibitus ob jacturam ſubſtantiæ, vel per ignorantiam hujus aut infelicitatem,
2 *in princ.* Alearum luſus ſine blaſphemiis non exer-
3 cetur *in vers. conſequenter.* Ob publicam utilitatem ludi ſunt prohibiti, ſuper his ceſſant condemnationes, ſolutum in ludo condicitur, niſi præſcriptio annorum quinquaginta intervenerit, *invers. commodis.*
4 Epiſcopi & Præſides licitos ludos, & legibus approbatos locorum ſubditis concedent, *in vers. Epiſcopi*
5 *verò.* In ludis approbatis nemo ultra ſolidum Impe-
6 riali permiſſu licitè perdit *in vers. ſed &* Epiſcopi Cæſaris permiſſu in ludentes inquirent, & hoſce ſedant *in vers. ſed iſtam.* Luſus per equos ligneos inter
7 prohibitos refertur, & amiſſa in tali ludo repetuntur; domus autem in quibus luſus habiti, publi-
8 cantur *in vers. prohibemus etiam.* Amittens in ludo illicito, non repetens amiſſum, Procuratori fiſci ad illius revocationem & converſionem ad uſus publicos viam ſternit *in vers. ſi autem.* Ludi fiant ſine 9
blaſphemiis, & ob blaſphemias judex ludos prohibere, & luſores blaſphemantes coërcere poteſt, *in vers. ſimiliter.* Colligunt ex Ordin. Doctores citati *ad l. 1. n. 1. ſup. hoc tit.*

*Vt nulli liceat in publicis, vel privatis domibus,* 10
&c ] Notatur ad hoc, quod ludere non licet tam in publicis, quàm in privatis domibus, ut per Corrad. *in pract. tit. de luſorib. ſub num. 20.* Farin. *in praxi crim. quæſt. 109. n. 33.*

*Neque inſpicere*, &c. Notatur ad hoc, quod non 11
ſolùm ludere, ſed etiam ludos præſentes eſſe prohibetur, ita ut pari pœna puniendi & inſpectatores, & luſores ſint, ut per Paridem de Puteo *in tract. de ludo, poſt num. 44.* Caccialup. *in eod. tractat. n. 9. ante fin. & num. 32* Sephan. Coſta *in ſimili tractat. de ludo, num. 25. art. 2.* Hippol *ſing. 552.* Avil. *ad cap. 20. prætor. verbo ni tableros, num. 2.* Azeved. *l. 2. num. 42. cum ſeqq. tit. 7. lib. 8. novæ Recop.* Rebell. *de obligat. Juſtit. p. 2. lib. 12. q. fin. n. 6.* Farin. *d. q. 109. n. 34.* ubi *n. 56.* 12
extendit, ut non ſolùm ſit prohibitum ludere, ſed etiam facere, prout vulgò dicitur, ad partem, vel ſocietatem cum luſore, præſertim Clericis.

*Nulla ſervatur condemnatio*, &c. ] Notatur ad hoc 13
quod ſi vincens in ludo victam pecuniam non habuit, ad illam habendam actionem non habet, ut per Par. de Puteo *d. tract. de ludo, n. 25. & n. 45. vers. pœna ludentis*, Caccialup. *eod. tract. n. 73. vers. punitur etiam*, Farinac. *d. q. 109. n. 176.* Molin. *de juſtit. tr. 2. diſp. 516. n. 8.* ubi ait, quod ſtando in ſolo jure com-
muni, neque in exteriori, nec in conſcientiæ foro te- 14
netur quis ſolvere, quod ludo prohibito amiſit, & nondum ſolvit, ſed ante latam ſententiam, quin & antequam res in judicium deferatur, poterit excipere, ſeu objicere ei, qui lucratur illud eſt, ſe ad id non teneri, lege ipſum ab ea obligatione eximente.

Unde non teneri quem in conſcientia pecuniam 15
perditam in ludo, & promiſſam ſolvere, reſolvunt Covarr. *in regul. peccatum, p. 2. §. 4. n. 8.* Sot. *de juſtit. lib. 4. q. 5. art. 2. in fine*, Novar. *in man. c. 20. num. 17.* Barth. Medina *lib. 1. inſtr. Confeſſ. c. 14. §. 29.* Tolet. *in ſumm. lib. 5. cap. 27.* Morl. *in emporio juris civilis, p. 1. tit. 7. q. fin. n. 5.* Gutier. *de juram. confirm. part. 1. c. 54. n. 1.* maximè in Hiſpania, juxta *l. 8. & 9. tit. 7. lib. 8. novæ Recop.* Ex quibus colligitur illum, quia ali- 16
quid creditò amiſit, ludo etiam aliàs licito ac permiſſo, non teneri illud ſolvere non ſolùm in exteriori, ſed etiam in conſcientiæ foro. Contrarium ve- 17
rò extra Caſtellæ Regnum, imò tunc teneri in conſcientia pecuniam perditam in ludo, & promiſſam ſolvere, verius mihi videtur, ſequeretur enim abſurdum; nam deterioris conditionis eſſet ille qui præſentem habet pecuniam, quàm qui data fide ludit; & ideo hanc partem tenent Caſtr. *de lege pœnali, c. 2. corol. 3.* Cordub. *in ſum. caſuum conſcientiæ, q. 94.* Gregor. de Valentia *tom. 3. diſt. 5. quæſt. 6. punct. 5. dub. 8.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 11. c. 13. n. 21.* Molin. *diſp. 515. num. 5.* ubi *num. 6.* ſubdit, quod in Luſita- 18
nia qui aliquid creditò amittit ludo, tenetur in foro conſcientiæ illud ſolvere. Rebell. *de obligat. juſtit. p. 2. lib. 12. q. 2. n. 7.*

*Sed ſolutum reddatur, & actoribus competentibus* 19
*repetatur* ] Notatur ad hoc, quod victo datur à vincente repetitio amiſſæ pecuniæ, ut per Paridem de Puteo *in tract. de ludo, n. 20. vers. & communis concluſio*, Caccialup. *in ſimili tract. n. 40. vers. quando verò*, Stephan. Coſta *eod. tract. de ludo, art. 3. n. 1. & 9.* Capra *conel. 87. poſt num. 53.* Menoch. *de arbitr. caſu 399. n. 4.* Anton. Scap. *in tract. de jure non ſcripto. c. 167. n. 8.* In conſcientiæ autem foro non tene- 20
tur

tur vincens ad reddendum quod lucratus eſt, antequam ad id faciendum à judice condemnatus, ſit de quo vide Mich. Salon. 2. 2. q. 5. *de dominio*, *art.* 6. *dub.* 2. *concl.* 4. Sayr. *in clavi Regia*, *lib.* 11. *c.* 18. *n.* 14. *& ſeq.* Rebell. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 12. *quæſt.* 2. *num.* 2.

21 *Vel patribus, ſeu defenſoribus*, &c. ] Notatur ad hoc quod quando aliquis filiusfam. aut ſervus amiſit in ludo, ſive prohibito, ſive etiam permiſſo, datur parentibus, ac patronis repetitio adversùs victores, ut per Par. de Puteo *in tr. de ludo*, *n.* 20. *vers. quod eſt verum*, Caccialup. *in eod. tract. de ludo*, *n.* 28. *vers. & hoc verum* Steph. Coſta. *d. art* 2. *n.* 4. *vers. quod tamen intelligo*, *& n.* 6. *in fine*, *& n.* 7. Farin. *d. quæſt.* 106. *à num.* 177.

22 Utrùm autem qui lucratus fuerit à minoribus, teneatur lucrum reſtituere? vide Cov. *in reg. peccatum*, *p.* 2 §. 4. *n.* 4. *vers. deinde illud*, Sarmien. *de reddit. eccles. p.* 1. *c.* 2. *n.* 5. Guid Pancirol. *in theſaur. var. lection. lib.* 1. *cap.* 48. *vers. primus eſt*, Azeved. *l.* 2. *num.* 88. *tit.* 7. *lib.* 8. *nova Recop.* Ludov. Baja *reſpons. caſuum conſcient. p.* 1. *caſu* 61. Paul. Comitol. *reſponſ. moral. lib.* 3. *q.* 9. Sauch. *de matrim. lib.* 6. *q.* 38. *n.* 30. 33. *&* 34. Molin. *dict. tract.* 2. *diſp* 519. Leonard. 23 Leſſ. *de juſtit. lib.* 2. *c.* 26. *dubit.* 5. *num.* 34. Rebel. *de obligat. juſtit. p.* 2. *lib.* 12. *q.* 4. *ſect.* 1 *à num.* 3.

*Repetit fiſcus*, &c. [ Notatur ad hoc, quod ſi is, qui pecuniam in ludo amiſſam perſolvit, vel pater, Procurator, aut defenſor ejus fuerit negligens in 24 illam repetendo, tunc fiſcus eam repetit, ut per Farinac. *dict. q.* 109. *n.* 189. ubi *n.* 191. ſubdit quod uterque fiſcus, tam eccleſiaſticus Epiſcopi, quàm ſæ- 25 cularis poteſt repetere pecuniam amiſſam in ludo.

*Niſi quinquaginta annorum*, &c. ] Notatur ad hoc, quod adversùs repetitionem pecuniæ in ludo amiſſæ 26 & ſolutæ non datur præſcriptio, niſi 50. annorum, ut per Caccialup. *de ludo*, *n.* 42. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges* 27 *Gallia*, *in proœm. gloſſ.* 5. *n.* 56. ubi ait ex conſuetudine generali totius Regni Franciæ, neenon totius mundi non obſervari, Farin. *dict. q.* 109. *n.* 193. In Regno Caſtellæ limitatum eſt ad octo dies tantummodò, *ex l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *Ordin.* ubi Perez.

28 *Epiſcopis locorum hoc providentibus*, &c. ] Notatur ad hoc quod punitio ludi, hujúſque criminis cognitio 29 ſpectare videtur ad Epiſcopum, invocato quatenus opus ſit, judicis ſæcularis præſidio, ut per Farin. *dict. q.* 109. *n.* 78. ubi *n.* 79. ſubdit quod hujus criminis cognitio eſt mixti fori, quod tam judex ſæcularis, quàm etiam eccleſiaſticus poſſit criminaliter procedere, de quo vide Menoch. *de arbitr. caſu* 399. *n.* 5. Azeved. *l.* 4. *n.* 2. *tit.* 1. *lib.* 4. *& l.* 2. *n.* 51. *cum ſeqq. & l.* 5. *n.* 11. *&* 12. *tit.* 7. *lib.* 8. *nova Recop.*

*Deinde verò ordiunt quinque ludos*, &c. ] Notatur ad hoc, quod ludi virtutis, conſiſtentes ſcilicet in corporis exercitatione, prohibiti non ſunt, etiam quod in pecunia ludatur, ut per Par. de Puteo *de ludo*, *n.* 8. *in fine*, *vers. ludus honoris*, *& n.* 11. Caccialup. *eod. tr. n.* 8. *vers. item ludi*, *& num.* 26. *vers. ludi autem permiſſi*, Stephan. Coſta *art.* 2. *n.* 22. Farinac. *d. q.* 109. *n.* 107.

*Sed nec permittimus*, &c ] Notatur ad hoc, quod 31 non licet ludere in magna quantitate, etiam in ludo permiſſo; magna dicitur quantitas, ſi ludatur in 32 toto tempore in quo quis ponit ſe ad ludendum, & ludum continuat ultra unum aureum, ut per Par. de Puteo *in tr. de ludo*, *ſub n* 3. *&* 4. *& n.* 37. *vers. dummodo luſum ſit in parva quantitate*, Stephan. Coſta *d. art.* 2. *n.* 23. *&* 28. *art.* 3. *n.* 2. *vers. quod tamen proceedit*, Farinac. *d. q.* 109. *n.* 130. Clar. §. *ludus*, *vers. ſcias tamen*, Sigiſm. Scacc. *de commerc.* §. 2. *q.* 1. *n.* 123. Petr. Gregor. *ſyntagm. juris lib.* 39. *c.* 4. *n.* 3. Azeved. *l.* 2. *n.* 36. *tit.* 7. *lib.* 8. *nova Recop.*

*Comon belon*, *Camon dianlomolon*, &c. De his qua- 33 tuor ludi ſpeciebus vide Alciat. *lib.* 1. *prætermiſſ. verb. ludus*, Petr. Gregor. *ſyntagm. juris p.* 3. *lib.* 39 *c.* 4.

*Vnum ſolidum* ] De valore hujus ſolidi vide Cac- 34 cialup. *d. tract. de ludo*, *q.* 6. Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſul.* 30. *gloſſ.* 7. *n.* 43. *cum ſeq.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. tom.* 1. *c.* 51. *n.* 16. Sigiſm. Scacc. *d. tract. de commerc.* §. 2. *gloſſ.* 3. *n.* 13. *cum ſeqq.*

*Domibus eorum publicatis*, &c. ] Notatur ad hoc, 35 quod domus in qua luditur, etiam fiſco applicatur, ut per Caccialup. *in tract. de ludo*, *n.* 34. *vers. alia pœna*, Parldem de Puteo *eod. tract. n.* 45. *in fine*, *vers. licèt dicatur*, Farin. *d. q.* 109. *n.* 149. ubi 150. ampliat procedere quamvis domus, in qua quis retinet ludum, non ſpectet aliquo pacto ad ſuſceptorem ludi, 36 adhuc tamen leges contra eumdem ludi ſuſceptorem locum habere videntur, & procedere, ex quo ſufficit ſola habitatio: Et *n.* 151. intelligit quando ludus retinetur lucri & emolumenti causâ; ſecus autem ſi 37 recreationis, abſque ulla prorſus lucri & emolumenti ſpe, Azeved. *ad rubr. tit.* 7. *n.* 15. *lib.* 8. *nova Recop.* Perez *l.* 1. *gloſſ.* 1. *poſt. princip. tit.* 10. *lib.* 8. *Ordin. & l.* 37. *gloſſ.* 1. *tit.* 29. *eod. lib.* 8. *pag.* 386. ubi quod non ſolùm domus, verùm etiam ſellæ, & ſedes, & menſæ, ſuper quibus luditur, ſunt confiſcandæ.

Hîc divino adjutus auxilio, finem huic primo To- 38 mo impoſui in Oppido Matriti die 23. Junij, anno Domini 1636. ætatis meæ quadrageſimo ſexto incirca: ſi quid in eo componendo omiſi, id totum perverſæ tribue liti, quæ in cauſa etiam erit ut hinc inde ſine otio & abſque libris pervagans, & aliquantulum à ſtudio meo ſegregatus, in illis voluminibus promulgandis plus æquo invitus detineat.

# LAUS DEO.

INDEX

# INDEX VI.
# RERUM, ET VERBORUM NOTABILIUM,
## Quæ in priori Tomo Collectaneorum in Codicem Justiniani continentur.

*Primus numerus paginam, alter columnam designat, tertius verò est marginalis.*


A

*Abbreviatura.*



Breviaturis abstinendum, quia sunt periculosæ. pag.126.col.1.num.33

*Absens.*

*Absens* læsus in bonorum possessione, præsertim si ex causa probabili,& necessaria abfuit, transmittit beneficium restitutionis ad hæredes. 315.2.1.2

Amplia ut ibid.3

Et limita ut ibid.4

Absens Reipubl. causâ gaudet beneficio restitutionis. 316.11.2

Resolve ut ibid.3

Absens reversus potest restitui intra annum utilem, computandum à die reversionis adversùs usucapionem tempore absentiæ, vel parum postea perfectam, licèt tempore absentiæ cœperit. ibid.1.1

Absens captivitatis causâ an & quando possit restitui in integrum. 323.2.2

Absenti Reipubl. causâ agendi tempora ante reditum, & liberam facultatem non currunt. 266.1.1

Absenti tempus deducitur de tempore utili. ibid.2

Absente eo coram quo actus in civitate expediri debet, item si ordinarius copiam sui non facit, talis actus coram alio expediri potest. 345.1.2

Adversùs absentem contumacem ut procedatur, debet alia pars accusare absentiam & contumaciam partis absentis; & petere ut adversùs eum procedatur. 339.1.28

Adverte ut ibid. in sequenti.

Absente captivitatis causâ juvandi, & restituendi remissivè. 90.2.2

Absentes causâ Reipublicæ patiuntur primum, non secundum decretum quoad immissionem. 316.2.2

Limita ut ibid.3

*Absentia.*

Absentia litigatoris Dei repleatur præsentiâ. 339.2.40

*Absolutio.*

Absolutio à juramento ut obtineatur an necessaria citatio partis. 282.1.19

Absolutio ab excommunicatione ad cautelam fieri potest diebus feriatis. 364.1.4

Absolutio in juramento impetrari, & concedi potest diebus feriatis; id tamen an, & quando verum, remissivè. ibid.5

*Accipiens.*

Accipiens simpliciter id quod sibi est donatum, aut relictum pro legitima, non perdit jus agendi ad supplementum absque speciali renunciatione. 420.2.15.16

Non solùm quando nulla legitima relinquitur, aut minus legitima relictum est, sed etiam quando integra legitima relicta fuerit, si onus, conditio, gravamen, aut modus ei apponatur. 421.2.17

Nisi in generali renuntiatione interveniisset juramentum. ibid. num.18

Vel filius promiserit se non plus petiturum, aut nihil petiturum de cuncta substantia patris. ibid.19

Vel filius, aut filia renuntiaverit omnibus bonis paternis integraliter,& sine diminutione ibid.20

Vel renuntiatio facta à filio nihil aliud significare, & operari potuerit,quàm remissionem, atque renuntiationem legitimæ, & ejus supplementi. 422.1.2.1

Vel adhibita sit clausula, Non obstante dispositione requirente specialem renuntiationem. ibid.22

Vel aliter quàm per expressum consensum constaret de voluntate filij, quod legitimæ supplemento antè gravamini imposito legitimè consentire veller. ibid.23

*Accusatio.*

Accusatio criminalis ex delicto servi contra dominum non protenditur. 501.1.2

Accusationis institutæ, aut instituendæ timor non prodest ad rescindendam venditionem. 264.1.1

Accusationes contra illustres, non obstantibus fatalibus, celerrimè audiendæ. 385.1.2

*Accusator.*

Accusatores, aut vituperatores Episcoporum qualiter audiendi sint, remissivè 58.2.4

Accusatores, vel accusati quando perhorrescunt adversariorum potentiam, recurrunt ad Gubernatorem, seu Præfectum prætorio provinciæ. 156.1.2

Accusatore non probante, reus absolvendus est. 175.2.8

Quid si semiplenè probavit. ibid.9

*Accusatus.*

Accusatus de crimine, quousque processus pendet, Procuratoris officio fungi non potest. 240.2.1.2

*Actio.*

Actio non datur ex pacto divisionis, sed exceptio, quæ tollitur in replicis. 190.1.1.

Actio extincta per acceptilationem, nisi intervenerit dolus, retractari amplius non potest. 198.2.2.3

Actio semel extincta non revivisicit. 199.1.5

Actio quando transfertur in alium qui potentior sit, tunc cessio, aut translatio hujusmodi non solùm est invalida, sed etiam qui illam transfert, amittit in pœnam jus quod habebat ad tale debitum. 251.1.3

Actio litigosa, vel dubia non debet in solutum dari fisco. 253.1.2.3.

Actio negotiorum gestorum pro solutione nomine alieno sine jussu utiliter facta competit. 254.2.2

Actio negotiorum gestorum contraria datur etiam adversùs furiosum,& adversùs hæreditatem jacentem. ibid.2.3

Actio negotiorum gestorum personalis est, non realis. 259.2.1.2

Actio quæ sequitur possessorem, non est merè personalis, sed in rem scripta. 261.1.3

Actio quod metus causâ, per tertium possessorem longo tempore præscribitur. ibid.4

Intelligeut ibid.5

Resolvitur ibid.6

Actio quod metus causâ competit tam ob venditionem coactam, quàm minori pretio factam. 362.1.1

Competit etiamsi merum passus tem venalem & animum vendendi haberet, si vi, vel metu compulsus fuisset rem viliori pretio vendere, ibid.2

Actio quod metus causâ, elapso anno in simplum datur. 262.1.2

# Index Rerum,


Actio de dolo ſ datur in contractu, Facio ut des. 266.1 2
Actio præſcriptis verbis, & de dolo, datur ad intereſſe. ibid.3
Actio de dolo cum alia non concurrit, & cauſa cognita competit. 265.2.1
An concurrat cum præſcriptis verbis, remiſſivè ibid.2
Actio doli hodie durat biennio continuo à tempore doli commiſſi, nec habetur ratio abſentis & ignorantis. 268.1.1.2
Actio omnis perpetuatur litis conteſtatione, niſi ſolùm duæ, quæ hîc excipiuntur. ibid.4
Actio per reſtitutionem eliſa roboratur, vel denuo oritur, ſi prima ipſo jure erat extincta. 288.1.1
Actio non datur contra ſervum ex perſona defuncti domini. 334.2 1
Secus ex perſona hæredis. ibid.
Actio in perſona hæredis. 378.2
Actio in rem datur contra poſſidentem, & ob perſonam actoris non fit mutatio judicis. 379.1.1
Actio realis, & in rem ſcripta, & in loco rerum, & in domicilio rei intentari poteſt. 380.1.3 4 5.6
Actio intentanda ubi res ſita eſt, ſive agatur ex edicto divi Adriani, ſive petitione hæreditatis. 381.1.1
Actio ad ſupplementum quandiu duret. 410.1.11
Et quanto tempore præſcribatur juri agendi ad ſupplementum legitimæ, remiſſivè ibid.13
Reſolve ut ibid.14
Actio ad revocandam donationem inofficioſam durat ſolùm quinquennio. 431.1.3
Actio inofficioſæ dotis eſt ad inſtar querelæ de inofficioſo teſtamento. ibid.2.3
Actio pro uſufructu conſtituendo competens, eodem temporis ſpatio, quo uſufructus jam conſtitutus, tollitur. 465.2.10
Actio legis Aquiliæ competit quando quis dolo, culpa, vel injuria vulneravit, fregit, rupit, aut læſit ſervum, quadrupedem, vel alias res, ad hoc quod reſarciat damnum, & æſtimationem. 475.2.3
Actio legis Aquiliæ ut pœnalis datur in duplum contra negantem. 476.2.1.2
Actio familiæ erciſcundæ an, & quo tempore præſcribatur juri agendi ad dividendam rem communem familiæ erciſcundæ, aut communi dividundo actione, remiſſivè. 486.2.3
Actio communi dividundo datur contra ſingularem ſucceſſorem. 489.1.12
Actio noxalis. 500.1
Actio ad exhibendum eſt præparatoria rei vendicationis 501. 2. 1
Actionis nomen non cogitur exprimere actor in libello. 174.2.4
Actionis habens exercitium, poteſtate decidendi non cenſetur inſtructus. 199 2.2
Actioni arbitrariæ in qua venit intereſſe, tunc locus eſt quando exprimitur certus locus, in quo debet fieri ſolutio. 378 2.4
Actionem criminalem per calumniam movens contra Epiſcopum, punitur triginta pondo auri. 58 2.1
ad Actionem extinctam non datur regreſſus, ſed de dolo actio. 198.2.1
in Actionem negotiorum geſtorum venit, quod cohæres pro cohærede utiliter ſolvit. 254.1.2
Actionem aptam rei & propoſito negotio inſtituenti exceptio quoad formulam non opponenda. 328.2.1
Opponitur ſi non apta fuerit. ibid.2
Actione remiſſa non cenſetur remiſſus dolus. 198.2 4
Actione reali in judicium deducta, tranſactio ad realem etiam actionem pertinet. 209 2.10
de Actione confeſſoria, remiſſivè 470.2.2
Actione legis Aquiliæ tantùm civiliter agi ad damnum, nec conſiderari delictum mortis. 476.1.2
in Actione ad exhibendum juramento in litem locus eſt. 502 1.2
Actiones hæredi competentes contra defunctum, vel ejus hæreditatem, confundi per aditionem 182 2.4
Actiones loco immobilium computantur. 302.1.15
Actiones pro ſervitutibus more ſolito intentandæ. 468.1.3

*Actor.*

Actor fidejuſſorem dat de proſequenda lite, & de expenſis. 61.2 1
Hodie auditur Actor proſequens litem, licèt non caveat de proſequendo, nec de ſolvendo expenſas, nec decimam litis. ibid.
Actor in principio litis tenetur præſtare ſatiſdationem judicialem de expenſis in caſu ſuccumbentiæ. ibid.4
Actor ſi fuerit exterus, vel à juriſdictione ſeculari exemptus, & ſatiſdare recuſaverit pro expenſarum ſolutione in caſu ſuccumbentiæ, tunc reus ab obſervatione judicij abſolvendus erit: an ſufficiat cauſatio juratoria. ibid.5
Actor poteſt ante litis conteſtationem deſiſtendo ab uno libello formare alium novum. 175.1.8
Actor tenetur reo inſtrumenta edere ad fundandam intentionem. 176.2.1
Actor ubi ſine actione experitur, poteſt judex ex officio cum repellere, etiam parte non petente. 213 1 5
Actor non poteſt ſine ſpeciali mandato vendere rem in præjudicium domini. 244 2.1.2
Actor reconventus tenetur præſtare fidejuſſoriam cautionem de ſtando juri, & ſolvendo judicatum in cauſa reconventionis. 328.1 9
Actor recuſans delatum juramentum calumniæ, actione cadit: reus autem recuſans habetur pro confeſſo. 331.1.23.24
Actor per contumaciam abſens, condemnationem rei ut inſufficientem impugnare nequit. 338 2.26
Actor non debet quem trahere ad extraordinarium judicium. 359.1.1
Et niſi intra decennium ſatiſdet de litis proſecutione, & eventuali ſolutione damnorum, & expenſarum, reus ab obſervatione judicij abſolvitur. ibid.2
Actor ſatiſdet in loco judicij. ibid8
Actor ſequitur forum domicilij rei, non reus forum actoris, & poteſt reus conveniri in domicilio quod habebat tempore contractus, vel in eo quod acquiſivit poſtea. 367 2.1.2
Actor forum rei ſequitur etiam in criminalibus. 368 2.1
Actor ad rem agit ubi res ſita eſt. 380.1.1
Intellige ut ibid-8.9.10.11
Actor ſi petens rem aliquam, ideò victus eſt, quod reus rem ipſam non poſſideret, ſi poſtea reus poſſidere cœperit, poterit idem actor iterum agere, nec ſubmovebitur actione rei judicatæ. 502.1.5
Actoris Procurator in cauſa reconventionis etiam ſatiſdat. 328. 1 12
Actore deficiente in probatione, reus abſolvitur. 175.1.2
Actore non probante, reus abſolvendus eſt ibid.2.8
Quid ſi ſemiplenè probavit, remiſſivè, ibid.9
Procedit etiamſi reus ſit nequam. ibid.15
Etiam in civilibus. ibid.11
Actore creditore petente plus debito, an licitum ſit reo totum negare cùm patrem tantùm haberet, præſertim ſine incurſu perjurij. 357.1.25
Actore tergiverſante, vel fugiente, ſi reus nil probat, abſolvitur à citatione, actore fugitivo in expenſis condemnato. 338.2.24
Actore abſente ſi ex actis & geſtis conſtat judici reum condemnandum, ſententia etiam pro actore abſente ferenda, expenſis reo mediante juramento probatis adjudicatis. ibid.25. & 339.2.34
Ab Actore quandocunque petitum fuerit reum ſatiſdare de ſolutione expenſarum, judex ad ſatiſdationem hujuſmodi illum cogere poterit, & ſi id adimplere noluerit, hoc non obſtante ad ulteriora procedet in lite. 359.1.3

*Actum.*

Non Actum præſumitur, quod in actis ſcriptum non reperitur. 133.2.6
Actum ſi ſemel fuit judicio familiæ erciſcundæ, an poſſit iterum agi eodem judicio, & actione pro rebus, quæ manſerunt indiviſæ. 478.1.3

*Acta.*

Acta dicuntur ſcripturæ de actitatis in judicio. 35.1.13
Acta tam criminalia, quàm civilia edenda judici, vel parti habenti intereſſe. 174.1.1.2
Intellige ut ibid.3
Acta coram judicibus compromiſſariis fidem faciunt, & ad teſtimonium profunt in judicio ordinario. 326.2.7

*Actus.*

Actus factus contra legem eſt nullus, licèt lex pœnam facienti adjiciat. 24.2.22
Actus tribuitur ordinanti, & non exequenti. 125.2.30
Actus omnis ita præſumitur geſtus, ut omnino valeat, non autem pereat. 130.1.10
Actus quilibet tendens ad favorem alterius, eſt intelligendus parte petente 136.2.12
Actus omnis extrajudicialis poteſt fieri de nocte. 207.1.4
Actus nullus judiciarius die feriato, vel ſacrato in honorem Dei exercendus eſt, pacta tamen, & tranſactiones feriatus dies non ſuſpendit. 365.1.1
Actus ubi ſe habet ad prohibitum, & permiſſum, in dubio trahendus eſt ad permiſſum. 433.1.4
Actus nullus ab incompetenti judice factus conſenſu partium convalidari poteſt. 493.2.8
Actum interpretari eſt, cujus eſt condere. 13.1.4
ex Actu nullo, ſicut ex valido declaratur voluntas. 488.1.7
Actus cenſentur eſſe correſpectivi, quando unus causâ alterius conficitur. 193.1.14
Actus voluntariæ juriſdictionis perfici poſſunt quolibet tempore etiam feriato. 364.1.1
Actus legitimi, ac voluntarij in mero facto conſiſtentes, & qui cauſæ cognitionem non deſiderant, celebrari poſſunt diebus etiam feriatis in honorem Dei. ibid.2

*Addictio, Addictus.*

Addictio non retrotrahitur, niſi reddito priùs pretio. 394 2.8
Addicti, de ultimo ſupplicio damnatis. 87.2.4

# & Verborum.


*Aditio.*

Aditio, vel immixtio hæreditatis non præſumitur in hærede ſuo, ex quo eſt quid facti. 497.2.7

Aditione hæreditatis reſciſſa per querelam reviviſcunt actiones per aditionem confuſæ. 405 2.1.2

*Adminiſtrans.*

adminiſtrantium dignitas quanta, & qualis ſit, ex modo, menſurave emolumenti colligitur. 152.2.3

*Adminiſtratio.*

Adminiſtratio patriæ nulli ſine permiſſu Principis concedenda. 158.2 2.3

Adminiſtrationis privatæ cauſa ibi ratio eſt reddenda, ubi quis Adminiſtrationi præfuit. 381.2 1.2

An procedat licèt in loco adminiſtrationis repertus non ſit, remiſſivè. ibid.2

Intellige ut ibid.4

Adminiſtrationem gerentes quondam emere, non autem ædificare ſine permiſſu Imperatoris poterant. 167.2.1

*Adminiſtrator.*

Adminiſtrator ſi ante redditas rationes ad Religionem, vel ad Ordines ſuſcipiendos admiſſus fuerit, ad priſtinum ſtatum eſt revocandus. 45.2.4

Adminiſtrator non remittit debitum liquidum. 190.2 1

Adminiſtrator, vel ſindicus an poſſit tranſigere ſine mandato ſpeciali. 2 00.1

Adminiſtrator Reipubl. ſuper re dubia tranſigit, non autem debitum liquidum remittit. 202 1 1

Adminiſtrator civitatis poteſt tranſigere quando lis eſt dubia. ibid.4.

Adminiſtratores qui tenentur reddere rationem, debent facere inventarium. 66 1.2

Adminiſtratores rerum ſanctarum, commoda propria, non ſacra ſectantes, nemeſin divinam metuant. 75 2 10

Adminiſtratores à lege adminiſtrationem habentes intelliguntur mandatum cum libera habere. 202.1 2

*Admonitio.*

Admonitio Præſidis non infamat, ſi facta ſit ad meliorem vitam qui ſe reformet. 238 2. 2

*Adnotatio.*

Adnotatio, id eſt Principis ſubſcriptio. 145.2.5

*Adverſarius.*

Adverſarius ſi retinet inſtrumtum, quod credo & dico falſum, poſſum ipſum vi eripere, & dilaniare. 110.2 5

Adverſarius trahi poteſt cumreſcripto Principis ad extraordinarium judicem, etiam extra proprium domicilium. 369. 1.3

Adverſario abſente, aut furioſo, libelli porrectio facta coram Principe, vel Epiſcopo interrumpit præſcriptionem. 93.2.1

*Adulteri.*

Adulteri feriarum quiete ſunt indigni. 85.1.4

*Adultus.*

Adultus habens curatorem non poteſt donare, aut contrahere ſine auctoritate curatoris; poteſt tamen liberè donare cauſa mortis, ipſo curatore inconſulto, inſcióque 269 1 3

Æquiparatur pupillo, & non poteſt contrahere abſque auctoritate ipſius curatoris. ibid 1.4

Ampliat ut ibid.2.5

Adultus rectè teſtatur ſine licentia ſui curatoris. ibid. 9

Et poteſt donare cauſa mortis ſine auctoritate curatoris, & eo contradicente. ibid.10

Adultus & pupillus in judicio eſſe poſſunt oum auctoritate tutoris. 351.1.1.2

Vide *Pupillus.*

*Advocans.*

Advocans, cui patrocinium patri per judicem injungitur, patrocinium recuſans, ſine admiſſa excuſatione fori exercitio carebit. 222.1 2

Advocantes patrocinium potentiorum, ſive per viam advocationis, ſive procurationis, ſive ceſſionis, cauſam, perdunt, & potentiores arbitrio judicis puniuntur. 260 1.5

Amplia ut ibid.6 7,8

Et limita ut ibid.2.9.10.11.12

*Advocatus.*

Advocatus junior ſi fuerit Doctor, debet præcedere antiquiorem Advocatum non Doctorem. 3 2 8

Advocatus qui non eſt verus Chriſtianus, ad publicum exercitium advocandi admittendus non eſt. 91 1.1

Advocatus, & judex nemo ſimul eſſe poteſt ſine corruptionis crimine. 166.2 8

Advocatus repellitur à munere judicandi ob ſuſpicionem affectionis. ibid.9

Advocatus ſi pronuntiaret, ſententia non fieret nulla, niſi recuſatus eſſet ut ſuſpectus. ibid 12

Advocatus degeneratur ob criminis immanitatem. 172.1.2

Advocatus arbitrio litigatoris oblatum honorarium decenter accipiat, nec illud aſpernetur. 221 1 6

Advocatus & cauſidicus judicis & Aſſeſſoris vicibus ſimul fungi nullo modo poteſt. ibid.2 11

Advocatus & judex eſſe nemo poteſt eodem tempore. ibid.1

Advocatus recuſans patrocinium ſibi injunctum, foro arcetur, & patrocinandi munere ampliùs non fungitur. 222.1 7

Intellige ut ibid. 8

Advocatus prævaricator legitimè conjunctus impunis non eſt. 223. 11

Advocatus ſi fuerit corruptus pecunia, an ſententia ſit nulla. ibid 2 4

Advocatus cogi non poteſt, ut ſubeat officium advocaionis, & poſtulationis, niſi urgente neceſſitate. 225.1.5

Advocatus fiſci liberatur à conditione cohortalium, & quod lucratur, inter peculium quaſi caſtrenſe reputabit. 225. 2.1

Liberatur à Curiali conditione, vel altera viliori. ibid.4

Advocatus finito provinciæ munere, quod adminiſtravit, poteſt redire ad munus patrocinij, vel cauſidici. 226.1.1

Advocatus fiſci eligitur de præſtantioribus. ibid.13

Advocatus fiſci biennij ſpatio finiebat officium, ſalvis conſortij privilegiis. 227.1.1

Advocatus ſi ex ignorantia, aut imprudentia amittit cauſam, litem ſuam facit, teneturque parti reſarcire damnum ibid.9

Advocatus fiſci poſt finitum officium Conſulis dignitate honorari, & pro uxore, liberis, collateralibus comparere poteſt. 227 2.5

Advocatus fiſci non cogitur patrocinari contra, ſe & ſuos ibid.6.

Si habet cauſam propriam, filiorum parentúmve ſuorum, vel pupilli, cujus eſt tutor, cauſam illam contra fiſcum agere non prohibetur. ibid.7

Si mori contingat, ſalarium illius anni ad hæredes tranſmittendum. ibid 2.9

An id procedat in Advocatis quibuſcunque, remiſſivè. ibid.10

Advocatus diverſorum judicum. 229.1

Advocatus etiam depoſito officio Clariſſimus dicitur. ibid.2 3 5 6.7

Finito officio etiam Advocatus dicitur, in memoriam priſtinæ dignitatis. ibid.4

Advocatus officio fiſci depoſito ad priſtinum redit conſortium. 230 1.2.

Advocatus nullum munus perſonale ſubire compellitur, nec aliquo onere collectarum gravatur. 241.2.9

Advocatus privati dimittere poteſt clientem ſuum ob non ſolutum ſalarium, hæreréque parti adverſæ. 233.1.3

Non obſervatur in Regno Neapolitano. ibid.4

Advocatus fiſci. ibid.1

Vigilantiam oſtendat in officio, & per calumniam actiones nullas movear, ibid.2.1 2

Idem de procuratore. ibid

Advocatus fiſci ſpecialis in diverſis cauſis pro & contra fiſcum agere poteſt. ibid.

Cauſam fiſcalem non deſerat prætextu ſalarii non ſoluti. ibid

Advocatus fiſci, & Advocatus privati differunt. 234.1.4

Advocatus fiſci non habet juriſdictionem, ſed tantùm proponit, & procurator Cæſaris non debet cauſam dicere abſente Advocato fiſci, aliàs ſententia reſcinditur. 294.1.6

Advocatus fiſci debet intereſſe in cauſis fiſcalibus, adeò ut ſententia lata adversùs fiſcum, eo abſente ſit nulla, & invalida. ibid.7

Advocatus fiſci in quo differat à Procuratore Cæſaris. 388.2.3

Advocati & Conſiliarij munere nemo ſimul honeſtè fungitur. 166 2.1

Advocati & Conſiliarij munus ſimul impetrans perdit matriculam, & decem auri libris mulctatur. ibid.6

Advocati munus contra præſcriptum Imperatoris ſubreptitiè impetrans, foro prohibetur. 222 2 2

Advocati, ſeu patroni officio olim fungi volens, tantùm apud Præſidem provinciæ docebat ſe non eſſe cohortalem. 226.18

Advocati fiſcalis officium durat per biennium de jure ſcripto. 231.1.6

Advocato nullum munus perſonale, nec judicandi, arbitrandi, & conſulendi neceſſitas extra patriam injungatur. 225.1.1.2

Advocato fiſci mortuo, ejus hæredibus integrum anni ſalarium debetur, & proximus huic in collegio Advocatorum ſuccederet in officio. 227.1.4

Advocato fiſci ſexcenti aurei pro ſalario olim deſtinati Kalendis Ianuarij ſolvebantur. 232.1.6

Advocatum adverſario ſubtrahens malam cauſam fovere præſumitur. 229.2.9

In Advocatum nullus aſſumitur, niſi ſteterit in legibus per quinquennium. 231.1.8

Advocati & tabelliones ob hæreſim facultatem patrocinandi, & inſtrumenta conficiendi amittunt. 97 2.4

Advocati dum cauſæ merita vel facta penduntur, non habent facultatem ſedendi cum judice. 159.1.2

Advocati coram judice ſedent. 161.2.6

Advocati non inhoneſtè mercedem accipiunt. 182.4.4

Advocati eſſe non poſſunt illiterati. 278 1.2

Advocati paciſentes de quota litis, reputantur crudeles. 220. 1.13.

An & quando puniendi. ibid.1.4

Privatur officio advocationis, ibid.15, & 221.1 24

# Index Rerum,


Advocati circa litium utilitatem in licentiam conciliandi non prorumpant. 221.1.2 3
Agant quo desiderat causa, ab injuriis sibi temperent, & probra in certamine rationi præserentes imminutionem opinionis patiantur. ibid.3
Advocati ex industria non protrahent jurgia. ibid.7
Advocati officium ob turpe compendium ac stipem non deformet. ibid. 2. 9
Advocati ob lucrum officia exercentes, ut viles & abjecti inter degeneres numerandi. ibid. 10
Advocati solertiâ, facundiâ & peritiâ pares eligendi, & paribus adjungendi sunt. 222 1.1
Advocati viles qui. 221 2.15
Advocari nobiles. 222.1.4
Advocati diversorum judiciorum. 223.1
Advocati religioni Catholicæ sint addicti. 222.2.1.5
Advocati vel sponte, aut etiam inviti ad munus collectarum non accedant, nec trahantur. 224.1.1.2
Advocati contra patriam non patrocinabuntur. ibid.1.2
Advocati occasione officij acquisita ut peculium castrense tenent, & jure dominij post obitum parentum vendicant. 224 2.1.2
Advocati gaudent privilegiis, quibus legum. Doctores qui actu legunt. 225.1.3
Intellige ut ibid. 4
Advocati diversorum locorum uni Principi subjectorum fruuntur eisdem, & consimilibus locorum privilegiis. 225. 1. 1
Advocati causarum ad suprema tribunalia non omnes admittebantur, sed certus constituebatur numerus. ibid.2.2
Advocati ex studio, & labore patrocinandi vitæ subsidia quærere licitè possunt. 226.1.2
Advocati supernumerarij apud Præfectum Augustalem, & Comitem Orientis perorare poterant. ibid 2.5
Advocati urbis Alexandriæ quinquaginta collegiati fuerant, & in vacantia collegiatorum supernumerariis præferebantur filij Advocatorum. 227.2.2
Advocati ambigua facta defensionibus suis erigentes, & lapsa reparantes, patriam legibus, & facundia, ut milites armis, & vulneribus adjuvant. ibid 2 1
Advocati Prætorianæ perfecturæ quindecim numero communia habeant privilegia cum Advocatis fisci. 228.2.1
Advocati Comitis rerum privatarum Principis, & Proconsulis Athariæ, finito officio clarissimorum titulum impetrant. 229 2.1.
Advocati in matricula scripti, finitis officiis, quietis tempore pro fructu habitorum laborum, clarissimorum nomine, ac privilegiis digni sunt. ibid.2
Advocati fisci unà cum libertis, tam natis, quàm nascituris à conditione curialium liberantur, & immunitatem impetrant. ibid.1.2
Advocati sportulas taxatas accipiunt. 230.1.3
Advocati si perpetuò electi in reipubl. patrocinium decendant, eorum filij superstites ac Doctores potiùs eligendi, quàm extranei. ibid.8
Advocati fisci Kalendis Ianuarij inter spectabiles Consistorij Comites ob laudabile officium referendi, & donis ornandi. ibid.2.1
Advocati fisci servos coram patronis fisci manumittere poterunt. ibid.4
Advocati Syriæ per biennium in causis fiscalibus patrocinantur, & triginta numero assumuntur. 231 1.1
Advocati fisci in Syria finito officio, pro se, uxoribus, liberis, socero, socru, nuru, genero, servis postulant, & unica ex horum ædiculis immunis à metatorum molestiis. ibid.2
Advocati fisci coram Principe inter Comites Consistorij sedebant. 230.2.8
Advocati, clarissima eloquentiæ lumina dicti à Justiniano. ibid.2.4
Advocati fisci relicta Curia cui præpositi sunt, alibi degere non possunt. 232.1.3
Advocati functi officio per triennium extra suæ Curiæ locum degentes, matriculam & privilegia togatorum amittunt. ibid.4
Advocati aliquando clarissimi, nonnunquam spectabiles nominati. 231.2.6
Advocati fisci conventi tam in causis civilibus, quàm criminalibus immunes sunt ab omni sportularum solutione. 232. 1.7.& 2.12
Advocati Illyrici sine commeatu per biennium absentes, per quinquennium matriculam amittunt. 233.1 1
Advocati post litem contestatam, & exceptiones objectas jurabunt se veram defendere causam. 341.1.5
Si juramentum præstiterunt, à clientibus sperni, & removeri à prosequutione non debent. ibid.6
Advocati plures constituti simul juramentum promissum præstabunt; alterutro autem horum patrocinium post juramentum recusante, reliqui patroni ad causæ prosequutionem tenentur. ibid.7
Advocatorum fisci aucto numero, privilegium simul auctum censetur. 226.1.2
in Advocatorum ordinem nemo recipiendus sub colore assidendi. ibid. 2.1
Nec in eorum consortium cooptandus absque examine, aut cohortali statui ac fortunæ subjacens. ibid.2
in Advocatorum numerum promovendum Doctores olim & examinatores de peritia legum jurato testimonio commendabant. ibid.2.3
Advocatorum filij causas agentes, cæteris supernumerariis anteferendi. ibid.4
Advocatorum numerus olim assignari solitus, remissivè, ibid. 6
Advocatorum officium non minus humano generi necessarium, quàm si patriam vulneribus, ac præliis, parentesque salvarent. 228.1.3
Advocatorum Comitis Orientis primus in ordine Advocati fisci munere fungitur. 230.1.1
Advocatorum, & Doctorum consortio nullus dignus, nisi per statuta tempora legum cognitioni probetur inhæsisse. ibid.4
Advocatorum officium, laus & prærogativa, remissivè. ibid. 2.6
Advocatorum filij patribus officio cedentibus, aut mortuis, in officiis succedunt sine sportularum solutione. 231.1.4
Advocatorum promotiones secundùm seriem & ordinem temporum ac statuta procedant. 232.1.2

*Ædificare.*

Ædificans contra debitam servitutem, ædificium tenetur tollere. 472.2.1
Ædificanti bona fide in solo alieno, expensæ restituendæ sunt. 452.2.2.4
Resolve ut ibid.5
Ædificare non licet etiam in suo proprio solo, quando ex ædificio aliquid est immissum, vel projectum in re vel fundo, vel domo alterius. 452.2.3
Ædificare in communi non potest socius, invito socio. 452.3
Ædificare ad cœlum usque quilibet potest, nisi prohibeatur per servitutem, aut alium prætextum. 471.2.1.1.4
Ex parte inferiore sub terra usque ad inferos. 472.1.1 6
Secus est in ædificijs quæ sunt prope aliqua monasteria Monialium, seu Monachorum. ibid.7
Quod declara ut ibid. 8
Vel quando qui acquirit partem ædium ab eo, qui in sua parte habet fenestras respicientes in domo vendita. ibid. 9
Et quando consuetudo certum modum ædificandi, præscribit ibid.2.10
Vel ubi ædificatio intendatur fieri ad æmulationem, invidiam, aut injuriam. ibid.11.
Ad æmulationem quando fieri dicatur. ibid.12
de novo Ædificare portas, vel fenestras directò adversùs januas, vel fenestras vicini, non licet. 472.1.5
Ædificare quilibet potest pro libito, modò non adversetur prohibitioni. 505.1.1. 3
Ædificatum in communi commune efficitur. 452.2.1

*Ædificium.*

Ædificium cedit solo, & soluto ædificio, materia ad pristinum redit dominum. 437.1.1.3
Intellige ut ibid.2
Ædificia non destrui publicè interest. 472.2. 3.
Ædificia non extolli ultra certam formam, & modum, lege, statuto, vel consuetudine induci potest. 471.2.3

*Æger.*

Æger corpore, sanus autem mente licitè transigit. 208.2.1.2

*Æqualitas.*

Clerici omnes, ſive in ſacris, ſive in minoribus, exempti ſunt à gabellis, exactionibus, & tributis, quamvis non haberent omnia requiſita præſcripta Concil. Trid. ibid.2

Clerici in minoribus in Hiſpania & Luſitania non ſunt exempti, niſi actualiter habuerint beneficium. 48.1.3

Clerici non poſſunt ad teſtificandum compelli. ibid.2.3

Clerici conjugati etiam cum unica & virgine, non gaudent exemptione à tributis, niſi ſint Clerici orientales. ibid. 1.4

Clerici conjugati cum unica, & virgine, ſi vidui fiant, mortua vxore, & ſoluto matrimonio, conſequuntur, & habent omnia privilegia, quæ Clerici in minoribus non conjugati habent. ibid.5

Clerici an & quando torqueri poſſint. 49.2.2

Clerici non Presbyteri pro teſtimonio torqueri poſſunt, ſicut alij laici. ibid. 3

Clerici falſa deponentes quibus pœnis puniantur. 50.1.2

Clerici in minoribus pro falſo teſtimonio in criminali cauſa verberibus coërceri poſſunt. ibid. 3

Clerici perturbantes rempubl. & ejus pacem, necnon rebelles ſuo Regi, vel nolentes deſiſtere à violentiis, quas inferunt vaſſallis Regi, poſſunt à Regno expelli, & privari jure originis. 53.2.2.

Clerici non trahantur ad ſecularia, nec ſecularibus ſe immiſceant, ſed Divinis vacent & adſint miniſteriis, niſi proprias agant cauſas. 55.1.1

Clerici ſpectacula, comœdias, fabulas, choreas, haſtiludia, & alia his ſimilia vitare tenentur. ibid. 2

Limita ut remiſſivè. bid.

Clerici negotiis ſecularibus non ſe immiſceant. ibid.3

Clerici prohibentur omnes cauſarum actus exercere apud judicem ſecularem. ibid.4

Clerici variorum Ordinum, ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, Lectores, à ludis tabularum, aliiſque illicitis, horumque aſpectu, exercitio, auxilio, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio triennali abſtineant. 55.2.1

Clerici prohibentur habitare cum mulieribus, vel mulieres inhabitationes ſuas recipere, & retinere, concubinas habere, & cum ſuſpectis mulieribus converſari. 56.2.2

Clerici conventi coram ſeculari, defenſorem ac fidejuſſorem de judicio iſti conſtituunt œconomum. 60.2.3

Clerici poterant olim quem mallent judicem eligere. ibid.4

Clerici non caveant ſub hypotheca, & obligatione bonorum. 61.1.9

Clerici actores coram judice laico non teneantur ſatisdare de expenſis. ibid. 2.2

Clerici extra provinciam in jus trahi non debent. 67.1.1

Clerici extranei, non provinciales, in civitate Conſtantinopolitana reperti conveniuntur coram præfecto Imperatoris. ibid.2

Clerici exacti ut fidejuſſores de judicio iſti, aut judicato ſolvendo dent, offerendo œconomos, & cœnobiorum defenſores, ſufficientem cautionem præſtare cenſentur. 67.1.7.

Clerici extranei conventi in urbe Conſtantinopolitana tenentur præſtare fidejuſſores, quibus non inventis liberantur ſub promiſſione. ibid. 10

Clerici etiam ſub prætextu executionis immunes ſint ab injuriis, convitiis, moleſtiis, & vexationibus executorum, ſub pœna cinguli & patrimonij amittendi. 68.1.12.

Clerici in parentum poteſtate conſtituti lucra occaſione clericatus acquiſita ſibi habent. 70.1.1

Clerici dominium habent in redditibus ratione beneficij acquiſitis. 71. 1. 2,

Clerici ad inſtantiam laïcorum coram tribunalibus laicorum non comparebunt. 73.1.3.

Clerici & Monachi tantùm liberi ſunt à cura & tutela, qui apud ſacroſanctas Eccleſias, vel monaſteria permanent, non vagantes. 78.1.4

Clerici in ſacris conſtituti ad tutelas cognatorum ſuſcipiendas præter conſenſum, ac voluntatem non coguntur: itaut ex aliena tutela & cura nullum ſentiant præjudicium, ſi intra quatuor menſes ſe excuſent. ibid. 2. 1.

Clerici ſacrorum Ordinum poſſunt eſſe tutores legitimi proximorum conſanguineorum, ſi intra quatuor menſes declaraverint in ſcriptis apud competentem judicem ſe velle eam tutelam & curam ſponte & propria voluntate ſuſcipere. 79. 1.3.

Clerici in minoribus poſſunt compelli ad tutelam. ibid.8

Clerici & laici immunitate eccleſiaſtica gaudeant. 114.2.7

Clericorum privilegio gaudent eorum familiares. 43.1.12

Clericotum capitationes, remiſſivè. 52.2.5

Clericorum œconomi & executores ſportularum ideo duos duntaxat conferunt ſolidos: Clerici litis ſumptus, & expenſas minores laicis ferunt 60.2.3.

Clericorum teſtamenta non ſubjacent querelæ inofficioſi. 72. 2. 12

Clericorum judex in urbe Conſtantinopolitana quis. 91. 1. 1

Vide *Judex.*

Clericorum uxores, vide *Vxor.*

Clericorum concubinæ, vide *Concubina.*

Clericis prohibitum facere ad partem cum luſore. 55.2.5

Clericis peregrinis non creditur abſque litteris, ac ſigillo Epiſcopi. 58.2.3

Clericis nulla pateat evagandi licentia ſine commendatitiis litteris proprij Epiſcopi. ibid. 6

Clericis probroſum eſt, ſi velint ſe peritos oſtendere in forenſibus diſceptationibus. 75. 1.1

Clericos

# Index Rerum,


Clericos in his, quæ concernunt utilitatem publicam, comprehendi. 85.2.5
Vide *Episcopus, Monachus.*

*Clericatus.*

Clericatus assumptus in fraudem obligationis aut pœnæ, nihil prodest. 45.2.2
Clericatus probatur per litteras Episcopi attestantis se contulisse Ordines illi, qui se Clericum esse asserit. 58.2.5

*Codex.*

Codex. 125 1 4
Cur ita dictus. 2. 1. 15
Codex Theodosianus comprehendit omnes Constantini Magni & sequentium Imperatorum constitutiones. 2. 2.3
Codicis libros nemo per characteres & signa scriptos habeat, sub pœna. 127.2.41
Codicem noviter factum confirmat Iustinianus, & mandat ipsum publicari. 3 2.1
Codicem divina ope concinnatum, constitutiones Principum duodecim libris continentem suo sub nomine Iustinianus edidit. 127. 1.4
Codice uno Justinianus colligit constitutiones tribus Codicibus, & Novellis contentas. 2.1.2
in Codice Iustinianeo nulla extet, vel tolleretur contrarietas. 125. 2.14
Codicibus duobus Iustinianeis omnis gubernanda. ibid. 2 18

*Cœlicolæ.*

Cœlicolæ. 105.2
Qui sint. ibid. 2
Cælicolæ nisi ad suam redeant confessionem, puniuntur instar hæreticorum. 107.2 1
Cælicolis non relinquenda ædificia, sed ab Ecclesiis vindicanda sunt. ibid. 2

*Cognitio, & Cognoscere.*

Cognitio restitutionis ubi & apud quem agitanda. 311.1
Cognitio de debito requisita antequam judex pronuntiet aliquem mittendum ex primo decreto. 380.1 10
Cognitio cur hic Præposito sacri cubiculi, & Comiti domorum, ac nulli alteri concessa, Rectori verò provinciæ in lege cùm aliquid, hoc tit. 389.2.4
Cognoscens ex mandato Principis super delato illustri, Principe inscio condemnandi potestatem minimè habet 385.2.4

*Cohors.*

Cohortes duæ ex primariis militibus constitutæ Imperatorem à tergo præsidij causâ proximè sequebantur. 153. 1.3
Cohortalis 383.2
Cohortales & Curiales non sunt legitimi defensores civitatum. 171 1.1
Vide *Curialis.*

*Collateralis.*

Collaterales testamenta fratrum non impugnant ubi honestæ personæ sunt institutæ. 398.1.1

*Collatio.*

Collatio cessat inter hæredes extraneos in testamento institutos, & inter filios & extraneos simul institutos in testamento. ibid. 2.5

*Collecta.*

Collectas, vel exactiones, angarias, aut parangarias Ecclesiis piis locis, vel ecclesiasticis personis imponere non licet. 43 2.2

*Collega.*

Collegæ, & participes collegij ob communem professionem jurisdictionem ejus, qui collegio præest, declinare non possunt. 370.1.1

*Collegiatus.*

Collegiati dicuntur, quòd in collegia, seu decanias distincti sunt. 14.1.3

*Collegium.*

Collegio Iudæorum legari potest. 2.1.2
Collegia illicita, quæ *sodalitia* dicta, prohibentur. 54.1.6
Collegia Principis, aut Senatusconsulti auctoritate approbata, ab hac prohibitione generaliter accipiuntur. ibid. 7
Collegia instituta pro sustentatione studentium pauperum, & aliorum egenorum, sunt loca pia, & gaudent privilegiis Ecclesiæ. 73.1.5
Collegia artificum an sint à lege approbata. 370.1.4

*Collis.*

Colles & montes differunt. 8.2.10

*Colonus*

Colonus, & conductor si arbores frugiferas cædat, à jure suo cadit, & de damno dato tenetur. 32.2.9
Colonus nominans quem in dominum; statim ipse venit absolvendus ab observatione judicij. 379 2.2
Coloni laici Ecclesiæ, aut Clericorum, an teneantur solvere gabellas, ostenditur. 12.1.5.
Coloni ascriptitij, vel censiti non debent transire, ac recipi in ordinem Clericorum, dominis invitis. 54.2.1
Coloni dominorum consensu in Clericorum ordinem transeuntes servitia præstabunt per substitutum. ibid. 2
Coloni qui terræ colendæ perpetuò sunt adscripti, ordinari non possunt. ibid. 3
Coloni adscriptitij cum rebus subtractis confugientes ad Ecclesiam immunitatem impetrant. 115 1. 19
Coloni sunt evocandi per Rectores provinciarum, & Duces militum. 388 2.2
inter Colonos dominicos & patrimoniales cognoscit Procurator Cæsaris. ibid. 1.

*Comes.*

Comes scholarum prohibetur verberare, & degradare Senatores, & Ducenarios, nec ejus domesticus Senator, vel Ducenarius, Centenariúsve fieri potest. 152.2.1
Comes rerum privatarum de commodis fiscalibus prospiciebat. & in dubiis casibus Imperatorem consulens quid fieri oporteret, mandata accipiebat. 153.2.1
Comes rerum privatarum quis. ibid. 2
Comes sacri patrimonij quis. 154. 1
Comites Consistorij, qui intimo Principis consilio assistebant. 230.2.7
Comites & Magistri militum nullam habent potestatem in provinciales. 151.1.1
Comites scholarum qui. 152.2.3
de Comitibus sacrarum largitionum agentes referuntur. 153.2.3
Comites Palatini, remissivè. 154 1.2
Comites militum, de quibus in hac lege, remissivè. 155. 2.4

*Commentariensis.*

Commentarienses qui. 90.1.4

*Commentatio.*

Commentatio confusionem pariens omnino prohibita. 127-2.39

*Commentator.*

Commentatores legum Iustinianus uno dignitatis apice dignatus est. ibid. 3 6

*Commissum.*

Commissa ab Advocatis, vel à partibus. 234 2

*Commissio.*

Commissio hîc sententia interlocutoria dicitur. 60.2.7
Commissio extorta ante sententiam gravaminis nulla est. 85 1.3.
in Commissione ad lites, seu supplicatione ad beneficia inscribi solet hæc claus. *cujus litis statum*, &c. quæ operatur ut dicatur sufficienter mentio facta litis. 140.1 3
Sententia Authoris proponitur. ibid. 4

*Commodum.*

Commodum quod principaliter, non quod secundariò venit, considerandum est. 471.1.3

*Commune.*

Communi dividundo judicium. 489.1
Communia utriusque judicij. 492.2

*Communio.*

Communio potest esse sine societate. 495.2.2
in Communione nemo invitus permanet. 492.1.2. 4
Communione non extante, locum non habet divisio. 495. 2.1

*Communitas.*

Communitas, sive publica, & privata persona collectas, angarias & exactiones non potest ecclesiasticis imponere personis, 43.2.1
Communitas, si bannita ultra annum in banno permanserit, in imperiali simul banno esto, nec absoluta ab Ecclesia, civili liberatur banno. 53.1.1.
Communitas si dederit aliquibus potestatem eligendi Rectorem, ille qui electus est, censetur electus ab universitate. 344. 1 20
Communitates, ut Ecclesia, & similes, hæredes instituì possunt. 10.1.7

*Comon.*

Comon helon Comon diaulomolon, &c. ludi species, remissivè. 508.2.33

*Compromissio, & Compromissum.*

Compromissio, & transactio æquiparantur. 344.2.6
Compromissum in arbitros juramento firmatum obligat partes ad parendum sententiæ arbitri. 326.1.2
De juramento ubi non constat per scripturam, licèt altera pars, vel arbiter asserat esse juratum, ei non creditur. ibid. 3
Compromissum juramento confirmatum quas vires habeat, remissivè ibid. 6
Compromissum in scripturam partium consensu redactum interruptionem temporis non minus ac res judicata operatur ibid. 2.6
Compromisso metu pœnæ paretur. 325.2.2
in Compromisso facto in arbitros hoc tacitè inest, ut soluta pœna recedere liceat à judicatis. 326.1.4
Compromissa quoad judicem hodie non fiunt mediante juramento. 325.2.1
Intellige ut ibid. 2
ad Compromissorum stipulationibus, aut consensu partium firmatorum observantiam partes cogi possunt per locorum magistratus. 326.2.3
Compromissorum sententia subscriptione partium non roboratur,

ratur, laudo publicato confirmatur per tacitum conſenſum partium intra decennium non revocatum. ibid.4

*Compulſus.*

Compulſus aliquid faciens, aut metuens ne compellatur, idem eſt. 263.2.8

*Computatio.*

Computationum error allegari ſemper poteſt. 217.1.4

*Conceſſum.*

Conceſſum alicui ex gratia, vel privilegio, jus univerſale non inducit. 117.1.1

*Concilium.*

Concilium venerabile, pro Eccleſia, ſeu loco pio accipitur in præſenti. 101.6

*Concubina.*

Concubinæ Clericorum à judice eccleſiaſtico pro modo culpæ puniri poſſunt. 43.1.10

*Concuſſio.*

Concuſſionum flagitia mulctis non vindicabunt judices. 170.2.5

pro Concuſſionibus conventi, fori exceptione & præſcriptione ſe non excuſant. 384.1.1

*Condemnatio.*

Condemnare, vel abſolvere aliud, aliud condemnandum, vel abſolvendum pronuntiare. 286.1.3

Condemnari nemo debet ſine culpa ob præcipitem perſuaſionem. 170.2.6

*Condemnatus.*

Condemnatus pro homicidio in mille, ſi ſupplicavit Principi pro compoſitione inſerta in ſupplicatione, narrando quod erat condemnatus in mille, ſed non qualiter fuerit condemnatus, reſcriptum eſt ſubreptitium, & nullum. 142.1.5

Condemnatus per viam Inquiſitionis de crimine infamiam irrogante per viam accuſationis, evitat infamiam. 169.2.2

Condemnatus per contumaciam in non reſpondendo, non fit infamis. ibid.3

Condemnatus de furto fit infamis, ſecus in receptatione facta ignoranter. 236.2.1

Condemnatus actione injuriarum incurrit infamiam. ibid.2

Limita ut ibid.3

Condemnatus ob injuriam illatam perſonæ vili, notatur infamia. 237.1.1

Condemnatus in actione pro ſocio ob fidem ruptam, incurrit infamiam. 259.1.1

Condemnati ſimpliciter, intelliguntur pro viribus, licèt obligatio & libellus concludant in ſolidum. 187.2.3

*Conditio.*

Conditio, ſi intraverit Monaſterium, non eſt impleta perfingreſſum ante profeſſionem. 17.2.4

*Vò Conditio*, pro pacto, aut lege plerumque ponitur, 182.2.5

Conditio apponi incontinenti poteſt in contractu, etiamſi illo abſoluto contrahentes aliò non diverterint. 185.1.4

Conditio impoſſibilis vitiat etiam liberationem. 212.1.8

Conditio impoſſibilis etſi vitiare contractus ſoleat, modus tamen impoſſibilis non vitiat, ſed ab ipſis contractibus rejiciendus erit. ibid.9

Declara ut ibid.10

Conditio reſpiciens favorem filij tollit querelam inofficioſi. 404.1.1

Conditio legitimæ filij appoſita per patrem in favorem & proviſionem ipſius filij valida eſt. ibid.1.5

Conditio juramenti appoſita in diviſione, adimplenda. 494.2.1

*Conductor.*

Conductor ſi arbores frugiferas cædat, à jure ſuo cadit, & de damno dato tenetur. 32.1.9

Conductores fiſcales utuntur privilegiis fiſci. 588.2.4

*Confeſſio.*

Confeſſio falſa non mutat veritatem, & veritate probata, confeſſio falſa non probat, nec nocet, dummodo probetur veritatem eſſe in contrarium 130.2.14

Confeſſio revocari poteſt uſque ad ſententiam, probato errore. 131.2.2

Confeſſio erronea in prima inſtantia emiſſa, poteſt revocari in cauſa appellationis. ibid.4

Confeſſio facta in judicio cum juramento, poteſt prætextu erroris revocari, probato errore. ibid.5

niſi Confeſſio illa fuiſſet expreſsè accepta per partem adverſam. ibid.6

Vel quando in judicio aliquis produceret inſtrumentum, in quo confiteretur aliquid in inſtrumento contentum. ibid.7

Confeſſio erronea non probat, neque præjudicat confitenti. ibid.8

Etiamſi ſæpiùs & identidem fuiſſet repetita, & eſſet deliberata, & etiamſi fuerit jurata, & ſive error ſit facti, ſive juris. ibid.9

Confeſſio in dubio non præſumitur facta per errorem ibid.10

Confeſſio erronea non nocet, & confiteri non videtur qui errat. ibid.11

Confeſſio erronea revocari poteſt etiam poſt ſententiam in criminalibus. ibid.13

Confeſſio erronea ſuper viribus teſtamenti non præjudicat confitenti, eadem & libertati non obeſt. 132.1.1

Confeſſio non poſſet revocari, ſi verba appoſita in libello eſſent diſpoſitiva, niſi probato errore, ſecus ſi eſſent verba ſimpliciter narrativa, ſeu enuntiativa. ibid.1.16

Confeſſio probat, & defectus ſcripturæ tranſactionem non vitiat. 199.1.1

Confeſſio idem operatur quod publicum inſtrumentum factum de contractibus. ibid.3

Confeſſio non requirit ſcripturam. ibid.4

Confeſſio geminata an revocetur ob errorem. 217.2.12

Confeſſio facta per Advocatum, lite cõteſtata ſcientе clientulo, & intelligente, perinde eſt ac ſi per ipſum clientulum fierer. 234.1.3

Confeſſio minori non nocet, ſi curatore carens deliquiſſe fateatur. 278.1.7

Confeſſio intelligitur cum qualitatibus in libello contentis. 331.1.17

Confeſſionis propriæ probatio æquipollet juramento, 199.1.2

per Confeſſoriam res in priſtinum ſtatum repoſcitur, & damnum reſarcitur, 470.2.1

*Confinia.*

Confinia probantur per cuſtodiam librorum, & per clauſuras, 149.2.17

Confinia quomodo probanda, remiſſivè. 499.2.3

*Confraternitas*

Confraternitatum, ſeu confratriarum uſus omninò damnatus, 54.1.5

Confratriæ Religionis & pietatis intuitu etiam inſtitutæ, non poſſunt inſtitui niſi priùs à Principe, aut alio legitimo ſuperiore earum ſtatuta examinentur, & approbentur. ibid.2.8

*Confugiens.*

Confugiens ad Eccleſiam pro quocumque gravi & atroci crimine, inde extrahi poteſt. 113.1.8

Contrarium de jure Canonico, ibid.9

Confugiens non ſolùm ad Eccleſiam, ſed etiam ad fines Eccleſiæ, illius immunitate gaudet, & invitus inde extrahi non poteſt. 115.1.1.1

Confugienti ad Eccleſiam ab eadem Eccleſia præſtari alimenta debent, ſi ipſe confugiens non habet unde ſe alat, ibid.2.23

Congregationes ad Eccleſias. 111.2

Confugientes ad Eccleſias fidei orthodoxæ, expelli ex iis inviti non poſſunt. 114.2.1

Confugientes ad Eccleſiam, nec directè, nec indirectè inde extrahi poſſunt, ac propterea illis nec alimenta, nec quieſcendi commoditas negari poteſt. 115.1.11

*Congregatio.*

Congregario, vide *Reſcriptum.*

Congregationes quæ conventicula appellantur, regulariter prohibentur. 54.1.4

*Conjectura.*

Conjecturis locus non eſt, ubi conſtat de veritate. 306.1.4

*Conjunctus.*

Conjunctus pro conjuncto abſque mandato admittitur in judicio. 342.2.4

Intellige ut ibid.5

Et declara ut ibid.9

in Conjunctione ſpirituali quid. ibid.10

Conjunctus an petere poſſit reſtitutionem pro conjuncto abſque mandato ſpeciali. 314.1.4

Limita ut ibid.5

Conjunctus agens pro conjuncto poteſt jurare de calumnia ſine mandato. 330.2.12

Quod quidem ſpeciale mandatum ad hujuſmodi juramentum præſtandum ſufficiens erit, licèt in eo expreſſa cauſa non ſit in qua jurandum eſt. ibid.13

*Conjux.*

Conjuges liberis carentes per ingreſſum monaſterij res monaſterio addicunt, & teſtari non poſſunt. 21.1.1

*Conſanguinitas.*

Conſanguinitatis qualitas, non pietas conſideratur. 76.1.18

*Conſcius.*

Conſcij ſimulachrorum abrogatorum reparationis, cum auctoribus abrogata ſimulachra contra prohibitionem reducentibus eandem cum ipſis pœnam ferunt. 111.2.4

*Conſenſus, & Conſentire.*

Conſenſus patris non obeſt minori in re, quæ ſine decreto alienari non potuit. 285.1.1.2

Conſenſus in laudo arbitrorum operatur à parte actoris, & rei obligatione. Vide *Arbiter.*

Conſenſus non inducitur ex temporis antiquitate in iis, quæ ſunt magni præjudicij. 456.1.8

ſi Conſentio rem meam vendi per alium, valet venditio. 439.1.7

*Conſentiens.*

Conſentiens alii donanti, rem ipſam donare videtur. 430.2.3

Conſentiens alienationi rei ſuæ, aut ſibi obnoxiæ, non poteſt repetere ampliùs, nec eam venditionem infringere. 459.1.2

# Index Rerum,


*Conſiliarius.*

Conſiliarius perfuncto munere, advocationis munus in ſe licitè recipit. 166.2.2

Conſiliarij & Advocati munere nemo ſimul honeſtè fungitur. ibid.1

Conſiliarij judicum, cancellarij & domeſtici poſt finitam adminiſtrationem per 50. dies manebunt in provincia, ubi priùs officia habuerunt. 164.1.1.2

Conſiliarij olim impunè ultra quatuor menſes moderatoribus non obſtabant, & cum hiſce ſedebant. 165.2.1

Conſiliarij Præfectorum prætorio urbis Conſtantinopolitanæ magiſtrorum militum officio functi, depoſito officio immunes ſunt ab onere indictionum civilium & militarium ſub pœna. ibid.2

Conſiliarij & Advocati munus ſimul impetrans, matriculam perdit, & decem auri libris multatur. 166 2.6

Conſiliariis non licet duobus magiſtratibus aſſidere. ibid.3

*Conſiſtoriales.*

Conſiſtoriales in Romana Curia qui & quales ſint. 232 1.8

*Conſors.*

Conſors quis. 144.1.3

pro Conſorte abſente, facta litis conteſtatione, actio, & defenſio licita eſt, modò ſatisfactio interveniat. 500.1.1.2

Conſortes ejuſdem litis. 499.2

Conſortes ejuſdem rei ſi plures, quilibet pro parte ſua agere poteſt. ibid.2.1

*Conſtantinus.*

Conſtantinus Imper. hujus legis auctor, quis? remiſſivè. 9.2.2

*Conſtitutio.*

Conſtitutio, ſeu ſtatutum de diſtribuendo annuatim aliquid ad pias cauſas jure eleemoſynæ, non poteſt tolli per eos, qui hujuſmodi conſtitutionem fecerunt. 15 2 3

Conſtitutio pœnalis ratione viri porrigitur ad vxorem. 177. 1.2.3

Conſtitutionis tempus non obſervans, haud ejus formam obſervare dicitur. 138.1.19

Conſtitutiones Imperatorum ad Diocleriani uſque tempora in immenſum excreſcentes, tempore Conſtantini Magni in duos Codices, Hermogenianum, & Gregorianum collatæ ſunt. 2 2 2

Conſtitutiones diſperſæ, operâ nominatorum reviſæ & emendatæ in titulos congeſtæ. 4 1.1

Conſtitutiones Principum ignorare non decet. Vide *Reſcriptum.*

*Conſuetudo.*

Conſuetudo, ſtatutum, privilegium non ſunt abſurdè interpretanda. 117.1.6

Conſuetudo vim pacti habet. 468 2.7

Conſuetudinem Romanam quælibet inferiores civitates ſequentur. 125.2.17

Conſuetudines contra libertatem Eccleſiæ, & privilegia eccleſiaſticarum perſonarum nulla ſunt. 15.2.1

Vide *Lex.*

*Conſul.*

Conſules finitis officiis, ſucceſſoribuſque ſubſtitutis, per 50. dies in loco, ubi officia adminiſtraverint, permanebunt. 162.1.1

*Conſultor.*

Conſultor ſi dicat in conſilio aliquem fore condemnandum, vel abſolvendum, & judex in ſententia dicat, Pronuntio ſecundùm formam conſilij non valet ſententia. 286.1.6

*Conſultum.*

Conſulta cœleſtia, ideſt, jura Principis. 157.2.4

Contra conſulta divalia peccans, cum officio detrimentum famæ, & patrimonij damna ſentiet. ibid.2

*Conteſtatio Litis.*

Conteſtatio in actis fieri ſolita. 172.1.2

Conteſtatio litis, vide *Lis.*

*Continentia.*

Continentia cauſæ non dividenda. 336.1.1

*Contractus.*

Contractus cenſualis initus cum Eccleſia illam non obligat, niſi in ejus utilitatem pretium verſum eſſe per creditorem probetur. 26.2.17

Contractus ſimulatus dicitur depictus, ſeu colotatus. 207.1.3

Contractus geſtus cum Eccleſia non obſervatis ſolemnitatibus eſt nullus, Eccleſia ipſa de nullitate opponente, aliàs ſecus, 25.2.3

Contractus quando ſit in præſentia propinquorum, ſeu amicorum, ceſſat omnis præſumptio fraudis, & metus. 212.1.2

Amplia ut ibid.3.4

Contractus emphyteutici de natura eſt, ut aliquid pro ingreſſu detur. 29 1 6

Contractus meticuloſus ſi ceſſante cauſa illationis metus fuerit poſtea voluntario aliquo actu corroboratus, efficitur validus. 262 1.3

Limita ut ibid.4 5

Contractus quilibet juſto metu celebratus ſive ſit hinc inde obligatorius, ſive ex altera tantùm parte, reſcinditur 263.1.1

Contractus cum patre geſtus reſcinditur per actionem in factum. 266 2 6

Contractus celebratus inconſulto curatore, non tenet ex parte minoris, ut minor ipſe non maneat obligatus, obligetur verò alter cum illo contrahens. 269.1.7

Contractus & diſtractus à pari procedunt, & ejuſdem naturæ ſunt. 271 1.11

Contractus nullus etiam ratione minoris ætatis confirmatur per juramentum aſſertorium. 305.2.11

Contractus ipſo jure nullus an confirmetur ratificatione minoris majoris facti, etiam quoad beneficium reſtitutionis in integrum, remiſſivè. 310.2.8

Et quid ſi minor factus ignoravit nullitatem contractus. ibid.9

in Contractûs diſtractu, reſolutione, reſciſſione convenicndus eſt reus coram judice domicilij, non loci ubi fuit celebratus, & ita in diſtractu forum rei ſequitur. 311.2 8. & ſeq.

Limita ut 312.1.9

Contractûs ratione contrahens ſortitur forum in loco in quo contraxit. 364.2.4

Limita ut ibid.5.6 7

Contractûs tempore habens domicilium in certo loco ſi illud poſtea mutavit, poterit nihilominus conveniri in loco domicilij antiqui, ubi contraxit. 368.1.8

Contractum ex parte approbare, & reprobare ex parte non licet. 190.1.6

Contractum juratum non obſervans infamis eſt. 215.2.32

ſi Contractum ſit in certo loco, & in alium deſtinetur ſolutio, non ſortietur promiſſor forum in loco contractus, nec illic conveniri poterit, etiam ſi in eo reperiatur. 378 2.2

in Contractu innominato ante implementum oritur ſaltem naturalis obligatio; re ſecuta, oritur obligatio civilis. 193.1.7

in Contractu tranſactionis non eſt locus pœnitentiæ. Vide *Tranſactio.*

in Contractu, *Facio ut des*, ubi non ſervatur fides faciendi, & repetitioni locus non eſt, datur actio *de dolo* ad id quod intereſt ejus illud factum non præſtitiſſe. 266.1.1

in Contractu, *facio ut des* fide non ſervata, auctore Præſide fidem ſervaturus rem retiner. ibid.4

ex Contractu diviſionis tenetur quis de evictione, niſi adverſarius ſciens res alienas, vel alij obligatas accipiat. 495 1.1

Contractus mutui celebratus Eccleſiæ nomine, tenet quoad contrahentem cum Eccleſia, ſi fuit ſervata forma. 27.1.25

de Contractus emphyteutici natura eſt ut aliquid pro ingreſſu detur. 29.1.7

Contractus & obligationes cum hæreticis initæ evaneſcunt quoad jus hæreticorum. 97.2.2

Contractus fieri poſſunt in Eccleſia. 115.2.3

Contractus, conventiones, pactaque dum legibus adverſantur, Pro nullis habenda. 118.2 3

Contractus judicum, &c. 167.1

Contractus officialibus prohibiti ad domeſticos & interpoſitas perſonas extenduntur. 168.1.5

Contractus probabili metus ſuſpicione initi reſcinduntur. 263. 2.7

Contractus puberum confirmati juramento non reſcinduntur per reſtitutionem, niſi vis ac metus intervenerit. 279.2.1

Contractus valet inter patrem & filium, adeò quod non competit reſtitutio. 303.2.7

Niſi minor velit reſtitui contra contractum factum ab eo, cui pater ejus ſucceſſerit, vel eis quibus ipſi ſucceſſerunt. ibid.8

in Contractibus nominatis licèt altera pars non obſervet, pœnitentiæ locus non eſt. 444 2.1

Item licèt non ſolvatur pretium, res vendita, & tradita vindicari, vel condici non poteſt. ibid.2

*Contrahens.*

ex Contrahentibus priùs adimplere ille debet, qui prior agit ad contractus conditionalis adimplementum. 190.1.3

*Contrarietas.*

Contrarietas nulla eſt in legibus. 3.1.13

Contrarietas legis *inter æquitatem, de legib, & conſtit.* & legis *placuit, de jud.* diluitur. 116.2.2.3.4.5

*Controverſia.*

Tò *Controverſia*, comprehendit reſtitutionem in integrum. 279. 1.4

*Contumacia.*

Contumacia conventi pro præſentia ejuſdem habetur. 376.1.6

*Contumax.*

Contumax in non comparendo coram arbitro incidit in pœnam compromiſſi. 325.1.1

Contumax in uno articulo, videtur eſſe contumax in qualitate cohærenti articulo. 331.1.22

Contumax verus appellare non poteſt. 339.2.41

Secus in ficto. ibid.42

Contumax verus, vel fictus quis, remiſſivè. ibid.43

Contumax non poteſt mulctari amiſſione totius cauſæ. ibid.44

Contumax non auditur niſi refuſis expenſis. 341.2.1

Amplia in contumace ficto. 342.1.4


Non

Non auditur reſarcitis expenſis, opponendo exceptiones peremptorias, vel dilatorias. ibid.5
Niſi expenſæ eſſent liquidæ, vel aliàs non deberent. ibid.6
Vel niſi dolo adverſarij inducta ſit contumacia. ibid.7
Contumax in ſolutione legitimæ ad duplicatam ſolutionem poſtea tenetur. 416.2.1

*Convenire.*

ubi Conveniatur qui certo loco dare promiſit. 378.1

*Conventiculum.*

Conventiculum appellatur congregatio plurium perſonarum ſine legitimi ſuperioris auctoritate habita. 54.1.2
Conventiculum pro Miſſis, & ſacris miniſteriis, quæ in privatorum ædibus extra Eccleſiam prohibentur celebrari. ibid.3
Conventicula cùm ſint prohibita, præſumuntur illicita, & cum dolo. 7.2.3
Conventicula probanda ſunt participes criminis, & per conjecturas, cùm ſint difficilis probationis. ibid.4
Conventicula extra Eccleſiam Religionis prætextu non admittenda. 54.1.1
Conventicula, prò congregationibus factis repentè, & ſine Prælato. 113.2.2

*Conventio.*

in Conventione tacita non requiritur præſentia. 181.1.6
Conventiones, contractus, pacta dum legibus adverſantur, pro nullis habenda. 118.2.3

*Conventus.*

Conventus civium, horumque lætitias, ac feſta publica nemo impedit. 110.2.1

*Copia.*

Copia libelli danda adverſario. 354.2.6

*Cornicularius.*

Cornicularij qui. 161.2.2

*Corpus.*

Corpus humanum ſepultum in uno loco, poteſt transferri in alium, juſta ſubſiſtente cauſa, interveniente ſuperioris conſenſu. 503.2.1.2
Corpus depoſitum ſine licentia aliò exportari poteſt. 503.2.1.2
Corpora punitorum non ſolent ſepeliri, niſi petatur. 506.1.4
Vide *Cadaver.*

*Corrector.*

Correctores Advocati officio uti non poſſunt intra ſuum territorium. 224.1.3

*Correus.*

Correi debendi admiſſi ad ſolutionem diviſam à creditoribus, ſolidi onus à ſe abjiciunt. 187.1.1
à Correis inducitur crediti diviſio, ſolidæque ſolutionis remiſſio per receptionem partis debiti. ibid.2.

*Creditor.*

Creditor ſi debitori ſuccedit, confunditur actio. 182.2.1.2
Creditor ubi partem debiti acceperit ab uno ex reis debendi, tacitè videtur conveniſſe in crediti diviſionem. 187.2.4
Creditor partem petens ab uno, non poteſt poſtulare partes aliorum ab eodem. ibid.5
Limita ut ibid 6
Creditor non adſtringitur ad ſervanda pacta hæredum debitoris. 192.2.1
Creditor petendo in judicio ſortem principalem, non ſibi præjudicat in uſuris, intereſſe, aliiſque acceſſionibus, niſi ſortis receptione hoc faciat. 332.2.3
Creditor ſi minùs peteret, quàm ſibi deberetur, nihil ſibi præjudicaret. 356 1.7
Niſi pro reſiduo, vel cum particula *tantùm*, aliquam ſummam peteret, quia tunc nihil poſſet petere. ibid.8
Creditores defuncti, item legatarij poſſunt agere contra honorem, non obſtante pendentia hæreditatis. 436.2.2.3

*Crimen.*

de Criminibus ubi agi oportet. 374.2
Crimen committentes in occulto ut impunitate potiatur, graviùs ſunt puniendi. 49.2.6
Crimen hæreſis, & læſæ majeſtatis etiam poſt mortem objici poteſt. 103.2.5
Crimen capitale, ideſt, pro quo ingeritur pœna mortis. 205.1.6
Crimen, delictum, maleficium, quomodo accipiantur apud Jureconſultos, remiſſivè. 291.2.8
Crimen omnem honorem adimit. 384.2.6
Criminis capitalis nomine intelligitur crimen, pro quo imponenda venit pœna mortis naturalis. 206.1.16
poſt Crimen commiſſum quamvis non prohibeatur quis agere contra ſuum debitorem, debet tamen hæc actio differri donec criminalis terminetur. 353.2.5
Criminum remiſſio non frequentanda, ſed ſemel remiſſa perniciosè iterata vindictam publicam provocat. 86.1.6

*Crux.*

Crux & Reliquiæ Sanctorum in ædibus ſacris potius, quàm in theatris & curiis aſſervari debent. 62.1.1
Crux reſpectu repræſentationis veræ Crucis, in qua D.N. Jeſus Chriſtus paſſus eſt, dicitur ſacra & ſancta, ac proinde interes ſacras apponenda, & veneranda. ibid.2

*Culpa.*

Culpa morte punitur. 105.1.5

*Cura.*

Cura bonorum alienorum ubi alicui incumbat, actio directa negotiorum geſtorum ei competit. 15.81.3

*Curare, & Curator.*

Curans ſervum alienum domino non inutilem, habet actionem negotiorum geſtorum. 256.1.1 2
Curator in teſtamento furioſi nominatus præ aliis confirmatione dignus eſt, ſi ſatisdationem præſtet, & inventarium conficiat. 93.1.1
Curator furioſo datus juramentum de utiliter rebus furioſi agendis præſtare debet, inventariumque bonorum publicè ſcribere, & pro ſua adminiſtratione bona propria ſpecialiter obligare, & hypothecæ ſupponere. ibid 3
Liberabitur tamen à prædicto onere, ſi notoriè ſit dives, & ſufficiet repromittere cum hypotheca bonorum. ibid.4
Curator Reipubl. jus mulctandi non habuit. 170.1.1
Curator ſi remittit debitum pupilli, an & quando valeat. 190.2.6
Curator, vel tutor non poteſt gratis remittere jus pupillo competens. ibid.7
Curator paterno teſtamento datus, quod expendit ante confirmationem, per actionem negotiorum geſtorum repetit. 255 1.1.
Curator non datur ex teſtamento, ſicut tutor, ſed per judicem. ibid.2
Curatore à teſtatore nominato, alius non admittitur ad curam, & diſtributionem legatorum ad pios uſus. 75.2.8
Vide *Tutor.*

*Curialis.*

Curiales. 383.2
Niſi per quindecim annos in monaſtica ſteterit vita, ad Clericorum Ordinem non admittendus. 46.2.1
Curialis etiam bonis cedendo per ordinationem impetratam civile officium non deſerit. 52.2.1
Curialis factus legitimè Clericus, poteſt opera curiæ debita præſtare per ſubſtitutum. 58.1.1
Curialis, vel cohortalis, ſi à Curia aufugerit propria auctoritate, per eos à quibus fugit, capi poteſt, & poſſeſſionis controverſia in loco apprehenſionis, proprietatis in loco, ubi aufugit, examinatur. 383.2.1
Curiales, ideſt qui propter aliquod officium curiæ ſunt aſtricti, ordinari non permittuntur. 46,2.3
Sed id hodie non ſervatur. ibid 4
Curiales & privati in judicio militari litigare inviti non tenetur. 159.2.1

*Cuſtos.*

Cuſtodes carcerum non debent malè tractare incarceratos. 90.1.2

D

*S. Damaſus.*

S. DAmaſus Luſitanus in Vimaranenſi oppido natus probatur. 6 13

*Damnatus.*

Damnatus ad tempus in opus publicum, finito tempore fit infamis. 236.2.2
Damnatus ob crimen expiatæ hæreditatis ſit infamis 257.1 1.2
Damnatus ad pœnam fuſtigationis, ſi ex cauſa non vera, vel non juſtè fuſtigaretur, non eſſet infamis. 238.1.3
Damnatos ad ſupplicium nemo eripiet è manibus & vinculis executorum ſub pœna 30. auri marcarum. 87.2.1

*Damnum.*

Damnum parvum, ſeu leve, magnum, vel grave quod, judicis arbitrio relinquitur. 184.1.10
Damnum illatum ſylvæ per ignis immiſſionem, reſarciendum ſi legis Aquiliæ actio ſit inſtitura. 475.2.1
Illatum per demolitionem, aut domus concremationem, & deſtructionem aquæductus, per legis Aquiliæ petitionem repetitur ibid.
Damnum quomodo in foro conſcientiæ, exteriori ſarciendum ex percuſſione, vel mutilatione quoad operas propter infirmitatem, ſeu talem mutilationem amiſſas, remiſſivè. 476.1.3
Damnum ubi non eſt illatum corpori à corpore, ibi ceſſat legis Aquiliæ actio. ibid.2.1
ob Damnum ratione bonorum conventus dominus ac curator, ſi non reſpondeant ad præconis vocationem, condemnatio nihilominùs procedit. 376.1 5
Damnum ne quis indebitè patiatur, verba ſtatuti accipiunt interpretationem reſtrictivam. 500.2 4

*Datum.*

Datum monaſterio pro dote reſtituitur, ſi donans non ingreditur, vel inde exeat. 7.2 7
Datum ſub conditione ut remittatur quidpiam majus, non revocatur per ſuſceptionem liberorum. 188.1 7

# Index Rerum,


*Debitor.*

Debitor ad Ecclesiam confugiens, pro debito etiam publico & reipubl. capi non potest. 115.1.22
Debitor in diem certum si solvat ante diem errore juris, vel facti, non potest repetere. 132 2.5
Secus si esset debitor sub conditione, & solvat ante adventum conditionis. ibid.6
Debitor qui partem solvit, de parte autem non petenda pactum conventum fecit, pro illa parte jure civili, pro hac jure prætorio liberatus est 182.1.3
Debitor solvens minori cum auctoritate tutoris vel curatoris, ipso jure remanet liberatus, sed restituitur minor si pecunia sit deperdita, vel consumpta facilitate, aut culpa ipsorum. 288.2.2.3
Plura ad hoc, ibid.4.5.6
Debitor minoris plenissimam liberationem consequitur quando solvit præcedente judicis præcepto. 289.1.7
Debitor volens annullare subhastationem, debet pretium solutum per licitatorem restituere. 294.1.9
Debitor suspectus de fuga carcerari potest die feriato. 365. 2.9
Debitor non solvens in loco destinato solutioni, contra eum cessantem solvere poterit agi veluti contra contumacem, & dolosum ad interesse, quod solo juramento creditoris probabitur. 378.2.3
Debitor si in fuga effectus est Clericus, non poterit capi auctoritate propria, nec per Clericum nec per laicum. 384.1.5
Debitor si rem tradidit non soluto pretio, videbitur habita fides de pretio, ac ita per prædictam traditionem censetur dominium translatum in emptorem. 445.1.5
Debitor solutione facta agit ad instrumenti exhibitionem. 503 1.1
Debitori conceditur dilatio per rescriptum. 134.1.1.2
Idque in debitis tam publicis, quàm privatis. ibid.2.3
Nec pendente ista dilatione currunt usuræ. ibid.5
Talis dilatio concessa debitoribus, censetur concessa etiam fidejussoribus. ibid.6
Secus in debito jurato. ibid.7
Nisi aliàs consuetudine contrarium sit introductum. ibid.8
Et indebitoribus ex causa alimentorum, ad quos non extenditur dilatio concessa à Principe. ibid.8
Item in debito ex causa dotis. 135.1.9
In debito pupillorum. ibid.10
In debitoribus Ecclesiæ. ibid.11
Et si fidejussor promittit de rato. ibid.12
Item in decoctoribus. ibid.13
In debitoribus depositariis. ibid.14
In debitoribus Regij patrimonij causa reddituum, seu gabellarum quæ ipsi debentur. ibid.15
In debito locationis. ibid.16
Ut moratoria concessa debitori non prosit ejus hæredibus. ibid.17.
Et dummodò dilatio non sit ad decennium. ibid.18
in Debitorem fugientem, qui militaret in armata militia, non est licitâ manus injectio. 384.1.4
de Debitore debitum jam semel solutum iterum petente remissivè. 356.14
Debitores suis pactis creditorum jus non minuunt. 192.1.1.2
Debitorum fugitivorum res in Ecclesia, & hujus limitibus occultatæ, per œconomum, & defensorem ad solutionem debitorum Ecclesiæ, fisci, privatorumque creditorum sunt inquirendæ, & inventæ exhibendæ. 115.1.16

*Debitum.*

Debitum si urgeat ab ipsa Ecclesia contractum, ejus res alienari permittuntur. 37 2.6
Debitum publicum quod sit. 134 24
Debitum per longum temporis spatium non exigens, ob impedimenta occupationum, minimè remississe videtur. 255.2.1
pro Debito unius non debet molestari alius. 483.1.4
Debitis fatigati non gaudent immunitate ecclesiastica. 112. 2.6

*Decanus.*

Decani in hac lege sunt illi, qui efferendis ad Ecclesiam cadaveribus pium præstabant ministerium. 11.1.3
Decani qui, remissivè. 14.1.2
Decanorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ numerus quis, remissivè 11.1.2

*Decendium.*

Decennij terminus non currit pendente causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas deducitur. 400.1.4

*Decima litis.*

Decima litis quid. 61.2.6

*Decoctor.*

in Doctoribus non extenditur rescriptum dilationis. 135.1.13
Distingue ut ibi. ibid.

*Decretum.*

Decretum quo quis alimenta decrevit, dicitur sententia interlocutoria. 115 2.27
Decretum judicis in contractibus minorum non supplet auctoritatem tutoris, vel curatoris. 275.2.3
Distingie ut 277.1.4
ad primum Decretum non devenitur, nisi citatio per edictum præcesserit. 380.1.9

*Decurio.*

Decuriones an & quando torqueri possint, remissivè. 165.1.5
Decuriones sive sint perpetui, sive annales, rectè contrahunt, emunt, & vendunt in patria durante officio. 168.2.17
Decuriones pro annona curanda ante officij aditum trimenstruo spatio nominandi. 172.2.1.2
Decurionibus, & patriæ officiis adjuncti favore defensionis ultra priora munera Advocatorum, provinciam in patria accipiunt, & administrant. 224.1.1

*Dedico.*

Dedicare se, suáque Deo, importat dedicationem, quæ fit professione sequuta. 17.1.9

*Defendens.*

Defendens patriæ negotia infamis non fit. 237.1.1

*Defensio.*

Defensio cui denegatur, eidem actio magis interdicitur. 207. 2.3.4

*Defensor.*

Defensor civitatis in domo publica per actuarium acta ad suum officium pertinentia custodiat. 92.1.3
Defensor & œconomus Ecclesiarum judices refugarum ecclesiasticorum post traditas refugas instruant, ut æquitatem convenientem in executione adhibeant. 115 1.20
Defensor civitatis per quinquennium secundùm præscriptam formam muneri suo præst. 171.2.1
Defensor civitatis cognoscebat de causis ad 50. solidos æstimatis contemplatione debitorum servorum fugitivorum. ibid. 1 1
Et de causis quorumcunque, quæ essent parvæ quantitatis. ibid.
Defensor civitatis, Præfecto prætorio insscio, sine Cæsaris permissu officium deserere non potuit. 172 2 1
Defensor negligens ab officio removetur. 240.1.2
Defensor nemo est legitimus sine sadisdatione. 242.2.2
Defensoris officium sub pœna quinque librarum auri nemo declinat. 92.1.2
ex parte Defensoris non requiritur mandatum, sed cautio judicati solvendi. 242.2.1
Defensori forma defensionis præscribitur. 171.2.4
Defensores civitatum. 171.1
Defensores civitatum orthodoxæ fidei professores eligendi sunt 91.2.1
Defensores civitatum per habitatores bonæ opinionis, consentiente & suffragante simul loci Episcopo eligendi ad officia. ibid.
Defensores ex civitatum nobilioribus habitatoribus eligi debent. 92.1.4
Defensores civitatum ex ditioribus, & nobilibus civitatum eligebantur. ibid.8
Defensores civitatum, sive correctores, non privata hospitia, sed publicam habitationem perquirere debent. ibid.9
Defensores latrones non ferent, crimina puniant, & horum occasiones tollant, auxiliatoresque scelerum sub se non patiantur. 172.1.1
Defensores civitatum insolentiam, & indebiti vendicationem vitent, sine mulcta officium exerceant, plebem contra insolentiam & temeritatem tueantur, & reipsa non tituli beneficio, defensorum munus gerant. 171.2.1
Mulctam indicere nequeunt. ibid.2
Defensores latrones & homicidas notorios, in ipso facto deprehensos adulteros, manifestato crimine, & nominatis accusatoribus idonea persecutione ad judicium dirigent. 172.1.1
Curam ponderum, ac mensurarum habebunt. ibid
Defensores orthodoxæ fidei ab Episcopo, & Clero, ac honoratorum curialium decreto constituebantur. ibid
Videntes contra publicam disciplinam possessores lædi, commissos excessus deferant. ibid.2
Duumviri. ibid.3

*Defensus.*

Defensus nullo modo, & defensus non legitimè, æquiparantur. 240.2.1

*Defunctus.*

Defuncti memoriæ damnatæ pœnæ quæ. 59.2.3
De persona Defuncti prius inquirendum in judicio, an liber sit, necne, quàm processus dirigatur ad hæreditatis petitionem, 434.2.1
Defunctorum corpora humari in eo loco ubi divina celebrantur officia, videbatur antiquitùs turpe & indignum. 10.1.2

*Degere.*

Degit, ideſt, domicilium habet. 381.1.7

*Delatio.*

Delatio certa favore piæ causæ cuilibet licita est atque laudem conciliat. 63.1.6

*Delego.*

Delegati non potest causa quæ ad potestatem, & jurisdictionem delegantis

delegantis non pertinet, ob nullitatis insequentis occasionem. 348.2.1.2

*Delegatio.*

Delegatio ut fieri possit per aliquem judicem, debet delegari in hominem deleganti subjectum, & de suo territorio. 349.1.7.

Valeret tamen commissio, etiamsi non subditus qui illum acceptat. ibid. 8

*Delegatus.*

Delegatus debet probare suam jurisdictionem. 2.2

Delegatus à Principe an, & qualiter possit restituere. 312.2.7

Delegatus qui nullam propriam jurisdictionem habet, sed tantum beneficio alieno, non potest cognoscere de causa restitutionis in integrum. ibid. 8

Delegatus datus ab Ordinario, & datus ab eo, cui mandata erit jurisdictio, differunt. 313.1.9

Delegatus ab alio quàm à Principe, delegare nequit. 333 1.1.2

Intellige ut ibid. 4

Delegatus Principis ut, Papæ, Regis, aut alterius supremæ potestatis, subdelegare potest. 334.1.5

Amplia in Delegato à populo non recognoscente superiorem, & in Delegato subdelegante extra locum sibi deputatum. ibid. 6

Resolve ut ibid. 7

Delegatus à Proconsule subdelegare potest. ibid. 8

Delegatus ab Ordinario ad universitatem aliquam causarum, potest subdelegare hanc, vel illam causam, aut causas in particulari. ibid. 9

Delegatus etiam Principis de jure civili non potest sibi reservare sententiam, sed debet totam causam, aut nihil committere. ibid. 2 4

Delegatus recusatus coget litigantes ut intra triduum eligant arbitrum, aut arbitros, qui eam causam tanquam judices delegati definiant. 343.2.6

Delegatus ad universitatem causarum, qui habet se ad instar ordinarij, recusari non potest, sed ei dandus adjunctus. 345, 1.7

Delegatus Principis subdelegat. 349.1.5

Delegatus Principis mulctam inducere non potest de jure civili, nisi officiali subdito, & qui in officio deliquit. 346.1.3

Delegatum posse cognoscere, & definire, quamvis ab eo, qui rescriptum impetravit, omissa fuerint nonnulla ex his, quæ erant exprimenda, quomodo intelligendum sit. 141.1.3

*Delictum.*

Delictum clandestinum plus punitur, quàm publicum. 46. 1 9

Delictum an, & quando probetur per fugam. 80.1.13

Delictum probatur tranfactione. 238.1 3

Nisi transactio esset gratuita. ibid. 4

Delictum si sit commissum in duobus locis, putà in uno inchoatum, in alio autem perfectum, quisnam isto casu sit judex competens. 375. 1.7

Et utrùm, qui inchoat delictum in hoc territorio, & illud consummat in alio, incurrat excommunicationem latam per statutum hujus territorij. ibid. 8

Delictum commissum in mari adjacente territorio suo, poterit judex illius territorij punire. 376.2.3

Etiam si actus cœptus in uno territorio, fuisset consummatus in alio. ibid. 14

Resolve ut ibid. 15

Delictum & reatus excludunt dignitatem, & honorem, ac privilegia adimunt. 384.2.2.

Delicti reiteratio gratiam impedit. 86.1.12.

Delicti, possessionis, proprietatis & hypothecæ ratione quis forum sortitur. 376.1.1

Delicti ratione forum contrahitur eò loci, quo delictum commissum est. ibid. 2.10

Amplia in illo qui dum existeret in aliena civitate, vel Episcopatu violavit statutum illius. ibid. 11

Etiamsi in confinibus duorum territoriorum factum sit delictum. ibid. 12

in Delictis non dolo, sed culpâ commissis, restitutio minori patrocinatur. 291.1.1.2

in Delictis dolo commissis minor ætas non excusat, nec ei per restitutionem subvenitur. ibid. 2.4

ex Delictis servorum factis in saltibus, dominis ignorantibus, domini inviti non conveniuntur, sed servorum traditione liberantur. 500.2.1.

*Delinquens.*

Delinquens tunc accusari potest in loco propriæ originis, vel paternæ, si pars læsa velit in tali loco eum accusare. 375.2.4.

clam Delinquentes minus puniendi, quàm delinquentes palam. 8.1.6

*Delubrum.*

Delubra Imperiali auctoritate clausa semel, venerandi, adorandique prætextu privatus non reseret. 111.2.1

Delubra semel clausa reserans, & vetita Religionis exercitia cum publico scandalo renovans, confiscationes bonorum, & ultimum supplicium non evitabit. ibid. 3

*Demens.*

Demens à furioso distinguitur. 93.1.2

*Denuntiatio.*

Denuntiatio facta emptori à vero domino, constituit ultra denuntiationem ementem in mala fide. 452.1.1.2

nisi Denuntiatio facta sit post cœptam præscriptionem. ibid. num. 3

Denuntiatio, seu notificatio facta ab eo, qui nullum jus habet in re, de qua agitur, eum non adstringit, cui facta est. ibid. 4

*Depositum.*

Depositum & venditio rerum Ecclesiæ facta ex causa necessaria ut valeat, debent creditores esse soluti, & curare, quod pecunia convertatur in solutionem debiti, pro quo venditio fuerit facta. 26.2.16

*Deprædatio.*

Deprædationum flagitia mulctis non vindicabunt judices. 170. 2.5

*Destruere.*

Destruere non potest quod quis in suo ædificavit sine auctoritate Prætoris. 472.1.2

*Deterioratio.*

Deterioratio propter quam emphyteuta expelli potest, debet esse notabilis; perpetua, culpabilis, & fraudulenta. 32.2.11

*Detractio.*

in Detractione legitimæ attendi debet quantum valuerint facultates tempore mortis ejus, de cujus bonis venit detrahenda, licèt alio tempore postea plus, vel minùs valuerint. 594.2.12

*Dextera.*

Dextera locus dignior. 34.1 4

*Diaconica.*

Diaconica, seu Decanica quæ 95.1.4

*Diaconissa.*

Diconissa quæ. 16.1.3

Diaconissa ante completum 50. ætatis annum ad officium Diaconatus non admittenda. 50.1.1

Diaconissa ante completum 40. annum non ordinanda. ibid. 2.3

in eligenda in Diaconissam quæ ætas requiratur, ostenditur ibid. 1.2

Diaconissis per benedictionem nulla Ordinis potestas conferebatur. ibid. 2.4

*Diaconissatus.*

ad Diaconissatûs munus olim eligebantur mulieres, aut virgines, aut viduæ. ibid. 4.

*Diaconus.*

Diaconi, seu Presbyteri ob falsum in civilibus testimonium suspenduntur per triennium ab officio, in causa criminali tenentur ad pœnam falsi, nudati Clericatus honore. 50.1.1

*Dictum.*

Dicta testium coram arbitro receptorum probant in judicio ordinario, adversa parte non contradicente. 327.1.12

*Dictans.*

Dictantes, & scribentes ad falsas subreptitiasque preces rescripta, omissa veritatis clausula, reprehensionis, aliasque pœnas non evitant. 145.2.3.

*Dies.*

Dies omnis est juridica, nisi constet quod sit feriata. 363 2.1

Dies ad comparendum apponendus in citatione. 379.2.5

Die Dominico actus voluntariæ jurisdictionis, ut manumissio, exerceri possunt. 362.1.1

de Die Dominico, remissivè. ibid. 3

Die Dominica judices, & officia artium quiescent, opera tamen ruralia urgente necessitate non intermittenda. 362.2.1

Dies vigenti dari ad respondendum minorati non possunt sine causa. 355.1.16

Diebus feriatis licitè fiunt quæ pertinent ad agriculturam, & vinearum purationem. 362.2.2

Hodie non licet nisi sacris peractis, & urgente necessitate, ex quadam dispensatione. ibid. 3

*Digesta.*

Digesta, vide *Pandecta.*

Digestorum primordium auctores legum antiquarum in Iustiniani Pandectas relatarum innuit. 127.2.24

*Dignitas.*

Dignitas à curia liberans, cui annumeratur Episcopalis, finium à patria potestate liberat, non verò nepotem. 70.2.1.2

Dignitas Episcopalis filium à patria potestate liberans non est quoad omnes juris effectus, sed tantum quoad utiles filio Episcopo, & quoad ea, quæ illi sunt favorabilia. ibid. 4

Dignitas imperialis ab ipso Deo, mediante jure gentium tradi dicitur. 125.2.24

Dignitas superveniens nil operatur in iis, quæ jam sunt ordinata. 317.1.3

Dignitas non illustris fori exceptionem in criminalibus minimè tribuit. 384.2.8

in Dignitate constituti graviùs puniuntur. 49.2.5

Dignitatem gerens ordinariam sine dispendio pudoris ac fortunæ nihil profligat ex venturæ dignitatis titulis. 157.1.4

# Index Rerum,


*Dignior & Dignius*

Digniores altiori loco ſedeant. 157. 1. 4
Dignus ad ſe dignum trahit. 155.2. 3

*Dilatio.*

Dilatio. 357.2
Quid ſit. ibid. init.
Honeſtatis qualitas, & quod vidua vivat honeſtè, non præſumitur, niſi ab ea probetur. 80.1.7

*Honor.*

Honor viris celſioribus deferendus eſt. 161.1.1

*Honorarium.*

Honorarium in mutuum converſum per Advocatum, cautione etiam inſequuta, ut debitum non liquidum negare & condicere poteſt cliens, ſi Advocatus honorarium ut debitum liquidum exigit. 218.2.2.1
Honorarium, pro mercede. ibid.6

*Honorarius.*

Honorarij qui. 218 2 5

*Honoratus.*

Honorati judicibus civilibus aſſidentes tempore quo propriè in judicio cauſæ ventilantur, ſuis cauſis honeſtè intereſſe non poſſunt. 159.1.1
Honorati qui. ibid.3
Honorati, pro Duumvitis. 172.1.4.
Honorati Advocatorum munere in urbe romana fungantur 221.2 8

*Hora.*

Hora noctis ſecunda, id eſt, ſecunda ex duodecim, in quas nox ipſa dividitur. 207.1.5.

*Hoſpitalarius*

Hoſpitalarij tenentur reddere rationem adminiſtrationis. 66 1.4
Hoſpitalarij officium & adminiſtrationem ad inſtar tutorum, ſeu curatorum habere dicuntur. ibid.7

*Hoſpitale.*

Hoſpitale etiam ſine Epiſcopi auctoritae inſtitutum, pium dicitur, & religioſum, & inter pias cauſas connumerandum. 66.1.12
Hoſpitalia gaudent benficio reſtitutionis ſi ſunt inſtituta auctoritate Epiſcopi, aliàs non. ibid.10
Proponitur ſententia Authoris. ibid.12

*Hoſpitalitas.*

Hoſpitalitas. 84.2.8
Hiſpitalitas in caſu neceſſitatis an ſit de præcepto. ibid.

*Humilitas.*

Humilitas ſola officij ſacerdotalis erectio 65.2.5
Vide *Monachus, Sacerdos.*

*Hypotheca.*

Hypothecæ ratione quis forum ſortitur, 376.1.1


## I

*Idus.*


ICtus fuſtium ex interlocutoria lata causâ cognitâ infamat. 237.2.1.2


*Ignorans.*


Ignoranti tempus currit. 268.1.3

*Ignoranter.*

Ignoranter, vel per errorem aliquid faciens, non præjudicat juri ſuo. 130.1.7

*Ignorantia.*

Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur. 91.1.3
Intellige ut ibid.
Ignorantia non præſumitur, ſed ſcientia illius facti, quod denuntiarum fuit domi ejus, qui ignorantiam allegat. ibid.4
Ignorantia juris & facti. 128.1
Ignorantia juris præſumitur in militibus, & eos excuſat. ibid. 2.3
Ignorantia juris non excuſat in lucro, aut quaſi lucro captando. 129.1.3
Ignorantia juris naturalis, vel quaſi, nec mulierem, nec minorem, aut ruſticum excuſat. 177.2.6
Nec etiam juris civilis ignorantia. ibid.7
Ignorantia non datur in his quæ fiunt contra rationem naturalem. ibid.8
Ignorantia juris non excuſat minores, ruſticos, milites, & mulieres in his quæ concernunt rigorem judiciorum, ſive formam & ſolemnitatem judiciariam. 340.2.60

*Illicitum.*

Illicita, & legibus adverſa nemo tenet. 166.2 4
Illiteratus imperituſque obtinet munus judicandi inter milites. 365.2 5

*Illuſtris.*

Illuſtris ſi committeret delictum contra alium pariter illuſtrem, tunc condemnaretur à judice ordinario. 386.1.13
Illuſtris licèt non poſſit condemnari inconſulto Principe, poteſt tamen abſolvi. ibid.15
Illuſtres accuſati in judicio, ſedendi locum habeant. 385 2.3
Illuſtres in urbe Conſtantinopolitana accuſandi coram Præfectis urbis & Magiſtris officiorum; ſed ſi adminiſtratione carent, delati dum accuſantur, ſedendi in judicio locum admittentes ſtando reſpondent. ibid.7
Illuſtres non debent condemnari aliqua pœna, niſi conſulto Principe. 386.1.11
Non ſervatur in Gallia. ibid.12
Illuſtribus accuſatis ſedendi jus non adimendum, nec dicendum antequam ad Præfectorum relationem Princeps, aut Imperator reſpondit, & ſeſſionis jus adimi, pœnamque hiſce irrogari juſſit. ibid.9

*Imagines.*

Imagines. 146.1
Imagines Salvatoris noſtri, vel Sanctorum fœdans, & ſpurcans, vel feriens temerario & ſacrilego auſu, pœna mortis puniendus eſt. 105.1.6

*Immò.*

*Immò*, aliquando ponitur copulativè & ampliativè, quando ſcilicet adjungitur dictio *Etiam*. 3.1.14

*Immobilia.*

Immobilia Eccleſiæ in ſolutum non dantur, nec venduntur, niſi ordinatór domus ſcientibus, & conſitentibus capitularibus & collegis, evidenter probet debitum Eccleſiæ liquidum in Eccleſiæ utilitatem converſum. 25.2.2

*Immunitas.*

Immunitas & privilegium Ordinis causâ officij indultum ob ſcientiam, profeſſionem, & artem, competit iis qui artem exercent, non nomine artis nudo utuntur. 14.1.1
Immunitatis Eccleſiaſticæ quando ſimpliciter & abſolutè fit mentio, de immunitate generali eſt intelligendum. 16.1.4
Immunitatis violatæ cognitio, & quævis quæſtio ſuperveniens potiùs ſummorum Pontificum decretis, quàm Imperatorum legibus decidenda eſt. 53 1.2
Immunitates & privilegia Eccleſiarum inconcuſsè obſervari debent. 15.2.4

*Impediens.*

Impediens citari pro citato habetur. 380.1.8

*Impedimentum*

Impedimentum carceris prodeſt læſo per ſententiam ad petendam reſtitutionem in integrum. 322.1.1.2
Limita ut ibid.3.2
Amplia ut ibid.4

*Impenſa.*

Impenſæ factæ gratiâ fructuum fructus minuunt. 24.1.17
Impenſæ utiles non jubentur ſolvi malæ fidei poſſeſſori, ſed ſolùm ei permittitur abradere, ſine læſione ſtatus prioris. 441.1.15
Impenſæ neceſſariæ non poſſunt deduci per malæ fidei poſſeſſorem jure retentionis, ſed implorato tantùm judicis officio. ibid.17
Deduci poſſunt jure retentionis, & oppoſita doli mali exceptione. ibid.18

*Imperator.*

Imperator vocatur Dominus. 1.2.6
An dicatur Dominus mundi. 6.2.8
Imperator eſt conditor, & interpres legum ſolus. 122.1.4
Imperator ſolus, Rex & Princeps poteſt condere legem. ibid. 2.9.
Imperator per peritos legum nova jura concinnans, conſtitutiones, jura ut à ſe poſt Deum inventa publicat. 137.1.7
Imperator inferioris juriſdictionis actum demandans, ſuperioritis, aut concurrentis juriſdictionis demandaſſe officium præſumitur. 150.1.8
Imperator & Princeps concedendo nova privilegia, priora tollere minimè cenſetur, & Princeps in liberalitate potius creſcere, quàm decreſcere præſumitur. 230 2.5
Imperator quando cognoſcat inter pupillos, & viduas, vel miſerabiles perſonas, & ut exhibeatur. 370.1.
Imperatores plures nomine Domini vocari aliis prohibuerunt. 1.2.8
Imperatores duo ſimul, tres, vel quatuor olim fuerunt, & nunc unus primus, nunc alius ſeſe ſubſcribebat. 6.1 4
Imperatores olim omnes in ſuis litteriſe nominabant, nec tamen eodem ordine. 157.1.2
Imperatores Romanis olim purpuream togam, aut chlamydem pro inſigni Regio habuerunt, quam Principes ſalutantes oſculabantur, quo actu ſacram purpuram adorare dicebantur. 231 2.7
Imperatorum poteſtas, & Imperialis dignitas ante Imperij tranſlationem non à Papa, ſed ab ipſo Deo, mediante jure gentium inſtituta fuit. 6.1.6
Imperatoria majeſtas legum emendandarum, & in formam redigendarum habet licentiam. 127.1.3
Imperialis dignitas ab ipſo Deo, mediante jure gentium tradi dicitur. 125.2.24

*Imperitus.*

Imperitus, & illiteratus poteſt obtinere munus judicandi inter milites. 369.2.5

*Imperium.*

Imperium Romanum poſt tranſlationem à Græcis in Germanos à Summo Pontifice haberi dicitur. 125.2.25
Imperium merum verſatur cùm imponitur pœna per quam vita adimitur, vel membrum. 163.1.4
Imperij majeſtas non armis, ac robore humano, ſed precibus ad Deum conſervatur. 125.1.2

*Impetrans.*

Impetrans per obreptionem, vel ſubreptionem non incidit in aliquod ſpecificum criminis nomen. 143.1.4.

*Impetratio.*

Impetrationes. 328.1.

*Impetrator.*

Impetrator mendax careat petitis, & privilegium per mendacium impetratum nulli proſit. 142.2.1.2.3

*In.*

In ſacris parentum ſuorum, ideſt familia, & poteſtate patris 425.1.6

*Incendiarius.*

Incendiarius quas pœnas incurrat, & qualiter ad damna & intereſſe damnum paſſo teneatur, remiſſivè. 475.2.4

*Inceſtus.*

Inceſtum committentes feriarum quiete ſunt indigni. 86.1.4

*Incontinenti.*

Incontinenti fieri dicitur, quod fit paulò antè, vel poſt. 185. 1.5
Incontinenti, ideſt intra triduum. 234.2.4
Incontinenti quod fieri debet, ſatis eſt ſi fiat intra triduum. 345.2.5

*Incorporalia*

Incorporalium quaſi poſſeſſio, poſſeſſio dicitur. 251.25

*Increpatio.*

Increpatio paterno teſtamento inſcripta, filio non infamiæ maculam, ſed apud viros graves irrogat notam injuriæ. 137.2.1.2

*Indebitum.*

Indebitum civiliter tantùm, facti errore, non juris ſolutum, repetitur. 132.2.1.2

*Indeterminatio.*

Indeterminatio eſt reprobata à jure. 39.1.13

*Indicium.*

Indicium quodlibet duobus probatur teſtibus. 488.1.24
Indicia perſpicua quæ ſint. 267.2.6
Proponitur mens Auctoris. ibid.7.
Indicia arguentia verum dolum qualia eſſe debeant. ibid.8

*Indictio.*

Indictio quid ſit. 166.1.4
Indictionibus veteres uti ſolebant. 4.1.10

*Inducia.*

Induciæ in delictorum cognitionibus partibus ad novem menſes extendi, ac prorogari poſſunt. 376.2 9

*Infamia.*

Infamia facti non repellit à teſtimonio. Vide *Teſtis*, & *Teſtimonium*.
Infamia quibus ex cauſis irrogetur. 237.1
Infamia irrogatur ex crimine privato, nempè furti, vi bonorum raptorum, & injuriarum. ibid 2.2.
Infamia non ex genere pœnæ, ſed per ſententiam infertur. 336. 2.1 ibid.4
Infamia ab ordine Decurionum repellit.

# Index Rerum,


*Infamis.*

Infamis non potest esse Amanuensis, seu Notarius Principis, qui vulgò Secretarius dicitur. 231.1.10

Infamis potest hæres instituì. 398.2.5

Infamis, & turpis persona, si occasione mortis depravati, seu turpis modi vivendi devenerit ad meliorem frugem, ducendo honestam vitam, desinit esse talis, perindeque habetur, ac si non deliquisset, ex quo non poterit exhæredari. 407.2.32

Infames sunt omnes qui Christianæ legis normam abjiciunt. 6.1.5

*Infans.*

Infans odio patris sui non potest exhæredari quoad justitiam rectitudinemque exhæredationis, sicque quoad impediendam testamenti rescissionē, excludendamque querelam inofficiosi. 417.1.12

Infantis expositi educatio non tribuit jus succedendi infanti, nec id successoribus legitimis aufert. 92.2.2

Infantes expositos tollentes, & educantes, propter alimenta non acquirunt jus dominicæ potestatis. ibid.1

*Ingenuus.*

Ingenuum rebaptizans testamenti factionem amittit. 102.2.2

Ingenuum, aut servum cogens, aut malitiosè ad apostasiam seducens, vitam & bona amittit. 104.2.1.2

Ingenuos, aut servos legitimè baptizatos nullus impunè quoquo titulo ad se pertractos rebaptizabit. 102.2.1

*Ingratitudo.*

Ingratitudo præterita, cujus causa filius profitens exhæredari poterat, non deletur per Religionis professionem. 83.1.19

Ingratitudo non excludit ab intestato illum cui jus succedendi debetur. 410.2.16

Ingratitudinis causa adeò est exprimenda in exhæredatione, quam fecit testator, quod si non exprimatur, redditur testamentum nullum, licèt filium fuisse ingratum patri constet. ibid.17

*Ingratus.*

Ingratus filius potest exhæredari à parente, dummodo ille vivens ingratitudinis causam exprimat, & opponat, sublata omnino hæredi facultate querimoniæ. 410.2.18

*Ingressus.*

Ingressi monasteria in hoc text. dicuntur cum effectu, sequuta scilicet professione. 17.1.3

*Inhabilis.*

Inhabiles ad testandum non censentur per hanc legem inhabilitati ad testandum ad pias causas. 10.1.7

*Inimicitia, & Inimicus.*

Inimicitia finita repellit ab accusando. 479.1.4

Inimicus meus dicitur ille, qui inimici mei familiaritate utitur, eique amicus est. 408.2.8

Inimicus olim, talis hodie præsumitur. 479.1.7

*Initium.*

Initium bonum sequitur ex invocatione divini Nominis. 1.2.3

*Injuria.*

Injuria facta Clerico, ac Sacerdoti dicitur atrox. 52.1.4

Injuria facta Clerico censetur etiam facta Episcopo & Ecclesiæ. ibid.5

*Inquilinus.*

Inquilinus rerum Principis in causa civili, vel criminali convenitur coram Procuratore. 389.1.1

*Insignia.*

Insignia Regia alium quàm ipsummet Regem portare, eisque uti nec licet, nec decens est. 145.1.2

Insignia, & dignitatis officium nullus cum oppressione innocentium exercebit. 157.1,3

Insignia Regis, aut Principis rei suæ applicans, rem ad Regem, vel Principem transtulisse videtur. 251.2.1

Insignia imposita rei meæ sine judicis auctoritate, licet mihi propria auctoritate removere. 252.2.1

Insigniorum & armorum delatione conservatio domus ac familiæ institutoris inducitur. ibid.4

Vide *Titulus.*

*Insinuatio.*

Insinuatio non exigitur in Principum donationibus. 35.1.2

Insinuatio & publicatio testamentorum in urbe coram magistratu censuum, non coram Clericis facienda est. 74.2.1.2

Insinuatio donationis potest fieri diebus feriatis. 364.2.9

*Insipiens.*

Insipientium quoque consilium petendum. 157.1.6

*Instantia.*

Instantia perempta, & lata sententia ab observatione judicij non pereunt effectus inducti per litis contestationem. 275.1.3

Instantia non currit actori, si reus subterfugiens causam trahat, ac protelet. 320.1.3

Instantia triennalis locum habet etiam in causis summariis. 337.2.5

In causis executionis. ibid.6

In civilibus, in quibus proceditur per officium judicis. ibid.7

Non verò in Consistorio Principis, quando scilicet ventilatur coram Principe, quia coram eo instantia est perpetua, & nunquam perit. 338.1.8

Etiam quando causa est Principi referenda. ibid.9

Nec in judici habente liberum arbitrium in procedendo. ibid.10

Secus quando judex habet liberum arbitrium solùm in sententiando. ibid.11

Nec de jure Canonico, quia illo attento instantia est perpetua. ibid.12

Hodie ex dispositione Concilij Tridentini omnes causæ Ecclesiasticæ intra biennium sunt terminandæ, & de jure civili etiam biennio finiuntur. ibid.

Instantia à contestatione litis incipit. 338.2.16

Declara ut ibid.17

Instantia triennij apud omnes judices, tam ordinarios, quàm delegatos servanda est. ibid.18

Etiam ab arbitris. ibid.19

Non verò ab arbitratore, quia coram eo non habet locum instantia. ibid.20

Instantia perempta, latáque sententia, ab observatione judici non pereunt effectus inducti per litis contestationem. 339.1.31

Instantiæ triennium nec de consensu partium prorogari potest. 358.2.22

Instantiæ tempus præscriptum à Justiniano, currit minoribus. 340.2.59

*Institutio.*

Institutio generalis pauperum, quos Titius voluerit, an sit valida. 60.1.3

Institutionis tenor ante omnia attendendus est. 496.2.2

Institutiones Justiniani prosunt incipientibus juri operam dare. 125.2.19

Institutiones. 128.1.49

Vide *Legata.*

Institutionum compositio quibus injuncta. 127.1.20

*Institutus.*

Institutus si solvat totum, vel pro portione hæreditaria, semper animo hæredis solvisse videtur, & ex hoc indicitur aditio pro hærede. 397.1.10

Limita ut ibid.11

Distingue ut ibid.12

*Instrumentum.*

Instrumentum faciens mentionem de alio, non probat id, de quo facit mentionem, nisi illud aliud edatur. 376.2.3

Instrumenti sensum, non autem verba inferere precibus satis est. 138.2.2

Instrumenti pars sola edi, & ostendi debet. Vide *Editio*, *Reus*, *Actor.*

Instrumenta duo si reperiuntur in eodem libro, vel charta conscripta, id priùs factum præsumitur, quod primò scriptum est. 2.2.8

Instrumenta communia fisco & privatis, fiscus tenetur edere. 176.1.1

Instrumenta communia custodiri debent apud seniorem & digniorem in familia. ibid.2

Instrumenta rationum meliùs inveniri in loco administrationis, & in negotiorum gestore. 382.1.3

Instrumenta violenter rapieus, criminaliter accusari potest. 502.2.1

Quod civiliter. ibid.2

Contra non exhibentem Instrumenta juratur in litem. ibid.1.2

Quid si probatum, instrumenta fuisse apud adversarium ab initio litis. ibid.3

Amplia ut ibid.5

Instrumentorum exhibitio petita à judice cum causæ cognitione decernitur. 173.2.2

Instrumentorum communium custodia uni ex fratribus per judicem assignanda. 494.2.1

Instrumenta communia quod debent esse apud digniorem, vel antiquiorem, remissivè. ibid.2

*Intellectus.*

Intellectus divinatorius in dotis causa vitandus est. 487.1.3

*Intentio.*

Intentionis suæ fundamenta probare quilibet tenetur. 175.2.7

*Interficiens.*

Interficiens alienum animal in suo fundo, aut ei aliud malum inferens, tenetur compensare damnum ita datum, cum accepto ex tali animali; si verò quod ipse dat acceptum superet, tenetur domino animalis de incremento. 477.1.5

*Interitus.*

Interitus rei semper imputatur morosò, etiam absque ejus culpa contingens. 260.2.2

Interitus periculum fert & sustinet fur, item metum inferens. ibid.1

de Interitu rei plura. ibid.3,& seq.

de Interitu rei quinam teneantur, vel non, remissivè. ibid.6

*Interloquutiones.*

Interloquutiones Imperiales extra casum specificum vim legis generalis

generalis contra reſcripta privatis conceſſa non habent. 117.2.2

*Interpretatio.*

Interpretatio privilegij ſpectat ad concedentem. 123.1.12
Interpretationes legibus adverſæ ut prohibitæ ac omiſſæ per Imperatorem vitandæ ſunt, expreſſa, quaſi ex legis voluntate colligendæ. 118.2.4
Interpretationes pro conciliatione juris ex jure antiquo deſumi poſſunt, admonitionis, non corrigendi novi juris cauſâ. 125.2.21

*Interpretor.*

Interpretari ejus eſt, cujus eſt condere. 122.2.11

*Interrogo.*

Interrogari quis non debet amplius de eo, quod ſemel declaravit. 331.2.4

*Inteſtatus.*

Inteſtatorum bona inter liberos æqualiter dividenda ſunt. 480.2.1.2

*Inventarium*

Inventarium caput omnium rationum dicitur. 66.1.5

*Inventus.*

Inventus non dicitur, niſi qui eſt inventus; & captus. Vide *Carcer, Reus.*

*Inveſtitura.*

Inveſtitura conceſſa filiis poſt lineam finitam cenſetur renovatio, non autem nova conceſſio, etiam quod in renovatione ſit dictum, *& de novo concedimus.* 30.1.6

*Invitus.*

Invitus nemo ex Eccleſia extrahendus. 113.1.1.2
Invitus nemo agere, vel accuſare tenetur. 351.2.1.2

*Ioannes.*

Ioannes Tempes Gallus vixit 335. annos. 39.2.18

*Ioculator.*

Ioculatores ludentes in ſcenis ſunt infames 239.1.3
Intellige ut ibid.4

*Iracundia.*

Iracundiæ calore dicta, vel facta, irrita ſunt, & nulla. 177.2.3

*Iſauri.*

Iſauri piratæ inſignes. 364.2.5

*Iudæus.*

Iudæus ſervum Chriſtianum invitum in ſervitio non detinet. 83.1.21
Iudæus ſi Chriſtianum mancipium poſſidet, mancipium illud manet liberum, idemque de Mahometanis, qui tunc temporis nec paganorum, nec hæreticorum nomine comprehendebantur. ibid.25
Iudæus, vel paganus, vel hæreticus ſi ſervum Chriſtianum quocunque titulo poſſideat, eo ipſo ſervus ille libertatem conſequitur. ibid.2.26
Iudæus contra Iudæum non prohibetur eſſe teſtis. 101.1.6
Iudæus ſub metu capitalis ſupplicij Chriſtianæ mulieri, nec mulier Chriſtiana Iudæo matrimonialiter ſe copulare poteſt. 106.1.1.2
Iudæus extra matrimonium cognoſcens Chriſtianam, non pœna mortis, ſed alia mitiori plectendus eſt arbitrio judicis. ibid 5
procedit in Iudæo carnaliter cognoſcente mulierem inhoneſtam, & meretricem. ibid.6
Iudæus actor, vel reus forum & judicem ſequuntur Chriſtianum. 108.1.1.2.3
Iudæus ſervum Chriſtianum non habebit, & ob hujus circumciſionem ultra ſervi amiſſionem capitale ſupplicium non evadet 109.2.1.2
Iudæus, ſeu Maurus non poteſt eſſe Advocatus pro Chriſtiano. 122.2.4
Iudæo nec ſervi æſtimatio ſolvenda eſt. 109.2.3
Iudæi tolerantur, non verò hæretici, quia fides Iudæorum habet primordium veritatis. 7.2.8
Iudæi ſervos à profeſſione Catholicæ fidei non impedient, & profeſſurus ſervus Catholicam fidem, miſſo Iudæi miniſterio liber fit. 83.1.22
Iudæi 105.2
Qui ſint. ibid.21
Iudæi nil capiunt ex teſtamento Chriſtiani. ibid 3
Iudæi ad curialia munera amplius non admittendi. 106.1.1.2
Iudæi converſos ad Chriſtianam fidem lædentes, & atrocibus injuriis afficientes, ignis ſupplicium promerentur. 105.2.1 2.3
Iudæi ſuis titulis utuntur. 106.1.3
Iudæi habent ea quæ ſunt civium Romanorum, & coram judice Chriſtiano litigare tenentur. 107.1.1
Iudæi ad cauſas cinacæremonias, ac ritus eorum, judices non habent Hebræos. ibid.2
Iudæi legibus Romanorum ligantur, & propterea jure communi utuntur, judicanturque & puniuntur ſecundùm Imperialia, & civilia jura. ibid.3
Intellige ut ibid.4
Iudæi ſi haberent duas uxores, punirentur ſicut Chriſtiani, qui in id crimen incurriſſent. 106.2.2
Niſi primam repudiaſſent, quod facere licet Iudæis ex lege Moyſis. ibid.3
Iudæi Curiæ obnoxij comprobati, Curiæ ſunt mancipandi. 107.2.1
Iudæi non poſſunt cogi ad vendendum aliter ac Chriſtiani, cuique res ſuæ commitendæ. ibid 1.2
Iudæi non conveniunt alios in Sabbato, nec conveniuntur. 107. & ſeq 2.1.2
Iudæi celebrantes ſuaſolemnia in contemptum Chriſtianæ fidei nihil agent. ibid.1
Et in permiſſis illicita ſectantes perdunt privilegia. ibid.2
Iudæi delinquentes puniendi ſunt, ſi Crucis ſigno utantur, & illud immiſceant in jocis, ſolemnitatibus & ſuperſtitionibus eorum. ibid.4
Iudæi permittuntur ſervare eorum ritus, modò non ſint in vilipendium Chriſtianæ reipubl. ibid.5
Iudæi privilegiis domicilij, & converſationis cum Chriſtianis modeſtè abſque inſolentia fruantur 108.1.8
Iudæi in civitatibus tolerari poſſunt cum eorum ritibus, & Synagogis. ibid.3
Iudæi committentes homicidium puniuntur ſicut Chriſtiani. ibid.5
Iudæi Chriſtianum circumcidentis bona publicanda. 108 2.1.8
Iudæi contra Chriſtianos officia honoreſque publicos impetrare, ac exercere non debent. 109.1.1
Iudæi dignitates ac honores novaſque Synagogarum fabricas contra imperiales ſanctiones impetrantes, in pœnam 50. librarum incidunt, aliquando publicationem bonorum, ſanguiniſque pœnam luunt. ibid.3
Iudæi apud Chriſtianos honorem, dignitatem, vel adminiſtrationem aliquam habere non poſſunt. ibid.4
Intellige de dignitatibus publicis, non autem privatis. ibid. 5.6.
Iudæi novas Synagogas fabricare prohibentur, & ſine licentia facere attrectantes, pœna librarum 50. auri puniuntur, vel publicantur eorum bona, & etiam aliquando pœna ſanguinis plectuntur. ibid.7
Iudæi ſolvunt magnas collectas Principibus, ut inhabitare permittantur terras Chriſtianorum. 108.2.7
Iudæi ſi Chriſtianum teneant mancipium, ſervus ille liber confeſtim fit, nullo dato pretio. 109.2.4
Iudæi licèt non poſſint de novo facere Synagogam, tamen illis antiquam reædificare permittitur. ibid.1.9
Iudæi & Pagani bonis ſuis ſine cauſa privari non poſſunt. 111.1.4
Iudæi confugientes ad Eccleſias non citiùs ſperatam immunitatem conſequuntur, quin debita univerſa ſolverint, aut criminis ſuſpicione ſe purgaverint. 111.1.1.
Iudæi eccleſiaſtica immunitate indigni. ibid.2
Opinio verior. ibid.3
Declara ut ibid.4
Contrarium. ibid.5
Iudæorum bonis Chriſtiani non ſtatuant pretia. 107.1.3
Iudæorum primates canonem imperiali fiſco debitum colligent eundemque perſolvent. 108.1.1
Iudæorum primates, de Rabinis. ibid.3
Iudæis plures uxores uno tempore habere interdicitur. 106.2.5
Iudæos invadere, eorumque bona occupare non licet. 108 1.1
Iudæos quietè viventes ex laſcivia turbantes, eorumque bona diripientes, cum ablata re duplum reſtituant. 111.1.2

*Iudex.*

Iudex & rabellio poteſt quis eſſe in minimis cauſis. 2.5.1.29
Iudex mittit notarium ad Epiſcoporum domus, ſi eos examinari contingeret. 48.1.1
Iudex domicilij an poſſit per proprios nuntios & miniſtros citare ſuos ſubditos exiſtentes in territorio alieno. 68.1.21
Iudex ſecularis remittens Clericum ad judicem eccleſiaſticum, non minus præmium acquirit, quàm Sacedos ſacrificium offerens Altari. ibid.2.2
Iudex ſi condemnat tres in centum ex eodem delicto, unuſquiſque cenſetur condemnatus pro portione virili. ibid.4
Iudex ſecularis an poſſit Clericos criminum reos abſolvere, licèt non poſſit condemnare. 69.1.4
Iudex poſt ſententiam diffinitivam latam contra reum debet ei mittere Sacerdotem, vel Religioſum, ut confiteatur peccata ſua, & dare ſibi aliquod tempus ut poſſit providere ea, quæ ad conſcientiam & animam ſuam faciunt. 87.1.4
Iudex prorogatus non poteſt ſuam ſententiam exequi, ſed executio debet fieri per ordinarium competentem. 89.1.5
Iudex Clericorum in urbe Conſtantionpolitana quis. 91.1.1
Iudex qui in cauſis criminalibus minorem pœnam imponit, quàm de jure imponere debet, punire debet eadem pœna, qua reus puniendus erat. 102.2.6 7
Iudex qui non vindicat delicta, eadem pœna tenetur, qua delinquentes puniri debuerant. 110.1.4
Iudex ſecularis poteſt de exceptione excommunicationis coram ipſo oppoſita incidenter cognoſcere. 128.2.8
Iudex impediens ſubreptitij reſcripti deductionem, ac probationem,

tionem, decem auri libris mulctatur. 142.1.1
Iudex executionis super subreptione, & obreptione cognoscere potest. ibid.1.2
Intellige ut ibid.2.3
Iudex, seu officialis negligens in faciendo justitiam, seu aliàs, an & quomodo puniatur, seu teneatur tam civiliter, quàm criminaliter. 147.2.2
Iudex an, & quando possit cognoscere ratione incidentiæ, & connexitatis, remissivè. 156 1.2
Iudex minor majorem punire potest, si delinquat in ejus territorio. 157.1.2
Iudex inferior veritatem investigando, injuriam majori non inferr. ibid.1.2
Iudex præsumitur rectè officium suum exequi. 159.1.2
Iudex militatis quis Calvino. ibid.2.2
Iudex qui mulierem honestam contra juris dispositionem carcerari jubet, capitaliter puniendus est. 161.1.9
Secus de jure Authenticorum. ibid.10
Iudex ex causa idonea ad flagitiorum inquisitionem torturæ subjici potest. 165.1.3
Iudex & Advocatus nemo simul esse potest sine corruptionis crimine 166 2.3
Iudex nullus esse potest in ea causa, in qua fuit Advocatus. ibid.10
Iudex finito officio, emere & contrahere poterit, & contractus valebit, quamvis statim finito officio contrahat, nisi legitima præsumptio concurrat, quod adhuc ratio prohibitionis duret. 169.1.18
Iudex non potest emere mobilia bona durante officio in provincia quam gubernat. ibid.32
Iudex delegatus an habeat jus mulctandi, remissivè. 170.1.2
Iudex minimè connivebit, ut Advocati negotio principali relicto, in adversarij contumaciam palàm, aut fundole pergant. 221.1.4
Iudex & Advocatus esse nemo potest eodem tempore. ibid. 2.12
Iudex etiam finito officio judex dicitur in memoriam pristinæ dignitatis. 229.2.4
Iudex ea, quæ de jure sunt, supplere potest. 235.1.1.2
Iudex qui ex causa à pœna legis divertit, tenetur talem causam in ipsamet sententia exprimere. 235.1.5
Iudex certam pœnam à jure præscriptam imponere necessariò tenetur. ibid.2.7
Sine causa non potest minuere, vel augere pœnas statutas à jure. ibid.8
Iudex si in judicio aliquem comprehendendo illi diceret, ut meliùs viveret, aut Advocato & Procuratori, ut deinceps caverent ab aliquem calumniosè accusando, facti infamia illos infames reddit 238.2.3
Iudex inferior non potest se intromittere ad cognoscendum de viribus sententiæ superioris, & maximè delegari à Principe, sed solus Princeps cognoscit. 277 2.5
Iudex in notoriis supplet absque alia allegatione, si petatur. 303.1.2
Iudex potest ex officio in quacunque parte judicij repellere agentem sine actione. 331.1.26
Iudex qui non est competens in causa status, de tali causa incidenter potest cognoscere. 33 1.1.2
Secus quando non solùm est incompetens, sed etiam incapax causæ incidentis. ibid.3
Iudex circunstantias facti, & processus qualitatem plena inquisitione discutiat. 335.2.3
Et utramque partem plenè audiat. ibid.4
Iudex alterius territorij non potest mittere executioni sententiam ab alio judice latam, nisi ad litteras, & requisitionem judicis qui eam tulit. 339 2.39
Iudex an teneatur condemnare victum in expensas non petitas, remissivè. 340.1.49
Iudex si non condemnavit victum in expensis, ex suo tenetur eas solvere debitori. Intellige quando victor in libello petiit ut condemnatio fieret in expensis. ibid.50
Iudex protelans per sordes & gratiam lites, & justitiam denegans, pro qualitate officij interdum 10. auri, aliquando tribus libris punitur. ibid.51
Iudex debet prius taxare expensarum quantitatem, & postea jubere partem jurare, quod illas ex suo expendit, & tunc in illis condemnabit. 342.2.3
Iudex quicunque delegatus, etiam à Principe, potest ut suspectus recusari. 343.2.9
Iudex ordinarius non potest recusari ut suspectus. ibid.2.1.5
Iudex quando recusatur ut suspectus, de jure civili causa in recusatione nec allegari debet, nec etiam probari 344. 1.17
Contrarium. ibid.18
Iudex suspectus recusari potest non solùm à reo, sed etiam ab actore ibid.19
Iudex nuncium habens potest constituere quem vult ad citandum. 345.1.3
Iudex qui alioquin nullam in testem jurisdictionem habet, potest ipsum punire qui varius est, aut falsum dicit in testimonio coram se. 346 2.7
Iudex negligens in administranda justitia potest & debet revocari ab officio. ibid.9
Et quando, & quomodo puniendus, vel officialis negligens in faciendo justitiam, seu aliàs, remissivè. ibid.10
Iudex delegatus, tam causæ particularis, quàm etiam datus ad universitatem causarum, non potest imponere mulctam. ibid.11
Iudex delegatus quis esse potest in sua provincia. 348.1.4
Iudex privatus non judicet in propria causa. 349.1.1.2
Quando scilicet causa ita est sua, ut in ea proprium protendat commodum. ibid.3
Secus in Principe non recognoscente superiorem, putà summo Pontifice, Imperatore, Rege, seu alio Principe, vel civitate superiorem non recognoscente. ibid.4
Vel in iis quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, non autem quæ contentiosæ. 350.1.5
Vel in arbitratore. ibid.6
Vel Episcopo in causis suæ Ecclesiæ, non verò in personalibus. ibid.7
Declara ut ibid.8
Vel quando extaret consuetudo quod posset esse judex in facto proprio. ibid.9
Vel quando persona judicis esset talis qualitatis, quod omnis suspicio verisimiliter cessaret. ibid.10
Vel in facto notorio. ibid.11
Vel quando offensio facta fuit judici prætextu dignitatis, secus si ratione odij particularis. ibid.12
Vel si non opponatur à parte. ibid.2 14
Iudex an possit cogere offensum ut accuset de homicidio 351. 1.5
Iudex potest statuere & mandare, ut prætendentes aliquid contra me agant petantque infra certum tempus, hoc adjecto, eos alioquin non esse audiendos 352.1.7
Iudex delegatus dicitur judex extrordinarius. 358.2.2
Iudex tacitè pronuntiasse dicitur, interlocutusque fuisse, cum processerit ad ulteriora. 360.1.2
Iudex inquirere potest ex officio valorem rei, etiam post conclusum in causa. ibid.3
Iudex incompetens partium consensu, ac prorogatione, non obstante impedimento incompetentiæ, judicat. 366 1.1
Iudex, qui habebat limitatam jurisdictionem ad causas certæ qualitatis, potest ex prorogatione cognoscere de causis diversæ qualitatis. ibid.4
Proponitur opinio Authoris. ibid. 5
Iudex punire potest illum, qui citavit coram se compariturum eum, qui erat sub alterius jurisdictione, etiamsi jurisdictio cum effectu non fuerit impedita. 369.1.4
Iudex requisitus cautus sit, ut videat an judex requirens sit competens, & habuerit potestatem. ibid.6
Iudex domicilij delinquentis, vel originis, si cupit cognoscere de delicto per subditum alibi commisso, tunc non tenebitur remittere ad forum delicti, nisi sit res integra. 375. 1.9
Iudex requisitus pro remissione delinquentis, an debeat cognoscere quod deliquerit, antequam remittat. ibid.11
Iudex domicilij, seu originis an cognoscere possit de delicto commisso per suum subditum extra suum territorium, an verò teneatur illum remittere ad judicem loci, remissivè. ibid.2 5
Iudex competens manutentionis est ille, in cujus territorio res est, vel turbatio contingit, seu fieri dubitatur. 377.1.3
Etiam quando possessio sita est in confinio duorum territoriorum, atque diœcesum. ibid.4
Iudex loci competens quis reputari debeat. 380.2.8
Iudex secularis an competens sit adversùs Clericos circa pœnarum condemnationem, exactionemque, quando ipsorum pecora damnum dederunt in fructibus, vel in pascuis vetitis fuerunt inventa. 477.1.6
Iudex aditus super hæreditate dividenda, de privilegiatis cognoscit, & ea, cui debentur adjudicat. 379.2.2
Iudex in divisione defuncti voluntatem sequetur, etiam non solemnem. 482.2.1
Iudex divisionem instituet per assignationem partium, & possessionum diversarum, 490.1.1.2
Iudex non patiatur litigantes ad invicem rationes perpendere, teneaturque Procuratorum, Advocatorum, ac partium clamosam garrulitatem reprimere. 499.2.2
de Iudicis Præfecto subditi injuria, seu injustitia cognoscit Præfectus. 148.1.1
Iudici, aut ejus executoribus resistere minimè licitum. 88. 1.7
Secus quando judex procederet juris ordine non servato. ibid.8
Aut quando judex voluisset exequi sententiam nullam. ibid.9
Aut quando officiales & executores excederent modum suæ executionis. ibid.10
Vel quando judex de facto vellet suam exequi sententiam. ibid.11

Iudici fieri potest donatio remuneratoria, si merita officium præcessisse probetur. 169.1.25
Iudicem cuncta rimari, & partem utraque plenè audire convenit. 335.2.1
Iudicem quem quis elegit, recusare non potest. 354 2.8
Nisi tempore impetrationis impetrans suspicionis causam ignorasset, quando ignorantia fuit probabilis, aliàs secus. ibid 9
Iudice invito litem protelare nemo potest. 337.2.3
sub Iudice suspecto litigare durum. 343.1.8
Iudices ad alienationes rerum Ecclesiæ vetitas, contractusque illicitos authoritatem interponentes cum bonorum publicatione officia amittunt. 25.1.28
Iudices seculares Regiaque tribunalia cognoscere possunt etiam privativè ad Iudices Ecclesiasticos de causis decimarum & tertiarum, quæ ex gratia, & concessione Romanorum Pont. ad Principes seculares pertinent. 44.2.6
Iudices omnes ex Iustiniani præcepto secundùm Iustiniani leges judicabunt. 127 2.45
Iudices delegari, sive per litteras dati, cognoscunt an sua sit jurisdictio, & pronuntiant super exceptionibus sui fori declinatoriis, & incompetentiæ sicut judices ordinarij. 142. 1.6
Amplia etiamsi ex tali pronuntatione judices aliquod interesse prætendant. ibid.7
Iudices quando moveri possint. 147.2.1
Iudices avaritiam & cupiditatem vitent in Africa, & immunes sint ab omni violentia. 147.2.5
Iudices diœceseos Africanæ pro codicillis & chartulis ultra sex solidos nil accipiant. ibid.8
Iudices vigilantes ac justi laudibus publicis licitè honorantur: malefici autem, & negligentes accusationis notam non evitant. 156.2.1
Iudices recti in officio se bene gerentes collaudandi sunt. ibid 3
Injusti verò culpandi. ibid.1
Iudices in provincia Præfectianis Palatinis, vel militibus ad justitiam litigatorum executionem non deferent, nec donabunt. 157.2.1
Iudices omnes, tam civiles, quàm militares, post administrationem depositam per 50. dies in civitatibus, vel certis locis permaneant. 161.2
Iudices controversias super syndicatu moras intra 20. dies postquam ortæ fuerint, terminabunt. 162.1.8
Illas præfinito 20. dierum spatio non terminantes, libris 30. auri mulctentur. ibid 9
Iudices finito officio domesticos suos accusatos exhibere tenentur. 165.2.1
Iudices ad provinciam sibi commissam Cancellarios & domesticos secum non ducunt. ibid.1.1
Iudices illustres Consiliarios sibi semel probatos absque novo examine adjungere vicissim possunt. 166.11
Iudices ob nimiam subtilitatem scrupulosi, remissivè, ibid. 2.15
Iudices durante officio, in provincia in qua gubernant, emere, aut alium contractum facere non possunt. 168.1.6
Etiam per interpositam personam. ibid.7
Nec ipsorum domestici & familiares. ibid.8
Sive judices sint de majoribus, sive de minoribus. ibid.9
Nec etiam perpetui. ibid.10
Procedit ista conclusio non solùm in contractu emptionis, sed etiam in aliis contractibus. ibid.11
Etsi judices palam & bona fide emant, & cùm auctoritate alterius administratoris, vel judicis. 168.2.12
Secus in judicibus perpetuis, quibus à subditis in provincia sua emere licet, oppressione cessante. ibid.13
In judicibus item originariis, quibus etsi sint temporales, & subditis emere, & cum eis contrahere licet. ibid.14
Et in officialibus, qui non habent jurisdictionem. ibid 15
Iudices cum non subditis suæ jurisdictioni contrahere possunt, & ab eis fundos emere. ibid.18
Possunt emere in provincia quæ sunt necessaria ad victum, & vestitum quotidianum, ad sui, & suorum sustentationem. ibid.19
Item ritè emunt, & contrahunt cum licentia sui Principis. ibid.20
Et res quæ fuerunt majorum suorum. ibid.21
Item res paternas quæ fuerunt confiscatæ. ibid 22
Et demùm rem sui patrimonij vel generis, aliis venditam possunt ab eis retrahere. ibid.25
Iudices in territorio suæ jurisdictionis possunt sibi subditis rem sui patrimonij vendere, & donare. 169.1.20
Item pignus accipere pro securitate contractus celebrati ante officium. ibid.30
Iudices & magistratus debent esse juris periti. 218 1.3
Iudices, aut correctores Advocati officio uti non possunt intra suum territorium. 224.1.3
Iudices & magistratus, qui Principi inserviunt, quotannis summam aliquam in arca reponant, quâ vel suæ senectuti, vel posteritati consulant. 232.2.12
Iudices se justè judicaturos jurabunt, & memores sint divini judicij, cui se non subducent. 341.1.1.2
Tenentur judicare secundùm veritatem. ibid.3
Veritatis amatores sint. ibid.4
Iudices majores hodie jurant quod judicabunt secundùm quod melius visum fuerit, & justius: minores, se judicaturos secundùm leges, remissivè. ibid.2.1.2
Iudices non condemnantes contumaces in expensas, ex propria substantia partibus obedientibus facta detrimenta resarcient. ibid 2.2
Tam pedanei, quàm superiores Iudices requisiti super expensis judicabunt. 342.1.3
Iudices delegati ante litem inchoatam recusari possunt, porrecto suspicionis libello. 343.1.1
Iudices non debent esse juris periti 344.2.4
Iudices inferiorum non possunt indicere mulctas, nisi usque ad summas sex solidorum pro defensione suæ jurisdictionis. 346. 1.4
Iudices pedanei. ibid.2
Iudices delegati judicare debent de qua causa cognoverint, nec possunt remittere ad delegantem, ab iisque appellari potest 348.1.1
Iudices qui dare darive possint. ibid.2
Iudices delegati si impediantur, causa vel per Ordinarium est expedienda, aut alij deleganda. ibid.1.1
Iudices pedanei erant, qui humiliora negotia judicabant sibi à Principe demandata. ibid.3
Iudices fiscales non recipiunt sportulas pro cognitione & expeditione causarum, ex quo salariati de publico. 388. 1.5
Iudicibus secularibus, & magistratibus delinquentes in Ecclesia perquirere prohibitum. 115 2.26
Iudicibus legari, & relinqui per ultimam voluntatem potest 169.1.24
Iudicibus an liceat contrahere matrimonium cum subditis. ibid.31

*Iudicium.*

Iudicium centumvirale pro querela inofficiosi, & hæreditatis petitione. 437.1.6
Iudicium familiæ erciscundæ datur, si nondum inter cohæredem illud redditum sit, alioquin negotiorum gestorum tantùm competit. 255.1.4
Iudicium tunc cœptum esse dicitur, quando est facta contestatio litis. 357.1 26.
Iudicium agitatum cum pupillo sine tutoris auctoritate est nullum. 277 1.4
Iudicium est nullum quando fuit agitatum cum tutore, qui non fecit solemnia. 300.2.3
Iudicium rescindens, & rescissorium, remissivè. 324.1.3
Iudicium patris agnoscens amittit querelam inofficiosæ donationis. 430.2.1.2
Iudicium non consistit cum servis. 334.2.1.2
Iudicium restitutionis in integrum non extinguitur per mortem rei, sed ad hæredem transit. 270.2.1.2
Iudicium cum minus legitimo tutore tenet inter avum & nepotem in ejus potestate constituturum, ratione dubitationis. 434.1.1
Iudicium unum non suspendit aliud. 498 2.5
Iudicium finium regundorum datur etiam pro re modica, & vili cespite. ibid.2.2
Iudicium civile cum servo non consistit, sed cum domino est coagendum. 501.1.1
Iudicij ordo inspiciendus, & attendendus in respicientibus ordinem & formam judiciorum, ubi fit executio. 61.1 10
in Iudicio divisorio familiæ erciscundæ totum pendet ab officio judicis & ejus arbitrio. 490.2 7.10.11
in Iudicio familiæ erciscundæ habetur ratio fideicommissorum & delegatorum. 479.2.1.3
Iudicia. 332

*Iudico.*

Iudicare certas causas, nequiens nequit etiam facere statuta super modo procedendi, & decidendi causas eadem. 348. 2.3
Iudicare, & jus dicere in quo differant. 350.2.15

*Iuramentum.*

Iuramentum an desideret tactum alicujus rei sacræ, vel Evangeliorum. 49.1.5
Iuramentum præstitum super actu nullo contra prohibitionem legis non valet. 119.2.16
Iuramentum adjectum transactioni de non contraveniendo, facit valere transactionem omni meliori modo, quo potest. 211.1 8
Iuramentum moræ emendationem impedit. 215 1.36
Iuramentum ut vim habeat confirmandi contractus nihil attinet ut per minorem ipsum præstetur, sed satis est si per Procuratorem cum speciali mandato jurandi, dummodo in ea commissione interveniat juramentum minoris. 281 2.15

Si verò minor in contractibus, seu conventionibus per illum juratis fuerit enormissimè læsus, poterit restitutionem petere adversus contractus, etiamsi læsioni hujusmodi renuntiaverit. ibid.16

Satis etiam est, quod juramentum præstetur in ipso contractu, aut ante, vel post 283.1.26

Iuramentum interponere in contractibus sub gravissimis pœnis interdictum. 282 2.20

Etiam in quasi contractibus. ibid.21

Limita tamen ut ibid.22

Opinionem aliorum vide. ibid 23

Iuramentum per vim, aut metum extortum obligat, relaxationéque indiget. 283.1.24

Iuramentum nunquam defertur in supplementum probationis, cùm id, quod quis vult probare, non est verisimile. 307 1 6

Deferri potest plenissimè probanti in supplementum probationis. ibid.7

Iuramentum in qualibet lite præstandum. 329.1.3

Intellige ut ibid.4

In principio litis, & ante illam contestatam præstari debet. ibid.5

Sufficit fieri incontinenti parum post illam. ibid.6

Iuramentum calumniæ in omnibus litibus præstandum. 330. 1.2

Præstandum est lite contestata. ibid.3

Iuramentum calumniæ pro publica utilitate, & litium minuendarum causâ introductum, ad instar doli futuri per partes non remittitur. ibid 2 15.16

Iuramentum calumniæ statuto tolli non potest. 331.1.17

Nec consuetudine. ibid. 18

Nec præscripto Principis, nisi expressis verbis deroget. ibid.19

Iuramentum calumniæ per principales præstatur ad suspicionem judicis pecuniâ corrupti tollendam. 33.12 1

Iuramentum oblatum ratione litium pendentium in sacro Consistorio, in præsentia Senatus præstandum est. ibid 2

Iuramentum calumniæ ad exclusionem probationis non necessariæ inventum præstandum est. ibid.2.1

Semel præstitum iterum præstandum non est. ibid.2

Iuramento contraveniri tribus modis dicitur ad effectum incurrendi pœnas hujus legis, videlicet vel interpellando judicem, vel supplicando Principibus, vel non adimplendo promissa. 215.2.31

Iuramento appositio in transactione, vel alio contractu jurato contraveniens privatur omni jure, actione, & commodo illius contractus, in quo juramentum fuit præstitum. ibid.33

*Iurgium.*

Iurgium nemo protrahat ex industria. 221.2.16

*Iurisconsultus.*

Iurisconsulti testimonio virtutis impetrato ab Imperatore ad legum concinnationem laudabiliter eliguntur, & unius gubernatione, Imperatore auctore, mutuo consensu jura conscribunt. 127.1.17

*Iurisdictio.*

Iurisdictio censetur in dubio concessa cumulativè, non privativè. 150.1.5

Iurisdictio uni data, non censetur adempta alteri. ibid.6

Iurisdictio una aliam non turbabit, & res ad cognitionem Comitis rerum privatarum pertinentes alij magistratus sine periculo ad se minimè trahent. 154.1.1

Iurisdictio ordinaria ut dicatur competere alicui, oportet quod habeat jurisdictionem cum territorio. 312.2.5

Iurisdictio arbitrorum electorum, judice accusato suspecto, delegata dicitur 343 2.14

Iurisdictio omnium judicum. 365.2

Iurisdictio quæ, 366 1

Iurisdictio delegari an possit prorogari consensu partium. 367 1.10

Non prorogatur post tempus finitum. ibid.11

Non de persona ad personam. ibid.12

Iurisdictio prorogatur de persona ad personam, de tempore ad tempus, de loco ad locum, de re ad rem, de casu ad casum, de causa ad causam. ibid.13

An autem idem sit in causis meri, vel mixti imperij, remissivè. ibid.14.

Iurisdictio non potest conferri à privato. 368.11 2

Iurisdictio quando datur ei qui non est ordinatus, aut ei, qui est inferior in eodem loco, tunc censetur data cumulativè, non privativè. 370.1.8

Iurisdictio ubi taxativè uni magistratui est concessa circa aliquod genus causarum, tunc privativè collata præsumitur. 389 1,2

Iurisdictionis prorogatio remissivè. 366.1.2

Iurisdictionem ordinariam nemo declinat lite contestata, nec recurritur ad superiorem per querelam simplicem, sed demùm per appellationem. 368 2 1.2

Iurisdictiones non confundendæ, sed mutuo auxilio separatim conservandæ. 154.1.2

*Iurisprudentes.*

Iurisprudentum auctoritas, qui in Digestis referuntur. 124.2

*Ius.*

Ius Cæsareum non obligat nostros Lusitanos ex vi sua, sed quatenus Regiis ordinationibus noscitur approbatum. 4.2 4

Ius civile non obligat Hispanos, nisi quatenus Regiis ordinationibus noscitur approbatum. ibid.5

Ius Regni, jus commune apud Hispanos nuncupatur ibid.6

Ius Canonicum apud Hispanos observandum, jure Regio illarum partium deficiente. 13.1.3

Ius, quod quis habet jure proprio, potentius est eo, quod habet jure alieno. ibid.2.2

Ius si fuerit dubium, obscurum, seu difficile, & arduum, tunc excusat illius ignorantia. 121.2.4

Ius debitum quod est. ibid.5

Ius vetus enucleandum. 124.2

Ius Romanorum contentum per Institutiones & Digesta, triennij spatio concinnatum & finitum est. 127.1.21

Ius civile sparsum olim, nunc concinnatum vili redemptione ac pecunia patet tam ditioribus, quàm viliotibus. ibid.22

Ius publicum ignorare non decet. 153.1 1

Ius vocandi certas personas in jus sine venia, transit ad hæredes etiam extraneos. 177.2.4

Ius fideicommissi, & bonorum emphyteuticorum remitti potest. 180 1.6

Ius quæsitum jure quærendo fortius. ibid.10

Ius suum cedens, vel renuntians, non habet amplius regressum ad illud. 181 2.9

Ius honorarium quid antiquis. 192.2.3

Ius sororitatis, vel fraternitatis nihil operatur, quo magis frater possit transigere in causa communi sui, & fratris. ibid.5

Ius rumpendi testamentum regulatur à jure succedendi ab intestato. 393 1.12

Ius petendi supplementum legitimæ filius transmittit ad quoscumque hæredes, si filius priusquam legitimam suam habuerit, vel eam petierit, aut ejus supplementum, moriatur. 410 1 15

Ius petendi legitimam, aut legitimæ supplementum, ingratitudinis causa ab hærede non probata, ad nepotes transmissionis jure pertinet 417.2.4

Ius dandi de inofficiositate præscribitur spatio quinque annorum. 431.1 5

Ius possessoris nemo attendit, ubi non constat de jure petitoris. 457.1.1.2

Ius, vel servitus pascendi mutatur propter propriam vicinorum necessitatem. 470.2.3

Iuris quæsitis privatio pœna est. 215.2.34

Iuri nondum delato, & sic de futuro, renuntiari pacto potest. 180.1.8

Iura exorbitantia agentia de pia causa recipiunt extensionem similitudine rationis 35.2.15

Iura etiam personalia censentur communicata subrogato 163. 1 3

in Iuribus incorporalibus præscribendis necessarius est usus cum scientia & patientia domini. 469.1.9

Contrarium qui teneant, ibid.11

Refelluntur. ibid.12

*Iusjurandum.*

Iusjurandum propter calumniam. 321.1

*Iussio.*

Iussiones Imperatoris excedens, dignitatis ac substantiæ periculum sustineat. 148.2.10

*Iustinianus.*

Iustinianus cur sic dictus, & à qua familia originem duxerit. 2.1.13

Iustinianus in hoc unum volumen & corpus digessit constitutiones illas in tres Codices dispersas. 3.1 4

Iustinianus à calumnia vindicatur 7.1.4

Iustinianus sanctiones Romanas ab annis 1400 in unam reduxit consonantiam, cum assertione, ut nil contrarij, aut similitudinis, omissis geminationibus, in Codice, vel Digestis Iustiniani reperiatur. 127.1.1

Iustinianus recentiora jura ex vetustissimis legum, & antiquorum jurium voluminibus 2000. per Tribonianum collegit. ibid.5

Iustinianum existimasse in hac lege Spiritum sanctum à solo Patre procedere, nonnulli falsò affirmant. 7.1.2

Iustinianum nonnulli retulerunt in Divorum catalogum. ibid.3


K

*Kalenda.*


KAlendas Ianuarias colere, ut olim, nunc prohibitum. 363.2.3

# & Verborum.


L

*Labor.*

LAbores alieni Imperiali auctoritate Imperatorum esse censentur. 127.1.19

*Læsa Majestas.*

Læsæ majestatis crimen etiam post mortem objici potest. 103. 2.5

*Læsio.*

Læsio non datur in his, quæ pendent à futuro eventu. 201 2.5
Læsio immodica quæ sit. 267.1.10
Læsio modica, seu minima, item major, seu enormis, & maxima, quæ vocatur enormissima, quæ. 284 1.11
Læsio enormis an sit justa causa restitutionis, etiam ipsis majoribus. 322.2.3
Læsionem allegare quibus casibus sufficiat, absque ejus probatione, remissivè. 270.2.3

*Læsus.*

Læsus gerens se ut prudens paterfamilias, an teneatur probare læsionem, remissivè. 271.2.6

*Laicus.*

Laicus qui à judice ecclesiastico de sacrilegio punitus est, potest iterum puniri à sæculari. 51.2.11
Laicus si convenerit Clericum coram judice seculari, causâ cadit. 69.2.7
Etiam si Clericus sit conjugatus, dummodo contraxerit cum unica & virgine, & in habitu incesserit. ibid.8
Laicus an sit competens judex cùm in possessione rei beneficiariæ Ecclesiæ, atque ita spiritualis vis facta est. 377 2.6
Laici ex vi consuetudinis jus & potestatem in Clericos habere non possunt. 16.1 6
Laici Litanias non celebrant. 52.1 3
Laici licèt non possint per sua statuta disponere in præjudicium Clericorum, possunt tamen per suum statum tollere privilegium ab ipsis concessum Clericis. ibid.2.2
Laici cum Clericis ecclesiastica gaudent immunitate. 114 2.7

*Laterculensis, Laterculum.*

Laterculensis quis. 151.2.3
Laterculum quid. ibid.2
Laterculi minoris, item Præposituræ Tribunatus, ac Præfecturæ castrorum cura ad Quæstorem Romanum pertinebat. ibid.2.1
